
3 1761 ... 3751 6

DISCEPTATIONES ECCLESIASTICÆ

UNA CUM RESOLUTIONIBUS,

seu Judicatis Sacrarum Congregationum, in quibus pro una Partium scripsit, vel pro veritate consultus respondit

DOMINICUS URSAYA

IN URBE ADVOCATUS, A BOSCO Nullius in Provincia Salernitana, U. J. Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ Doctor, & in Almæ Urbis Archigymnasio Sacrorum Canonum primarius Professor.

TOMUS NONUS.



VENETIIS, MDCCXXXVI.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

EMINENTISSIMO, & REVERENDISSIMO

PRINCIPI MARCELLO

Titulo S. MARIÆ de Ara Cœli

CARDINALI PASSARO

SS. D. N. CLEMENTIS PAPÆ XII. Pro-Auditori.

DOMINICUS URSAYA FELICITATEM.



Uamvis non divinare, neque conjicere, ſed veluti rem exploratiſſimam videre quiſque facilè poſſit, Cardinalis Ampliſſime, quibus ego de cauſis recentem hunc Diſceptationum mearum nonum Tomum Tibi inſcribere, tuoque patrocinio commendare decreverim; mei tamen obſequii partibus ſervire debeo, ſuſceptique à me conſilii rationes breviter explicare. Qua in re non alio mihi reſpiciendum eſt, quàm ad cumulatiſſimam virtutem tuam, veræ laudis altricem, ſolidæquè Dignitatis parentem optimam, quæ, inquam, virtus ætatem tuam per omnes gradus complexa eſt, ornavit, diſtinxit, ſupra denique admirationem ipſam, ad totius poſteritatis memoriam, in aureo lumine collocavit. Jamdiu quidem præſenſimus omnes magnitudinem indolis, magiſque ſuſpeximus, dum ad expediendas res graviſſimas præclari nominis Cardinali Laurentio Corſino diuturnam, fidelem, ſtrenuam, omnibuſque numeris probatiſſimam operam commodaſti. Nemo tunc non agnovit, quantus in Te eſſet ingenii vigor, quàm expedita mentis acies, quantum in comprehendendo firmitate Judicii, in agendo gravitate morum, in definiendo maturitate conſilii, doctrinaque polleres. Hæc Tibi, cùm ſummam in Romana Curia opinionem, tum optimi Principis amorem, & gratiam conciliarunt: cùm interim hæc rerum, actionumque tuarum monumenta, quibus benè multi ad abſolutam Dignitatis coronidem uterentur, Tibi ad ſublimius quoddam gloriæ faſtigium viam munirent, ac veluti auſpicia quædam eſſent illius culminis, quod Bonorum omnium plauſu honeſtiſſimè tenes. Qui namque fieri poterat, ut Clemens XII. ſuſcepta univerſalis Eccleſiæ moderatione, è latere ſuo vel minimum abeſſe pateretur virum illum, cujus induſtriam,

integritatem, fidem continuo, gravissimoque experimento cognoverat, perspexerat, miratus erat? Mox itaque in Auditore deligendo oculos in Te defixit, omnique abjecta cunctatione, tanquam vel unus esses ad hanc provinciam sustinendam idoneus, vel nemo usquam Te aptior appareret, Tibi tam difficilem, varièque diffusam administrationem commisit. Quas autem partes ad hoc munus ritè, ac religiosè obeundum, hisce præsertim difficillimis temporibus, in uno aliquo videre quisquam optaret, quæ in Te collectæ non sint? Qui nihil unquam aggrederis temerè; Qui id unicè sequeris, quod recta ratio præscribit, & probat; Qui legem, sapientiam, æquitatem tam sanctè in consilio adhibes, ut sine ullius offensione sacra Jura tuearis; Quod quidem in tot hominum cupiditatibus, quàm magnum sit, concipi vix potest, explicari certè non potest. Cum itaque communem expectationem vinceret jam tuum illud limati, politique judicii robur, & inter augustos hujus Aulæ splendores meritorum ornamentis, reique benè gestæ fama quotidie illustrior appareres, cui mirum accidat, de Ecclesiasticis honoribus, ac primum quidem Archiepiscopatu Nazianzeno, tum Cardinalitia Purpura ab eo decoratum, quem virtutis Tuæ Judicem integerrimum, ac Testem locupletissimum semper habuisti? Quamvis non facilè dixerim, an id Dignitati tuæ, vel publicæ rei intersit magis. Hanc enim sublimitatem adeptus, mox in plerisque, ac præcipuis sacris Congregationibus judicium ferre, hoc est infinitam suscipere rerum, ac laborum molem, & gravissima totius orbis negotia explicare juberis. Explicas autem vivida celeritate, præsentissimo consilio, sensis in rem quamlibet summa prudentia comparatis, succum denique ingenii Tui in sacrorum Canonum custodiam, Ecclesiasticæ disciplinæ præsidium, totius Orthodoxæ Reipublicæ gaudium, bonumque convertis. Sed excresceret nimis præter modum oratio, si omnia laudum Tuarum argumenta consequi, & in medium afferre vellem. Satis hæc, ut appareat, quid ego habuerim, ut meam hanc opellam Nomini tuo, longè amplissimo, inscriberem, quàm gravi de causa, quanto Jure id fecerim. Ne quid enim de aliis privatis rationibus dicam, quibus me Tibi sempiterna necessitudine devinctum intelligo, novi equidem nuncupatorium stylum, partim ad obsequium à Scriptoribus adhiberi, partim etiam ad clientelam. Jam si de obsequio loquar, magis mihi dolendum, me nihil habere tanto Principe dignum, tantoque Viro, quàm, & pro modulo meo ab obsequentis animi significatione continere potuissem. Si autem de clientela, quantum me erigere, & ad omnem eventum sustentare debet authoritas gravissima, quam Tibi ex optimo fonte, hoc est à mascula, omnibusque Literarum monumentis dignissima virtute, acquisitam video? Quod superest, Eminentiss. Princeps, tenuissimum observantiæ meæ pignus sereno vultu admittere, & has Disceptationes meas, meque ipsum patrocinio tuo conservare non dedigneris. Alterum clementiæ sit, alterum liberalitatis tuæ; dum ego jam, non sola veneratione, sed & intimo grati animi sensu erga Te affectus, virtutis tuæ laudes immortali beneficiorum memoria consignabo.

LECTORI BENEVOLO.



EXiſtimaveram, Amice Lector, me tibi præterea moleſtiam allaturum nullam, ut in poſterum legeres Lucubrationes meas. Etenim pluribus ab hinc annis lithiaſi morbo conflictatus ita fueram, ut neque pedes incedere, neque curru vehi poſſem, ſed ſolùm lectica geſtari, quodque gravius eſt, id ipſum perſæpè impedimento mihi erat, quò minùs quieſcerem, ac ſomnum caperem: quadrare proinde aptè videbantur verba illa *Eccl.* 2. 3. (a). Verùm, Deo benè juvante, ope unius ex ejus ſervis (cujus vitam excudendam curavi anno præterito 1735. & hæc ſecunda editio Romana fuit) Jure cum D. Auguſtino dicere videor poſſe: Tunc ſuccurrere Divina, quando deſunt humana (b); & mihi planè contingit, quod Ven. Card. Bellarminus obſervavit (c). Habes igitur nonum Tomum mearum Diſceptationum eccleſiaſticarum; addetur etiam Index generalis, dummodo D. O. M. vires idoneas ſuppeditet, ingraveſcente ætate mea, quandoquidem quintum ſupra ſeptuageſimum illius ago annum, in qua, loquendo de tribus eloquentiſſimis Viris, dicebat Julius II. injurioſum eſſe aſſerere, majorem ætatem ſibi deberi, teſte Lanciſio (d): eundemque Indicem magna ex parte paratum, & concinnatum ſervo, compoſitum moleſtiſſimo illo ſtudio, quod deſcribit eruditiſſimus Author (e); neque abſolvi potuit propter hunc Tomum nonum, cujus editionem ad tres annos differre debui. Et diſce ex me verum laborem, Fortunam ex aliis (f). Vivas igitur felix, Amice Lector, Tibi enim propenſiorem ſortem apprecor, breviori annorum ſpatio, quàm quæ ego uſus ſum, poſt annos ferè ſexaginta aſſiduis in ſtudiis in urbe tranſactos: & tecum reputa ultima verba ſepulcralis inſcriptionis digniſſimi Prælati, quæ legitur in Eccleſia S. Joannis Nationis Florentinæ, quamque per extenſum tranſcripſit Ignatius Urſolinus. (g)

(a) *Cuncti dies mei doloribus, & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem requieſco.*

(b) *Relato à Pompejo Urſaya, meo Filio in Miſcellan. Sac. & Profan. lit. D. n.* 36. *fol.* 146. *tom.* 1.

(c) *Card. Bellarmin. in Pſalm.* 131. *verſ.* 1. *Deum orari velle per merita Hominum juſtorum, & propter eadem merita multa concedere, quæ alioqui minimè conceſſiſſet.*

(d) *Lanciſ. de Nativ. Roman. Agr. qualitatib. fol.* 91. *Horum nemo de naturæ lege conqueri potuit, ſeptuageſimum cuncti annum exceſſere, & ſortem vicere communem: injurioſus eſt, qui plus ſibi deberi cenſet.*

(e) *In Epiſtol. ad Lector. Bibliothec. Card. Imperialis: Ingratiſſimo, & moleſtiſſimo ſtudio, fortè nemini ſatis percipiendo, præter illos, qui hanc viam aliquando calcarunt.*

(f) *Virgil. lib.* 12. *Heneid. poſt medium.*

(g) In Libro, cui titulus *Familiæ Nobiles Florentiæ, in Urbe impreſſo anno* 1706. *fol.* 502.



INDEX ARGUMENTORUM

Primæ & Secundæ Partis Tomi Noni

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM.

ctæ

dem



INDEX
DISCEPTATIONUM
ECCLESIASTICARUM

Primæ & Secundæ Partis Tomi Noni Advocati Dominici Ursayæ, ordine alphabetico dispositus.

A

B

C

E

F

I

M

N

Ordi-

NOI RIFORMATORI
Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di revisione, ed approvazione del P. Fr. Tommaso Maria Gennari Inquisitore, nel Libro intitolato: *Disceptationes Ecclesiasticæ Dominici Ursayæ in Urbe Advocati, Tomus Nonus*, non esservi cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo licenza che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data 30. Novembre 1734.

(Andrea Soranzo Proc. Rif.
(Z. Piero Pasqualigo Rif.
(

Agostino Gadaldini Segr.

Registrata nel Magistrato Eccellentissimo contra la Bestemmia li 3. Decembre 1734.

Angelo Legrenzi Segr.

DI-



DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM
ADVOCATI
DOMINICI URSAYÆ.
Tomus Nonus.
PARS PRIMA.

DISCEPTATIO PRIMA

Ortonen. Censurarum.

PRO

Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis Ortonæ.

CUM

Thoma, & Ludovico de Pizzis.

ARGUMENTUM.

Sensuræ, fulminatæ contra Occupantes Bona Ecclesiæ eique servitutem imponere Procurantes, valida sunt, non attentis exceptionibus nullitatis, & injustitiæ, quæ hic insubsistentes ostenduntur.



Procurantes illi de Pizzis imponere servitutes Ecclesiæ Cathedrali Civitatis Ortonæ, omnem lapidem continuò moverunt, & movent, dum occasione Domus eorundem, quam propè dictam Ecclesiam possident, licèt in suo primævo statu totaliter sejunctam mediante via publica intermedia à dicta Cathedrali Ecclesia, ut evidenter demonstrat ipsiùs Domus antiqua structura, attamen paulatim curarunt taliter illam extendere etiam irregulari architectura, ut tandem, occupata parte dictæ viæ
1 intermediæ, per angulum eidem Ecclesiæ adhæret, & successivè usque de anno 1612. Jacobus Antonius de Pizzis ausus fuit cum dicta nova Fabrica aliqualiter occupare fenestram magnam circularem, in Muro ejusdem Ecclesiæ existentem, & ex ea lumen vivum recipiens à cornu Evangelii, quæ respicit versùs Curiam, & Cappellam S. Onuphrii; Quod animadvertens. Alexander Buccabarili, tunc Episcopus, in Sancta Visitatione anni 1612. mandavit d. Jacobo Antonio de Pizzis, ut destruere faceret illud totum, quod officere poterat Lumini Ecclesiæ, & dictæ Navi, & ulteriùs, ut dicta fenestra redderetur tuta, ne ab habitatoribus Domus dicti Jacobi introspiceretur, ut ex dicto Decreto Sac. Visitationis *dato in Summario*.

Licèt autem ex hoc Episcopi Decreto frustrati desiderio remanserint dd. Pizzi habendi fenestram ad prospectum in dicta Ecclesia, nihilominùs non destiterunt alias vias experiri ad intentum, dum denuò de anno 1643. ab Episcopo Biondo extorserunt Decretum 2
aperiendi fenestram supra Januam majorem ejusdem Ecclesiæ, quam servitutem, ut removeret Carolus Bonafaccia Episcopus successor, necessè habuit arduam, & dispendiosam Litem substinere in Urbe, in Congreg. Episc. & Regul. quæ finem habuit die 11. Junii 1655. cum Rescripto, favorabili dictæ Ecclesiæ, demandante claudi dictam fenestram muro pleno, ut trascribendo ad literam integram Epistolam ejusdem Sacræ Congregationis testatur *Pignatellus consult. lib. 4. consult.* 3
128. num 5.

Post hujusmodi Causæ finem, ex quo dicta fenestra fuit clausa, etsi non muro pleno saltem cum Lateribus, omnem prospectum, & servitutem ab Ecclesia removentibus, res stetit in hoc statu donec præfatus Episcopus Bonafaccia dictam Ecclesiam Ortonæ rexit, sed eo translato ad Ecclesiam Interamnen. cùm de anno 1675. eidem successerit Joannes Vespulus Casanatte, Religiosus Teatinus, qui licèt zelantissimus Epi- 4
scopus, non ita facilè potuit accurare ea, quæ fiebant à præfatis de Pizzis intra Septa propriæ Domus, ex cujus parte triginta ab hinc annis ædificarunt Fornicem supra mox relatam fenestram circularem, Lumen vivum præbentem Ecclesiæ à cornu Evangelii, ut deponunt Testes.

Ex quo Fornice, noviter clandestinè fabricato, à prædictis de Pizzis, licèt Lumen vivum occuparetur, illudque offuscaretur, non fuit ab Episcopo Vespulo accuratum, quod præbuit majorem fiduciam in futu- 5
rum novas occupationes, & servitutes eidem Ecclesiæ imponere & usurpare, præcipuè illam habendi ex propria Domo prospectum in Ecclesiam ad audiendum Sacrum, cujus usurpationem enixus eorundem de Pizzis erat ambitus, eisque ad intentum præbuit paten-

patentem occasionem absentia ejusdem Episcopi à Civitate Ortonæ, qui in ejus senescente ætate, ob vexationes receptas ab Hominibus, & Clero dictæ Civitatis, secessit ad Civitatem Campli, eidem Episco-
6 patui Ortonæ, licèt distantem 45. milliaria, annexam, ubi suam residentiam spatio sexdecim annorum continuavit, ibique suum diem clausit extremum in ætate octogenaria, & ultra.

Arrepta autem ex hujusmodi absentia, & senescente ætate Episcopi Vespoli maxima fiducia obtinendi supra narratum intentum Baro Vincentius, ac Clericus Thomas, & Ludovicus de Pizzis moderni possessores dictæ Domus anno 1712. sive 1713. nedum
7 prænarratam integram circularem fenestram, Lumen præbentem d. Ecclesiæ sibi ipsis propria authoritate appropriarunt, & adaptarunt ad prospectum in dictam Ecclesiam, removendo ab ea Vitriatam, & loco illius Cratam ferream apponendo.

Sed etiam prosequendo novam fabricam, continuò innixam parieti Aspectus, vulgò *Facciatæ*, dictæ Ecclesiæ, taliter illam extollerunt, ut etiam supra dictum parietem, qui erat valdè supereminens fabricæ domus illorum de Pizzis, ædificaverint duas Turres,
8 non dubitantes, nedum supra d. Parietem, sed etiam supra Fornicem spatio trium palmorum, & Muros laterales intra ipsammet Ecclesiam existentes, illas imponere, quæ muro laterali conjunctæ formant Ambulacrum, vulgo dictum *Belvedere*, ut constat ex judiciali recognitione, facta per Peritos.

Nec stetit hic prædictorum Fratrum de Pizzis desiderium, sed ulteriùs totam aquam pluviam dicti Am-
9 bulacri verterunt supra Tectum ejusdem Ecclesiæ, & sic ultra præfatas occupationes, & usurpationes, & præjudicia, illata Ecclesiæ, eidem imposuerunt quoque servitutem stillicidii, ut ex dicta recognitione Peritorum data in Summario.

Quinimo aditum ex eo sibi ipsis aperuerunt ingrediendi tecta Ecclesiæ, ac per ea deambulandi, & descendendi in illius Sacristiam, absque eo quod impediri valeant, ac insuper cum d. nova Fabrica, & Ambulacro totaliter reddiderunt subjectum Episcopale Palatium, dum ex dicto Ambulacro illi immi-
10 nente prospiciuntur Area, ingressus scalæ, & Mansiones illius, taliter ut nemo potest præfatum Palatium ingredi, & adire Episcopum, sive ejus Curiam, quin videatur ex dicto Ambulacro, & quod magis est ex eo descendere valent in idem Palatium, ut refert in sua Relatione modernus Episcopus & deponunt Testes dati in Summario.

Habita notitia de hujusmodi nova Fabrica clandestinè constructa, tempore suæ absentiæ à præfato Episcopo Vespoli, summoperè de hoc doluit, ac vehementer fuit commotus, injunxitque ejus Vicario Generali Ortonæ, ut curaret omnia integrè demo-
11 liri, ac removeri tam grave præjudicium, illatum Ecclesiæ magno cum scandalo totius Populi, & reclamatione Capituli Cathedralis, & universi Cleri, ut deponunt multi Testes.

Verumtamen ob absentiam continuatam dicti Episcopi, illiusque in gravescentem ætatem, ejus ordines ulteriorem executionem non habuerunt. Hinc eo defuncto cùm eidem successerit Episcopus Joseph Flaconius strenuus, & vigilantissimus Defensor Immu-
12 nitatis Ecclesiæ, ut ex aliis Causis in Sacris Congregationi agitatis innotescit, statim curavit, ut hujusmodi tam gravia præjudicia, occupationes, & servitutes, propria authoritate Ecclesiæ Cathedrali temere impositæ, removerentur, & primo cum paternis extrajudicialibus Monitionibus requirendo dictos Fratres de Pizzis, ut ad illarum remotionem se disponerent, adhibendo etiam suasiones proborum Virorum.

Sed loco proficiendi hac suavi Via indurationem illis præbuit, unde idem Episcopus ad satisfaciendum proprio muneri, & removendum quoque scandalum, quod dicta nova Fabrica movebat in Populo, necesse habuit formales Processus construi facere, & Ju-
13 diciales probationes assumere ad effectum præfata omnia probandi, & antequam ad ulteriora procederet, prævidendo Recursus, faciendos per dd. Fratres de Pizzis ad Judices laicos, ad impediendum exercitium Episcopalis Jurisdictionis, & sub tali clypeo se tueri in prænarratis occupationibus, & servitutibus, Ecclesiæ illatis, studuit mediante ejus epistola, scripta sub die 18. Julij 1719. reddere informatam Congregationem, Immunitis ejusque auxilium imploravit, à 14
qua habuit in Mandatis, quòd procederet ad ulteriora propria authoritate, prout de Jure, ut habetur ex Literis responsivis ejusdem Sac. Congreg. diei 30. Augusti ejusdem anni 1719. datis in Summario.

Quibus Literis Sac. Congregat. receptis, non desijt iterùm mediis suavibus juxta indolem ipsius Episcopi in urbe omnibus notam, curare ad bonam frugem reducere dd. Clericum Thomam, & Ludovicum, Fratres de Pizzis, denuò paternis Monitionibus insinuando, ut demolirent prædictas Turres, & Ambulacrum, omnesque Servitutes, Ecclesiæ impositas, removerent, & licèt ex his agnoverint malum Jus quod fovebant, & exindè recursum habuerint ad Congr. Episcoporum, & Regularium, petendo Apostolicum Beneplacitum retinendi dd. Turres, & Ambulacrum, mediante so- 15
lutione eleemosynæ ducatorum biscentum pro fabrica Ecclesiæ cathedralis, quæ denuo reædificatur, & obtinuerint Consuetam Epistolam pro Informatione eidem Episcopo directam. Nihilominùs id egerunt ad ostendendam apparenter mentem reintegrandi Ecclesiam, sed revera ad protrahendum negotium in longum, & interim per recursum ad Potestatem Laicam sese curarunt præmuniri Literis inhibitorialibus Delegati Jurisdictionis Neapolis, directis eidem Episcopo, nihil innovandi, contra eosdem Fratres de Pizzis, ac ulteriùs inhibitorialibus provisionibus Regii Consilii Neapolis, prohibentibus sub gravibus pœnis Fabris murariis, & Deputatis dictæ novæ fa- 16
bricæ Ecclesiæ Cathedralis, ne audeant fabricam extendere ad circularem fenestram, de qua supra lumen vivum à cornu Evangelii dictæ Ecclesiæ perhibentem, quam sibi ad prospectum in eandem Ecclesiam appropriarunt, minusque præsumerent dd. Turres demoliri, nec quidquam aliud innovare, quas provisiones retinuerunt in manica donec per Episcopum fuit processum ad declaratoriam Censurarum, ut infra demonstrabimus.

At idem Episcopus ignarus de hujusmodi inhibitionibus Potestatis Laicæ continuabat in ejus credulitate, quòd dd. Fratres de Pizzis insisterent pro obtinendo Beneplacito Apostolico petito, & quatenus illud eis fuisset denegatum, ut facilè evenire poterat, utpotè tot, tantasque servitutes activas favore Laicorum contra Ecclesiam Cathedralem non concessi- 17
biles, curarent ad exonerandam propriam conscientiam removere præfata omnia præjudicia, illata Ecclesiæ; sed res aliter se habuit, quia dicti fratres de Pizzis mordicè insistendo in prænarratis occupationibus, & autumantes se tutos, utpotè fulgitos dd. inhibitionibus Laicalis Potestatis, arrepta occasione discessus ipsius Episcopi, qui ad Civitatem Camplensem se contulit, ubi post Pentecostes in Sabbato quatuor temporum anni 1720. Ordinationes generales ad conferendos omnes Ordines destinaverat celebrare, & propterea secum accessit quoque ejus Vicarius Generalis Ortonæ, qui debebat Ordinem Sacrum Presby- 18
teratus suscipere, ac proindè cum à Civitate Ortonæ esset absens, tam Episcopus, quàm ejus Vicarius Generalis, solùm ibi relicto Pro Vicario, tempore hujusmodi brevis absentiæ, præfati Clericus Thomas, & Ludovicus de Pizzis arrepta, inquam, hujusmodi occasione, juxta consuetum eorundem, loco demoliendi dd. Turres, & Ambulacrum, illud refici curarunt, & firmarunt nova Fabrica, novoque Adornatu, non abhorrentes rudera projicere in eandem Ecclesiam, pulvereque, & immunditiis per tres dies continuos, quibus projectus continuarunt absque rubore, eam replere, etiam dum Divina celebrabantur; maximo cum scandalo, & indignatione Canonicorum, & Capituli, ut deponunt Testes super hoc novo attentato examinati, de quibus in *Summario*.

Unde non valens Episcopus ulteriùs tolerare, seu diffi-

dissimulare tot, tantasque innovationes, & attentata & supra commissa, formiter examinatis Testibus per ejus Vicarium Generalem. statim, ac rediit ad Civitatem Ortonæ, compilatoque Processu, etiam supra relatis modernis in novationibus, illisque plenè probatis, tandem sub die 8. Junii anni 1720. transmisso Monitorio dictis Clerico Thomæ, & Ludovico de Pizzis, ut desisterent ab ulteriori innovatione &c. ac in termino sex dierum, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & alios duos pro tertio, & ultimo, ac peremptorio termino demolire habeant,
19 & debeant prænarratas duas Turres, & Ambulacrum sub pœna Excommunicationis &c. & in eodem termino ad dicendum caussam, quarè non debeant declarari ipsos incursos in Censuris, comminatis à Sac. Can. & Bullis Summ. Pontificum contra occupantes Bona, & Jura Ecclesiæ, & eidem Servitutes imponentes, quo Monitorio eadem die octava Junii personaliter notificato dd. de Pizzis, nihilque in termino deducto, quod relevaret, præfatus Vicarius Generalis sub die 15. Junii ejusdem anni 1720. inhærendo etiam Mandatis hujus Sac. Congregationis, in ejus Epistola sub datum 30. Augusti anni 1719. contentis, per Sententiam definitivam pronunciavit, & declaravit, dictum Clericum Abbatem Thomam, & Lu-
20 dovicum de Pizzis esse incursos in Excommunicationem majorem, Papæ reservatam, tanquam Occupatores, & Usurpatores Parietum, & Servitutum Impositores præfatæ Ecclesiæ Cathedrali, & Cedulones contra eosdem publicè affigendos relaxavit in forma, ut latiùs in dicta Sententia, & Cedulonibus, successivè in Locis publicis, & consuetis affixis sub die 17. supradicti mensis Junii anni 1720.

At post publicatas dd. Censuras, dd. Fratres de Pizzis flocci pendentes Episcopalem Jurisdictionem, non solùm eidem Episcopo præsentarunt Epistolam Inhibitorialem Delegati Realis Jurisdictionis Neapolis, quam in manica retinebant, necnon publicarunt per viam affixionis Provisiones Regii Concilii Neapolis, inhibentes Fabris Murariis, & Deputatis novæ Fa-
21 bricæ Ecclesiæ Cathedralis ulteriorem illius continuationem, sed ulteriùs præfatus Clericus Thomas de Pizzis, asserens se Commissarium Confidentiarum, seù Simoniæ, deputatum à bon. mem. Ghezzio, quamvis Literas patentales nunquam produxerit in Curia Episcopali, prout indispensabiliter tenebatur, & quod magis est per mortem præcedenter secutam præfati Ghezzi dd. patentales Literas expirasse, animo concitato non se abstinuit invadere Jurisdictionem Episcopalem, Tribunal erigendo in ejus propria Domo, ac per affixionem citare, tam eundem Vi-
22 carium Generalem, quàm Cancellarium, & Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis, illiusque ordinarium Servientem, ad comparendum coram ipso in termino dierum trium pro trina Monitione ad dicendum causam, quare non deberent declarari excommunicati, ex quo contra ipsummet Clericum Thomam processerint ad fulminationem, & publicationem Censurarum, superiùs relatarum, ut habetur ex dicta Relatione Episcopi, & ex copia publica ejusdem Monitorii extracta ab ejus originali, affixo ad Valvas Ecclesiæ Cathedrales *data in Summ.*

Quæ veritas ulteriùs plenè probatur ex duplici Processu, à Vicario Generali compilato, quorum copia publica ab eodem jam fuit transmissa ad Congr. ad effectum uniendi Processui prædd. Censurarum, præcedenter in eadem Congr. existenti, tàm circa recursum ad Judices Laicos ad impediendum exerci-
23 tium Jurisdictionis Ecclesiasticæ, quàm Invasionem Episcopalis Jurisdictionis, cum prænarratis Monitionibus, & Citationibus exaratam à præfato Clerico Thoma de Pizzis non sine maxima admiratione, & scandalo totius Populi dictæ Civitatis Ortonæ, ut deponunt Testes in dicto Processu examinati.

Neque is contentus prædictus Clericus Thomas de Pizzis adhuc ad pejora processit, dum publicavit per affixionem in Platea publica Libellum penè famosum contra Curiam Episcopalem, Italico, seu vulgari sermone exaratum, sub nomine prætensarum Nullitatum dd. Censurarum, Ultra alium non difformem Libellum, lingua latina extensum, & affixum 24
ad Januam Ecclesiæ Cathedralis, in quo non errubuit exprimere, per dictam Curiam procedi more Turcarum.

Ex hac facti serie, cùm ad evidentiam constet, per dd. Clericum, & Ludovicum, Fratres de Pizzis, fuisse occupatos eorum nova Fabrica propria auctoritate nedum proprios Muros, tam prospectus, quàm laterales Ecclesiæ Cathedralis, sed etiam Fornicem, & Sacrum, & Murum lateralem interiorem ejusdem Ecclesiæ, & ulteriùs fuisse quoque occupatam fenestram, seu Oculum, Lumen vivum præbentem à cornu Evangelii d. Ecclesiæ, illamque etiam sibi ipsis appropriando ad prospectum in eandem Eccle- 25
siam, ac insuper fuisse impositas plures Servitutes, appodiationis integræ dictæ novæ Fabricæ, necnon stillicidii, ac patentis ingressus ex propria Domo in Tecta, & Campanarium, & exinde descensus in Sacristiam, & eandem Ecclesiam, itaut illam in omnibus, & per omnia servam reddiderint, ac propriam Domum mediante d. communicatione cum Ecclesia, locum immunem, & asilum Delinquentium refugiatorum effecerint, necnon etiam Palatium Episcopale in totum subjectum reddiderint, ut supra demonstravimus, nemini dubium est in Jure, quin tot tantisq; Bonorum Eccl. occupationibus, & servitutum impositionibus dd. Fratres de Pizzis illaqueati remanserint Censuris, comminatis, tam à *Sac. Conc. Trid.* 26
sess. 22. cap. 11. de Refor. aliisque Sac. Canonibus, quàm ex Bulla Cœna Domini, ut de Occupatoribus Bonorum Ecclesiæ, ejusque Jurium habemus *Text. in Clem. prima de Sent. Excommunic.* & pro absoluto tenet *Card. de Luc. in Annot. ad Sacr. Conc. Trid. disc. 43. nu. 6. & 12. & de Jurisd. disc. 47. num. 4. §. Nihilominus, & Pignatell. consultat. 129. nu. 12. tom. 4.* cum ibidem cumulatis.

Et de servitutibus, impositis Ecclesiæ, cùm illicitum sit Laicis in eis servitutem acquirere, multò minùs imponere de facto, loquitur idem *Text. in d. Clem. prima de Sent. Excommun.*, & testatur *Quarant. in Summ. Bullar. in verb. Reverentia Divinorum*, 27
Barb. de Jur. Ecclesiastic. lib. 1. cap. 11. num. 28. Gavant. in Manual. Episcopor. verb. Ecclesia numer. 27. & in Addition. numer. primò, & Cardinal. de Luc. de Servitutibus disc. decimò sextò, numer. secundò, & disc. 17. num. 4.

Ea ratione, quia si inter Privatos nemo potest præter, vel contra Domini voluntatem in alieno ædificare; vel servitutum imponere, ad *Text. in leg. fi-* 28
nal. §. Lucius ff. de Servit. urban. Præd. ex animadversa per *Capic. Latr. consult. 64. numer. 16. Card. de Luc. de Servit. d. disc. 17. num. 2. Rot. dec. 320. num. 13. tom. 2. part. 4. rec.* & in specie de Servitute Stillicidii, quod non possit quis construere Tectum, ex quo Stillicidium, seu aqua pluvia cadat supra Tectum Vicini probat *Cæpoll. de Servit. urb. Præd. cap. 41. num. 3.* & pleniùs *Surd. cons. 137. n. 7. & seq. Card. de Luc. d.* 29
disc. 17. num. 3. de Servit. Atque de servitute aditus, seu descensus in Domum Vicini, quæ dicitur gravissima, cùm sit res inestimabilis habere libertatem, & securam reddere propriam Domum, sublata facultate Vicinis descendendi è Lodia in Atrium magistraliter ponderat *Rot. deci. 253. numer. 65. & seq. part. 7. rec.* 30

Multò igitur magis id procedit cum Ecclesia, tum ratione reverentiæ, illi omni Jure debitæ, tum etiam quia contra eam constitui, vel acquiri non potest servitus, utpotè sapiens speciem alienationis, absque solemnitate Beneplaciti Apostolici, quod de facile non conceditur, nisi concurrente justa causa necessitatis, 31
vel evidentis utilitatis Ecclesiæ, ut disponitur *in extravag. Ambitiosæ de Rebus Eccles. non alienan.* Maximè quia accedit dispositio, *d. Clem. primæ de Sent. Excomm.* qua prohibetur Laicis in Ecclesiis Servitutem acquirere, ut prosequitur *Card. de Luc. de Servit. d. disc. 17. num. 4.* & plenè *Pignat. consult. 129. n. 11. tom. 4.* cum multis concordantibus à me citatis, & à Sacr. Congr. Visit. Apostolicæ sequutis *in Rom.* de qua *in tom. 4. par. 2. discept. 14. per tot. & sign. à n. 33.*

Præcipuè quoad servitutes habendi aditum, & ingressum in Ecclesiam, ut decisum refert per Sacram Congregationem Episcoporum idem *Pignat. d. consult.*
33 *129. num.* 7. & in præcisis terminis retinendi, vel sibi appropriandi Fenestram ad prospectum in Ecclesiam, quod qui hoc commiserint, incurrant Censu-
34 ras, contentas in Bulla Cœna Domini, idem *Pignatell. d. consult. 129. à num. 1. usque ad num. 15. & fere per totam*, ubi innumeras adducit Congr. Episcopor. & Regul. & Conc. Resolutiones, inter quas *n. 4. & 5.* in specie citat unam *Ortonen.* contra eosdemmet de Pizzis Fenestram retinere pretendentes ad
35 prospectum in Ecclesiam Cathedralem, & *Card. de Luc. de Servitut. disc. 16. num.2.* ubi conclusionem ampliat in Ecclesiis Cathedralibus, juxta terminos nostros casus.

Posita enim dicta bonorum occupatione ac servitutum impositione Ecclesiæ de facto, ac propria authoritate à præfatis Clerico Thoma, & Ludovico Fratribus de Pizzis, de plano intrat incursus pœnæ
36 Excommunicationis, comminatæ à *Sacr. Conc. Trid. sess. 22. cap. 11. de Reformat.* & in Bulla Cœnæ Domini, ut adnotat *Pignatell. d. consult. 129. num.* 12. *tom.* 4. & *Rot. decis.* 717. *num.* 14. *part.* 1. *rec.* à qua Excommunicatione non possunt absolvi, nisi authoritate Summi Pontificis post reintegratam in primeva sua libertate Ecclesiam, nam per hujusmodi occupationes Fenestræ, & Servitutum impositiones remanet violata libertas, & immunitas Ecclesiæ; I-
37 deoque illa antè omnia est reintegranda, *cap. Non minùs, & cap. Adversus de Immunit. Ecclesiæ*; & hunc sensum tenere Congregationem Concilii testatur *Pignatel. dicta consult. 129. numer. 12. in fin. tom.* 4.

Ac consequenter potuit ritè, & rectè Curia Episcopalis adhibere gladium spirituale Censurarum, nedùm propria authoritate in dd. Fratres de Pizzis proprios Subditos, sed etiam contra quoscumque culpabiles, etiam non subditos, solummodo publicando, & denunciando incursum Censurarum, jam à lege
38 inflictarum, quod etiam cum exemptis, & non Subditis rectè fieri potest, etiamsi expressum privilegium haberent, ne ab Episcopo excommunicari possent, ex adductis per *Card. de Luc. de Jurisd. discurs.* 47. *num.* 3. & *discurs.* 48. *num.* 9.

Quibus non refragantur exceptiones, & nullitates, in forma libelli penè famosi publicè authoritate privata affixæ, tam ad Valvas Ecclesiæ Cathedralis idiomate latino, quàm ad parietem Apothecæ in publi-
39 ca Platea Civitatis Ortonæ lingua Italica, & vulgari in vindictam, & offensam Curiæ Episcopalis pro quo gravissimo delicto per eandem Curiam fuit inchoatus Processus, cujus copiam ad Congr. Immunitatis jam transmisit.

Dictæ enim exceptiones, uti prorsùs irrelevantes, justè fuerunt à dicta Curia posthabitæ; Et quidem nullius ponderis est; prima, concernens incompetentiam Judicis, deducta ex eo, quòd Episcopus dicatur procedere in Causa propria, judicando pro sua Ecclesia Cathedrali, quia cùm Causa, de qua agitur non concernat utilitatem bursalem ipsius Episcopi, vel ejus Mensæ, sed simplicem defensionem Libertatis, & Immunitatis d. Ecclesiæ contra proprios Subditos, occupatores Parietum, & Servitutum Impositores Ec-
40 clesiæ, Episcopus est Judex competens, & potest contra eosdem uti utroque gladio, si illum habeat, ad *Text. in cap. Dilecto de Sent. Excomm. cap.* 1. *de Malefic. & in cap. Romana de Pœnis lib. 6.* & est *Tex. in cap. Cùm sit generale de Foro compet.* cum concordantibus adductis per *Fagnan. in cap. Nosti de Elect. num.* 9. *et* 10. cùm ibidem copiosè adductis, *Rot. dec. 19. n. 1. cor. Cocc.*
41 & in fortioribus terminis etiam in Causa propriæ Mensæ probat *Card. de Luc. de Jurisd. disc. 47. n. 14.* & dixit *Rot. dec. 36. num. 15. par. 10. rec.* maximè quando Subditi occupant Ecclesiam, prout in nostra hypothesi, quia tunc dicitur procedere uti Executor pœnæ, & uti potest gladio spirituale, sicut & materiali in eum, qui Jura, vel Bona Ecclesiæ, vel Prælati de facto oc-
42 cupat, seu retinet, ut magistraliter de more declarat *Fagnan. in d. c. Nosti n. 20. de Elect.* cum aliis concordantibus, de quibus *in tom. 1. par. 2. disc. 27. à n. 37.*

Minoris irrelevantiæ est alter prætextus defectus Jurisdictionis, quod ad personam Clerici Thomæ de Pizzis propter assertam Commissionem, habitam a bo. mem. Ghezziò, Confidentiarum, sive Simoniæ Judice, tùm quia talem Commissionem præfatus Clericus nunquam in Actis Curiæ Episcopalis præsentavit, ut indispensabiliter tenebatur, quia Relegatio 43
non nisi per Litteras ipsius deputationis probatur, *leg. unica Cod. de Mandat. Princ. cap. Cùm in Jure peritus de Offic. delegat.* & firmat *Rot. decis. 350. nu. 27. par. 9. tom. 2. recent.* Sed etiam, quia de tempore, quo Curia Episcopalis contrà eundem processit, jam erat defunctus præfatus Ghezzius, per cujus mortem expiraverat ipsius Clericis Delegatio, omnisque exemptio ex Literis patentibus d. R. P. D. Ghezzi defuncti resultans, ex indubitata Juris regula, quòd resoluto Ju- 44
re Datoris resolvitur Jus Acceptoris, ad *Text. in leg. Ejus, qui in Provinciam ff. Si certum petatur, cum aliis vulgatis.*

Ultra quam quod, cùm versemur in Censuris, inflictis à Lege, & à Curia Episcopali tandem publicatis, & denunciatis contrà Occupatores propria auctoritate Bonorum Ecclesiæ, sivè Jurium, & Servitutum tàm gravium Impositores eidem Ecclesiæ, de quibus suprà, indubitanter sequitur in Jure dd. Censuras sustineri, quantumvis prolatas contrà Exemplos, *Cardin. de Luca de Jurisdict. disc.* 47. *num.* 3. *et disc.* 48. 45
num. 9. *et* 14. *et in Adnot. ad Sac. Conc. Trid. disc.* 43. *nu.* 12. ea ratione, quia Curia Episcopalis Censuras non profert auctoritate sua, sed solùm publicat, & denunciat incursum Censurarum, jam à Lege inflictarum, quod etiam cùm Exemptis, & non Subditis fieri potest, etiam si expressum privilegium habeant, ne ab Episcopo excommunicari possint, ut prosequi- 46
tur idem *Card. de Luc. de Jurisd. dicto disc.* 47. *n.* 3. *et disc.* 48. *num.* 9. *et* 14.

Faciliùs enim Exempti, & non Subditi audent hujusmodi occupationes, & attentata patrare, quia minùs timent eum, quem non agnoscunt in Superiorem, ac propterea contra eosdem gladius spiritualis magis exercibilis esse debet, nam aliàs esset de plano exponere Episcopos, aliosque Prælatos hujusmodi usurpationibus, & turbationibus, ut egregiè ponderat, & ratiocinatur *Card. de Luca d. disc.* 47. *num.* 4. *§. Nihilominùs circà medium, et disc.* 48. *num.* 9. *§ Et secundò in fin. de Jurisd.*

Nullius pariter ponderis est tertia, Censuras scilicèt debuisse per Curiam proferri in subsidium, non autem directè ad illarum fulminationem procedere. Quia, quidquid sit in abstractu de veritate hujus regulæ, quoties agitur de Censuris, prolatis ab Homine, hoc tamen certum est in Jure, regulam præfatam non procedere, quoties prout in casu nostro, res est circa Censuras, à Lege inflictas, quæ incurri dicuntur ob Usurpationes bonorum, & Jurium ecclesiasticorum, cùm hoc casu Episcopus, vel alter ecclesiasticus Judex, & Superior, nullas inferat, vel proferat Censuras auctoritate sua, quia illæ jam incursæ sunt, solùmque eas declarat, & detegit, ut o- 48
ptimè distinguendo ratiocinatur *Card. de Luca in Adnot. ad Sac. Conc. Tr. disc. 43. n. 6.*

Quinimmò etiam in Censuris, comminatis ab Homine in pœnam delicti, seù contumaciæ, prout in casu nostro, impositionis nimium servitutum Ecclesiæ, illiusque Bonorum, & Jurium occupationes, & pertinacia in illorum injusta retentione, Episcopus justè 49
& directè ad Censurarum fulminationem devenire valet, *Card. de Luc. in Adnot. ad Sac. Conc. Trid. disc.* 43. *num.* 2. & firmavit *Rota dec.* 75. *num.* 26. *et* 27. *coram Ottobon.* quæ maximè procedunt in Regno Neapolis, ubi Clerici Seculares non de facili sunt punibiles per Locorum Ordinarios, quorum potentia ob Ecclesiarum paupertatem in magna parte de facto est modica, & exilis, ut in proposito ponderat *Card. de Luca in Mi-* 50
scell. Ecclesiast. disc. 16. *num.* 6.

Nulla tandem meretur consideratione ultima exceptio desumpta ex prætensa communione Muri Ecclesiæ in ea

parte

parte, qua adhæret Domui dd. Fratrum de Pizzis, sive quod ille sit tantùm divisorius, & exinde licue-
51 rit ipsis in eo superædificare, absque ullo incursu Censurarum, in qua exceptione fit magnus apparatus, & magnum Festum.

Quoniam asserta communio Muri Ecclesiæ nullibi exadverso justificatur, nec justificari potest, utpotè contra notorietatem facti, & patentem veritatem, ex eo quia non agitur de Muro divisorio, constructo ad separandam Domum de Pizzis ab Ecclesia, sed de Pariete prospectus ejusdem Ecclesiæ, & ipsius pars integralis, ut uno ore deponunt Testes, in hac Causa examinati, ac exinde Murus non potest dici divisorius, nec communis pro indiviso, sivè pro diviso, sed dicitur propriùs ipsius Ecclesiæ, cu-
52 jus est pars integralis, & quæ non potest stare, sine dicto Pariete, ac tota in eo recumbit, ut plenè firmatur *in decis.* 253. *num.* 33. *part.* 7. *recentior.* quæ est Votum Rev. Cam. Apost. Quæ veritas eò magis elucescit, tum quia præfatus Murus est coopertus te-
53 cto d. Ecclesiæ, & sic proprius ipsius, ut prosequitur *dict. decis.* 253. *num.* 34. *part.* 7. *recentior.* Tum etiam, quia altior, & antiquior Domus de Pizzis, ut probant dicti Testes, ac etiam quia est colligatus cùm aliis Parietibus propriis ejusdem Ecclesiæ; Hæc enim omnia plusquàm ad exuberantiam probant, proprie-
54 tatem, & dominium illius spectare ad ipsam Ecclesiam, ut ponderat *d. decis.* 253. *num.* 35. *&* 37. *part.* 7. *recentior.* & uno ore esse Murum proprium Ecclesiæ, licèt in parte adhæreat Domui præfatorum de Pixxis deponunt Testes omnes in hac Causa examinati, quorum depositiones datæ fuerunt in Summario.

Quæ omnia ad hominem comprobantur ex subsequuta observantia; Cum etiam anno 1612. Jacobus de Pizzis tentaverit, cum nova Fabrica paulisper occupare Fenestram circularem, sive Oculum, in dicto
55 Pariete existen. ex quo lumen recipiebat à Cornu Evangelii dicta Ecclesia, statim Episcopus tunc temporis in S. Visitatione mandavit eidem Jacobo, ut curaret destruere illud totum, quod in prejudicium Ecclesię edificaverat.

Quæ dicta sint ad exuberantiam, & ut magis, magisque innotescat omnimoda insubsistentia dictæ somniatæ communionis dicti Muri, ex quo, etiamsi per malam hypothesim illa probaretur, quod constantissimè negamus, nihil aliud resultare potuisset, quàm Jus ędificandi in sola medietate dicti Muri, non autem aliam medietatem illius, ad Ecclesiam pertinen-
56 tem, integrè nova fabrica occupare, prout practicarunt dicti Pizzi, ut, discusso articulo, probat *Rovit. decis.* 30. *num.* 2. *& per totam*, *& firmavit decis.* 253. *num.* 67. *&* 68. *part.* 7. *rec.*

Ultra quod non stetit occupatio prefatorum de Pizzis cum nova fabrica in solo Muro prospectus Ecclesiæ, cui adhæret ejus Domus, sed ulteriùs processit ad oc-
57 cupationem Muri lateralis, & ipsummet Ecclesiæ Fornicem, & alium lateralem Murum, intra Septa ipsius Ecclesiæ existentem à Cornu Evangelii, ut habetur ex omnibus Testibus.

Imposuerunt ulteriùs eidem Ecclesiæ servitutem stillicidii, ac aditus, necnon Fenestram circularem ejusdem Ecclesiæ occuparunt, sibique ipsis ad prospectum appropriando, & Episcopale Palatium, dictæ Eccle-
58 siæ unitum, omnimodè subjectum reddendo, taliter ut non dubitaverint ad proprium commodum Ecclesiam Cathedralem in omnimodam servitutem redigere, ac propriam Domum immunem reddere per præfatos aditus in Ecclesiam, in Asylum, si casus dederit, Delinquentium constituere.

Ex quibus patet quod nimis frivola remanet exceptio assertæ communionis Muri prospectus dictæ Ecclesiæ, prorsùs insubsistentis ad elidendas Censuras, incursas ob tot, & tantas servitutes, Ecclesiæ impositas, illiusque Jurium, & Bonorum occupationem infli-
59 ctas, tam ex Bulla in Cœna Domini, quàm ex Concilio Tridentino *cap.* 11. *& ex Clementina* 1. *de sent. Excommun.*

Quæ evitari nullatenus possunt sub mendicato prætextu, quòd præfati Ludovicus, & Clericus Thomas de Pizzis sint Secundi geniti, & Domus, de qua agitur, spectet ad Filios Baronis Vincentii Primigeniti, & propterea non valuerint destruere dictam novam fabricam, juxta Præceptum Curiæ Episcopalis; Cùm enim ipsi, tanquam Domini, ædificaverint, 60
& delictum occupationis Bonorum Ecclesiæ, & tot, tantasque servitutes eidem imposuerint, ex hoc facto criminoso irretiti remanserunt præfatis Censuris, & sicut valuerunt committere præfata omnia, forsan etiam contrà mentem, & voluntatem dicti Baronis Primogeniti, ita illa emendare tenentur, nàm cum Populus viderit eorum inobedientiam, & scandalum in eorundem Personis, ab eodem Populo videri debet punitio, ut bene ad rem ponderat *Card. de Luca de Ju-* 61
risd. disc. 29. *num.* 8. *& disc.* 100. *num.* 17. *§. Quarto in fin.* cum concordantibus *in tom.* 1. *p.* 2. *disc.* 27. *num.* 25.

Indubitanter, quia ad præsens ipsimet sunt Tutores Filiorum dicti Baronis, qui modò sunt in ætate pupillari, & uti Tutores tenentur Ecclesiam integrare, & à servitutibus liberare.

Id, quod dicitur de asserta tolerantia Episcopi Vespoli, non regit in facto, quia præfatus Episcopus statim, ac habuit notitiam dictæ novæ Fabricæ, illam 62
improbavit, & de ea doluit, & strepuit, ut habetur *in Summ.*

Cœterum de asserto defectu novæ Citationis post Monitorium, quæ necessaria asseritur, dum nonnullas exceptiones pro Procuratorem præsentari curave- 63
rint, postquàm receperunt dictum Monitorium nulla habenda est ratio, nedum, quia à Curia Episcopali, uti irrelevantes, non fuerunt admissæ, nec receptæ.

Sed etiam quia, etiamsi moniti legitimè comparuissent, & excipiendo se excusatos prætenderent, non per hoc contumaciam purgare potuissent, ea convincenti ratione, quia cùm jam essent excommunicati à Jure, nempè à Bulla Cœnæ, Sac. Concil. Trident. & aliis Sac. Canon. de quibus supra; non poterant de Injustitia petitionis excipere, cùm Sententia Juris semper dicatur justa, sed parere omnino tenebantur Episcopo; qui in Causis violatæ Immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ, qualis est ista, de qua agitur procedit ordinaria sua authoritate, non attento quocumque impedimento, sivè Inhibitione Me- 64
tropolitani, aut A. C. ut pluries declaravit hæc S. Congregatio Immunitatis, scilicet in *Cœphaluden.* 28. *Novembris* 1673. *libro primo Decret. pag.* 870. *in Baren.* 28. *Jan.* 1670. *lib. Decret. pag.* 1700. *& in Balneoregien.* 18. *Augusti* 1700. *lib.* 2. *Decret. Vallem.* ac etiam non obstante quacumque Appellatione eadem 65
Sac. Congreg. in Pisauren. 25. *Septembris* 1627. *libro* 1. *decret. pag.* 67. *& in Bisaccien.* 6. *Feb.* 1694. *lib.* 1. *Dec. pag.* 102. & etiamsi Appellatio esset interposita ad Papam, nam non admittitur, nisi in devolu- 66
tivo, ut respondit eadem S. Congregatio *in Mauraten.* 9. *Sept.* 1631. *lib.* 2. *Decr. pag.* 89. *à t. & in Benevent.* 22. *Nov.* 1636. *lib.* 3. *decr. pag.* 104.

Undè Episcopus, vel ejus Curia, non obstante quandoque appellatione, sive Inhibitioni procedere potest justè, & validè ad Censuras, imò tenetur, ut 67
probat *Sperell. decis.* 48. *numer.* 42. *& decis.* 181. *numer.* 83. & respondit hæc *S. Congr. in Montis Falisci* 8. *Julii* 1687. *lib. Decr. Martell. pag.* 129. Atque habemus in hac parte oraculum *S. M. Inn. X.* registratum *in Tom.* 4. *in Addition.* §. 4. per totum & concordat *Monacell. in Formul. tom.* 1. *tit.* 1 *formul.* 2. *n.* 19. *&* 20.

Non omittentes observare, quod etiam ubi Censuræ Episcopi aliquos defectus pati possent, adhuc, attento ultimo Statu libertatis Ecclesiæ, in qua stetit usque ad annum 1712. de quo tempore defacto præ- 68
fata omnia fuerunt innovata, ac patrata, ex quo manifestè resultat usurpatio, Censuræ substineri omni Jure deberent, sive Turbatores, & Usurpatores sint declarati censurati à lege, sive ab homine, quoties, prout in casu nostro, non agitur pro delicto facti transeuntis, sed pro illo facti permanentis, eo Turbatores continuant in Usurpatione Jurium Ecclesiæ; Ideoque hoc casu quotidianus est novus incursus Censurarum, ut optimè ponderat *Cardin. de Luca de Ju-* 69
risd. disc. 48. *n.* 16. Iste enim casus perseverantiæ in delicto, cessare facit omnes regulas, nam aliàs esset Delin-

Delinquentem, notoriè censuratum, ità confovere, ut prosequitur idem *Card. de Luc. d. disc. 48. num. 17. de Jurisdict.*

Quæ maximè procedunt in casu nostro, attentis irregularibus operationibus Clerici Thomæ de Pizzis, qui in vilipendium Episcopalis Dignitatis, & Jurisdictionis famosum penè libellum latina, & vernacula lingua publicè affixit, & ad impediendum e-
71 xercitium Jurisdictionis Episcopalis recursum habuit ad Judices laicales, tanquam Tutor Filiorum Baronis Vincentii, ejus Fratris, & uti assertus Commissarius Confidentiarum processit ad invasionem Episcopalis Jurisdictionis, Monitorios citatorios publicando, & comminando Censuras contrà Vicarium Generalem, Cancellarium, Promotorem Fiscalem, & Servientes Curiæ Episcopalis Civitatis Ortonæ, de quibus omnibus delictis, licèt Curia Episcopalis compilaverit probationes Judiciales, attamen ob reverentiam hujus Sac. Congregationis, ad quam recursum habuit præfatus
72 Clericus Thomas de Pizzis, se abstinuit ad ulteriora procedere in comminatione pœnarum, expectans congruum remedium ab hac Sac. Congregatione.

Die 28. Januar. 1721. proposita Causa in Cong. Imm.
73 Pont. R. P. D. Lercario, hodie S. R. E. Cardinali rescriptum fuit.

Suspensis Censuris, ad Judices suos, & quoad Recursum ad Judices Laicos Episcopus procedat authoritate sua ordinaria, prout de Jure.

Officium Auditoratus Generalis Confidentiarum, de quo fit mentio supra suppressus fuit a Bened. XIII. & unitum Auditoratui Generali R. C. A. mediante sequenti Constitutione.

CONSTITUTIO
BENEDICTI XIII.

Super annexione Officii Auditoratus Generalis Causarum Confidentialium Officio Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Auditoratus Generalis.

Benedictus XIII. Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex, de Supremo Apostolicæ Sedis Solio dispositione incommutabili, Divinaque Providentia constitutus, ut noxia evellat, & destruat, ac evulsa, & destructa in utiliorem providæ directionis erigat dignitatem, interdùm quæ rationabilibus ex causis à Sede Apostolica disposita sunt, subinde rerum experientia suadente, majoribus ex causis alterat, & immutat, ac his Pastoralis Officii sui par-
74 tes sollicitè, & prudenter interponit, prout rerum, temporumque qualitatibus debitè pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire. Aliàs siquidem, & postquam felicis recordationis Pius Papa V. Prædecessor noster, & tunc suus omnium Causarum confidentialium, pro tempore movendarum, cognitionem, & decisionem; ac Literarum Apostolicarum à piæ memoriæ Pio PP. IV. etiam Prædecessore nostro, tunc suo super hujusmodi Confidentiis emanatarum, exequutionem sibi, & Successoribus suis reservaverat, & postmodum ob varias, & continuas pro tempore existentis Romani Pontificis in gravissimis, & arduissimis totius Reipublicæ Christianæ negotiis occupationes, Causæ ipsæ in Romana Curia pro tempore motæ, & introductæ per particularem Judicem ex delegatione Apostolica, audiri, decidi, & cognosci consueverant, ipse verò Judex nedum solo Romani Pontificis nutu amovibilis, sed etiam sibi contrà ordinarios Collatores Episcopos, & alios superiores Prælatos, hac confidentiali labe prædicta infectos, procedendi facultas præclusa existeret, cui etiam in hujusmodi causarum prosecutione ut plurimùm delegabantur diversæ simoniacæ pravitates, & aliæ illicitæ pactiones, quæ, licèt ex ipsis confidentiis resultarent, seù illis mixtæ, & conjunctæ forent, tamen à nonnullis prætendebatur, eas sub facultatibus, Judici prædicto concessis, minimè comprænhendi, nec in illis ab ipso, sine speciali Sedis Apostolicæ Rescripto, posse procedi, unde eveniebat, ut modò ipsius Judicis mutatione, quæ interdùm contingebat, facultatum suarum angustia, ac etiam relinquentium cavillationibus, & subterfugiis, ejusdem Judicis authoritas sæpiùs eluderetur, ac ea, quæ ad purgandam hac contagione Dei Ecclesiam à dictis Prædecessoribus sapientissimè sancita fuerant, ut plurimùm debito effectu carebant in Animarum perniciem, & scandalum plurimorum, ejusdem recordationis Sixtus PP. V. similiter Predec. noster, incommodis prædictis obviare cupiens, opere pretium duxit, præd. Judicis Personam speciali titulo, & denominatione decorare, illiusque Jurisdictionem ampliare, ut in Tribunali suo, tum Judicia, tùm cætera, ad id munus pertinentia, perpetuò stabilirentur, ac ad certum, debitumque finem ordinarentur, Motu ejus proprio, meraque deliberatione, & ejus certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine unum Officium Auditoratus Generalis quarumcumque Confidentialium, etiam Simoniacam pravitatem, & quamcumque aliam illicitam pactionem inducentium, seu connexitatem aliquam cùm Confidentia habentium, Causarum, rerumque omnium indè resultantium, pro uno Generali illarum Auditore, qui omnium, & singularum Causarum hujusmodi Ordinarius Judex exerceret, & Officium ipsum ad ejus vitam obtineret, illudque in ejusdem Sixti Prædecessoris hujusmodi, & pro tempore existentis Romani Pontificis manibus quandocumque resignare licitè posset ad instar aliorum Romanæ Curiæ Officiorum vacabilium, & resignabilium, Apostolica auctoritate perpetuò erexit, & instituit, illique sic erecto, & instituto pro illius Dote decimam partem omnium, & singulorum fructuum, redditúum, proventuum, Jurium; obventionum, ac etiam distributionum quotidianarum, etiam solis præsentibus, & Divinis Officiis interessentibus dari, & per eos percipii solitarum, & aliorum quorumcumque æmolumentorum, ac etiam pensionum annuarum cum interventu Confidentiæ, vel aliàs simoniaca, aut alia illicita pactione interveniente, seù cùm his Confidentiis aliquam dependentiam, vel connexitatem habente, indebitè perceptorum, ad quorum restitutionem quoscumque per ipsius Auditoris Sententiam condemnari, etiamsi postmodùm per alios Judices Causam fortasè revideri, & dictam Sententiam confirmari, seu reformari, ac etiam super quibus post Litem, desuper in Officio hujusmodi intentatam, quomodolibet componi, vel aliàs concordari contigisset, nec non omnia, & singula alia Jura, salaria, regalia, & emolumenta quæcumque ordinaria, & extraordinaria, undecumque, & quomodocumque provenientia, etiam sportulas, vel alio quocumque nomine nuncupata, quę Judices Causarum Confidentialium hujusmodi, in dicta Curia pro tempore deputati, quomodolibet, & quocumque titulo, vel causa habere, consequi, lucrari, & percipere consueverant, seù etiam potuissent, ac debuissent, cujuscumque qualitatis, quantitatis, & valoris fuissent, Apostolica authoritate prædicta, etiam perpetuò applicavit, & appropriavit, ipseque Auditor, pro tempore existens, omnibus, & singulis privilegiis, quibus veri Familiares tunc sui, & Romani Pontificis, pro tempore existentis, continuique Commensales, Prælati Domestici, Sedisque prædictæ Notarii quomodolibet fruuntur, potiuntur, & gaudent, sibi similiter perpetuò concessis, & indultis, omnes, & singulas dictarum Confidentiarum, & Simoniacam pravitatem, vel quamvis aliam illicitam pactionem inducentium, seu aliquam dependentiam, vel connexitatem habentium, rerumque omnium indè resultantium, Causas hujusmodi, in eadem Curia quomodocumque, & qualitercumque, ac alias quascumque Personas, etiam Cardinalatus honore, ac Patriarchali, Archiepiscopali, & Episcopali Dignitatibus fungentes, etiam per viam Inquisitionis, aut ex Officio, aut Apostolica delegatione, vel aliàs quomodolibet motas, & movendas,

das, ac etiam quæ per viam Appellationis à Sententiis definitivis, vel interloquutorijs, vim definitivæ habentibus, per quoscumque Judices ordinarios, vel Delegatos, ac etiam dictæ Sedis Legatos, vel Nuncios pro tempore latis, & promulgatis, ad Sedem prædictam pro tempore interpositæ, seù reclamationis Judicialis, aut nullitatis ad Sedem eandem eatenùs devolutæ erant, vel inposterùm devolverentur, itaùt Causæ Appellationum hujusmodi per eum solum cognosci, nec alteri, nisi per Commissionem in Signatura Gratiæ, vocato ipso Auditore, propositam, & manu ejusdem Sixti Prædecessoris signatam committi possent, summariè, simpliciter, & de plano sinè strepitu, & figura Judicii, sola veritate inspecta, & manu regia, ac terminis substantialibus, qui de stylo, seù ordinatione Palatij Apostolici observari consueverant, penitùs omissis, ac etiam quibusvis Appellationibus, nullitatibus, & aliis diffugijs prorsùs semotis, procedendo unà cum omnibus, & singulis earum incidentiis, dependentijs, emergentijs, annexis, & connexis, ac etiam toto negocio principali, audiendi, cognoscendi, decidendi, fineque debito terminandi, etiam singulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, præterquàm in honorem Dei feriatis, nec non super omnibus, & singulis Confidentijs, etiam aliquam dependentiam, vel connexitatem cum simoniaca, vel alia illicita pactione, habentibus, seù mixtis hujusmodi, rebusque omnibus indè resultantibus, tàm ad Procuratoris Fiscalis denunciationem, & promotionem, quàm etiam Partium accusationem, seù ex mero Officio inquirendi omnes, & singulas hujusmodi confidentialem, & simoniacam pravitatem, vel quamvis aliam illicitam pactionem inducentium, seù aliquam dependentiam, vel connexitatem habentium, rerumque omnium indè resultantium, Causas coram quibusvis Judicibus, etiam Palatij Apostolici Causarum Auditoribus, inter quascumque Personas motas, & movendas, ad se, & suum Tribunal avocandi, ac omnes, & singulos dictarum Confidentiarum, & Simoniarum Auctores, Machinatores, Conscios, Complices, & alios, quos opus esset, ac sua quomodolibet interesse putantes, etiam per Edictum publicum, si ad eos tutus non pateret accessus, citandi, & constito sibi, quantùm sufficere videretur de Indiciis, ad personaliter, vel aliàs legitimè comparendum sub Excommunicationis, alijsque Ecclesiasticis Sententijs, Censuris, & pœnis, ac privationis omnium, & singulorum Beneficiorum, & Officiorum, per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque imposterùm obtinenda, nec non pecuniarijs, alijsque ejus arbitrio, etiam, juxtà demeritorum exigentiam, corporis afflictivis pœnis, monendi, eisque, ac quibusvis Judicibus, tàm Ordinariis, quàm Commissariis, etiam quacumque authoritate fungentibus, & functuris, sub similibus Sententijs, Censuris, & pœnis, tàm in dicta Curia, quàm extra eam ubilibet inhibendi, detinentes quoscumque Libros, Scripturas, Computa, Instrumenta, & alia Documenta publica, & privata, dictarum Confidentiarum Causas, etiam ut præferebatur, mixtas quomodolibet concernentia, ad illa exhibenda, nec non quoslibet Testes ad se Examini subijciendum, ac veritatis Testimonium perhibendum, etiam ex Officio, vel aliàs, prout sibi visum foret, per similes Censuras, & pœnas cogendi, compellendi, eosque, nec non Contradictores quoslibet, & Rebelles per Sententias, Censuras, & pœnas etiam privationis hujusmodi incidisse, servata forma Concilii Tridentini, declarandi, auxiliumque Brachij Secularis invocandi, necnon unum Locumtenentem in hujusmodi Causis cum simili, vel limitata potestate, quoties visum foret, constituendi, & deputandi, eumque revocandi, ac alium ejus loco subrogandi, nec non Literas, Constitutiones Pii IV. & Pii V. Prædecessorum hujusmodi super dictis Confidentijs editas, ac omnes, & singulas Sententias in dictis Causis Confidentiarum, tàm eatenùs per earum Judices, qui pro tempore fuissent, latas, quàm inposterùm per tunc futurùm Auditorem hujusmodi, ejusque Successores, ac Locumtenentes ferendas, via exequutiva, nulla tela judiciaria servata, ac quacumque Appellatione remota, ac aliàs, juxtà Literarum, seù Constitutionum prædictarum, ac etiam facultatum, dictis Judicibus per eum, & Prædecessores suos quomodolibet concessarum, formam, continentiam, & tenorem plenariè, & totaliter exequendi, & exequutioni demandandi, Mandataque exequutiva, & alia quomodolibet necessaria, & opportuna decernendi, & relaxandi, & generaliter omnia, & singula alia, quæ in præmissis omnibus, & singulis quomodolibet necessaria, & opportuna fuissent, faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, mandandi, decernendi, statuendi, ordinandi, & exequendi, plenam, & liberam, & omnimodam facultatem, potestatem, & authoritatem haberet, & habere deberet; Quodque Officium Notariatus earundem Causarum, de cætero perpetuis futuris temporibus ad meram, & liberam pro tempore existentis Auditoris prædicti dispositionem spectaret, & pertineret, ipseque pro tempore existens Auditor Officium Notariatus hujusmodi quibusvis Personis, de quibus sibi visum foret, per suas patentes Literas, Sigillo Officii sui Auditoratus munitas, gratis, vel pro pretio reperibili concedere, & assignare, ac soluta sibi solita compositione resignationis de dicto Officio Notariatus pro tempore faciendæ, nec non Personam, cui Officium ipsum Notariatus pro tempore concessisset, & assignavisset, ad illud, illiusque liberum exercitium absque alia dicti Sixti Prædecessoris, & pro tempore existentis Romani Pontificis concessione, & assignatione recipere, & admittere, ac per eos, ad quos spectabat, & pro tempore spectasset, recipi, & admitti, ac illis de solitis, & consuetis Juribus, & æmolumentis respondere facere liberè, & licitè valeret, eisdem authoritate, & tenore similiter perpetuò statuit, & ordinavit, ac aliàs, proùt in Literis Apostolicis ejusdem Sixti Prædecessoris desuper sub Datum tertio Kalendas Novembris Pontificatus sui anno secundo pleniùs continetur. Cùm itaque postmodùm Officium Auditoratus Generalis Causarum Confidentialium, vel aliàs, ut præfertur, mixtarum hujusmodi per liberam dimissionem Venerabilis Fratris Nostri Francisci Friderici de Jordanis, moderni Archiepiscopi Melitenen. nuper dictarum Causarum Confidentialium Auditoris, de dicto Auditoratu, quem tunc obtinebat, prævia tamen restitutione pretij ejusdem Officii cum Dataria nostra concordati, in manibus nostris factam, & per Nos admissam, vacaverit, & vacet ad præsens, Nos incommodis prædictis, ac cavillosis Judicij competentis allegationibus consultiùs obviare, ac promptiorem adversùs tàm perniciosam in exitium Animarum labem providè Justitiæ manum excitare cupientes, nec non Pii IV. Pii V. ac Sixti Prædecessorum hujusmodi respectivè Literarum, & Constitutionum prædictarum, nec non prædictorum Privilegiorum, Indultorum, gratiarum, & facultatum, pro tempore existenti Causarum Confidentialium hujusmodi Auditori quomodolibet concessorum, ac Sententiarum, desuper forsan latarum, & inde sequutorum quarumcumque tenores, nec non Litium, & Causarum super Confidentijs hujusmodi, aut aliàs, ut præfertur, contrà quoscumque coram eodem Auditore nunc quomodolibet introductarum, & adhuc indecisarum pendentium, status, & merita, nominaque, & cognomina Litigantium præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, & ex certa scientia, meraque deliberatione nostris, & de Apostolicæ potestatis plenitudine similibus ab Officio Auditoratus Generalis quarumcumque Causarum Confidentialium præfatarum, per dictum Sixtum Prædecessorem, ut præfertur, erecto, & instituto, & ad præsens per dicti Francisci Friderici Archiepiscopi dimissionem præfatam vacante, hujusmodi omnimodam prædicti Officij Auditoratus Generalis quarumcumque Causarum Confidentialium venalitatem, ac omnimodam illius resignabilitatem ei, illudque pro tempore obtinenti in illius erectione, & institutione ab eodem Sixto Prædecessore, ut præfertur, factis, Apostolica authoritate quomodolibet concessas, tributas, & indultas, & usque nunc ad instar aliorum Officiorum vacabilium, & resignabilium exercitas, perindè ac si venalitas, & resignabilitas hujusmodi

di tunc minimè concessæ, tributæ, & indultæ, & ac numquam exercitæ fuissent, Apostolica authoritate perpetuò abdicamus, abstrahimus, penitùsque supprimimus, extinguimus, & abolemus, illisque sic abdicatis, abstractis, suppressi, extinctis, & abolitis, Officium Auditoratus Generalis quarumcumque Causarum Confidentialium, & Simoniacam pravitatem, & quamcumque aliam illicitam pactionem inducentium, seù aliquam connexitatem cum Simoniæ labe habentium, prædictum, & ad præsens, ut præfertur, vacans cum reliquis omnibus, & singulis privilegiis, Indultis, gratijs, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, omnimodaque in præmissis Jurisdictione, necnon omnibus, & singulis Juribus, salarijs, & emolumentis quibuscumque ordinariis, & extraordinariis, undecumque, & quomodocumque provenientibus, etiam sportulis, vel alio quocumque nomine nuncupatis, Judicibus Causarum Confidentialium prædictarum in dicta Curia aliàs pro tempore deputatis quomodolibet, quocumque titulo, vel causa haberi, consequi, lucrari, & percipi solitis, & consuetis, quæve Judices prædicti antè Erectionem Officii Auditoratus Causarum Confidentialium hujusmodi à prædicto Sixto Prædecessore, ut præfertur, factam habere, consequi, lucrari, & percipere consueverant, potuerant, & debuerant, & in illius erectione hujusmodi ab eodem Sixto Prædecessore in ejusdem Officii Auditoratus Generalis Causarum Confidentialium hujusmodi tunc, ut præfertur, facta, Officio hujusmodi, illiusque Auditori Generali pro tempore existenti perpetuò applicata, & appropriata fuerant, Apostolica Authoritate prædicta de novo perpetuò erigimus, & instituimus, illudque sic de novo erectum, & institutum Officio Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Auditoratus Generalis, ità quod liceat Causarum Curiæ Cameræ nostræ hujusmodi Generali Auditori, illiusque Locumtenentibus nunc, & pro tempore existentibus, omnibus, & singulis beneficiis, indultis, gratijs, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, ac quacumque privativa quoad omnes alios quoscumque Judices in Causis Confidentialibus, aut alias, ut præfertur, mixtis, aut quamcumque cum eis connexitatem quomodolibet habentibus, prout Causarum Confidentialium hujusmodi tunc pro tempore existens Auditor uti, frui, potiri, & gaudere consuevit, acsi Officii Causarum Confidentialium hujusmodi venalitas, illiusque resignabilitas à Nobis, ut præfertur, abdicatæ non fuissent; uti, frui, potiri, & gaudere, necnon omnia, & singula Jura, obventiones, salaria, regalia, & æmolumenta quæcumque ordinaria, & extraordinaria, undecumque, & quomodocumque provenientia, ac etiam sportulas, aliaque quocumque nomine nuncupata, & à pro tempore existente Causarum Confidentialium hujusmodi Auditore Generali ratione Causarum Confidentialium hujusmodi Auditoratus Generalis percipi, & exigi solita, percipere, & exigere possint, & valeant; Sublata tamen facultate Auditori Generali Causarum Confidentialium hujusmodi, per ejusdem Sixti Prædecessoris Literas prædictas concessa disponendi de Officio Notariatus earundem Causarum, Quarum Acta, & consuetæ Expeditiones, cum primum per cessum, vel decessum, aut privationem, seu amotionem dilecti Filii Joannis Baptistæ Constantini, qui dictum Notariatus Officium ad præsens possidet, & exercet, vel cujusvis alterius, qui illud pro tempore quomodolibet obtinebit, aut aliàs quovis modo vacare contigerit, servata in reliquis quoad dictum Notariatus Officium forma, & dispositione Literarum prædicti Sixti Prædecessoris, tunc per Causarum Curiæ Cameræ nostræ Apostolicæ Notarios confici, & respectivè subscribi omninò debeant, dicta Apostolica authoritate æquè principaliter, non autem subjectivè, & extinctivè eadem Apostolica authoritate perpetuò applicamus, & appropriamus; Et ut omnis per applicationem, & appropriationem à Nobis per præsentes, ut præfertur, factas confusio tollatur Jurisdictionis, & ut universis, & singulis constet, liquidoque appareat, qua facultate, quave Jurisdictione Causarum Curiæ Cameræ nostræ prædictæ Auditor Generalis, nunc, & pro tempore existens, hujusmodi in judicandis, terminandisque Confidentialibus Causis utatur, eidem Auditori Causarum Curiæ prædictæ Generali nunc, & pro tempore existenti, ut ipse inposterum, ac perpetuis futuris temporibus in singulis suis Mandatis, desuper quoad Causas Confidentiales hujusmodi expediendis, ejus solitis, & consuetis inscriptionibus, & titulis aliam inscriptionem, aliumque titulum, nempè Auditoratus Generalis Causarum Confidentialium hujusmodi adjungat, necnon omnes, & qui in exercitio Auditoratus Causarum Confidentialium hujusmodi quoad numerum Literarum Patentium pro Officialibus, & Ministris per Civitates, & Diœceses à tunc pro tempore existentibus Causarum Confidentialium hujusmodi Auditoribus prædictis expediri solitarum irrepserunt abusus, penitùs amovere cupientes, Auditori Causarum Curiæ Cameræ nostræ prædictæ Generali nunc, & pro tempore existenti, ut Ipse unum dumtaxat Commissarium sibi pro qualibet Diœcesi Ordinariorum Jurisdictione ad assumendas informationes, Processusque construendos, aliaque circà causas, & materias in eorundem Pii IV. & Sixti Prædecessorum respectivè Literis prædictis expressas, & contentas sibi benevisa facienda, & gerenda, per suas patentes Literas gratis, & absque ulla solutione eligere, & constituere, eidemque Commissario sic ab eo, ut præfertur, electo, & constituto, facultatem Notarium sibi benevisum assumendi, & Procuratorem Fiscalem, etiamsi de aliena Diœcesi extiterint, constituendi, in Causis tamen particularibus contingentibus, facultatem concedere posse, Apostolica authoritate prædicta perpetuò earumdem præsentium Edicto præcipimus, & mandamus; Ut autem Commissarij, alijque Ministri, & Officiales à Causarum Curiæ Cameræ nostræ hujusmodi Auditore Generali nunc, & pro tempore existente prædicto ad Causas Confidentiales hujusmodi conficiendas, aliaque præmissa exequenda, ut præfertur, eligendi, & constituendi, tutò, ac liberè eorum respectivè ministerijs, eis, & eorum cuilibet demandandis incumbere possint, & valeant, Commissarios videlicèt prædictos à quorumcumque Ordinariorum, & Judicum plenariè, & perpetuò, quo verò ad Notarios, & Procuratores Fiscales à Commissarijs ipsis in singulis Causis particularibus, ut præfertur, deputandos, eisdem tantùm Causis durantibus, quatenus contra Ordinarios ipsos inquiri, & procedi contigerit, & non aliàs, ab eorundem Ordinariorum Jurisdictione respectivè eximimus, eosque Causarum Curiæ Cameræ nostræ prædictæ Auditoris Generalis nunc, & pro tempore existentis Jurisdictioni subjicimus, & supponimus. Volumus autem, quòd Commissarij pro tempore, ut præfertur, eligendi, & constituendi, hujusmodi Ecclesiasticæ Personæ vitæ, morum honestate, prudentia, rerum experientia, aliaque omni, debita ad eorum ministeria exequenda, idoneitate præditi existant, & quoad eos omnia, & singula serventur; quæ in Concilio Romano *tit. 9. cap. 3. in verbo Subcollectores* servari debere, Concilium ipsum demandat. Præsentes quoque validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis observari debere, neque sub quibuscumque similium, vel dissimilium Gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & alijs contrarijs dispositionibus, etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices, pro tempore existentes, sub quibuscumque verborum expressionibus, & formis, ac quibusvis clausulis, & decretis, pro tempore factis, comprehendi, vel confundi, sed semper, & perpetuò ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo concessas esse, & fore, sicque; & non aliàs per quoscumque Judices, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios judicari, & definiri debere, irritumque, inane decernimus, si secùs super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstante Causarum Confidentialium prædictarum Auditoratus Generalis, aliàs à Pio IV. & Sixto

Sixto V. Prædeceſſoribus prædictis, ut præfertur, reſpectivè facta, & quatenùs opus ſit, de Jure quæſito non tollendo, aliiſque noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, necnon Pii IV. & Pii V. ac Sixti Prædeceſſorum præfatorum, ac aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum, Prædeceſſorum noſtrorum, de rebus Eccleſiæ, & Cameræ prædictæ non alienandis, & malè alienatis recuperandis, illiſque non obligandis, ac ejuſdem Pii IV. Prædeceſſoris præfatis de gratiis ejuſdem Cameræ intereſſe quomodolibet concernen. in dicta Camera intrà certum tempus præſentandis, ac regiſtrandis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis Cauſarum Confidentialium Auditoratus à Nobis per præſentes, ut præfertur, abdicati, ac de novo erecti, & applicati Auditori pro tempore exiſtenti ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliſque efficacioribus, & efficaciſſimis, clauſulis, ac etiam irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ac mera deliberatione prædictis, ac aliàs in contrarium præmiſſorum omnium, & ſingulorum prædictorum quomodolibet pluries conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque ſingulis, & toties tenoribus habenda ſit mentio ſpecialis, perindè ac ſi in eiſdem præſentibus eorum tenores, & de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, inſerti forent, pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, latiſſimè, & pleniſſimè, ac expreſsè ad validiſſimum præmiſſorum omnium, & ſingulorum prædictorum effectum, etiam ſpecialiter, & expreſsè motu pari derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ abdicationis, abſtractionis, ſuppreſſionis, extinctionis, abolitionis, novæ erectionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, præcepti, mandati, Exemptionis, ſubjectionis, ſuppoſitionis, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1728. nonis Novembris, Pontificatus noſtri Anno quinto.

DISCEPTATIO II.

Nullius Provinciarum Ravennaten. & Salernitana Dimiſſorialium.

PRO

Capitulo Vaticanæ Baſilicæ;

CUM

Epiſcopis Brictinorien. & Policaſtren.

ARGUMENTUM.

Literæ dimiſſoriales an, & quando concedi poſſint à Prælato inferiore, habente etiam Territorium ſeparatum cum qualitate Nullius. Privilegium, ex cauſa oneroſa conceſſum, quando veniat ſub generali Privilegiorum revocatione.

Volens Pius IV. poſt publicatum Sacrum Concilium Tridentinum die 26. Januarij 1563. juxta Bullam in ordine la 73. *in Bullar. aut. Tom.* 3 inter alias impreſſas d. Summi Pontificis, aliquo modo recompenſare Cap. S. Petri in Vat. dimiſſionem nonnullorum Caſalium conſpicui valoris, & inſignium Redituum, factam tempore, quo duravit d. Sacrum Concilium pro
1 neceſſitatibus Sedis Apoſtolicæ, idcirco Abbatias Regulares S. Ruphilli Foripompilij, Provinciæ Ravennaten. & Sancti Petri de Cuſatis, Provinciæ Salernitanæ inter cæteras olim ſpectantes Congregationi Monacorum Ciſtercienſium, perpetuò ſuppreſſit, extinxit, & ad Statum Secularitatis reduxit; Illas verò taliter ſuppreſſas, & ſecularizatas de menſe Julij 1564. & ſic poſt dictum Concilium Tridentinum Motu Proprio ex cauſa oneroſa factæ dimiſſionis dd. Caſalium, ut ibi profite-
tur, applicavit, & incorporavit Capitulo dictæ Baſi- 2
licæ Vaticanæ cùm plenaria Juriſdictione Spirituali in Populum, & Vaſſallos, & prò hujuſmodi effectu dd. Abbatiarum Eccleſias, Grancias, Loca, Perſonas, Res, & Bona quæcumque, ab omnimoda Juriſdictione, tam Abbatum, & Superiorum Ordinis Ciſtercien. quàm quorumcumque aliorum Ordinariorum, & nominatim Epiſcoporum Brictinorien. & Policaſtren. pe-
nitùs exemit, abſolvit, & liberavit, etiam quoad Vi- 3
ſitationem, correctionem, Juriſdictionem, & quamvis aliam Superioritatem, tam in Spiritualibus, quàm Temporalibus, cùm clauſula *Sublata*, & Decreto irritanti, ac derogatione quibuſcumque Ordinationibus, etiam conciliaribus, & cùm aliis derogatoriis ipſarum derogatoriarum, in ampliſſimam formam extenſis ratione dicti tituli oneroſi.

Vigore hujuſmodi Pontificij Privilegij, quamvis Capitulum Sancti Petri ex illo tunc, aſſequuta poſſeſſione dd. Abbatiarum, pacificum obtinuerit ibi exercitium omnium actuum, concernentium utramque legem Juriſdictionis, & Diœceſis, & quoties de tempore proximo eidem Unioni fuit in eodem exercitio perturbatum
ab Epiſcopo Policaſtren. ſtatim Sacra hæc Congregatio, 4
diligenter inſpectis verbis d. Privilegij, cenſuit *de anno* 1595. non competere Epiſcopo in dicta Abbatia S. Petri de Cuſatis ullam Juriſdictionem, neque ordinariam, neque delegatam vigore diſpoſitionis d. Sac. Concilij, ut abinde citra uſque ad annum 1672. in favorem d. Capituli ſuperacceſſerit præter Territorium Separatum centenaria poſſeſſio dd. actuum Juriſdictionis, & Diœceſis, & ſignanter quoad facultatem concedendi Dimiſſorias Subditis Clericis ordinandis, ut deponunt quinque Teſtes, formiter examinati vigore remiſſoriæ Rotalis, dati in Summ. quibus conſonant innumera Documenta dd. actuum ac plures Bullæ Apoſtolicæ; Qui Te-
ſtes uſque ab anno 1648. teſtantur, in actu proportio- 5
nato idem Capitulum exercere in dd. Abbatiis Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & ſemper uſum fuiſſe facultate concedendi Literas dimiſſoriales, præter aliàs Bullas, d. qualitatem Nullius in ſpecie approbantes, necnon Reſolutionem Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium de anno 1658. ſuper facultate concedendi dd. Dimiſſorialium, quæ omnia Documenta in authentica forma exhibita fuerant *in Summ.*

Nihilominus de menſe Martij 1672. occaſione Viſitationis Sacrorum Liminum, adverſus præmiſſa omnia, reclamans in hac Sacra Congregatione Epiſcopus Brictinorii, obtinuit diſputari ſequentia dubia -- *An*
Capitulo S. Petri competat omnimoda Juriſdictio ſpiri- 6
tualis in dictis Caſtris cùm qualitate Nullius -- & ſic -- *An poſſit conferre Parochiales Eccleſias -- Dimiſſorias concedere -- Concionatores benedicere -- Confeſſarios approbare -- Matrimoniorum publicationes remittere* -- Verùm agnita non minùs gravitate Cauſæ, quàm illius qualitate contentioſa ob probationes, faciendas ſuper dicta centenaria, necnon inſpecta dependentia omnium Dubiorum à puncto principali d. omnimodæ Juriſdictionis ſpiritualis cùm qualitate *Nullius*, proindè hæc Sacra Congregatio die 27. Auguſti
1672. ſatiùs duxit ſuper omnibus ſimpliciter reſcribe- 7
re -- *Cognoſcendam eſſe Cauſam in Sacra Congregatione cùm Voto Rotæ* -- In ſequelam hujus Reſcripti, diſputata, & conceſſa per Rotam Remiſſoria *die* 20. *Februarij* 1673. *coram Albergato*, fuerunt completæ dd. pro-
bationes cùm examine formali quinque Teſtium, la- 8
tiùs, ut ſuprà, coadjuvantium bonum Jus Abbatis, Deſperantes autem Epiſcopi Brictinorien., & Policaſtren. quicquam ampliùs poſſe obtinere, ſiluerunt uſque ad noſtra tempora, quibus, continuante interim Capitulo in pacifica poſſeſſione omnium dd. actuum ſuæ Juriſdictionis, & Diœceſis, & præcipuè in conceſſione Dimiſſorialium petunt reſtrictivè Oraculum

hujus

hujus Sacræ Congregationis circa Literas Dimissoriales, juxtà Dubium in fine registrandum.

Præsupposito autem, vel constito, quòd Capitulum habeat Territorium Separatum dictarum Abbatiarum, cum plenaria Jurisdictione, quasi Episcopali, non cadit quæstio, quod, inspecto Jure communi, possit concedere Dimissorias Clericis suæ Jurisdictionis, & Diœcesis, dùm tali casu Abbas est à Jure communi æquiparatus vero Ordinario, & Diœcesano Loci, ad *Text. in cap. Cùm nullus tertio §. Inferiores de Tempor.*
10 *ordinat. in 6.* ibique *Joannes Andr. num. 2. Anchar. n. 3. Franc. num. 5. cap Abbates*, ibique *Gloss. in verb. Quasi Episcopalem de Trivil. in 6. cap. Quoniam distinct. 69. Passerin. in d. cap. Cùm nullus §. Inferiores art. 2. num. 195. de Temp. ordin. in 6. Sanchez cons. seu opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dubit. 21. num. 3. in fin. Fagn. in cap. Significasti nu. 13. de Offic. Archidiacon. & Rot. in Nullius, seu Caputaquen. Jurisdictionis 14. Decembris 1711. §. Et ne quatenùs coram. Ansaldo.*

Quod autem præsupponi debeat d. Territorium separatum in circumstantijs nostri casus, nedum resultat ex illius pacifica possessione, & quidem centenaria post secutam separationem favore Abbatis, juxta animadversa per *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1.*
11 *disput. 15. quæst. 10. num. 4. & 5.* ac ex pendentia, ac præservatione ejusdem disputationis, faciendæ in Rota, quià non est permitendum, bis idem decidi in diversis Tribunalibus, & evitari debet omnis Incompatibilitas juxta formata per *Rotam coram Buratt. decis.*
12 *257. num. 2. in fine*; Verùm etiam ex qualificata disputatione Dubij, decreta per Congregationem, cujus vigore Episcopi Brictinorien., & Policastren. possunt dumtaxat controvertere Capitulo potestatem dictarum Dimissorialium in casu concreto, & magis dubitabili concursus dicti Territorii separati, non autem in casu simplici cujuscumque Abbatis, simpliciter exempti sine dicto Territorio; hæc enim est Regularis natura clausulæ ETIAMSI apposita in dicto dubio, ut involvat, & præsupponat d. casum, ma-
13 gis dubitabilem ex adductis per *Surd. cons. 303. num. 15. Rota coram Seraphin. decis. 530. num. 6. & in recent. part. 2. decis. 721. num. 7. in fine*, taliter, quòd omnia alia, quæ dici possent in simplicibus terminis sine dicta qualitate Territorii Separati, dicantur extra Limites Dubii, & consequenter non discutienda in hac
14 Congr. juxtà notam regulam, de qua *Rota decis. 800. n. 7. part. 18. recent. & decis. 88. n. fin. coram Ansaldo.*

At verò, ne ex totali silentio Abbatis, sinistra aliqua desumi valeat interpretatio super ijs extra Dubium ex adverso propositis, cogimur breviter ostendere, quod idem Territorium separatum in dd. Abbatiis favore Capituli fuit constitutum à Pio IV. in dicta Bulla Unionis, ubi Papa non se continuit in puris terminis passivæ exemptionis, sed plenariam, & a-
15 ctivam eidem Capitulo attribuit Jurisdictionem in Clerum, & Populum in Spiritualibus, & Temporalibus, & ab eadem Jurisdictione pænitus exclusit nominatim Episcopos Brictinorien., & Policastren. cum verbis, totalitatem importantibus, & Jurisdictionem, ac superioritatem, quamvis minimam, auferentibus super dd. Clero, & Populo, subjectis Abbati; Qui est verus modus constituendi Locum Nul-
16 lius Diœcesis, & assignandi dictum Territorium separatum, juxtà *Glossam*, communiter approbatam, *in clem. 1. ver. Diœcesanis de Foro competenti*, & juxta communem Doctorum sententiam, ab hac Sac. Congr. sequutam, Testibus *Fagn. in cap. Nullus numer. 20. de Paroch., & cap. Grave sub nu. 10. de Offic. Ordin. Rota decis. 459. n. 3. & plur. seqq. coram Bich. & decis. 200. n. 3. & 4. coram Cels. & decis. 235. n. 2. & seq. par. 13. & decis. 99 n. 4. par. 14. & decis. 498. n. 4. & seq. par. 19. rec. & in Nullius, seu Clarevallen. Jurisdictionis super bono Jure 25. Jun. 1706. §. Pro comp. cum seq. coram Kaunitz.*

Quem Indulti Pontificii intellectum explicavit paulò post hec Sac. Congr. respondens *de anno* 1595. diligenter inspectis illius verbis, non licere Episcopo Polica-
17 stren. visitare Ecclesias dictæ Abbatię, neque Jure ordinario, neque Jure delegato, ut ex verbis ejusdem Resolutionis sequentis teneris,

Copia decreti aliàs sub die 7. Septemb. 1595. facti ab Illustr. & Reverend. DD. Cardinalibus Sac. Congreg. Concilii Tridentini.

Illustrissimi, & Reverendissim. Dom. prætendit Reverendissimus D. Episcopus Policastren. visitare Jure ordinario, vel saltem, tamquam Sedis Apostolic. &c. Delegatus, Eccles. Abbatiæ nuncupat. S. Petri de Cusatis 18
de Camerota, seu aliàs etiam Parochiales Eccl. illi subjectas, & ab ea dependen. in sua Policastren. Diœcesi, ut dicitur existen. in vim Sac. Concilij Tridentini, & signanter in dispositione *cap. 8. sess. 7. & cap. 8. sess. 21.*

Sed Capitulum S. Petri de Urbe, cujus Mensæ d. Abbatia cum omnibus suis Juribus, Grangiis, & dependentiis Apostolica authoritate aliàs per fel. rec. Pium IV. fuit perpetuò unita, & incorporata cum Privilegio amplissimo generalis, & plenariæ exemptionis, cujus integrum exemplum fuit exhibitum Illustrissimis, & Reverendiss. DD. meis, prætendit d. Capitulum, neque ordinaria authoritate, neque delegata, in terminis ejusdem Sac. Concilii posse hujusmodi Visitationis munus in dicta Ecclesia, seu ejus dependen. exercere, ne-
que aliàs in illis, seu aliqua ipsarum quoquo modo se in- 19
gerere, juxtà formam, & seriem prædicti Privilegii, & literarum Unionis; supplicant propterea Canonici, & Capitulum prædictæ Basilicæ ab Illustrissimis, & Reverendiss. DD. meis declarari ex Voto hujus Sac. Congregationis, quid in hujusmodi Controversia statuendum sit pro solito.

Congregatio Concilii, dirigenter inspecto tenore Unionis, atque exemptionis, rationibus utrinque allatis maturè perpensis, censuit, non licere Epicopo Policastren. visitare hujusmodi Parochiales Ecclesias, Ca-
pitulo S. Petri à fel. rec. Pio IV. post Concilium unitas &c. 20

Ex ratione, quia non agebatur de simplici exemptione, sed exclusione plenaria cujuscumque Jurisdictionis Episcopi, & illius translatione pænes Abbatem, quo
tantùm casu cessat Jurisdictio etiam delegata in vim 21
Decretorum Sac. Concilij Tridentini ex animadversus per *Fagnan. in cap. Nullus num. 40. & seqq. de Paroch.* & firmatis per *Rot. decis. 117. num. 3. & seqq. post Tamburin. de Jur. Abb. & decis. 82. à n. 13. ad 20. coram Otthobon. & decis. 459. num. 28. & seqq. coram Bich. & decis. 204. num. 10. par. 19. rec.*

Id ipsum demonstravit subsecuta uniformis observantia, dùm à tempore ejusdem Indulti usque in præsens obtinuit Capitulum in faciem dd. finitimorum Episcoporum exercitium omnium actuum d. Jurisdictionis, & Diœcesis ex quibus dubium non est, comprobari dictum Territorium separatum ex cumulatis in *Nullius, seu Morsicen. Jurisdictionis super bono Jure 7. Junij 1700. §. Hæcque omnia cum seqq. coram Muto*, impressa *penes de Prosperis de Territor. separat. decis. 12. numer. 22. 23. & 24.*

Ac demùm, cæteris alijs pro nunc omissis, talem Piani Brevis intellectum non semel declaravit S. Sedes, nedùm in pluribus Literis, qualificantibus dd. Abbatias
uti Nullius, ad tradita per *Rot. decis. 69. num. 16. part.* 23
19. & in dicta Nullius, seu Marsicen. §. Istaque omnia in fine; sed specialiter in quinque Bullis Summorum Pontificum, præcisè affirmantibus d. Capitulum Jurisdictionem quasi Episcopalem habere, & exercere in dd. Abbatijs, quæ in authentica forma exhibitæ fuerant in Summario quibus reiteratis declarationibus Papalibus, tanquam ex fonte totius finis dictionis ortum ha-
bentibus, omnimodam fidem esse præstandam inquit 24
Rota in Constantien. Jurisdictionis super bono Jure 1. Julij 1718. §. Responsione non refragante coram Ansaldo.

Quibus stantibus vanum est insistere in prætensa situatione materiali dd. Abbatiarum intra fines dd. Diœcesis Brictinorien. & Policastren. (Quidquid enim sit de veritate Suppositi, suis loco, & tempore exadversò concludenter justificandi) prò nunc satis est dicere, in nostro casu omne cessare difficultatem ex eadem Bulla Unionis de anno 1564. cùm subsecutis actibus, & nunquam interjusque d. observantiæ; Quia sicuti ex præmissis acquisiverunt dictæ Abbatiæ verum Statum *Nullius* cum exclusione cujuscumque Jurisdictionis dictorum Epicoporum, ex authoritatis, supra allegatis, & de facto habent suum Territo-

rium

rium separatum, cum Confinibus distinctis ità, non attenta qualibet materiali situatione, reputantur illæ, ac si veræ, & propriæ existerent extrà præfatas Diœceses, cum Locus plenariè exemptus non dicatur, nec
26 in Diœcesi, nec de Diœcesi, juxta Theoricam *Geminian. in cap. Cùm Episcopus num. 4. de Offic. ordin. in 6. Fagn. in cap. Grave numer. 10. eod. tit. Rota decis. 372. num. 10. par. 11. & decis. 274. num. 8. par. 17. & decis. 200. num. 1. & sequen. coram Cels. & decis. 459. num. 12. & pluribus sequen. coram Bichio*; Taliter ut quæcumque aliæ enunciativæ d. situationis, vel dicantur stare demonstrativè, vel proveniant à facto Officialium Papæ, quandoque pro faciliori perquisitione describentium sub finitima Diœcesi Abbatias, etiam *Nullius*, vel confundantur ab alijs, numero pluribus, ubi
27 dd. Abbatiæ denominantur *Nullius* efirmatis per *Rotam in dicta Nullius, seu Clarevallen. Jurisdictionis super bono Jure 25. Junij 1706. §. Nec relevat coram Kaunitz, & in Nullius, seu Caputaquen. Jurisdictionis super bono Jure 21. Februarij 1710. §. De contrario coram Falconerio.*

Firma itaque manente Basi d. Territorij separati, cum plenaria Jurisdictione quasi Episcopali in favorem Abbatis, itaut iste habeat omnem potestatem concedendi Dimissorias Clericis suis Subditis, inspecto Jure communi, & supra animadversis totum causæ momentum reducitur ad illam inspectionem, An dis-
28 positio Juris communis possit dici correcta ex Jure novo *Sacri Concilij Tridentini in cap. 10. sess. 23. de Reformat.* abrogantis d. facultatem Abbatum, etiamsi essent *Nullius*; Quod non videtur subsistere, ex qua-
29 tuor fundamentis, Primò nempè, quia Concilium loquitur de Abbatibus impropriè *Nullius*; Secundò, quia in omnem casum non comprehendit Abbates, ve-
30 rè *Nullius*, creatos à Papa post Concilium, Tertiò, quia concurrit favore d. Abbatis speciale Privilegium concedendi dictas Dimissorias, relatum cum suo te-
31 nore in quinque Bullis Apostolicis; & Quartò, quia idem Privilegium resultat ex centenaria possessione illarum concessionis, obtenta post dictum Concilium, & Unionem Abbatiarum, quos omnes Titulos ad Defensionem sui Juris potest Capitulum Abbas cumulare juxta regulam Textus in *cap. Nullus de Reg. Jur. in*
32 *6.* & animadversa per *Abb. in cap. Cùm olim num. 17. de Privil. Piringh. in Jus Canon. lib. 5. tit. 33. sect. 2. §. 6. num. 66. de Privil. & excess. Privil.*

33 Primum fundamentum facili negotio demonstratur, præmittendo ea, quæ observavi *in Tom. 1. part. 1. discept. 9. n. 63. & Tom. 7. part. 2. discept. 19. §. quod n. 63. & seq.* quod scilicet mentio Abbatum, & Prælatorum, Episcopis inferiorum, facta in aliqua dispositione regulariter potest considerari in triplici specie, videlicèt in Abbatibus, simpliciter exemptis, cum aliqua tantùm Jurisdictione activa in certas Personas,
34 non in Populum; Rursus in alijs impropriè etiam *Nullius*, cum aliqua Jurisdictione activa, quoad certos actus Episcopales, obtenta per Privilegium; vel quæsita per præscriptionem; & demùm in alijs Abbati-
35 bus verè Nullius, habentibus ex Privilegio Papæ Territorium separatum, cum omnimoda Jurisdictione spirituali, excluso in totum Ordinario, Quoties itaque Sacrum Concil. in *cap. 10. sess. 23.* loquutum fuit de Ab-
36 batibus, quantumvis essent *Nullius*, satis illius dispositio verificari potest, quo ad Abbates primæ, & secundæ speciei, impropriè *Nullius*, & semper remanentes in Diœcesi finitimi Episcopi, qui, d. facultatem dandi Dimissorias de Jure communi non habentes, sibi indebitè illam arrogaverant, ex ass. antiquis
37 Privilegijs, vel Consuetudinibus, etiam immemorabilibus ante Concilium, prout sibi illam arrogare posse vigebat tunc opinio ex notatis *in dec. 451. Cappell. Tholosan.* Cæterùm d. Concilium non intellexit comprehendere Abbates tertiæ speciei, & verè *Nullius*, qui dictam facultatem habebant de Jure communi, ut
38 benè observant *Andreas Mendo in Epitom. Opin. moral. verb. Literæ dimissoriæ num. 1.* ibi -- *Literas dimissorias ad suscipiendos Ordines possunt conferre, præter Episcopos, suis Subditis, adhuc sæcularibus, Abbates, & similes Prælati, habentes Episcopalem, seu quasi Episcopalem Jurisdictionem pleno Jure; Nam in his residet Jurisdictio ordinaria, & ante Tridentinum poterant has Dimissorias concedere, nec per Tridentinum ablata est eis hæc potestas*; SIQUIDEM *Tridentinum, eam aufe-* 39
rens, loquitur de Prælatis exemptis, qui ex privilegio, vel consuetudine ea utebantur, quin haberent eam Jurisdictionem quasi Episcopalem, sic expositam, & sequitur *Bernardus Bisso in Hierurg. tom 1. lit. D. num. 167. §. 2.* ibi -- *Neque est contra Tridentinum sess. 23. de Reform. c. 10. ubi prohibetur Abbatibus privilegiatis, & exemptis concedere Literas dimissorias, quia ibi est tantùm sermo de illis Prælatis, qui ex privilegio, vel Consuetudine has Literas concedebant, absque eo, quòd haberent Jurisdictionem quasi Episcopalem*, & cæteris alijs relatis, prosequuntur *Dian. coord. tom. 2. tract. 5 tit. de Sacram. Ordin.* 40
resol. 78. num. 5. & resol 73. num. 2. Villalob. in Summ. tom. 1 tract. 11. difficult. 9. num. 4. Rodriquez. in Compend. qu. regular. resolut. 1. n 26.

Quæ distinctio Abbatum ferè ad evidentiam remanet 41
declarata in eodem *cap. 10. sess. 23. d. Sac. Concil.* ibi -- *Abbatibus, ac aliis quibuscumque, quantumvis exemptis, intra fines Alicujus Diœcesis consistentibus, etiamsi Nullius Diœcesis, vel exempti esse dicantur*, ut nempè istis non liceat dare Dimissorias Clericis, *sed horum or-* 42
dinatio ad Episcopos, intra quorum Diœcesis fines existunt, pertineat; Cùm autem certum sit, quòd Abbates verè *Nullius*, & proprium Territorium separatum habentes, non dicantur unquam de Diœcesi, nec in Diœcesi alterius Episcopi, ideò istis applicari nequit eadem dispositio Concilij, sed alijs impropriè *Nullius*, qui 43
semper remanent in Diœcesi Episcopi, ut benè observat *Piringh. in Jus Canon. tom. 1. tit. 11. tit. de Tempor. ordin. sect. 1. §. 7. de Liter. Dimissor. sub numer. 56.* ibi -- *Quòd si tamen Prælatus exemptus sæcularis, vel regularis, ordinariam Jurisdictionem, quasi Episcopalem in Loco aliquo obtineat, itaut Populus etiam sit exemptus, & Episcopus Ordinarius, seù Diœcesanus in illo Loco Jurisdictionem non habeat, idem Literas dimissorias Subditis suis, etiam Sæcularibus, ad Episcopum alterius Diœcesis dare poterit, non obstante Concilio Tridentino.* RATIO EST, *quia talis Prælatus parem Jurisdictio-* 44
nem habet in Loco illo, quàm Episcopus in sua Diœcesi; ergo, sicut Episcopus dare potest Literas dimissorias Subditis suis secularibus, ita, & ipse potest, cùm Dimissorias dare non sit actus ordinis, sed Jurisdictionis Episcopalis, idque clarè colligitur ex Concil. Trident. citato loco ex illis verbis -- ad Episcopos, intra quorum Diœcesis 45
fines existant. ATQUE Ecclesiæ, eorumque Prælati, qui proprium, & distinctum Territorium habent, in quo exercere possunt Jurisdictionem Ordinariam, & quasi Episcopalem in Subditos seculares, & regulares, nec sunt è Diœcesi, nec in Diœcesi, sive intrà fines Diœcesis Episcopi, adeòque omninò extra Diœcesim; ergò de his Concilium Tridentinum non loquitur, & consequenter possunt dare Dimissorias Subditis etiam secularibus.

Eademque distinctio, comprobatur ulterius ex parte derogatoria d. Sacri Concilij Tridentini, quæ est restricta ibi -- *Non obstantibus quibusvis Privilegijs, Præscriptionibus, aut Consuetudinibus, etiam immemo-* 46
rabilibus, unde Sacrum Concilium non cogitavit umquam derogare Juri Communi, cujus vigore dicti Abbates, plenariam Jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, dabant dictas Dimissorias, & sic tales Abbates non comprehenduntur in eadem dispositione Con- 47
cilij, ut punctualiter observat *Sanchez. cons. seu opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dubit. 21.* ibi -- *An Abbates, & alij Prælati, qui non sunt Episcopi, habent tamen Jurisdictionem quasi Episcopalem in Subditos Sæculares, possint illis dare Literas dimissorias ad Ordines, vel hoc solum possint Episcopi, num. 5.* ibi -- *Dubium est, an post Tridentinum hoc idem liceat Abbatibus, & alijs Prælatis dictis; Videtur enim id non licere per sess 23. cap. 10. &c. Cæterum probabilius esse credo, posse post Tridentinum; RATIO, quia, licèt id non concedat Abbatibus, est* 48
opus videre Clausulam derogatoriam, quam ponit, & juxta illam regulandum est Decretum; Si enim non habeat Clausulam derogantem, est signum, quod Concilium id non concedit, at si aliundè est concessum id non derogat &c. At per illam Clausulam Concilium non derogat Juri com- 49
muni,

muni, *quo poterant hi Prælati dare Literas dimissorias*, *sed tantùm Privilegijs*, *& Consuetudinibus*; *Ergo tantùm intelligitur de Abbatibus*, *& alijs Prælatis*, *quibus non competebat ex Jure communi*, *sed ex usu*, *vel Privilegio dare Reverendas*, *illis autem*, *quod id haberi*
50 *ex Jure communi nil derogat*, *quod probatur*, *quia tantùm derogat Consuetudinibus*, *& Privilegijs*, *at in generali derogatione Privilegiorum non comprehenditur insertum in corpore Juris communis*, *quod non dicitur proprie*
51 *Privilegium*, *cap. Privilegia distinct.* 3. *quod idem probatur*, *quia quando Tridentinum voluit derogare Juri communi*, *id expressit sess.* 7. *cap.* 10. *de Reformat. Ubi ergo tantùm derogat Privilegia*, *vel Consuetudines*, *non*
52 *videtur abrogare Jus commune &c. unde concludo*, *Decretum Concilij Tridentini loquitur solùm de Abbatibus*, *& Prælatis*, *non habentibus plenam Jurisdictionem Episcopalem*, *quibus competit ex Jure communi dare Reverendas*, *sed de quibusdam*, *qui absque hac plena Jurisdictione non ex vi Juris communis*, *sed ratione alicujus peculiaris Privilegij*, *vel præscriptionis Reverendas con-*
53 *cedebat*, *& ita hodie post Tridentinum plures Abbates*, *& Abbas de Alcala la Real*, *& alij illas conferunt*, *non obstante dicto Decreto &c.*

Verior itaque (quicquid aliqui dicant) videtur opinio, quod dicta facultas concedendi Dimissorias remanet præservata, prout antea habebant de Jure communi, Abbatibus verè *Nullius*, cum Territorio se-
54 parato, ut, præter supra allegatos, probant *Ciarlin. controv. foren.* 220. *num.* 100. *& per tot. Gratian. discept. foren. cap.* 212. *num.* 3. *& seqq. Barbos. de Offic. & potest. Episc. alleg.* 7. *num.* 8. *Flores de Men. quæst.* 24. *num.* 8. *de Prosper. de Territ. separat. quæst.* 5. *num.* 42. & cum hac processit Rota, ut videre est distinctione *in decis.* 82. *a num.* 11. *ad* 17. *coram Otbobon.* ubi, quòd in his terminis est intelligenda dispositio Concilij cum non-
55 nullis Resolutionibus hujus Sac. Congregationis, & *decis.* 31. *num.* 1. *&* 2. *post Tondut. de Pension.* ubi pariter concilientur aliæ Resolutiones hujus Sac. Congregationis, & *decis.* 274. *sub num.* 10. *&* 11. *par.* 17. *recen.* ubi declarantur aliæ Resolutiones Congreg. Episc. &
56 Regul. *& decis.* 459. *num. ultim. coram Bich.* & ita conciliantur omnes Resolutiones hujus Sacræ Congregationis. Quibus non adversantur firmata *per Rot. in Valuen. seu Sulmonen. Jurisdictionis super Manutent.* 2. *Julii* 1714. *§. Demum cum seq. coram Falconerio* inter alias hodiè impressas coram *eod. la* 7. *tom.* 2. *tit. de officio ord.* nam dicta decisio, quæ emanavit, unica tantùm Par-
57 te informante, minùs habere visa est super hoc puncto *in secunda decisione*, utraque parte edita *die* 10. *Decembris* 1714. *§. final. coram eodem*, in qua fuit solummodò perstitum in decisis pro Manutentione Episcopi in quasi possessione dandi dd. Dimissoriales, ex ea restricta
58 ratione ibi — *donec*, *& quousque Abbas non probet se habere Territorium separatum cum tota Jurisdictionem quasi Episcopali*, ut latiùs ex eadem *decisione* impressa per coram *eod. dec.* 8. quod operatur, ut non sint attendenda ea quæ præter necessitatem ex placito Extensoris posita fuerunt in prima Decisione, unica Parte informante, dum cæteroquin resolutio in d. casu pro denegatione Dimissorialium Abbati fuit semper justissima, ex eo, quia ibi non aderat, nec erat præsupponendum, prout in præsenti, favore Abbatis Territorium separatum, sine quo antecedenti vanitas est, posse competere Abbati d. facultatem, secluso peculia-
59 ri privilegio Papæ, & in ijsdem terminis processit Rota in Causa *Militen. Jurisdictionis*, nam quoties censuit, constare de Territorio separato super quatuor Locis favore Abbatis, tunc approbavit ejus Jus quoad faculta-
60 tem dandi dimissorias, ut in eadem *Militen. prima Aprilis* 1715. *§. Abbatiale Territorium coram Falconerio*; Quoties autem recessit à decisis, & exclusit in omnibus Territorium separatum Abbatis, tunc consecutivè improbavit dictam facultatem concedendi Dimissorias, ut recognosci potest *in decis.* 9. *&* 10. *coram eod. sub tit. de Offic. ordinar.*

Nec pariter obstant nonnullæ Resolutiones hujus S. Congregationis; Etenim satis esset advertere, quòd in hac parte non una, & constans fuit opinio Sac. Congreg. sed varia, & difformis, ut referunt *Card. de Luca de Jurisdict. disc.* 16. *num.* 1. *de Prosper. de Territ. separat. quæst.* 5. *num.* 39. *&* 40. Et proinde specialiter ve- 61
ritate præ oculis habendæ peculiares casuum circumstantiæ, dum Sac. Congregatio nunquam firmavit regulas generales, pro quibuscumque casibus, sed regulariter solet respondere in concreto subjecti Dubii, quod disputatur, ut solemniter protestata fuit in illa celebri *Nullius*, *seu Fulden. Jurisdictionis*, qua prætendebatur dis- 62
putari, & resolvi dubium in abstracto.

Ex quibus desumitur facilis responsio ad Resolutiones, in contrarium afferri solitas; Aliæ enim loquuntur de Abbatibus, simpliciter exemptis, aliquod Privilegium, vel antiquam consuetudinem ante Concilium habentibus; Aliæ prodierunt in terminis possessionis, assistentis Episcopo super Subditis Abbatiæ, donec Abbas per tres 63
conformes probaret suum Territorium separatum; Nullæ autem, quas viderim, urgent Resolutiones S. Congregationis ubi, prout in casu concreto, præsupponatur indubitatum Territorum separatum favore Abbatis, qui etiam habeat centenariam possessionem concedendi dd. Dimissorialium post Concilium vigore dictæ omnimodæ Jurisdictionis spiritualis, sibi per Papam indultæ, in quibus terminis præter decisiones Rotæ, militant etiam Resolutiones hujus Sac. Cogregationis, prout *de antiquis* testatur *Nicol. in Floscul. verb. Abbas num.* 8. ibi — *Abbas*, *habens proprium*, *& sepa-* 64
ratum Territorium, *& Jurisdictionem quasi Episcopalem*, *potest concedere Dimissorias ad Ordines*, *ut in Neapolitana* 16. *Junii* 1601. *& in Lucubrat. canon. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 39. *de Sent. excomm. num.* 218. *sub. §.* 10. ibi — *Abbates*, *& alij quicunque Prelati*, *inferiores Episcopis*, *tam Seculares*, *quam Regulares*, *concedentes Dimissorias*, *suspensionem per annum incurrunt*, *Trident. sess.* 23. *cap.* 10. *ad fin. Excipiendi tamen videntur habentes proprium*, *& separatum Territorium*, *quia Concilium loquitur de consistentibus intra fines alicujus Diœcesis* 1601. *Neapol.* 16. *Junii Certosini per il Prior di S. Stefano del Bosco* 18. *Junii* 1632. & sequitur *Barbos. de Offic. & potest. Episc. part.* 2. *alleg.* 7. *sub num.* 8. *versic. Et novissime* ubi registrat Decretum S. Congregationis Episcoporum, & Regularium, referente Gyptio; De recen- 65
tioribus verò resolutionibus hujus Sac. Congregationis, quòd, constito de Territorio separato, liceat Abbatibus dare dd. Dimissorias, testatur practicus *Monacell. in formul. practic. legal. par.* 3. *in appendic. fol.* 199. *lit. A. & par.* 4. *in Addit. fol. mihi* 106. *num.* 160.

Descendendo modò ad secundum fundamentum boni Juris Capituli; utcunque res habeat, nunquam Sac. Concilium potuit comprehendere Abbates, verè *Nullius* creatos à Papa post dictum Concilium, quod fuit publicatum die 26. Januarij 1563. *juxta Bullam* 73. *Pii* 66
IV. & dd. Abbatiæ cum Territorio separato fuerunt unitæ nostro Capitulo de mense Julij 1564. & sic post integrum annum cum dimidio alterius post publicatum d. Concilium; Ex quibus sequitur non posse ampliùs dubitari, quòd, quicquid sit in alijs Conciliis Generalibus, peculiare sit in Concilio Tridentino, ut illud sufficienter censeatur sublatum ex derogatorijs, & non obstantijs generalibus, quæ leguntur in nostra Bulla posteriori nec requiratur ulla alia specialis derogatio propter Decretum ejusdem *Concil. cap. ult. sess.* 25. *de* 67
Reform. quod in omnibus illius capitibus voluit salvam semper esse Authoritatem Sedis Apostolicæ, unde Papa, decernens aliquid Motu proprio preter, vel contra dictum Concilium per Bullam posteriorem, videtur potiùs uti facultate sibi de Jure competente, & intacta relata à Concilio, quàm aliquid facere contra Concilium, & exindè inolevit praxis non derogandi specialiter d. Concilio Tridentino, quod tali casu remanet nihilominus inefficax, ut etiam declaravit S. Pius V. in ejus Motu proprio, ad verbum registrato penes *Garz.* 68
de Benef. part. 4. *cap.* 5. *num.* 32. *& seq.* & millies respondit hæc Sac. Congregatio in Resolutionibus, relatis penes *Garz. loco citat. num.* 33. *ad* 45. *& part.* 5. *cap.* 8. *num.* 87. *in fin. ad dub.* 9. *Gratian. discept. forens.* 940. *nu.* 15. *&* 16. *ubi Carol. Ant. de Luca num.* 9. *Card. de Luc. in Adnot. ad Concil. Trid. disc.* 1. *num.* 14. *&* 15. *Germon. de Indult. Cardin. §. Per quæ sublatis num.* 74. *Fagn. in cap. Nulla num.* 86. *de Concess. præben. & in cap. Ex parte n.*

26. *de*

26. de Privil. Rot. deciſ. 713. numer. 9. cor. Merlin. & deciſ. 260. numer. 3. cor. Manzaned. & deciſ. 179. num. 6. part. 2. & deciſ. 71. num. 8. & 9. part. 6. rec. & in Hiſpalen. Proceſſionis ſuper ſecundo Dubio 28. Junii 1700. §. Siquidem coram Anſaldo.

In qua parte habemus Rem judicatam hujus Sacr. Congregationis; De tempore enim proximo d. Unionis Abbatiarum cum Territorio ſeparato, factæ noſtro Capitulo, nempe anno 1595. excitante Epiſcopo Policaſtren. prætenſionem viſitandi d. Abbatiam S. Petri de
69 Cuſati, ſaltem Jure delegato Sac. Concilii *in cap. 9. ſeſſ. 24. de Reform.* cujus vigore dicebatur ſibi ſpectare, ad minus uti viciniori, dictam Viſitationem Jure delegato, etiamſi Abbatia eſſet verè *Nullius* cum Territorio ſeparato, & extrà fines cujuſcumque Diœceſis exiſteret, juxtà antiquam nonnullorum opinionem, re-
70 latam *Fagn. in cap. Grave numer. 21. de Offic. ordin. in cap. Nullus numer. 23. & ſeqq. de Paroch. & in cap. Accedentibus numer. 33. de Exceſſ. Prælat.* Sacra hæc Congregatio, diligenter inſpectis verbis dictæ Unionis, cenſuit, non licere Epiſcopo Policaſtren. viſitare dictam Abbatiam, neque Jure ordinario, neque Jure delegato Sacri Concilii ut ſupra probavimus Non alia ratione, niſi quia Territor. ſeparatum d. Abbatiæ fuerat conceſſum poſt idem Concilium Tridentinum, & ſic
71 erat inefficax iſtius diſpoſitio, ut, referendo eandem punctualem reſolutione, teſtatur *Nicol. in Floſcul. verb. Viſitatio ordinaria ampliat. 4. in fin.* ibi — *Item, niſi exemptio fuiſſet conceſſa poſt Concilium, unde ejuſdem Concilii Sac. Congregatio cenſuit non licere Epiſcopo Policaſtrenſi viſitare quaſdam Parochiales Eccleſias, Capitulo S. Petri de Urbe à Pio IV. poſt Concilium unitas* de qua in *lib. 18. fol. 54.* quod repetit per eadem verba *d. Nicol. in Lucubrat. canon. part. 2. lib. 3. tit. 39. de Cenſib. & viſit. ampliat. 4. in fin.* & ſequitur *Rota in Palentina Juris viſitandi ſuper negotio principalis 25. Junii 1700. §. Ita etiam coram Lancetta* inter alias hodiè impreſſas coram *eod. la 152.* Ex identitate igitur rationis venit idem modò determinandum quoad dd. Dimiſſor. caden-
72 tes ſub eadem lege Juriſdictionali favore Abbatis ut in terminis obſervat *Anſ. in Adnot. ad dec. 55. n. 20. & 24.*

Quin allegari valeat ulla diſparitas rationis inter actus Legis Juriſdictionis cui ſpectet Viſitatio, & actus Legis Diœceſanæ, cui pertineat Ordinatio ita ut quoad primos juvet derogatio Concilii ob capacitatem Abbatis; ſecus quoad ſecundos, ob ejuſdem incapacitatem, cum non habeat poteſtatem Ordinis. Quicquid enim ſit de aſs. diſtinctione inter legem Juriſdictionalem, & diœceſanam, quæ reprobatur in celebri *conſ. 19. Butrii*,
73 ſepiùs approbato in Supremis Urbis Tribunalibus, ut teſtatur *Fagnan. in cap. Dilectus numer. 4. & 5. de Offic. Ordin.* diſparitas procedere poteſt quoad Abbates, ſimpliciter exemptos, vel impropriè *Nullius*; ſecus quoad Abbates primæ ſpeciei, & verè *Nullius*. Iſti enim dicuntur, & ſunt in omnibus, & per omnia ve-
74 ri Diœceſani, ex animadverſis per *Oliv. de for. Eccleſ. par. 3. qu. 14. n. 93.* & firmatis per *Rot. dec. 324. n. 1. in fin. par. 1. rec. & dec. 1386. n. 3. cor. Seraph.* & ob id, licèt non habeant directam poteſtatem Ordinis, valent tamen concedere dd. Dimiſſor. quæ valdè diſtinguuntur ab ip-
75 ſo Jure ordinandi, ut advertit, *Paſſerin. in cap. Cùm Nullus §. Inferiores numer. 102. de Tempor. ordin.* Dicuntur enim concernere materiam præparatoriam ad dd. Ordines, & ſic legem Juriſdictionalem, dicti Abbati competen. ad excluſionem cujuſcumque Epiſcopi, ut egregiè probant *Piringh. in Jus Canon. tom. 1. lib.*
76 *1. tit. 11. §. 7. ſub numer. 56. Gratian. diſcept. for. cap. 212. numer. final. Rota deciſ. 467. ſub numer. 8. 9. & 10. coram Seraphin.* ibi — *Quantum ad tertiam difficultatem de Literis dimiſſoriis &c. quatenus Epiſcopus ſit privatus Juriſdictione, & hujuſmodi Juriſdictio ſit applicata Abbati, compræhendi etiam in tali privatione, & applicatione facultatem dandi Literas hujuſmodi, quia licèt ipſa ordinatio ſit de pertinentibus ad Ordinem, & legem Diœceſanam, quatenùs tamen Ordo applicatur perſonæ, id reſpicit legem Juriſdictionalem, & hinc eſt, quod Epiſcopus ſibi non ſubditum ordinare non poteſt*, ut declarat *Abb. in cap. Dilectus 18. in fin. de Offic. Ordinar.* &
77 benè proſequitur *Rota in Nullius, ſeu Caputaquen. Ju-*

riſdictionis ſuper bono Jure 21. Februarii 1710. §. Præſtantior coram Falconerio inter impreſſas coram eodem ſub *tit. de Offic. ordin. dec. 2.* ibi — *Præſtantior eſt ille actus conceſſionis Dimiſſorialium Clericis, ut valerent à quocumque Epiſc. Priori Abb. beneviſo, ad Ordines majores promoveri; ſicut namque ordinare eſt Ordinis, ita præbere materiam, & ſubditos examinare, approbare, & licentiatos dimittere, ſivè Dimiſſor. eis concedere, eſt Juriſdictionis*, cum aliis, adductis in *dec. 204. n. 4. & 5. par. 19. rec.*

Fortiùs, quia in præſenti d. Capitulum Abbas præter alias ſpecialitates, ſupra relatas d. plenariæ Juriſdictionis, illam potiſſimam habet uſque à tempore Unionis dictarum Abbatiorum, convocandi nempè quemcumque Epiſcopum ſibi beneviſum ad conferendum Sa- 78
cramentum Confirmationis Incolis, exiſtentibus in Territorio dictarum Abbatiarum, omiſſo etiam Epiſcopo viciniori, ut exadversò non continentiæ, & fuit concludenter juſtificatum in Summario Ab hac enim facultate, Ordinem concernente, ſicuti probatur amplitudo dicti Privilegii ad inſtar veri Diœceſani, cum excluſione cujuſcumque Juriſdictionis Epiſcoporum, ut reſpondit hæc Sac. Congregatio *in Dirachien. 21. Au-* 79
guſti 1627. & tradunt *Fagn. in cap. Cùm veniſſent §. Per frontis numer. 7. verſ. Cæterum de Sac. Unction.* cum aliis apud *Rot. dec. 12. n. 9. & 10. penes de Proſper. de Territ. ſeparat.* Ita remanet eò magis confirmata penes d. Capitulum facultas concedendi Dimiſſorias, ſimiliter d. materiam, præparatoriam Ordinum, reſpicientes, & pari paſſu deambulantes, cum vocatione cujuſcumque Epi-
ſcopi pro adminiſtratione Sacramenti Chriſmatis, ut 80
benè ponderat *Barboſ. in Summar. Apoſtol. deciſ. collect. 254. num. 12. & Rot. d. dec. 12. num. 12. poſt de Proſper.* & conſequenter d. derogatio Concilio Tridentino, elicita ex privilegio d. Territorii ſeparati, & amplexa reſpectu Juris viſitandi per hanc Sacram Congregationem de anno 1595. contra Epiſcopum Policaſtren. ſuapte natura comprehendit, etiam *cap. 10. ſeſs. 23. de Reformat.* 81
cùm non adſit in præmiſſis ulla diſparitas rationis, & ab una ad aliam facultatem valeat illatio, ut egregiè notat *Anſald. in Adnot. ad deciſ. 55. num. 27.* ibi — *Pro-* 82
indeque ab hac ipſa facultate viſitandi, corrigendique, alteram concedendi Dimiſſoriales emergere, notavit Barboſ. ad Concil. Trid. ſeſs. 23. cap. 10. num. 14. Abſque ulla profus difficultate, quia ſumus in Privilegio, conceſſo ex cauſa oneroſa dimiſſionis Caſalium, factæ per Capitulum pro neceſſitatibus Sedis Apoſt. tempore compilationis Sac. Concil. Trident. ut legitur in d. Indulto fa. me. Piis IV. Ex quo ſequitur, ut idem Privilegium ſit potiùs ampliandum, quàm reſtringendum, etiamſi contineat aliquod Tertii præjudicium ut notant adducti per *Fagn. in cap. Olim tibi numer. 25. de Verb. ſignif.* & firma- 83
vit *Rota in Savonen. Aggregationis 25. Januarii 1700. §. Hic autem ſenſus cor. dell' Olmo, & 13. Junii 1701. §. Quibus coram Molines.*

Ex quibus non valentes dd. Epiſcopi prædicta omnia impugnare, pluſquam tacitè admittendo idem Privilegium Pianum, uti poſterius, reddere inefficacem ſanctionem Conc. Trid. aſſerunt illud ſaltem comprehendi ſub alia revocatione omnium Privileg. & Indultorum, poſt d. Concil. facta de anno 1565. per eundem Pium IV. 84
de quo in Bullar. nov. *tom. 3. in Bulla 94. inter* impreſsas ejuſdem Summi Pontificis.

At facilis eſt reſponſio, quòd iſta Bulla 94. d. Pontificis ex communi recepta interpretatione non extenditur ultra ea, quæ in Concil. Trident. continentur, ſed venit regulanda ſecundùm terminos Decretorum d. Concil. ex animadverſis per *Emanuel Rodriguez Quæſt. reg. to. 1. qu.* 85
8. art. 6. Suar. de Legib. l. 8. c. 18. n. 17. & Garz. de Benef. par. 3. c. 2. n. 263. Nos autem ſupra crarè demonſtravimus, d. Concil. non tollere, imò expreſsè præſervare *in c. ult. ſeſs.* 86
25. de Reformat. Authoritatem Sedis Apoſt. quæ ad favorem Capituli ſuperacceſſit in d. Brevi poſteriori de anno 1564. Ex propterea remanet indubitatum, quòd d. alia ſubſequens Bulla d. Pii IV. poteſt quidem abrogare Mare magnum Regularium circa facultatem abſolvendi à Caſibus reſervatis, quæ ibidem fuerunt expreſsè ſublata, & priùs aboleverat ſpecialiter in diverſis Capitulis Sac. Concilium Tridentinum non autem alia Privilegia, in eodem Concilio præſervata ſub arbi-

87 arbitrio, & authoritate Papæ, quæ si super accesserint, prout hic, non cadunt sub d. revocatione, ut benè observant *Germon. de Indult. Cardinal. §. Per quæ sublatis sub numer. 68. & 69. Garz. de Benefic. part. 3. cap. 2. numer. 261. 262. & 305. in fine*, ubi plenè respondet ad difficultatem, sibi propositam *numer.* 274. quòd nem-
88 pè, si hoc esset, talis postrema Bulla posset dici superflua, & concludit, illam fuisse factam ad corroborandam, & confirmandam derogationem Privilegiorum, in Decretis Consilii contentam, itaut non possit prætendi, illam non fuisse rectè factam, ac ideò satis plenè suum sortiri effectum si approbet, & confirmet Concilium, & deroget illis tantùm, quibus Concilium derogare voluit; Nam aliàs magnum sequeretur absurdum, quòd confirmans confirmato aliquid amplius adderet, imò derogaret illis, quibus Papa derogare noluit, quòd quidem esset contra mentem Concilii,
89 & contra Pontificis voluntatem, quæ fuit Concilium approbare, & non illius mentem violare egregie *Joseph. Aldrete in Alleg. pro Regular. exempt. part. 1. cap. 8. num.* 27.

Quæ ut sæpè, sed nunquam satis diximus, & repetimus, multò magis procedunt in terminis nostri Privilegii, quod, uti concessum ex causa onerosa d. Dimissionis Casalium, voluit Papa valere in vim validi, & efficacis Contractus, inter Sedem Apostolicam, & Capitulum initi, & consequenter non potest comprehendi sub aliqua dispositione Sac. Concilii Tridentini, aut Bulla, illius confirmatoria, & revocatoria Privilegiorum, adversantium d. Concilio, cum certi Juris sit, quòd ab eodem Concilio non abrogantur contractus, & Concordiæ, à Sede Apostolica confirmatæ, etiam in
90 hac materia Jurisdictionali Abbatum, ut de opinione hujus Sac. Congregationis testes sunt *Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 25. numer. 14. & Rot. decis. 267. numer. 12. cor. Bich. & decis. 229. num. final. coram Otthobon.* quibus additur quod idem Pontifex profitetur, concedere idem Privilegium motu proprio, & ex certa scientia, cum amplissimis derogationibus ad omnes contrarias Constitutiones, etiam habentes clausulas Derogatoriarum Derogatorias, quarum tenores pro expressis haberi voluit, ut videre esse in fine, ubi illud per extensum registratur; Ex quo fit, ut per clausulas hujusmodi intellexerit præventivè tollere omnes alias Constitutiones, etiam habentes clausulam Derogatoriam, & annullativam eorum, quæ in contrarium fie-
91 rent, ut ex *Alex. cons.* 111. *l.* 3. aliisque concordantibus probat *Fagn. in cap. Ex part. 26. nu. 29. de Privil.*

Hactenùs deducta nedum sufficere sed superabum dare videntur; Et tamen deveniendo ad tertium fundamentum nostri boni Juris dicimus, concurrere etiam favore dicti Capituli Abbatis Privilegium speciale, & expressum concedendi dd. Demissorias Clericis, ordinandis dd. Abbatiarum, quod esse attendendum, maximè post idem Concilium Tridentinum, non dubita-
92 tur, & tradunt *Ancharan. in cap. Cùm nullus §. Inferiores numer.* 2. ibique *Passerin. sub numer. 102. de Tempor. ordin. Pignatell. consult. 59. numer. 25. tom. 8. & Rota in Valuen. seu Sulmonen. Jurisdictionis super manutentione 2. Julii* 1714. *§. Demum in fin. cor. Falconer.* 61. inter alias hodie impressas coram *eod. la* 8. *sub tit. de Offic. ord.*

Peractis enim diligentiis, constat, quòd de anno 1622. monitis Clericis, & Sacerdotibus d. Abbatiæ ad exhibendum coram Visitatore Abbatiali Literas Dimissoriales suorum Ordinum, & anno 1639. publicato per Vicarium Generalem Abbatiæ S. Ruphilli Edicto pro ma-
93 jori conservatione d. facultatis, nè ullus Clericus d. Abbatiæ ad quemcumque Ordinem promovendus accederet ad aliquem Episcopum, sine Dimissoriis Capituli sub certis pœnis subinde de anno 1648. die 7. Julii Innocentius X. volens dispensare Clericum Mazzolinum *d. Nullius* Diœcesis à temporibus, præscriptis in S. Concilio pro Ordinatione coram quocumque Antistite, non aliter d. Gratiam concessit, quam sub lege illam exequendi *cum Literis Dimissorialibus Capituli Basilicæ* Vaticanæ, Jurisdictionem quasi Episcopalem in Ter-
94 ra Foropompilii ratione Unionis prædictæ exercen. ac *facultates concedendi Literas Dimissoriales clericis, ex d. Terra oriundis, habentis*, quòd idem annis 1656. & 1666. præscripsit etiam Alexander VII. in aliis similibus duabus Literis Apostolicis. Ex quibus reiteratis qualificatis Gratiis, & Literis Apostolicis favore aliorum Clericorum d. Abbatiæ de anno 1670. à Clemen. X., & de anno 1689. ab Alexand. VIII. nefas est in dubium revocare, quin equæ clarum, ac indubitatum sit ditum 95
Privilegium Papave dandi præfatas Dimissorias *Rota decis. 369. numer. 9. cor. Cerro, & in Cuputaquen. Jurisdictionis super bono Jure 1. Julii 1707. §. Visum est, & 4. Maii 1708. §. Concurrant cor. Caffarello, & in Portuen. Jurisdictionis 15. Aprilis 1712. §. In comprobationem cum seq. coram Card. Priolo.*

Non attento, quòd non constet de relato tenore Privilegii, in dd. Literis Apostolicis expressi; Tunc enim sine relato referens non probat, quando dubitari contingit, vel de tenore, vel de circumstantiis actus relati, sed quando secundùm verba, superiùs recensita, emergit tota substantia ejusdem facultatis, & Privilegii per orationem, undique perfectam, & determinatam, seriò factam ab habente Potestatem disponendi, non est necesse in medium exhiberi relatum, ex latè traditis per *Rotam decis. 14. numer. 5. cor.* 96
Ansaldo, sed standum est d. Referenti, quoad se perfecto, sive relatum non inveniatur, sive etiam relatum inveniatur, & sit contrarium Referenti, ut, *discusso ad Partes articulo*, cæteris adductis, firmavit 97
Rota in Perusina Immissionis 27. Februarii 1692. §. Et enim cor. Ursino, & 10. Aprilis 1693. §. Ita quoque cor. Muto, inter impress. *ad ornatum Cardin. de Luca super Mater. de Fideric. lib. 10. decis. 79. numer. 5. 6. & 7. & decis. 80. numer. 2. vol. 2.*

Quæ omnia indubitanter procedunt observanda, quòd d. Privilegium relatum fuit à Papa; Tunc enim tale referens, insertum in Literis Apostolicis, de per se probat, sine alia vetificatione, justa puntualiter firmata per *Rotam decis. 262. numer. 32. & 33. part. 19. rec.* ibi -- *Tertio limitatur regula Textus in Author. Si quis in aliquo Cod. de Eden. in Papa, & in quocumque alio Principe, Superiorem non recognoscente, cujus concessio, aut dispositio, dum continet quid certum, valet etiasi de eo, quod refert, non constet, quia tunc verba relativa stare dicuntur demonstrative, & causative, non autem conditionaliter, ut, distinguendo*, firmat *Canc. Var. resol. part. 3. cap. 1. numer. 219. lib. 3. & ex Boer. decis. 247. numer.* 3. aliisque innumeris, *Gabr. Parexa de Instr. edit. tit. 7. resolut. 9. numer. 33. & seqq. & signanter numer.* 35. ubi, quòd hæc limitatio est verissima.

Minusque refragante, quòd sint verba, merè enunciativa, Papæ, ad dictamen Supplicantium emissa, indeque non concludentia in præjudicium Tertii; Quoniam, cùm versemur in antiquis, & in narrativis d. facultatis, per plures Pontifices factis in actibus seriis, & proportionatis, utique talia verba narrativa Pontificum disponunt, & probant d. facultatem, etiam in præjudicium Tertii, ad Textum expressum 99
in clem. unica de Probation. ibi — *Censemus super sic narratis fidem plenariam adhibendam, cap. si Papa X.* ibique *Gloss. verb. Asserat de Privileg. in 6. Cravett. de Antique tempor. part. 1. §. Non omitto numer. 25. & §. Propositum numer. 15. Mascard. de Probat. concl. 1148. numer. 1. ad 3.* ubi, quòd id mirum videri non debet, cùm actus Summi Pontificis non possit esse, nisi circa veritatem, cùm veritas ipsa Deus sit, cu- 100
jus vices in terris Pontifex gerit, & *concl. 1233. numer. 18. & Rota dec. 533. numer. 9. part. 18. rec. & in Valuen. & Sumonen. Jurisdictionis super manutent. 10. Decembris 1714. §. Fortius cor. Cardin. Falconerio*, inter alias hodie impressas coram *eod. la 8. sub tit. de Offic. ordin.*

Non potest autem inficiari, quin dd. narrativæ Privilegii Dimissorialium fuerint emissæ in actibus seriis, & proportionatis, quales sunt Brevia Apostolica pro Ordinatione Clericorum extra tempora, cuicumque Catholico Antistiti directa; Ibi enim, sicuti ad tollendos plures abusus consuevit apponi clausula *Cum Dimissoriis Tui Ordinarii*, ut advertit *Campanil. divers. Jur. Cannonic. rub. 9. cap. 7. sub numero 3. & 4.* ita Summi Pontifices in appositione ta-

lis

lis Clausulæ Jure merito narrarunt Privilegium, super præmissis obtentum à Capitulo, Loci Ordinario, nè prout hodie fit quæstio, daretur ansa dubitandi de relevantia dd. Dimissorialium in Brevium exequutione, & exinde dicuntur dd. narrativæ valdè congruæ, & super illis fundari intentio Pontificum, quia se habent
102 per modum Causæ ad id, quod iisdem Brevibus Apostolicis continetur, ut notant *Angel. conf.* 368. *in princ. Alex. conf.* 15. *num.* 2. *lib.* 5. *Cravett. ubi supra dicto §. Propositum num.* 16. *Guttierez. Practic. quæst. lib.* 3. *quæst.* 17. *numer.* 65. *&* 125. *Mascard. de Probat. concl.* 1233. *numer.* 91. *& seq.* hisque stantibus superfluum, est quærere, an d. narrativa fuerit emissa à Supplicantibus, non à Papa, quia dum ipse ex relata substantia Privilegii fuit de eodem, ut præsumitur, informatus, tunc non intrat talis distinctio, & sive à Parte, sive à Papa
103 fiat narratio, faciunt dd. narrativæ plenam probationem ex punctualiter firmatis per *Rotam decis.* 36. *num.* 3. *&* 4. *par. diverf. & decis.* 330. *n.* 6. *&* 7. *cor. Seraphin. & decis.* 262. *n.* 34. *par.* 19. *rec.*

Quæ eò faciliùs procedunt, quia non est res nova, & insolita, quòd post idem Concilium Tridentinum Summi Pontifices ad evitandas omnes quæstiones, & scrupulos, ut videre est penès *Rot. dicta decis.* 12. *num.*
104 39. *in fin. post de Prosper. de Territ. separat.* concesserint dictum speciale Indultum Concedendi dimissorias Abbatibus, plenariam Jurisdictionem spiritualem habentibus, ut de anno 1589. indulsit Sixtus V. Abbati Montis Cassini, & de anno 1620. Paulus V. dedit Abbati Monasterii Caven. pro omnibus eorum Subditis Secu-
105 laribus, ut testatur *Nicol. lucubr. canon. part.* 2. *lib.* 5. *tit.* 39. *de Sent. Excomm. numer.* 218. *§.* 10. *vers. Nota quod*, & de anno 1628. Urbanus VIII. concessit Abbati S. Mariæ Farfen. & S. Salvatoris Majoris, ut te-
106 statur *Barbos. in Summ. Apostol. decis. collect.* 254. *numer.* 13. exinde enim fit, quòd, concurrente in similibus casibus munificentia Summorum Pontificum, non extranea sit concessio dicti peculiaris privilegii, facta etiam nostræ Basilicæ, de Sede Apostolica in suis necessitatibus valdè benemeritæ, ut profitetur Pius IV. & verba Pontificum, super eodem privilegio
107 emissa in quinque Bullis, eò magis disponant, & sint attendenda ex animadversis per *Fagn. in cap. Cùm contingat numer.* 4. *de For. compet. Rot. in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis prima Junii* 1708. *§. Atque hinc cor. Ansaldo.*

Pro coronide demum adstipulatur quartum fundamentum Centenariæ possessionis penès nostrum Capitulum concedendi dictas Dimissorias suis Subditis Abbatiarum, & quidem obtentæ post Sacrum Concilium, & post dictam Unionem anni 1564. ut latiùs deposuerunt de anno 1673. quinque Testes, formiter
108 examinati vigore Remissoriæ Rotalis contra Episcopum Brictinorien. quam quidem Centenariam æquiparari immemorabili, & præbere quemcumque Titulum meliorem de Mundo ex præsumptione Juris, & de Jure, ac probare supervenientiam privilegiis Apostolicis, nemo est hodie qui dubitat, & in terminis Ju-
109 risdictionis quasi Episcopalis tradunt *Cardin. de Luca de Jurisdict. disc.* 96. *sub numer.* 21. *& disc.* 97. *numer.* 10. *&* 11. *& Rota in Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis* 7. *Junii* 1700. *§. Prædictaque coram Muto*, penès *de Prosper. de Territ. separat. decis.* 12. *num.* 32. *& in Nullius, seu Caputaquen. Jurisdictionis super bono Jure* 21. *Februarii* 1710. *§. In hac sanè cum seqq. coram Falconerio* inter alias hodie impressas coram *eod. sub tit. de Offic. ordin. la* 2. ubi etiam in subsequenti *§. Augetur efficacia*, firmatur, quòd dicta centenaria, juvans pro allegatione Privilegii Apostolici, non solùm æquiparatur immemorabili, verùm etiam majoris virtutis est reputanda, cùm certius reddatur excessus memoriæ Hominum, certusque sit status per integrum secu-
110 lum, quando è converso evenire posset, ut non habeatur memoria eorum, quæ infrà spatium centum annorum sint obventa, cum aliis, cumulatis *in Tyburtina Castri Sambuci* 12. *Junii* 1711. *§. Sed quatenus in fin. coram Aldrovando, & in Lucana Unionis* 1. *Aprilis* 1718. *§. Deinde coram Falconerio* inter alias, hodie impressas *coram eod. la* 6. *de Union. Beneficior.*

Hujusmodi autem centenariam verificari ex depositionibus dictorum Testium, usque & de anno 1673. completam, vix impugnari valet, dum illi satis clare præfatum tempus concludunt, etiam cum requisitis immemorabilis de quibus *Gloss. in cap.* 1. *Verb. Memoria de Præscrip. in* 6. *Cala de mod. articul. gross. unic. §. unic. numer.* 246. & illam coadiuvant antiquæ, & modernæ 111
scripturæ dd. Dimissorialium, quæ, licèt non afferantur per totum, & integrum tempus centenariæ, talis tamen defectus non tollit illius vires, dum censetur à principio idem status impressus, & continuatus be- 112
nè, *Rota in dicta Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis §. Et quatenùs coram Muto*; Fortius quia id provenit ab omissa per nonnullos annos illarum registratione à Cancellariis Abbatiarum in Libris, & si per tempus continuum centum annorum exhiberentur concessæ dictæ Dimissoriæ, frustraneum fuisset repetere formiter sub Interrogatoriis Partis præfatos Testes, qui ideò adminiculati cum præfatis Scripturis faciunt concludentem probationem dictæ centenariæ, *Cravett. de Antiquit.* 113
tempor. part. 4. *verbo Materia numer.* 42. *Probat. de Effect. immem. quæst.* 13. *numer.* 9. *& seqq.* nec eidem obsistit mota Lis etiam super dictis Dimissoriis de anno 1672. in hac Sacra Congregatione, quæ exquisivit Votum Rotæ, nam, ut præmisimus, usque tunc erat jam completa dicta centenaria, juxta depositiones dictorum Testium, in nihilo proindè læsa ex posterio- 114
ri reclamatione Episcopi ex firmatis per *Rot. coram Buratt. decis.* 739. *numer.* 3. *& coram Benincas. decis.* 352. *numer.* 9. *& in dicta Lucana Unionis prima Aprilis* 1718. *§. Sed enim verò cor. Falconerio decis.* 6. *de Union. Benefic.*

Quin eadem centenaria possit dici interrupta à contrariis actibus, gestis per Episcopos, nam respectu illorum Brictinorii juvat reflexio, quòd eadem Terra Foropompiliis Nullius Ravennaten. juxta antiquam Confinium separationem, partim est subdita nostræ Abbatiæ, & partim est in Diœcesi, & de Diœcesi Brictinorii, ut referunt Testes dati in Summ. quocirca potuerunt dari dictæ Dimissoriæ per Episcopos Clericis, commorantibus in ea parte Loci, non exempti, itaut prædicti actus remaneant æquivoci, & inef- 115
ficaces ad interruptionem dictæ centenariæ, ex traditis per *Rot. decis.* 832. *numer.* 8. *&* 10. *coram Coccin. & decis.* 988. *numer.* 7. *& seqq. coram Dunozz. Jun. & decis.* 1001. *sub numer.* 9. *&* 10. *& dicis.* 204. *numer.* 12. *part.* 19. *rec. & in dicta Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis* 7. *Junii* 1700. *§. Prout non relevat in fin. cor. Muto*; Respectu verò actuum Episcopi Policastri, tantùm abest, quòd ulli afferantur adversativi, ab anno 1610. Comperiatur, ipsum ordinasse Clericos Terræ Bosci cum iisdem Literis Dimissorialibus Capituli Abbatis, istum vocando Ordinarium, & subindè eodem modo continuasse dictas Ordinationes; Unde eò magis comprobatur dicta centenaria, quia Episcopi habuerunt præcisam scientiam dictarum Dimissorialium, & non 116
reclamarunt, sed approbarunt, ex animadversis per *Pignattell. consult. conon.* 26. *num.* 10. *tom.* 2. *& Rotam coram Dunozett. sen. decis.* 309. *numer.* 24. & individualiter *in dicta Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis impress. penes de Prosper. de Territ. separat. decis.* 12. *nu.* 37. Non attentis nonnullis Testimonialibus Capituli, nam istæ probant affirmativam ad alios effectus, non autem negativam concessionem Dimissorialium, Clericis ordinandis semper traditarum, non enim est novum, quod Clerici obtineant ab Ordinario Testimoniales in casu discessus à Diœcesi, vel concursus ad Beneficia, & nihilominus reportent etiam suo loco, & tempore Dimissorias ad se promovendum ad Ordines; Et 117
in universum, si qui unquam actus adessent contrarii, destruuntur ex eo, quia non probantur gesti, sciente, & patiente Capitulo Abbate, ut esset omnino necessarium, ad hoc, ut eidem Capitulo obesse possint ex firmatis per *Rotam coram Dunozz. Jun. decis.* 988. *numero* 18. *& decision.* 274. *numero* 9. *part.* 17. *& decis.* 204. *numero* 13. *part.* 19. *recentior. & in dicta Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis apud de Prosper. de Territor. saparat. decis. decima secunda sub numer.* 39.

Fortiùs, quia non constat, fuisse unquam prædictas Dimissorias Abbatis rejectas ab aliquo Episcopo, imò ab omnibus admissas, & signanter per Urbis Vicarium, ut de anno 1673. deposuerunt Testes, dato in Summ. & de anno 1658. per Congregationem Episcoporum Epistola, directa Vicario Abbatiali pro tradi-
118 tione Dimissorialium Clerico promovendo, taliter quòd Vicarius Abbatialis non semel coegit dictos Clericos, & Sacerdotes ad exhibendum easdem Literas dimissoriales, & Edictum prohibitivum publicavit, nè auderent accedere ad quemcumque Episcopum pro Ordinatione, sine Dimissoriis Capituli Abbatis; Ex quibus omnibus actibus magis, magisque verificatur dicta
119 centenaria, & confirmata Jurisdictio concessionis Dimissorialium, ut promiscuè de dictis actibus firmavit *Rota in dicta decis.* 12. *§. Idque cum seq. penes de Prosper. de Territ. separat.* & de præfatis Edictis, quid evidenter comprobent inconcussam consuetudinem exercendi dictam Jurisdictionem, hodie controversam, benè
120 *Maur. alleg. 2. numer.* 11. *& Rota decis.* 161. *numer.* 4. *coram Cavaler.*, *& decis.* 427. *numer.* 7. *coram Buratt. & in Derthusen. Jurisdictionis 6. Februarii* 1696. *§. Tum etiam in fin. coram: Pio.*

Ex his autem urgente dicta centenaria, & sic alio privilegio Apostolico, dici non valet illa sublata per Sac. Concilium Tridentinum *dicto cap.* 10. *Sess.* 23. *de Reform.* ibi -- *Non obstantibus quibuscumque privilegiis,*
121 *præscriptionibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus*; Quicquid enim sit de ea questione, num Constituto, reprobans consuetudinem, censeatur præteritam tantùm, non autem futuram reprobare, ut te-
122 net *Gloss. in clem. Statutum de Elect. verbo Consuetudine*, quam commendat *Abb. in cap. 2. numer. 7. de Probat. Ancharan. consc.* 51. magis quando ista futura consuetudo fuit observata cum consensu, & tolerantia Principis, fidem facientis de dicto speciali Indulto dandi Dimissorias in quinque Bullis Apostolicis, tunc
123 enim omnes admittunt, non esse sublatam, ex *Bald. in leg. De quibus col. 2. ff. de Legib. Curt. Jun. inter consil. Zilett. tom. 2. consil.* 102. *numer.* 11. *&* 12. *fol.* 180. *Bonaccin. de Legib. disput.* 1. *quæst.* 1. *punct. ultim. §.* 3. *num.* 36. *& seqq. Nicol. in Flosc ul. verbo Consuetudo numero* 3.

Hujusmodi objectum semper erit nullius relevantiæ, quia cùm omnes, qui post Sacri Concilii tempora scripserunt, admittant, quòd censeatur præservatum speciale Indultum, superveniens d. Abbati circa dictas Dimissorias, ex suprà firmatis, & rursùs communis opinio sit, quòd ex centenaria, & immemorabili resultet quodcumque privilegium Apostoli-
124 cum, inde non potest unquam ex Sanctione dicti Concilii elici derogatio d. centenariæ, quia talis derogatio potest solùm operari, nè Abbates prætextu dictæ centenariæ, vel immemorabilis arrogent sibi facultatem dandi Dimissorias, quam adimit Concilium cum dicta derogatione, non autem, quòd iidem Abbates nequeant allegare vigore dictæ centenariæ superventum Indultum Apostolicum, quod ex jam allegatis æquè probatur per Bullas Apostolicas, ac dictam centenariam, & immemorabilem, ut punctualiter distinguendo casum decisionis *Valuen, & Sulmonen. Jurisdi-*
125 *ctionis super manutentione*, exadverso allegatam, notavit *Rota in Lucana Unionis prima Aprilis* 1718. *§. Altera cum seq. cor.* Card. *Folconerio*; Aliud enim reverà est, allegare centenariam ad effectum præscribendi; Aliud verò ad effectum allegandi præsumptionem cujuscumque tituli melioris de Mundo, & consequenter etiam Privilegium Apostolicum, ut, distinguendo
126 utrumque casum, observat *Cardin. de Luca de Jurisdict. disc.* 96. *num.* 21. *& disc.* 97. *num.* 9. *& seq.* se formavit *Rot. in Nullius, seu Caputaquen. Jurisdictionis super bono Jure* 21. *Februarii* 1710. *§. Præmissa cor. Card. Fulconerio*, & melius 8. *Lucata lectionis* 1. *Aprilis* 1718. *§. Altera principalis coram eod.* ibi.

Altera principalis oppositio est, quòd Centenaria, vel immemorabilis non prosit, quia Concilium Tridentinum *Sess.* 24. *de Reformat. cap.* 13. prohibendo
127 Parochialium Ecclesiarum Uniones, adjecit in fine clausulam -- *Non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus* -- unde etiam sequitur, quòd dum Concilium prohibet Ordinariis unire Parochiales, eorum assertiones, & enunciativæ de veritate Unionis non merentur attendi ob S. Sedis interesse, minùsque præsumptiones, & conjecturæ, nisi exhibeantur literæ Apostolicæ, ac titulus Expressus, à S. Sede obtentus. Verùm hæc illatio fallax est, repugnans communi Scribentium opinioni, ac sensui, quem semper hoc Sacrum Tribunal retinuit; *Omnes enim*, qui post S. Concilii tempora scripserunt, admittunt, quòd Unio subjectiva Parochialis æquè probari potest per conjecturas, & immemorabilem, ac per literas Apostolicas &c.

Non igitur obstat derogatio immemorabilis adjecta per Sacrum Concilium *in dicta sess.* 24. *de Reformat. cap.* 13. quia illa potest solùm operari, nè Ordinarii prætextu immemorabili arrogent sibi facultatem uniendi Parochiales, quam illis adimit Concilium, cum derogatione immemorabili, corrigendo in hoc Jus commune, ut notat *Garzias de Benefic. part.* 12. *cap.* 3. *numer.* 86. *Barbos. de Potest. Episcop. allegat.* 66. *numer.* 30. & in his terminis loquitur *Rota in Voluen. & Sulmonen. Jurisdictionis super manutent.* 2. *Julii* 1714. *§. Demum cum §. seq. cor. Me.* Sed talis non est præsens casus, quia non agitur de sustinendo vigore immemorabilis Unionem, factam ab Ordinario, sed allegatur Unio Apostolica, prout enunciatur in Bullis antiquis, ad ejusque probationem afferuntur legitimæ præsumptiones, emanantes ex ipsis antiquis enunciationibus, & ex actibus porportionatis, prope Concilii publicationem gestis, & per seculum, & ultrà pacificè continuatis; Quæ præsumptiones æquè probant Unionem Parochialis, ac ipsæ Literæ Apostolicæ, ut Doctores allegati communiter tenent, & Rota sæpissimè firmavit &c.

Die 21. Januarii 1719. proposito sequenti Dubio in Congreg. Concilii An. etiam si constaret de Territorio separato, possit Capitulum S. Petri concedere Dimissorias in casum Responsum fuit: Negativè.

Verùm omne dubium fuit deinde in hac parte sublatam mediante Oraculo Benedicti XIII. per extensum impresso *in tom. 6. part. 2. discept.* 50. *post numer.* 188. quo mediante idem Summus Pontifex declaravit Capitulum S. Petri, ejusque Vicarius dd. Abbatis, nedum posse concedere Literas dimissoriales Subditis earundem Abbat. ad clericalem tonsuram promoveri desiderantibus, verùm etiam ad omnem sacros Ordines suscipiendos, & ita, dum hæc scribimus, à dd. Vicariis inconcussè practicatur.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

TAmetsi cunctarum Orbis Ecclesiarum indemnitati benigniter consulere debeamus, Basilicam tamen Principis Apostolorum de Urbe, tamquàm nobis peculiarem, & quasi domesticam, in qua plerum- 130
que Sedes Apostolica in suis necessitatibus præsens pecuniarum nacta est subsidium, ne pro rebus suis in ipsius Sedis Beneficium bona fide distractis, indignam patiatur jacturam, modis omnibus sublevandam, ac ei de congrua suorum bonorum, pro d. Sedis subventione jampridem alienatorum, recompensa providendum esse censemus, quòd, ut ex animi nostri sententia maturiùs procedat, operarias manus, quantùm nobis ex alto permittitur favorabiliter adhibemus: Dudùm siquidem omnes Dignitates, cæteraque Beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura apud Sedem prædictam tunc vacantia, & in antea vacatura collationi, & dispositioni nostræ reservavimus decernentes, ex tunc irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Cùm itaque postmodùm Prioratus S. Salvatoris in Ecclesia Monasterii S. Balbinæ de Urbe, S. Aug. vel alterius Ordinis, qui forsan Secularis existit, aut per Clericos seculares obtineri consuevit, & quem dilectus filius Scipio de Mazzatostis Clericus Romanus in titulum, aut ex concessione, seu dispensatione Apostolica

in

in Commendam nuper obtinebat per liberam resignationem d. Scipionis, de illo in manibus nostris spontè factam, & per nos admissam, apud d. Sedem, vel idem Prioratus si Regularis sit, ac S. Martini in Montibus, Cistercien. Ordinis, Viterbien. Diœc. quod dilectus filius noster Rainutius tituli S. Angeli Presbyter Card. & S. Petri li Cosati de Camerota, nec non S. Nazarii forsàn de Cuccaro S. Benedicti, & seu alterius Ordinis, Policastren. & Caputaquen. respectivè Diœcesis &c. quæ Alexander Episcopus Sabinen. Cardinalis de Farnesio nuncupat S. R. E. Vice-Cancellarius, & S. Ruphilli Fori Pompilii Ordinis ejusdem S. Bened. Brictinorien. Diœc. quod Alexander Ruffinus Episc. Melphien. Ven. Fratres nostri ex concessione, & dispensatione Apostol. in Commendam nuper obtinebant, Monasteria, seu quæ S. Petri, & S. Nazarii Monasteria, nuper tunc certo modo vacantia, dicto Alexandro Card. Apostolica authoritate commendata, seu commendari concessa fuerant Commendis Prioratus, ac Monasteriorum, & seu illarum concessione hujusmodi ex eo, quòd Scipio Rainutius, & Alexander Card. ac Alexander Ruffinus Episc. prædicti illis etiam forsan quoad ipsum Alexand. Card. Literis Apostolicis desuper non confectis, necnon omni Juri sibi, & eorum cuilibet, in eisdem Prioratu, ac Monasteriis, aut illorum Regiminibus, & administrationibus, vel ad illa respectivè, quomodolibet competen. eorundem S. Petri, & S. Nazarii Monasteriorum regiminis, & administrationis possessione, seu quasi, per ipsum Alexandrum Cardinalem forsan habita, vel non habita, hodiè in manibus nostris spontè, & liberè cesserint, pro observatione certæ ordinationis, & declarationis per Nos etiam hodiè super compositione, pacificatione, & concordia inter dilectos filios Canonicos, & Capitulum d. Basilicæ, & certos Cives Romanos, ac forsan alios quoad Lites, & Controversias, inter eos super certis Casalibus, & Possessionibus Canonicorum, & Capituli præfatorum, quæ aliàs per eosdem Canonicos, & Capitulum ex causa permutationis pro certis aliis Casalibus, quæ minimè assequi potuerunt, alienata extiterant, vertentes concilianda, & stabilienda *MOTU PROPRIO*, ac ex certa scientia nostra de Apostolicæ potestatis plenitudine factæ, prout in aliis Literis nostris, desuper forsan confectis, pleniùs continetur. Nosque cessiones ipsas duximus admittendas, cessantibus adhuc eis, quibus ante Commendas ipsas vacabant modis vacare noscantur, nullusque de d. Prioratu, si Secularis existat, præter Nos hac vice disponere potuerit, sive possit, Reservatione, & Decreto obsistentibus supradictis: Nos prædictos Canonicos, & Capitulum, & eorum singulos à quibusvis Excommun. suspensionis, & pœnis, harum serie absolventes, nec non fructuum, redditiuum, & proventuum Mensæ Capitularis dictæ Basilicæ verum annuum valorem, ac unionum, annexionum, incorporationum, applicationum, & appropriationum quarumcumque d. Mensæ hactenùs, necnon ordinationis, & declarationis per Nos hodiè sicut præmittitur factarum, ac Literarum, & aliarum Scripturarum, desuper confectarum, & inde secutorum veriores tenores, necnon verum, & ultimum Monasteriorum, & Prioratus prædictorum vacationis modum, etiamsi ex illo quævis generalis reservatio, etiam in corpore Juris clausa, resultet, præsentibus pro expressis haben. *MOTU SIMILI* non ad ipsorum Capituli, vel alicujus pro illis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera liberalitate, ac scientia, & potestatis plenitudine similibus *S. MARTINI*, cujus ad quinquaginta, & *S. RUFILLI*, cujus etiam ad quinquaginta, ac *SANCTI NAZARII*, cujus ad triginta tres cum uno tertio, *ET SANCTI PETRI LI COSATI*, cujus ad sexaginta sex florenos cum duobus tertiis alterius similis floreni in Libris Cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur, Monasteria, & qui forsan Conventualis, vel aliàs Regularis, aut Secularis inibi Dignitas principalis, existit, & cujus, ac illi forsan annexorum fructus, redditus, & proventus, ducentorum & quinquaginta ducatorum auri de Camera secundùm communem æstimationem valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, Prioratum prædictum, sive Prioratus, præmisso, sive alio, aut tàm ille, quod Monasteria prædicta quovis modo, vel ex aliorum quorumcumque personis, vel alias quomocumque, & qualitercumque vacent, necnon in singulis eisdem Monasteriis, & Prioratu eorum Conventuum si quis quomodocumque sit, ac Abbatiales, & Prioralem, cæterasque Dignitates, administrationes, & officia etiam Claustralia, eorumque nomina, invocationes, & titulos, ac tam in ejusdem Monasteriis, & Prioratu, quam etiam in illis annexis, & ab eis dependentibus Prioratibus, Præposituris, cęterisque Beneficiis Ecclesiasticis Regularibus ordine, ac denique omnem statum, essentiam, & dependentiam, cæteraque Insignia, & vestigia monastica, & regularia eadem authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò supprimimus, & extinguimus, ac eorum Ecclesias, & loca ad statum secularem reducimus, necnon omnia, singula ipsorum sic suppressorum, & extinctorum Monasteriorum, & Prioratus, illisque forsan annexorum, ac membrorum proprietates, possessiones, domos, ædificia, grangias, fructus, redditus, proventus, Jura, *Jurisdictiones spirituales*, *& temporales*, *vassallos*, *& subditos alios* decimas, primitias, obventiones, census, emolumenta, aliaque res, & Bona quæcumque, Mensæ Capitulari Basilicæ hujusmodi *eisdem authoritate*, *& tenore præsentium*, *etiam perpetuò applicamus*, *& appropriamus*. Ita quòd liceat ex nunc prædictis Canonicis, & Capitulo per se, seu alium, vel alios illorum omnium, & singulorum corporalem possessionem, seu quasi propria authoritate, & sine vitio cujuscumque spolii, & attentatorum liberè apprehendere, & perpetuò retinere, ac hujusmodi fructus, redditus, & proventus, Jura, obventiones, & emolumenta in suos, dictæque mensæ Capitularis usus, & utilitatem convertere, ac eorumdem suppressorum Monasteriorum, & Prioratus Ecclesias in spiritualibus, & temporalibus regere, & administrare, illisque si id requirant per Cappellanum, seu Cappellanos in divinis deservire, & quibus Animarum cura imminet illam per Vicarium, seu Vicarios idoneos ad eorumdem Canonicorum, & Capituli nutum ponendos, & amovendos exercere, aliaque onera, illis incumbentia, supportare, necnon omnia, & singula Prioratus, Præposituras, Dignitates, Personatus, administrationes, & officia, cæteraque Beneficia Ecclesiastica, Secularia, & Regularia ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, institutionem, confirmationem, & quamcumque aliam dispositionem Abbatum, & Prioris, pro tempore existentium, Monasteriorum, & Prioratus suppressorum hujusmodi communiter, vel divisim quomodolibet pertinentia quandocumque, & quotiescumque illa deinceps in perpetuum vacare contigerit, etiam adinstar perpetuorum simplicium Beneficiorum Ecclesiasticorum Beneficiatorum, & Clericatuum nuncupatorum in d. Basilica personis idoneis Secularibus liberè conferre, & de illis etiam providere ipsasque personas ad illa præsentare, eligere, in eis instituere, electos confirmare, ac aliàs de illis plenariè disponere, & insuper quoscumque Monasteriorum eorumdem, proprios, & legitimos regulares Conventus habentium Monachos, & Religiosos, si qui sint eis quoad vixerint dumtaxat congruam, undè sustentari possint, portionem annuam assignando ad alia suorum Ordinum Regularia loca etiam invitos transferre, vel emendare, ac illos ad se transferendum quacumque Juris via compellere Ordinariorum Locorum, seu quorumvis aliorum licentia desuper minimè requisita, & etiam eisdem repugnantibus, vel invitis, ac suppressionem, extinctionem, applicationem, & appropriationem hujusmodi, utpotè ratione Casalium, per Canonicos, & Capitulum prædictos nostra contemplatione cessorum, ac aliàs ex præmissis, & aliis justis, & rationabilibus causis, nobis cognitis, de quibus plenam, & indubiam harum serie facimus fidem, & ad quarum justificationem, vel aliam probationem, desuper faciendam, præfatos Canonicos, & Capitulum minimè teneri, nec ulla ratione cogi, neque ob non verificationem, vel etiam falsitatem supranarratorum exequutionem, & effectum suppressionis, applicationis, aliarumque præmissorum, ac præsentium literarum quomodolibet impediri, seu differri posse volu-

volumus factas, ipsasque suppressionem, extinctionem, applicationem, & præsentes literas nullo umquam tempore quovis quæsito colore, vel ingenio etiam ad Ordinariorum Locorum superiorum Cistercien. & aliorum Ordinem, aut aliorum quorumvis instantiam pro eo, quòd illas urgenti, justaque ratione, & majori utilitate postulante, ac aliàs ex legitimis, & rationabilibus causis factas fuisse minimè constare poterit, aut ex quavis alia causa etiam juridica revocari, cassari, retractari, vel alias eis in aliquo præjudicari, neque eas de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu &c. nec Ecclesiæ, aliaque loca suppressorum Monasteriorum, & Prioratus hujusmodi ab ipsis Ordinariis, vel Cistercien. aliorumque Ordinum prædictorum Superioribus visitari, neque Conventum, aut Vicarios etiam perpetuos, vel temporales ibi per eos assignatione partis fructuum, redditruum, & proventuum deputari, minusque ibidem, quod reparationes, & Animarum curam, vel aliàs per eosdem Ordinarios provideri, aut ipsos se in illis aliàs quoquomodo intromittere posse, ad easdem suppressionem, extinctionem, applicationem, appropriationem, præsentesque literas, semper validas, & efficaces forè, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & inviolabiliter observari, ac dd. Canonicis, & Capitulo perpetuò suffragari, neque quempiam, illas in Judicio, vel extra quoquo modo impugnare, vel illis detrahere volentem, aliquatenùs audiri posse, illasque vim validi, & efficacis Contractus inter Nos, & sedem prædictam ex una, & Canonicos, & Capitulum prædictos, partibus ex altera, desuper initi, ac etiam concistorialiter stipulati, & hinc inde jurati veri, & non ficti, legisque perpetuæ, & irrefragabilis obtinere decernimus, ET INSUPER eosdem Canonicos, & Capitulum, quibus hujusmodi gratia ex causa conceditur onerosa, à solutione, & contributione annuatæ etiam communium, & quindenniorum, aliorumque Jurium Collegiis Ven. Fratrum nostrorum S.R.E. Card. & Officialium, de annatis participantium, & Cameræ Apostolicæ ratione Monasteriorum, & Prioratus, vel fructuum, reddituum, & proventuum applicatorum eorumdem quomodocumque debitorum, necnon etiam à contributione subsidii charitativi, & triennalis, refectionis pontium viarum, fluminum, aquæductuum, fortalitiorum, & aliarum impositionum quarumcumque deinceps in perpetuum, ac etiam supportatione quorumcumque Seminariorum, Clericorum, ac quarumcumque decimarum subsidiorum, etiam charitativorum, & onerum, tam ordinariorum, quàm extraordinariorum, & quavis causa, etiam per nos, & sedem prædictam, etiam pro defensione d. Sedis & quavis alia causa, quantùmcumque urgentissima, & necessaria impositorum, & in futurum quomodolibet imponendorum, etiamsi in impositionibus hujusmodi caveatur expresè, quòd similes exemptiones nemini suffragentur, AC SIMILITER suppressorum Monasteriorum, & Prioratus ECCLESIAS, LOCA, PERSONAS, RES, ET BONA QUÆCUMQUE à Ven. Fratrum nostrorum Viterbien. BRITINORIEN. POLICASTREN. & Caputaquen. EPICOPORUM, ac dilectorum filiorum Abbatum, & aliorum Superiorum Cistercien. & aliorum Ordinum prædictorum respectivè nunc, & pro tempore existentium, *VISITATIONE, CORRECTIONE, JURISDITIONE, ET QUAVIS ALIA SUPERIORITATE, TAM IN SPIRITUALIBUS, QUAM TEMPORALIBUS* motu, scientia, & potestatis plenitudine, ac authoritate, & tenore similibus, etiam perpetuò liberamus, absolvimus, & eximimus, ac liberata, exempta, & immunia esse neque ad aliquam solutionem, vel contributionem, propterea faciendam, teneri, nec censuris, vel Ecclesiasticis, aut pecuniariis, seu aliis pęnis ad id compelli posse, pęnasque & censuras si quas in eos propterea promulgari contigerit, nullas, & irritas, nulliusque roboris, vel momenti forè, sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam S. R. E. Card. in quavis causa, & instantia sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi authoritate, & facultate, judicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane etiam decernimus. Quo circa Ven. fratribus nostris Maran. & Viterbien. ac Caputaquen. Episc. per Apostol. scripta motu pari mandamus quatenùs ipsi &c. pręsentes literas, & in eis contenta quęcumque quoties pro parte dd. Canonic., & Capituli, fuerint requisiti in adipiscenda possessione, & aliorum bonorum, mensæ Capitulari applicatorum, hujusmodi assistentes faciant authoritate nostra Canonicis, & Capitulo prædictis à dilectis filiis Vassallis, & aliis Subditis eorundem Monasteriorum consueta servitia, & Jura sibi ab eis debita integrè exhiberi, necnon Canonicos, & Capitulum, aliosque prædictos suppressione, extinctione applicatione, appropriatione, liberatione, absolutione, exemptione, & decretis, aliisque præmissis pacificè frui, & gaudere, ac easdem præsentes, & in eis contenta quæcumque firmiter observari, necnon eosdem Canonicos, & Capitulum, si eis videbitur, vel Procuratorem suum eorum nomine in corporalem possessionem, seu quasi Juris percipiendi, exigendi, & habendi fructus, redditus, & proventus, Jura, obventiones, & emolumenta, aliasque res, & Bona Monasteriorum, & Prioratus, & annexorum, Juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducant, authoritate nostra, & defendant inductos, amotis quibuslibet illicitis Detentoribus ab eisdem faciente illis de eisdem fructibus, redditibus, proventibus, Juribus, & obventionibus universis integrè respponderi, nec permittentes etiam desuper per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, perturbari, aut inquietari, contradictores &c. Non obstantibus priori voluntate nostra prædicta, & aliis præmissis, nec non piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri &c. ac aliis Apostolicis, & quibuscumque Conciliaribus, necnon in quibusvis Generalibus, & Provincialibus Conciliis aditis Constitutionibus, & ordinationibus, ac Monasteriorum Prioratus, & Cistercien. aliorumque Ordinum, ac Basilicæ prædictorum juramento, & confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, Monasteriis, & Prioratui, ac Cistercien. aliisque ordinibus, ac Basilicæ, & Ecclesiæ S. Balbinæ prædictis, eorumque Superioribus, Visitatoribus, Conventibus, Capitulis, Congregationibus, & aliis personis, necnon dilecto filio nostro Laurentio moderno, & pro tempore existenti Cardinali ejusdem S. Balbinæ Titulari etiam contrà tales suppressiones, applicationes, exemptiones, & Bonorum alienationes, ac super illis in pristinum statum restituendis, necnon Conventibus, & Monachis in similia Monasteria, etiam suppressa, & extincta, per eos etiam authoritate Apostolica, & de facto etiam manu regia introducendis, seu reducendis Monasteriis alienatis, in suo pristino statu restituendis, & similibus suppressionibus, applicationibus, exemptionibus, dispositionibus, & gratiis in aliquo per eos non admittendis, sed eis pro nullis, & non concessis habendis, & reputandis, ac aliàs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie etiam Imperatoris, Regum & aliorum instantiam, etiam per recol. mem. Eugenium IV. Martinum V. Nicolaum etiam V. Calixtum III. Pium II. Sixtum etiam IV. Innocentium VIII. & quoscumque alios Romanos Pontifices, Prædecessores nostros, ac Nos, & sedem prædictam, etiam per modum statuti perpetui aut etiam Contractus, seu quasi, aut aliàs quomodolibet, & ex quibusvis causis, etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum contemplatione, vel ad eorum Instantiam, seu motu, & scientia, ad potestatis plenitudine similibus, etiam concistorialiter, ac cum quibusvis, etiam efficacissimis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam iteratis vicibus in genere, & in specie, ac aliàs quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, & quocumque tempore, etiam longissimo, & forsan immemorabili ob-

ser-

servatis, etiamsi in eis, ac statutis prædictis caveatur expresse, quòd quæcumque suppressiones, & aliæ similes dispositiones de Monasteriis, ejusdem Cistercien. Ordinis pro tempore vacantibus, etiam per quascumque Literas Apostolicas, etiam cum quibusvis efficacissimis, & insolitis, etiam eisdem statutis, & Privilegiis, & Indultis, expresse derogantibus clausulis pro tempore factæ, nullius sint roboris, vel momenti, conventusque Monasteriorum eorumdem hujusmodi suppressionibus, & aliis similibus dispositionibus non obstantibus ad electiones, & superiores d. Cistercien. Ordinis seu eorum Commissarii ad confirmationes electionum, pro tempore factarum, aliàs juxtà regularia instituta, & laudabiles consuetudines d. Cistercien. Ordinis, ac Privilegia, & Indulta prædicta procedere possint, quodque Monasteriis ipsis, quomodocumque vacantibus, per electionem Canonicam per conventus eorumdem de personis, ipsum Cistercien. Ordinem expresse professis, &, vocatis ipsius Cistercien. Ordinis Patribus Abbatibus, faciendam, omni impedimento cessante provideri debeat, & eisdem Conventibus eligere negligentibus, Jus providendi dd. Monasteriis pro illa vice ad immediatos PP. Abbates devolvatur, ipsique PP. Abbates, & Conventus provisionibus, & aliis dispositionibus Apostolicis, ac literis derogatoriis hujusmodi, etiam quascumque censuras, & pœnam in se continen. parere minimè teneantur. Quodque eisdem statutis Privilegiis, & indultis etiam per quascumque literas Apostolicas, & derogatoriarum derogatorias, & in Solitas Clausulas in se continentes, derogari, aut illorum effectus impediri non possit, nec derogatum censeatur, nisi hujusmodi derogatio concistorialiter facta, & per diversas literas P. Abbati, pro tempore existenti, Monasterii Cistercien. Cabilonen. Diœcesis, & Capitulo Generali d. Cistercien. Ordinis, & diffinitoribus ejusdem Capituli etiam, cum certi temporis intervallo intimata fuerit, & si illis aliter derogari contingat, etiam cum eorum insertione, derogatio hujusmodi, nisi de consensu Abbatis, pro tempore existenti, & dilectorum filiorum Conventus Monasterii Cisterc. hujusmodi facta fuerit, nulli suffragetur, quòdque clausula implicitæ derogationis, etiam in schedula motus proprii apposita, aliter, quàm ibi expressa est, in literis extendi non possit. *Quibus omnibus eorum* nihilominùs tenores hujusmodi in genere, & specie ad effectum sufficientis derogationis eorum, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica expressa, & individua mentio, non autem per clausulas generales idem importantes, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter individuè & expresse *Motu* scientia, ac potestatis plenitudine *Similibus Derogamus*, ac sufficienter derogatum esse declaramus: Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ suppressionis, extinctionis, reductionis, applicationis, approbationis, liberationis, absolutionum decretorum, exemptionis mandati derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ 1564. XII. Kal. Julii Pontificatus nostri anno quinto.

Cæsar Glorerius. —— Federic. Card. Cæsius.

H. Cumitius.

DISCEPTATIO III.

Romana Confraternitatis.

PRO

Archiconfraternitate Santissimi Sacramenti & quinque Plagarum in Ecclesia SS. Laurentii, & Damasi.

ARGUMENTUM.

Refert per extensum Visitatio, seu Relatio Jurium, & Bonorum ejusdem Archiconfraternitatis, anno 1721. *facta à Cardinali Zondadario.*

In tom. 1. *part.* 1. *disc.* 16. occasione multorum Dubiorum, concernentium d. Archiconfraternitatem, indicari aliquas prærogativas ejusdem; Quia verò postmodùm ex Oraculo Clementis XI. illius Visitatio demandata fuit Cardinali Zondadario, ideo ad pleniorem ejusdem Archiconfraternitatis, ejusque Redditnum, & Obligationum notitiam, subnecto hìc per extensum eandem Relationem, quæ est sequentis tenoris.

RELATIO.

Visitationis Apostolicæ Cappellæ Archiconfraternitatis SS. Sacramenti, ac quinque Plagarum D. N. Jesu Christi, existentis in Ecclesia SS. Laurentii, & Damasi, ejusque Oratorii, habitæ ab Eminent. & Reverendiss. D. Antonio Felice Tit. S. Balbinæ S. R. E. Presbytero Cardinali Zondadario, unà cum R. P. de Vico, ejus Coadjutore.

Deputatio ex Audientia Santissimi. Die prima Februarii 1719.

Santissimus D. N. deputavit in Visitatorem Archiconfraternitatis Santissimi Sacramenti, & quinque Plagarum D. N. Jesu Christi, in Basilica SS. Laurentii, & Damasi, cum omnibus annexis, & connexis, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, 1
Eminentiss. Domin. Cardinalem Zondadarium, cum Coadjutore, Eminentiæ Suæ beneviso, cum facultatibus, attributis in Brevibus s. m. Innocentii XII. desuper emanatis 16. Januarii 1693. Junxitque, ut Visitatio prædicta cum suis Decretis per Eminentiam Suam jam peracta, transmittatur ad Secretariam Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ, ad effectum referendi &c. Datum ut supra &c.

Vigore supradictæ Deputationis idem Emin. & Rever. D. Zondadarius, unà cum R. p. d. Vico, Signaturæ Vot. electo sibi in Coadjutorem, die 16. Februarii 1719. se contulit ad supradictam Ecclesiam SS. Laurentii, & Damasi, & signanter ad dictam Cappellam Santiss. Sacramenti, & deinde diebus sequentibus ad Oratorium in Vico, nuncupato *dell'* 2
Aquila, ibique servatis consuetis cæremoniis, infrascriptam Relationem, & Decreta edidit.

Cappella Santiss. Sacramenti sita est intra supradictam Ecclesiam, à latere sinistro, prope Januam majorem, olim dicata D. Simoni, nunc verò Santiss. Eucharistiæ Sacramento, in ampliorem formam redacta fuit sub initio Sæculi XVI. ab Archiconfraternitate Santiss. Corporis Christi: Status ejus materialis describitur in Visitatione, peracta de ordine s. m. Urbani VIII. de Anno 1627. & latiùs in Foliis, ad partes, *signatis lit. A.* Altare est lapideum, consecratum, & privilegiatum quotidiè pro Defunctis, ut 3
ex Inscriptione marmorea, ibidem existente, pluresque aliæ Indulgentiæ per Summos Pontifices fuerunt eidem concessæ, quarum Summarium circumfertur impressum.

Subjacet Cappellæ concameratum Cæmeterium, in quo

in quo Confratres, ac Sorores seorsim sepelliuntur. Custoditur in Altari satis decenter angustissimum Eucharistiæ Sacramentum in duabus Pixidibus argenteis, intus aureo linitis, quarum una utitur Parochus ad Communionem Infirmorum, altera verò pro communicandis in Ecclesia Fidelibus, quæ asservantur in
5 Tabernaculo ligneo, affabrè facto, ac inaurato; Intus verò panno serico circumvestito; Exponitur singulis hebdomadis feria quinta de sero adorationi Fidelium, & collucent in illius honorem sumptibus Archiconfraternitatis, quinque lampades, quarum tres ardent perpetuò, aliæ verò diebus festivis.

DE SACRARIO.

Retrò Cappellam adest Sacrarium de anno 1680. ampliatum ex munifica concessione situs s. m. Innocentii XI. quod sacra supellectili ex omnibus coloribus abundanter instructum repertum fuit, quæque asservantur in Armariis, aptè dispositis, ejusque Inventarium datur in *Foliis lit. B.* Conspicitur in eo labellus, cum manutergiis, sedes, & genuflexorium, aliaque ad præparationem, & gratias agendas necessaria; Necnon Armarium, in quo asservatur parum fragmentum Ligni Sanctissimæ Crucis in Tabernacu-
6 lo argenteo, cum Literis authenticis, ac duæ Capsulæ, in quarum una Reliquiæ SS. Apostolorum Simonis, & Judæ, & in altera SS. Zenonis, & Sociorum, huc translatæ ex Ecclesia SS. Vincentii, & Anastasii ad Aquas salvias à cl. m. Alexandro Cardinali Farnesio, illius Abbatiæ Commendatario, & insimul Ecclesiæ SS. Laurentii, & Damasi Titulare, ut Confratres asseruerunt, quæque ex antiqua consuetudine exponi solet venerationi Fidelium in eorum Festivitatibus.

Supra Sacrarium adest Mansio, destinata pro habita-
7 tione Sacristæ, ut servitio Cappellæ, & cultui divino præstò, & assiduè esse possit.

DE ARCHICONFRATERNITATE.

In Cappella supradicta fuit de anno 1501. divino quodam instinctu hæc Archiconfraternitas instituta, ad restituendum cultum Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento, tunc ferè deperditum, dum cum uno solo Presbytero, ejusque Ministro, ac unico tantùm lumine, ad Infirmos deferebatur, ut diffusè describitur in ejus Statutis, Romæ impressis de anno 1626. necnon in Discept. 16. p. 1. tom. 1. Dominici Ursayæ moderni Prioris, ac multis nominibus de Archiconfraternitate benemeriti, Capitulum, & Canonici dictæ Ecclesiæ concesserunt Archiconfraternitati, cum appro-
8 batione cl m. Cardinalis Riarii, tunc Ecclesiæ Commendatarii, non solùm Situm, ubi Confratres proprio ære Cappellam supradictam ædificarunt; Sed etiam duo Cubicula, unum superius, & alterum inferius, retrò Cappellam. Erectio, & Institutio hujus Archiconfraternitatis confirmata fuit per Bullam s. m. Julii Papæ II. de anno 1508. Cui, & ipse voluit in Confratrem adscribi. Habet Statuta particularia, approbata die 11. Julii 1541. per R. p. d. Andream de Jacobatiis, Leonis Papæ X. Vicarium, & deinde reformata, cum approbatione cl. m. Cardinalis Ludovisii illius Protectoris die 6. Octobris 1626.

DE ORATORIO.

Habet Confraternitas Oratorium, situm in Vico nuncupato *dell' Aquila*: In quo Confratres convenire solent, non solùm ad illius negotia peragenda, sed etiam ad psallendum Officium Beatissimæ Virginis diebus Dominicis, & festivis. Adest in capite Al-
9 tare lateritiam, cujus Icon repræsentat Imaginem SS. D. N. Jesu Christi, & duorum Angelorum, Crucis Trophæa in manibus gestantium; Ante S. Imaginem collucet lampas diebus Dominicis, & festivis, & hinc inde adsunt duæ Mensæ, instructumque est supellectili necessaria.

Pendent in Oratorio tres Tabellæ, in quarum una
10 sunt descripta nomina Officialium Congregationis secretæ. In alia nomina Officialium Congregationis Oratorii: In tertia verò Capitula, quæ servantur in distribuendis Dotibus Puellis.

In eodem Oratorio existit Chorus, in cujus medio adest Armarium, in quo conservantur Scripturæ Societatis, quarum injunctum fuit Confratribus distinctum 11
Inventarium, prout ex *Decreto num.* 1.

DE REDDITIBUS, EORUMQUE EXITU.

Ascendunt Redditus certi ad sc. 1233. 30. prout in *Fol. lit. C.* quæ tamen augebuntur post secutum Investimentum pecuniarum, spectantium ad pium Legatum celebrationis Missarum Sebastiani Contini. 12
Exitus verò, comprehensis expensis certis, & incertis, ascendit ad sc. 1100. prout ex alio *Fol. sign. lit. CC.*

Verùm quia Archiconfraternitas consueta erat solvere fructus Subsidiorum dotalium, necnon excessivas facere expensas occasione Processionis SS. Corporis Christi, quæ fieri solet feria IV. infra Octavam dictæ Festivitatis, provisum fuit quoad supradictos fructus, 13
prout in *Decreto num.* 2. Et quoad expensas Processionis, Prout in *Decreto num.* 3. Unde, factis hisce detractionibus, & computato Introitu cum Exitu, superat Introitus ad præsens in sc. 132. 36. prout ex *dicto Fol. lit. C.*

DE ONERIBUS MISSARUM.

Juxta Tabellam, appositam in Sacrario, onera Missarum perpetua consistunt in Missis 28. cantatis, & Missis 3334. lectis: Quibus addendæ sunt aliæ Missæ 288. pro Legato Sebastiani Contini, quæ 14
punctualiter adimplentur, & earum eleemosyna manualis, quæ solvitur Celebrantibus ab Archiconfraternitate, importat singulis annis sc. 392. & b. 60.

Ex præfatis Missis aliquæ habent fundum certum, & Redditus correspondentes oneri perpetuo, prout in 15
Fol. Litt. D.

Aliquæ habuerunt fundum à principio, cujus fructus correspondebant oneri perpetuo; Sed quia posteà distractus fuit ab Archiconfraternitate, hodiè non re- 16
peritur, sed onera adimplentur, & describuntur *in Fol. lit. E.*

Aliæ habuerunt pariter fundum à principio, cujus tamen fructus etiamsi ad præsens adesset, non corre- 17
sponderet oneri perpetuo, & istæ adnotantur *in Fol. litt. F.*

Et denique quoad alias non adest memoria, nec documentum, ut Confratres asseruerunt, quòd fuerit unquam constitutus fundus. Sed supponunt usque adhuc 18
celebrationem demandasse ex mera eorum liberalitate, & gratitudine erga Benefactores, & istarum notula datur *in Fol. lit. G.*

Supplicarunt Confratres pro aliqua provisione, seu diminutione operis, & signanter quoad Missas, quæ à principio habuerunt fundum, sed fructus non correspondebant oneri perpetuo; Et quoad Missas, quæ nunquam habuerunt fundum ulteriùs exhibuerunt preces, porrectas Sac. Cong. Conc. die 5. Martii 1712. in qui- 19
bus districtè adnotantur Legata, quæ non habent fundum sufficientem, quæque à dict. Congr. fuerunt remissæ Eminentissimo Protectori pro diminutione, consito de veritate narratorum ad rationem manualis, juxta Urbis morem, super quibus omnibus provisum fuit, prout in *Decreto num.* 5.

Rursus supplicarunt pro aliqua provisione quoad Missas adventitias, quæ ex pietate Fidelium in considerabili quantitate singulis annis celebrantur in Altari privilegiato Santissimi Sacramenti; Quia cùm Archiconfraternitas teneatur subministrare eleemosynam 20
Celebranti in obulis decem, sine ulla diminutione, juxta Editum publicatum de ordine s. m. Clementis XI. de anno 1705. remanet in damno certo quoad ceram, utensilia, & vinum, super quo provisum fuit; prout in *Decreto num.* 6.

DE

DE SUBSIDIIS ANTONELLI SONNINO.

Antonellus Sonnino die 7. Octobris 1544. per Acta Antonii de Elia donavit Archiconfraternitati sc. 400. cum onere unius Missæ annuæ, ac Subsidii dotalis sc. 25. distribuendi singulis bienniis pauperi, & orphanæ Puellæ; Ab anno 1685. usque ad
21 annum 1715. hoc Subsidium distributum fuit singulis bienniis, ad rationem sc. 24. pro quolibet Subsidio, ultra Vestem, quæ valutari solet scut. 2. 50. & candelam julio uno; Excepto tantùm unico biennio 1712. & 1713. in quo distributa fuerunt sc. 20. ultra Vestem, & candelam.

Recursum habuerunt Confratres ad R. P. Pignatellum, tunc temporis hujus Sacræ Congregationis Secretarium, exponentes, quòd in distributione hujus, & aliorum Subsidiorum dotalium Archiconfraternitas remanebat plurimum læsa; Qui propterea demandavit
22 suspensionem illorum distributionis per annum; Et renovatis postmodum precibus apud Eminentiss. Visitatorem, fuit prorogata suspensio, donec firmaretur Status Capitalium, destinatorum pro hujusmodi Subsidiis; Itaut ab anno 1717. usque ad præsens non fuerint distributa.

Interim verò recognitum fuit, quòd sc. 400. legata à d. Antonello ad præsens reperiuntur investita in Loc. 36. Montium, nempe in C. 84. Montis S. Petri 2. er. In aliis Centes. 84. S. Petri 3. er. & in Loc. 1.
23 68. Mont. Novennalis, quæ singulis annis reddunt, detractis strenis sc. 10. 02. Itaut ab anno 1685. usque ad annum 1721. exacta fuerunt ab Archiconfraternitate sc. 435. 92.

E contra verò erogata fuerunt in Subsidiis dotalibus, distributis ab anno 1685. usque ad annum 1715.
24 modo superiùs expresso, sc. 460. 15. Unde Archiconfraternitas ad præsens remanet creditrix in sc. 34. 43.

Supplicarunt propterea Confratres pro reintegratione Archiconfraternitatis in dicta summa, & pro aliqua provisione in futurum, occasione distributio-
25 nis faciendæ, & provisum fuit, prout in *Decreto numer.* 1.

DE SUBSIDIIS VIRGILII CASTRATELLI.

Virgilius Castratellus in ejus Testamento, rogato die 24. Octobris 1558. per Acta Jacobi Accurati reliquit tres Domos, signatas in Folio Capitalium, & Reddituum *lit. C. num.* 5. 6. & 7. Nec non annuam præstationem sc. 5. exigendam ab Hospitali Consolationis Urbis, injunxitque sequentia onera, nempè primò, quòd solvat sc. 3. annua Archiconfraternitati S. Hieronymi Charitatis Urbis; Secundò alia sc. 6. annua Hospitali S. Jacobi Incurabi-
26 lium; Tertiò, quòd celebrare faciat 12. Missas lectas, & tres cantatas quolibet anno in perpetuum, quarum eleemosyna calculari solet sc. 5. 40. Et quartò mandavit, quòd teneretur manutenere lampadem, perpetuò collucentem ante Altare Sanctissimi Sacramenti, cujus impensa importare solet sc. 5. annua; Et quintò denique voluit, quòd residuum fructuum erogaretur in tot Subsidia dotalia.

Ex hisce Domibus retrahuntur ad præsens sc. 144. annua, quibus additis sc. 5. annuis, quæ exiguntur ab Hospitali Consolationis; Integer Redditus consistit in sc. 149. annuis, à quibus detractis præfatis oneribus, injunctis à Testatore, constituentibus in totum sc. 19. 40. 4. ac aliis sc. 10. annuis pro dislo-
27 cationibus, & reparationibus, & sc. 9. pariter annuis prò Procuratore, Ratiocinatore, & Exactore, remanet Redditus annus, distribuendus in Subsidiis dotalibus in sc. 110. 60.

Ab anno 1717. usque ad currentem annum 1721. vigore memoratæ suspensionis non fuerunt distributa Subsidia dotalia; Itaut ducto calculo ad rationem sc. 110. 60. remanent in manibus Archiconfraternitatis
28 per totum annum 1721. sc. 469. 06. distribuenda in tot Subsidia dotalia, ad rationem sc. 25. pro quolibet; Quibus additis aliis sc. 110. 60. ex Redditibus an. 1622. constituunt in totum sc. 579. 66. super quibus provisum fuit, prout in *Dec. n.* 8.

DE SUBSIDIIS MAGDALENÆ GALLETTÆ.

Magdalena Galletti in Testamento, rogato die 22. Septembris 1580. per Acta Jacobi Curretti. reliquit Archiconfraternitati duas Domos, signatas in Folio Capitalium, & Reddituum *lit. C. num.* 9. & 10. 29
cum onere distribuendi ex fructibus singulis trienniis duo Subsidia dotalia sc. 30. pro quolibet, comprehensa Veste coloris albi.

Redditus dd. Domorum, detractis oneribus, ascendunt ad sc. 13. 10. quæ singulis trienniis faciunt summam sc. 93. 60. Itaut superent onus, injunctum à Te- 30
statrice, & quod superest ex præsumpta illius voluntate beneficio Archiconfraternitatis cedere debet.

Ab anno 1715. hæc Subsidia dotalia non fuerunt distributa ex causa suprad. suspensionis, & ideò cum elapsa jam fuerint duo triennia per totum currentem annum 1721. injunctum fuit Officialibus, quòd 31
distribuantur, prout in *Decreto n.* 9.

DE SUBSIDIIS JULIÆ DE NUBIS.

Archiconfraternitas imposuit duos Census in sorte sc. 400. in totum favore quondam Juliæ de Nubis. Alterum sub die 20. Octobris 1589. per Acta Gazzæ Not. Capitolini, & alterum die 18. Februarii 1593. per eadem Acta, cum onere solvendi fructus ad ra- 32
tionem sc. 10. pro quolibet centenario, & anno, durante vita dictæ Juliæ, & post illius obitum conventum fuit, quod ex fructibus dd Censuum distribueretur singulis bienniis unum Subsidium dotale ad rationem sc. 25. pro quolibet Subsidio.

Ab anno 1717. usque, & per totum annum 1721. Subsidia non fuerunt distributa, & ideo injunctum fuit, quòd distribuerentur, prout in *Decreto n.* 10. 33

DE SUBSIDIIS CARLOTTÆ ARRONEÆ.

Carlotta Arronea sub die 31. Augusti 1582. per Acta Marci Antonii Brati Notarii A C. reliquit sc. 390. 99. ex rata pretii unius Domus, positæ apud Ecclesiam S. Salvatoris, vulgò nuncupata *delle Cupelle*, cum onere, quòd fructus dictæ summæ singulis trienniis erogarentur in Subsidiis dotalibus; Investimentum hujus summæ non fuit repertum; Et è contra Archiconfraternitas usque ad annum 1715. distribuit singulis trienniis Subsidia dotalia: Fructus loco da- 34
mnorum, & interesse, regulati ad instar Locorum Montium ex dicto capitali sc. 390. 99. consisterent singulis trienniis in 28. 52. quæ integrè distribuenda sunt in uno Subsidio dotali, consueta Veste, & candela, hoc modo *videlicet* pro Subsidio dotali sc. 25. 92. Pro Veste sc. 2. 50. Et pro candela julius unus, quæ in totum adequant dictam summam sc. 28. 52.

Ab anno 1715. usque ad annum 1721. non fuit facta distributio, & remanent distribuenda duo Sub- 35
sidia, & ideò provisum fuit, prout in *Decreto numer.* 9.

Sebastianus Continus, de Societate benemeritus Confrater, in suis testamentariis Tabulis, rogatis 2. Octobris 1711. per Acta Abinantis Notarii Capitolini, titulo Legati pii celebrationis Missarum, reli- 36
quit Archiconfraternitati nonnulla Bona, descripta in Folio, signato *lit. D. in fine*, cum onere unius Missæ quotidianæ, quæ vigore Decreti Sacræ Congregationis Concilii die 6. Junii 1717. reducta fuerunt ad Missas 288. quolibet anno ab Eminentissimo Protectore.

Præterea dictus Continus instituit Hæredem usufructuariam Catherinam, ejus Sororem, & proprietariam Archiconfraternitatem, cum onere, quòd, defuncta Sorore, ex fructibus Bonorum hæreditariorum distribuerentur duo Subsidia dotalia Puellis orphanis, & in Parochia SS. Laurentii, & Damasi commorantibus, ad rationem sc. 25 pro quolibet, ultra consuetam Vestem, & candelam, prohibita hæredibus quacumque

cumque detractione, cujuscumq; generis, cum declaratione, quòd volebat, quòd Archiconfraternitas contenta esset solo Jure honorifico: Ab initio Bona hæreditaria erant sufficientia pro celebratione Missarum,
37 & pro supradictis Subsidiis, sed, secuta postmodùm evictione nonnullorum Locorum Montium, quæ fuerant assignata pro fundo Legati pii Missarum, cùm dictum Legatum pium reintegrari debeat ex Bonis hæreditariis, destinatis pro Subsidiis dotalibus, fructus post secutam reintegrationem non sunt amplius sufficientes, prout Confratres supponunt, pro dd. Subsidiis, ad rationem sc. 25. pro quolibet; Unde supplicarunt pro reductione dd. Subsidiorum, juxta fructus, quolibet anno percipiendos ex dicta hæreditate; Cùm verò Status hæreditarius usque adhuc non fuerit legitimè firmatus, provisum fuit, prout in *Decreto n.* 12.

Hæc sunt, quæ referenda censui circa Statum spiritualem, ac temporalem hujus Archiconfraternitatis huic Sacræ Congregationi, Me referens in reliquis
38 ad præteritas Visitationes, necnon ad nova documenta, in calce annexa. Romæ Kalend. Septembris 1721.

DECRETA EDITA AB EMIN. VISITATORE.

I. Fiat Inventarium omnium Scripturarum, ad Archiconfraternitatem spectantium intra tres men-
39 ses, cujus copia, subscribenda à Priore, & Archivista, servetur in Archivio.

II. Imposterum fructus Subsidiorum dotalium non solvantur, sed, sequutis nuptiis Puellarum, statim Dotes tradantur, exceptis octo Subsidiis, pro quibus ad
40 præsens solvuntur Fructus mulieribus nuptis, ætate provectis, sine spe procreandi Filios.

III. Attenta pietate Eminentiss. D. Cardinalis Ottoboni Protectoris, qui nonnullis ab hinc annis liberali manu cerea Interstitia Confratribus subministrat occasione Processionis, fieri solitæ feria IV. infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi, ac notabili diminutione Redditum Archiconfraternitatis, ista abstineat in posterum ab expensis, quas per an-
41 tea occasione prædicta facere consueverat, ne impotens reddatur ad alias peragendas functiones, ab ejus Instituto præscriptas: Fiant tamen expensæ ex causa Processionis fieri solitæ cum Capitulo in die Octavæ, sed juxta modum, usque adhuc servatum in secunda Dominica cujuslibet mensis.

IV. Redditus Archiconfraternitatis, excedentes e-
42 xitum, erogentur in posterum in extinctionem Debitorum, & satisfactis debitis, quod supererit, investiatur.

V. Quoad reductionem Missarum perpetuarum recurrant Confratres ad Sacram Congregationem Con-
43 cilii; Et quoad Legata, contenta in precibus, porrectis eidem Sacr. Congr. die 5. Martii 1712. utantur Jure suo coram Eminent. Protectore.

VI. Quoad Missas adventitias satis provisum ex vivæ vocis Oraculo s. m. Clementis XI. habito à R. P. Secretario hujus Congregationis, mediante faculta-
44 te, concessa Confratribus, retinendi pro utensilibus obulum unum pro qualibet Missa manuali, quam in posterum servari mandavit.

VII. Quoad Subsidia dotalia Antonelli Somneni, reintegretur Archiconfraternitas sc. 34. 23. & secuta reintegratione in posterum distribuatur Subsidium singulis bienniis in sc. 17. 24. & residuum fructuum Lo-
45 corum Montium, à dicto Antonello provenientium, dempta eleemosyna unius Missæ perpetuæ ab eodem demandata, impendatur in consueta Veste, & candela.

VIII. Quoad Subsidia dotalia, relicta à Virgilio Castratello, ex Fructibus, cumulatis post suspensam distributionem, tradantur anno 1722. Subsidia vigin-
46 ti unum ad rationem sc. 25. pro quolibet unà cum consueta Veste, & candela, injuncto onere Puellis accedendi ad Processionem Sanctissimi Corporis Christi feria IV. infra Octavam festivitatis anni venturi 1722. quatenus fieri contigerit absque impensa Archiconfraternitatis.

IX. Quoad Subsidia dotalia, relicta à Magdalena Galletta, distribuat anno 1722. Archiconfraternitas ex Fructibus, cumulatis post suspensionem, quatuor 47
Subsidia dotalia, ad rationem sc. 24. 40. pro quolibet, & residuum usque ad complementum sc. 30. pro quolibet impendatur in Veste alba, & candela, & in reliquis servetur modus, præscriptus in Subsidiis Virgilii Castratelli.

X. Quoad Subsidia dotalia Juliæ de Nubis, dentur duo Subsidia dotalia anno 1722. cum solita Veste, & 48
candela, & deinde singulis bienniis ad rationem sc. 25. pro quolibet Subsidio.

XI. Quoad Subsidia dotalia Carlottæ Arroneæ tradantur anno 1722. duo Subsidia ad rationem sc. 25. 92. & residuum usque ad complementum sc. 28. 52. pro adequatione fructuum erogetur in consueta Ve- 49
ste, & candela; Et ita etiam servetur in futuris distributionibus, injuncto onere Puellis, prout in Subsidiis Virgilii Castratelli.

XII. Firmetur Status hæreditarius Sebastiani Contini coram Fiscali Sacræ Visitationis, & juxta vires 50
dictæ hæreditatis, deductis expensis, distribuantur in posterum duo Subsidia quolibet anno ad formam Testamenti.

Hæc pauca decernenda putavi; Tum quia majora non patitur extrema Archiconfraternitatis inopia; Tum quia in reliquis recurrendum esse censui ad Sa- 51
cram Congregationem Concilii, quæ omnia subjicio superiori hujus Sacræ Congregationis judicio.

Romæ Kal. Septembris 1721.

A. F. Card. Zondadari Visitator.

F. de Vico Coadjutor.

A

La Venerabil Cappella del SS. Sacramento, e cinque Piaghe di N. S. Gesù Cristo nella Basilica de' SS. Lorenzo, e Damaso, si trova composta con Volta sopra la medesima, fatta a Crocietta, con suo Ornato al di sotto a Mosaico, con diverse figure geometriche, Pitture de' Santi nelle medesime, cioè li 52
quattro Evangelisti, e quattro Dottori, e nel mezzo della medesima il segno del SS. Sacramento. E detti Ornati sono di stucco, e dorati, simili al di sopra, e sue Cimase, dove posano detti pieducci, fatti di travertino scorniciati, e suoi Pilastri sotto a dette di travertino, con sue basi antiche al di sotto, e altro Zoccolo.

Prospetto di detta Cappella.

Numero due pilastri, parimente di travertino con suoi riquadri nel mezzo scorniciati per due faccie per parte, e sua cimasa sopra scorniciata, in diversi membri, e suoi fregetti un arco sopra detta cimasa, con faccia di detto arco scorniciata, & un membro intagliato, e dorato; Nel mezzo del sudetto v'è il se- 53
gno d' esser uno degl' Altari privilegiati, con sotto arco dipinto con suoi riquadri a rose.

Con Quadro grande, che prende il vano di tutto detto arco, e pilastro, dipinto nell' istesso muro, rappresentante il Padre Eterno, lo Spirito Santo, la Gloria, & altro.

Di fianco a detto Vano vi sono due Porte di travertino, suoi stipiti, ad architrave, fregio, e cornice di diversi membri, in mezzo de' quali architravi v' è un Ovatino per ciascheduno, rappresentante le cinque Piaghe, parimente di travertino.

E nelli Laterali delli soprascritti Pilastri vi sono due Imagini, una di S. Nicola, e l' altra della Madonna, con suoi Ornati, ad uso di Tabernacoletto, fatto con due colonne scannellate, con capitelli, e sue basi, simili a piedistalli, di simile ordine, pilastri, ed al-

tro dalle parti, con ſue Cartelle intagliate; con feſtone, e panno attorno a tutto detto Tabernacolo, con Frontespizio ſopra la cornice dritto, & aperto, & Arma nel mezzo, con numero due Lampadi, una d'ottone, e l'altra d'argento. La Madonna con ſuo Vezzo di perle buone, e granate; Sopra detto Tabernacolo vi ſono due Armi, una di Farneſe, e l' altra di Riari.

A mano ſiniſtra di detta Capella vi è una fineſtra, che prende il lume dalla Piazza, fatta con ſuo arco tondo, e ferrata di ferro, e ſua vetriata dipinta, un Arma in cima al ſott'arco nel mezzo dipinto, non ſolo con Ornati, ma anche con due tondi. Uno rappreſentante Gesù Criſto, e l'altro Altare &c. Ed il reſto di detto Collaterale reſta dipinto con Angeli, & altre Figure.

Sotto detta fineſtra v' è una Lapide di marmo, con l'Iſcrizzione della Fondatrice di detta Cappella, che fù D. Tereſa Enriquez ſin dall'anno 1508.

Latterale in faccia al ſudetto.

Fatto con due Pilaſtri di marmo riquadrato, e ſcorniciato, con ſuoi Capitelli d'ordine compoſito all'antica, e ſua baſe ſotto di diverſi membri, e ſuo Zoccolo, parimente di marmo, con architrave, fregio, cornice, riſaltato nel mezzo, con numero otto altri mezzi Pilaſtri, & una Cimaſetta nel mezzo, dell'altezza di detti quattro Pilaſtri, ſcorniciata con diverſi membri, & uno intagliato, parimente di marmo, con diverſi filetti d' oro, da piedi quali mezzi Pila-
54 ſtri, v'è un piedeſtallo andante, ſcorniciato di diver-
ſi membri, con ſua baſe ſotto, ſimili alli due primi deſcritti Pilaſtri, con ſuoi ſtipiti, & architrave ſcorniciato di diverſi membri, uno de' quali intagliato con falce a detta porta, fatta di ferro di due pezzi, traforati di diverſe figure in forma d' Ornati, con ſua Arma del Sacramento, e cinque Piaghe, fatte dal medeſimo ferro, vi ſono otto balauſtri contornati di marmi tondi, e quattro mezzi addoſſo a detti marmi di fianchi, altri otto ſani, e quadri mezzi ſimili alli deſcritti.

Nel Pilaſtro, che forma ſott'arco all'imboccatura di detta Cappella nella mano deſtra, vi è una Lapide, fatta di marmo, nella quale ſi legge il Breve, conceſſo dalla s. m. d. Innocenzo XI. di poter fare l' Eſpoſizione per un' ora in tutti li Giovedì dell' anno.

Fondo per l' Eſpoſizione.

La b. m. di Carlo Cappelletto, che fù Priore di dett'
Archiconfraternità, laſciò ſcudi mille moneta per det-
ta Eſpoſizione, come per Teſtamento, rogato per gl'
Atti dell'Ottaviani, Notarò dell'Eminentiſs. Vicario
55 li 7. Ottobre 1688., e l' iſteſs' Archiconfraternità per
gratitudine gli celebra ogni anno l'Anniverſario.

L' imboccatura a detta Cappella, che fa clauſura, con Ornato, ſua porta, pilaſtri, mezzi pilaſtri, cornicione, piedeſtallo ſotto, e ſuoi Balauſtri, di marmo ſimili, di ſopra deſcritti, con ſua porta di ferro ſimile.

Sopra di detta porta nel mezzo vi è una Cartella, fatta di legno intagliata, & indorata, con l' Arma dell' Archiconfraternità, e con l' Iſcrizzione, che dice *Altare privilegiato perpetuo.*

Altare.

Nell' Altare di detta Cappella vi è l' Oſtenſorio nel
mezzo, fatto a due ordini d' Architettura, con colon-
ne, e ſuoi pilaſtri, e contro pilaſtri, con ſuo architra-
ve, fregio, e cornice, e piedeſtallo ſotto con ſuoi ri-
quadri, ſcorniciati, che forma cinque facciate, con
Cuppoletta ſopra, e lanternino ſopra alla medeſima
con due cartelloni nelle laterali di detto, con ſuo ar-
chitrave, fregio, e cornice ſopra numero dieci colon-
ne, tutte di legname dorate, ſotto di numero due
ſcalini, parimente di legno dorati, con Ciborio nel mez-
56 zo, con due colonne, fregio, e cornice, capitelli,
baſe, e ſuo frontespizio, con due Puttini in forma d' Angeli, che reggono l'Arma del Santiſs. Sacramento, con corona ſopra. Tra quali colonne vi è la ſua Porticella ornata attorno con l' impronta del Calice, & Oſtia, parimente di legno dorato, ſimile al reſtante deſcritto, dentro vi ſono due Piſſidi; Una chiave ſi conſerva dal Parrocchiano, e l' altra dal Sagreſtano, per li biſogni, che poſſono occorrere.

In detto Altare vi ſono numero ſei Candelieri di legno inargentati, con numero quattro fiori, fatti a piramide.

Il ſudetto Altare è di muro pieno con ſodere attorno, e ſopra di marmo, e ſua pietra.

Nelli fianchi di detto Altare, ſopra detti marmi, vi ſono due tavole dipinte, in forma di quadro, uno rappreſenta la Venuta dello Spirito Santo, e l' altra la Cena.

A piedi di detto Altare vi ſono numero due ſcalini di marmo, con ſua predella di legno, con ſuo Tappeto ſopra, fatto all'Indiana.

Pavimento.

Il Pavimento attorno, per quanto prende tutto il
ſito di detta Capella, è fatto di pietra miſchia ad uſo
di Moſaico, con diverſi ripartimenti e faſcie, di mar- 57
mo, e di porfido.

Vi ſono nelle due cantonate due Torcieri di piaſtre d' ottone, alti palmi nove.

Intorno a dette Balauſtrate, cioè di ſopra, vi ſono numero dodeci Candelieri di legno.

Mano ſiniſtra dentro detta Cappella, ſotto la fineſtra, vi è un Caſſabanco con ſua ſpalliera.

Sito eſteriore della Cappella.

Il ſito eſteriore avanti di detta Cappella è grande
per quanto comprendono gl'altri due Pilaſtri, dirim-
petto a detta Cappella, e quelli a mano ſiniſtra, ſubi- 58
to entrata la Porta grande della Chieſa.

Volta di detto Sito.

La volta ſopra detto ſito è fatta a crociata, di
pianta con feſtoni negl' angoli, ed Angeli; con Lam- 59
pada nel mezzo d' ottone, che la regge un Ornato
di ferro, fatto a corona.

Nel Pilaſtro a mano deſtra di detta Cappella, che riſvolta nell' imboccatura della Chieſa dell' arco ſiniſtro, a canto quello di mezzo di detta Chieſa, vi è una Lapide di marmo, con Arma di Gregorio XIII. con l'Iſcrizione, che a detto Altare privilegiato dalla detta s. m. di Gregorio furono conceſſe Indulgenze Plenarie ad ognuno, che farà celebrare la Meſſa, in conformità dell' Altare di S. Gregorio di Roma, conceſſe li 4. Aprile 1567.

A piedi di detta Iſcrizione ſi trova una Caſſetta, con l'Iſcrizione *Elemoſina per il Santiſſimo Sacramento.*

Nell'altro Pilaſtro in faccia all'Ingreſſo della Porta v'è un Vano, dove vi è una Caſſetta di Ferro, dove ſi mettevano li Memoriali per le doti, che ſi davano per li Rioni, e nel medeſimo vi è una Tabella in carta pecora, con la cornice di legno color di noce, dove vi ſono deſcritte tutte le Confraternità aggregate.

Nell'altro Pilaſtro mano ſiniſtra nell'ingreſſo della Porta della Chieſa v'è un altra Lapide, con il depoſito di Scipione Arrivabene, & a' piedi d'eſſo v'è l'Acqua Santa di marmo, con piede ſotto, fatto a balauſtro, e ſuo piedeſtallo con Arma della Compagnia, ſi in detto piedeſtallo, come in detta Acqua Santa.

Nel fianco ſiniſtro di detto Sito vi è una fineſtra, con cancellata di ferro, e ſue vetriate.

Sotto qual fineſtra, v'è un Caſſabanco, quale ſerve per le Torcie della Communione.

Il pavimento di detto Sito ſotto detta Volta è fatto di mattòni con lapidi numero tre, con diverſi

Depo-

Depositi, e numero 2. bocche di Sepolture, parimente di marmo.

Nel mezzo di detto Vano, v' è un Inginocchiatore di noce.

Sagrestia.

V' è un Armario, seu Credenzone, dove si conservano le Reliquie, in conformità della nota à parte. Un altro, dove si conservano tutte le Pianete, come dalla nota a parte. Altro, dove si conservano tutti li Camici de' Fratelli. Vi è la Preparazione con suo Inginocchiatore, e Stampa per detta preparazione, con cornice dorata, ed Arma della Compagnia, e Cristo sopra, di legno. Vi è ancora la Fonte per lavare le mani, fatta di pila di marmo. Vi è un Quadro senza cornice per lungo, che rappresenta la Pietà, che serve per il S. Sepolcro. Detta Sagrestia è divisa in due Stanze, con arco in mezzo divisorio, nel mezzo del qual arco, v' è l' Arma della Compagnia, & il Soffitto tutto dipinto. Vi sono numero tre Porte, due corrispondono à detta Cappella, l' altra al Cortile del Palazzo, con la Scaletta del P. Sagrestano, con letto finito per servizio del medesimo. Vi è ancora una Cassetta nella muraglia, per riporci l' Elemosine manuali delle Messe, le di
60 cui chiavi si conservano dal Camerlengo pro tempore. Nella detta Sagrestia v' è l' altra Porticella, che corrisponde sotto la Cappella, dove stà il Cimiterio delli Fratelli, e Sorelle. Vi sono due finestre, che corrispondono in Piazza, con sue ferrate di ferro, e vetri. Vi è ancora un Tavolone, con suoi Tiratori, dove si conservano li Libri, ne i quali si descrivono, in uno le Messe degl' obblighi, e nell' altro le Messe avventitie, e nel terzo la sodisfazione delle Messe avventitie. Vi è ancora un altro Cristo dove si vestono i Sacerdoti. Si avverte, che parte delli supellettili, di sopra descritti, si ripetono nell' Inventario a parte. Il Sito della sudetta Cappella fu concesso adì 24. Gennaro 1501. alli Guardiani, e Confratelli dalla ch. m. del Sign. Cardinal Raffaello Riarii, allora Commendatario di detta Ven. Chiesa di SS. Lorenzo, e Damaso, e dalli Canonici della medesima, come risulta dall' Instromento, rogato per gl' Atti d' Ascanio Marco de Cesi, esistente nell' Archivio di detta Confraternità.

B

Inventario delle Supellettili, e Mobili, consegnati dalla Ven. Archiconfraternità delle cinque Piaghe, e del Santissimo Sagramento ne' SS. Lorenzo, e Damaso al Sig. D. Giovanni Battista Zacchia.

I. Sei Candelieri d' argento grandi: con lettere impresse della Venerabil Archiconfraternità, & Arma dell' Eminentissimo Montalti, libre 91. & oncie 10. assieme con l' infrascritta Croce. Un piede simile per la sua Croce, e Cristo, e titolo, con l' Arma a piedi dell' Eminentissimo Ludovisi, pesata, come sopra, con li suoi Candellieri sudetti. Quattro Candelieri piccoli, tondi, e lisci d' argento per l' Altare di peso lib. 7. oncie 6. sei Altri Candellieri piccoli con l' Arma della Compagnia, di peso lib. 8. onc. 3. Una Carta gloria con suo *In principio*, e *Lavabo*, di piastra d' argento, inchiodato sopra il legno, con un Cristo in piedi sopra; Manca un piccolo angolo all' *In principio*, e *Lavabo*. Un Bacile, & un Bocale d' argento senza bollo, libre quattro, oncie tre. Un Ostensorio d' argento, con splendore dorato, e Lunetta, con piedi in
61 triangolo, & Arma della Compagnia, con otto gioje false, lib. 6 oncie 9. con una Crocetta dorata, con sei brilli color d' oro. Lampade d' argento numero sei, cisellate, traforate con l' Arma della Compagnia, una più grande dell' altra, con sua Scatola di legno, e fiocchi di seta cremisi scoloriti, di peso lib. diecisette, onc. due. Un Secchio d' argento con suo Aspersorio, & Arma della Compagnia, di peso lib. 2. oncie 11. Due Campanelli d' argento con Arma della Compagnia, di peso lib. 2. oncie 4. Un Piattino d' argento con Arma della Compagnia con suo Bocaletto piccolo; e coperchio dorato al di dentro, di peso lib. una. Due Incensieri d' argento con due Navicelle, con due Cucchiarini; con Arma della Compagnia, di peso libr. 8. Quattro Vasetti d' argento, lasciati dal Sign. Felice Cesareti di peso lib. 1. oncie 6. Cinque Calici con sue patene dorate, di peso.... d' argento. Un altro Calice con la coppa d' argento, e piede, e patena di rame indorata. Una Pisside grande per la Pasqua, cisellata d' argento, in parte indorata, con l' Arma della Compagnia di peso.... Due altre più piccole per li giorni feriali, la più piccola à il piede con la Croce di sopra con la sua paletta di rame indorata.

II. Due Torcieri grandi di piastra d' ottone nella Cappella, donati dal Sig. Gio: Battista Viani. Sei Candelieri d' ottone grandi sopra l' Altare, con sua Croce di ebano, e Cristo di ottone dorato, con l' Arma della Compagnia, con le boccaglie d' ottone. Sei altri candelieri d' ottone più piccoli a triangolo, con l' Arma della Compagnia, donati dal Sig. Gio: Battista Viani, con sue boccaglie simili, uno de' quali è rotto. Quattro altri candelieri d' ottone piccoli, tondi, usati per le Messe basse, con tre boccaglie simili. Quattro 62
braccioletti piccoli d' ottone, che servono avanti l' Imagine della Madonna, e S. Nicola nella Cappella. Tre campanelli di ottone, uno grande per la Communione, & un altro più piccolo per l' Elevazione, & il terzo fisso al muro per le Messe. Un Tondino d' ottone per l' Ampolline.

III. Un piattuccio con suo bicchierino di piombo per l' Abluzione del Prete, quando à communicato. 63
Una Scatola per l' Ostie, donata dal Sign. Gio: Ansidei, con suo coperchio, e sotto coperchio di ottone. Una piastra per attondare l' Ostie, e suo ferro. Una Cassetta di rame per la cerca dell' elemosine de' Chierici. Una Brocca, e Concolina di rame di peso libre quindici.

IV. Un Paliotto di Damasco cremisi, con la trina d' oro, e frangia d' oro fino, con Arma della Compagnia, Un altro Paliotto simile di damasco cremisino, con fregio bianco, e contrataglio, con trine, e frangia d' oro buono. Un Paliotto di damasco bianco, guarnito con trina, e frangia d' oro di Germania. 64
Un Paliotto di damasco pavonazzo, guarnito di frangia, e trina d' oro fino. Un Paliotto verde vecchio, con Arma della compagnia, con frangia verde di seta. Un Paliotto di dobletto nero, con frangia, e trina d' oro di Germania. Un Paliotto di tutti colori di contrataglio, donato dal Sig. Cesaretti. Un Paliotto di damasco bianco, con trina d' oro fino, donato dal Sign. Giuseppe Viani. Un Paliotto di ricamo bianco della Valdrappa con l' Arma della s. m. di Alessandro VIII. donato dal Pontefice Clemente XI. Un Tappeto grande per le Feste per il nostro Altare. Un altro più piccolo per li giorni feriati.

V. Due Pianete di ormesino ordinarie, foderate di taffettano color celeste, con sue Stole, e Manipoli, guarnite d' oro di Germania. Un altra Pianeta di damasco cremisi, foderata di tela rossa, con sua Stola, e Manipolo, e frangia d' oro fino. Una Pianeta di damasco cremisino ondato, con Arma del Santissimo dipinta, donata dal Sig. Luca Capocaccia. Una Pianeta bianca di damasco rivoltata, foderata di tela rossa, con sua Stola, e Manipolo, con l' Arma della Compagnia, con guarnizione falsa, lacera, e sguarnita. Una Pianeta di damasco pavonazza, foderata di tela simile, con sua Stola, e Manipolo, guarnita d' oro fino, con Arma della Compagnia, e del Sign. 65
Abbate Meiselli. Due Pianete simili pavonazze di cordellone, con fodera di tela simile, con Stola, e Manipolo, con guarnizione di seta color d' oro, e l' altra d' oro fino, donate dal Sign. Luca Capocaccia. Una Pianeta di lama broccata, con Manipolo, e Stola bianca, donata dalla compagnia di Fondi l' anno 1700. e vi è S. Gio: Battista. Due Pianete di damasco verde, foderate di taffettano simile, con Stola, e Manipolo, guarnito d' oro fino. Una Pianeta simile di raso, fode-

foderata di tela, con Stola, e Manipolo. Due Pianete di mezzo damaſco, rivoltate roſſe, con ſue Stole, e Manipoli, foderate di tela, con guarnizioni falſe. Due Pianete di damaſco bianco, foderate di ſeta, color di cedro, con ſue trine, e frangia d'oro. Una Pianeta di damaſco di Francia color nero, foderata di tela, con guarnizione di oro fino, e con Arma. Due Pianete nere di dobletto, con trine, e frangie d'oro di Germania rotte.

66 VI. Un Piviale nero di Damaſco, foderato di tela, guarnito di frangia d'oro fino, con l'Arma del quond. Matteo Liſſino. Due Piviali bianchi, uno di dobletto, con ſua Stola compagna, guarnito d'oro di Germania, foderato di tela color d'oro, e l'altro ormiſino, foderato di tela bianca, con ſua Stola ſimile, donati dall'Eminentiſſimo Sig. Cardinal Ottoboni Protettore.

VII. Quattro Padiglioni per il Tabernacolo dell'Altare, tutti di ormiſino, cioè uno roſſo, guarnito d'oro fino, uno guarnito di ſeta, uno verde, guarnito d'oro fino, & uno pavonazzo, guarnito di ſeta, & oro. Undici Padiglioncini diverſi per le Piſſidi di diverſi colori. Ventitre borſe da Calici di diverſi colori. Una Stola bianca, ricamata con ſuoi cordoni, e fiocchi, foderata di taffettano cremeſi per il Santiſſimo Viatico. Cinque Stole uſate per la Communione. Num. 32. ſo-
67 pra Calici diverſi. Tre veli da ſpalle per la Communione, con trina, e frangia di taffettano, uno uſato aſſai. Un Sciugatore d'ormeſino roſſo, con ſuo merletto d'oro per la Communione, donato dal Sig. Luca Capocaccia. Un altro Sciugatore di damaſco di varj colori, con ſuoi merletti d'oro fino, foderato di tela gialla. Un Baldacchino per il Santiſſimo Viatico di damaſco bianco, con intagli dorati di un Pellicano, e diverſi Putti, e ſuoi Valini.

VIII. Due Vaſi di fiori, con fiori finti di velo. Un altro Baldacchinetto per la Communione, trinato d'oro falſo, d'ormeſino bianco. Un altro Baldacchi-
68 netto di velluto cremiſi, trinato d'oro fino, per l'Eſpoſizione del Santiſſimo al noſtro Altare il Giovedì. Un Baldacchino di legno intagliato, e dorato con ſuoi Puttini, corona con zoccoli di velluto cremeſi, donato dal Sig. Giuſeppe Viani. Un Ombrella di damaſco roſſo, con trina d'oro e Saccocia di tela.

IX. Una Caſſetta, foderata di cordovano roſſo per li Candelieri per la Communione. Una Caneſtra ovata a due manichi, foderata di cordovano roſſo, poco buona. Una Caſſetta con chiave, con dentro un Angeletto d'argento ſopra un piedeſtallo di Rame dorato, che ſoſtiene il Legno della Santa Croce, con ſplendori con ſua Autentica. Due Caſſete compagne, con
69 dentro due Urne d'ebano, guarnito di rame dorato, con due Teſte, e diverſe Reliquie, donato dalla Sig. Marcheſa Coſtaguti. Quattro Buſti di legno dorati, con Reliquie de' Santi Martiri. Diverſi Splendori vecchi di legno dorati, con dentro dell' *Agnus*. Sei Piramidi di legno di color di pietra, & oro. Un urna piccola di legno per il Sepolcro. Sei rami di fiori di ſeta a piramide. Un altro Crociſiſſo di legno bianco. Un Crocefiſſo di buſſo. Due Scatole di Calice, coperte di cordovano.

X. Dieci Camiſci buoni. Sedici Camiſci tra buoni,
70 e cattivi ordinarj. Amitti 77. tra buoni, e cattivi. Dodici cordoni da camiſci buoni. Tre Cotte per il Sagreſtano, una buona. Tovaglie li lacci, per aſciugare le mani num. 19. tra b[illegible], e cattive. Tovaglie di Altare, tra buone, e cattive, num. 16. Sotto Tovaglie tra buone, e cattive num. 8. Fazzoletti num. 16. Due Tovagliole per l'Ampolline. Corporali num. 17. Palle, tra buone, e cattive num. 59. Purificatori num. 70. tra buoni, e cattivi. Due fiori di velo piccoli tondi d'Altare. Sei Vaſi di ottone inargentati, ſcannellati, e ciſellati con ſuoi fiori di talco. Diverſi Meſſaletti da Morti, un buono con coperta indorata, num. 9. Meſſali da Santi tra buoni, e cattivi num. 10. Due Legivi di legno d'Altare. Una Cartagloria ordinaria con ſuo *In principio*, *e Lavabo*. Un Libro, dove ſono notati li Benefattori defonti. Un Libro, dove ſi notano l'elemoſine di Meſſe.

XI. Una Scanzia di legno con 33. Tiratori per l'Amitti. Una Scanzia grande di noce per conſervare l'Argenti, e Paramenti. Un Canterano di noce vecchio intagliato, con ſuoi Credenzoni. Due Scanzie di Albuccio. Due Credenzoni, uno ſopra l'altro, d'albuccio. Un Armario ſpartito per li ...... Tre Caſſette da ſedere. Due Scabelli di noce. Una Scala da ſerrare, & aprire. Una Scala per le Lampade. Un'
altra ſimile piccola per la noſtra Cappella. Un 71
Scabellone di tre gradini per poter aprire il Santiſſimo. Un'altro piccolo per la Sagreſtia. Cortine due di corame. Un Tavolino di noce. Un Corame uſato per l'Altare. Due Tele laterali con ſuoi ferri, che coprono li Quadri di damaſchetto vecchio, e rotto, con trina d'oro. Un Scabello d'albuccio dipinto, con l'Arma della Compagnia. Un Canterano di noce, con quattro Tiratori, con manichi di ferro, & una chiave. Sei Candelieri di legno piccoli inargentati.

XIII. Un Ritratto in tavola di Virgilio Caſtratelli, con corame indorato. Un Quadretto in corame con la Madonna. S. Gio: & il Crocefiſſo, con cornice intagliata vecchia. Un altro ſimile piccolo, con
la Maddalena a piedi, con cornice dorata. Un Qua- 72
dretto della B. Vergine alla Greca con cornice, donato, dal Sig. Felice Ceſaretti. Un Quadruccio della Madonna de dolori ſenza cornice. Un Angelo dipinto in tavola, che ſi mette ſopra, dove ſi mettono l'Elemoſine, con il motto *Centuplum accipies*. Una Tabella d'oblighi delle Meſſe, con ſua cornice. Una Tabella con cornice, dove s'affiſſa la Scommunica, che non ſi poſſino impreſtare le robbe. Due Breviari intieri, un Semeſtre d'un altro. Due Berette. Due Canevacci da polire le Lampadi.

XIV. Due Materazzi Un Pagliaccio. Due Coperte di lana. Un altra Coperta imbaſtita di bombace.
Vna Copertina bianca per l'Eſtate di bombace. Ban- 73
chi, e Tavole di legno di Letto. Due para di Lenzuola. Quattro Foderette, e due Cuſcini.

XV. Altre ſei Pianette, che in tutto fanno il numero 26. cinque delle quali ſono rotte, e che non ſervono più. Sei colonne à tortiglioni, inargentate di legno. Due Vaſetti di ottone inargentati per la Communione. Vn Bancone di quattro Caſſette per ſervi-
zio de Fratelli. Nell' Altare il Ciborio di legno con- 74
tornato, e figurato. Due Corone d'argento, una alla Madonna, & una a S. Nicola. Dieci Cotte per li giorni feriali cattive. Dodici Cotte uſate per ſervizio delli Chierici per la Communione. Due Veſti roſſe per li Chierici. Vna Lucerna d'ottone à tre lumi d'oglio con ſuo piede. Numero uno Tappetto di panno roſſo.

C.

Entratta annua della Ven. Archiconfraternità del Santiſſimo Sagramento, e cinque Piaghe di Noſtro Signor Gesù Chriſto nella Baſilica di SS. Lorenzo, e Damaſo.

Piggioni di Caſe.

N. 1. Caſa, poſta nella Piazza di Paſquino. donata dalla Signora Tereſa Enriquez	ſc.	135.	
N. 2. Caſa, attaccata l'Oratorio dell'Archiconfraternità, comprata da Annibale Guerra	ſc.	103.	80.
N. 3. Metà di Caſa, poſta avvanti la Cancell. laſciata da Rocco Cenci 75	ſc.	30.	
N. 4. Caſa contigua, laſciata da Gio: Battiſta Leni	ſc.	40.	
N. 5. 6. 7. Caſe alli Pollaroli, laſciate da Virgilio Caſtratelli	ſc.	144.	
N. 8. Caſa, poſta al Vicolo de Baleſtrari, comprata dalli PP. di S. Girolamo	ſc.	44.	
N. 9. 10. Caſe, contigue alla ſud. laſciate da Madalena Galletti	ſc.	31.	80.
	ſc.	528.	10.

Somma, e segue sc. 528. 10.

N. 11. 12. 13. Case, poste sotto sotto la Salita di S. Pietro Montorio, lasciate da Bartolomeo Jelmone sc. 64. 80.

N. 14. fino al N. 20. Case con Granari nella Strada delle Carrozze per andare à S. Gio: Decollato, lasciate da Monsignor Pagliaminuta sc. 150.

N. 21. Casa, posta al Vicolo de Greci, acquistata per concordia con Arsilio Vadi sc. 50.

N. 22. Casette due, poste al secondo Vicolo de Riarj alla Longara, lasciate da Antonio Cocciante Tesei sc. 10. 80.

In tutto le piggioni di Case sono sc. 804. 20.

Altri Capitali in essere.

76 Porzione di Ripa, lasciata da Monsign. Giuseppe Pagliaminuta, ridotta non vacabile mediante il Breve della s. m. di Giulio III. sc. 60.

Luoghi de Monti Camerali non vacabili, che fruttano l'anno, dedotte le mancie, come appresso sc. 310. 85.

Monte S. Pietro p. Erez. ll. 9. 81. II. E. 3. 68. III. E. 1. 84. VI. E. 2. 10. VII. VIII. E. 5. 98. IX. E. 2. 35. Rist. I. E. ll. 5. 92. II. E. 39. 51. III. E. 8. 50. Novennale 13. 26. 60. Com. o. 95. 20. In tutto luoghi 104. 31. 80. sc. 310. 85.

Luoghi de Monti estratti da investirsi ll. 5. 45. che a 84. Centesimi per luogo saranno ll. 4. 57. L'Ordini de quali sono stati girati in Segretaria per investire. Il frutto annuo sc. 13. 61.

Censo di sc. 300. con li PP. di S. Potenziana a sc. 2. 80. per cento sono annui sc. 8. 40.

Annua Recog. che paga l' Arch. dell' Immaculata Concezzione per le Messe, che fa celebrare nell' Altare privilegiato della nostra Archiconfraternità sc. 3.

Annua Ricognizione, che paga il Rever. Capitolo de SS. Lorenzo, e Damaso, per il vino delle Messe, che si celebrano nella nostra Cappella, e per esso Capitolo il Sign. Cardinale Vicecancelliere pro tempore sc. 11. 24.

Legato annuo, che paga l' Ospedale della Consolazione, lasciato dal q. Virgilio Castratelli sc. 5.

D. Michele Bonini paga annualmente per l' l'Utensili della Cappellania Gambir. sc. 1.

Dall'Elemosine della Cassetta de Chierici, e mandataro un anno per l'altro sc. 16.

Ristretto dell' Entrata annua.

Da piggioni di Case sc. 804. 20.
Porzioni di Ripa, Monti, Censo, Ricognizioni &c. sc. 429. 10.
sc. 1233. 30.

77 Si defalca l'Esito annuo, come nel foglio a parte sc. 1100. 94.

Supera l'Entrata annua in sc. 132. 36.

Da quali si devono defalcare annui 6. che si pagano de frutti a n. 8. Maritate, per non essere più in stato di far Figlioli per la loro età avvanzata.

Si nota, che crescerà il frutto annuo delli scudi mille, esistenti nel Sagro Monte della Pietà, provenienti dalla restituzione del Capitale di due Censi con li Sig. Leonini, spettanti alla Cappellania, instituita dal qu. Sebastiano Contini, de quali ora si tratta l' Investimento.

CC 1721.

Esito annuo della Ven. Archiconfraternità del Santiss. Sagramento, e cinque Piaghe di N. S. G. C. nella Basilica de SS. Lorenzo, e Damaso.

Al Sign. Avvoc. Ursaya per frutti del Censo di sc. 300. in sorte sc. 9. 78

In numero sei Rivesti per li Fratelli, frequentanti l'Oratorio, Communione, & Esposizione del Santissimo il Giovedì sc. 12.

In Panno per le Vesti per il Mandataro, e Chierici, un anno per l'altro sc. 10.

Per provisione del Sagrestano sc. 42. Procuratore sc. 12 Computista sc. 18. Esattore sc. 20. Due Chierici sc. 24. Mandataro sc. 18. In tutto sc. 134.

Alli due Sacerdoti, che celebrano la prima, & ultima Messa sc. 7. 20.

In tanto Pane, che si dispensa per il Legato del q. Giulio Belati sc. 5.

Per la Messa cantata nel giorno della Festa di S. Nicola da Tolentino sc. 2. 05.

Per l' annuo Can. della Casa n. 4. dovuto alla Fabr. di S. Lorenzo sc. 12. 50.

Per l' annuo Canone sopra la Casa num. 22. dovuto alli Sig. Riarii sc. 1. 35.

Per cera per il Santiss. Viatico, Messe, Oratorio, & Esposizione del Santissimo ogni Giovedì, un anno per l' altro sc. 120.

Per acconcimi di Case, un anno per l'altro sc. 70.

In spese d'oglio per le lampade sc. 20.

In spigionamenti di Case secondo lo stato presente sc. 25. 20.

Per far sonare le Campane per l'Esposizione del Santissimo ogni Giovedì sc. 3.

In Vino, & Ostie per le Messe, che si celebrano sc. 28.

In Debitori inesigibili, un anno per l' l' altro sc. 25.

In spese diverse, un anno per l'altro se secondo le liste a parte sc. 47. 45.

Per n. 4. Doti di Virgilio Castratelli, con le Vesti, e candele sc. 110. 40.

Per la Dote d' Antonello Sonnino, che si da ogni due anni con la Veste sc. 10. 02.

Per le Dote di Giulio de Nubis come sopra sc. 13. 80.

Per due Doti di Madalena Galletti, che si danno ogni tre anni con la Veste sc. 20. 07.

Per la Dote di Carlotta Arronea, che si da ogni tre anni con la Veste sc. 9. 20.

Per Messe basse d' oblighi n. 3527. sc. 352. 70.

Per Messe basse per la q. Cecilia Gambirasi a b. 20. l'una n. 108. sc. 21. 60.

Per Messe cantate n. 32. a b. 70. l'una sc. 12. 40.

Per il Legato alla Veneranda Archiconfraternità di S. Girolamo della Carità sc. 3.

Per il Legato all' V. Ospedale di S. Giacomo dell' Incurabili sc. 6.

Ascende l' Esito annuo sc. 1100. 94.

D

Pesi annui di Messe sopra le Case, che si trovano in essere.

	Messe cant.	Messe basse.	
Per Teresia Enriquez per le Case n. 1.	n. 1.	n.	79
Rocco Censi per la Casa n. 3. una Messa la settimana	n.	n. 52.	
Bartolomeo Jelmone per le Case n. 11. 12. e 13. una Messa la settimana, & una cantata il Mese	n. 12.	n. 52	
Monsig. Giuseppe Pagliaminuta per le Case dal n. 14. fino al num. 20.	n. 1.	n.	
Antonia Cocciante Tesei per la Casa n. 22. due Messe il mese	n.	n. 24.	
	n. 14.	n. 128.	

Altre

Altre Messe, che si celebrano annualmente sopra i Luoghi di Monti in essere.

Somma, e segue n. 14. n. 128.

Giacomo Petrica. Della sua Eredità si trovano in essere luoghi tre del Monte Novennale; e 25. Centesimi del Monte Fede, con peso di tre Messe il mese, sono d'annua rendita scudi 9.75. n. 1. n. 26.

Gio: Battista Petrini lasciò luoghi 2. Monte Communità, e luoghi 5. San Pietro 8. con peso di una Messa cantata, n. 75. Messe basse, annuo frutto sc. 21. n. n. 75.

Adriano Rugieri lasciò luoghi 2. 25. del Monte Novennale con peso di una Messa la settimana, annuo frutto sc. 6.75. n. n. 52.

Alfonso Camola lasciò ll. 1.83. Monte sudetto con peso di num. 36. Messe l'anno. Annuo frutto sc. 5. 50. n. n. 36.

Ascanio Bensi lasciò sc. 100. sono in essere centesimi 94. frutto scudi 2. 82. n. n. 12.

Francesco Posterla lasciò ll. 2. in essere Monte S. Pietro 7. con peso di n. 33. Messe l'anno; Frutto annuo sc. 6. n. n. 33.

Angela Squarcia-Vacca lasciò ll. 1. Monte suddetto con peso n. 10. Messe l'anno. Frutto annuo sc. 3. n. n 10.

Giulio Belati lasciò ll. 2. 60. cioè ll. 1. 68. S. Pietro 7. e Centesimi 92. Ristor. primo, con peso di Messe 10. l'anno, e sc. 5. in tanto Pane, da distribuirsi. Frutto annuo sc. 7. 87. n. n. 10.

Pietro Carlo Cappelletti lasciò scudi 1000. che sono ll. 8. 81. S. Pietro p. con peso dell'Esposizione ogni Giovedì, & una Messa cantata, se gli è celebrata per gratitudine. Frutto annuo sc. 26.47. n. 1.

Madalena Raffaelli lasciò ll. 1. S. Pietro 2. con peso di num. 13. Messe l'anno, cioè una il mese, ed una il giorno della sua morte. Frutta ogn'anno sc. 2. n. n. 13.

Angelo Bigoccio lasciò ll. 3. oggi ll. 2. Rist. 2. e ll. 1. Rist. 1. con peso d'una Messa la settimana, & una cantata l'anno. Frutto annuo sc. 9. n. 1. n. 52.

Pietro Magnapecore lasciò sc. 300. oggi l. 1. 91. Rist. 1. Centesimi 90. Rist. 2. con peso di una Messa cantata; e di mantenere la Lampade dentro, e fuori la Cappella; Frutto sc. 8. 45. n. 1.

Giovanna Barbante lasciò sc. 100. oggi l. 1. Monte Rist. 2. con peso di n. 20. Messe l'anno. Frutta sc. 3. n. n. 20.

Giacomo Fallerini lasciò sc. 50. oggi Centesimi 13. Rist. 1. e Centesimi 30. Monte Rist. 3. con peso d'una Messa l'anno il giorno della sua morte, Frutto sc. 1.29 n. n. 1.

Girolamo Buratti lasciò ll. 3. Rist. 2. con peso di 30. Messe l'anno per se, & Alessandra Carlini sua Moglie; Frutto annuo sc. 9. n. n. 30.

Domenico Rossinelli lasciò sc. 100. oggi centesimi 91. Rist. 2. con peso di una Messa il mese; Frutto annuo sc. 2. 73. n.

n. 18. n. 520.

Somma, e segue n. 18. 520.

Catterina Calvi lasciò ll. 8. Monte Orsino ll. 7. 41 = Rist. 2. con peso di una Messa ogni Lunedì; E più un altro luogo di d. Monte Orsino, quale essendo stato estratto, & incorporato nel Censo di maggior somma con l'Archiconfraternità degl'Agonizanti, che poi per errizzione patita esso Censo fu pagato ad Astolfo Galoppi, una con altri sc. 400. ereditarii del sopradetto Pietro Carlo Capelletti, che parimente furono evitti dal medemo Galoppi, di modo che solo si trovano in essere dd. l. 7. 41. Rist. 2. Frut. sc. 22. 23. n. n. 52.

Paolo Negri lasciò sc. 100. con peso di una messa in giorno di Sabbato. oggi l. 1. Monte Rist. 2. Frutto annuo sc. 3. n. n. 12.

Giustiniano Orsini lasciò sc. 500. oggi ll. 4. 44. Rist. 3. con peso di due Messe la settimana, e due cantate l'anno. Frutto sc. 13. 23. n. 2. n. 104.

Bartolomeo Bensi lasciò sc. 100. oggi Centesimi 80. Rist. 2. con peso di una Messa il Mese. Frutto scudi 2. 61. n. n. 12.

Bartolomeo Facchino lasciò sc. 102. e Giovanna Pisona sc. 25. de quali se n'ebbero soli sc. ..., oggi Centesimi 87. Rist. 2. con peso di una Messa il mese per d. Bartolomeo, e n. 4. l'anno per d. Giovanna; Frutto sc. 2. 61. n. n. 16.

Gio: Francesco Rubini lasciò un luogo di S. Pietro p. con peso di 10. Messe annue nel giorno della di lui morte; Frutto sc. 3. n. n. 10.

Cecilia Margherita Gambirasi lasciò erede l'Archiconfraternità, ed in oggi per l'evizzione patita si trovano in essere solo ll. 1. Com. l. 1. 26. Rist. 2. l. 5. Mo. S. Paolo delle Religioni non vacabili, con peso di tante Messe, a ragione di due giulj l'una, per l'adempimento de quali nominò il Sig. D. Michele Bonini, e doppo la di lui morte ricade il Jus di farle celebrare alla medema Archiconfraternità; Frutto annuo sc. 23. 28. n. n. 108.

D. Sebastiano Contini lasciò due Censi in sorte di scudi mille con il Sig. Leonini, il di cui capitale ora è depositato nel Monte della Pietà per investirsi: Un Cambio di sc. 200. col Sign. Cinthio Filonardi, con suoi frutti, che sono stati assieme col capitale investiti in ll. 1. 35. 30. del Monte San Pietro 9. ll. 3. del Monte Rist. 2. Er. e ll. 3. del Monte S. Pietro 8. che sono stati evitti dal Convento, e PP. di S. Gio: di Dio, con il peso di una Messa quotidiana, il quale peso è stato ridotto in vigore del rescritto della S. Cong. del Concilio, emanato li 6. Giugno 1716. del Eminent. Protettore à n. 288. Messe annue; Frutto di detti Capitali in tempo, che fu fatta la reduzione sc. 57. 60. n. n. 288.

n. 20. n. 1122.

Ristretto.

Messe cantate n.20. a b.70. l'una	sc.	14.
Basse n.1122. a b. 10. l'una	sc.	112. 20.
E più per le Messe n.108. per la sud. Gambirasi, che si pagano a b. 20. l'una	sc.	10. 80.
In tutto	sc.	137. 00.

Messe, che si celebrano in vigore di diversi Legati in denaro, parte de quali non sono in essere, non essendo stati rinvestiti, e se investiti, alienati mediante Beneplaciti Apostolici: Quali rinvestimenti, raguagliati à ragione di luogo di Monte à sc. 119. se fossero in essere sarebbero sufficienti.

F

	Messe cantate.	Messe basse
82 1. Paolo del Cò lasciò sc. 40. con peso di 5. Messe l'anno; Frutto annuo sarebbero sc. 99. n.		n. 5.
2. Madalena Rozzi lasciò sc. 50. con peso di sei Messe l'anno; Frutto annuo sc. 1. 26. n.		n. 6.
3. Angela del q. Bernardino da Cortona donò sc. 75. con peso di n. 6. Messe l'anno; Frutto annuo sc. 1. 89. n.		n. 6.
4. Giacomo Falemme lasciò sc. 25. con peso di 3. Messe l'anno; Frutto annuo b. 63: n.		n. 3.
5. Ludovico Bellanista lasciò sc. 50. con peso d'una Messa l'anno; Frutto annuo sc. 1. 26. n.		n. 1.
6. Battista dell'Orso lasciò sc. 50. con peso di n. 6. Messe l'anno; Frutto annuo sc. 1. 26. n.		n. 6.
7. Gio: Maria Baratta lasciò sc. 25. con peso di n. 2. Messe l'anno; Frutto annuo b. 63. n.		n. 1.
8. Marzia Muzii lasciò sc. 100. con peso di n. 10. Messe l'anno; Frutto annuo sc. 2. 25. n.		n. 12.
9. Francesco Bossi lasciò sc. 75. con peso d'una Messa l'anno; Frutto annuo b. 63. n.		n. 1.
10. Agostino Leonarchi gli si dice una Messa in Aracæli n.		n. 1.
11. Scipione Arrivabene, si ritraerno dalli Libri lasciati sc. 170. senza peso: Gli si celebrano però Messe numero 3. l'anno sc. 4. 26. n.		n. 3.
12. Valentino de Testibus lasciò sc. 10. senza peso; Gli si celebra una Messa l'anno; Frutto annuo b. 24. n.		n. 1.
13. Gio: Antonio Suicco lasciò sc. 150. senza peso, se gli celebra una Messa; Frutto annuo sc. 3. 78. n.		n. 12.
14. Battista Rozzo lasciò sc. 100. con peso d'una Messa il Mese Frutto annuo sc. 2. 52. n.		n. 12.
15. Ludovico del Sale donò Luoghi due con peso di numer. 13. Messe l'anno; Frutto annuo sc. 6. n.		n. 13.
16. Lelio Forastiero lasciò sc. 396. 90. con peso di una messa la settimana, & una cantata; Frutto annuo sc. 9. 99. n.	1.	n. 52.
	n. 1.	n. 136.
Somma, e segue n.	1.	n. 136.
17. Giuseppe Nebbia si trova aver lasciato sc. 2. Se li celebra una uno Messa l'anno. n.		n. 1.
18. Gio: Giacomo Gristi lasciò sc. 25. con peso di Messe numero 3. l'anno; Frutto annuo b. 63. n.		n. 3.
19. Gio: Battista Golfi lasciò certe Porzioni di Case, valutate sc. 100. Frutto annuo sc. 2. 52. n.		n. 1.
20. Massimo Mariani lasciò sc. 496. 83. de quali andava creditore dall'Archiconfraternità, con peso di 10. Messe basse l'anno, & una Messa cantata il giorno di S. Nicolà di Tolentino; Tenere accesa la Lampada avanti detto Santo, e due Candele ne i giorni festivi; E che si dispensi un scudo di Pane nel giorno di detto Santo; Frutto annuo sc. 12. 51. n.	1.	n. 10.
21. Il Medesimo lasciò sc. 200. con peso di una Messa cantata l'anno per Stefano Mariani suo Fratello; Frutto annuo, sc. 5. 04. n.	1.	
22. Rosato Spicolino lasciò una Casa, che fu venduta per estinguere i debiti dell'Archiconfraternità; Se gli celebra una Messa l'anno n.		n. 1.
23. Nicolò Scemar lasciò due Luoghi di Monti, se gli celebra per benemerito n.		n. 1.
24. Antonio Orso lasciò sc. 500. in cinque luoghi di Monti, con peso d'una messa la settimana; Frutto annuo sc. 15. n.		n. 52.
25. Gio: Antonio Panizza lasciò due Luoghi de Monti, col peso d'una Messa il mese; Frutto annuo sc. 6. n.		n. 12.
26. Giulia de Nubis constituì a suo favore un Censo di sc. 400. sc. 3. per cento, con peso d'una Messa la settimana; Frutto annuo sc. 10. 08. n.		n. 52.
27. Ippolita Mantini donò sc. 10. annui: Gli si celebra una Messa l'anno n.		n. 1.
28. Margarita Mora lasciò sc. 70. con peso d'una Messa cantata. n.	1.	n.
29. Giacomo de q. Gio: Battista Tivio de Gloris lasciò sc. 300. de quali se n'ebbero sc. 200. Gli si celebra una Messa cantata n.	1.	n.
30. Domenico Muratta lasciò una Vigna, dalla vendita della quale se n'ebbero sc. 288. Gli si celebra una Messa cantata n.	1.	n.
31. Giulio Speranzino lasciò sc. 15. Gli si celebra una Messa cantata n.	1.	n.
32. Sigismonda Marzocchetti lasciò sc. 150. con peso di n. 27. Messe l'anno; Frutto annuo sc. 3. 38. n.		n. 27.
33. Agnesa Chellini lasciò sc. 30. con peso di una Messa il mese; Frutto annuo sc. 1. 26. n.		n. 12.
34. Ottavia Partis lasciò la stessa somma con detto peso n.		n. 12.
	n. 7.	n. 321.

35. Mar-

Somma, e segue n. 7 n. 321.

35 Marco Antonio Gazza lasciò sc. 500. con peso di num. 100. Messe l' anno; Frutto annuo sc. 12. 63. n. — n. 100.

36. Marco Antonio del Bello lasciò sc. 200. con peso di numero 24. Messe l' anno sc. 2. 52. n. — n. 24.

37. Antonio Zeccari lasciò sc. 157. 47. con peso di numero 50. Messe l' anno, in Tabella si trova descritto per Messe 26. Annuo frutto sc. 3. 66. n. — n. 26.

38. Paolo, o Pietro Cucchi, lasciò sc. 50. con peso di nume- 8. Messe Frutto annuo sc. 1. 26. n. — n. 8.

36 Antonio Patricelli lasciò lo stesso, con peso d' una Messa il mese n. — n. 12.

40. Agata Pichi lasciò sc. 250. con peso di num. 50. Messe l'anno, Annuo frutto sc. 6. 30. n. — n. 50.

41. Pietro Giraccola lasciò sc. 100, con peso di numero 20. Messe l' anno; Annuo frutto sc. 2. 52. n. — n. 20.

42. Alessandra Carlini lasciò sc. 25. con peso di n. 4. Messe l'anno; Frutto annuo b. 63. n. — n. 4.

43. Antonio Chellini lasciò sc. 30. con peso di 5. Messe l' anno: Frutto annuo b. 75. n. — n. 5.

44. Pietro Eggilasco lasciò sc. 150. con peso di numero 25. Messe l' anno; Frutto annuo sc. 3. 78. n. — n. 25.

45. Gio: Seghini lasciò sc. 200. Si legge descritto in Tabella per Messe num. 4. il mese: Frutto sc. 5. 04. n. — n. 48.

46. Marco Aurilio Fagnino lasciò cinque Luoghi de Monti, con peso di 2. Messe la settimana; Frutto sc. 15. n. — n. 104.

n. 7 n. 747.

Ristretto.

Messe cantate n. 7. a b. 70. l'una	sc.	4. 90.
Basse n. 747. a b. 10. l'una	sc.	74. 70.
In tutto	sc.	79. 60.

F

Lascite di Messe, fatte in denari, parte non rinvestiti, e parte rinvestiti, e poi alienati, mediante li Beneplaciti Apostolici, quali rinvestimenti se fossero in essere, non sarebbero bastanti alla sodisfazione delle infrascritte Messe, e si ragguagliano a ragione di Luoghi de Monti a sc. 119. per luogo.

Messe cant. Messe basse.

83 1. Pasquino Cerqueto del 1538. lasciò sc. 100. per una Messa la settimana, e benche dell' anno 1665. fosse ridotto à Messe 40. annue, tutta volta il frutto presente annuo, regolato, come sopra in Luogo di Monte, n' è incapace, essendo non più che sc. 2. 52. n. — n. 40.

2. Tomaso Pollastrello nel sudetto anno lasciò altri sc. 100. con il medemo peso, ridotto

n. .... n. 40

Somma, e segue n. — n. 40.

come sopra; E resta il frutto incapace nell' istessa forma n. — n. 40.

3. Stefano Guerra nel 1579. lasciò sc. 100. con il sudetto peso, e ridotto, come sopra; Concorre l' istessa incapacità — n. 40.

4. Prospero Trancioni nel 1579. lasciò sc. 100. con il medemo obligo, e fu ridotto come sopra; Ricorre detta incapacità n. — n. 40.

5. Marc'Antonio Taziano nel 1584. lasciò la stessa somma con detto peso, parimente ridotto come sopra: concorre l' istessa incapacità n. — n. 40.

6. Ottavio Barzi diede sc. 100. con il medemo obbligo, ridotto come sopra; Ricorre la detta incapacità n. — n. 40.

7. Bartolomeo Masiono nel 1385. donò ducati 77. d' oro con detto peso, e Messe cinque per una sol volta ridotte come sopra; Ricorre l' incapacità, come negl' altri Legati n. — n. 40.

8. Andrea Spinoso assegnò un Censo di sc. 300. d' oro del 1586. con tre Messe la settimana, ridotte a Messe num. 142. in oggi il frutto annuo saria sc. 12. 48. Ricorre l' istessa incapacità come sopra n. — n. 142.

9. Giacomo Leoni sc. 25. del 1593. con peso d' una Messa il mese, ridotte a Messe numero 20. frutto b. 63.; Corre detta incapacità n. — n. 10.

10. Michele Bettini nel 1593. lasciò sc. 30. con peso d' una Messa il mese, frutto annuo b. 75. n. — n. 12.

11. Camillo Paravicini nel 1598. lasciò un credito di sc. 300. con peso di due Messe la settimana; Ora rinvestiti in Luoghi tre, cioè ll. 2. Novennale, e 1. Ristorato 2. coll' aggiunta di sc. 36. del proprio dell' Archiconfraternità di modo che restano per detto legato annui sc. 8. 08. Concorre l' istessa incapacità n. — n. 104.

1. Gio: Francesco Mataleo lasciò una quarta parte di Luogo di monte; Frutto annuo b. 63. n. — n. 8.

2. Biagio Imberti lasciò sc. 100. con peso di numero 30. Messe l' anno Frutto annuo sc. 2. b. 52. n. — n. 30.

3. Annibale Guerra lasciò sc. 1000. con peso di n. 5. Messe la settimana, un Anniversario l' anno, e num. 10. Messe basse nel giorno della sua morte; Frutto annuo sc. 25. 20. n. 1. n. 270.

4. Lorenzo Raniero lasciò sc. 200. con peso di numero 27. Messe; Frutto annuo sc. 5. 04. n. — n. 71.

5. Bartolomeo Sarto lasciò sc. 200. con peso di una Messa la settimana; Frutto annuo sc. 5. 04. n. — n. 52.

6. Cavalier Vincenzo Pinto lasciò come sopra, in tutto come sopra n. — n. 52.

n. 1. n. 1032.

Somma, e segue n. 1. n. 1031.

7. Gio: Battista Marietti lasciò sc. 500. con peso di 4. Messe la settimana; Annuo frutto sc. 12. 60. n. n. 208.

8. Girolamo Chivizzani lasciò sc. 1200. con peso d' una Messa quotidiana; Frutto annuo sc. 30. 24. n. n. 263.

1. Antonio Prodocimo ordinò si dovessero dire tante Messe, quante soffrirebbe il residuo libero della sua eredità, a ragione di giulj tre per Messa; Da tal residuo furono acquistati ll. 1. 45. Monte Fede, in tempo che fruttavano sc. 4. per Luogo, di modo che il Legato sudetto era capace di Messe n. 19. ed ora, che fruttono sc. 3. è capace di sole Messe n. 14. n. n. 19.

Matteo Spina donò sc. 600. con peso di due Messe la settimana, una da celebrarsi il Lunedì, e l' altra il Venerdì, a ragione di giulj due per Messa, ed in caso, che il frutto si riducesse, e non fosse bastante, si tralasciasse quella del Lunedì, quali sc. 600. rinvestiti in Luoghi 5. 50. S. Pietro 7. fruttavano à ragione di sc. 4. per luogo sc. 22. Ed ora non fruttano che sc. 16. 50. Sicchè si deve fare la riduzzione à proporzione, ed in esecuzione di detto Decreto si danno à parte le particole de sudetti Testamenti n. n. 103.

n. 1. n. 1723.

Ristretto.

Messe cantate	n. 1.	sc.	70.
Messe n. 1723. a b. 10.		sc. 172.	40.
In tutto		sc. 173.	10.

G

Messe, che si celebrano à benefizio delli Infrascritti, quali non si ritrova abbino lasciato cosa veruna, bensì sono posti in Tabella, ed ancorchè nell' anno 1712. sudetto fosse fatto ricorso alla Sagr. Congregazione del Concilio per la liberazione delle sudette Messe, con la ragione, che non vi è origine, credendo, che fossero state celebrate per gratitudine, e per mero beneplacito, tutta volta la medema S. Congregazione censuit, servandum esse solitum, e sono cioè

85 Giulio da Camerino	n. 4.
Antonio Angelini	n. 3.
Antonio Mazzarini	n. 1.
Pietro Rossi	n. 2.
Lorenzo Cincia	n. 1.
Antonio Bellicia	n. 1.
Cherubino Trinciante	n. 1.
Detto, e Lorenzo Granino	n. 2.
Lorenzo Granino	n. 2.
Lorenzo della Cerqua	n. 1.
Andrea Lera, e Giacomo Pancano	n. 2.
Detto Lera	n. 2.
Margarita Maranzana	n. 1.
Luca da Sorrento	n. 1.
Giacomo Trezzi	n. 2.
Antonio Piccione	n. 1.
Papa Paolo III. come Benefattore	n. 1.
Andrea Delfo	n. 1.
	n. 29.

DISCEPTATIO IV.

Tridentina Irregularitatis.

PRO

Jo: Benedicto Dagano.

ARGUMENTUM.

Occidens suum Aggressorem pro necessaria defensione propriæ vitæ non incurrit Irregularitatem. Quod si non servet moderamen inculpatæ tutelæ, in irregularitate, ex tali causa incussa, dispensare potest Episcopus.

JOannes Benedictus Daganus ab Oppido Bagolini, Diœcesis Tridentinæ, S. Congregationi Concilii exposuit, 12. ab hinc annis aggressum fuisse per viam 1
ab Antonio Cosio, Viro sanguinario, rixoso, & continuò Arma gestante; Atque in talibus angustiis positum fuisse, ut pro necessaria tuitione propriæ vitæ coactus fuerit dictum Cosium Aggressorem occidere.

Quamvis autem ex hujusmodi homicidio, ob necessariam propriæ vitæ defensionem sequuto, nullam incurrerit irregularitatem, juxta *Text. in Clement. Si* 2
furiosus de Homicid. supplex petiit declarationem talis non incursus in d. Irregularitatem, vel ad omnem abundantiorem cautelam preces fudit pro Gratia Dispensationis, ad hoc, ut sequendo divinam inspirationem, ab ejus æquè docto, pio, atque experto Confessario approbatam, ad Sac. Ordines ascendere valeret.

De more remissæ fuerunt ejus preces Episcopo Tridentino, qui omnia prædicta approbando, respondit: *Pro rei veritate ex dignis Informationibus, Attestationi-* 3
bus, & Documentis, mihi exhibitis, novi, Jo: Benedictum Oratorem &c. coactum fuisse pro tuitione, & defensione propriæ vitæ occidere Antonium Cosi, hominem rixosum & continuò Arma gestantem.

Circa quam veritatem concordant etiam Acta Cu- 4
riæ secularis, ex quibus patet, eundem Oratorem, ex d. motivo homicidii, ad sui necessariam defensionem commissi nullam omninò molestiam ab eadem laicali Curia passum fuisse.

Hodiè igitur nomine ejusdem Oratoris humillimæ reiterantur preces pro d. declaratione, ipsum nullam incurrisse Irregularitatem, ob d. homicidium ad sui necessariam defensionem commissum, juxtà literalem *Text.* in citata *Clem. Si furiosus de Homicid.* ibi — 5
Si Furiosus, aut Infans, aut Dormiens, hominem mutilet, vel occidat; nullam ex hoc Irregularitatem incurrit; Et idem de illo censemus, qui, mortem aliter vitare non valens, suum occidit, vel mutilat Invasorem, cum concordan. ibidem cumulatis *à Barbos. num. 11. & seq. & à Bellett. Disquisit. Cleric. p. 1. tit. de Disciplin. Cleric. §. 5. num. 116. & seq.* ubi *num. 117.* post multos concordantes, ait: *Quod si clericus celebrans* (sunt ejus ver- 6
ba) *invaditur, justè dimittit celebrationem, & si, se defendendo, Aggressorem occidit, potest incontinenti redire ad Altare, & Missam perficere*, latè *Panimoll. decis. 49. num. 26. & Pignatell. consult. 20. num. 1. & seq. & consult. 80. per tot. to. 7.* ubi refert, ità pluries fuisse resolutum à Sac. Congr.

Ea ratione, quia cum propriæ vitæ defensio permissa sit de Jure divino, naturæ, gentium, canonico, & civili, omni Jure licitum est, vim vi repellendo, Aggressorem occidere, & propriam vitam à periculo liberare, quam, ad præcisum effectum non incursus in Irregularitatem, propter homicidium, ad sui defensionem commissum, punctualiter adducunt 7
citati *in Instit. Crimin. lib. 2. tit. 5. de Homicid. nu. 357. & seq.*

In qua parte omni consideratione dignæ videatur Oratoris veneratio, & reverentia, omni Jure debitæ huic sacrosancto Consessui; Cùm enim Celsissimus

mus Episcopus à seipso posset talem declarationem facere, juxta rotundum oraculum *Congregationis Episcoporum*, relatum *à Pignatell.consult.* 80. *numer.* 3. *tom.*7. ibi -- *Essendosi proposto à questi miei Illustrissimi Signori il motivo del dubio, che fate sopra il particolare di N. N. doppo maturo discorso, anno risoluto, sicome altre volte si è fatto in simil caso, che se egli uccise l' Aggressore, non potendo evitare altrimenti la morte, non sia incorso in Irregolarità, e non abbia perciò bisogno di Dispensa, secondo li termini della Clementina &c. E così ancora quanto alla dichiarazione da farsi sopra di ciò, che non sia riservata à questa Santa Sede, ma possa farsi anche dall' Ordinario*
9 *&c. Ubi num.* 5. *addit. Utantur igitur Ordinarii hoc Jure suo, & mihi gratias, si non referant, saltem agant, quòd ipsis id exhibui, ad servan. suas, suorumque conscientias.*

Etiamsi prætendi per merum possibile posset, quòd forsan servati ad unguem non fuerint termini inculpatæ tutelæ; Quia, *quamvis ille, qui, se defendendo, exce-*
10 *dit moderamen tutelæ inculpatæ, fiat irregularis, non tamen fit talis de Irregularitate, quæ est indispensabilis, nisi à Papa, sed illa, quæ ab Episcopo dispensari potest*, sunt verba *Gallemart. ad Concil. sess.* 24. *cap.*7. *de Reform. in Remissionibus vers. Vel vim vi repellendo fol. mihi* 219.
11 ubi innumeros citat, & sequitur concordantes, cum quibus pertransit *Monacell. in Formul. legal. practic. to.*4. *fol. mihi* 91. *num.* 24. *&* 25. his verbis: *Si excesserit moderamen inculpatæ tutelæ &c. & sic Aggressorem, vim vi repellendo, occideret, & fieret Irregularis, ab eodem Episcopo potest dispensari*, & concordant adducti *à Barb. de Potest. Episcopi part.* 2. *allegat.* 39. *num.* 54. *vers. Sed agere de eo & Passerin. de Election. cap.* 27. *num.* 29.

In exequutionem nihilominùs Mandatorum hujus S. Congregationis, Orator petiit, & obtinuit ab eodem solam comprobationem facti, concernentis duram necessitatem occidendi suum Aggressorem, asserendo in ejus Relatione, id eidem constitisse ex pluribus Documentis, Informationibus, & Attestationi-
12 bus, in ejus Curia exhibitis; Itaut nulla omninò supersit difficultas circà hujusmodi veritatem, ad *Text. in can. Nobilissimus* 97. *distinct.* ibi -- *Nos tamen ejus gravitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertione*, & firmata *per Rot. in decis.* 401. *num.* 9. *cor. Emer. iun. & dec.* 200. *num.* 11. *part.* 18. *recent. & in Romana Hæreditatis* 1. *Februarii* 1715. §. *Hæc coram Crispo*; Concludendo suam Relationem sequentibus verbi: *Censeo, dignum esse Gratia, in ejus precibus petita.*

Absque ulla prorsùs difficultate, ex quo in nostro casu concurrunt omnes illæ circumstantiæ, quas pro faciliori concessione similium dispensationum solet S. Congregatio præ oculis habere, etiam in illis casibus, in quibus sermo est de homicidio, non ad sui necessa-
13 riam defensionem, sed in rixa sequuto, de quibus *Fagnan. in cap. Henricus num.* 31. *de Cler. pugnant. in duell.* ibi -- *Sanctissimus remittit Supplicationes in S. Congregatione Concilii, quæ præcipue considerare solet, an homicidium fuerit commissum per industriam &c. An occidens fuerit rixæ author, vel provocatus &c. An tantùm temporis excesserit à die perpetrati homicidii, ut illius memoria sit obliterata in Loco &c. An Orator esset bonæ conditionis, & famæ; & an post delictum semper laudabiliter vixerit* -- & concordat *Corrad. in Prax. dispensation. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 4. *&* 5. aliisque, relati *in Tom.* 1. *part.* 2. *discept.* 5. *per totam*, ubi sermo est de Gratia, concessa Clerico primæ Tonsuræ, & in *Nuscana* 12. *Aprilis* 1710. *& in Tom.* 2. *part.* 2. *disceptat.* 22. *per totam*, ubi
14 agitur de simili homicidio, ad sui defensionem patrato, deque Gratia, petita post undecim annos à morte Aggressoris, quam *hæc S. Congregatio die* 11. *Decembris*
15 1694. benignè concessit cum rescripto. *Pro Gratia dispensationis*, ut videre est *ibidem num.* 24.

Quæ omnia superlativè emicant in præsenti, ex quo, agitur de homicidio, commisso ab annis duodecim citrà, non per industriam, sed ad necessariam defensio-
16 nem propriæ vitæ, & Orator (sunt verba Celsissimi Episcopi) *tam ante d. homicidium, quàm post illud commissum, fuit semper Juvenis benè morigeratus, modestus, pius, nullamque dolendi contra ipsum causam præbuerit.*

Ex quibus cum omni fundamento sperat Orator declarationem, nullam incurrisse Irregularitatem, ut practicavit hæc S. Congregatio *in Aquilana* 23. *Februarii* 1715. cum Rescripto: *Non indigere dispensatione*, ut 17
videre est in *tom.* 1. *par.* 2. *discept.* 6. *numer.* 20. attentò, quòd d. Homicidium, nec per industriam, nec per insidias, minùsque ex proposito patratum fuit, ut in simili casu post hæc scripta respondit hæc Sac. Congreg. cum successiva approbatione Sanctiss. mediante expeditione duplicis Brevis sequentium tenorum.

Dispensatio quoad quatuor Ordines minores

Benedictus Episc. Servus Servorum Dei. V. Fr. Epis. Plancentino V. Fr.

NUper pro parte Nobis expositorem fuit, quod cum ipse vigintitribus circiter ab hinc Ann. in juvenili ętate constitutus cum quadam die &c. supervenit à quo veritus, mortem sibi intentari, subito terrore corre- 18
ptus, cùm nullus alius evadendi modus tibi suppeteret, sclopum quem pilis ferreis onustum gestabat, in illum explosit, qui vulneratus, sicut Domino placuit, defunctus est: Nullus tamen super hoc delicto Processus formatus fuit &c. Reversusque deinde tresdecim ab hinc Annis in eandem Patriam, toto hoc tempore veræ penitentiæ, & publicæ ædificationis specimen exhibuit, tum se abstinendo ab omni mundana Conversatione, tum eleemosynas liberaliter elargiendo, tum Santissima Sacramenta frequentando, tum demum Congretionibus, Oratoriis, & Missionibus quæ quot annis à dilectis filiis Clericis Regularibus societatis Jesu peraguntur, impigrè assistendo. Cùm autem (sicut eadem expositio subiungebat) homicidium hujusmodi à præscripto N. N. nec per industriam, nec per insidias, & ex proposito patratum fuerit, nec ullum oriri possit scandalum, tum ob longum temporis spatium, fluxum à die commissi delicti præscripti, quod ipsius memoriam penè abolevit, nunc verò dictus N. de premissis plurimum doluerit, & doleat de presenti ac fervore devotionis accensus, Sacerdotali Militiæ adscribi summoperè desideret, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis oppositione providere, & ut infra, indulgere de benignitate Appostolica dignaremur. Nos igitur Ipsum N. specialibus favoribus & prosequi volens, & à quibusvis &c. censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Card. Concilii Tridentini Interpretum consilio, & attenta Relatione tua super præmissis ad eosdem Cardinales transmissas, Fraternitati tuæ per præsente committimus, & mandamus ut, veris existentibus narratis, eundem N. si hoc à te humiliter petierit, imposita ei super præmissis arbitrio tuo aliqua penitentia salutari, à Censuris, & penis ecclesiasticis quibuslibet, quas, propter eadem præmissa, quovis modo, incurrit auctoritate nostra Appostolica pro tuo arbitrio & conscientia gratis absolvas, & totaliter liberes dictasque penas ei gratiosè remittas, & condones; Ac cum ipso N. super irregularitate per eum præmissor. occassione quomodolibet contracta, ita ut illa, & iisdem præmissis minimè obstant, dummodo (nullum aliud Canonicum ei obstet impedimentum) Clericali charactere, quo aliàs ritè insignitus fuit, illiusque privilegiis uti, ac ad reliquas minores Ordines dumtaxat, si ad id idoneus reperiatur, servatis aliàs servandis, promoveri, & promotus in illis etiam in Altaris ministerio ministrare liberè, & valeat authoritate, & arbitrio præscripti Dispenses, non obstant Appostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Maria Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Novembris 1724. Pontific. Nostri Anno Primo.

F. Card. Oliverius.

Similis Dispensatio quoad Ordines sacros

VEnerabilis Fr. salutem &c. Nuper pro parte dilecti filii N. N. Clerici &c. exposito, quod ipse aliàs secum super irregularitate ex homicidio, quod viginti-
19 quinque circiter ab hinc Annis, commisisse reperitur, contracta, in vim quarundam nostrarum Literarum, desuper in simili forma Brevis die 14. Novembris Anni prox. expedita & susceptionem quatuor minor. Ordinum tantùm, à te Canonicè dispensari obtinuit. Cùm autem sicut eadem expositio subjungebat dictus N. N. ad hanc almam Urbem nostram, ad effectum consequendi Jubileum Anni Sancti personaliter accesserit, & exercitia etiam Spiritualia in Villa Montalta peregerit nec non bonum vitæ, ac morum suorum specimen præbuerit; Ideoque fervore devotionis accensus, attento tanto temporis lapsum à commisso delicto hujusmodi, cujus memoria ferè obliterata remanet, Sacerdotali militiæ adscribi plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut tibi in premissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Appostolica dignaremur. Nos igitur, ipsum N. N. specialibus favoribus &c. prosequi Volentes, & à quibusvis censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attentis, nedum supra expositis circumstantiis, verum etiam aliis, desumptis ex Literis tuis, ceterisque Documentis, de peracta per longum tempus exemplari pœnitentia, Fraternitati tuæ &c. Mandamus, ut veris existentibus narratis, eundem N. si hoc à Te humiliter petierit, imposita ei pro præmissis arbitrio tuo aliqua penitentia salutari, à censuris, & penis ecclesiastici quibuslibet, quas propter eadem præmissa quovis modo incurrit authoritate nostra Appostolica, arbitrio pariter tuo, absolvas, & totaliter liberes dictasque penas ei gratiosè remittas, & condones, ac cum ipso N. super irregularitate per eum præmissor. occasione quomolibet contracta, ita ut, illa, & iisdem præmissis minimè obstant, dummodo nullum aliud Canonicum ei obstet impedimentum, Clericali charactere, quo aliàs ritè insignitus fuit, illiusque privilegiis, ac susceptis per eum pariter ritè quatuor minoribus Ordinibus, uti nec non ad Sacros, Subdiaconatus Diaconatus, & Præsbyteratus Ordines promoveri, & promotus in illis etiam in Altaris ministerio ministrare liberè, & licitè possit, & valeat authoritate, & arbitrio præscriptis Dispenses, non obtans Appostolicis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 11. Maii 1725. Pontific. Nostri Anno Primo &c.

F. Card. Oliverius.

DISCEPTATIO V.

Vigilien. prætensi Impedimenti

PRO

Conrado de Martino, & Theresia Frisari

ARGUMENTUM.

Non probata custodia Ventris, nunquam dicitur constare de Filiatione illius, cujus Mater vivebat in plena libertate. In dubio quando respondendum sit pro exclusione impedimenti ad effectum contrahendi Matrimonium.

HUmana fragilitate devictus Corradus de Martino, Civitatis Melphicti, Incola Civitatis Vigilien. sub promissione Matrimonii anno 1719. carnali-
1 ter cognovit Annam Theresiam Frisari, pariter domiciliariam Vigilien. & ex ea filiam procreavit, jam defunctam. Quamobrem, ut ejusdem Annæ famam resarciret, præfatam promissionem eam in Uxorem ducendi, Jure jurando coram Notario, & Testibus ratificavit.

Sed emissis consuetis proclamationibus, quidam auricularis Zelotypus, impedimentum inter eosdem primi, & secundi gradus Curiæ Episcopali existere nunciavit, videlicet dictum Corradum esse filium ex dam- 2
nato coitu Nicolai Frisari, qui asserebatur Filius Florilli Frisari, Patris naturalis etiam Annæ, in quibus terminis dictus Corradus esset ex prætenso infecto sanguine, nepos memoratæ Annæ.

Et quamvis assertum impedimentum non fuisset in Curia Episcopali, probatum; Nihilominus, quia hujusmodi Matrimonium impugnabatur à nonnullis eisdem Oratoribus, rei familiaris gratia, aliqualiter tunc infensis, & aliqui Episcopalis Curiæ tunc temporis Mi- 3
nistri à parte secreti Denunciantis, qui nunquam in Judicio comparuit, penderent, hoc in causa fuit, ut facto recursu per Oratores ad hanc Sacram Congregationem anno 1720. non potuerunt hanc erroneam imputationem refellere; Itaut perventa Relatione prædecessoris Episcopi Vigilien. fundat in extrajudiciali quadam Informatione habita, aliisque animadversionibus, de quibus infrà erit sermo, rescriptum fuerit die 11. Ja- 4
nuarii 1721. -- *Lectum* --, prout deindè pariter practicatum fuit à Sacra Congreg. Sancti Officii, ad quàm preces porrectæ fuerunt, cum supposito, quod ageretur de dicto impedimento primi, & secundi Consanguinitatis gradu, & interea nova inter Sponsos præfatos copula secuta, aliam prolem habuerunt.

In hoc deplorabili statu exhibitis novis precibus, Sanctissimo directis, & ad hanc Sacram Congregationem per organum Eminentissimi Secretarii Status remissis, scriptum fuit Metropolitano Tranen. qui ser. ser. Processum conficeret, ad quem effectum, cautiùs agendo, idem Metropolitanus accedere fecit ad Civitatem Mel- 5
phicti suum Provicarium Generalem, qui non unum, aut alterum, sed 19. Testes examinavit; Neque ex eorum depositionibus constat de prætensa filiatione Corradi ex Nicolao Frisari; Minùsque ejusdem Nicolai ex Florillo Frisari.

Quia tamen non integrum Processum, sed simplicem ejusdem Processus Restrictum cum sua Relatione transmisit ad hoc Supremum, Tribunal, die 18. Decembris 1728. rescriptum fuit ut tàm ipse, quàm Episco-
pus Vigilien. Processus in hac re compilatos, transmitte- 6
rent, & interìm memoratus Episcopus curaret, ut ipsi conjugandi separarentur, prout puntualiter fecerunt.

Cùmque ex revolutione eorumdem Processuum de asserto impedimento non constet, rescribendum videtur eidem Metropolitano, ut Matrimonii contractum & effectuationem inter dictos Oratores, in faciem Ecclesiæ, servata forma Concilii, ulteriùs non differri curet,

Non enim constat, quòd Corradus sit filius Nicolai Frisari, ex quo in particula Libri Baptismatis 25. Fe-
bruarii 1692. scriptum fuerit, fuisse Baptizatum quen- 8
dam Infantulum expositum, cui nomen Corradus impositum fuit.

Primo; Quià in Jure hujusmodi Expositi præsumuntur legitimi, & interdum ob paupertatem Parentum, vel aliam similem Causam projecti, juxtà animadversa per *Barbos. de Offic. & pot. Epis. alleg.* 51. *nu.* 150. *Laym. lib.* 1. *trat.* 5. *part.* 5. *sub* 23. *Paleot. de Noth. & spur. cap.* 63. *Antonell. de Jur. & Oner. Cl. lib.* 1. *part.* 4. *cap.* 50. *nu.* 35. *& Rota in recent. decis.* 319. *num.* 24. *&* 25. *part.* 11.

Secundo; Quia in facto habemus, quod examinata Theresia Volpicella in Curia Episcopali Vigilien. deposuit cum Juramento, dictum Corradum esse filium suum, & Leonardi de Martino, seu Martinello sui Viri; qui reliquit eandem Theresiam prægnantem tempore, quo dictus Leonardus ab illis Partibus recessit, & ad bellum perrexit; Cui, uti deponenti de facto proprio, omnis præstanda est fides ex adductis *in decis.* 200. *num.* 4. *cor. Ottobon. & decis.* 197. *num.* 18. *cor. Priolo.*

Huic depositioni adstipulantur depositiones duarum Mulierum, in eadem Curia Episcopali examinatarum anno 1720. pariter de dicta prægnantia sub Juramento eandem veritatem comprobantium quibus, uti bonam adducentibus causam earum scientiæ, omnis pariter præstanda est fides es adductis in *Tom.* 3. *part.* 1. *discept.* 6. *num.* 41.

Insuper habemus, quòd anno 1702. occasione transitus

situs dictæ Theresiæ ad secunda vota ob mortem dicti Leonardi, in Civitate Barchinonæ sequutam anno 1697 examinati fuerunt in eadem Curia Episcopali, plures
12 Testes pro statu libero ejusdem Theresiæ, & isti deposuerunt, præfatam Theresiam accessisse ad Civitatem Vigiliarum insimul cùm dicto suo Viro in mense Majo 1693. & ita cantant etiam Literæ testimoniales, per dictam Curiam expeditæ. Igitur dictus Leonardus erat illis partibus de tempore proximo nativitati dicti Corradi, quæ fuit 25. Februarii 1692. & sic corruit totum id, quod dicitur in Relatione, data ab antecessore Epi-
13 scopo Vigilien. ad hanc Sacram Congregationem de inverisimilitudine, seu impossibilitate hujusmodi prægnantiæ dictæ Theresiæ ex dicto Leonardo, ut Consideranti patet.

Id ipsum eruitur ex depositione primi, & 5. Testium in Processf. Tranen., dùm primus deponit, dictum Leonardum vitam duxisse cùm dicta Theresia Vulpicella usque ad annum 1690. & quintus testificatur, eundem
14 Leonardum discessisse è Civitate Melphicti ab anno 1690. seù 1691. & in eodem Processu Tranen. etiam secundus, & 6. Testes deponunt, eosdem Conjuges insimul convixisse tres, vel quatuor circiter annos; Cùmque Corradus ortus fuerit die 25. Februarii 1692. non est inverisimile, quòd, supposito discessu dicti Leonardi
15 in anno 1691. idem Corradus natus deindè in mense Februarii subsequentis anni, fuerit reverà ex dicto Leonardo progenitus, ut patet dicta tempora combinanti.

Insuper Rosa Cormio, una ex dd. duabus mulieribus, examinatis in Curia Episcopali Vigilien pariter concordat cum dicto quinto Teste in Processu Tranen. circa cohabitationem Leonardi cum dicta Theresia sua Uxore, dum deponit, convixisse per annos quinque usque ad annum sui discessus. Sed Matrimonium dicti
16 Leonardi cum Theresia præfata, contractum fuit 15. Aprilis 1686. Igitur dicendum venit, prædictum Leonardum discessisse in dicto anno 1691. & consequenter potuisse Theresiam ex Leonardo gravidam remanere, & Corradum verè filium legitimum, ac naturalem ejusdem Leonardi existere, cùm ad nostrum effectum attendatur tempus conceptionis, non nativitatis ex
17 adductis per *Sperell. d. 174. num. 13.* Ultra quod etiam nati in duodecimo, ac decimo tertio mense, uti legitimi admissi fuerunt ad hæreditatem Patris defuncti, per ea, quæ notavit *Claudius Giardinus*, relatus ac eodem
18 *Sperello dicta decis. 174. num. 20.* ubi, quòd Majolus hanc Sententiam etiam in foro conscientiæ tenuit *in tract. de Irreg lib. 1. cap. 7. in fin.*

Præsertim, quià dictus Episcopus ad magnificandam dictam inverisimilitudinem calculat tempus partus dicti Corradi, usque ad annum 1694. quo fuit alter. Infantulus expositus in dicta Civitate Melphicti, cui no-
19 men pariter Corradus. Sed æquivocum redditur manifestum, nam eadem Theresia, in Processu Vigilien. examinata, individuat personam nostri Corradi, baptizati in Cathedrali Melphiensi à Canonico Corrado Cileo, qui proptereà eidem imposuit nomen Corradi, quæ circumstantia confirmatur ex depositione Sacerdo-
20 tis Cajetani Capilluti, qui fuit Patrinus, & ideò post nomen Corradi adjectum fuit etiam illud *Cajetani* ut clarè patet es Processu Tranen.

Neque vim facit animadversio Episcopi, quòd in quadam comparitione, exhibita in Curia Capitulari Melphicten. sub die 14. Octobris 1702. nomine dictæ Theresiæ, narratum fuerit, dictum Leonardum ejus
21 Virum, ivisse ad bellum 14. annis retrò circiter, ex qua narrativà idem Episcopus deduxit, dicti Leonardi discessum sequutum fuisse anno 1688. valdè remoto à nativitate Corradi,

Primo, quia hæc non fuit depositio cùm Juramento, sed simplex instantia pro habendis testimonialibus status liberi dictæ Tehresiæ, quæ proindè præsumitur emanasse à suo Procuratore, & sic non est mirum, si in hujusmodi narrativis, ad alium effectum exaratis,
22 irrepserit error, prout in dies contingit, dum etiam idem Episcopus in Relatione retulit, Matrimonium inter Leonardum, & Theresiam contractum fuisse mense Augusto 1686. & tamen est indubitatum quod illud fuit celebratum 15. Aprilis dicti anni, patet ex d. Processu Tranen.

Secundo, quià in dicta comparitione narratum fuit tempus per adverbium *circiter*; Cùmq; ageretur de facto, excedente decennium, non est habenda in consideratione præfata erronea narrativa temporis, prout dici potest de eadem circumstantia triennii, quam dicta Theresia deposuit in Curia Episcopali Vigilien. circa co- 23
habitationem cum dicto Leonardo in suo examine habito anno 1720. & sic post lapsum multorum annorum à præfato discessu Viri.

Ultra quod dicta dictio *ciciter* non coarctat tempus præcisum, sed potest verificari in tertia, & quarta parte plus, minusve temporis expressi, ut firmavit *Rota in decis. 1. numer. 10. part 17. recent. & in Melevitana* 24
Pensionis 16. Junii 1698. §. Talis coram Cardinali Triolo, de qua in Tom. 3. part. 1. discept. 20. num. 13.

Minùsque suffragantur depositiones quinque Testium super voce exorta, quòd Corradus fuerit filius Nico- 25
lai Frisari.

Primò quià dicti Testes non deponunt certitudinaliter, neque adducunt causa scientiæ, & quod magis esse loquntur de auditu, neque nominant Authores, à quibus audiverunt, quod operatur, ut nulla fides eisdem danda sit *Ancharan. in cap. Licet causam num. 4. de Pro-* 26
bation. & Rota decis. 304. numer. 4. part. 14. recent. ibi — *Deponunt de auditu, non exprimendo à quibus audiverint, & propterea nullum gradum probationis constituunt* cum aliis concordantibus, de quibus *in Tom. 6. par. 1. discept. 15. n. 29. & part. 2. discept. 23. à num. 42.*

Imò nonnulli ex ipsis potiùs probabilitatem filiationis dicti Corradi ex Nicolao Frisari excludunt, prout sunt decimus, & decimus septimus Testis, bonam causam scientiæ reddentes, quia scilicet Nicolaus non erat in statu profundendi pecunias in hujusmodi illicita commercia, ac insuper, quia erat Compater dictæ Theresiæ, & ideo non probant, quia fama debet esse unifor- 27
mis, solida, constans, & perpetua, & quod habuerit originem à personis honestis, & fide dignis, *Sperell. decis. 173. num. 37. & seqq.*

Secundo quià omnes Testes sunt concordes in deponenda mala conversatione dictæ Mulieris cùm diversis Personis, itaut non possit efformari certum judicium, 28
quòd verè d. Corradus fuerit ex d. Nicolao progenitus es adductis *in Romana Filiationis super bono Jure 8. April. 1707. §. suntque coram Omana.*

Et de facto tertius Testis Joannes Bernardinus Forgia ipsum credidit filium sui germani Fratris, attento accessu ejusdem ad dictam Theresiam, qui fuit causa 29
discordiarum inter domesticos.

Tertio quia examinatus idem Nicolaus in prædicta Curia Episcopali Vigilien. cònstanter sub Juramento negavit, esse dictum Corradum suum filium, & ex ejus responsionibus ad interrogatoria satisfit etiam objecto, in Relatione Episcopi promoto circa supposita alimenta, præstita per Nicolaum dicto Gorrado cùm 30
educatio, & alimentorum præstatio referri possit ad causam pietatis, ad *Text.* expresssus *in cap. Transmissæ, Qui filii sint legitimi, Menoch. de Arb. Jud. cas. 89. num. 76. & Rota in Romana Filiationis 21. Novembris 1710. §. Nec aliquod coram Aldrovando* ibi — *Et quando etiam de Alimentorum subministratione aliquo modo constare dici possit, non tamen exinde resultaret sufficiens probatio, quia sola Alimentorum præstatio, uti actus, referibilis ad motivum pietatis, etiam est actus æquivocus, ideoque ad hujusmodi effectum inconcludens* —

Nec relevat, quòd examinata iterum Theresia 3. Octobris 1721. deposuerit contrarium ejus, quod dixerat in priori examine, peracto 21. Junii 1720. Nam ultra quam quòd hujusmodi postremum Examen non legitur factum coram Vicario Generali, prout legitur illud anno antecedenti peractum, sed benè receptum fuis- 31
se per Cancellarium tunc temporis; Urget ulteriùs responsio, quòd attendenda venit prima, non autem hæc secunda depositio, quæ ex intervallo temporis, videlicet post 16. circiter menses, præsumitur facta ex subornatione, seu instigatione Æmulorum dicti Corradi, seu Matrimonium hujusmodi tunc ægreferentium, 32
ut ad rem notat *Julius Clarus quæst. 53. lib. 5. §. final.*

num.

num. 15. ibi -- *Si verò illud velit corrigere ex intervallo, non auditur &c. standum est tamen ejus primæ depositioni &c.* -- & concordant adducti per *Rot. in decis.* impressa apud *Card. de Albic. de Inconst. in Judic. quæst.* 35. *num.* 16. ibi -- *Regulare est in Testibus, quod secundum dictum nunquam attenditur, quia præsumitur dolus, & subornatio, quando agitur de re substantiali* -- *& in Cajetana Matrimonii* 28. *Junii* 1683. *§. Nihil relevante coram Matthæjo* ibi -- *Nihil relevante, quòd in secunda depositione, formiter facta, Franciscus dixerit, se Matrimonio non interfuisse, quia, stante contraria depositione super illius præsentia, non poterat ampliùs se retractare, primumque dictum totaliter destruere* -- hodiè impresso pose *Tom.* 2. Miscellanei Pompeii Ursayæ mei Filii *dis.* 10. *nu.* 11.

Præsertim, quia in dicto secundo examine Theresia deposuit, se rem habuisse cùm Nicolao Frisari post mortem dicti Leonardi sui Viri, & natum fuisse dictum Corradum, cùm è contrà Leonardus obierit anno 1697. & sic post quinque circiter annos ab ortu dicti Corradi, qui fuit 25. Februarii 1691. & in dubio favendum est præ-

33 sumptionis, quæ magis opitulatur, & utilior est filio, *Sperell. decis.* 174. *num.* 79. cùm sit inducta ad favorem legitimitatis, & Matrimonii, ut benè idem *Sperell. decis.* 175. *num.* 23.

Sed ad omne pejus, in conflictu hujus variæ depositionis, ac contradictionum Matris dicti Corradi, nulla fides eidem præstando est, ut in nostris terminis fir-

34 mavit *Rota in Romana Filiationis* 23. *Januarii* 1686. *§. finali, &* 4. *Februarii* 1686. *§. Pariter coram Card. Caccia*, ibi -- *Semperque verum est dicere, quòd dicta declaratio non præjudicat veritati, ex supradictis plenè comprobata*. Et in his terminis neque etiam diceretur probatum impedimentum in ea parte, quæ respicit prætensam filiationem Corradi ex prædicto Nicolao. Posito enim Matrimonio inter dd. Leonardum, & Theresiam, istud talem, tantamque inducit Juris præsumptionem pro filiatione dicti Corradi ex dicto Leonardo, ut nulla alia admittatur probatio, seu præsumptio, nisi necessariò concludens, & sic, quòd tempore conceptionis Corradi Maritus fuerit absens; quod in casu nostro non verificatur *Repetentes communiter in leg. Mi-*

35 *les §. De futuro ff. ad leg. Jul. de Adulter. Rot. decis.* 977. *num.* 3. *coram Dunoz. jun. & decis.* 633. *numer.* 1. *coram Bichio*, ubi quod conclusio vera est, etiamsi uterque Conjux id negent, & aliquem in Filium non agno-

36 scant ibi -- *Intrat legalis præsumptio, quòd Horatius potiùs Mariti, quàm Laurentii, ass. Adulteri filius sit, juxta Textum &c. quamvis uterque Conjux id negaverit &c.*

Fortiùs, quia, data insubsistenti hypothesi, quòd Corradus certò dici non possit filius Leonardi, ut subjungit Testis singularis in hac circumstantia, & pro-

37 indè non relevat, vulgatis Juribus apud *Rot. decis.* 66. *num.* 6. *coram Bichio*, adhùc non remanet probata filiatio ejusdem Corradi ex dicto Nicolao Frisari, prout probare necesse esset ad inducendum prætensum impedimentum; Quatenus enim res ad hoc extremum reduceretur, ut sit omninò dubia respectu dictæ filiationis Corradi, & sic, an inter Sponsos interveniat impedimentum dirimens, nulla opus esse videtur in hac hypothesi dispensatione, quia in dubio præsumitur pro libertate ad contrahendum, nisi adesset con-

38 traria specialis præsumptio, quæ præponderaret pro impedimento ex adductis per *Sperell. decis.* 175. *numer.* 201. *Sanchez de Matrimonium lib.* 8. *disput.* 6. *numer.* 18. *tom.* 2.

Quibus stantibus, ultra progredi non urgeremur; Sed ad exuberantiam adducimus declarationem, Juramenti religione firmatam, dicti Florilli Frisari coram Notario publico, ac tribus Testibus, Sacerdotali charactere insignitis, die 9. Maii 1725. attestantis, dictum Nicolaum, non esse suum filium naturalem, sed illum uti adoptivum suæ Domui retinuisse, & ita semper fuisse reputatum; Cùmque sub hac depositione decesserit, ut testatur Metropolitanus Tranen. eidem

39 standum est pro exclusione dictæ filiationis *Rota decis.* 321. *num.* 8. *&* 9. *coram Merlin. & dec.* 822. *num.* 1. *coram Cerro, & decis.* 201. *num.* 10. *&* 11. *part.* 12. *recent. & in Romana seu Asculana Cambii* 2. *Decembris* 1710. *§. Nam cùm coram Reverendissimo Crispo* ibi -- *Itaut si Testis prædictus, non retractata ejus depositione, decesserit, etiamsi formiter non fuerit examinatus, adhuc plenam fidem obtinet* --

Fortiùs, quia in Libris Baptizatorum Vigiliensis Civitatis non reperitur à quibus Parentibus dictus Nicolaus fuerit procreatus, & ex notula, vulgò *Biglietto*, eidem Metropolitano à moderno Episcopo Vigilien. 40 transmisso, adnotatus fuit tantùm quidam Ignatius Nicolaus, uti filius ex incertis Parentibus, (& hic supponitur dictus Nicolaus) sed fatetur idem Episcopus, omnia esse in profundissima obscuritate.

Qamobrem, non probato hoc altero extremo, videlicet filiationis Nicolai ex Florillo, Patre dictæ Annæ, futuræ Sponsæ Corradi, nulla remanet probata 41 causa, & radix asserti impedimenti pro cujus exclusione omnis militat præsumptio. Die 20. Augusti 1729. proposita Causa in Cong. Concilii sub sequentibus duo- 42 bus Dubii.

I. *An constet de Impedimento*; Et quatenus affirma- 43 tivè.

II. *An sit locus Despensationi in casu &c.* 44

Ad utrumque responsum fuit. *Negativè*. 45

DISCEPTATIO VI.

Tuscanen. prætensæ Jubilationis

PRO

Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Tuscanensis

CUM

Canonico Dominico Fochino

ARGUMENTUM.

Jubilationis Indultum, quibus concurrentibus, ex Gratia concedi soleat à Sac. Congregation., & an sit denegandum Canon. qui commodè potest suæ Ecclesiæ inservire, quive non præstitit eidem Ecclesiæ laudabile servitium per integrum spatium annorum quadraginta.

Capitulum antiquissimæ Ecclesiæ Collegiatæ sub Titulo Sanctæ Mariæ Majoris in Pantano Civitatis Tuscanellæ componitur ex sex Canonicis, & una Dignitate sub nomine Prioratus, qui onus habent inserviendi Ecclesiæ, & residendi in Choro pro recitandis horis Canonicis non quotidiè, nec alternis hebdomadis, sen tantùm in diebus festivis de præcepto, & aliqus Festis particularibus dictæ Ecclesiæ, & in Octa- 1 va Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis; itaut dies integri servitii, in quibus nunquam recitatur Matutinum in Choro, excepto triduo majoris hebdomadæ, vix ascendant ad centum quolibet anno, & ad alios quinquaginta dies, in quibus celebrantur Anniversaria, & in quibus residentia consistit tantùm de mane, ut inconcussum est in facto, & ex infra recensendis patebit.

Pro hujusmodi tenui residentiæ servitio habet quilibet Canonicus separatam Præbendam per modum quotidianæ Distributionis, quæ tantùm datur uti merces, Canonico inservienti, itaut deficiens Canonicus 2 ab Ecclesiæ servitio amitat hujusmodi distributionem, quæ per Jus accrescendi cedit in beneficium Canonicorum inservientium, ut inter Partes est inconfesso.

Hujusmodi Præbendæ per modum quotidianæ Distributionis est ita annexum onus celebrandi Missam Conventualem qualibet hebdomoda, ut Canonicus à tali onere celebrationis non eximatur, nec etiam per grave periculum infirmitatis; Hoc etenim casu Canonicus infirmus, licèt lucretur quotidianus Distributiones, 3 tenetur tamen per alium ad celebrationem Missæ Conventualis sub pœna rigorosæ punctaturæ unius Plastræ qualibet hebdomada, ut de hujusmodi inveterata consuetudine testantur omnes Canonici in eorum depositione, data in Summario.

Ad effectum ſe eximendi, non minùs ab onere in-
ſerviendi Eccleſiæ, quàm celebrationis Miſſarum Con-
ventualium, & ad effectum lucrandi abſque labore
Canonicalem Præbendam, & incumbendi majori cum
4 libertate ſecularibus negociis Canonicus Pochinus ſub
prætextu ſe diligenter inſeruiſſe Eccleſiæ ſpatio qua-
draginta, & ultra annorum, de anno 1718. ſupplicem
porrexit Libellum huic Sac. Congregationi petendo
Indultum exemptionis à Choro; Sed remiſſo tunc
temporis ad Epiſcopum, nunc Cardin. de Comitibus,
poſtea Innoc. XIII. pro Informatione, & Voto, audi-
to Capitulo, ex illius Informatione quæ per extenſum
regiſtratur in fine rejecta fuit ab hac Sac. Congregatio-
5 ne ſupradicti Canonici Pochini Inſtantia, quam duran-
te gubernio ejuſdem Innoc. XIII. quam reſtaurare au-
ſus fuit.

Conſimilem ſupplicem Libellum iterùm porrexit
idem Canonicus huic Supremo Senatui de anno 1720.
quod pariter remiſſum pro Informatione, & Voto,
6 Epiſcopo Adriano Sermatteo iſte, in nulla parte diſ-
ſentiendo Relationi, datæ ab ejus Anteceſſore, dedit
Cauſam, ut reiteretur repetita Inſtantia dicto Indulto
Jubilationis.

Non acquieſcens tamen idem Canonicis dicto Oracu-
lo, iterum in judicium vocavit Capitulum ſuæ Colle-
giatæ, cui ſicuti incumbit onus tueri Jura Eccleſiæ,
& oſtendere parum laudabile, ac diligens ſervitium
dictæ Eccleſiæ ab eodem præſtitum, exhibendo Par-
7 titas punctaturarum, à Libris extractas, quæ ad maxi-
mum numerum 639. aſcendunt, ita etiam ei onus eſt
deprecari pro perſiſtentia in deciſis.

Siquidem ſi deferendum eſſet Relationibus Epiſco-
porum, datis huic Sac. Congregationi, prout multùm
Sac. Congregatio deferre ſolet, cùm Epiſcopi ſint ple-
nè informati de ſtatu ſuarum Eccleſiarum ex adductis
8 *in Tom. 1. part. 2. diſcept. 9. n. 7. à Tom. 6. part. 2. diſc. 15.
num. 72.* Cauſa eſſet deciſa, dum dictorum duorum Epi-
ſcoporum ſenſus in caſu, de quo agitur, apertè con-
trarius detegitur. Verùm, ne videamur deſtituti ra-
tionibus, ob quas petitum Jubilationis Indultum de-
negari debet, dicimus, Relationes Epiſcoporum eſſe
9 ſolidiſſimè fundatas, tùm in diſpoſitione Juris, tùm in
æquitate, tùm etiam in laudabili noſtræ Eccleſiæ Col-
legiatæ conſuetudine, quæ ut lex inviolabilis ſervari
debet.

Si enim attendatur diſpoſitio Juris communis, hæc
penitùs oppoſita ex contrariæ Inſtantiæ; Nullibi enim
in Jure Canonico cautum legitur, quòd Canonici, &
Beneficiati poſt laudabile ſervitium quadraginta anno-
rum, conſequi debeant Privilegium Jubilationis, de
quo conquerebatur ingenioſiſſimus Juris conſultus An-
10 doſilla, qui fuit antiquior Canonicus Baſilicæ Vatica-
næ, ut refert *Card. de Luc. de Canon. diſc. 15. num. 7.* Et
licèt ſæpè ſæpiùs concedatur, hoc tamen evenit de
æquitate, & de laudabili ſtylo hujus Sac. Congrega-
tionis, quæ tunc illud elargiri ſolet, quoties in Cano-
nico, Indultum petente, concurrunt duo neceſſaria
Requiſita, quæ concludenter probari debent, cùm
agatur de re odioſa, & præjudiciali Eccleſiæ; Primum
Requiſitum eſt ſervitium diuturnum, diligens, & aſ-
ſiduum, per ſpatium quadraginta annorum; Et alte-
rum cauſam rationabilis, juſta, & urgens, itaut, uno
11 ex dictis neceſſariis requiſitis deficiente, nunquam
concedit Indultum, ex authoritate hujus Supremi Tri-
bunalis notant *Monacell. in ſuo Formul. tom. 1. tit. 2.
form. 4. numer. 13. & Panimoll. deciſ. 21. annot. 3. nu-
mer. 68.*

Primum igitur Requiſitum, nimirum ſervitium diu-
turnum, diligens & aſſiduum, non ſolum in caſu præ-
ſenti non probatur, ſed omninò deficit; Licèt enim
verum ſit, quòd à die adeptæ poſſeſſionis Canonica-
tus effluxi ſint quadraginta anni, alienum à veritate
eſt, quòd conſtet de ſervitio quadragenario, quoniam
ad calculum poſitis omnibus diebus feſtivis, & illis in
12 quibus fiunt Anniverſaria, qui omnes non excedunt
quantitatem dierum centum quinquaginta, ut retulit
Innoc. XIII. antea Epiſcopus, in ſua Relatione non
attingunt numerum viginti annorum continui, & diu-
turni ſervitiis; Et tamen certum eſt, quòd tempus
ſervitii, ad affectum habendi Indultum Jubilationis,
non eſt materialiter computandum à die adeptæ poſ-
ſeſſionis, ſed colligendi ſunt dies ſervitii, qui unitim
compleant ſervitium quadragenarium, ut probat 13
Barb. de Can. cap. 20. numer. 14. & ita fuiſſe deciſum
per S. Congregationem Epiſcoporum 25. Septembris
1584. refert *Garz. de Benef. part. 3. cap. 2. num. 327.*

Cæterum ſi per falſam hypotheſim ſervitium quadra-
genarium computandum eſſet à die adeptæ poſſeſſio-
nis Canonicatus, adhuc injuſta eſſet inſtantia Cano-
nici Pochini, ea ratione, quia ipſe non laudabiliter, 14
nec diligenter inſervivit Eccleſiæ, Nam ex Libris, in
quibus regiſtrantur Punctaturæ, apparet, non ſolum
pluries in anno defeciſſe à ſervitio, quod, ut præmiſi-
mus, præſtatur Eccleſiæ tantùm in diebus feſtivis de
præcepto, ſed in annis 1690. & 1691, per novem men-
ſes continuos abfuiſſe à Choro, Si enim iſtis numeroſis
deficientiis à ſervitio Eccleſiæ poſſit dici Canonicum
diligenter inſeruiſſe, relinquimus ſapientiſſimo Judi- 15
cio eminentiſſimorum Judicantium, Hoc unum ad-
dimus, quòd in tantùm dictus Canonicus abfuit à re-
ſidentia, in quantùm venationi incumbere voluit, ut
demonſtrabimus infra.

Nec dicatur, quod ex Atteſtatione jurata noſtri Ca-
pituli conſtet de laudabili ſervitio, per eum Eccleſiæ
præſtito; Quia præterquam quod ex ſupra recenſitis
Punctaturis, quæ, utpotè extractè à Libris Capitu- 16
laribus, plenam probationem faciunt, manibus pal-
patur ejuſdem maxima negligentia in Eccleſiæ ſervi-
tio, Eadem Atteſtatio fuit extorta à Capitulo ſub men-
dicato prætextu obtinendi Beneficium, quod nunquam
obtinere curavit; Si enim dictus Canonicus hujuſmo-
di Atteſtationem petiiſſet ad finem obtinendi Jubilatio-
nem, prout cum tali fine illam procuravit, ſicuti exi- 17
tus demonſtrat, abſque ullo dubio Canonici illam non
feciſſent, non valentes præjudicare Eccleſiæ Juribus,
quæ acriter uſque ab anno 1718. defenderunt contra
prætenſam Jubilationem, ut in exonerationem pro-
priæ conſcientiæ narrando factum, deſuper expoſitum,
& revocando ſupradictam fidem, teſtantur omnes Co-
nonici in eorum depoſitione, data in Summario, &
confirmant alii duo Sacerdotes in eorum ſimili jurata
Atteſtatione loquentes de proprio auditu.

Excluſo quadragenario laudabili ſervitio, imò de-
monſtrata palpabili negligentia Canonici Pochini, ex-
cluſum quoque remanet fundamentum, in quo inni-
titur ſpes conſequendi Indultum; Verùm, admiſſo, 18
quòd de tali ſervitio, & quidem laudabili, & conti-
nuato conſtaret, adhuc non eſſet illi concedendum,
ob defectum cauſæ rationabilis, quæ eſt alterum neceſ-
ſarium Requiſitum, in quo exemptionis privilegium
fundatur.

Cauſa etenim, ob quam hæc Sac. Congregatio con-
cedere ſolet Jubilationem conſtituitur in decrepita æta-
te Canonici, vel Beneficiati, quæ de Jure reputatur
infirmitas, & quæ debet eſſe unita cum benemerentia
Eccleſiæ, ut ex declaratione iſtius S. Congregationis
ſub die 7. Julii 1668 ſequentis tenoris -- *Canonicus de- 19
crepitus, & de ſua Eccleſia Cathedrali optime meritus
& ſervitium ultra 40. annos aſſiduè præſtitum ex hujus S.
Congregationis Indulto percipit fructus ſui Canonicatus
una cum Diſtributionibus quotidianis etiamſi Choro non in-
terſit* -- obſervant *Panimoll. deciſ. 20. annot. 3. num. 69.
& Card. de Luc. de Canonic. diſc. 12. num. 3.*

Tantùm autem abeſt, ut in Canonico Pochino con-
currat cauſa decrepitatis, vel habitualis Infirmitatis,
ut potiùs de contrario convincatur; Ipſe enim vix at-
tingit annum ſeptimum ſupra ſexageſimum, & eſt na-
turæ robuſtæ, & ſalutis adeò perfectæ, ut ſæpè ſæpiùs
venationi incumbat ſicuti retulit s. m. Innoc. XIII. in
ſua Relatione, & probant Teſtes qui fuerunt illius ſocii 20
in venando. Itaque in eo excluditur, non minùs ætas de-
crepita, quæ per ſeptuageſimum annum attingitur, ſed
quæcunque habitualis infirmitas, & per conſequens ex-
cluditur cauſa, qua benignè moveri ſolet S. Congrega-
tio ad concedendum Indultum.

Ex qu bus de ſe patet finis propter quem Canonicus
Pochini, poſtulet Jubilationis Indultum, & qua de cau-
ſa Capitulum, & Canonici huic inſtantiæ ſe opponant;

Si

Si enim consideretur finis d. Canonici, iste non potest esse, nisi libertas se exercendi in Venatione, etiam in
21 diebus festivis, quasi quod insufficientes ei sint die feriales, quos integrè liberos habet, absque ullo onere residentiæ, quæ ita dulcis, & tenuis est, ut non solùm reducatur ad dies tantùm festivos de præcepto, sed etiam ad solam assistentiam Missæ, & Vesperarum, cùm nunquam (excepto triduo Majoris Hebdomadæ) recitentur in Choro Horæ matutinæ. Et hinc insurgit causa, qua Canonici adversentur contrariæ petitioni,
22 dum permittere non valent, quòd Canonicus, qui nullam benemerentiam habet cum Ecclesia, non est decrepitus, nec infirmus, imò sanus; & robustus, vagari videatur tempore festivo, quo non minùs Ecclesiastici, quàm Seculares Divinis Officiis assistunt, in præjudicium Ecclesiæ, & cæterorum Canonicorum.

Et quidem ad reparandum præjudicium Ecclesiæ tenentur Canonici se opponere contrariæ instantiæ, quoniam si consideretur numerus Canonicorum, tempus servitii, & periculum, quo subiiciuntur omnes Canonici ob infestum aerem Civitatis Tuscanellæ, manifestum patet præjudicium; Numerus enim septem Cano-
23 nicorum, comprehenso Priore, est ita exiguus, ut sæpè sæpiùs eveniat, signanter æstivo tempore, quòd ex causa infirmitatis Chorus sit destitutus servitio, vel saltem ita vacuus, ut vix duo, vel tres Canonici divinis Officiis possint interesse; Unde si huic necessario defectui uniretur quoque exemptio alterius Canonici Indultarii, numerus Ministrorum inservientium esset taliter diminutus, ut servitium Chori ferè in totum defraudaretur, aut negligeretur in præjudicium divini servitiis, & in scandalum Populi, ad quod vitandum
24 denegandam esse Jubilationem probat *Ventrigl. in Prax. Eccles. annot. 19. §. 3. num. 15.*

Et hinc oritur, quòd non sunt applicabiles casui nostro resolutiones hujus Sac. Congregationis, concedentes præfatum Privilegium, de quibus in *Tom. 3. par. 2. discept. 4. à nu.* 111. quia præterquamquod omnes funda-
25 tæ sunt in continuo laudabili servitio per quadraginta annos, & in causa justa, & rationabili, quæ in casu penitùs deficiunt, habent quoque fundamentum in competenti numero Canonicorum, ne per Indultum Ecclesiæ servitio præjudicetur, & de facto, disputatis in hac S. Congregatione generalibus Dubiis super Jubilatione die 17. Decembris 1718. Ad tertium dubium,
26 sic conceptum -- *An indulgenda sit Jubilatio illis, qui inservierunt spatio annorum 40. non obstante parvo numero aliorum, qui remanent addicti Ecclesiæ servitio, & quis sit parvus numerus Inservientium in casu, & ad effectum de quo agitur* -- resolutum fuit -- *Dandam esse resolutionem in casibus particularibus.* Ex his dignoscitur, quòd Sac. Congregatio, quando adest exiguus numerus Ministrorum, prout in casu, vel non solet concedere, vel cum maxima difficultate impartitur Indultum.

E contra vero applicatur casui nostro resolutio 4. Dubii, in supradicta Congregatione disputati, nimirùm -- *An, non obstante Jubilationis Indulto, Jubilatus cogi*
27 *possit ad inserviendum, si divinus Cultus detrimentum patiatur* -- cui responsum fuit -- *Affirmative*, ut videre est in d. *tom. 3. part. 2. discept. 4. n.* 111. Undè, si quoties Cultus divinus patitur detrimentum, etiam Jubilatus tenetur inservire, majori ratione denegari debet Canonico Pochino, quia ex illius Jubilatione Cultus divinus diminuitur, & detrimentum patitur, ex supra animadversis.

Eòque fortiùs denegari debet, si consideretur præjudicium Canonicorum in particulari; Præmisimus enim in facto, quòd Præbendæ Canonicali est ita annexum onus Missæ conventualis, ut Canonicus nec etiam per periculosam infirmitatem censetur exemptus, & tenetur per alium supplere sub pœna rigorosæ punctaturæ unius plastræ pro qualibet Hebdomada; Si igitur Canonicus Pochini obtineret Indultum Jubilationis, quemadmodum eximeretur etiam ab onere Missæ
28 Conventualis, juxta decisa per hanc S. Congregationem in una *Aquipendii anno 1697.* ita gravarentur Canonici ad celebrationem ejusdem Missæ, absque ullo stipendio, quod totum cederet in beneficium dicti Canonici Indultarii contra Juris Divini dispositionem, quod qui Altari servit, de Altari vivere debet; Quocirca, ne Canonici hujusmodi sensibile damnum patiantur, & è contra Canonicus Pochini cum eorum jactura locupletetur, venit eidem denegandum postulatum Indultum.

Et ex his manifestè convincitur, quòd sensus, & Votum duorum antecessorum Episcop. in eorum Relationibus, datis huic Sac. Congregationi, nititur justitiæ, & æquitati; Justitiæ siquidem, quia Indultum non potest de Jure prætendi, etiam concurrentibus supradictis Requisitis; Æquitati verò, quia hæc major assistit Ecclesiæ, ejusque cultui, quàm Canonico Pochino, qui nullam causam habet Indultum obtinendi, cùm sit sanus, & robustus, nullamque habeat benemerentiam 29
cum Ecclesia, ut in terminis ratiocinatur *Card. de Luc. de Canon. disc. 17. num. 7.*

Concludendo igitur cum verbis Relationis, datæ huic Sac. Congregationi à s. m. Innoc. XIII quando erat Episcopus Viterbis, Si Canonico Pochino concederetur Indultum -- *In Civitate Tuscanensi res esset omninò nova,*
ac summæ admirationis, cùm nec in Cathedrali dictæ Civitatis, nec in dicta Collegiata ullo unquam tempore propter exiguitatem numeri in Choro Deo famulantium nemini reperiatur concessa -- Ideoque vel consideretur defe- 30
ctus servitii quadragenarii, vel deficientia causæ, vel demùm præjudicium Ecclesiæ, & Canonicorum, & quòd nullus unquam in Civitate Tuscanensi fuerit jubilatus, videtur denegandum Indultum Canonico Pochini. 31

Die 19. Septembris 1722. proposita Causa in Congregatione Concilii, rescriptum fuit: *In decisis*, cum addito, ut Causa ampliùs non proponeretur.

Relatio Sacræ Congregationis transmissa ab Innoc. XIII. eo tempore, quo fuit Episcopus Viterbis.

Eminentissimi, & Reverendissimi Domini
Observandissimi.

JUxtà Rescriptum, contentum in adjunctis precibus, EE. VV. porrectis pro parte Sacerdotis Dominici Pochini, Canonici Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Mariæ Majoris Civitatis Tuscanen. audivi, Capitulum ejusdem Collegiatæ, & præscindendo, quod dictus Canonicus obtinendo Indultum Jubilationis, lucrum ca- 32
peret de aliorum servitio, cum Redditus dictæ Ecclesiæ Collegiatæ consistant omnes in Distributionibus quotidianis, tantùm Interessentibus debitis, & valdè reliqui Canonici gravarentur, etiam in augumento Missarum, cum juxtà Decretum ipsius Sac. Congregationis, emanat. in una Aquipendii sub die 27. Martii 1697. per dictum Capitulum adductum, Canonici jubilati non teneantur, neque per se ipsos, neque per alios Missam Conventualem per Turnum celebrare; satis sufficiens putat idem Capitulum ad impediendam Oratori hujusmodi Gratiæ consequutionem, quòd ipse, licèt fuerit provisus de ejus Canonicatu sub die 22. Aprilis 1677. ipsiusque possessionem adeptus fuerit die 24. ejusdem mensis, & Anni, & sic dictum Canonicatum possederit spatio quadraginta annorum, & ultrà, ac semper Ecclesiæ inservierit, non sit septuagenarius, sed annum tantum sexagesimum tertium agat, non infirmus, sed adeò sanus, prosper, & robustus, ut sicut sæpè sæpiùs Venationi incumbit, ità potest ad dictam Collegiatam accedere, illique inservire, & cum aliis Canonicis Deum laudare, nullo prorsus laborans impedimento, quo stante, à servitio dictæ Ecclesiæ excusari possit; eò fortiùs, quia dicta Collegiata non requirit quotidianum servitium, nec alternis Hebdomadis, sed tantùm in diebus festivis de præcepto, ac aliquibus Festis particularibus dictæ Ecclesiæ, & in Octava Assumptionis Beatissimæ Virginis Immaculatæ, itaut dies integri servitii, in quibus nunquam recitatur Matutinum in Choro, excepto triduo Majoris Hebdomadæ, vix ascendant ad centum quolibet anno, & ad alios quinquaginta dies Anniversaria, aliæque comparitiones, quæ fiunt tantùm de mane; Undè fit, ut, licèt Canonicus Orator per quadraginta annos, & ultrà Canonicatum possederit, non tamen dici possit, quòd per quadra-

quadraginta annos dictæ Ecclesiæ inservierit, cùm dies servitii, per ipsum præstiti dicto tempore non sint tanti, qui constituere possint servitium quadraginta annorum; Et ulterius dictum Capitulum credit, non esse locum concessioni Indulti, per Oratorem petiti, quod in Jure Canonico ad tradit. *Cord. de Luc. de Canonicis disc.* 15. *num.* 17. nullibi reperitur concessum, quia in eo prorsus deficit Titulus commiserationis, qui, uti plurimùm cadit in Septuagenariis, cui titulo potiùs, quam Juridico, ut notavit *Monacell. in suo Formul. lib.* 4. *num.* 13. *vers. Cæterum*, *& seq.* potissimum inniti solet hujusmodi Gratia, quæ maximè præjudicaret servitio dictæ Ecclesiæ, attento præsertim exiguo Canonicorum numero, non excedente septenarium, compræhenso Priore, illorum Capite, itaut aliquibus deficientibus, vel causa Infirmitatis, vel alio legitimo Impedimento detentis, si accederet defectus etiam Indultarii, prorsus Chori servitium destrueretur, quamvis adsint duo Mansionarii in Choro addicti, sicut Canonici. Hæc omnia opponuntur à Capitulo dictæ Collegiatæ, quibus perpensis, an Gratia dicti Indulti Jubilationis Oratori sit potiùs deneganda, quàm concedenda, ne Ecclesia, cui ejusque cultui major æquitas assistit, debito fraudetur servitio, eò magis, quòd in Civitate Tuscanen. esset res omnino nova, ac summæ admirationis causativa, cum nec in Cathedrali dictæ Civitatis, nec in dicta Collegiata, ullo unquam tempore, propter exiguitatem numeri in Choro Deo Famulantium nemini reperiatur concessa, pendet à sagacissimo Judicio, & prudentissimo arbitrio EE. VV. & earum manus humillimè deosculor.

DISCEPTATIO VII.

Nullius Montis Virginis Renunciationis Abbatiæ

AD PETITIONEM

P. Abbatis Galli Galluciis

ARGUMENTUM.

In Congreg. Montis Virginis Abbas, actualiter Abbatiam non obtinens, non potest illam alteri renunciare. Et quatenus de facto id sequatur, Renunciatarius in Capitulis non potest habere vocem, neque activam, neque passivam.

SUpponitur in Facto, quòd anno 1691. Sanctissimus Dominus Noster Benedictus XIII. tunc temporis Cardin. & Apostol. Visitator Monasteriorum Congregationis Montis Virginis, exaudiendo preces Religiosorum, in Monasterio S. Agathæ de Urbe moram facientium, eique humillime exponentium -- *che sempre, o poco, o molto sono state dissenzioni grandi tra il Procurator Generale, e l' Abbate pro tempore, supplichiamo umi-*
1 *lissimamente l' Eminentissimo Protettore ad ordinare nel prossimo futuro Capitolo, che si rimetta l'uso antico, che lo stesso Abb. di questo Monastero sia il Procurator Generale, mentre senza questa provisione non si potrà mai rimediare agl' Inconvenienti sudetti; Tanto più pare, che ciò convenga, perche così si torra un'altr' Inconveniente di darsi il titolo, e le prerogative di Abb. al Procurator Generale pro tempore, senza assegnarseli Monastero, ne meno titolare, E coll' unione di queste due Cariche si renderà abile il Monastero à sostener due altri Monaci per l' augumento del divino Culto nel Choro, e nella Chiesa.*

Inter alia saluberrima Decreta, edita pro felici gubernio ejusdem Monasterii S. Agathæ, præcise demandaverit, quòd juxta antiquum solitum P. Procurator Generalis d. Congregationis, continuam residentiam faciens in eodem Monasterio, in futurum esse deberet eodem tempore Abbas ejusdem Monasterii, itaut dicta
2 duo Officia Procuratoris Generalis Congregationis, & Abbatis Monasterii Sanctæ Agathæ exercerentur ab una, eademque qualificata Persona, servatis Constitutionum Regulis, canonicè eligenda.

Supponitur pariter, quod dictum Decretum punctuali exequutioni demandatum fuerit à dicto anno 1692. usque ad annum 1708. quando ex permissione Sacræ Congregationis super Disciplina Regularium injuncta fuit separatio dd. Officiorum, itaut Abbatia dicti Monasterii S. Agathæ conferretur Monacho, distincto a P. Procuratore Generali ejusdem Congregationis. 3

Supponitur tertiò, quòd assumpto ad Apostolatus apicem Santissimo D. N. Benedicto XIII. auditaque suspensione sui Decreti, editi in Visitatione, ab eodem peracta dicto anno 1691. in prima audientia de mense Julii 1724. ab eodem benignè data P. Isidoro de Angelis, tunc temporis Procuratori Generali, & hodie Abbati Generali nostræ Congregationis, eidem præcisè, & strictè demandaverit, ut omnia reducerentur 4
ad terminos, præscriptos in dicta Visitatione anni 1691. prout fuit punctualiter exequutum in sequenti Capitulo Generali, celebrato die 22. Aprilis 1725. quando fuit electus in Procuratorem Generalem & in 5
Abbatem ejusdem Monasterii Sanctæ Agathæ S. D. Gallus Galluccius in quorum munerum exercitio de more confirmatus fuit in sequenti Capitulo, habito die 12. Maii 1726. quivè hodiè utraque Munera commendabili attentione, & diligentia exercet.

In hoc ultimo Generali Capitulo, quia aderant plures Abbates, quam Abbatiæ, fuit à Capitularibus conventum, ut unus ex dd. Abbatibus loco Abbatiæ, quæ non vacabat, haberet gubernium alicujus Prioratus, usquequò in sua Provincia vacaret aliqua Abbatia, fuitque proinde P. Abbas Pirus destinatus in Superiorem 6
Prioratus S. Jacobi Terræ Lauri, in cujus gubernio fuit pariter confirmatus in dicto Capitulo, celebrato die 12. Maii 1726. in eoque de præsenti continuat.

Ex his tribus Facti circumstantiis, & quæ mihi supponuntur indubitatæ, duo manifeste sequuntur.

Primum, quòd Abbatia Monasterii Sanctæ Agathæ ad Montes neque anno præterito, neque de præsenti vacet, sed cum sua voce activa, & passi- 7
va pacificè possideatur à dicto P. Procuratore Generali Galluccio, idque vigore legitimæ electionis, in ejus Personam sequutæ in dicto Capitulo anni 1725. & in exequutionem Decreti Visitationis anni 1691. & quod magis est vigore novissimi Oraculi Sanctissimi Domini Nostri Benedicti XIII. itaut nullus in hac parte remaneat dubitandi, vel criticandi locus, juxta animadversa per *P. Grutherde Art. benè desiderand. resol.* 15. §. 9. *num.* 177. *fol.* 330. ibi -- *Puros nutus, & umbras voluntatis Summ. Pontificum esse festinanter, & inoffenso pede exequutioni mandandos, & adorandos* -- & juxta firmata per *Rot. decis.* 3. *numer.* 6. *coram Ansald.* ubi, quòd, posita 8
expressa Summi Pontificis voluntate, non est immorandum super generalitatibus, conjecturis, & discursibus, sed eadem voluntas servanda venit pro Lege, & in *Romana Emolumentorum Parochialium* 9
prima Julii 1718. §. 1. *cor. Lancetta.*

Secundum verò, quòd Abbas Piro, actualis Superior in Monasterio Terræ Lauri, nullum omninò Jus habeat in dicta Abbatia S. Agathæ ad Montes, duplici ratione; Tum quia illa actualiter possidetur à Procuratore Generali ex modò animadversis, & gubernium unius Abbatiæ possideri non potest, & eodem tempore exerceri à duobus Abbatibus, Tum etiam, quia idem Abbas Piro, uti actualis Supe- 10
rior, gubernans Monasterium in dicta Terra Lauri, non potest esse eodem tempore Abbas, & gubernans Monasterium Sanctæ Agathæ, eò quia repugnare videtur, ut unus, idemque Monachus eodem tempore actualiter possideat Abbatiam, & Prioratum duorum Monasteriorum, & utrumque actualiter gubernet, quod cùm solo lumine natura- 11
li notùm sit, nulla alia opus est Doctorum authoritate ad id comprobandum, juxta animadversa per *Card. Pallavicin in Histor. Concil. Trident lib.* 3. *n.* 8. ibi -- *In quei casi, in cui la raggione si scorge aperta, non richiedesi altra Legge nè altro Dottore, che il lume, impresso nell' anima dalla natura* -- & concordat *Rota in Romana Pecuniaria* 11. *Januar.* 1706. §. *Quin obstet coram Molines.*

Cùmque, his non obstantibus, neque attentis, de mense Junii ejusdem anni 1726. idem P. Abbas Piro Abbatiam renunciaverit coram Definitorio, quod illam immediate contulit P. Francisco Mariæ Cingeri sub titulo Abbatis S. Agathæ in Montibus, cum omni Jure ad gubernium ejusdem Abbatiæ, in sensu veritatis quæritur, An eadem renunciatio valida
12 fuerit, itaut d. P. Cingeri, tanquam verus Abbas nostræ Congregationis fruatur, & gaudeat omnibus illis Juribus, & prærogativis, quæ in Congreg. Montis Virginis competunt illius actualibus Abbatibus.

Ego autem, fatendo ingenuè meam imbecillitatem, supradicta Facti serie ponderata, illaque pro indubitata præsupposita, nescio videre, quo modo, quovè titulo eadem Renunciatio substineri valeat, & dici possit legitimè facta; Est enim in Jure indubitatum, quod nemo potest renunciare, id quod non
13 habet, juxtà *Textus in l. Nemo plus ff. de Regul. Jur. & in cap. Nemo potest eod. tit. in 6. Argel. de Legitim. Contrad. quæst. 9. num.* 58. & *Rot. dec.* 438. *num.* 2. *coram Buratt. & dec.* 601. *numer.* 10. *coram Duroz Jun & in Asten. Jurispatronatus 9. Februarii* 1699. §. *Quod autem coram Molines*.

Adversùs quæ non credimus asserendum, quòd vigore Constitutionis s. m. Urbani VIII. quæ incipit *Exponi nobis*, emanatæ die 21. Martii 1632. in no-
14 stra Congregatione, permissa sit Renunciatio Abbatiarum, in qua asseritur ulteriùs, talem renunciationem esse pariter permissam in alia simili Constitutione s. m. Pauli V. quæ incipit *Postulat ratio*, emanata sub die 19. Maii 1611.

Casus etenim, permissi in dd. Constitutionibus, toto cœlo distant à casu præsenti, quia illa procedunt cum supposito, quòd Abbates renunciantes, non solum sint actualiter tales, sed ulteriùs de facto habeant gubernium Monasteriorum illarum Ab-
15 batiarum, quas renunciant, propter quas Facti circumstantias Abbas renuncians remanet semper Abbas, semperque gaudet voce activa, & passiva, cum assignatione gubernii alicujus Monasterii sub titulo Prioratus, vel Procuræ.

In nostris autem terminis P. Abbas Piro tempore renunciationis non erat Abbas Monasterii S. Agathæ, minùsque habebat illius actuale gubernium, quod unitum cum titulo Abbatiæ pacificè possidebatur
16 tunc, & possidetur etiam hodiè à P. Galluccio, Abbate, & Procuratore Generali, & proindè non potuit renunciare id, quod non possidebat, ex supra animadversis.

Ex ex hac animadversione remanet etiam sublata omnis difficultas, quatenùs per insubsistentem hypothesim procedi vellet cum falso supposito, quod P. Gallus Procurator Generalis electus fuerit pro simplici Superiore Monasterii S. Agathæ, seu pro solo illius gubernio; Adhuc enim verùm esset, quòd
17 idem actuale gubernium, existens penes d. P. Abbatem Gallum, non poterat eodem tempore esse penes dictum P. Abbatem Pirum, & consequenter iste nullo modo devenire poterat ad validam renunciationem, ad quam apud Renunciantem indispensabiliter reperiri debet actuale gubernium Abbatiæ, quam renunciat, juxtà disposita in dicta Constitutio-
18 ne Urbani VIII. quæ incipit *Exposita*, ibi -- *In casu, quo aliquis sexagenarius abrenunciet gubernio Abbatiæ, sibi assignatæ* -- & ibi -- *Dummodò Monachi sexagenarii gubernia Abbatiarum renunciantes &c.* -- Cui enim verba alicujus dispositionis non conve-
19 niunt, nec etiam illius dispositio convenit, juxta *Text. in leg.* 4. §. *Toties ff. de Damn. infect.* & animadversa per *Mar. Anton. in Var. Resol. lib.* 3. *resol.* 9. *numer.* 4. & firmata per *Rot. in Firmana Jurisdictionis* 5. *Aprilis* 1701. §. *Vera namque coram Molines*.

Minùs dici potest, quòd in omnem casum, posito etiam hujusmodi actuali gubernio Monasterii S. Agathæ apud d. P. Galluccium, prout etiam admisso, quòd juxta Decretum Visitationis anni 1691 & in exequutionem novissimi Oraculi Santissimi Domini Nostri dicatur, & sit verus actualis Abbas dicti Monasterii S. Agathæ, quæ revera innegabilia 20
sunt, P. Abbas Piro remanserit saltem Abbas Titularis ejusdem Monasterii S. Agathæ Urbis, & uti talis eandem Abbatiam renunciare potuerit P. Francisco Mariæ Cingerio.

Respondetur enim primo, quod est prorsùs incompatibile, ut eodem tempore dentur duo Abbates ejusdem Abbatiæ, unus actualis, alter verò titularis quia darentur duo Capita in eodem Corpore, quod 21
repugnat omnibus Juribus, ex firmatis per *Rot. dec.* 680. *numer.* 13. *part.* 4. *tom.* 3. & *in dec.* 90. *num.* 5. *part.* 16. *rec.* cum aliis *concordantibus*, citatis in *tom.* 4. *par.* 2. *discept.* 2. *num.* 139.

Secundo respondetur, quòd hujusmodi Abbates titulares, ut mihi in Facto supponitur, in Congreg. Montis Virginis nunquam adfuerunt in præteritum, 22
neque reperiatur de præsenti.

Nec dicatur, quòd etiam in nostra Congregatione Montis Virginis adsint duo Abbates cum titulo Granciarum, absque Gubernio, quales sunt Decanus Montis Virginis, & Vicarius Generalis Jurisdictionis. Responsio enim in promptu est, quòd scilicet iidem Religiosi ad hoc, ut possint dicta Munera obtinere, debent priùs esse Abbates, legitimè electi, cum actuali gubernio, ad hoc ut sint posteà capaces eo- 23
rundem Officiorum Decani, & Vicarii Generalis Jurisdictionis, & isti unacum duobus Diffinitoribus, ac Procuratore Generali ex dicta speciali Constitutione san. mem. Pauli V. etiam absque actuali gubernio Abbatiarum, habent vocem activam, & passivam, & gaudent omnibus Privilegii, & præeminentiis, qui- 24
bus gaudent cæteri Abbates ibi -- *Decanus verò, Diffinitores, Procurator Generalis in Urbe &c. semper vocem habeant activam, & passivam in Capitulis Generalibus &c.* -- & priùs hac ratione, nec Abbati Decano, nec Abbati Vicario Generali Jurisdictionis assignabatur ulla Ecclesia pro usu Pontificialium; sed tantùm circa annum 1704. fuit per Eminentissimum Cardinalem Ursinum uti tunc Præsidentem Apostolicum Capituli, nunc Summum Pontificem, oretenùs injunctum, ut dd. Patribus Decano, & Vicario Generali assignarentur in titulum duæ Ecclesiæ Granciarum, adeout numquam in nostra Congregatione adfuerint, nec adsint Abbates Titulares.

Quatenùs verò per falsam hypothesim vellet supponi illorum Generalis, & indefinitus usus, nunquam haberent vocem in Capitulis, ut pro Congregationibus Olivetana, & Cassinensi, in quibus ex *Constitu-* 25
tion. 32. *san. mem. Clementis X. Bullar. nov. tom.* 6. permissi sunt, mihi supponitur, indubitanter practicari.

Non attenta replicatione, quòd in nostra Congregatione reperiantur multi Abbates, sine actuali gubernio, qui, id non obstante, vocem habent activam, & passivam, specialiter enumerati in d. Constitutione Pauli V. & in altera Urbani VIII. Adducat etenim P. Cingeri similem Constitutionem, vel dd. Summ. Pontificum Pauli V & Urbani VIII. vel alterius Summ. Pontificis, in qua assignetur vox activa, & passiva illi Monacho, cui fuit resignata Abbatia ab Abbate, illam non possidente, & tunc poterit habere vocem in Capitulis nostræ Congregationis, 26
alias eidem applicari poterit responsio illa *Jo: Andr. in Addit. ad Speculator.* §. 1. *vers. Occurrit in fin. de Testam.* nempe *Constitutiones Pauli V & Urbani VIII. de Te non loquuntur, & Joannem Andream sequuntur Cyriac. contr.* 281. *num.* 47. & *Rot. dec.* 433. *num.* 2. *cor. Ludovis. & decis.* 238. *num.* 3. *part.* 15. *rec.* & *in Carpentoraten.* 14. *Martii* 1687. §. *Posita in fin.* & 23. *Junii* 1690. §. *Nec vocationem coram Cardinali Priolo*.

DISCE-

DISCEPTATIO VIII.

Januen. Remissionis Causæ

PRO

Anna Maria

CUM

Jo: Jacobo

ARGUMEMTUM:

Causæ Matrimonialis in prima Instantia, quibus concurrentibus, cognosci possint in Sac. Congregatione Concilii S. R. E. Cardinales non solent uti suspecti allegari ad Causaurm avocationem, ad quam, uti Judici ordinario injuriosam, de facili deveniri non solet.

Remittenda videtur præsens Causa ad Curiam Eminentissimi Archiepiscopi Januen. Habemus enim casum, formiter, & utraque Parte acriter informante, individualiter decisum à Sacra Congreg. Concilii in alia Causa *Januen. die.* 14. *Novembris* 1699. cujus respectu concurrebant omnes circumstantiæ nostri casus, eò quia agebatur de Collitigantibus Nobilibus Januen. Hieronyma Serra, & Leonardo Cataneo, de articulo impotentiæ Viri, de probationibus ejusdem impotentiæ, facien. in Civitate Januæ, de Recursu, per unum ex Collitigantibus habito ad summum Pontificum de Remissione precum ejusdem Collitigantis à Summo Pontifice facta ad Sacram Congreg. Concilii, de Appositione manuum ejusdem Sacra Congregationi
1 rescribentis -- *Eminentissimo Archiepiscopo pro Informatione, & Voto*; Et nihilominus his omnibus non obstant neque attentis, replicatis instantiis viri, proposito sequenti unico præliminari Dubio in Sacra Congreg. Concilii, *die* 14. *Novembris* 1699. utraque Parte acerrimè informante; *An Causa sit remittenda ad Curiam Archiepiscopalem, vel potiùs sit cognoscenda in Sac. Cong.* intrepide responsum fuit. *Remittendam esse Causam ad Curiam Archiepiscopalem præfixo termino trium Mensium pro term natione Causæ*, ut referendo omnes Resolutio-
2 nes ejusdem Causæ Januen. observavi in *tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 12. *num.* 255. *vers. die* 14. *Novembris*.

Attenta proinde hujusmodi punctuali Resolutione d. Sacræ Congreg. Concilii, dicimus, pro hac parte militare Casum Legis expressæ, & Literalis, quales dicuntur Resolutiones ejusdem Sacræ Congregat. ex no-
3 tatis *per Fagnan. in Cap. Quoniam num.* 3. *& seq. de Constitut. Pasqualig. quæst. moral. cent.* 1. *quæst.* 61. *num.* 4. *Rot. decis.* 7. *num.* 3. *apud. Antonell. de Jur. Cleric.* cum aliis, allegatis in *tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 6. *numer.* 64. quibus addo citatos à *Rota in Perusina Præeminentias* 2. *Decembris* 1711. *§. Fortiùs cor. Ansaldo*.

Et nihilominus subdimus, quòd omnia hæc eò fortiùs admittenda videntur in præsenti, quò istantia, exadversò promota, uti contraria Juris dispositioni ex pun-
4 ctualiter firmatis *per Rotam in decis.* 958. *num.* 1. *&* 2. *cor. Emerix jun.* reputatur in se odiosa, & Judicibus, atque Superioribus summoperè injuriosa, ex quibus uno ore observant Doctores, quod non solent de facili supremi Principes avocare Causas à suis legitimis Superioribus, ut videre est apud adductos *à Gratian. discept.* 510. *num.* 15. *Ursell. conclus. legal.* 172. *num.* 1. *in fine, & num.*
5 12. *Marchesan. de Commis. tit. de Commis. avocat. Causa §.* 1. *num.* 57. *& Rot. decis.* 117. *num.* 3. *coram* cum aliis, citatis in meo *Tract. de Livell. cap.* 1. *§.* 21. *sub num.* 32.

Opponitur contraria positio dispositioni Juris, quo attento, non nisi ex magna, & urgentissima Causa superior privari debet sua Jurisd. in subditos, juxta Textus
6 *in cap. Cùm Personæ de Privil. in* 6. *& in cap.* 1. *de Exequut. rei judicatæ* cum Concordan. adductis *à Rota in Gennen. Juris mutandi* 21. *Februaris* 1698. *§. Cùm satis cor. Ursino*, cum aliis citatis in meo discurs. impresso *apud Antonell. de Jur. Cleric. fol. mihi* 21. *num.* 1. *& seqq.*

Opponitur pariter contraria instantia cubitali *Constitutioni* 74. *s. m. Sixti V. in Bull. novo tom.* 2. necnon *Constitioni* 71. *s. m. Innoc. XII. in ejus Bullariol. fol. mihi* 241. 7
in quibus disponitur, ut Causa omnes, judicialem ordinem requirentes, non in Sacris Congregat. sed à suis Judicibus ordinariis decidantur, quod novissimè confirmavit Santissimus D. N. Bened. XIII. per organum Secretariæ Status die 17. Aprilis 1728. mediante sequenti Oraculo -- *Santissimus D. N. per Organum Secretariæ Status jussit, per Sac. Congreg. Concilii non ampliùs recipi,* 8
nec cognosci Causas contentiosas, tam civiles, quam criminales, ordinem, judiciarium cum Processu, & probationibus requirentes, secundùm Bullas ss. mm. Sixti V. & Innocentii XII. quas omninò servari mandavit, ut videre est in parvo Regestu ejusdem Sac. Congreg. sub d. *die* 17. *Aprilis* 1728.

Opponitur demum claræ dispositioni *Sacri Concilii Tridentini sess.* 2. *de Reform. cap.* 20. ubi latè *Barbos. num.* 1. *& seq.* & latius *Gratian. discept.* 835. *numer.* 15. *& seq. Fust. de visit. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 1. *& seq. Leo in Thes. For.* 9
Eccles. par. 2. *cap.* 1. *numer.* 70. *& in Praxi Episc. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 3. in quo literaliter demandatur, ut Causæ omnes, in prima instantia ab Ordinariis Locorum decidantur, & terminentur.

Itaut, attentis hujusmodi claris Sanctionibus, & literalibus Pontific. Constitutionibus, atque Conciliaribus dispositionibus, superfluum sit recurrere ad Doctorum authoritatem, per ea, quæ notant adducti *à Gra-* 10
tian. decis. Marcb. 85. *numer.* 16. ubi, quod est intellectus debilitas adducere authoritates ad probandum ea, quæ in Jure statuta sunt, & Concordant alii, citati *in decis.* 71. *num.* 12. *cor. Ansaldo*.

Quæ si procedunt in illis terminis, in quibus Lites non adhuc introductæ sint coram altero Judice, ut patet ex sola recognitione, & lectura dd. authoritatum, multò magis admittenda videntur in præsenti, in quo constans in facto est, quòd præsens Lis à mense Martii 17. introducta fuit in Curia Archiepiscopali Januen. in qua plures peracti fuerunt judiciales actus, itaut fermo sit de avocanda Causa, jam introducta, & actitata in eadem Curia, quod eò minùs practicandum videtur, *ad Text. in l. Ubi acceptum per ff. Judic.* cum concor- 11
dan. *apud Rot. in Florentina Pecuniaria* 4. *Junii* 1708. *Certiùs coram Molines*.

Præcipuè quando agitur de Causis, pendentibus coram Personis Eminentissima Dignitate fulgentibus; ut Me scribente pro Eminentissimo Archiepiscopo, & Lectore Moguntino, Partibus acerrimè informantibus resolvit *Sacra Congregatio Concilii in Herbipolen.* 29. *No-* 12
vembris 1698. ut videre est in ejus resolutione, impressa *apud Antonell. de Jur. Cler. fol. mihi* 21. & patet ex discursu, ibidem pariter impresso, *numer.* 3. *& pluribus seqq.*

Agnoscitur exadversò incogruitas Instantiæ, quæ revera nimis patens est; Ad illam autem colorandam quatuor adducuntur limitationes. Prima quòd Curia Eminentissimi Archiepiscopi Januen. suspecta est Joan. Jacobo; tam ratione parentelæ Eminentissimi Archiepiscopi cum Anna Maria, quàm respectu, aliorum, Causarum, vigentium inter illius Vicarium, & eundem Joan: Jacobum secunda quia Clemens XI. per Epistolam, scriptam per Organum Secretariæ Status, ejus mentem in hac parte nimis apertè declaraverit, ut præsens Causa, non in Civitate Januæ, sed in Curia agitari debeat, cum quo proinde Summi Pontificis judicio procedendum hodie sit, tertia Quia concurrit in præsenti una ex illis causis, approbatis, in *Conci-* 14
lio Tridentino sessión 24. *de Reformatione cap.* 20. his verbis: *Ab his excipiuntur Causæ, quas ex urgenti, rationabilique Causa judicaverit Summus Romanus Pontifex per speciale Rescriptum, Signatura S. suæ Manu propria subscribendum, committere, & avocare*; Insistendo pro demonstratione hujus Causæ in eo, quia, si præsens Causa agitaretur in Civitate Januæ, id non posset ad praxim reduci, *sc non con sconvenevole publicità, e disturbi per li discorsi, che ne farebbe la Gente oziosa*. Et 4. demum, quia nomine Annæ Mariæ introducta fuit Causa in eadem Sacra Congreg. Concilii; Unde hodie non est ei permittenda variatio; & redibus ad Curiam Archiepiscopalem Januen.

D 2 Nul-

Nulla autem ex hujusmodi contrariis animadversio-
16 nibus apta est ad impediendam prosequutionem Causæ in Curia Archiepiscopali Januæ.

Non Prima quia in auditum est in Curia, quod S. R. Card. allegari valeant suspecti, & uti tales arcendi sint à ferendis judiciis in illis Causis, in quibus sunt Judices Ordinarii, ut uno ore observant adducti *à Pa-*
17 *cian. de Probat. lib. 2. cap. 32. numer. 15. Card. de Luc. de Judic. disc. 3. num. 68.* & firmavit *Rota in decis. 307. num. 17. part. 18. recent.* cum qua processit *Sacra Congregat. Concilii in d. Herbipolen. 29. Novembris 1698.* ut videre est *in d. disc. impresso apud Antonell. de Jur. Cleric. fol. mihi 24. num. 27.* Præcipuè quia cessat infacto prætextus assertæ parentelæ, seu affinitatis Eminentissimi Archiepiscopi cum Anna Maria, ut mediante Arbore concludenter justificatum fuit in Summ. & in Jure
18 eundem affinitatis prætextum pro insufficienti reputavit S. Congr. Concilii *in d. Herbipolen.* ut videre est in d. discurs. *apud Antonell. fol. mihi 23. numer. 22. vers. minùs obstat.*

Respectu etiam Vicarii Januen. contrarius prætextus non potest esse magis frivolus, & animadversis in facto. Hoc unum sub jungentes in omnem Casu quatenus per insubsistentem hypothesim evidenter constaret de aliqua legitima Causa illius suspicionis, posset subrogari alter in ejus locum, Par-
19 tibus non suspectus, nullo autem modo devenien. est ad Causæ avocationem cum tali, tantoque præjudicio Jurisdictionis Curiæ Archiepiscop. ob æquè insignes, ac præjudiciales consequentias, resultantes al Causarum avocationibus ex animadversis supra.

Nedum autem ejusdem prorsus insubsistentiæ est Secunda contraria reflexio, innixa dd. Epistolæ Sanctissimi D. N. per organum Secretariæ Status scriptæ Eminentissimo Archiepiscopo, sed retorquetur ad hominem, eo quia illa extorta fuit, Anna Maria
20 nullatenus audita, Postea verò ad illius preces detecta insubsistentia eorumque eidem Clem. XI. insinuata fuerunt exadversò Sanctitas Sua per organum ejus Auditoris non semel declaravit, suæ intentionis fuisse, & esse, ut, eadem Epistola non obstante, neque attenta, Causa decideretur ad tramites Juris; hoc modo plusquam tacitè revocando d. Epistolam; Unde applicantur ea, quæ firmavit *Rota in*
21 *decis. 1620. numer. 4. coram Coccin.* quod scilicet improprium sit allegare ea quæ fuerunt revocata, vel rejecta, quam sequutus fuit *in tom. 1. part. 1. discept. 20. numer. 138.*

Et in terminis alterius Epistolæ per ejusdem Clem. XI. scriptæ pariter per Organum Secretariæ Status die 25. Novembris 1704. & per extensum registra-
22 tæ à *Fattinellio post Respons. 58. to. 1.* cum illo essentiali addito, & rara declaratione quod eadem Epistola haberetur per inde, ac si esset speciale Breve,
23 per solitam viam Secretariæ Brevium expeditum, ibi — *Come se per la conferma di esso fosse stato spedito special Breve dalla Santità Sua*. Quod data facultate alicui Tribunali, vel particulari Congregationi, recognoscendi ea, quæ Summo Pontifici exposita fuerunt, quatenus inveniantur non subsistere, eadem Epistola attendenda non sit, re maturè perpensa, resolvit particularis Congregatio DD. Cardinalium Corradini, Nuptii, & Marafuschi tunc temporis Prælatorum die 12. Martii 1709. in una Romana cum Rescripto, *Consulendum, Sanctissimo, & mandet & non*
24 *obstante Epistola Secretariæ Status &* cujus factum, & motiva registravi in *tom. 1. part. 2. discept. 13. per totam* ex signanter *nu. 69.*

Et in præcisis terminis subreptitiæ avocationis Causæ, quòd illa ob talem subreptione attendenda non
25 sit, firmavit *Rota coram Cassiodor. decis. 2. num. 6. de Appellation.* ibi — *Avocatorium Rescriptum, si sit subreptitium, est ipso Jure nullum, quia avocatio est odiosa, quoniam fit contumelia Judici, qui sine causa revocatur.*

Ejusdem farinæ est tertia, quæ colorari prætenditur specioso motivo discursuum, qui ab otiosis Nominibus fierent in Civitate Januę, quatenus presens Causa ibidem agitaretur. Quia hujusmodi prætextus in nulla prorsus consideratione habitus fuit in d. alia Causa Januen. inter Nobiles Colligitantes in eadem Curia Archiepiscopali Januen. in Lite, ibidem per 26
multos annos agitata, & publicè tractata; Cum illo addito, quòd Sac. Congregatio Concili die 21. Martii 1701. in eadem simillima Causa mandavit, Virum esse recognoscendum à Peritis extra Dominium Januen. existen. his verbis, *Archiepiscopo pro Electione novorum Peritorum, ex Officio eligendorum, Partibus non suspectorum, extra tamen Dominium Januæ &* ut videre est *in tom. 1. part. 1. discept. 12. num. 255. vers. die. 14. Novembris 1699.* Ubi referuntur omnes aliæ Resolutiones d. Causæ usque ad finalem exitum, & termi- 27
nationem, Ita ut in d. Casu otiosi Nomines nedum unius Civitatis Januæ, sed totius ferè Italiæ motivum habuerint discurrendi de eadem Causa, absque eo, quòd ex hujusmodi prætextu avocata fuerit eadem Causa ab Eminentissimo Archiepiscopo competenti Judice.

Cæterùm ego, fateor ingenuè meam imbecillitatem, nescio percipere vim hujus contrariæ reflexionis; Non enim possum credere, quòd prætendatur exadversò ut Testes, deponere volentes de impotentia viri, de qui virginitate Uxoris, aliisque, ad causam facientibus, teneantur accedere ad Urbem, cum illis incommodis, temporis, magna jactura, & majo- 28
ribus expensis; quæ faciliùs mente concipi, quàm verbis exprimi hic possunt. Hoc autem posito, eo ipso, quòd dd. probationes fieri omnino debeant in Civitate Januæ, merè materialiter se habet, quòd fiant authoritate ordinaria, vel ex delegatione S. Congreg. Concilii, ut de se patet.

Agnoscitur exadversò vis hujus cathegoricæ responsionis, & proinde dicitur, quòd poterunt Testes secretò examinari; & illorum depositiones sigillatæ transmitti ad S. Congreg. Concilii. Ego autem constanter repeto, quòd omnia ea, quæ d. vel alio simili secreto, & secretissimo modo fieri possunt à Delegato S. Cong. Concilii, possunt pariter fieri eadem facilitate à Judice 29
ordinario, & propterea undique emicat clara insubsistentia pretextus hujus tertię contrariæ animadversionis, quæ revera talis, & tanta est, ut non mereatur tantam dotem, quanta ei exadversò ei gratis datur.

Remanet quarta reflxio, quæ est omnium anceceden- tium debilior, illiusque insubsistentia ictu oculi dignoscitur ex sola lectura nostrarum Precum, porrectarum Sac. Congreg. Concili, à qua non fuit petita, vel Causæ avocatio à Curia Archiepiscop. Januæ, uti à multo tempore antecedenti jam pendebat vel illius decisio à S. Congreg. Concilii privativè quoad d. Curiam Archiepiscopalem, sed post æquè veram, & commiserandam facti historiam, in eisdem Precibus fideliter expositam 30
conclusum fuit memoriale sequentibus verbis — *Ricorre all' EE. VV. con supplicarle à prendere quel provedimento, che stimerà la giustizia, e prudenza delle medeme.*

Ad cognoscendum autem, *quale Provedimento* sit illud, quod imploratum fuit à d. Sac. Congreg. Concilii, non opus habemus recurrere ad conjecturas, præsumptiones, & verisimilitudines, dum illud nimis naturaliter infertur ex iis quæ d. S. Cong. Concilii in d. alia simillima Causa Januen. non sine laude, & bonorum ap- 30
probatione ad praxim reduxerat, injungendo scilicet Archiepiscopo Januen. Causæ expeditionem, præfigendo ejus Curiæ aliquem competentem terminum, ad finem Causæ imponendum, eodem prorsus, modo, quo non semel, sed quinquies practicatum fuit in d. alia Causa Januen in qua absque ullo præjudicio Jurisdictionis Curiæ Archiepiscopalis Januæ, atque nullatenus, avocata Causa ab illius Curia, injunctum fuit tunc tem-
poris Eminentissimo Archiepiscopo, ut Causam termi- 32
naret, plures assignando terminos ad dictum effectum, pluriesque illos prorogando, ut ex serie omnium Resolutionum d. Causæ, registratarum *in tom. 1. part. 1. d. disc. 12. num. 255. ver. Die 14. Novembris 1699.*

Quibus omnibus non adversatur, quòd sumus hodie coram Supremo Tribunali, à Clemente XI. specialiter deputato, ad recognoscenda motiva contrariæ Instantiæ, quòdque proinde non sint abbreviatæ manus

Sapien-

Sapientissimorum Judicum annuendi precibus Oppositionis; Cùm enim ex una parte non solum non pro-
33 betur sed nec etiam allegetur in præsenti aliquod vel minimum gravamen, eidem illatum à Curia Archiepiscopali; Ex alia verò sermo est de Gratia, quæ petitur
contra apertam Juris dispositionem, duorum summorum Pontificum cubitales Constitutiones, & Sac. Concilii literale Decretum, nullo modo exaudiendæ videntur contrariæ preces, ut præter supra adductos, in specie observat *Card. de Luc. de Præemin. disc. 8. numer. 2.* ibi -- *Non nisi ex magna causa, & constito de gravamine, non de facili concedenda est Causarum avocatio, quæ in Jure odiosa reputatum, utpote, quandam injuriæ speciem inferens illi Judici, à quo Causa avocatum*; Asserens ex
34 hoc motivo, ita rescriptum fuisse à signatura Gratiæ casu, in quo scripsit, ut videre est ibidem *numer. 1. in fine*.

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo inspectio presentis Controversiæ non fuit huic supremo Tribunali remissa pro voto circa alicujus Gratiæ concessionem, quæ pendet à sola Summi Pontific. voluntate, sed ex prætextu motivorum Justitiæ exadversò pluries inculcatum, tum eidem Clementi XI. quàm illius Auditori, in quibus terminis strictè videns est, an contrariæ Preces fundatæ sint in Juris dispositione, ut in specie firmavit
35 *Rota in decis. 1042. numer. 6. & seqq. cor. Emer. junior*; Et in durioribus terminis Remissionis, factę cum Clausula *Arbitrio*, egregiè *ead. Rot. decis. 1106. num. 15. coram eod. Emer. jun.* ibi -- *Licet eadem clausula aliquid temperet de rigore Juris, secus tamen est, stante Tertii præjudicio, ad tradita & Maximè, quando, prout in hoc
36 casu, apposita dici debet ex motivis Justitiæ, quæ narrata fuerunt in petitione, tunc enim certius illa nihil operatur, & motiva discuti, ac definiri debent, prout de Jure, ut dictum fuit &c.*

Omitti poterant exempla in contrarium exagerata, in quibus Sac. Congreg. Concilii etiam in Prima Instan-
37 tia judicium protulit super Causis matrimonialibus, quarum Ego longum Cathalogum adduxi *in Tom. 3. part. 2. discept. 9. à num. 127.* Ultra quod enim semper urgeret textualis illa propositio, quòd non exemplis, sed Legibus judicandum est, de qua in *l. Nemo Judex C. de sentent. & Interloquut. omn. Jud. cum Concordan. apud Rotam in decis. 242. num. 11. part. 17. rec.* cum aliis, à me citatis *in Tractatu de Livell. cap. 1. §. 10. nu. 4.*

Strictè, & cathegoricè, respondendo, dicimus, quòd id non processit ex ejus ordinariis facultatibus vel ex eo, quòd Causæ matrimoniales continerentur inter illas limitationes, quæ leguntur *in Concilio Tridentino in cap.
38 20. sess. 24. de Reform.* quas latè explicat Hippolitus Aldobrandinus, tunc temporis Rotæ Auditor, & postea Summus Pontifex Clemens VIII. *apud Fagnan. in cap. Licet num. 29. & seqq. de Foro compet.* ut *Vantius Episcopus Urbevetanus apud eundem Fagnan. ubi proxime à nu. 34. usque ad num. 38.* qui pro veritate scripserunt, atque ex Papæ authoritate, & Mandato à d. Sacra Congregatione Concilii consulti fuerunt, ut refert ibidem *Fagn.*
39 *num. 29. vers. Hæc dubia*, ubi quòd Sacra Congregatio Concilii nullatenus respondere voluit Dubiis, generaliter conceptis, & ab eodem ubi supra registratis, circa intelligentiam *d. cap. 20. sess. 24. de Reformat.*

Sed in tantùm eadem Sac. Congregatio Concilii processit in dd. Causis, vel quia Episcopi, attenta articuli gravitate, & Causarum circumstantiis, voluntariè se abstinuerant ab illarum cognitione, illasque remiserunt judicio, & determinationi d. Sacrosancti Senatus,
40 ut videre est *in Lycien. 7. Maii 1701. lib. 51. Decret. fol. 18. & in Casalen. Matrimonii 28. Junii 1704. lib. 54. Decret. fol. 187. & in Nullius Orbetell. matrimonii 18. Julii 1705. lib. 55. Decret. fol. 207. & in Romana Matrimonii 4. Februarii 1713. lib. 63. Decret. fol. 92. & in Aquilana Matrimonii 1. Junii 1715. lib. 65. Decret. fol. 117.* juxta, quæ observavi *in Tomo 1. part. 2. discept. 4. numer. 15.* -- ubi refero pariter alium similem casum Episcopi Cajetani, de quo *Rot. in Cajetana Matrimonii 18. Junii 1690. §. 1. coram Card. Matthæjo*, vel quia ipsęmet Partes con-
41 corditer se remiserant judicio ejusdem Sac. Congregat. juxta alios casus, de quibus *in Romana Matrimonii 16. Decemb. 1702. lib. 52. Decret. fol. 612. & in Tropien. Matrimonii 29. Novemb. 1704. lib. 54. Decret. fol. 517. & 7. Februarii 1705. fol. 122. & in Hydranina, seu Lycien. Matrimonii 8. Februarii 1716. lib. 66. Decret. fol. 93.*

Ceterum, præscindendo ab istis duabus circumstantiis, consensus scilicet Partium, vel voluntariæ remissionis, factæ per ipsosmet Episcopos, unitim vel separatim concurrentibus in prædictis casibus, inanditum prorsus est, quòd, non consentientibus ordinariis, & reclamante una ex Partibus collitigantibus, Causæ Matrimoniales in prima Instantia judicatæ fuerint à Sacra Congregatione Concilii; Cujus comuniter receptæ 42
opinionis bonam assignat rationem *Gratian. Disceptat. 837. num. 15. & 16.* quia scilicet in favorem Ordinationem introductum esse, ut Causæ Matrimoniales in prima Instantia coram eorum Tribunalibus decidantur, confunderetur proinde omnis ordo, illorumque Jurisdictio innegabiliter minuerentur, contrarium practicando, quod improbat *S. Gregor. Papa, relatus in cap.* 43
Pervenit 11. quæst. 1. his verbis -- *Nam, si sua unicuique Episcopo Jurisdictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per Nos, per quos, Ecclesiasticus custodiri ille ordo debet, confundatur.*

Ex quibus ipsamet Sacra Congregatio Concilii, non obstante Remissione, eidem facta per supplices Libellos, qui Jurisdictionem non tribuunt, ex adductis *per Card. de Luc. de Judic. disc. 3. num. 19. & in Relat. Rom.* 45
Curiæ foren. disc. 1. num. 7. in fine, nimis commendabiliter solet Partes ad Ordinarios remittere, ut præter d. Januen. anni 1699. supra citatam quæ est punctualissima, illiusque respectu verificantur ea, quæ de au- 45
thoritatibus, loquentibus *delle Vacche rosse* observat *Card. de Luc. de Jurepatron. disc. 4. num. 7.* quem sequtus fuit in *Justitut. Crimin. lib. 2. tit. 8. num. 239.* in terminis Causarum Matrimonialium, ita Me scribente practicavit *in Veneta Nullitatis Matrimonii 18. Junii 1701.* cum Rescripto *Ad Patriarcham, prout de Jure lib. 51.* 46
Decret. fol. 323. de qua *in Tom. 6. part. 2. discept. 10. & in Vercellen. Matrimonii 24. Martii 1703.* cum Rescripto *Ad Eminent. Metropolitanum pro cognitione, & terminatione Causæ, prout de Jure, lib. 53. Decret. fol. 122. & in Tribinien. Matrimonii 30. Augusti 1704.* cum Rescripto. *Episcopus procedat, prout de Jure lib. 54. Decret. fol. 319.*

Die 11. Augusti 1717. proposita Causa in Signatura Santissimi, non sine Votorum scissura, rescriptum fuit: *Ad Congregationem Concilii*, à qua die 20. Maii 1719. decisa fuit, ut videre *est in Tom. 3. part.. 2. discept. 21.* 47
quæ resolutio ab eadem Sac. Congregat. confirmata fuit *die 27. Januarii 1720.*

DISCEPTATIO IX.

Melphicten. Fundationis Conventus

PRO

Carmelitis discalceatis

CUM

Cappuccinis Civitatis Melphictæ, aliisque Regularibus

ARGUMENTUM.

Fundatio novi Conventus quando impediri, vel retardari possit ob oppositiones Religiosorum antiquorum Conventuum; Ad quem effectum an attendantur possibilia præjudicia antiquorum Religiosorum. Requisita fundationis novorum Conventuum an sint servanda à Carmelitis discalceatis.

Nonnulli Cives Civitatis Melphiten. plures pias donationes expleverunt prò substentatione PP. Carmelitarum discalceatorum Conventus, in d. Civitate noviter erigendi, consistentes in Prædiis Urbanis, rusticis, & Censibus, in totum ascendentibus ad notabilem summam ducati 8500. circiter, nec non ex-

 tant

tant prompte alii ducati 1100. pro Fabrica ejusdem
1 Conventus, provenientia ex pia Benefactorum largitione, Cùmque pleræque ex prædictis piis Largitionibus conditionatæ factæ, fuerint dummodo scilicet de mense Julii proximè anni 1715. supradicta Fabrica incepta fuisset Hinc iidem PP. Carmelitæ, ut votis dictum piorum Benefactorum satisfacerent, supplicarunt Episcopo Melphicten. pro obtinenda Licentia novæ Fundationis; Verùm quia aliqui Religiosi Conventuum præexistentium sese opposuerunt, opus fuit Recursum habere ad hanc Sacram Congregationem,
2 emanatoque Rescripto -- *Episcopo pro Informatione, & Voto, auditis Parocho, Universitate, Clero, & aliis Regularibus &c.* illa perventa, preces renovantur pro Licentia fundandi d. novum Conventum in Civitate Melphicten. quæ videtur concedenda.

Etenim concurrunt omnia Requisita, ex Apostolicis Constitutionibus necessaria pro fundatione novi Conventus nempè consensus Parochorum Civitatis, & Cleri Universitatis Episcopi, & Regularium, scilicet PP. Dominicanorum &, PP. Minorum de Obser-
3 vantia Quibus concurrentibus, nunquam solet hujusmodi Licentia, seu Gratia denegari, ex adductis per *Portell. de Dub. Regul. verbo Monasterium num. 5. Rodriquer Quæst. regul. tom. 1. quæst. 35. art. 7. Ventrigl. in Prax. tit. de Nov. Monaster. Regul. ædificand. adnot. 18. §. unico in principio, & Ricc. dec. 55. per tot. part. 2.*
4 Non obstat dissensus PP. Conventualium, Cappuccinorum, & Jesuitarum.

Dupliciter enim respondetur, primò, quòd attento pingui annuo redditu ex prænarrato Capitali ducat. 8500. circiter nullum damnum, nullumque detrimentum eis affertur ex fundatione novi Conventus; adeò-
5 que cessante quocumque damno, & detrimento, supradictus dissensus est irrationabilis, & suppleri potest per Sacra Congregationem, ut notant *Piton. discept. Eccles. 36. num. 7. Card. de Luca de Regular. disc. 29. nu. 14. Carol. Ant. de Luc. ad Ventrigl. in Prax. par. 1. adnot. 18. §. unico num. 3. & 5. vers. Cæterum Passerin. in cap. unic. de Excess. Prælat. in 6. num. 55. & 56. Pasqualig. quæst. Moral. 512. per totam Frances. variar. resol. cap. 27. nu. 3.* ea ratione; quia causa finalis Apostolicarum Constitutionum, requirentium consensum aliorum Regularium, fuit, ut evitaretur præjudicium antiquorum Monasteriorum, ne propter Eleemosynas novo Conventui conferendas, alia præexistentia Monasteria insufficientes pro sustentatione propria recipiant, ut patet ex lectura earundem Constitutionum, & advertunt *Donat. Rerum Regular. part. 2. tractat.*
6 *1. tit. de Monaster. ædifican. quæst. 20. numer. 3. & cæteri,* quos refert. & sequitur *Fattinel. in suis Respons. Jur. respons. 42. nu. 3. & seq.* Undè cùm illud præjudicium cesset in nostra hypothesi ex recensito pingui redditu novi Conventus, irrationabiliter dissentiunt Religiosi prædicti, quorum proindè dissensus non est attendendus ex authoritatibus supra allegatis.

Secundò respondetur, in Constitutionibus Apostolicis exigi aliorum Religiosorum, consensum non simpliciter, sed alternativè, nempè vel quod ipsi consentiant, vel Ordinariis constiterit, Religiosos Monasterii erigendi absque detrimento aliorum ma-
7 nuteneri, & alii posse; Cùm autem Ordinario Melphictensi constiterit Conventum, noviter erigendum posse commodè manuteneri, & alii, absque detrimento, seu præjudicio Conventuum præexistentium, & hac de causa suum præstitit consensum pro nova Fundatione, hinc curandum non est de consensu dictorum Contradicentium, quia in alternativis suf-
8 ficit unam tantùm partem verificari, ut in nostris præcisis terminis notant *Lezzan. in Summ. verbo Monasteria num. 7. Novar. in Prax. Juris Pontific. conclus. 2. alias 11. Cesped de Exemption. Regul. cap. 1. dub. 4. numer 2. & dub. 8. numer. 2. & 3. Pasqualig. ad Lauret. de Franch. tit. de Convent. nov. fundat. quæst. 4. num. 419. & seq. & Rot. in Cæsar augustana Domus coram Mazanedo in rec. par. 2. dec. 745. & dec. 657. num. 3. part. 3.* & prosequitur *Fattinell. in d. respons. 42. num. 2. & 3.*

Quibus pro totali exclusione præjudicii Contradicentium, additur quòd PP. Conventuales -- *Oltre li loro fondi, e Rendite certe* (sunt præcisa verba Attestationis juratæ Magistratus Melphicten.) *li frutta assai la Chiesa, e stanno commodi in modo tale, che da qualche tempo a questa parte ci anno posto lo Studio delli Studenti della loro Religione nel Convento di Molfetta. Li Padri Cappuccini, che di alcuni anni in qua anno eretta dalli fondamenti, e fabricata una nova Chiesa di tutto punto, & aggiunte molte Fabriche al loro Convento, & oltre le Messe, & Limosine, se li danno col questuare dalli particolari Cittadini, ricevono stabilmente per il loro quotidiano vitto ducati sette, e mezzo il Mese da detta nostra università, che li somministra ancora altre Pietanze annuali, e Limosine estraordinarie; e li Padri Giesuiti, li quali anno una magnifica Chiesa, & assai nobil Collegio, ricco di Fondi, e di Rendite, che li fanno vivere più che commodi &c.* 9
Ex his enim clarissimè constat, quòd Religiosi dissentientes super abundant Redditibus, & Eleemosynis, quas impendunt in amplis, & excelsis Ædificiis, quòdque nullum præjudicium eis afferri potest nova Fundatio Conventus, & proinde illorum dissensus non meretur attendi, ut ad rem advertit *Fattinel. in citat. respons. 42. num. 5. & seqq.* 10

Nec omittimus observare, quòd Civitas Melphictensis constat ex numero supra Animarum septem millium per consequens eò magis cessat quodcumque præjudicium, Est enim inverisimile, quòd hæc Civitas non habeat tot Panis frustra, sufficientia victui 11
paucorum Religiosorum novi Conventus, seu veriùs pro supplemento victus, quatenùs annuus redditus non sufficeret, juxta præcisa verba Fattinelli ubi supra.

Ex quibus non valentes Oppositores legali fundamento impedire executionem, & fundationem novi Conventus, ad illam saltem retardandam in præsenti 12
super admissione Articularum, quorum major pars non potest sine admiratione sub oculis haberi, ut in simili scriptum reliquit Card. de Luc. de Jurisd. in Addit. *ad disc. 64. num. 52.*

Inter alias enim verè maximas improprietates, articulo 13. prætendunt probare -- *Che se si dovesse erriggere altro Convento, ò Fabrica de Religiosi in questa Città* non vi è luogo convenevole, capace, e propor- 13
zionato, tanto dentro la Città, quanto fuori del Borgo -- Atque longè majori improprietate arguendo à pari in articulo 17. ità discurrunt -- Li Giesuiti, che 14
stanno in questa Città, hanno di entrata 3000. ducati, e più, con tutto ciò solo otto soggeti, tra Padri, e fratelli possono mantenere, or si veda, che annua Entrata bisognerà à d. PP. Teresiani, che doveranno essere dodeci -- quæ sunt adeò insubsistentia, adeoquè impropria, ut nullam mereantur responsionem, nè 15
credibilia videantur, juxta animadversionem *D. Athanasii*, relati in *Instit. Crim. lib. 4. tit. 8. numer. 123.* ibi -- *Nimis falsa non sunt refellenda, nè habita fuisse credibilia videantur.*

Ac si scuta 375. annua non sufficerent prò congrua manutentione unius Jesuitæ, dum divisi illorum Reddi-
tus *di Ducati 3000. e più in otto soggetti, trà Padri, e fratelli* adamus sint eadem summa sc. 375. correspondet 16
unius cujusque portioni; Prout etiam, ac si adversus rei evidentiam in una ex magnis Civitatibus Regni Neapolis, qualis est Civitas Melficti, quæ ulterius pro eleganti, seu pulchra Civitate describitur *à Baudran. in Lexic. Geographicon. verb. Melfictum*, necnon in ejus 17
suburbiis non esset assignabilis congruus situs pro habitatione duodecim Religiosorum.

Gratias autem agimus exadversò scribenti prò illa Cura, quorum gratis ubique in se assumit, tanquàm Architectus, vel uti Magister Domus Nostrorum Religiosorum, ad ostendenda quòd ex illorum præsentibus Redditibus, seu Legatis, non possint magnum construere Conventum, maximamque ædificare Ecclesiam. Ex iis enim, quæ latè observant *Phanuc. & Piazza in proem. eorum Tractatuum delle Opere pie di Roma*, fere omnia illa magnifica Lota, & conspicua 18
ædificia, quæ hodiè sunt artis Miracula, debilia habuere principia, quod proprium est quotidiè verificatur in omnibus humanis operationibus, ut ad re ob- 19
servat

servat *Card. de Luc. in Miscell. Eccl. disc.* 36. *in princ.*
sequutus à *Pompejo Ursayæ* , *meo dulcissimo Filio* ,
in Miscell. sacr. & profan. lit. O. num. 49. *& addo eundem*
Card. de Luc. de Benef. disc. 88. *n.* 9.
Pro congrua autem responsionem dicimus quòd nostri
Religiosi non habent in mente construere , tàm
magna ædificia, minùsque imitari illum Patrem fami-
20 lias, qui describitur *à Div. Luca* 14. 20. qui cepit ædi-
ficare, & non potuit consumare, sed contenti sunt æ-
dificare eorum Ecclesiam , & Conventum ad illam
Symetriam, & proportionem, secundum quam , jux-
tà quantitate eorum Reddituum consumare , & per-
ficere poterunt eorum ædificia.
Deveniendo ad contrarias exceptiones, non sine ad-
miratione sub oculis haberi potest illa , ut scilicet ab hac
Sac. Congreg. canonizetur scandalosa prohibitio , ec-
clesiasticæ Personæ acquirere , & retinere non possint
Bona Stabilia, constituendo illas in longè pejori statu ,
21 & infeliciori conditione , ac sint Personæ seculares,
cum illo inconvenienti , de quo *in Cap. Non minùs de*
Immun. Eccles.
Ad demonstran. verò insubsistentiam, ejusdem con-
trariæ petitionis, sat est relativè se habere ad ea, quæ
in hac parte communiter observant Canonistæ omnes
circa facultatem acquirendi , & possidendi Bona in
Communi , quam ab Appost. Sede obtinuerunt mul-
tæ Religiosæ Familiæ, inter quas numeratur nostra.
Insubsistens pariter est alia exceptio , novaque pra-
xis conficiendi in his casibus Judiciales Processus, cum
Articulis , & Interrogatoriis coram hac S. Congregat.
antequàm concedantur Licentiæ profundandis novis
Conventibus. Ultra quod enim similes judiciales Pro-
cessus admitti non solent in Causis coram Sacris Con-
23 gregationibus pendentibus , juxtà *Constit.* 74. *Sa. me.*
Sixti V. renovatam, & confirmatam *à Sa. me. Innoc.* XII.
in Constitut. 71. *ejus Bullarioli.*
Stricte dicimus, quòd Episcopus non tenebatur aliud
facere, quàm ad unguem servare , prout punctualissi-
mè adimplevit, Rescriptum hujus S. Congregationis,
quo mediante, fuit ei injunctum ibi -- *Episcopo pro In-*
24 *formationem* , *& Voto* , *auditis Parocho universitate*,
Clero , *& aliis Regularibus* , ut testatur in Relatione
data in Summario undè nescimus videre, ubinam fun-
detur hodiè contraria istantia , non habens alium fi-
nem, quàm de fatigandi pauperes Religiosus inutili-
bus Expensis præsentis Litis , quæ intolerabiles esse
solent, experientia teste, & id observant Rota *in d.*
25 527. *n.* 2. *part.* 18. *& d.* 419. *num.* 17 *part.* 19. *rec.*
Ejusdem farinæ est alia contraria exceptio ; quod ex
præsentibus Redditibus non possint manuteneri in no-
vo Conventu duodecim Religiosi ; Cùm enim id præ-
tendatur exadversò ad rationem illius excessivæ quan-
26 titatis annuorum sc. 375. pro unoquoque Jesuita , pro-
prio marte exadversò taxata in contr. Summ. art. 17. re-
spondemus , id esse porsus insubsistens ; Longè enim
minor quantitas exuberat pro manutentione unjuscu-
jusque ex nostris Religiosis, præcipuè quia sumus in Ci-
vitate , & Regione nimis fertili, abundanteque omni-
27 bus rebus , ad humanum victum necessariis ex ani-
madversis in novo Atlante in Descriptione Provinciæ
Barensis lit. Ddd. itaut unita solita Eleemosyna Missa-
rum Redditibus illis, quæ hodiè admittuntur in utro-
que Sum. dubitari nullat. valet de congrua, & Commo-
da substentatione nostrorum Religiosorum, ex animad-
versis per Episcopum in Relatione, data in Summ.
Exagerato dissensui unius , vel alterius Ecc. nostræ
Civitatis cathegoricè respondemus, quod cùm nullam
habeant , nec adducant juxtam , & fundatam Causam
contradicendi, illorum dissensus in nulla prorsus consi-
deratione habendus est , & quatenus requireretur ab
hac S. Congreg. supplendus esset ex adductis indutio-
28 nibus Juris Parochi dissentientis per *Campanil. in Diverf.*
Jur. Canon rubric. 12. *cap.* 13. *num.* 11. *Pignatel. Consult.*
177. *n.* 53. *to.* 1 ex firmatis per *Rot. in punctuali dec. Bar-*
chinone fundationis Conventus coràm Parcirolo , impres-
sa *à Pignattel. d. consult.* 177. *sub num.* 53. *tom.* 1. ibi --
29 Denique non obstant contradictiones Parochi , & alio-
rum , tum quia cùm non habeant juxtam Causam , il-
lorum contradictio non attenditur.

Ultrà quod in hac parte procedendum non est ad in-
star Dictarum Poloniæ, in quibus omnes omnino Nun-
cii, illas componentes, concurrere, & consensum præ-
stare debent pro illorum validitate, sed unicè attendi-
tur, an major pars eorumdem Ecclesiasticorum con-
sensum præbeat, illam præferendo minori parti dissen-
tienti, præcipuè quando Caput eorundem Ecclesiasti-
corum , quale est Episcopus, inclinat pro fundatione ,
ut in punctualibus terminis nostri Casus egregiè obser-
vat *Card. de Luc. de Regul. disc.* 29. *n.* 16. *vers. Bene ve-*
rum , ubi naturalem assignat hujus Conclusionis con-
gruentiam, quia scilicet aliàs nunquam similes funda-
tiones suum sortirentur effectum , quia facile est aliqui-
bus Regularibus, vel Clericis , oppositionem effectu-
antibus, in suam opinionem trahere aliquos ex propriis 32
Amicis, vel Conjunctis.
Merè possibilia præjudicia, ex pia largitione Fidelium
de facili in futurum exercenda erga, nostros exempla-
res Religiosos, nullam merentur hodiè animadversio-
nem ad impediendam fundationem nostri Conventus
ex punctualiter animadversis per *Pignatel. consult.* 177. 33
num. 55. *in fine tom* 1. ubi quod imaginaria diminutio
Eleemosynarum , utcumque possibilis , non est tanti
facienda, ut ejus debeat ratio aliqua haberi ad impedien-
dum pium Opus, ad publicam Animarum Salutem ten-
dens, & concordant *Card. de Luc. de Regul. disc.* 29. *num.*
6. *& disc.* 31. *num.* 16. *in fine* , *& disc.* 33. *n.* 9. Ubi quod
tale prejudicium , uti nimis remotum, & incertum, in
nulla prorsus consideratione habendum est.
Ea demum, quæ exagerantur de Distantia 140. Can-
narum ab Eccl. seu Conventibus aliorum Religioso-
rum Melfictæ, à nostra futura Ecclesia, & Conven-
tu, sunt piæ meditationes, quia cum ex decimo quarto
Oppositorum articulo , dato Summario. Li PP. Teresia- 35
ni, che pretendono introdursi non anno suolo, Casa,
Chiesa, Fabrica, o sito -- poterit dari Casus, quod in
futurum inveniant consonum situ, in Loco , distante
plusquam 140. Cannis ab aliis Conventibus, & sic ve-
rè, & propriè est ponere Currum antè Boves, se diva-
gare hodiè circa usum , vel non usum Appostolicarum
Constitutionum, de tali distantia disponentium, & an
illæ locum habeant solum in Locis angustiis, vel proce- 36
dunt etiam in populosis Civitatibus, in quibus videmus
quotidie ædificari novas Ecclesias absque ullo respectu ad
distantiam nedum 140. Cannarum , sed neque etiam
140. Palmorum.
Quæ omnia videntur superabundare prò favorabili re-
solutionem, & tamen non omittimus observare, quod
sola consideratio majoris Cultus Divini, ex nova intro-
ductione nostrorum Religiosorum resultantis, præfe-
renda esset omnibus scrupulositatibus , & possibilibus
præjudiciis, gratis ubique ab Oppositoribus exageratis, 37
& quod magis est sine legitimis Documentis magnifi-
catis, & in dubio etiam pro nova fundatione semper
esset respondendum, juxtà theoricam *Butr. in cap. Cum*
olim num. 15. *de Consuet.* de qua *Pignatel. d. Consult. Can.*
179. *num.* 4. *tom.* 1. *& Rot. coram Seraphino d.* 847. *numer.*
3. *& in rec. dec.* 258. *num.* 23. *part.* 7.
Attentis præcipue congrua substentatione nostrorum 38
Religiosorum, precibus Rever. Episcopis instantia duo-
rum Parochorum, non dissensu majoris partis Regula-
rium, & Consensu totius Populi nostræ Civitatis, uno
ore hanc Gratiam expectantium ab hac Sac. Congregat.
-- *Durum enim valdè esset negare hanc Spiritualem con-* 39
solationem Civitati, enixe supplicanti, ut per hæc præci-
sa verba concludit *Pignatel. d. Consult. Canonic.* 177. *num.*
4. *tom.* 1.

IN EADEM CAUSA.

Annis proximè elapsis supplicarunt Patres Carme-
litæ Discalceati huic Sacræ Congregationi pro Gra-
tia fundationis Conventus in Civitate Melphicti , co-
herenter ad enixa Vota Civium ejusdem Civitatis, qui
etiam ad hunc effectum pias Donationes favore eorun-
dem expleverunt, & signanter Andreas Antonaccius ,
qui adeò sollicitè exoptavit Conventus fundationem ,
ut in Donatione , quam fecit die 26. Junii 1709. seu
declaraverit , quod quatenùs intra spatium sex anno-
rum

rum non fuerit cæpta materialis Fabrica dicti Con-
40 ventus, Bona donata ad ipsum redirent & Remissisq; illorum precibus Rev. Episc. Inf. & Voto, ab eo datum fuit, & terminatum sequentibus verbis -- *E per umiliare il mio parere all' EE. VV. adempendosi in questa materia il prescritto delle Constituzioni Pontificie, l' EE. VV. potrebbero benignamente condescendere a far la Grazia agl' Oratori, alle Suppliche de' quali unisco le mie.*

Videntem autem Oppositores, quòd fundationem nostri Conventus evitare non poterant, præ viribus procurarunt Causæ propositionem in Sacr. Congregatione per plures vices protrahere, ut interim laberetur sexennium, à dicto Antonaccio volitum, & intra illud incipi non posset Fabrica materialis Conventus,
41 & sic sub hujusmodi prætextu dici posset, illius Donationem fuisse resolutam. Quo circa nostri Religiosi, ad tollendam omnem difficultatem, porrexerunt Memoriale pro Rescripto, *ut tempus, & tempora non currerent*; in qua parte Voti compotes effecti fuerunt.

Supplices hodiè redeunt pro eadem Gratia, quæ videtur concedenda, ex quo concurrunt omnia Requisita fundationis novi Conventus ex animadversis supra.

Non attento, quod ex quinque Regularium Conventibus, nempè PP. S. Dominici, PP. Minorum de
42 Observantia, PP. Conventualium, PP. Cappuccinorum, & PP. Societatis Jesu; quæ sunt in eadem Civitate Melphicti, duo solum, nempe ille PP. S. Dominici, & PP. Minores S. Francisci consensum dederint, Deficiatque consensus PP. Conventualium, PP. Cappuccinorum, & PP. Societatis Jesu.

Duplici enim responsione diluitur contrarium Objectum; Primò quia ex Constitutionibus Apostolicis non exigitur consensus Regularium simpliciter, sed alternativè, vel quòd ipsi consentiant, vel quòd constet Ordinariis, & Episcopis, Religiosos præexistentes nullum pati præjudicium ex nova Conventus
43 fundatione, & Regulares novi Conventus sustentari posse absque præjudicio aliorum; Cum autem Episcopo Melphictensi consisterit, nostrum Conventum, noviter erigendum, posse commodè manuteneri absq; præjudicio aliorum, in Civitate commorantium, qua de causa suum Votum dedit pro nostra fundatione, curandum non est de eorum consensu, dum ille suppleri potest per hanc Sac. Congregationem, ex latè animadversis supra.

Secundò, quia habemus Pontificium Indultum Clementis IX. concedentis nostræ Religioni amplissimam facultatem ubique Locorum fundandi novos Conventus cum sola Licentia Ordinarii, *nullo aliarum Personarum cujusvis Ordinis, etiam Regularium, requisito consensu*, juxta illius præcisa verba, quod punctuali e-
44 xecutioni omni Jure demandandum est, ex adductis per *Card. de Luca de Benef. disc. 89. sub num. 2. vers. Sed melius*, & firmatis per Rot. *in dec. 3. num. 6. cor. Ansaldo, & in Legionen. Parochialis 4. Decemb. 1693. §. Non obstan. cor. Pio.*

In cujus clarissimæ Constitutionis conflictu non credimus, allegandam exadversò notam Constitutionem sa. me. Urbani VIII. derogatoriam similium Privilegio-
45 rum, quam per extensum impressit *Donat. Rer. Regul. tom. 2. tract. 1. de Monaster. ædifican. quæst. 8. per tot.* Quidquid enim sit, an per talem generalem revocationem antiquorum privilegiorum, diversis Religionibus à multis Summis Pontificibus concessorum, revocatum dici possit speciale privilegium, nostræ Religioni concessum à Paulo V. inter ejus Constitutiones in ordine *Bullar. nov. to. 3. la* 10. quæ ita sum-
46 matur -- *Quod Fratres Ordinis Carmelitarum Discalceatorum possint ubique de sola Licentia Ordinarii nova construere Monasteria*, & cui in dicta Urbana Constitutione specialiter, & expressè derogatum non fuit; Hoc unum est æque indubitatum, ac innegabile, quòd in omnem casum idem posterius speciale Privilegium Clementis IX. omninò præferendum est dictæ antiquæ
47 generali revocationi s. m. Urbani VIII. juxtà regulam, quod posteriora derogant prioribus, de qua *Sylveir. Opusc. 2. de Declarat. Card. nu. 11. fol. mihi* 283. *Pignatell. consult.* 107. *num.* 14. *tom.* 1. *Rot. dec.* 395. *n.* 1. *coram Emerix jun. & in Melevitana Decretorum* 2. *Martii* 1707. *§. final. coram Ansaldo*, cum aliis allega- 48
tis in *tom.* 1. *par.* 2. *disceptat.* 18. *num.* 10. *& discept.* 26. *num.* 57.

Non obstant pariter octo aliæ Partis oppositiones, per superadditæ antiquis.

Non prima, quòd Civitas Melphictensis numerat Animas 7000. & quòd Parochiæ sunt benè administra- 49
tæ à Parochis, eorumque Coadjutoribus.

Episcopus enim in sua Relatione asserit, numerum Animarum ascendere ad 7808. laudatque diligentiam, & assistentiam dd. Parochorum, sed non indè excludit necessitatem novi Conventus, ea ratione, quia quò magis Civitas est populata, eò magis indiget spirituali præsidio, qua de causa ipsimet diligentes Parochi præstiterunt consensum, ut pii crescerent Operarii in Vinea Domini, & ab ipso Reverendissimo Episcopo enixis precibus id petitur in ejus Relationibus, optimè conscio indigentiarum spiritualium suæ 50
Civitatis, & Diæcesis, per ea, quæ observat *Rota in decis. 98. num. 19. cor. Ansaldo.*

Secundò opponitur, quòd Territorium Melphictense est angustum, & in illo caro pretio vivitur, quòdque major pars Territorii possidetur à Locis piis, & Ecclesiasticis; Sed hanc exceptionem excludit Epis- 51
copus asserendo prædictum Territorium esse fertile; quodque Civitas ipsa abundat pecuniis, Quò circà etiamsi vera esset loci angustia, fertilitas Territorii, & affluentia pecuniarum supplerent omnem prætextum contrarium.

Tertiò opponitur, quòd novus Conventus est superfluus, dum adsunt in Civitate quinque alii Conventus numerosa esse Religiosarum Familiarum; At Facillimè respondetur, dum prædicti Conventus nullum 52
præjudicium recipiunt ex nova ulteriùs Conventus fundatione, & solemniter testatur Magistratus nostræ Civitatis his verbis -- E come detta nostra Città è una delle commode della Provincia &c. ed oltre la Catedrale non tiene altre Parochie, fuor che una sola Chiesa di S. Stefano nel Borgo di essa, e non tiene altri Regolari, che li seguenti, cioè: Li Reveren. di Padri Domenicani, li quali hanno il loro Monastero assai abondante di Fondi, e di Rendite di più sorti; Li Reverendi Padri Minori dell' Osservanza di 53
S. Francesco, che, oltre le elemosine, e Rendite della Chiesa, anno goduto sempre ab antiquo, e ricevono attualmente l'alimento quotidiano, che puntualmente gli somministra questa nostra Vniversità di ducati 10. il mese, & ogn'anno altri sovvenimenti, e Pietanze straordinarie; Li Reverendi Padri Minori Conventuali di S. Francesco, chè, oltre li loro Fondi, e Rendite certe, li frutta assai la Chiesa, e stanno commodi, di modo tale, che da qualche tempo à questa parte ci anno posto lo studio per li Studenti della loro Religione nel Convento di Molfetta: Li Padri Cappuccini, che da alcuni anni in qua anno eretta da fondamenti, e fabricato una nuova Chiesa di tutto punto, & aggionte molte Fabriche al loro Convento, ed oltre le Messe, ed elemosine, che li si danno, col questuare dalli particolari Cittadini, ricevono stabilmente per il loro quotidiano vitto ducati sette, e mezzo il Mese da detta nostra Università, che li somministra ancora altre Pietanze annuali, ed elemosine estraordinarie; E li Padri Giesuiti, li quali anno una magnifica Chiesa, & assai nobile Colleggio, ricco di fondi, e di Rendite, che li fanno vivere più, che commodi. -- Quod comprobat etiam in nova Relatione Episcopus.

Quartò asseritur, quòd omnes Redditus, & Introitus Civitatis consistunt in Gabellis, à quibus cùm sint exempti Ecclesiastici, remanet illa debitis gravata; Sed contrarium latè ostendit Episcopus in d. 55
nova Relatione, ubi concludenter probat, quod nostra Civitas est opulenta illiusque Introitus valdè superant exitum.

Quintò excipitur, quòd ex introductione PP. Carmelitarum alii Religiosi præjudicium forsan paterentur, & signanter Mendicantes, timentes perdere Missarum Eleemosinas; At prorsùs diluitur ex suprà relatis

latis

latis verbis nostri Magistratus & meliùs ex eo, quod refert Episcopus ibi. *In ordine alle Messe, dico, che ve n' è copia, di modo, che non potendosi sodisfare in Città, si mandano fuori; Circa l' altre Limosine, essendo la Città pia, e molto commoda, mi fa credere, che non sia per togliere alli sudetti, molto meno le mensuali assegnateli, come sopra, dalla Città, le quali sono di obbligo*

Sextò, quod consensus Civitatis pro nostra fundatione datus fuit in Regimento secreto, non autem in Consilio Generali; Quæ animadversio nullam habet subsistentia; consensus enim positus, nedum legitimè præstitus fuit, juxta solitum sed quod magis esse fuit
57 etiam confirmatus à Regio Assensu, ibi. *Per quello, che io resto informato da Persone leali, e prattiche, la verità si è, che il consenso fu dato legitimamente secondo il solito nel Conseglio de' Nobili, e Civili, e confermato dal Regio Assenso*, juxta præcisa verba Rever. Episcopi in d. Relatione.

Septimò opponunt, consensum Cleri, seu Capituli, non fuisse canonicè præstitum, quia Vicarius Capitularis, ut suum Votum præberet favore nostrorum Religiosorum alium Ecclesiasticum, qui non erat de gremio Capituli; & ulteriùs quòd Vota data non fuerunt secretò: Cessat autem in radice omne fundamentum hujus oppositionis; observando, quod sine Vicarius Capitularis præsideret, sive non, semper dare poterat ejus Votum; Quòd autem consensus datus fuerit apertis suffragiis, nil nocet, imò egregiè favet; Nàm si ad effectum, de quo agitur, sufficit etiam consensus tacitus, & præsumptus, quodque de eo quoquomo-
58 do constet per præsumptiones, & conjecturas, ut observat *Card. de Luca de Regul. discur.* 33. *nu.* 10. Quantò magis habenda est ratio de consensu, præstito publicè, & palam, ex quo fortiùs emergit clara, & expressa voluntas consentientium, argumento *Text. in l. De ætate ff. de Probat. & l. Non fatetur ff. de Confess.*

Octavò denique excipitur, quòd Andreas Antonaccius revocavit Donationem, factam nostris Religiosis de ducatis 5939. 50. ex eo, quia intrà spatium sex annorum Fundatio Conventus non fuit initiata cum Fabrica illius materiali, & assistentia saltem unius ex nostris Religiosis, sicque locus non sit Fundationi Conventus, cùm deficiat capitale annui redditus ducato-
59 rum 287. 50. quibus præ cæteris sustentari poterant duodecim Religiosi, in Conventu erigendo permansuri; Et hoc est illud fundamentum, pro quo exagerando adeò laboravit Pars adversa, protrahendo per adeò longum tempus Causæ propositionem in hac Sac. Congregatione, ut interim laberetur sexennium, determinatum ab Antonaccio pro incipienda materiali ædificatione nostri Conventus.

Sed frustrà id hodiè opponitur, quia, ut tolleretur talis prætextus, curavimus, per Auditorem Sanctissimi remitti Causa super hujusmodi revocatione Donationis ad hanc Sacram Congregationem, quam de cætero Pars adversa volebat apud Judicem de Partibus disceptare, nè ab EE. VV. de viribus prædictæ revocationis cognosceretur, & haberent interim ligatas manus
60 in demandanda petita Fundatione; Quocirca, citato in præsenti exadverso Comparente, qui pariter est Procurator prædicti Antonacci, dum uti talis comparuit cor. eodem SS. Auditore pro remissione Causæ ad Partes, firmiter credimus, prætensam revocationem non subsistere, sed esse servandam Donationem, & per consequens nullum habere fundamentum hujusmodi Partis oppositionem ad retardandam nostri Conventus Fundationem.

In hac etiam materia attenditur solummodò, an ad fuerit dolus pro parte illorum, qui adimplere debebant, Nam si intercessit dolus, resolvitur Donatio; Secus verò si dolus non intervenit; In præsenti autem casu est plusquam patens, quòd nostri Relig. dolosè, & cùm malitia non contravenerunt conditioni appositæ; Undè certissimi Juris
61 est, quòd à commodo Donationis non ceciderunt juxta punctualem *cons. Cephal.* 68. *num.* 20. *lib.* 2. Ea ratione quia ad hunc effectum quælibet causa, etiam injusta, fatua, seu bestialis, sufficit, & excusat, adeout, dum agitur de pœna evitanda, semper facienda sit omnis favorabilis interpretatio, ut in terminis ferè per hæc verba 62
id firmavit *Rota coram Roxas decis.* 416. *num.* 2. *& seq.* & in alio consimili casu *cor. Cerro decis.* 622. *nu.* 1. *& seqq.* confirmata *dec.* 652. *cor. eod.*

Potissimè concurrente justa, & reali causa excusationis doli, & malitiæ ex Lite, quam coacti fuerunt nostri Religiosi substinere cum Oppositoribus, qui ad hunc effectum illius Resolutionem per longum tempus pro- 63
traxerunt, ut pro sequitur in puncto *Rota in d. decis.* 622. *sub numero tertio §. Concurrentibus cor. Cerro.*

Præ oculis etiam ad hunc effectum habendo recursum ad hanc Sacr. Congregationem, necnon ad Rescriptum ab ea obtenta, ut tempus, & tempora non currerent, qui valdè operari debet in præsenti, ad effectum evitandi dolum, & malitiam, necnon pœnam caducitatis, exadverso prætensæ; Attenta enim dicta clausula, tempus, ab hac Sacra Congregatione prorogatum usque ad hodiernam Causæ propositionem, dicitur unum, & idem cum sexennio antecedenti, 64
quod dicitur adhuc durare, juxta *Textum in l. Et si manente ff. de Precar.* cum aliis apud *Rotam decis.* 505. *n.* 1. *in fine part.* 3. *& decis.* 294. *num.* 18. *part* 18. *rec. & decis.* 83. *num.* 26. *cor. Priol.* & in præcisis terminis facultatis revocandi Donationem habemus duas magi- 65
strales *Decisiones coram Coccin. nempe la* 1899. *num.* 6. *&* 7. ubi quod pendente dilatione, nulla potest considerari mora, *& la* 1944. *per tot. cor. eodem.*

Non refragante, quòd nostrum Memoriale lectum fuit in Sacra Congregatione, habita die 2. Augusti anni elapsi 1715. qua die fuit dictum *Dilata, & proponatur omninò in secunda, etiam unica, & interim tempus, & tempora non currere*, quo tempore sexennium jam erat elapsum per tres dies antè, nempè sub die 27. Julii dicti anni. Ultrà quod enim adeò breve tempus trium dierum ad nostrum effectum in nulla habetur consideratio- 66
ne, ex punctualiter firmatis per *Rotam in decis.* 1899. *numer.* 13. *& seqq. coram Coccin. & decis.* 1944. *numer.* 19. *coram eodem*. Strictè dicimus, quòd cùm per multos dies antè elapsum tempus fuerit Memoriale porrectum Sac. Congregationi, & ab ista remisso Eminentissimo Ponenti, à quo proponi non potuit, nisi sub d. Congregatione habita 2. Augusti; In istis terminis attenditur tempus Recursus, ad quod Rescriptum retrotrahitur, ex adductis per *Felin. in cap. Super literis numer.* 13. *de* 67
Rescript. & firmatis *per Rotam in dec.* 33. *num* 1. *& seqq. coram Otthobon. & dec.* 1191. *num.* 2. *coram Emer. jun.*

Nec dicatur, quòd cùm simus in Donatione conditionali, hæc statim, transacto tempore, in illa præscripto, evanuerit, eò quia in conditionalibus attendatur merum, & nudum factum; Objecto enim punctualiter occurrit *Sacra Rota in d. decis.* 1899. 68
numer. 11. *&* 12. *coram Coccin.* observando, contrariam reflexionem veram esse in relictis sub conditione resolutiva, quia in istis terminis, qui sunt nostri, relictum à principio dicitur purum, & sola ademptio remanet conditionalis, quæ omnia magistraliter com- 69
probat in alia *decis.* 1944. *à num.* 23. *usque ad finem coram eodem Coccin.*

Die 29. Augusti 1715. proposita Causa in Congre- 70
gatione Episcoporum per Card. Grimaldum, rescriptum fuit: *Audiatur Episcopus super novis Precibus*. Neque aliud actu postea fuit.

DISCE-

DISCEPTATIO X.

Romana Spolii

PRO

Conventu PP. Conventualium SS. duodecim Apostolorum de Urbe.

CUM

Conventibus Albani, & Castri Bononiensis ejusdem Religionis.

ARGUMENTUM.

Bona, quæ Religiosus acquirit in pluribus Conventibus, an spectent ad Conventum nativum; Vel potiùs ad alium, cui fuit affiliatus; Et an ad d. effectum præ oculis habenda sit illa circumstantia; quòd ei fuerint elargita intuitu propriæ Personæ, vel Conventus.

POstquàm Pater Seraphinus Guttarellius ingressus fuit Religionem Minorum Conventualium, emittendo Professionem in Conventu Castri Bononiensis, ferè nunquàm in eo permansit, sed juvenilibus annis per exteros Conventus divagando, ibi studii operam dedit, & signanter in Collegio Sancti Bona-
1 venturæ de Urbe, postmodùm fuit Regens in pluribus Civitatibus, deindè Inquisitor in Civitate Adriæ, nec non Provincialis, ac etiam Guardianus Bononiæ, & denique spatio duodecim annorum fuit Inquisitor Sancti Officii in Conventu Civitatis Senarum, ubi quandiù remansit, non fecit, nisi peculium scutorum centum circiter monetæ Romanæ, ut ex Partitis Ærarii hujus Conventus, in quo scribuntur pecuniæ Religiosorum datis in Sumario.

Cùm autem Congregatio Sancti Officii eum destinasset habere hic in Urbe in munere Qualificatoris per suas Litteras sub die 19. Octob. 1700. illum declaravit Patrem supra numerarium Conventus Sanctorum Apo-
2 stolorum de Urbe; ordinando ejus Guardiano, ut eundem pro tali recognosceret, & tractaret, cùm omnibus Convenientiis, & commodis, dari solitis cæteris Patribus Conventus.

Reclamarunt Guardianus, aliique Patres, exponendo eidem Congregationi gravamen Conventus,
3 nec non obstaculum Brevis Clementis X. adhuc tamen eadem Congregatio stetit in Decretis, iterùm ordinando, quòd Pater Guttarellius admitteretur, ut ex novis Litteris expeditis die 9. Novembris 1700.

In exequutionem hujusmodi Decretorum fuit ille admissus inter Patres Conventus, & in admissione
4 secum tulit peculium supradictorum scutorum centum circiter, simul cum nonnullis Mobilibus, scilicet *un Piattino con due Ampolline per la Messa, & una Tazzetta tutta d'Argento.*

Rotam fecit in Urbe dictus Religiosus in figura Patris Supranumerarii usque ad diem 19. Februarii 1702. de quo tempore cùm vacasset unus ex decem Locis Patrum de numero, seu Filiorum Conventus
5 per obitum Fratris Felicis Rotundi, admissus fuit inter Filios Conventus, & recognitus tanquam unus ex decem Patribus numerariis, cui admissioni, licèt se opposuisset Pater Joseph Pergolini, qui virtute Brevis Apostolici, ei concedentis admissionem ad primum vacaturum, occupare, intendebat locum,
6 ut suprà vacatum, attamen delata controversia ad Congregationem Sancti Officii, hæc decrevit, quòd Pater Guttarellius præferri, & manuteneri deberet in præsenti vacatione, ut ex Decreto, approbato per Summum Pontificem dato in Summario.

Ab hoc tempore à die scilicet 19. Februarii 1702. in posterùm Pater Guttarellius omnia excrevit, tanquàm verus Filius Conventus, interveniendo, & dando Votum in Capitulis Conventualibus quibuscumque, & signanter in illis, in quibus agitur de admissione, seu Cooptatione in Filium ipsius Con- 7
ventus; nec non assumptus fuit ad Officium Parochi ejusdem Conventus, quod exercuit usque ad ejus obitum, sequtum in ipso Conventu sub die 25. Octobris proximè elapsi 1706.

Per cujus mortem juxta Constitutiones Ordinis, & inveteratam consuetudinem, eidem Conventui, in quo obiit, applicatum fuit Spolium Bonorum, quæ
ipsæ Guttarellius reliquit, consistentium in nonnullis 8
Mobilibus, necnon pecuniis ferè 60. scutorum, cum Decreto ea erogandi in servitium novæ Fabricæ Ecclesiæ & Conventus.

Anhelantes super hoc Spolio, insurrexerunt ex transverso Conventus Castri Bononiensis, & alter Conventus Civitatis Albani, unusquisque prætendens Spolium ad se pertinere; & Causam introduxerunt coram A.
C. Vincentino, mediante Monitorio super Immissio- 9
ne, sed illa reassumpta per Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium, ad eorundem Conventum instantiam delegata fuit ex Commissione Sanctissimi particulari Congregationi trium Illustrissimorum, & Reverendissimorum Prælatorum, in qua dicebam, idem Spolium adjudicandum esse Conventui Sanctorum Apostolorum, non autem aliis prædictis Prætendentibus.

Et primo nullus Conventus admitti potest ad successionem Bonorum, de quibus agitur, nisi ille, in quo ultimo loco Religiosus fuit Conventualis, & in quo decessit, ea ratione, quia quicquid ille reliquit præ-
sumitur acquisitum, ut in casu isto, intuitu Ecclesiæ, 10
seu Monasterii; non autem Personæ, dum per plures annos exercuit Officium Parochi, ex cujus emolumentis præsumptio est, quòd pecuniæ fuerint acquisitæ, nisi probetur, quòd istas acquisiverit Religiosus, an-
tequam fuisset translatus ad nostrum Conventum, *jux-* 11
tà Text. in cap. 1. *de Testament.* ibique *Gloss. verb. Habuisse*, ibi. *Hoc ideo dicit, quia &c. quicquid posteà habuit, totum fuit contemplatione Ecclesiæ, & non Personæ, acquisitum, Hostien. num.* 6. *in fine*, ibi. *Immò qualitercumque, nisi aliud probetur, est pro Ecclesia præsumendum: Joan. Andr. num.* 6. *in fin. & in capit. Quia Nos num.* 1. *vers. Idem dicimus eod. tit. Navarr. de Regular. Comment.* 2. *num.* 6. §. *Sextò infertur*, & §. *Octavo infertur vers. Quæ omnia*, *Rota coram Cavaler. dec.* 606. *num.* 13. & 14.

Et in terminis individualibus probat *Cardin. de Luc. de Regular. disc.* 39. *num.* 16. & *disc.* 57. *num.* 13. ibi. *Absolutum est, ut acquisitio fiat illi Conventui, in quo*
moratur, dum ita principaliter ejus intuitu Religiosus, 12
tanquam ejus Operarius, acquisitionem fecisse videtur, & optimè *Lezzan. in Summ. Quæst. regular. tom.* 2. *in verb. Spolium Regularium num.* 17. & 18. 26. & 27.

Neque adversatur, quòd Pater Guttarellius in quodam Elogio nuncupato *Spropria*, asseruerit, pecunias fuisse ab eo acquisitas, antequàm veniret ad Urbem; Etenim in præjudicium Conventus hujusmodi *Spropria* nihil probat, tanquam facta contra prohibitionem Litteræ Pastoralis Ministri Generalis pro guber-
nio, & reformatione Status regularis, ibi. *Non ci con-* 13
tentiamo, che si faccia la Spropria ordinaria, sigillata, da cui possono seguir molti disordini. Unde cum facta fuerit clausa, & sigillata contra prohibitionem Legis, sumi non potest pro fundamento intentionis, nec exinde aliqua probatio deduci in præjudicium Tertii, seu
Conventus, sed aliunde iustificari debet ex nota regu- 14
la, quòd in actibus prohibitis assertio non relevat, si aliundè non iustificetur, de qua *Card. de Luc. de Don. disc.* 31. *num.* 13. *et in Summ. num.* 52. *et de Paroch. disc.* 35. *numer.* 6. *et de benef. disc.* 45. *num.* 6. *Rot. decis.* 332. *numer.* 4. *part.* 18. *recentior. et coram Cels. decis.* 332. *numero septimo, decis.* 352. *numer.* 9. *et disc.* 402. *num.* 5.

Citra omnes difficultatem; quia hujusmodi assertio probatur erronea ex publicis Documentis; Juxta enim Religionis Institutum omnes Religiosi, ne sint Proprietarii, tenentur in nostro Ordine omnes pecunias, quas habent, describere in Ærario, ut ex Decreto Sacræ
Congregationis Visitationis Apostolicæ inserto *in Con-* 15
stitu-

ſtitut. cap. 4. *Regulæ tit. primo ſub numer.* 2. *§. Pecuniæ verò* In Ærario autem Conventus Senarum Pater Guttarellius deſcripſit ſolum peculium ſecutorum centum, & translatus ad Urbem in noſtro Conventu ſecum aſportavit eandem ſummam, & in hujus Conventus Ærario eandem præciſam ſummam deſcripſit, Ergò non ſubſciſtit, quòd ipſe Romam aſportaverit ſcuta 600. circiter, quia Libri Ærarii, tam Conventus Senarum,
16 quàm noſtri Contraria, probant negativam, ex adductis per *Menoch. de Præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 139. *num.* 20. *Pacian. de Probat. lib. primo cap.* 44. *numer.* 1. *Rocca diſp. Jur. cap.* 68. *num.* 3. & *cap.* 84. *num.* 1. & *Rot. cor. Celſo deciſ.* 130. *numer.* 12. cum aliis, citatis *in Neapolitana Penſionis* 22. *Aprilis* 1697. *§. finali coram Urſino.*

Eò magis autem negativa probatur ex hujuſmodi Libris, dum aliàs eſſet præſumere in P. Guttarellio duplex delictum, & peccatum contrà Regulam paupertatis, dum peccaſſet primò non deſcribendo in Ærario Conventus Senarum quantitatem pecuniarum, quas habebat, & peccaſſet ſecundò, non deſcribendo eandem in Ærario noſtri Conventus, ſtatim ac tranſivit ad illum,
17 ideoque cùm id præſumendum non veniat tamquàm occultatio pecuniæ, contraria Inſtituto Regulari, Fortiùs exindè probari debet negativa deſcriptionis in Libris Ærarii, & contraria aſſertio facta in *Spropria* reiicienda venit, tanquàm erronea, & involvens turpi-
18 tudinem ipſius Aſſerentis, *ad Text. in l. Cùm falſa C. de Jur. & Fact. ignorant. Rota deciſ.* 201. *num.* 7. *par.* 18. & in terminis aſſertionis erroneæ, factæ per Teſtatorem, *Rot. deciſ.* 69. *num.* 15. *part.* 15. *recent.*

Hinc, cùm præſumptio Juris ſtet pro acquiſitione, facta ex fructibus Parochiæ Conventus, de tempore, quo ibi ſtetit, qui contrarium prætendit, probare tenetur concludenter, *Rot. cor. Cavaler. deciſ.* 606. *numer.* 13. ibi -- *Quia onus probandi acquiſitionem de certo tempore transferebatur in Capitulum, quod fundabat intentio-*
19 *nem ſuam in acquiſitione, facta ante promotionem* -- Cumque hoc exadversò non ſolùm non probetur, ſed imò ex Libris Ærarii duorum Conventuum liquidò conſtet, pecunias exceptis ſcutis centum fuiſſe acquiſitas in noſtro Conventu, ei propterea, & non alteri ſunt adju-
20 dicandæ, ut probat *Bartol. in l. ſi Servus communis* 37. *num.* 6. *ff. de ſtipul. Servor. Frideric. de Senis conſ.* 35. *per tot.* ſignanter *ſub num.* 3. *verſ. Sed Bona*, & *num.* 4. *verſ. Sicut*, *Zabarell. conſ.* 6. *num.* 2. *Treviſan. deciſ.* 30. *num.* 3. *Bottiglier. de ſucceſſ. cap.* 2. *theorem.* 78 *num.* 12. *Cardin. de Luca de Regular. diſcurſ.* 39. *num. ultim. verſ. Tunc acquiſitio*, & *diſc.* 57. *num.* 13. & 19.

Faciliùs autem, ſi reflectimus, quòd P. Guttarellius tempore, quo munus Parochi exercuit ſpatio 40. menſium non ſervavit Decretum Sac. Viſitæ, emanatum
21 14. Martii 1704. ibi -- *Il Parocho &c. ſia tenuto fare un' altro Libro, ove noti tutte l' Elemoſine*, & *Introiti, provenienti dalla Cura, e queſto eſibiſca ogni meſe al Capitolo Conventuale* -- Undèeò magis dicendum eſt, quicquid pecuniarum reliquit, acquiſiviſſe ex emolumentis Parochiæ, de quibus rationem non reddidit, nec confe-
22 cit Librum hujuſmodi Emolumentorum ad tradita per *Mart. de ſucceſſ. legal. par.* 3. *quæſt.* 13. *artic.* 5. *num.* 19. *cum ſeqq.*

Neque obiici poteſt diſpoſitio *noſtrarum Conſtitutionum cap.* 6. *tit.* 2. *num.* 5. decernens applicationem Bonorum Conventibus nativis; Quoniam illa intelligitur de Bonis, acquiſitis tempore quo quis commoratur in Conventu Nativo, vel quæ acquiſivit intuitu Perſonæ, non autem intuitu Monaſterii, ſeu Conventus ſecundi, in quo deceſſit, ut eſt caſus præſens, ubi quicquid acquiſi-
23 vit Parochus noſtri Conventus, ejus intuitu acquiſiviſſe dicitur, ut in puncto notant adducti per *Lezzan. in ſumma quæſt. Regular. tom.* 2. *in verb. ſpolia Regularium numer.* 26. & 27. *Berou in cap. In præſentia num.* 548. *de Probat. verſ. vel propter rem*, *Sanchez ad Præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 32. *num.* 35. ibi -- *Acquirit Religioſus ei Monaſterio, in quo profeſſus eſt &c. niſi conſtet, contemplatione poſterioris Monaſterii, in quo invenitur, id reli-*
24 *ctum, vel niſi ex re, vel propter rem poſterioris Monaſterii acquirat* -- *Pariſ. in d. cap. In præſentia num.* 183. ibi -- *Si verò ſeparatio non inducit liberationem à primo Monaſterio*, & *tunc ſi bona quæruntur de rebus Eccleſ. alicujus, erunt illius Eccleſiæ*,

Et ſic, firmo manente ſuppoſito, quòd acquiſitio facta præſumatur ex Emolumentis Parochiæ, & intuitu noſtri Conventus, nihil refert in ſpecie an iſte Conventus fuerit, vel non fuerit nativus; Cùm in his terminis, etiam Conventui non nativo applicari debeant Bona, quoties fuerunt ejus intuitu acquiſita ex Emolumentis, & fructibus Parochiæ, cujus cura habitualis eſt penes, ipſum Conventum, ut probant *Canoniſtæ in d. cap. In præſentia de Probation.* quibus addo *Riminald. jun. conſ.* 25
342. *num.* 39. & 40. *lib.* 3.

Minùſque obſtant Conſtitutiones *cap.* 6. *tit.* 2. *num.* 6. ubi decernitur -- *Si quis verò extra nativum Conventum obierit, mobilium Bonorum, à Superioribus ſibi pro neceſſitatibus ad uſum conceſſorum, quæ apud ſe tunc haberet, deductis Curationum, & funerum impenſis, medietas alteri nativo Conventui, altera verò ei, in quo extremum clauſerit diem, dummodò ibi de Familia fuerit, applice-* 26
tur -- Hæc namque Conſtitutio pariter recipit congruum intellectum à Jure, ut intelligatur, vel de Bonis, acquiſitis in Conventu nativo, & aſportatis ad alium, vel de acquiſitis intuitu Perſonæ, non autem intuitu, vel ex rebus ſecundi Conventus, ubi Religioſus de Familia exiſtens deceſſit ex ſupra allegatis.

Quod probat Conſtitutio *cap.* 4. *tit.* 8. *num.* 4. ubi ſtatuitur, quod ſi Fratres velint ad alium Conventum proficiſci, de Familia manſuri, eis conſignari debeant pecuniæ, quomodolibet acquiſitæ, tranſmiſſa Nota eorum ad illum Conventum, ubi is de Familia degere debet Ex quo Clarè ſequitur quòd Conſtitutio prædicta, ordinans diviſionem Bonorum inter Conventum nati- 27
vum, & alium de Familia, intelligitur juxtà tenorem alterius Conſtitutionis, reſpectu ſcilicèt Bonorum mobilium, quæ ſecum aſportavit à Conventu nativo; Non autem, quæ poſteà acquiſivit intuitu, vel ex rebus ſecundi Monaſterii, cùm una Conſtitutio alteram declaret ex firmatis per *Rot. deciſ.* 415. *part.* 4. *diverſ.* & poſt *Merlin. de Legitim. dec.* 36. & *in rec. dec.* 499. *numer.* 24. & 25. *part.* 18.

Idque ea ratione, quia cùm de Jure communi quidquid acquirit Regularis, acquirat illi Monaſterio, in quo vivit, propter onera, quæ ſupportat in eum alimentando, & ſubveniendo in omnibus neceſſariis, ſequitur, ut Conſtitutio, decernens hanc diviſionem inter Conventum nativum, & alium, ubi quis de Familia degit, intelligenda ſit de Bonis, acquiſitis antè in ipſo Conventu nativo, vel alibi ex Relictis hæreditariis, vel induſtria Perſonæ, non autem de acquiſitis in ipſo Monaſterio, in quo vixit, intuitu, & contemplatione illius, cùm hæc dicantur propria ipſius, Mo- 29
naſterii, in quo illa acquiſivit, *Lezzau.* ubi ſuprà *num.* 26. & 28. ibi -- *Cùm acquirere Religioſum Conventui, in quo vivit, ſit Juri communi conforme, omnis alia Conſtitutio, aut ſtatutum contrarium limitari debet, aut interpretationem ab eo accipere* -- & in fortioribus terminis, quod etiam acquiſita ex induſtria, & labore Religioſi cedant in commodum Monaſterii, in quo deceſſit, ratione oneris habiti in eum alimentando, & ſubvenien- 30
do in cunctis indigentiis ſuis, tenet *Bordon. var. reſol.* 43. *numer.* 37. *verſ. Contingere autem tom.* 2. *fol. mihi* 424. *Fontanell. dec.* 224 *numer.* 20. & *ſeqq. Lezzan.* ubi ſupra *num.* 10. 15 & 16.

Quæ diximus procedendo cum erroneo ſuppoſito, quòd P. Guttarellius fuiſſet tantùm de Familia noſtri Conventus, adhuc enim de Jure, ad illum pertinere deberet Spolium Bonorum propter acquiſitionem, factam intuitu ejuſdem Conventus ex officio Parochi, quòd ſolùm habebat, unde acquireret; Nunc autem res tranſit in evidentiam, ſi reflectimus, quòd ipſe non fuit tantùm de Familia Conventus, ſed actualis ejus 31
Filius, itaut idem ſolus Conventus dici poſſit nativus, ut diſponunt Conſtitutiones *cap.* 6. *tit.* 2. *numer.* 3. ibi -- *Is verò nativis Conventus appellabitur, cui aliquis in Filium à Patrum Capitulo, ut ſupra ſtatuimus, cooptatus eſt, ſive ejuſdem Loci ſit oriundus, vel non, ſivè Probationem, in eo egerit, vel ibi Profeſſionem emiſerit, ſivè* 32
non.

Ex quo Conſtitutionum determinatione patet, Conventum

ventum nativum non dici eum dumtaxat, in quo quis Professionem emisit, sed etiam illum, in cujus filium aliquis cooptatus fuit, licèt ibi non emiserit professionem, adeòque videndum est in præsenti, an P. Guttarellius fuerit transfiliatus à priori Conventu Castri Bononiensis, & affiliatus in nostro Conventu Sanctorum duodecim Apostolorum; Hoc enim probato,
33 clara est consequentia, quòd sicut Constitutiones *c. 6. tit. 2. n.* 5. applicari jubent Bona Conventibus nativis in totum, ibi -- *Bonaque sic ad judicata, nativis Conventibus &c. penitùs applicentur* -- Ità totaliter non autem pro medietate, applicari debeant Conventui nostro, in quo P. Guttarellius fuit receptus in filium, cùm in hac materia totum sit regulandum, juxta Constitutio-
34 nes particulares Religionis, ut advertunt *Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 32. n. 54. Navar. de Regular. Comment. 4. in cap. Statuimus n. 32. vers. Quamvis mobilia, Cardin. de Luc. de Regular. disc. 39. num. 20. & disc. 57. num. 14. cum seqq. Lezzan.* ubi supra *num. 6. vers. respondeo, Francisc. March. decis. 104. num. 13. in fine.*

Quod ut faciliùs admittatur, præmittendum est, quòd in nostra Religione Minorum Conventualium transitus de uno Conventu ad alium duplici motivo
35 dari, & practicari solet, videlicèt per *Familiationem*, & per *Filiationem*; Tunc autem dicitur fieri transitus per *Familiationem*, quando Religiosus transmittitur in aliquem Conventum ad commorandum ibi tanquam unus de Familia, qui transitus fit cum Literis obedientialibus Superiorum, ad quorum nutum remanet semper revocabilis ad priorem Conventum, cùm per talem modum ab ejus obedientia non remaneat liberatus, & tali casu, si quis decedat in Conventu, ubi de Familia existit Bona mobilia ipsius dividuntur inter
36 hunc Conventum, & alium Nativum, juxta relatam Constitutionem *cap. 6. tit. 2. num. 6. pag.* 204.

Dicitur autem transferri per *Filiationem*, quando Religiosus discedendo ab ejus Conventu nativo, in quo Professionem emisit, cooptatur in Filium alterius Conventus à Capitulo Religiosorum ejusdem Conventus, quo
37 casu iste secundus Conventus dicitur esse nativus, *ut in Constitution. c. 6. tit. 2. n. 3. pag.* 203. & iste habet plenum onus alendi Religiosum, nec non eum curandi in qualibet infirmitate incurabili, *ut in Constitut. cap. 6. tit. 10. num 6.* unde meritò, si quis decedat, omnia ejus Bona ad hunc secundum Conventum nativum applicantur vigore dd. *Constitut. cap. 6.*
38 *tit. 2. num. 5. ut advertit Lezzan. in Summ. quæstion. Regular. in verb. Spolia num.* 20.

Quibus præmissis clarè constat, quod solus Conventus Sanctorum duodecim Apostolorum dici debeat nativus, ex quo P. Guttarellius, licèt primo loco fuerit ibi receptus pro Supranumerario, seu tanquàm unus de Familia, de mandato Congregationis Sancti Officij,
39 posteà tamen in ejus Filium cooptatus fuit die 19. Februarij 1702. occasione vacationis uniùs ex Locis numeratis ejusdem Conventus, ideòque tanquàm affiliatus in hoc Conventu, iste tantùm remansit nativus, juxta Constitutiones Ordinis, quæ ad hunc effectum non attendunt, an quis in eo Conventu Professionem emiserit, sed an fuerit in filium cooptatus, ibi -- *Is verò nativus Conventus appellabitur, cui ali-*
40 *quis in filium à Patrum Capitulo cooptatus est, sive ibi Professionem emiserit, sive non*, -- approbavit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium 10. januarij 1659. *in resolutione, data in summario.*

Advertendo, quòd omnis Conventus in hac Religione est numeratus numero tot Locorum pro tot Filijs, ut in *Constitut. cap. 6. tit. 2. num. primo*, ibi -- *Singuli Provinciarum Conventus Patres, & Filios habent*, -- Sicut in Conventu nostro decem tantùm
41 sunt Loca pro hujusmodi Patribus, & respectivè Filijs, ut ex Brevi san. mem. Clementis X. prohibente transgressionem, & excessum hujus numeri denarij, qui Patres, & Filij sunt illi, qui constituunt Capitulum Conventuale, & habent vocem in Capitulis, signanter in illis, ubi agitur de admissione in Filium Conventus.

Isti autem, qui sunt de numero, eatenùs appellantur Patres, & Filij, quatenùs aliqui Religiosi possunt esse simplices Fratres, quo casu vocantur Filij, & possunt esse Fratres qualificati, quales sunt Magistri, quo casu vocantur Patres, undè quantùm ad effectum, de
quo agitur iidem sunt Patres, ac Filij. 42

Cùm ergò P. Guttarellius cooptatus fuerit in filium nostri Conventus, & admissus in unum ex decem Filijs, seu Patribus, indubitatum est hunc Conventum factum fuisse ejus nativum; præsertim, quia post admissionem omnia exercuit, pertinentia ad veram, & actualem Filiationem, signanter interveniendo in Ca- 43
pitulis, in quibus agebatur de cooptando aliquem in novum Filium Conventus, quod Capitulum non constituitur, nisi ex illis, qui sunt Filij actuales, & nativi Patres, seu qui Professionem emiserint in Conventu, ut *Constitut. tit. 6. cap. 2. num. 2.* ibi -- *Cùm autem pro alicujus Conventus filio quispiam acceptan-* 44
dus fuerit, hìc ordo servandus erit OMNIUM NATIVORUM, etiam illius Conventus Laicorum, dummodò Professionem emiserint, convocato Capitulo &c. per suffragia secreta an in Filium ejus Conventus cooptandus sit, nec ne, judicetur.

Per quam admissionem in Filium Pater Guttarellius sinè dubio transfiliatus remansit à priori Conventu Castri Bononiensis, in quo Professionem emisit, dùm intrando in locum fixum decem Filiorum de numero posterioris Conventus, ab eo remansit
irrevocabilis, & liberatus ab obedientia prioris Con- 45
ventus, & sic plenè translatus, non obstante, quòd non intervenerit actualis transfiliatio ab eo Conventu, quia per affiliationem in secundo, ipso jure cessavit filiatio in primo Monasterio ex indubitata conclusione, quòd nemo ex Religiosis potest habere locum Filij in duobus Monasterijs, *capit. ne nimia de* 46
Religios. Domib. ibi -- *illud etiam prohibemus, ne quis in diversis Monasterijs locum Monachi habere præsumat*, -- *Gloss. in capitul. Constitutis de Elect. verb. Vocem in Capitulo*, ibi -- *Nullus enim potest esse Monachus in pluribus Monasterijs*, -- ibiquè *Butr. numer. 10. Ancharan num. 2. versic. Quia hoc ideò*, ibi -- *Ideò non valuit, quia agebatur, ut isti Monachi translati remanerent Monachi prioris Monasterij, & hoc fieri non potest*, -- *Hostien. num. 3.* ibiquè *Adden. litt. A. Panormit. num. 3.* & alij Canonistæ communiter.

Idquè resultat ex tenore Constitutionum, quæ circa hujusmodi transfiliationes aliud non requirunt, quàm quòd Religiosus à Patribus novi Conventus cooptetur in Filium, *ut in titul. 2. capitul. 6. numer. 2. & 3.* Cùm actus admissionis in Filium in secundo Monasterio, ipso jure absolvat Religiosum à Filiatione, & obedientia prioris Monasterij ratione incompatibilitatis, quòd quis in duobus Monasterijs
retineat locum Monasticum, & utriusque sit filius, 47
ut præter allegatos, tradunt communiter *Canonistæ in c. primo de Trivil. in 6.* signanter *Archidiacon. numero 2. in fine versic. Unde dicit, Innocent. numer. primo in fine, Abbas antiq. in capitul. ne nimia numero primo de Religios. Domib.* ibi -- *Idem Monachus non debet habere locum Monachi in diversis Monasteriis*, -- *Innocent. numer. primo versic. Quia idem Monachus, Ioannes de Anania num. 3. 4. & 5. Hostiens. numer. 6. & Butr. num. 2.*

Quod ex eo comprobatur, quia noster Conventus præstitit omnia necessaria P. Guttarelio, & eum correptum Infirmitate incurabili, non remisit ad Conventum Castri Bononiensis, prout remitti debuisset, si ille nativus fuisset, ut ordinant *Constit. cap. 6. tit. 2. numer. 6.* ibi -- *Qui autem incurabili detinerentur infirmitate, ad nativos Conventus remittantur*, signum evi- 48
dens, quòd erat transfiliatus ab illo, & patet etiam ex conclusione, quod ubi, quis locum fixum, & perpetuum in aliquo Monasterio sortitur, ampliùs non censetur de primo Conventu, sed ab eo solutus, *Fede-*
ric. de Senis cons 35. sub num. primo versic. sed si fuisset Prælatus perpetuus, Ancharan. in capit. primo sub numer. 6. versic. si autem de Privileg. qui sequuntur Gloss. in canon. Statutum in Verbo. Absolvit 18. quæst. prima. 49

Nihil

Nihil relevante, quòd P. Guttarellius non fuerit co-
optatus in Filium, servata forma Constitutionum,
nempè servatis tribus Terminis canonicis; Haec nam-
què forma procedit, quando ipsi Patres Conventus in-
tendunt aggregare in Filium via ordinaria, non autem
procedit in casu nostro, ubi P. Guttarellus admissus
fuit ex Mandato Sacrae Congregationis Sancti Officii,
primò pro Supranumerario, & deindè pro Filio Con-
50 ventus ob locum vacatum, cujus mandati vigore fuit
acceptatus pro Filio, & delata cognitione ad Emi-
nentissimos Cardinales ejusdem Congregationis, isti
decreverunt, eundem P. Guttarellium esse praeferen-
dum P. Pergolino, & consequenter, cum agatur de
Filiatione, facta per viam extraordinariam Sacrae
Congregationis, ea non subjacebat formae Constitutio-
51 num, quae non ligant Papam, nec ejus Sacras Congre-
gationes, ut notant *Lotter. de Re benefic. lib. 2. quaest.*
38. numer. primo, ibi -- *Etenim omnia Inferiorum Sta-*
tuta, tangentia articulum provisionis, debent intelligi de
provisionibus, quae per ipsos Inferiores fiunt, non autem
de his, quae fiunt per Papam, cujus authoritas semper
censetur excepta, *Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 9.*
§. primo numer. 52. & seqq. Amayden. de Styl. Datar.
lib. primo cap. 15. §. 3. numer. 4. & seqq. Rot. decis.
375. numer. primo part. 4. tom. primo recentior, & in
Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus super bono Jure.
7. Martii 1701. §. Firmata cor. Scotto.

Cùm igitur constet, P. Guttarellium effectum fuis-
se de numero Filiorum nostri Conventus, per conse-
quens successio tota debita est eidem, non autem
Conventui Castri Bononiensi, cujus ille desiit esse Fi-
52 lius, *Gloss. in canon. Statutum verb. Restituat 18. quaest.*
1. ibi -- *Videtur, quòd priùs succedit Monasterium, sed*
dic, quòd Jus succedendi non competit, nisi post mortem
defuncti; Unde illud Jus non dedit Monasterio, sed tan-
tùm solam spem, sed illa spes evanescere debet, ex
quo illa Persona desinit esse Filius illius Monasterii --
Text. in leg. Si quis Presbyter 20. Cod. de Episcop. &
Cleric. ibi -- *Bona, quae ad eum pervenerint, Mona-*
sterio, cui fortè fuerat destinatus, omnifariam sortien-
tur -- Trevisan. decis. 30. numer. 3. & Bottiglier. de Suc-
cess. cap. 2. theorem. 78. num. 12.

Accedit observantia Religionis, seu nostri Con-
ventus, juxtà quàm semper practicatum fuit, quòd
Spolium eorum Patrum, qui de Conventu nativo
cooptati fuerant in numerum denarium Conventus,
applicatum sine controversia fuit eidem nostro Con-
53 ventui, ut ex casibus, sequutis ab anno 1613. usquè
in praesens, justificatis in Summario, quae observan-
tia est principalissima Interpres Constitutionum, ei-
què totaliter deferendum est, quia qualis ut obser-
54 vantia, talis praesumitur sensus Constitutionum, ex
adductis per *Tasserin. de Stat. Nomin. tom. 1. quaest.*
186. artic. 7. numer. 427. A. S. Ubald. quodlibet. regul.
quodlibet. 11. dub. 12. numer. 1130. & numer. 1229.
& 1491.

Et in nostris punctualibus terminis *Franc. Marc.*
decis. 104. numer. 13. in fine, ibi: *Maximè, stante con-*
suetudine, quae debet attendi in talibus Bonis Spolii
Religiosorum -- Lezzan. in Summar. verb. Spolia num.
5. & 6. ibi -- *An Spolia Religiosorum etc. pertineant ad*
Monasterium in quo morabantur tempore mortis, an ve-
55 *rò ad illud, in quo emiserant suam Promissionem, respon-*
deo primo, servari in hoc debere Constitutiones, et Statu-
ta, aut etiam Consuetudines Religiosorum -- Sanchez ad
ad Praecet. Decalog. lib. septimo capitul. trigesimo se-
cundo numer. quinquagesimo quarto in fine ibi -- *Sta-*
tuta, et Consuetudo cujuslibet Religionis servanda sunt
-- et Cardinal de Luca de Regular. disc. trigesimo nono
numer. vigesimo, et discursus quinquagesimo septimo num.
decimo quarto, et sequent.

Praesertim, quia non solùm habemus, quòd appli-
catum fuit ad nostrum Conventum Spolium eorum,
qui de Conventu nativo cooptati fuerunt in Patres de
numero nostri Conventus, servata forma Constitu-
tionum, per observationem trium Terminorum ca-
nonicorum, sed etiam eorum, qui via extraordina-
ria occuparunt locum in eodem Conventu, ut pra-
cticatum fuit cum P. Magistro Sacchio, qui de nati- 56
vo Conventu Florentiae per Breve Apostolicum Ale-
xandri VII. obtinuit locum, necnon cum P. Bertoc-
cio, per Breve ejusdem Pontificis admisso, & simul
P. Morell., nativo Conventus Pisauri, & per Breve
Innocentii XII. admissi ad locum, cujus Spolium ces-
sit Conventui nostro, undè eò magis crescit vis obser-
vantiae, & consuetudinis, quando probatur cum eis-
dem praecisis circumstantiis casus nostri, *Rot. coram Bi-*
ch. decis. 452. numer. vigesimo et seqq. et coram Cerro de-
cis. 380. numer. quarto et decis. 913. numer. secundo et in 57
Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus 7. Martii 1701.
§. Quo verò coram Scotto.

Quae omnia sinè ulla difficultate procedunt, obser-
vanda quòd hujusmodi Spolium applicatum non fuit
privatae utilitati nostri Conventus, ubi datur compe-
tentia alterius Conventus pariter utilitati privatae, sed
fuit applicatum ad publicam utilitatem Fabricae Eccle-
siae Sanctorum duodecim Apostolorum, in quibus ter-
minis, etiamsi nostro Conventui per insufistentem hy- 58
pothesim non assisteret clara Juris dispositio, prout
clara assistit, adhuc excludenda foret praetensio Con-
ventuum oppositorum etiam illius, qui revera dici
posset nativus; Ea ratione, quòd licèt quis profitea-
tur in certo Monasterio, quicquid tamen acquirit,
non censetur privativè acquirere eidem Monasterio,
sed, toti Ordini in genere, ita & taliter, quòd ejus
Spolium possit applicari propter necessitatem ad ali-
quem Locum particularem, quando concernit Bonum
Religionis in universum, ut in praecisis terminis no-
tat egregiè *Cardinal de Luca de Regular. disc. 57. numer.* 59
16. ibi -- *Si necessitas, vel utilitas, aut majestas Re-*
ligionis exigeret, ut Bona, quae obveniunt ex Persona
Religiosi, erogentur in usus, concernentes Bonum Reli-
gionis in universum, etiam cum erogatione in Loco par-
ticulari, puta in aliquo Collegio pro Studio totius Pro-
vinciae, cum similibus, non videtur subesse congrua ra-
tio, quae id prohibeat, dùm in Professis non vide-
tur habere majus Jus unum Monasterium, quàm alte-
rum.

Quàm applicationem permittunt *Constitut. capitul.*
quarto tit. ottavo numer. secundo & tertio, & adest
Stringens ratio, quae id suadet, ut supra dictum est,
quia generaliter etiam toti Religioni acquirit Pro-
fessus, itaut ejus Spolium ad aliquam Ecclesiam Re-
ligionis possit applicari, cujus Operis pii publica uti-
litas praevalet semper privatae utilitati Conventus 60
particularis, quam adducunt *Sanchez ad Praecept.*
Decalog. lib. septimo cap. trigesimo secundo numer. quin-
quagesimo terzo Navarr. de Regular. d. Comment. se-
cundo in capitul. non dicatis numer. 5. & Lezzan. in
verbo Spolia ubi supra numero septimo, & vigesimo
nono.

Ex his excluditur praetensio utriusquè Conventus
Illius quidem Albani, quià licèt praetendatur eun-
dem P. Guttarellium reportasse Decretum Sacrae
Congregationis Episcoporum, & Regularium pro
Filiatione in hoc Conventu, hanc tamen facultatem
nunquàm posteà acceptavit, sed continuavit perma-
nere in Filiatione nostri Conventus, interveniendo
omnibus ejus Consiliis, & Capitulis, & pro tem- 61
pore, quo causa mutandi aerem se contulit ad Con-
ventum Albani, ibi se substentavit sumptibus pro-
priis undè hic Conventu nullum videtur habere
Jus in illius Bonis.

Conventus autem Castri Bononiensis minùs ali-
quid praetendere potest, nec etiam pro medietate,
quia ex supra probatis, P. Guttarellius mutavit Fi- 62
liationem in nostro Conventu, vel acquisivit ex re-
bus, seù contemplatione ipsius Parochiae.

Non attamen assertiva, quam ipse emisit in *Spro-*
pria supradicta, ubi se vocavit filium Conventus
Castri Bononiensis, & Patrem nostri Conventus, ibi
-- *Fra Serafino Gottarelli, Figlio di quel Convento, e* 63
Padre di Casa di Roma -- quia haec assertio intelligi debet
respectu Filiationis originariae, quam fortitus fuerat in
Conventu Castri Bononiensis, non autem de Filia-
tione actuali, translata in nostrum Conventum, ut in

ejus subscriptione declaravit ibi *Fra Serafino Gottarelli da Castel Bolognese Padre di Casa di Roma*, & in omnem casum assertiva, emissa in hoc actu, non debet attendi, tanquam contraria veritati, quæ ex nostro affirmare, vel negare non dependet ex adductis *in Instit. crim. lib. 2. tit. 10. n. 73.* sed ex probationibus facti, maximè ubi agitur de præjudicio posterioris Conventus, cui assertiones Defuncti obesse non debent.

Quod verò in eadem *Spropria* dixerit, quædam Mobilia ipsum fecisse, & destinasse pro Sacristia Conventus Castri Bononiensis, pariter attendi non deberet, ne inducatur abusus Testamentorum in Religio-
65 sis, & maximè contra prohibitionem Constitutionum *cap. 3. Regul. tit. 20. num. 6. et cap. 4. tit. 7. num. 1.* nec non Literæ Pastoralis damnantis, *che si faccia la* Spropria *ordinaria, e sigillata, da cui possono seguire molti disordini*, prout iste esset unus ex dictis Inconvenientibus.

IN EADEM CAUSA.

PRæsens causa inter Conventum Castri Bononiensis, & Conventum SS. XII. Apostolorum versatur in duobus articulis, quorum primus est an pecuniæ
66 relictæ per P. Guttarellium fuerit ab eo quæsitæ ante, vel post transitum ad Conventum SS. Apostolorum; In Jure verò, an supposita acquisitione ante transitum, adhuc pertineant ad eundem Conventum, in quo Religiosus obtinuit secundam Filiationem.

Quo ad primum, cùm noster Conventus reperiatur in possessione controversi Spolii, jam applicati ad ejus Fabricam, regula, & præsumptio est pro ipso, quòd Bona fuerint acquisita post transitum, itaut Conventui Castri Bononiensis, contrarium prætendenti incumbat onus probandi acquisitionem factam ante transitum supra qua ejus Intentio fundatur, ut firmat in his terminis *Rota coram Cavaler. decis. 606. num. 11.*
67 *& 13.* ibi -- *Cùm Moniales essent Reæ, & possiderent &c. onus probandi acquisitionem de certo tempore transferebatur in Capitulum, quod fundabat Intentionem suam in acquisitione, facta ante promotionem.*

In præsenti tota probatio Conventus Oppositoris consistit in quadam Schedula expropriationis, facta per Religiosum, quam probare etiam in præjudicium Tertii avvertit *Bordon. cons. 42. num. 7. & seqq.* ea
68 ratione, quòd hujusmodi expropriatio facienda est necessitate Juris, & sic habenda est pro Scriptura legali, & probanti quoad omnes, quia dicitur Confessio, in Scriptis redacta, & facta Summo Deo, qui non irridetur.

Cæterum quantùm sit inapplicabilis hujusmodi authoritas, de facili agnoscitur, reflectendo, quòd *Bordon.* loquitur in terminis earum Religionum, ubi ta-
69 les expropriationum Schedulæ ex consuetudine sunt in usu, & licitæ fiunt, ac permittuntur, ut declarat idem *Bordon. variar. resolut. part. 1. resolut. 43. sub num. 36.* ibi -- *In mea Religione, instante periculo mortis, Superior Monasterii mandat, & exigit ab Ægrotante Schedulam expropriationis faciendam per manum ipsius Superioris, vel alterius etiam ad placitum Ægrotantis.*

Ideoque non benè applicatur ad casum nostrum, ubi ex vi Constitutionum Religionis, ne Religiosus sit Proprietarius ordinatur, quòd omnia describantur in Libris Conventus & quia cœpit abusus hujusmodi expropriationum radices extendere in nostra Religione, Superior generalis eas absolutè prohibuit ibi -- *Non ci contentiamo, che si faccia la* Spropria *ordinaria, e si-*
70 *gillata, da cui possono seguir molti disordini, ma vogliamo, che in ogni Convento vi sia il Libro del Deposito, in cui da ogni Religioso si noti, o si facci notare distintamente tutto ciò che si trova appresso di se, o in Camera, o altrove, così di stabili, come di mobili, rassegnando il tutto ad arbitrio del Superiore con sottoscrizione di proprio pugno.*

Dum ergo Schedula expropriationis est actus prohibitus, & contra formam Constitutionum, quæ loco hujus Schedulæ mandant, describi in Libris Conventus omnia, quæ habet Religiosus, clara est consequentia, quòd ex actu prohibito desumi non potest aliqua legitima probatio, maximè in præjudicium 71
Tertii, sed illa aliundè desumenda venit, ex firmatis per *Rotam coram Cels. dec. 352. nu. 9. & dec. 302. n. 5.* cum aliis allegatis supra.

Et non relevat responsio, quòd Epistola Ministri Generalis non procedat ultra, annullando actum, sed per verba hortatoria; Cùm enim non procedat, nisi in declarationem Constitutionum, & Regulæ Sera- 72
phicæ, ibi -- *Per estirpare la proprietà, e stabilire nell' Ordine sempre più l' Osservanza della Santa Povertà, tanto inculcataci dal nostro Serafico Patriarcha, non ci contentiamo &c.* Consequens est, ut dici non possit Epistola hortatoria, sed præceptiva, id maximè suadentibus illis verbis: *Non ci contentiamo, ma vogliamo*, quæ inducunt necessitatem, & præceptum, omninò 73
servandum, *Barbos. clausul. 186. numer. 1. & diction. 436. num. 15. Rota coram Cerr. decis. 9. num. 7. & coram Peutinger. decis. 272. num. 1. & in Recen. dec. 325. n. 7. part....*

Quod Præceptum, licèt non contineat Clausulam annullativam, tamen semper operatur, quòd actus sit prohibitus, nec sit legalis ad effectum probationis; Ultrà quod, quicquid fit contra Præceptum Superioris, semper dicitur ipso Jure nullum, ex quo Præceptum inducit formam, de necessitate servandum, jux- 74
tà theoricam *Bart. in Leg. Non dubium numer. 21. Cod. de Legib. sequutam à Decian. cons. 494. num. 12. & consil. 499. num. 7. Lotter. de Re benef. Lib. 2. quæst. 21. num. 55. & seqq. Castropal. Oper. mor. Tom. 1. tract. 3. disput. 2. punct. 7. num. 3. Rot. cor. Puteo dec. 330. n. 8. lib. 1.*

Spretis duabus Fidibus, datis in contrario Summario quarum una est P. Damasceni, in hac Causa Partis interessata, nec propterea aliquid probans, ultrà responsionem, quòd attestatio extrajudicialis duorum Religiosorum non potest attendi ad probandam Consuetudinem contra Legem Scriptam Superioris; Est enim probare Inobedientiam, & meram corruptelam, 75
ut inquit *Rot. decis. 1086. num. 14. coram.... & in Recent. decis. 297. num. 16. part. 15. & dec. 192. num. 10. & dec. 323. num. 2. part. 18. et coram Bichio decis. 23. num. 16.*

Eò magis autem Schedula expropriationis nihil probare potest, quando ea convincitur erronea ex publicis Documentis Etenim juxta Constitutiones Urbanas, pecuniæ omnes Religiosorum, qui transeunt de uno Conventu ad alium, registrari debent in Libris Ærarii Conventus, prout P. Gutterellius, quando fuit in Conventu Senarum registravit in ejus Libris scuta centum, & quando inde discessit ad nostrum Conventum, easdem pecunias similes ibi registravit. Ergo erronea convincitur Schedula expropriationis, quatenùs dicit summam scutorum 600. fuisse quæsitam ante transitum in nostrum Monasterium, quia sicut P. Gut- 76
tarellius registravit in Libris utriusque Conventus, à quo, & ad quem, quantitatem scutorum centum, ita etiam registrasset majorem summam, si tempo- 77
re transitus eam habuisset, unde ex tali registratione, limitata ad certam summam, excluditur omnis alia major quantitas, ad tradita per *Rocc. disputat. Jur. capitulo sexagesimo octavo, numero tertiò, et cap. 84. n. 1.* cum aliis allegatis supra.

Nisi dicamus, Religiosum istum voluisse fraudare, & violare Regulam Seraphici Instituti, partem pecuniarum describendo in Libris Conventus, & partem non describendo, & sic committendo peccatum proprietarii, quod non solum non præsumitur, sed nec etiam Conventus oppositor admittere potest ad id probandum cùm non debeat fundare intentionem su- 78
am in infamia, dedecore, & peccato alteriùs, seu Authoris, cui succedere prætendit, *Rota decision. 338. numerò 8. part. 17. rec.* & exindè etiam magis debilitatur Schedula expropriationis, dum ejus declaratio continet propriam turpitudinem declarantis, nec ideò atten-

79 attendenda in quolibet Judicio, ad *Textus in leg. cum profitearis Cod. de donation.* & firmata per *Rota decis.* 348. *num.* 19. *&* *decis.* 400. *num.* 13. *part.* 16. *& dec.* 28. *num.* 5. *& dec.* 338. *num.* 8. *part.* 17. *& decis.* 84. *num.* 7. *&* 12. *& decis* 153. *numer.* 7. *& dec.* 129. *numer.* 7. *part.* 18. *rec.*

Soliditate hujus fundamenti agnoscit Pars, ideoque conatur aliundè deducere probationem, quòd P. Guttarellius pecunias controversas quæsiverit ante transitum, adducendo Fidem depositi Sacri Montis Pieta-
80 tis sub nomine alterius Personæ, in tribus Cedulis exadversò descriptis Cæterum hæc fides nedum nihil probat, sed imò retorquetur, quia Depositum cantat sub nomine P. Damasceni, ac etiam Cedulæ fuerunt exactæ cum subscriptione ejusdem Damasceni, ut fuit
81 recognitum per Peritos, undè ista quantitas pecuniarum non potest dici propria P. Guttarelli, sed Damasceni, eò quia, tàm Depositum, quàm subscriptio Cedularum facta legitur ab ipso; Pecunia enim esse intelligitur ejus, sub cujus nomine cantat.

Nec meretur attendi alia Fides P. Cerroni, Guardiani Conventus Civitatis Albani, qui testatur sibi consignatas fuisse Cedulas per P. Guttarellium, easque exegisse, & pecuniam exactam illi consignasse juncta alia Fide Fratris Antonij, Laici ejusdem Con-
82 ventus, qui testatur simul cum eodem P. Guardiano se fuisse præsentem exactioni; Cum enim agatur de probando, quòd pecunia, scripta in Libris Montis Pietatis, & exacta per Cedulas sub nomine P. Damasceni, spectaret ad personam diversam, non sunt Testes idonei Guardianus, ejusque Laicus, qui
83 in hac Causa sunt Adversarijs, Repugnat enim in Causa propria fidem parti esse adhibendam, ut exclamat *Textus in leg. Omnibus Cod. de Testib.* ibi -- *Omnibus in re propria dicendi Testimonij facultatem jura submoverunt.*

Fortiùs, quia hujusmodi Attestationibus resistunt plures contrariæ præsumptiones, & inverisimilitudines, quæ, simul junctæ prorsus insubsistens demonstraut quicquid per prædictos fuit testificatum, quando tamen ad hunc effectum sufficeret, Testes habere contrà se quancumque inverisimilitudinem, & præsumptionem ex animadversis per *Dec. consil.* 596.
84 *numer.* 8. *Paris. consi.* 83. *numer.* 27. *libr.* 1. *Rot. cor. Coccin. dec.* 715. *numer.* 17. *& cor. Priolo dec.* 89. *numer.* 5.

Primò enim hujusmodi Testibus resistunt Libri Conventus Senarum, & SS. duodecim Apostolorum, ubi descripta fuit summa scutorum Centum, non autem major; Secundò inverisimilitudo, quòd iste Religiosus voluerit esse proprietarius; Tertiò, quòd Translatus dd anno 1700. ad Conventum SS. duodecim Apo-
85 stolorum retinuerit hujusmodi Pecunias in Manica per duos, vel tres annos, eas postea deponendo in Sacro Monte Pietatis sub nomine diversæ Personæ, quando tamen hoc intervallum duorum, vel trium Annorum ad evitandum delictum potiùs præsumit acquisitionem in eodem triennio factam tempore permanentiæ in nostro Conventu, & consequenter ob hujusmodi demonstrationes, eò magis fidem nullam meretur. At-
86 testatio extrajudicialis duorum, qui sunt Pars formalis in hac Causa, ad *Text. in l. Nullus ff. de Testib. & animadversa per Farinacc. de Testib. quæst.* 60. *nu.* 2. *Magon. decis. Lucen.* 80. *num.* 1. *Rota decis.* 159. *numer.* 21. *versic. secundus part.* 5. *& decis.* 107. *num.* 25. *part.* 7. *& dec.* 382. *num.* 9. *&* 10. *part.* 16. *rec.*

Aliæ verò Attestationes, quæ dantur quod P. Guttarellius haberet magnam quantitatem Pecuniarum tempore, quo commorabatur in Civitate Senarum, omninò spernendæ veniunt; Nam Attestatio Fratris Bernardini Matthæi Laici est omninò suspecta de falso, tanquam facta per alium de Commissione, ex supposito, quod ille nesciret scribere, quando illum esse
87 solitum scribere in Libris Conventus, tanquam Expenditorem publicum, probatur in Summario, & ex hac farina Attestationum liceat trahere consequentiam, quale sit genus aliarum Attestationum, simultaneè datarum, præsertim quia istæ non concludunt, quia stare potest simul, P. Guttarellium abundasse Pe-

cuniis, quando erat in Conventu Senarum, tempore autem, quo transitum fecit ad nostrum Conventum, eas non habuisse, nisi in quantitate, quam descripsit in Libris nostri Conventus, *leg. Non hoc Cod.* 88
Unde legitimi, *Rota decis.* 413. *numer.* 3. *part.* 4. *et decis.* 99. *num.* 17. *et decis.* 151. *num.* 7. *part.* 6. *et dec.* 219. *num.* 13. *et decis.* 103. *numer.* 14. *part.* 7. *et decis.* 281. *num.* 23. *part.* 11. *et decis.* 64. *num.* 25. *et* 26. *part.* 17. *recent.*

Ita, & taliter, quòd Pars Adversa non est in probatis, quod pecunias controversas Religiosus defunctus acquisierit ante transitum, quo non probato, præsumptio est, quòd acquisiverit tempore, quo vixit in 89
nostro Conventu, præsertim propter Officium Parochi, quod exercuit spatio 40. Mensium, & quod ex Incertis reddidit scuta 90. annua, considerato numero Animarum nostræ Parochiæ consistentium d. tempore 2300. Necnon præ oculis habendo insignem qualitatem multum Parochianorum, & sic tanquam Bona, quæsita ex rebus Ecclesiæ, seu Conventus, ut notat *Bonacin.* exadverso allegatus *Oper. mor. tom.* 1. *tit. de Clausur. quæst.* 2. *punct.* 9. *§.* 4. *difficult.* 2. *num.* 1. *ver-* 90
sic. Hoc tamen, *Sanch. ad Præcept. Decalog. lib.* 7. *capitulo trigesimo secundo*, *numero trigesimo quinto*, cum aliis supra citatis.

Quo verò ad secundum articulum procedendo cum erroneo supposito, quòd Pecuniæ fuissent quæsitæ per Religiosum, antequam transiret ad secundum Con- 91
ventum Sanctorum Apostolorum, videamus, an istæ pertineant ad secundum, vel ad primum Conventum; Et tam inspecta dispositione Juris communis, quam specialibus Statutis, & Consuetudine nostræ Religionis illas pertinere ad secundum Conventum certum videtur.

Et quidem de jure communi, ubi quis per transfiliationem transit ad aliud Monasterium ejusdem Religionis, licèt iste transitus intelligatur absquè præiudicio iurium, quæsitorum primo Monasterio, hoc tamen procedit in iuribus, & Bonis, quæ non cohærent personæ, nempè hæreditatibus, & successionibus 92
vel aliis per donationem obventis Religioso, secus autem quoad Pecunias, seù Elemosynas, quæsitas per Religiosum in concionibus, vel aliis virtutibus personalibus, Istæ enim dicuntur acquisitiones personales, quæ inserviunt ad usum Religiosi, & transferuntur cum Persona ad secundum Monasterium, ut in puncto distinguit *Car. de Luc. de Regular. discur.* 57. *n.* 13. 93
ibi -- *Alter autem acquisitionis modus est occasione etiam Status Religiosi, sed cum ejus virtutibus personalibus, puta in concionibus, et tunc istæ acquisitiones de communi usu habere potiùs videntur naturam quintæ speciei, de qua infra, ut scilicet sint personales, ideoque Personam sequantur.*

Hoc ipsum probat etiam in nostris terminis *Sanfelic.* exadverso allegatus, *decis.* 322. ubi in argumento quærit: *An cum Monacho translato transeant quoque bona ipsius, vel quæsita per eum* -- & disputando quæstio- 94
nem, primò adducit opinionem negativam, deinde affirmativam, in qua residet, dicendo, quòd quæstio est dubia quando agitatur de transitu de Monasterio unius Religionis ad aliud diversæ Religionis, secus ad aliud eiusdem Religionis, in quo casu tenet absolutè, Bona transire in secundum Monasterium, ut legere est *num.* 13. ibi -- *ex aliis in Casu, de quo agitur, hæc opinio sequenda est, Bona ad secundum locum cum Per-* 95
sonis transferenda sunt, nam hic locus non est alterius Ordinis, seu Religionis, sed ejusdem.

Cuius conclusionis ea ratio est, quòd huiusmodi acquisitiones non incorporantur Conventui, sed remanent ad usum Religiosi, & pro eius necessitatibus personalibus, quæ propterea transit ad secundum Conventum cum illis, sicut transit cum suis Vestibus, & sicut videmus in Usufructu, quem habet Religiosus in 96
primo Monasterio, & cui assimulantur, huiusmodi acquisitiones personales, ad usum Religiosi destinatæ, quòd nempè talis usufructus per transitum ad secundum Monasterium eiusdem Ordinis transfertur cum Persona, & sequitur Personam, ut in puncto advertit *Rodericus Quæst. regular. tom.* 3. *quæst.* 52. *articul.* 27. 97

§. Secundum ibi -- *secundum dubium est, quando solùm agi-
tur de usufructu Bonorum, pro cujus resolutione sunt aliqui
casus distinguendi; Primus est, quando &c. Religiosus
transit à Monasterio, in quo habet Filiationem ad aliud ejus-
dem Ordinis Monasterium, tunc dubium non est, quin usus-
fructus sit secundi Monasterii* -- & in terminis transitus
de Monasterio ad Monasterium ejusdem Ordinis notant
98 pariter *Calderin. consil. 23. num. 1. versicul. ususfructus de
Regular. Butr. consil. 75. numer. 3. Bottilier. de success. theo-
rem. 78. numer. 9. & Marta de Success. legal. part. 3. quæst.
13. articul 1. num. 30.*

Quibus non contradicunt authoritates exadversò
citatæ; Etenim *Cabedo decis. 163.* licèt asserat, quòd
quicquid acquirit Monachus, acquirit primo Mona-
sterio, etiamsi transeat ad aliud; Hoc tamen limi-
tat, si aliud Monasterium sit ejusdem Ordinis, ut
99 *numer.* 5. ibi -- *Sublimita tertiò procedere, ubi Mona-
chus transfertur ad aliud Monasterium ejusdem Ordi-
nis, quia tunc &c. quicquid acquirit pertinet ad se-
cundum Monasterium.*

Roderic. quæst. regular. tom. 3. quæst. 5. artic. 5.
loquitur de Bonis stabilibus, & hæreditariis, non
autem de concessis ad usum Religiosi, ubi tenet
100 pro secundo Monasterio *in sequenti quæst. 52. artic.
27. in verbis proximè relatis*, & sic etiam retorque-
tur *Sanfelic. dec. 322.* ut visum est suprà.

Rota coram Seraphin. decis. 1361. numer. primo lo-
quitur de Jurepatronatus, non autem de casu no-
stro; Prout non applicatur *Navarr. cons. 55. lib. 3.*
101 *de Regular.* dum ejus doctrinam declarat *Roderic. ubi
suprà tom. 3. quæst. 52. artic. 27.* illum recipiendo in
casu transitus de una Religione ad aliam, non de
uno Monasterio ad aliud ejusdem Religionis, quam
102 diversitatem unius casus ab altero probat *Cardi-
nal de Luca de Regular. discurs. 39. numero 19. &
disceptat. 57. numer. 12. & Sanfelic. d. dec. 322. nu-
mero 13.*

Attentis autem dispositione Statutorum, necnon
Consuetudine nostræ Religionis, magis clarum fit,
Pecunias, & Elemosynas, quæsitas per Religiosum
ex virtutibus personalibus transferri cum ejus Perso-
103 na ad secundum Conventum, ex pluribus, quæ ad
evidentiam hoc assumptum demonstrant.

Et primò ex Constitutionibus Urbanis *cap. 4. tit.
8. numer. 2. & 3.* ubi statuitur, quòd Pecuniæ, &
Elemosynæ, quæsitæ per Religiosos, non extrahan-
tur ab Ærario, nec in alios usus convertantur, sed
Capitulum de ipsis statuat, & decernat, *vel ut pro eis-
dem Fratrum futuris nimirum personalibus necessita-*
104 *tibus reparandis asserventur, vel ut ad aliquam
Communitatis, & nativi Conventus necessitatem, si-
ve utilitatem applicentur* -- quæ dispositio, alternata
per illam dictionem *Vel*, nihil aliud importat,
quam alternativam ordinis, & non electionis, ut
nempè primo loco hujusmodi Pecuniæ, & Elemo-
synæ inservire debeant pro Fratrum indigentiis, &
solummodò in earum defectum applicari valeant ad
105 utilitatem, seù necessitatem nativi Conventus jux-
tà *Textum in cap. Cùm ad Monasterium de Stat. Mo-
nachor. & canon. Metropolit. distinct. 63. Fagnan. in
capit. Inter cæteras numer. 47. & 48. de Rescript.
Gratian. disceptat. 338. numer. 15. Rota in Derthu-
sen. Jurisdictionis 28. Januarii 1697. §. Præfatis co-
ram Pio.*

Ea ratione, quia ordinata charitas primò loco
incipit à se ipso, & sic primariò indigentiæ per-
sonales Religiosi reparari debent ex ejus sudoribus,
seu Pecuniis propria virtute quæsitis, quæ propte-
rea, uti cohærentes Personæ, sequuntur illam, ad
quemcumque Conventum transferatur, nec rema-
nent Conventui nativo incorporatæ, aut applicatæ,
106 ut declaravit observantia, & consuetudo Religionis
probata in Summario, ubi in pluribus Capitulis Pro-
vincialibus declaratum fuit, hujusmodi Elemosynas,
seu pecunia non esse applicandas Conventibus, sed
reservandas necessitatibus Fratrum; Quicquid enim
ex Judicio Religionis fuit determinatum, dicitur
107 observantia interpretativa Constitutionum, ut benè
observat *Card. de Luc. de Regular. discurs. 39. sub nu.
21. versic. Deferendum sit Judicio ipsius Religionis, A.
S. Ubald. Quodlibet. regular. quodlibet. 12. dub. 6. num.
1229. & quodlibet. 13. dub. 5. num. 1445. & numer.*
1491. cum aliis supra Citatis.

Secundo, quòd hujusmodi pecuniæ transeant cum
Religioso ad secundum Conventum, mirabiliter de-
clarant præfatæ Constitutionis *cap. 4. tit. 8. numer.
4. & 5.* ubi decernitur, quod Fratres pecunias om-
nes, quomodolibet acquisitas, Superiori tradere, 108
& consignare teneantur, quòdque Superior sedulò
curet, ut diligenter asserventur, indè subiungitur
ibi -- *Si Fratres aliò de Familia profecturi fuerint,
Ipsismet reddantur eò, quo proficiscuntur deferendæ, fa-
cta proindè, atque ad illum Conventum, ubi is fami-
lia degere debet, transmissa, seu statim transmitten-
da, & Pecuniarum ipsarum, & aliarum, quas de-
fert, singularum rerum distinctissima Notula* -- Ecce
casus clarus, quod pecuniæ transferuntur cum Per-
sona ad alium Conventum -- *eò, quò proficiscuntur
deferendæ* -- & pertinent ad personam, propter ea
verba ibi -- *Ipsismet reddantur* -- quæ denotant neces.
sariam restitutionem acquisitionum personalium, ip- 109
si Personæ cohærentium, à qua acquisitiones proces-
serunt, *Alciat. in leg. Restituere numer. 2. ff. de Ver-
bor. signif. Menoch. cons. 1155. numer. 51. & seqq.
Bardellon. cons.* 181. *numer. 52. Rota cor. Ludovis. dec.
271. numer. 5. & in rec. dec. 314. numer. 2. & decis.
327. num. 5. part. 14.*

Tertiò hoc ipsum decernunt Constitutiones in *ca-
pit. 3. titul. 20. numer. 6.* ubi agendo de discessu de
uno Conventu, & transitu ad alium, sic loquun-
tur -- *Superior Conventus, à quo quisquam discesse-
rit, omnia, quæ secum detulerit, Libros, Vestes, Pe-
cunias &c. in schedula diligenter adnotabit, eamque
ad Superiorem Conventus, ad quem is proficiscitur,
opportunè transmittat; cui iidem Fratres eorum om-* 110
nium rationem reddere teneantur -- ex quo etiam de-
ducitur, transitum Religiosi de Conventu ad Conven-
tum semper fieri una cum hujusmodi Pecuniis, &
Elemosynis, tanquam accessoriis ad Personam, & de
quibus, ut disponunt Constitutiones, Fratres tenen-
tur reddere rationem, non primo Monasterio, sed
secundo, ad quem proficiscuntur, quæ redditio ratio-
nis facienda Superiori Conventus, apertè demon-
strat, relatas Elemosynas ad hunc Conventum per-
tinere, ex regula *Textus in l. Tales §. Priscus ff. de* 111
*Condit. & demonstrat. Escobar. de Ratiocin. cap. 3. num.
3. in fin. Barbat. cons. 92. num. 13. in fine lib. 3. et rot.
decis. 331. num. 5. par. 16. recent.*

Ex quibus Constitutionibus ad evidentiam resul-
tat, transitum de Monasterio ad Monasterium fie-
ri cum pecuniis, & acquisitionibus personalibus, quæ
sequuntur Personam, & consequenter, data hac trans-
latione pecuniarum de Conventu ad Conventum,
istæ pertinere ampliùs non possunt ad primum, sed
totaliter spectant ad secundum, ratione posterioris 112
Filiationis in illo, juxta doctrinam *Abbat. in cap.
Quod à te de Cleric. conjugat. vers. Si autem sunt acces-
soria ad personam, Lezzan. Quæst. Regular. part. 1.
cap. 22. num. 24. vers. Undè Religiosus*, & concordat
*Navarr. d. cons. 55. numer. 9. lib. 3. de Regular. vers.
Absque expresso consensu.*

Neque hic proponimus rem novam, sed usitatam
in aliis etiam Religionibus, & signanter in Ordine
Prædicatorum, ubi Affiliatus in secundo Conventu
secum transfert omnia Mobilia, remanentibus Bonis
immobilibus apud Conventum primæ Filiationis, ut
declaratur in Constitutionibus ejus Ordinis *distinct. 2.
de Student. cap. 14. Text. 6. fol. 182. lit. F.* ibi -- *De-* 113
*clarantes, quòd si quis Professus Filius Conventus fiat,
posteà ex concessione Magistri Ordinis, Filius alterius
Conventus, Bona immobilia, ad Ordinem spectantia, per
talem Fratrem debent ad primum Conventum pertinere,
Bona vero mobilia erunt secundi Conventus, ad quem ag-
gregatus est.*

Idque ulteriùs demonstrant nostræ Constitutiones,
quæ, considerando hujusmodi transitum de Monaste-
rio ad Monasterium fieri cum hujusmodi Elemosi-
nis, & pecuniis, etiam quando transitus fit per Fa-
milia-

miliationem, & non Filiationem, tali casu ne Conventus, ubi quis familiatus existit, haberet in casu obitus Religiosi omnia, quæ à nativo Conventu asportavit, declararunt; Quòd bona mobilia Religiosi de-
114 functi, deductis expensis, dividantur inter Conventum nativum, nec non Conventum de familia pro mediatate quam Constitutionem loqui etiam de pecuniis, est evidens non solùm, quia dicit -- *Mobilium Bonorum, sibi pro necessitatibus ad usum concessorum*, quorum appellatione veniunt pecuniæ juxta dispositionem
115 *Textus in l. Prædia §. Liberto in fine ff. de fund. instruct. Surd. cons. 26. numer. 3. Rota decis.* 410. *numer. 3. versic: tamen par. 2. rec.* cum alijs *apud Cerr. decis.* 390. *numer.* 1.

Sed etiam, quia aliæ Constitutiones præcedentes, Religioso, transeunti ad alium Conventum, mansuro ibi de familia, concedunt translationem pecuniarum, ut probatum est suprà, ideòque hujusmodi Constitutio, loquens de Bonis mobilibus, concessis ad usum
116 aliter intelligi non potest, quàm ad limites aliarum Constitutionum, nempe etiam de pecunijs, quas eædem Constitutiones mandant, reddi Religioso de Familia, aliò transeunti, pro ejus necessitatibus, & indigentijs, pro quibus hujusmodi pecuniæ asservari debent, cùm una Constitutio debeat intelligi, & declarari ad limites, & retento tenore omnium aliarum ex
117 formatis per *Rota decis. 67. numer. 22. par. 9. & decis. 267. numer. 22. par. 16. & decis. 499. numer. 24. & 25. par. 18. recentior.*

Et fine alio discursu ita declaravit observantia, & consuetudo Religionis, juxtà quam, decedente Religioso in Conventu de Familia, medietas ejus Bonorum mobilium applicatur eidem, altera verò Conven-
118 tui nativo, tàm si mobilia ista consistant in Utensilibus, quàm in Pecunijs, ut ex Attestatione PP. Deffinitorum, & Magistrorum data in Summario Ideoquè cessat omnis alia interpretatio, dùm qualis est observantia, talis est sensus Constitutionum, ut in ter-
119 minis probant *Francisc. Marc. dec.* 104. *numer.* 3. *in fine Bonac. in Oper. Moral. tom.* 1. *tit. de Clausur. quæst.* 2. *punct.* 9. §. 4. *difficult.* 2. *numer.* 1. *in fine Sanchez ad Præcept. Decalog. lib.* 7. *capitul.* 32. *numer.* 54. *in fine.*

Si igitur, quando Religiosus translatus fuit de nativo Conventu ad alium, non per Filiationem, sed solùm per Familiationem, adhuc, deductis omnibus expensis, ejus spolium pro medietate applicatur Conventui, in quo ille decessit de Familia, pernecesse dicendum est, quòd ubi Religiosus decessit in secundo Conventu, ubi erat affiliatus per transfiliationem à primo, totum Spolium applicetur Conventui secundo, non autem pro medietate, quia tali casu iste secundus Conventus, tanquam nativus, succedit in totum jux-
120 tà Constitutiones *capitul.* 6. *titul.* 2. *numer.* 5. ibi -- *Nativis Conventibus &c. pænitùs applicentur* -- *ut notant Sanfelic. dec.* 322. *numer.* 13. *Card. de Luc. de Regular. disc.* 57. *nu.* 13. *& Roderic. qu. Regular. tom.* 3. *quæst.* 52. *artic.* 27. §. *Secundum.*

Nequè in aliquo participare potest Conventus primæ Filiationis, quia aliàs essent paris conditionis Conventus, ubi quis degit de familia, & Conventus, ubi fuit affiliatus, si utroque casu facienda esset divisio
121 Spolij pro medietate, quando tamen longa est differentia inter utrumque; Nam quando quis transfertur ad alium Conventum de familia, non perdit Filiationem primi Conventus, propter quod justum est, ut succedat in medietate; Quando autem transfiliatur à primo Conventu, & affiliatur in secundo, tunc pri-
122 mus nihil ampliùs participare potest tanquàm non ampliùs nativus ut benè discurrendo advertit *Cabedo decis.* 163. *numer.* 5. ibi -- *Quia tunc à priori omninò eximitur, nec illi quicquam acquirit* -- *Paris. in cap. in præsentia num.* 183. *de probation. Lezzan. in verb. Spolia Regularium num.* 28.

Tota enim ratio hujus assumpti consistit in Constitutionibus, & usu Religionis, quòd pecuniæ transferuntur cum Persona etiam ad Conventum, ad quem Religiosus proficiscitur de familia, nam, data hac translatione per antecedens, clara est consequentia, quòd spolium pertineat pro medietate ad Conventum nativum, quotiès, & quando iste dici potest nativus, spe- 123
ctato tempore obitus Religiosi (ut est quando secundus Conventus recepit Religiosum tanquam de familia) secus autem, quando recepit illum in filium; Nam tunc primus Conventus non potest ampliùs dici nativus de hoc tempore, & per consequens nullum habet jus succedendi pro medietate.

Quod mirabiliter dilucidatum fuit ex d. observantia individuali nostri Conventus, ubi Regulares transfiliati, & ad illum translati secum tulerunt Pecunias ab eorum Conventibus nativis, & in casu obitus to- 124
tum spolium eidem Conventui applicatum remansit, ut ex casibus infrascriptis.

Primus est de Patre Josepho Sacco, qui transfiliatus à Conventu Florentiæ, & effectus de numero Filiorum nostri Conventus de anno *1664.* in vim Brevis Alexandri VII. secum tulit è primo Conventu *scuta* 291. quæ descripsit in Ærario nostri Conventus eodem 125
anno *1664.* & tamen ejus spolium, quando decessit totum fuit applicatum nostro Conventui SS. Apostolorum ut fuit probatum in Summario.

Secundus de P. Joanne Baptista Beltrami, qui de anno *1663.* secum tulit ad Ærarium nostri Conventus scuta 80. e ba. 10. tempore transitus à Conven- 126
tu nativo Rivaroli & tamen ejus spolium penitùs applicatum fuit Conventui Santissimi XII. Apostolorum.

Tertius de P. Salvatore Anguillono, transfiliatio à Conventu nativo Velitræ de anno *1648.* qui secum 127
tulit eodem anno scuta 79. 50. & descripsit in Ærario nostri Conventus & tamen ejus spolium consistens in scutis 68. 20. totum remansit eidem Conventui SS. Apostolorum.

Quartus de P. Fabio, transfiliato à Conventu Montis Realis, à quo tulit scuta 30. sub die 28. Januarij *1640.* Quintus de P. Joanne Baptista qui è Conventu Montis Granarij de anno *1644.* tulit sc. 32. sextus de P. Francisco Parraciano, qui de anno *1642.* à Conventu nativo secum tulit scuta 34. & tamen in casu obitus omnium prædictorum nihil unquam participarunt primi Conventus nativi, sed totum Spo- 128
lium cessit Conventui SS. Apostolorum; & sic tollitur objectum, quod Spolium Pecuniarum in his casibus potuerit esse de Bonis, post transitum quæsitis, dum fuerunt Pecuniæ, per Religiosos translatos acquisitæ in Conventibus nativis, quas posteà secum tulerunt ad Ærarium nostri Conventus.

Nec dicatur, quòd isti casus potuerint evenire absque scientia Priorum Conventum nativorum, itaut non videantur facere statum, nisi probetur contradictio; Etenim nunquam requiritur contradictio in 129
observantia interpraetativa, sed solùm in præscriptiva, *Cardin. de Luc. de Judic. discurs.* 11. *num.* 7. *versic. Atque ista species, & de Benef. discurs.* 27. *num.* 17. *Panimoll. decis.* 26 *annot.* 1. *n.* 61. *& Rot. dec.* 184. *num.* 9. *par.* 18. *recent.*

Scientia autem, & patientia præsupponenda venit, quoties non agitur de uno tantùm casu, sed de pluribus, & iteratis, cùm verisimile non sit, quòd Conventus nativi nunquam habuerint notitiam de obitu suorum Filiorum, nec unquam inquisiverint de Spolio Bonorum eorundem & firmatis per *Rota co-* 130
ram Martin. Andr. decis. 54. *num.* 15. *& in Recent. decis.* 184. *n.* 4. *p.* 2. *& decis.* 254. *n.* 3. *part.* 19. *& cor. Bich. dec.* 194. *n.* 7. Licèt nec etiam hæc scientia, & patientia requiratur, quando præcedit titulus, saltem puta- 131
tivus, Constitutionum Religionis, *Bich. decis.* 267. *n.* 24. *Rota dicta decis.* 274. *num.* 4. *par.* 19. *recent.*

Exemplum Spolii P. Morelli non benè retorquetur ad Intentum partis. Iste enim erat Filius Conventus Pisauri, à quo postea transivit in Filiationem nostri Conventus, de quo tempore redeundo de familia tantùm ad Conventum Pisauri, ubi decessit. Ejus autem Spolium non remansit totum in hoc Conventu, sed Juxta Constitutiones Ordinis ille SS. Apostolorum, 132
tanquam nativus, habuit suam medietatem, & forsan plus, quia retinuit omnia Mobilia considerabilis valoris, quorum pars data fuit pro scutis 52. P. Oli-

verio, Confessario Summi Pontificis ad ejus vitam, & usum, reservato Dominio eidem Conventui SS. Apostolorum; Nihil obstante, quòd Conventus Pisauri habuerit omnes Eleemosynas Religiosi in scutis 325. Sive quia non probatur, nostrum Conventum habuisse notitiam de illis, ut requiritur, sive etiam quia credere potuit, Mobilia, apud se remansa, fuisse æquivalentia relatis Pecuniis, & consequenter se esse satisfactum de medietate Spolii, sibi tangente,
133 itaut talis actus, aut retorqueatur, aut non concludat ad intentum Partis ex firmatis per *Rot. decis.* 290. *n.* 21. *par.* 18. *recen.* ubi, quòd sufficit sola possibilitas in contrarium, *&* *decis.* 266. *num.* 26. *par.* 15. *&* *decis.*
134 350. *num.* 18. *par.* 16. *&* *dec.* 221. *num.* 11. *par.* 17. *&* *dec.* 162. *num.* 5. *cor. Carillo.*

Et si quærimus exemplum individuale, & præcisum, satis est recurrere ab casum Spoli P. Bini de Hispello, qui eodem modo, ac P. Morellius, olim erat Filius Conventus Hispelli, & postea affiliatus est in Conventu SS. Apostolorum, à quo subinde discessit ad
135 eundem Conventum Hispelli, manens ibi de Familia, ubi decessit; Et introducta Lite inter utrumque Conventum super Spolio, decisum fuit per sententiam P. Generalis, ejus medietatem spectare ad unum, medietatem verò ad alium ex his Conventibus, juxta Constitutiones Religionis, prout justificatum fuit in Summario; Cùmque iste sit casus in contradictorio Judi-
136 cio firmatus, prævalere debet alteri, talem qualitatem non habenti, *Rot. decis.* 177. *num.* 54. *part.* 5. *&* *decis.* 264. *num.* 29. *par.* 6. *&* *decis.* 115. *num.* 24. *in fine p.* 8. *&* *dec.* 266. *num.* 12. *par.* 5. *rec.*

Ex hactenus deductis firmato, quòd iuxtà Constitutiones, & observantiam Pecuniæ, & Eleemosynæ transeant cum Persona Religiosi ad alium Conventum, quòdque si sibi decesserit de Familia, fiat divi-
137 sio pro medietate cum nativo Conventu; si verò sit transfiliatus, totum remaneat apud secundum Conventum, cuius de tempore obitus Religiosus est Filius. Videamus quid aliud in contrarium afferatur.

Et sanè fit magnus strepitus super casu transfiliationis, petitæ per P. Guttarellium, & Cerronum pro acquirenda Filiatione in Conventu Albani, ubi P. Vicarius Generalis in sua Relatione dixit, posse Orato-
138 res exaudiri, *dummodo tamen omnia Bona & Eleemosynæ, quomodolibet hucusque acquisitæ, primò Conventui incorporatæ intelligantur*, & in hanc formam rescripsit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium die 24. Aprilis 1705.

Sed facilis est responsio, quòd iste est casus modernus, & unicus, qui reperiatur, & in nihilo attenden-
139 dus, tanquam contrarius praxi, tam Sacr. Congregationis, quam Religionis.

Etenim inconcussa praxis Sacræ Congregationis est, in omnibus Rescriptis transfiliationum nostrorum Religiosorum solum præservare primo Conventui Jura, illi quæsita ex persona Religiosi, præsertim quoad Bona hæreditaria ab Intestato ut fuit iustificatum in Summario, & sic nullatenus compræhenduntur huiusmodi
140 Pecuniæ, quæ, tanquam acquisitiones personales, transferuntur cum Persona ad secundum Conventum, nec Monasterium nativum habet super illis aliquod Jus quæsitum, ex quo semper conservari debent, & consignari Personæ transeunti.

Prout in hoc sensu loquuntur Constitutiones, & verificatur consuetudo Religionis, quæ si Pecunias istas concedunt Religioso transeunti, imò eas pro medietate applicant secundo Conventui, ubi Defunctus erat tantum de Familia, pernecesse declarant, quòd Conventus nativus nullum habeat Jus, quæsitum super
141 his Pecuniis; Nam aliàs istæ non possent transferri cum persona Religiosi, eoque minùs applicari pro medietate ad secundum Conventum, quia ratione Juris quæsiti totum privativè pertineret ad Conventum à quo, nihil autem ad Conventum, ad quem; Fortiùs verò quando secundus Conventus est nativus, cui totum cedit Spolium, etiamsi contineat Pecunias, acquisitas tempore Filiationis primi Conventus ex probatis supra.

Unde patet, tale Rescriptum Sacræ Congregationis anni 1705. nullum facere posse Statum, tanquam innixum Relationi P. Vicarii Generalis, contrariæ Praxi, tam Sacræ Congregationis, quàm Religionis, ac etiam tanquam contrariæ ipsi dispositioni Juris, quæ tales acquisitiones personales transire facit cum Persona ad secundum Conventum, & intrat regula, quòd 142
unicus casus non est attendendus, quando anteriores sunt in contrarium, ex adductis per *Add. ad Ludovis. dec.* 434. *num.* 20. & *ad Buratt. decis.* 766. *numer.* 12. *vers. Ex prædictis*, *Rot. dec.* 152. *n.* 11. *p.* 10. *&* *dec.* 2. *n.* 8. *&* 9. *&* *dec.* 238. *n.* 5. *p.* 3. *rec.*

Neque stat in facultate unius Superioris per suam Relationem intervertere Statuta, & Consuetudinem inveteratam propriè Religionis benè, *Tortell. in Dub. regular. in verb. Privilegium num.* 6. *à Spiritu Sanct. in Director. Regular. tract.* 1. *disp.* 1. *sect.* 7. *num* 146. cum 143
aliis *per Rot. in Castellana Validitatis Concordiæ*, *seu Bipartita* 12. *Januarii* 1705. *§. Ultrà quod coram Molines.*

Ultrà quod suspicione non caret hujusmodi Relatio, tanquam facta per annum ante obitum P. Guttarelli, & forsan præmeditata ad finem, de quo agitur, & in omnem casum non potest faceret Statum universalem, cùm non repugnet, in aliquo casu particulari in Licentia transitus apponi posse conditiones, 144
priori Conventui favorabiles, aut Superiori benevisas, *Car. de Luc. de Reg. in Summ. n.* 36. quodquè ex uno casu non liceat arguere ad alios in universum, *per Text. in leg. prima ff. de Constit. Principum*, scribunt, *Gonzal.* 145
in cap. Relatum de Cleric. non residen. num. 2. *Card. de Luc. in Adnot. ad Conc. discurs.* 1. *num.* 11. cum aliis *in Derthusen. Jurisdictionis* 4. *Martii* 1696. *§. Absque eo quod in fine coram Pio*, & erroneum esse, quicquid est 146
contrarium statui præcedenti, habetur *discept. Eccles.* 9. *num.* 30.

Excluso Conventu Castri Bononiensis, facilior remanet exclusio Conventus Albani, dum totum ejus fundamentum consistit in transfiliatione, seu Licentia transeundi ad hunc Conventum, obtenta a Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularium, & tamen id nihil operatur, quoties habemus, P. Guttarellium hac Licentia uti noluisse, & renunciasse futuræ Filiationi, habendæ in Conventu Albani; Ad hoc e- 147
nim, ut quis dicatur affiliatus, non sufficit ostendere, quòd habuerit Licentiam transeundi, quòdque etiam acceptatus fuerit per Conventum novum, nisi etiam ostendatur, quòd Religiosus hunc favorem acceptaverit, & sese actualiter transtulerit ad Filiationem secun- 148
di Conventus, nam aliàs actus dicitur imperfectus, & ineffectuatus, *Rot. cor. Celso decis.* 7. *num.* 9. *&* *decis.* 381. *num.* 17. *par.* 19. *rec.* *&* *in d. Castellana*, *ubi supra*, 12. *Januarii* 1705. *§. Ex quibus coram Molines.*

Actum verò remansisse ineffectuatum, est evidens, si reflectimus, quòd P. Guttarellius perseveravit, ut priùs, in Filiatione nostri Conventus, interveniendo omnibus ejus Consiliis, & Capitulis, tanquam unus de numero Filiorum ex probatis in Summario, & occasione infirmitatis, licèt causa mutandi aerem se contulisset ad Conventum Albani, attamen sumptibus propriis ibi se substentavit, qui actus osten- 149
dunt, Filiationem Conventus Albani non fuisse effectuatam propter incompatibilitatem, quod ille esset filius Conventus Albani, & remaneret in Conventu 150
SS. Apostolorum ibique suum Votum daret tanquam unus de Capitulo, ad *Text. in cap Ne nimia de Religios. Domib.* ibique communiter *Canonistæ Rota in Tullen. Reformationis coram Verospio apud Lezzan. consult.* 44. *sub num.* 6. *§. Nec dicatur fol.* 255.

Nihil relevante, quod se transportaverit ad Conventum Albani, ibique deposuerit majorem partem suarum Elemosynarum, quia illuc se contulit, non ad effectum ibi standi pro filio, sed causa mutationis aeris, quando erat infirmus, quod patet ex eo, quia ibi se substentavit propriis sumptibus, & postea discessit, redeundo ad nostrum Conventum, & simul ordinan- 151
do reportationem suarum pecuniarum, & Mobilium tem-

tempore, quo erat sanæ mentis, & perfectæ valetudinis, ex quo proinde cessat prætensa Affiliatio in Conventu Albani, cùm non dicatur translatus, qui causa infirmitatis se transfert, statim reversurus, ad *Text. in leg. Cives Cod. de Incol. lib.* 10. ibique *Gloss verbo Larem*, *Rolan. consil. 79. num.* 51. *lib.* 3. *Rota decis.* 150. *num.* 5. *part.* 2. *divers. & decis.* 188. *num.* 1. *part.* 2. *recent. cum aliis apud Cardinal. de Luca de Success. disc.* 19. *numer.* 4. *& discept.* 20. *num.* 6. *& Rota coram Ottobon. decis.* 89. *numer.* 9.

Eò magis, quia si vera foret Filiatio Conventus Albani iste etiam ex alio capite nihil obtinere posset, dùm in Rescripto Sacræ Congregationis concessus fuit transitus cum clausula -- *Dummodo omnia Bona, & Eleemo-*
153 *sinæ, hucusque acquisitæ; primo Conventui incorporatæ intelligantur* -- Intelligendo primum Conventum de illo, in quo tunc de anno 1705. P. Guttarellius erat affiliatus, ibi -- *Di poter passar alla Figliolanza d' altro Convento da Quella, che anno presentemente, supplicano farle la Grazia della licenza del Convento, à quo discedunt* -- Et Sacra Congregatio in hanc formam respondit -- *Petitam Dispensationem consensus Conventus, à quo, Oratoribus benignè concessit; Ita tamen ut omnia Bona, & Eleemosynæ &c. hucusque acquisitæ, primo Conventui incor-*
154 *poratæ intelligantur* -- Et sic iste primus Conventus, cui incorporatæ intelligebantur Elem. alius non fuit, quam Conventus SS. Apostolorum, ubi d. P. Guttarellius habebat Filiationem de præsenti, quia primus intelligitur
155 ille Conventus, à quo fit discessus, qui est primus respectu secundi, ut notat *Barbos. in cap. Cùm Vinctionen. numer.* 7. *de Elect.* & concordant *Tiraquell. de Primogenit. quæst.* 3. *num.* 12. *Alberic. in Dictionar. in verb. Primus*, cum aliis apud *Rot. in Ilcinen. Beneficii* 2. *Julii* 1706. *§. Altera autem coram Kaunitz.*

Quòdque Conventus SS. Apostolorum esset ille, in quo P. Guttarellius de eo tempore erat affiliatus, negari non potest; Quicquid malè exadverso confundatur cum supposito, quòd in isto Conventu non detur Filiatio, sed Familiatio; Hoc enim non probant Constitu-
156 tiones Urbanæ *cap.* 6. *tit.* 6. per ordinationem, quòd Patres, & Fratres integerrimi ibi de Familia collocentur, ut detur propagatio Studiorum, & obsequium Divinorum, & Cura administrationis, cùm hoc solùm importet, adesse debere alios Patres graviores, qui sint de Familia, non autem excludit, quòd Conventus habere non debeat suos Filios, sicut alii Conventus, juxta *Constitut. cap.* 6. *tit.* 2. *numer. primo*, ubi ordinat,
157 quòd -- *Singuli Provinciarum Conventus Patres, & Filios habeant* -- Et sic omnes Conventus Religionis includuntur ex animadversis per *Surd. decis.* 278. *numer.* 5. *Barbos. diction.* 372. *num* 1.

Nec diutiùs immoramur super hoc Objecto ex omni parte insubsistente, quia, illo admisso, sequens maximum admitteretur inconveniens, quod scilicet Conventus SS. Apostolorum qui est principalior in tale Religione carere debere suo constitutivo essentiali, hoc est Filiatione, suorum Religiosorum quod est absurdum clarum, cui resistunt Constitutiones, scilicet ut suprà, & resistit rotunda, ac literalis Bulla Clementis X. quæ
158 præfixit certum numerum Filiorum, & subjunxit, ibi -- *Inhibendo, ne impostèrum augeri poterit numerus Filiorum Conventus SS. Apostolorum, sed, obeuntibus his, qui de præsenti sunt inter Filios adscripti, denarius tantum numerus eorum statui debeat, juxta formam Decreti Ministri Generalis anno* 1645. *editi*, quæ verba cum sint æquè clara, ac cubitalia, frustrà declinantur per subtilitates, & diverticula argumentorum, ad vulgatam regulam,
159 de qua *Textus in leg. Ille, aut ille ff. de Legat.* 2. *cum aliis apud Rotam decis.* 63. *numer.* 1. *cor. Arguell. & decis.* 399. *num.* 2. *part.* 18. *recent.*

Die 8. Julii 1707. proposita Causa in Congregatione particulari trium Prælatorum, Nuptii, Petræ, & Marefuschi, postea S. R. E. Cardinalium, rescriptum
160 fuit: *Scuta sexcentum, & Paramenta Sacra pretiosa, spectare ad Conventum Castri Bononiensis; Reliqua verò Mobilia usualia, & duplas viginti septem, esse dividendas inter Conventum Albani, & Conventum SS. Apostolorum, exceptis Expensis funeralibus.*

Ad tollendas similes futuras Controversias in Capitulo Generali eodem anno 1707. à PP. Conventualibus celebrato, resolutum fuit, Paternitates SS. duodecim Apostolorum de Urbe habendas esse dumtaxat pro Pater- 161
nitatibus honorariis, nulliumque per eas inferri præjudicium nativis Conventibus.

DISCEPTATIO XI.

Squillacen. Processionis, & Quartæ funeralis

PRO

PP. S. Francisci Oppidi Satriani Squilacen. Diœcesis

CUM

Archipresbytero ejusdem Oppidi

ARGUMEMTUM.

Regulares an possint facere Processiones extra illorum Ecclesias, transeundo, & circumeundo ambitum eorum Conventuum, Parocho irrequisito, & quando teneantur eidem solvere Quartam funeralem.

EXoptantes Cives Terræ Satriani, habere in eorum Patria Conventum PP. Reformatorum S. Francisci, idque, *si per la divozione, come per la qualità buona di essi Padri, così nel confessare, come in tutti gl' altri atti*, juxta præcisa verba Resolutionis captæ in publico Parlamento, habito die 25. Novembris 1611. Post plures Tractatus, inter ipsos habitos circa situm, seu Locum, in quo construi debebat idem Conventus, fuit tandem in eodem Parlamento unanimiter, & pari voto conclusum esse eidem concedendum situm, qui tunc 1
temporis vocabatur -- *la Garrupara*, -- & hodie vulgò appellatur -- *il Piano de Monaci*: Fuitquè etiam resolutum, *che si scriva à Monsignor Illustrissimo etc. per il suo assenso, e consenso* -- quem libentissimè concessit, mediante Epistola, data in Summario, Injungendo ulteriùs Archipresbytero ejusdem Loci, ut ejus nomine omnia perficeret, dando ei ad dictum effectum omnem authoritatem, & opportunam facultatem.

In quorum exequtionem nomine Universitatis ejusdem Terræ Satriani à tunc temporis Syndico, & Electis scriptum fuit P. Custodi nostræ Provinciæ, eum enixè rogando: *Li facesse grazia* (sunt verba Epistolæ, 2
datæ in Summario) *di conceder Licenza à far pigliare il Luogo per lo nuovo Convento etc. havendosi in quello offerto il Luogo per detto Convento, et anco di esser sempre pronto per tutti li bisogni, che occorreranno, secondo la professione di detti Frati etc. Perciò con questa supplichiamo V. P. M. R. di farci grazia quanto prima essere à ponere la Croce in detto Luogo per poter dar principio alla Fabrica etc.*

Se uniformando desiderio, & precibus dictæ Universitatis, P. Franciscus à Bagnaja, tunc temporis Custos nostræ Provinciæ, una cum aliis viginti quatuor Religiosis ejusdem Provinciæ, sigillatim descriptis in publico Instrumento concessionis situs, seù Loci, ubi constructus fuit Conventus, dato in Summario die 6. Januarii 1612. se contulerunt ad Terram Satriani, ibi- 3
què associati à Clero seculari, & regulari ejusdem Oppidi, processionaliter se contulerunt ad Locum, eis assignatum, in quo P. Thomas Calocerus, tunc temporis Archipresbyter, vigore facultatis, ei attributæ à Reverendissimo Episcopo, erexit Crucem, de præsenti etiam existentem in eodem Plano, *con tutte quelle solennità si ricercavano, presenti li detti Sindici, e in presenza dell' Illustrissimo, et Eccellentissimo Signore Ettore Ravaschiero Duca etc. dell' infrascritti Principali, facentino la più, e sana parte di tutta detta Terra etc. ascendentino al numero di duecento huomini.* Quem actum cum tali pu- 4
blicitate, & solemnitate ad nostrum præcisum effectum considerant *Cardin. de Luc. de Regular. disc.* 30. *numer.* 6. *et Piton. Disceptat. eccles.* 36. *numer.* 8. *in princip. tom. primo.*

Fuitquè processum in dicto Instrumento ad concessionem situs prædicti sequentibus verbis; *Hanno assegnato*

Tutto

Tutto detto luogo dalla Garrupara circumcirca per quan-
5 *to sarà capace di farsi detto Convento al R. P. Custode, e Fratti &c. præsentibus &c. & acceptantibus &c. cum Juribus omnibus &c. nihil Juris sibi reservarunt &c.*

Perfectus deinde fuit Conventus, omnisque illius ornatus, redactusque ad illos terminos, in quibus hodiè omnium oculis expositus est, & absque ulla prorsus contradictione, vel oppositione, tam ex parte Secularium, quàm ex parte Cleri, habitus fuit pro comprehenso in dicto situ totum illud spatium, quod cir-
6 camcirca Crucem ante dictum Conventum continetur, longitudinis circiter 25. passuum, & circuitus passuum 75. descriptum in Planta, originaliter exhibita in Secretaria quæ omnia ulteriùs concludenter justificamus ex solemni, & jurata Attestatione omnium ferè antiquorum Civium Oppidi Satriani. Qui addunt, ex eodem motivo comprehensionis dicti situs sub concessione, facta ab Universitate, *quando muore qualche Persona, che per sua divozione si vuole*
7 *sepelire nella Chiesa di detto Convento, li RR. Sacerdoti e Paroco di questa Terra, che assistono con la loro Croce, e Processione al Cadavere, non anno passata mai la Porta di detta Terra, ma quando sono arrivati in detto Luogo, e Distretto di detto Convento, come sopra, si sono ritornati in dietro, e lasciato il Cadavere in potere di detti RR. Padri.*

Addunt etiam, *che per quanto contiene d. Distretto si gode, e si à goduto sempre da tutti li Refuggiati Immunità del refuggio, Che anno sempre visto, che quando la Corte porta qualche Carcerato, lo portano per fuora di detto Distretto, che ogni anno il giorno della Dome-*
8 *nica delle Palme li RR. PP. escono con la loro Processione, e Croce per insino alla Croce di detto Piano, a ponere l'Oliva in detta Croce, e girano con la loro Processione per tutto detto loro Distretto &c. da tempo immemorabile, e così si hà sempre continuato, e continua.*

Cum quibus concordant alii quadraginta circiter jurati Testes, dati in Summario necnon concordant pariter moderni Syndici, & alii Regentes nostri Oppidi qui die 18. Aprilis 1716. una cum quinquaginta aliis ex principalioribus Civibus Satriani, personaliter se contulerunt ad Locum, de quo est quæ-
9 stio, ibique, perlecto priùs Instrumento concessionis Situs, una voce, omniumque consensu recognoverunt, & confirmarunt, Situm, de quo loquitur Instrumentum, præcisè esse illum, de quo disputamus, asserentes, *che detto Terreno fu assegnato a beneficio e commodo di detto Convento.*

Et quia observarunt, in eodem Situ factas fuisse aliquas Fabricas, *fu proposto da dd. Magnifici del Regimento, che cosa deve farsi. Fu risposto da tutti unani-*
10 *miter, & pari voto, &c. che dette Fabbriche incominciate si demolissero, e restasse tutto d. Piano à beneficio del Publico, e commodità di d. Convento.*

Alii autem antecessores Syndici, & Electi Oppidi Satriani præter comprobationem omnium supradictorum, addunt, quòd Particulares ejusdem Terræ, *che anno voluto cavar pietra in detto Piano anno prima procura-*
11 *ta licenza dal P. Guardiano di detto Convento*, Quòdque *senza detta Licenza avendo anni sono il quondam Nicolò Basile cominciato ad edificare una Casa nelli Confini di d. Piano, è stata ad instanza di detti Padri demolita.*

Circa quam necessariam Licentiam, obtinendam à Patre Guardiano pro tempore, concordant alii decem, & septem Testes, dati in Summario, asserentes, aliquos ex Particularibus, qui petierunt dictam
12 Licentiam, illam obtinuisse, aliis vero fuisse rotundè denegatam, specificantes Personas particulares, cum quibus id practicatum fuit.

Quibus in facto concludenter probatis non obstantibus, neque attentis, modernus Archipresbyter ejusdem Oppidi Satriani ultimo loco prætensionem excitavit, non posse eosdem Religiosos facere Processionem per dictum Locum, qui priùs vocabatut *la Garrupara*, & post illius concessionem favore nostrorum Religiosorum, mutato antiquo nomine, appellatus fuit *il Piano de Monaci*, à corruptione vocabu-

li *Monaci*, quo indistinctè in Regno Neapolitano ap- 13
pellantur, tam Monachi, quam Fratres; Et propterea ad illius instantiam porrectis precibus huic Sacræ Congregationi fuit de more scriptum Vicario Capitulari pro Informatione, & Voto; Cùmque in illa remissivè se habeat ad Scripturas, eidem ab utraque Parte exhibitas, & coram hac Sacra Congregatione iterum exhibendas; Hinc ad instantiam dicti Archipresbyteri, quæritur hodiè; An permissum sit PP.
Reformatis Sancti Francisci, irrequisito eodem Paro- 14
cho, Processionem facere per dictum Locum; Ad instantiam verò PP. Reformatorum quæritur, an eidem Archipresbytero debeatur Quarta pro Cadaveribus illorum, qui in vita sibi Sepulturam elegerunt in Ecclesia dd. PP. Reformatorum; Vel saltem ei debeatur tanta Ceræ quantitas, quanta est illa, quæ, peracto funere, remanet in eorum Ecclesia, quam ex-
torquere procurat à Personis idiotis, ut probatur in 15
Summario ex quo apparet, quod talis extorsio prætensa fuit à multis Particularibus d. Oppidi, sed non habuit cum omnibus illis desideratum effectum.

Deveniendo autem ad discussionem primi Dubii, concernentis facultatem dd. Religiosorum faciendi Processionem per Locum controversum, seu per *la Garrupara*, vel per *il Piano delli Monaci*, illius resolutio affirmativa videtur concludenter inferri ex hucusque probatis; Si enim totus d. Locus *della Garrupara*, seu *delli Monaci*, concessus fuit nostris Religiosis ab Uni-
versitate Terræ Satriani, ac aliis verbis Instrumenti, 16
successivè stipulati, & dati in Summ. Prout etiam, si subsequuta observantia demonstravit, hujusmodi Locum esse comprehensum in d. antiqua concessione, id inferendo ex licentia, petita à Guardianis pro tempore excavandi Lapides in d. loco; Ex Immunitate,
qua ibidem gaudent Curiæ Contumaces; Ex innega- 17
bili solito, quo attento quolibet anno nostri Religiosi ibidem faciunt Processionem in Dominica Palmarum; Et ex aliis reflexionibus, supra expressis; Videtur evidens, quod in futurum non possit ab Archiepiscopo prohiberi, nè in eodem Loco faciant similes actus; Ea ratione, quia in istis circumstantiis Processiones non dicuntur fieri, nisi per Locum, seu situm, comprehensum sub antiqua concessione, approbata, & solemniter acceptata, nedum à Fabritio Sirleto, anno 1612. Episcopo Squillaten. sed etiam à Thoma Calo-
cero, tunc temporis Archipresbytero, ut in terminis 18
probat *Graff. conf. 20. num. primo, & seq. de regular.* & concordat *Ricc. dec. Cur. Archiepisc. Neap. 90. nu. 3. part. 1.* ubi testatur de communi observantia in omnibus Civitatibus, in Processionibus, quæ singulis annis fiunt Sanctissimi Rosarii, Conceptionis, & hujusmodi. Et in debilioribus terminis Processionis, quæ
fit à Confraternitatibus Secularibus, resolvit *Sac. Ri-* 19
tuum Congregatio 10. *Decembris* 1703. *ad* 21. *Dub.* ut videre est apud *Monacell. in Formul. legal. pract. tom. 2. tit. 3. form. 1. fol. mihi* 11.

Videmus hoc practicari in Urbe in Conventu S. Francisci ad Ripas, in alio S. Bartholomæi ad Insulas, ac in omnibus alii Conventibus nostræ Religionis, in quibus absque ulla Parochorum Licentia similes fiunt Processiones ante Ecclesias eorundem Conventuum per illud spatium, quod ante illos existit,
& usque ad Cruces, in illorum extremitate, vel me- 20
dietate erectas, ut notorium est in Urbe. Et propterea idem omninò continuandum videtur in nostro Oppido: Ea enim, quæ in Urbe circa sacros
Ritus practicantur, deservire debent prò norma, & 21
regula alijs inferioribus Ecclesiis in universo Orbe, ut in specie observant adducti à *Rot. in decis. 469. nu. 62. & decis. 560. num. 2. & 3. par. 19. rec.* cum concordantibus citatis in *Tom. 1. par. 2. discept. 10. numer. 28.* quibus addo *Rot. in Constantien. Præcedentiæ, super bono jure 27. Januarij 1713. §. Idipsum coram Ansaldo.*

Nec credimus exadverso criticanda verba illa Instrumenti: *Circum circa per quanto sarà capace di farsi detto Convento*, quæ immediatè sequuntur post dd. verba: *Anno assegnato tutto detto Luogo della Garrupara*, Ultra quod enim verba illa, *Per quanto sarà capace*

pace à farsi detto Convento, nullatenus reperiuntur in
22 Matrice, hoc est in Parlamento, seu Resolutione totius Universitatis, quæ, uti verba Partium, semper præferenda sunt verbis Notariorum, qualia sunt illa
23 Instrumentorum, ex animadversis *per Card. de Lauc. de Emption. disc. 1. numer.* 12.& firmatis *per Rot. dec.* 608. *num.* 17. *cor. Merlin.* & *dec.* 168. *num.* 2. & 7. *cor. Ludovis.* & *dec.* 34. *num.* 29. *part.* 12. *rec.*

Respondemus, quòd ex dd. verbis Instrumenti remanet innegabile, fuisse concessum integrum illud spatium *della Garrupara*, de quo disputamus; Eo quia fuit *assegnato Tutto detto Luoco della Garrupara*; Qui enim totum dicit, nihil excludit, juxta regulam *Textus in leg.*
24 *Julianus ff. de Legat.* 3. cum concordantibus, adductis in *tom.* 1. *part. prima discept.* 16. *num.* 107.

Neque hujusmodi amplissima, & effrenata verba, *Tutto lo Luogo* dici possunt restricta, & limitata ab illis aliis, quæ non reperiuntur in Matrice, seu Parlamento, *per quanto sarà capace di farsi detto Conven-*
25 *to*; Appellatione enim Conventus non venit solùm, & restrictivè illud spatium, super quo ædificantur Muri, sed etiam aliud, destinatum pro illius ornatu, commodo, & perfectione, ut concludenter probamus in Summario eo modo, quo appellatione Civitatis venit etiam Portus, eidem Civitati adiacens, ex *Text. in*
26 *cap. Ubi periculum §. Porrò*, ibiquè *Gloss. verb. Territ. de Elect. Felin. in cap. Rodulphus vers. secunda conclusio de Rescript.* cum concordantibus apud *Barbos. Appellat.* 49. *num.* 8.& in proximis terminis benè *Rota decis.* 376. *nu.* 7. *cor. Priolo.*

Observando præcipuè, quòd fundatio Conventus, nedum fuit omnium Civium votis desiderata, sed ex mera gratia expetita à Religiosis nostræ Provinciæ, ut videre est in Epistola illorum de Regimento, data in
27 Summario. Et proinde eò magis dicendum est, ad alliciendos eosdem Religiosos, fuisse ipsis concessum, nedum id, quod erat simpliciter necessarium pro materiali Fabrica Conventus, sed etiam id, quod concernebat ipsius commodum, & majorem ornatum.

Quæ omnia transeunt in evidentiam ex subsequta observantia, irrequisito Parocho, faciendi ibidem Processiones in Dominica Palmarum, Quando enim verba dicti Instrumenti aliquam involverent dubietatem, quod absolutè negatur, ex dicta observantia illa pror-
28 sus sublata diceretur; Tanti enim æstimari solet observantia subsequuta, ut uno ore admittant Doctores, talem dici sensum in verbis, qualem demonstravit subsequuta observantia, etiamsi contrarius intellectus de Jure verior esset, magisquè accomodatus verborum sensui, impropriando etiam, si opus esset, verba, illaque accipiendo in eo sensu, in quo fuerunt observata,
29 ex adductis *per Rotam in decis.* 393. *num.* 7. *coram Priolo. et decis.* 165. *numer.* 20. *coram Ottobon.* & *in Romana Clericatus Beneficiatus S. Petri* 3. *Decembris* 1696. *§. Quod talis*, & *seq. coram Cardin. Priolo*, & *in Giennen. Juris mutandi* 20. *Januarii* 1698. *§. Et ad propositum coram Ursino*, cum aliis, allegatis *in Tom.* 2. *part.* 1. *discep.* 2. *nu.* 91. & *seq.*

Oppressus contrarius Defensor ab hujusmodi innegabili observantia, procurat se ab ejus efficacia, & pondere subtrahere, adducendo affectatas Attestationes, ad probandum, quòd in eodem Plano *continuamente hanno giocato, e giocano al Rollo, e Citrangoli*, & *ogni*
30 *altro giuoco, tutti li Cittadini di detta Terra*; Prout etiam *che in detto Piano continuamente si comprano la Possa, Bombace, e Panni publicamente da tutti li Cittadini*, Quantùm verò frivolæ sint hujusmodi reflexiones de se patet, eò quia nullum reputatur inconveniens, quòd similia peragantur in districtu Conventum, &
31 Monasteriorum, ut videmus practicari in Urbe ante portam Conventus, & Ecclesiam Sancti Francisci ad Ripas, & S. Bartholomæi, ad Insulas, ubi certis anni temporibus, præcipuè vero in festo ejusdem S. Bartholomæi, tali affluentia concurrunt Venditores, & Emtores, ut id habeat speciem publici Mercatus, ut omnibus notum est.

Eadem insubsistentia laborat alia contraria reflexio, ad debilitandam illam, nimis stringentem, consideratione, innixam publicæ Processioni, quę quolibet anno, irrequisito Parocho, fit à nostris Religiosis per dictum Planum, quando, ut dicunt nostri Testes. *Il giorno delle Palme li RR. PP. escono con la loro Processione, e Croce per insino alla Croce di detto Piano a ponere l' Oliva* 32
in detta Croce, e girano con la sua Processione per tutto detto suo Distretto; Cùm enim hujusmodi innegabile factum, omnium oculis quolibet anno expositum in nostra Terra, exadversò nullo modo negari possit, illud positivè quidem admittitur, imò comprobatur ex Attestationibus, ab Oppositoribus exhibitis, ibi: *Sanno in causa scientiæ, che il giorno delle Palme detti Padri escono con la Processione avanti d. Convento*, sed dicitur, Olivarum 33
Ramos poni super dicta Cruce, non à Sacerdote Regulare celebrante, sed ab uno ex Tertiariis Conventus ibi: *E poi mandano il Terziario per ponere l'Oliva in detta Croce.* Quia id nullam omnino animadversionem meretur; Sive enim sit Tertiarius, sive Clericus, sive Sacerdos ex nostris Religiosis ille, qui Olivarum Ramos supra dictam Crucem ponit, semper verum est, quòd id facit unus ex nostris Religiosis, & quidem uti missus à Superiore nostri Conventus, cujus Religiosi solemniter, & processionaliter accedunt ad dictum Planum, nullo requisito Parochi consensu, istoque vidente, tacente, & nullo modo reclamante, atque sequente omnium 34
suorum Antecessorum vestigia, qui nunquam id impugnarunt; Ita ut in rei veritate hujusmodi innegabile factum omnem in hac parte difficultatem tollat, digitoquè ostendat, totum Planum, de quo agimus, constituere Ambitum, & Districtum nostri Conventus, ad tenorem illius claræ, & literalis concessionis, ab observantia subsequuta intra evidentiæ fines positæ ex hucusque animadversis.

Nec relevat, quòd eadem Crux, antea existens in una parte ejusdem Plani, hodie reperiatur in alia; Ultra quod enim id evenit, ex præcisa necessitate, ex eo nempe, quia: *Volendo detti Padri cavar Pietre in detto Piano, e proprio, dove era detta Croce, furono astretti à* 35
muoverla, e la posero un poco più a basso, e però nella medema distanza, che si trovava prima.

Strictè respondemus, quòd, posita ex supradictis comprehensione totius Plani sub illius concessione, juxta literalem sensum Instrumenti, & juxta rotunda verba resolutionis Parlamenti est in arbitri nostrorum Religiosorum ponere eorum Crucem in Loco, magis con- 36
gruo, sibique benè viso, dummodo non ponatur extra Confines ejusdem Plani, quod neque etiam exadversò prætenditur factum fuisse, & ex hac parte concludenter probatur, positam fuisse in æquali distantia à Conventu.

Demum nihil omnino relevat, quòd in die Sabbati Sancti Parochus accedat ad benedicendum quandam parvam Domum, inhabitatam à secularibus, & positam intra Districtum ejusdem Plani, Cùm enim dicta benedictio Domorum in die Sabbati Sancti annumeretur inter functiones Parochiales *in Rituali Romano tit. de* 37
Benediction. fol. mihi 254. ibi: *Parochus* &c. *visitat Domus suæ Parochiæ, aspergens eas Aqua benedicta* &c. Nil mirum, si illa fiat à Parocho ut ab hac Sac. Congregatione decisum refert *Lantusc. verb. Declaratio num.* 14. ibi: *Se possono benedire le Case nelle Diocesi la settimana santa, essendo questo Officio del Curato, come si legge nel Rituale Romano, Sac. Congregatio Concilii die* 2. *Julii* 1621. *censuit, non posse* eodem prorsus modo, quo similes actus benedictionis Domorum in die Sabbati Sancti 38
fiunt in Urbe in Platea, existente ante Conventum Sancti Francisci ad Ripas, Sancti Bartholomæi ad Insulas, & aliorum Conventuum nostræ Religionis, absque eò quod ex illa aliquod, vel minimum argumentum desumi possit, exclusivum comprehensionis illius situs, ubi dictæ Secularium Domus reperiuntur in Districtu Conventuum.

Deveniendo modò ad preces Religiosorum circa illorum exemptionem à solutione Quartæ funeralis pro illis Christi fidelibus, qui in eorum Ecclesiis, sepulturam elegerunt, de quibus in Summario illæ exaudiendæ videntur, uti innixæ undecim literalibus Privilegiis totidem Summorum Pontificum, qui talem amplissimam 39
exemptionem concesserunt, sigillatim enumeratorum *in decis.* 263. *numer.* 3. & *per totam part.* 15. *recent.* cùm aliis

aliis concordantibus, citatis *in decis. 1072. num. 3. co-*
ram Coccin. & decis. 179. per totam coram Royas, quæ
raro exemplo emanavit contra Informantem, *& in*
decis. 8. per totam apud Antonell. de Jurib. Cleric. In
quibus privilegiis legitur expressa derogatio *Clem. Du-*
dum de Sepult. ut patet ex illorum lectura, & notant
Authores, supra citati, cum quibus, me scribente,
40 processit *hæc Sacra Congregatio in Senogallien. 23. De-*
cembris 1707. Ponente Card. Gabriellio, ut videre est
in Tom. 1. parte 2. discept. 28. à num. 41. & num. 156.
& addo aliam novissimam Resolutionem Sacræ Con-
gregationis Concilii, favore pariter nostrorum Reli-
giosorum emanatam in *Tudertina Funerum 3. Augusti*
1716. ad secundum Dub. de qua *in Tom. 5. d. 1.*
Non obstante dispositione *Concilii Tridentini in sess.*
25. de reformat. discept. 10. cap 17. Concilium enim lo-
quitur de Conventibus, fundatis 40. annis ante illius
41 terminationem, sequutam anno 1563. ut observat
Rot. decis. 263. num. 10. part. 15. recent. Et à quibus
ante illud tempus eadem Quarta funeralis Parochis so-
lui consueverat, ut patet ex illius lectura, & notant
Passerin de Stat. Hom. quæst. 187. num. 667. & 671. Bar-
42 *bos. de Paroch. cap. 25. num. 12. & Rot. decis. 84. num.*
4. apud Tamburrin. de Jur. Abbat. & decis. 263. num. 8.
& seqq. part. 15. recent. & in Posnanien. Jurium Paro-
chialium 4. Julii 1696. §. Neque, & 5. Maii 1698. §.
Decrevit coram Card. Priolo, Et referendo plures Reso-
lutiones Sacrarum Congregationum, notat *Matthæucc.*
in Offic. Cur. Eccles. cap. 42. num. 7. & seqq. Noster au-
43 tem Conventus fundatus fuit anno 1612. & sic annis 49.
post Concilium, ut patet calculanti, ut in terminis al-
terius Conventus nostræ Religionis, fundati anno
1613. firmavit, *Rota in decis. 179. & per totam*, & si-
gnanter *num. 9. coram Royas*; Et in terminis alterius
Conventus nostræ pariter Religionis, fundati anni
44 1614. est punctuali resolutio *hujus Sacræ Congregationis*
in dicta Senogallien. die 23. Decembris 1707. Ponente
Card. Gabriello ad 6. Dubium, ut videre est in *Tom. 1.*
part. 2. disceptat. 28. num. 4. juncto *num. 156.*
Minùs videtur insistendum in eo, quòd aliquis Guar-
dianus nostri Conventus forsan dictam prætensam
45 Quartam in uno, vel altero casu persolverit.
Responsio enim in promptu est, quòd scilicet, qua-
tenus per modum simplicis discursus, & falsæ hypo-
tesis, concludenter etiam probaretur talis solutio,
adhuc illa attendenda non esset; Eò quia in his termi-
nis, neque tacitè, neque expressè possunt Religiosi
præjudicare eorum Conventui, & multò minùs pro-
priæ Religioni, ad cujus favorem emanarunt dd. Pri-
vilegia, ut in terminis respondendo eidem objecto,
46 notant adducti *per Rot. in decis. 25. num. 2. apud Dian.*
coordinat tom. 8. et decis. 179. num. 7. et seqq. coram Ro-
yas, et decis. 44. *num.* 11. *part.* 7. *rec.* ubi talem præ-
tensionem appellat simplicitatem ibi: *Nec obstat, quòd*
Provincialis etc. renunciavit Privilegiis Religionis, quia
47 *illa fuit mera simplicitas, et in Senogallien. Quartæ fune-*
ralis, impressa *apud Bertacchin. voto decis. 100. num.*
14. et 15. ubi conclusionem ampliat, etiamsi probe-
tur observantia solutionis per longum temporis spa-
tium.
Cum quibus procedere solent Sacræ Congregatio-
nes, juxta Resolutiones, à me relatas *in Tom. 1. part.*
2. discept. 28. à num. 48. inter quas favore nostrorum
48 Religiosorum celebris est illa *Sacræ Congregationis Con-*
cilii in Asculana Quartæ funeralis 2. Decembris 1679.
lib. 3. Decret fol. 503. ibi: *Conquerentibus PP. Reforma-*
tis quòd Capitulum Cathedralis per vim extorserat Quar-
tam ex Interstitiis Funerum, quæ ad ipsorum Ecclesiam
ducuntur, Episcopus respondit, ita consuetudinem obti-
nuisse, ut Capitulo, non solùm à dd. Fratribus, sed etiam
ab aliis Regularibus Quarta solvatur &c. Dub. ex Fune-
49 *ribus, quæ ducuntur ad d. Ecclesiam, debeatur quarta*
Capitul. Sacra Congregatio respondit Negativè.
Quò demum ad aliam subalternam contrariam præ-
tensionem exigendi saltem ab Hæredibus Defuncto-
rum tantam Ceræ quantitatem, quanta est illa, quæ
consumpta fuit, vel remansit in Ecclesia nostrorum
Religiosorum occasione Funerum illarum Persona-
rum, quæ in illa sibi Sepulturam elegerunt, eadem
prætensio non potest esse magis insubsistens; magis-
que irregularis, illamque in terminis individualibus 50
reprobavit *S. Congreg. Concilii in una Conventualium*
Quartæ Funeralium, per extensum impressa *à D. Piton.*
post ejus Disc. Ecclesiast. 50. n. 46. in qua disputatum
fuit idem numero Dubium, ibi: *Procurator Genera-*
lis Conventualium conqueritur, plures Parochos præ-
tendere ab Hæredibus tantundem Ceræ, quantum in fu-
nerali in Ecclesiis Regularium consumatur; Unde quæ-
ritur &c. S.C.C. respondit Negativè; Quæ Resolutio 51
appellari potest casus Legis, individualiter deciden-
tis præsentem Controversiam, & uti Lex servan-
da est, ex adductis *in Tom. 2. part. 1. disceptat. 5. nu-*
mer. 11.
Et in longè durioribus terminis prætensionis Paro-
chorum percipiendi ab Hæredibus Defunctorum so-
lam quantitatem librarum duodecim Ceræ, innixæ
consuetudini immemorabili, & corroboratæ antiquis-
sima Synodali Constitutione, ab annis 116. punctua-
liter observatæ, habemus magistralem Resolutionem
dictæ Sacræ Congregationis Concilii in Mantuana Fu- 52
nerum 16. Januarii 1694. in Libro 44. Decret. fol. 17.
in qua asseritur ibi: *Episcopus informare jussus, te-*
statur de immemorabili consuetudine, & Synodali Con-
stitutione usque de anno 1578 super hujusmodi solutio-
ne, qua pauperes Parochi sustentantur, & spiritualia
administrant; Ideoque instantia per Summarium primo
relata, ac delata, petentibus Parochis in Folio descri- 53
bi, nunc ex Juribus, utrimque circumferendis, digna-
buntur EE. PP. decernere: An prædicta exactio libra-
rum 12. quæ pro quolibet Cadavere, extra Parochiam
tumulando, præter Quartam funeralem, Parochis de-
beat permitti: Sacra Congregatio Concilii, Juribus, ab
utraque Patre adductis, maturè perpensis, respondit:
Negativè, *quam sequutus fui in Tom. 1. part. 2. discept.*
15. num. 17. & 18.
Cui communissimæ opinioni, à dicta Sacra Con-
gregatione approbatæ, accedit viva illa ratio, quòd
ex contraria prætensione retraherentur Fideles ab
electione sepulturæ in Ecclesiis Regularium, quod
neque directè, neque indirectè, mediantibus simili-
bus extorsionibus, permittendum est, ut in specie
observant *Donat. Rer. Regular. tom. 3. tract. 10. de Se-* 54
pultur. quæst. 17. num. 3. in fine, ibi: *Quando quidem*
prædicta coactio deterret Homines ab eligenda sepultu-
ra in Ecclesiis Regularium, & Pignatell. Jurium Paro-
chialium accerimus Defensor, *consultat. 204. sub num.*
11. tom. 4. ibi: *Unde illorum* (idest Parochorum) *in-*
tentio est, quòd Laici cogantur indirectè eligere sepultu-
ram in eorum Ecclesiis, & sic illos privare libertate,
de Jure eis competente, & eodem tempore infringere 55
Privilegia Apostolica, Regularibus concessa, quibus ta-
men Laici, neque directè, neque indirectè valent præju-
dicium inferre, & Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap.
48. num. 8. ibi: *Hac eorum prætensione impeditur liber-*
tas electionis sepulturæ in Ecclesiis Regularium, cùm
avertantur Fideles à sepulturæ electione propter duplica-
tas, vel majores expensas, & resolvit *Sacra Congre-*
gat. Concilii in Insularum Canariarum 31. Julii 1694.
per extensum impressa *à Piton. tom. 2. post Discept.*
Eccles. 50. num. 48.
Habemusque in hac parte plures Summorum Pon-
tificium Constitutiones, id specialiter prohibentes,
de quibus *in Tom. 1. part. 2. discept. 28. à num. 9.* in-
ter quas adest *Constitutio 22. s. m. Urbani VIII.* in cu-
jus §. 1. in specie hujusmodi solida congruentia, & 56
præjudicium Ecclesiarum Regularium consideratur,
ibi. *Eò quod multi duplicis hujusmodi Funerum impen-*
sæ difficultate deterriti, in dictis Regularium Eccle-
siis sepulturam eligere non poterant. Unde fiebat, ut
dicti Ordinis Ecclesias Mortuorum sepulturis, & conse-
quenter Elemosynis, & quæ in suffragium Animarum
fieri consueverant, paulatim destitutas iri, verendum
erat &c.

IN EADEM CAUSA.

PRæsens Quæstio non versatur circa vindicationem dominii Situs controversi ad omnes Juris effectus, circa quos possent forsan multa adduci, à præsenti inspectione prorsùs extranea: Minùsquè insistunt nostri Religiosi in prætensione exercendi Jurisdictionem aliquam in Situ controverso, circa quam
57 multa exadversò cumulantur extra terminos nostri Dubii; Sed inspectio præsens unicè restricta est ad solum effectum continuandi per illum Processiones, quas in anni curriculo soliti sunt iidem Religiosi in eodem Situ facere, nullo requisito consensu Parochi.

Ad hujusmodi autem effectum, præter, supra adducta, videtur superabundare unica illa reflexio, quòd non controvertitur exadversò per eundem, situm à centum, & ultra annis semper ibidem nostro Religiosos fecisse Processionem in Dominica Palma-
58 rum, absque ullo consensu, vel permissione Parochorum, semperque istis videntibus, patientibus, & nullatenus reclamantibus, ut, præter publica documenta, adducta in nostris Scripturis, comprobant Testes, dati in contrario Summario, ibi: *Sanno che il giorno delle Palme detti Padri escono con la Processione inanzi detto Convento, e poi mandano il Terziario per portare l'Oliva in detta Croce*: Cùm enim eadem
59 Processio Palmarum nullum habeat speciale privilegium, ut fieri possit extra Claustra Religiosorum, quale habet Processio Sanctissimi Corporis Christi, *juxta Constitut.* 10. *Gregorii XIII.* dicendum per necesse est, id fieri ex eo, quia d. Situs semper habitus fuit, semperquè reputatus pro comprehenso intra ambitum nostri Conventus, ut de se patet.

Quæ omnia consona sunt claris verbis Concessionis ejusdem Situs, qui non fuit nostris Religiosis partialiter assignatus in constructione eorum Conventus, sed integer, & totus concessus fuit, juxta verba illa Resolutionis, captæ in Parlamento *Desiderano lo Luogo, detto la* Garrupara *&c. si concede detto Luogo,*
60 repetita in Instrumento ejusdem concessionis, ibi: *Anno assignato tutto detto Luogo della* Garrupara, Et concordant alia verba, ibi: *Essendosi conferiti tutti &c. nel Luogo, nominato la* Garrupara, *Luogo eletto, e dato per detta Università per crearsi detto nuovo Convento.*

Cùm enim non revocètur in dubium, situm illum, in quo nostri Religiosi suas facere solent Processiones, comprehendi sub Loco, appellato, priùs la *Garrupara*, & hodiè *il Piano de Monaci*, ut ex Planta, videtur evidens, quòd Locus iste, uti litera-
61 liter comprehensus in d. Resolutione Parlamenti, & in successivo Instrumento, in illius exequutionem stipulato, ex verbis, & ex intentione Universitatis concedentis, necnon ex facto Religiosorum acceptantium, dicatur constituere ambitum Conventus, & consequenter isti, nullo requisito Parochi consensu, possint per ambitum proprii Conventus facere Processiones, sibi benè visas, Eodem prorsus modo, quo illas in propriis ambitibus faciunt omnes alii Reli-
62 giosi nostrorum Conventuum, & signanter in Urbe, cujus solitum deservire pro norma, & regula in universo Orbe, notant adducti supra ubi probavimus ex documentis, relatis in Summario, absque ulla licentia Parochi S. Mariæ in Transtyberim, id practicari in illo Situ, seù spatio Conventus S. Francis. ad Ripas in quo omnium oculis exposita est Crux, in illius medio posita; Non obstante, quòd idem spatium intersecetur tribus viis publicis, ut est notorium, accedentibus ad dictum Conventum.

Ex quibus nullum fieri valet fundamentum in affectata Depositione contrariorum Testium; Non solùm quia illorum Dicta confunduntur, & destruuntur à Dictis, & Depositionibus nostrorum Testium, magis
63 informatorum, ex firmatis *per Rotam decis.* 198. *num.* 7. *part.* 18. *recent.* Sed etiam quia nostri Testes, uti ad unguem concordantes cum dd. verbis Resolutionis, captæ in Parlamento, & repetitis in sequenti Instrumento, illius vigore stipulato, omni Jure præferendi sunt contrariis Testibus, deponentibus contra dd. clara verba Resolutionis, & Instrumenti, ex pun- 64
ctualiter firmatis *per Rotam in decis.* 453. *num.* 6. *coram Pamphil. & decis.* 734. *num.* 10. *coram Dunoz. Jun. & decis.* 343. *numer.* 5. *part.* 17. *recent.* ubi Concordantes cumulantur.

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo contrarii Testes innituntur, æquæ frivolis, ac affectatis motivis, quia scilicet in Situ controverso Habitantes Satriani publicè ludunt Ludo, qui fit mediantibus Malis medicis, & vendunt, atque emunt Amylum, Pannos, Gossypium, & similia, ibi: *Sapere in causa scientiæ &c. e publico di questa Università, dove continnamente hanno giuocato, e giocano al Rollo, à Citrangoli, & ad ogni altro Giuoco tutti li Cittadini &c. & in detto Piano continuamente si comprano la Posa, e Bombace, e Panni publicamente &c.* quæ nullam omninò connexionem habent cum probationibus, & signis non comprehensionis dicti Situs sub verbis Concessionis, eò quia omnia hæc, & longè majora publicè videmus fieri, & practicari in Urbe, nedum in Sitibus, spectantibus ad Conventus Religiosorum; sed in ipsismet parietibus eorundem, absque eo, quòd prætendatur, dd. Situs, vel Loca non comprehendi sub ambitu Conventuum; Testibus autem, adducentibus ineptas rationes eorum Dicti, & 66
nullatenus efficaces, & convincentes, non esse creden. est propositio; uno ore recepta inter Doctores, sequentes celebrem theoricam *Bald. in leg. Conventicula num. 6. C. de Episc. et Cleric.* ibi: *Dotalem regulam, quòd semper ratio trabit ad se Dictum, & in suam naturam convertit ipsum, & destruit Dictum, si ei non congruit, quia tota virtus probationis stat in ratione, & concedant Bursatt. cons.* 197. *num.* 35. *lib.* 2. *& consil.* 331. *num.* 34. *lib.* 3. *Rot. decis.* 510. *num.* 5. *coram Ludovis. & decis.* 153. *num.* 4. *coram Benincas.* ibi: *Certum est, quòd Dictum Testium de Jure veniat regulandum à ra-* 67
tione, quam reddunt, itaut si ea sit inefficax, talis quoque reputari debeat illorum depositio, & decis. 66. *numer.* 6. *part.* 7. *& decis.* 194. *numer.* 24. *& decis.* 544. *num.* 9. *&* 10. *part.* 18. *recent.*

Ultra quòd depositiones contrariorum Testium non fuerunt ser. ser. procuratæ, citatis nostris Religiosis, sed sunt simplices Revelationes, metu Excommunicationis extortæ, ut dicit Vicarius Capitularis in Relatione, data in Summario, ibi: *L' Arciprete à avute* 68
42. *Rivelazioni a suo favore &c.* 19. *de quali anno sottoscritto il Rivelo, e* 23. *Croci signati; Benchè non abbino repetito il loro Rivelo quanti di me, intesi detti Frati*: In quibus terminis applicatur conclusio, uno ore à Doctoribus admissa, & à Supremis Tribunalibus canonizata, *quòd hujusmodi Revelationes ex defectu Citationis, & legitimi Examinis sivè Juramento, et Interrogatoriis* 69
Partis, non probant, sunt verba *Rotæ*, cumulantis Concordantes *in decis.* 138. *num.* 9. *post secundum Volumen Consil. Farinac.* cum aliis, allegatis *ab Andreol. controv.* 270. *num.* 2. *et per totam*, & à *Rota in decis.* 608. *numer.* 24. *coram Merlin. et decis.* 212. *num.* 15. *cor. Duran. et decis.* 250. *num.* 23. *part.* 6. *et dec.* 348. *numer.* 17. *et sequen. part.* 16. *et dec.* 281. *num.* 3. *part.* 17. *et decis.* 316. *num.* 20. *part.* 19. *recent.*

Quibus non adversatur *Card. de Luc. in Miscell. disc.* 15. *num.* 5. asserens, Regulares non posse facere Processiones, nisi intra proprii Conventus Ambitum; nostrorum etenim Religiosorum humiles instantiæ, & eorum humiliores preces unicè adhoc restringuntur, ut illis permittatur continuatio Processionum intra Spatium, seù Locum *della Garrupa-* 70
ra, hodiè *delli Monaci* quod eis fuisse concessum pro Ambitu eorum Conventus, non probamus præsumptionibus, & conjecturis, sed ex literali Resolutione Parlamenti, seù Universitatis Satriani, consentiente, & cooperante antecessore Archipresbytero, una cum aliis demonstrationibus, de quibus latè supra.

Neque hoc novum est in nostra Religione; Eò quia in omnibus Conventibus Processiones semper fiunt circa Crucem, quæ erigi solet ante Januas Ecclesiarum, & intrà Ambitus eorundem, quando à fun-

fundamentis eriguntur , ut est notorium : Itaut Parochus absq; ulla propria utilitate, vel minimo præjudicio prętendendo , contrarium practicari in solo Conventu
71 Satriani , se opponat in hac parte innegabili facto omnium illius Antecessorum , necnon plusquam centenariæ consuetudini , & solito nostri Conventus , necnon communi praxi totius Reformatæ Familiæ S. Francisci , Quo zelo quovè spiritu , ipse videat .

Nequè valet replicare , quòd hujusmodi Crux ab aliquo tempore citra amota fuit ab eo Loco , in quo tempore suorum Antecessorum collocata fuit ; Responsio enim in promptu est , quòd scilicèt ad factum fuit ex præcisa necessitate , quam non solùm probant Testes ; dati in Summario sed etiam alii , exadversò
72 exhibiti , ibi -- *La Croce etc. per le Fabriche , che fecero detti PP. del Coro , la cacciorno da detto Luogo solito , antico , la portorno , e piantorno dove oggi si ritrova*. Ea autem quæ ex necessitate fiunt, non dicuntur fieri in fraudem , & omni Jure permittuntur , juxtà communia Juris axiomata , de quibus *Barbos. axiom.* 157. *num.* 23. semperquè urget alia responsio , quòd, cùm non negetur exadverso repositam fuisse in Situ , ap-
73 pellato *della Garrupara*, & sic destinato , & concesso pro Ambitu nostri Conventus, ex hucusquè animadversis, materialiter se habeat, quòd permaneat in una vel alia parte ejusdem Situs , eò ipso , quòd non negatur exadversò , nec potest controverti , esse intra illud Spatium , quod vocatur *Garrupara* , quòdque comprehenditur sub ambitu nostri Conventus.

Deveniendo ad secundam inspectionem Quartæ funeralis , admittunt exadversò Scribentes , illam non esse solvendam à nostris Religiosis, ex rationibus , latè adductis supra . Ad evitandam nihilominùs omnem vexationem in futurum cum successoribus Parochialis, supplicamus pro illius resolutione ; Quia verò exad. scribentes subdunt in particulari Scriptura, ad hunc effectum distributa, eidem Archipresbytero , *ab Hære-*
74 *dibus defunctorum saltem deberi* (sunt eorum verba) *pretium illius parvæ quantitatis Ceræ , superextantis post Funerale , peractum in Ecclesia PP. Adversariorum*.

Non omittimus summis precibus observare , quòd eadem prætensio longè superat exorbitantiam prætensionis Quartæ ; Quia, cum ut plurimum totum Funerale consistat in solis Candelis , quæ accenduntur propè Cadaver, & quæ nullatenùs integraliter consumuntur pro eo tempore, quo idem Cadaver expositum manet in nostra Ecclesia ; si Parochus habere posset
75 pretium illius Ceræ, quæ superest post Funerale, non haberet Quartam, nec medietatem, sed integrum Funerale, ea ratione, quia si illud fieret in propria Ecclesia, nil aliud posset prætendere , quàm illam Ceram, quæ superest, peracto Funerale , ut Consideranti patet ; Et tamen hujusmodi prætensiones in longè minori quantitate semper rejectæ , semperquè reprobatæ fuerunt à Sacris Congregationibus, ut mediantibus replicatis Oraculis earundem ad hominem demonstravimus supra. Et stringens ratio hæc est, quia , admissa
76 hujusmodi Parochorum exorbitanti prætensione, à dd. duplicatis expensis , & extorsionibus retraherentur Fideles ab electione Sepulturæ in Ecclesiis Regularium , quod nullo modo permittendum est , juxtà plures Summorum Pontificum Constitutiones, de quibus supra.

Ex quibus abundè responsum remanet contrariis criticationibus, quòd hæ exceptiones respiciant Jus Tertii , nempè Hæredum Defunctorum , quodque proinde non possint deduci à nostris ; Religiosis Quia eadem contraria prætensio indirectè tendit etiam in præjudicium nostrorum Religiosorum ex dicta satis clara, & nimis stringenti ratione, quòd idem est, ac per indirectum excludere, vel nimis difficiles reddere electiones Sepulturæ in Ecclesiis Regularium , ut, eidem objecto punctualiter respondentes , in terminis notant
77 *Donat. Rer. Regular. tom.* 3. *tract.* 10. *de Sepultur. quæst.* 17. *num.* 3. *Tignatell. consultat.* 204. *sub num.* 11. *tom.* 4. *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap.* 28. *numer.* 8. *& Piton. Disceptat. Eccles.* 50. *num.* 48.

Imò in hac parte æquè notus , & commendatione dignus est , zelus Sacrarum Congregationum , quæ, etiam neutra Parte contradicente, ex officio solet impedire similes Extorsiones ; Cujus rei habemus , æquè punctuale, ac recensi, exemplum in una *Tudertina Funerum*, proposita in Sacra Congregatione Conc. die 13 78
mensis Augusti 1718. me scribente pro Religione Tertii Ordinis S. Francisci, in qua ex solito prætextu consuetudinis, quæ omnium Parochorum Sacra Anchora meritò appellari potest, prętendente Parocho Sudariolum quoddam , fuit disputatum particulare Dubium , an illud veniret nomine Quartæ funeralis ; Eadem tamen Sac. Congregatio respondit quidem directè eidem Dubio , cum rescripto, *sub Quarta funerali illud non comprehen-* 79
di ; Sed Statim ex officio addidit : *Et quoad Sudariolum Sacra Congregatio mandavit , illud ampliùs non afferri cum Cadavere , nec ab hæredibus Parocho consignari* , ut videre est *in Tom.* 5. *part.* 1. *discept.* 11. *in fine*.

Neque insistatur in efficacia consuetudinis immemorabilis, cum supposito, quod respectu d. extorsionis illa vigeat in Terra Satriani ; Objectum enim non regit in facto, in quo nullas habemus concludentes probationes hujusmodi exorbitantis consuetudinis, si excipimus affectatam, & extrajudicialem attestationem, datam in contrario Summario . Notoriæ siquidèm sunt regulæ Juris in hac parte, quòd similes extrajudiciales Fides, Lite pendente procuratæ, nullam omninò animadversionem merentur, ex adductis per *Rotam in decis.* 700. *num.* 27. *part.* 2. *& decis.* 301. *num.* 5. *par.* 14. *& decis.* 43. 80
num. 9 *part.* 19. *recen.* & alibi quotidiè, cùm sit propositio, nullum habens Contradictorem ; Quòdque immemorabilis consuetudo probanda est cum notis Requisitis celebris *Glos. in cap.* 1. *verb. Memoria de Præscript. in* 6. 81
aliàs nunquam attenditur, ut notant adducti in magistrali *decis. Trojana Delationis Crucis* 10. *Decemb.* 1708. *§.* 2. *& per totam coram , Aldrovand.* inter quæ annumeratur illud, quòd Testes deponere debent per spatium annorum quadraginta . Et tamen multi ex affectatis Testibus vix habent d. ætatem, ut ex descriptione, quæ legitur in contrario Summario in qua non sinè magna affectatione , & captioso verborum involucro 82
dicitur ; *E tutti quelli , che non sono notati l' anni , sono di età d' anni* 40. *e* 50. *in circa* , quod etiamsi verum esset, adhuc non relevaret, quia ad probandam immemorabilem Testes saltem esse debent ætatis annorum 54. antè motam Litem ex adductis per *Rot. in decis.* 196. *num.* 83
1. *cor. Ludovis. & decis.* 370. *eod. num. coram Cels. & decis.* 1279. *num.* 3. *& decis.* 1296. *num.* 10. *coram Emerix Jun.* cum aliis apud *Ansald. in Addit. ad decis.* 78. *num.* 80.

Quibus additur, quòd si immemorabilis consuetudo excluditur ex unico tantùm actu, imò ex solo rumore in contrarium, ut de prima conclusione videre est apud 84
citatos in *dec.* 290. *num.* 30. *&* 31. *coram Bich. & dec.* 506. *num.* 12. *cor. Cerro , & dec.* 696. *num.* 4. *coram Emer. Jun. & in Brixien. Jurisdictionis* 5. *Julii* 1688. *§. fin. cor. Caprara* quæ est inter ejus impressas la 43. *nu.* 6. cum aliis concordantibus apud *Ansald. in Addit. ad decis.* 38. *num.* 82. 85
Et de secunda apud *Marescott. Var. Resol. lib.* 4. *cap.* 190. *num.* 10. *Gratian. discept.* 918. *nu.* 39. *& Rota decis.* 159. *num.* 6. *cor. Ottobon. & decis.* 1296. *num.* 14. *coram Emer. jun. & decis.* 153. *num.* 17. *par.* 2. *recent.* Quantò magis exclusa dici debet in nostris terminis à feria, & jurata Depositione multorum qualificatorum Testium in contrarium, data in Summar. ut, conclusionem ampliando, notant *Monet. de Decim. cap.* 5. *quæst.* 1. *numer.* 76. 86
Rota coram Penn. decis. 508. *num.* 1. *& seq. & coram Cels. decis.* 104. *num.* 2. *& in d. Trojana Delationis Crucis* 25. *Junii* 1708. *§. Minùsque coram . Lancetta.*

Minùs idem objectum relevaret in Jure , quatenùs per modum simplicis discursus, & falsæ hypothesis asserta immemorabilis concludenter probata esset ; Quia Sacræ Congregationes talem abusum reputare meritò solent adeò exorbitantem, adeòque bonis moribus, & Christianæ pietati contrarium, ut semper, & ubique illum reprobatione dignum censuerint, etiamsi immemorabili fulcitus sit consuetudine, ambulantes cum illa aurea sententia *S. Cypriani*, relati, & sequuti *in Can.* 87
si consuetudinem 8 *distinct. Quælibet consuetudo, quantumvis vulgata, veritati omninò est post ponenda , & usus, qui veritati est contrarius, est abolendus, & in Can. Consuetudo cad. distinct.* 8. ibi : *Nam consuetudo sine veritate, vetustas errores est*, ut practicavit *Sacra Congregatio Rituum in*

um in Romana 26. Aprilis 1704. *Ponente Cardinali Barberino*, de qua in *Instit. Crimin. lib.* 1. *tit.* 10. §. 4 *num.*
88 212. *& seq.* Et in nostris punctualibus terminis idem resolvit Sacra Congregatio Concilii in Mantuana Funerum 16. Januarii 1694. cujus verba registravimus supra. Et in nostris pariter terminis egregiè discurrit *Peyr. ad Constitut. Leon. X. in Additamen. cap.* 4. *numer.* 7. *&* 8. ubi nimis solidè probat, similem consuetudinem esse verè, & propriè Monopolium, & sapere avaritiam, & corruptelam, esseque contrà libertatem eligendi Se-
89 pulturam, necnon importare Fidelium scandalum, & meliùs *Pignatell. consult.* 204. *num.* 6. *tom.* 4. ibi -- *Hujusmodi consuetudo, tanquàm irrationabilis, & scandalosa, non est toleranda, sed radicitùs evellenda.*

Demùm eadem extorsio, seu abusus nullo modo potest colorari à Jure Sepulturæ, quod diversum est à Jure Quartæ funeralis; Parochi enim de Jure pro illis Hominibus, qui Sepulturam sibi eligunt in Ecclesiis Regularium, nullum aliud Sepulturæ Jus habere possunt, præter solam Quartam funeralem, juxta Textus
90 literales in *cap.* 1. *de Sepultur. & in clement. Dudum §. Verum eodem titulo*, cum aliis apud *Rotam decis.* 1. *numer.* 1. *& seqq. apud Antonell. de Jurib. Cleric.* Quandoigitur hæc exigi ab illis non potest, ob notoria Privilegia Regularium, non est eisdem Parochis alia viâ per indirectum permitten. vexare Hæredes sub aliis prætextibus, & hoc modo impedire libertatem eligendi Sepulturam, vel illas difficiles reddere, ob duplicatas expensas, ut in terminis exclamat, alioquin acerrimus Jurium Parochialium Defensor, Parochus ipse
91 *Pignatell. consultat.* 204. *sub numer.* 11. *tom.* 4. his verbis: *Unde illorum* (idest Parochorum) *intentio est, quòd Laici cogantur indirectè eligere Sepulturam in eorum Ecclesiis, & sic illos privare libertate, de Jure eis competente, & eodem tempore infringere Privilegia Apostolica, Regularibus concessa, quibus tamen Laici, neque directè, neque indirectè valent præjudicium inferre.*

Die 20. Augusti 1718. proposita Causa in Cong. Episcoporum per Card. Corsinum, postea Clementem XII. rescriptum fuit: *Dilata, & ad Episcoporum pro nova Informatione in omnibus.*

Circa solutionem Quartæ funeralis, faciendam à Religiosis illarum Ecclesiarum, in quibus Seculares Sepulturam eligunt, procedendum hodie est cum Constitu-
93 tione s. m. Benedicti XIII. incipiente *Romanus Pontifex*, quæ per extensum reperitur impressa in Miscell. eccles. & profan. Pompeii Ursayæ, mei dilect. Filii, *lit. Q. fol.* 135.

DISCEPTATIO XII.

Fanen. Matrimonii quod Causæ Remissionem ad Partes

PRO

Hæredibus Caroli

CUM

Filio Epiphaniæ

ARGUMENTUM.

Causa successionis, intentata à Filio, an decidenda sit à Judice, coram quo introducta fuit Causa validitatis Matrimonii de mandato Papæ; Vel potiùs ab Ordinario in prima Instantia. In S. Cong. quando discuti possint Causæ, judiciarium ordinem & formales probationes, requirentes.

PRætendente Epiphania (quæ anno 1714. vitam cum morte commutavit (die 16. Januarii 1691. contraxisse Matrimonium cum Carolo Francisco (qui
1 obiit anno 1702.) de mense Februarii 1695. habuit Recursum ad Sac. Congreg. Concilii, quæ de more scripsit Card. del Verme, tunc Episcopo Fanen. *pro Informat. & Voto.*

Superventa eadem Informatione, relataque Causa per Summarium in Congregatione, habita die 16. April. ejusdem anni 1695. rescriptum fuit: *Ostendatur Parti Relatio*; Cùmque in illa asseruisset idem Episcopus, *che il detto Curato, che la sposò, hà fatta Fede, di non aver* 2
sposata l'Oratrice, juxtà præcitta verbo ejusdem Epiphaniæ in supplici Libello, porrecto Innocentio XII.) quæ Fides annexa fuit Informationi. Eminentissi. Episcopi) novum habuit, non ampliùs civilem, sed criminalem Recursum eadem Epiphania ad eundem Summum Pontificem, ipsi supplicando *con la più umile de-* 3
vozione dell' animo, acciò, che sia catturato il detto Prete falsario, o pure, che venghi à Roma ad essaminarsi, obtinuitque sequens Rescriptum: 29. *Maii* 1695. *Ex audientia Sanctissimi, idem mandavit recipi examen Oratricis, & Testium, illudque transmitti, Eminentissimo Legato Urbinaten. & Episcopo Fani per Congregationem Episcoporum pro habenda extrajudiciali Informatione*: Quibus Examinibus peractis, ac Informationibus extrajudicialibus ad Urbem perventis, in Congregatione, habita die tertio Augusti 1696. discussum fuit quid esset agendum in Causa, & fuit rescriptum: *Secreta-* 4
rio cum Sanctissimo pro cognitione Causæ in Sacra Congregatione super existentia Matrimonii; Habitoque affirmativo responso à dicto sanct. mem. Innocentio XII. deputatus fuit in Ponentem Card. Acciajolus.

Cum dictis extrajudicialibus Informationibus, & cum criminali Processu informativo, fabricato contrà Parochum, nunquam citato Carolo Francisco, proposita fuit Causa in dicta Sacra Congregatione Episcoporum per eundem Cardinal. Acciajolum die 14. Martii 1697. atque indefenso eodem Carolo Francisco rescriptum fuit: *Constare de Matrimonio*: Adversus, 5
quod concessa deindè nova Audientia, atque hoc medio tempore pluribus porrectis hinc indè Memorialibus circa subministrationem sumptuum Litis, aliaque accessoria, nullam habentia connexionem cum præsenti Instantia, tandem die secundo Aprilis 1716. re- 6
proposita fuit per Cardinal. Grimaldum, subrogatum in locum dicti Cardinal. Acciajoli, quando non sine magna Votorum scissura, confirmata fuit prior resolutio cum Rescripto: *In decisis, & in reliquis ad Judices suos.*

Quamvis autem Julius, uti natus quatuor annis antè dictum prætensum Matrimonium, nempè die quarto Aprilis 1687. nullo modo dici possit Filius ejusdem Caroli Francisci, eo quia nullatenùs fuit justificatum, tempore ipsius conceptionis ab eodem Carolo Francisco dictam Epiphaniam, ejus Matrem, retentam fuisse in schemate Concubinatus, nihilominùs, ac si esset indubitata ejus Filiatio, eadem die secundo Aprilis 7
1716. coram A. C. de Gentilibus expedire fecit Monitorium super divisione Bonorum, spectan. ad eundem Carolum Franciscum, quod fuit exequutum die 4. ejusdem mensis Aprilis,

Verùm attento, quod agebatur de prima Instantia, & Judicium agitabatur contra Fratres, Nepotes, & Neptes ejusdem Caroli Francisci, inter quos reperiuntur aliqui privilegiati ratione ætatis, & sexus, ad ter- 8
minos *Text. in leg. unica Cod. Quando Imperat. inter Pupill. & Vid.* causa de sui natura remittenda erat ad Partes, aliam excitavit Julius idem prætensionem, asserendo, usque ab anno 1708. nomine dd. Hæredum Caroli fuisse præstitum consensum, coram A. C. Un- 9
dè idem Iudex rescripsit: *Docto per tres dies de consensu, petiit, aliàs ad Partes.*

Neque intra tres dies, neque posteà docere potuit Julius de dicto consensu, eò quia ille nunquam ex hac parte datus fuerat, & proindè alium excogitavit idem Adversarius modum vexandi Hæredes Caroli die undecimo Maii ejusdem anni 1716. expediendo diversum Monitorium coram eodem A. C. de Gentilibus super prætensa ejus Filiatione, & immissione ad possessionem Bonorum Caroli Francisci, idque in exequutionem Decretorum dictæ Sacræ Congregationis Episcoporum.

Adversus quod, quia militabant eadem solida motiva privilegiatæ qualitatis Personarum, contra quas idem Monitorium fuerat exequutum, necnon urgebat pariter eadem reflexio, quòd Causa agitabatur in pri-

ma Instantia, quæ omni Jure remittenda erat ad Par-
11 tes, juxtà notoriam dispositionem *Sac. Concilii Trident. Sess.24. de Reformat. ca. 20.* fuerunt ex parte hęredum Caroli coram eodem A.C. de Gentilibus renovatæ preces pro remissione Causæ ad Partes, quæ prima vice fuerunt ab eodem exauditæ; Deindè verò, prævia repositione à primo Decreto, fuit in sensu, Causam esse agitandam in Curia.

Eandem fortem expertæ fuerunt nostræ preces coram Auditore Signaturæ Justitiæ, qui quamvis prima vice in acerrimo Contradictorio, habito die 14. Maii ejusdem anni remiserit Causam ad Partes, Postea ni-
12 hilominùs, reponendo à dicto suo Decreto, declaravit, Causam spectare ad A. C. nisi ad primam Signaturam.

Recurrimus propterea hodiè ad hoc Supremum Tribunal, exorantes, ut cohærenter ad laudabilem Pra-
13 xim, de qua *Cardin. de Luca in Relat. Rom. Cur. for. discurs.* 31. *numer.* 44. dignentur eidem Auditori hujus Supremi Tribunalis oretenus demandare, ut à dicto Decreto, per eum, ut suprà, facto, reponendo, pręsentem Causam ad Partes remittat, & Instantia non potest esse magis Congrua, magisque Praxi conformior.

Indubitati enim Juris est, quòd Causæ omnes in prima Instantia coram Locorum Ordinariis cognosci debent, ibique terminari, juxta literalem antiquorum Jurium dispositionem, rotundis litteris innovatam in *Sa-*
14 *cro Concilio Tridentino Sess.* 24. *de Reformat. cap.* 20. In cujus sequelam ita tenent innumeri illi Authores, quos referunt, & sequuntur *Zerol. in Prax. Episcop. verbo Instantia §.* 4. *Fusch. de Visit. lib.* 1. *cap.* 33. *numer.* 3. *Ricc. in Collect. par.* 4. *collect.* 1353. *in fine, & Leo in Thes. Fori Ecclesiast. part.* 2. *cap.* 1. *numer.* 70. Cujus Textualis propositionis congrua ratio adducitur in *can. Perve-*
15 *nit* 10. *quæst* 1. his verbis: *Nam si sua unicuique Episcopo Jurisdictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per Nos, per quos Ecclesiasticus custodiri ille ordo deberet, confundatur.*

Prout etiam æquè indubitatum est, quòd vigore dictæ *leg unicæ Cod Quando Imperator inter Pupill. & Vid.* Pupilli, & Virgines, quales sunt multi ex Hæredibus
16 Caroli habent privilegium, ne trahi possint. & conveniri valeant extra proprium Domicilium, ex latè animadversis per *Ridolphin. in Prax. part.* 3. *cap.* 4. *à*
17 *numer.* 15. & 74. Et propterea, non unum, sed duo habemus, æquè solida fundamenta, quæ etiamsi sigillatim sumantur, & particulariter considerentur, firmam præbent spem obtinendi remissionem Causæ ad Partes.

Adversus hæc unicè exadverso institum fuit, in eo, quòd Judicium super prætensa Filiatione, uti accessorium alteri Judicio super validitate Matrimonii, agi-
18 tari debet in Curia, eò quia in illa in prima Instantia agitatum fuit aliud super Validitate Matrimonii; Corollariè ex his inferendo, quòd probationes, factæ in Curia super validitate dicti Matrimonii, conferre etiam possunt ad probandam ejus Filiationem, & consequenter non possit cogi Julius ad transportandum ad Partes dd. Acta, existentia in Curia. Prout etiam fa-
19 cili negotio continuabit coram hoc Supremo Tribunali rubricam suarum antiquarum exclamationum circa ipsius paupertatem, & circà exaggeratam Hæredum Caroli præpotentiam in Partibus.

Pro adæquata autem, & cathegorica responsione sat esset unicè observare, quòd Judicium super validitate Matrimonii non fuit agitatum in Curia, vel ex Partium consensu, vel ex natura ipsius Judicii, sed vigore specialis Rescripti, imò individualissimi præcepti sanct. mem. Innocentii XII. de quo supra & quidem
20 restrictivè ad solam existentiam Matrimonii, ibi -- *Ad D. Secretarium cum Sanctissimo pro cognitione Causæ in S. Cong. super existentia Matrimonii*, Quod cum nimis exorbitans fuerit, & derogaverit antiquorum Sacrorum Canonum dispositioni, necnon æquè indubitatæ, ac rotundæ dispositioni *Sacri Concilii Tridentini in sess.* 24. *de*
21 *reformat. cap.* 20. non debet extendi ad casum, seu terminos Filiationis, quos ejus verba non comprehendunt, juxta notam indolem, & notoriam naturam similium exorbitantium Rescriptorum, de qua *Rota coram Emer. jun. decis.* 795. *nu.* 15. & 16. & *in part.* 14. *recent. decis.* 22
189. *num.* 15. & *in part.* 19. *decis.* 574. *num.* 8. & *in Vratislavien. Manutentionis* 2. *Junii* 1703. §. *Tandem coram Lancetta.*

Et propterea applicantur nostris terminis illa aurea verba *Tex. in leg. Præcipimus Cod. de Appellan. Quidquid autem hac Lege specialiter non videtur expressum, id* 23
veterum Legum, Constitutionumque regulis omnes relictum intelligant, quem ad nostrum effectum sequitur *Rota in Romana Matrimonii* 4. *Februarii* 1697. §. *Neque coram Ursino.*

Fortiùs quia non solùm nulla potest considerari connexio inter utrumque Judicium, nullaque inter ipsos adest dependentia, seu qualitas accessoria, sed Ju- 24
dicium super validitate asserti Matrimonii, & aliud super prætensa Filiatione sunt inter se penitùs, penitùsque distincta, & omninò separata.

Ad hoc demonstrandum duo præmittimus, in facto æquè notoria, ac innegabilia; Primum, quòd Julius lucem aspexit quatuor annis ante assertum Matrimo- 25
nium, Secundum verò, quòd potest stare simùl, quòd quis contrahat Matrimonium cum aliqua Muliere, quæ ante dictum Matrimonium Filium ex alio viro susceperat, quod cùm sit lumine naturalis notum, & sola terminorum notione clarum, nulla indiget ulteriori probatione, ex animadversis per *Cardin. Pallavicin. nell'* 26
Istoria del Concilio lib. tertio capitul. 13. *numer. octavo Cardinal. de Luca in Miscellan. Eccles. discurs.* 47. *numer.* 27. & *Rota in Giennen. Juris mutandi nono Februarii* 1705. §. *Tantùm verò coram Cardinal. Scotto*, & *decimo tertio Julii* 1706 §. *Quod indubitanter coram Kaunitz.*

Si igitur Julius in Mundum venerat antequam Carolus Franciscus cogitasset Matrimonium cum Epiphania contrahere; Prout etiam si hæc tempore ejus conceptionis erat sui Juris, atque vilem Cauponæ artem exercebat, & nullo modo in schemate Concubinatus retinebatur à dicto Carolo; Minùsque ullus datur fumus arctæ custodiæ ejus Ventris, imò 27
neque de mero possibili dari potest, eò quia uti Cauponam exercens, omnes indistinctè admittebat; In Libris Baptizatorum idem Julius reperitur descriptus, uti vulgò quæsitus, seu expositus Nemo non videt, quòd non solùm nulla adest connexio inter utrumque Judicium; Sed quò à dictis innegabilibus facti circumstantiis Filiatio dicitur prorsus exclusa, nullique legali fundamento innixa, ut in fortioribus terminis Filii, concepti quatuor dumtaxat mensibus ante Matri- 28
monium, notant adducti *in decis.* 223. *numer.* 4. *part.* 4. *tom.* 2. *recentior.* & *decis.* 75. *à numer.* 5. *usque ad finem*, & signanter *numer.* 9. *part.* 19. ibi: *Igitur, præcedente conceptione Pueri, & sub sequuto Matrimonio, Lex non præsumit paternitatem &c. Imò illam excludit &c. & aliundè probanda est Filiatio, tanquam necessarium antecedens, à Dominico; antequam descendat ad legitimitatem, aut legitimationem quam prætendit, ut post alios respondisse Rolandum &c.*

Et de Filio, nato eo tempore, quo Mulier non retinebatur in schemate Concubinatus, *Text. est literalis in l. Vulgo conceptus ff. de Statu Hominum*, quem se- 29
quuntur adducti *in decis.* 136. *numer.* 1. & 2. *coram Carill.* & *decis.* 43. *num.* 6. *part.* 17. *recen.* & *decis.* 100. *nu.* 6. & 7. & *decis.* 429. *numer.* 5. & *decis.* 544. *num.* 4. *part.* 19. *recen.* & *in Romana Filiationis* 11. *Januarii* 1704. §. *finali coram Cardin. Priolo*, & *in alia Romana Filiationis* 21. *Novembris* 1710. §. *Ac nec sufficeret cor. Aldrovando.* Et de Filio Mulieris, cujus Ventris custodia non 30
probatur taliter, ut nemini alteri patuerit accessus, observant *Gratian. discept.* 562. *num.* 60. & *seq. Paleoth. de Noth.* & *Spur. cap* 26. & firmavit *Rota in decis.* 660. *numer.* 2. *coram Emerix jun.* & *decis.* 289. *numer.* 4. *part.* 1. *recent.* & *decis.* 43. *numer.* 6. *part.* 17. & *in Romana Filiationis* 27. *Junii* 1681. §. *Præterquam coram Ursino*, ubi quòd prora, & puppis cunctarum probationum in ma- 31
teria Filiationis est concludens probatio arctæ custodiæ Ventris Mulieris, & in *Romana Filiationis super Articulis* 17. *Maii* 1697. *in fine coram Muto.*

Et de Filio, descripto in Libro Baptizatorum, uti

nato

nato ex Patre incerto, observant *Paleotth. de Nothis, et Spuriis cap. 26. sub nu. 4. vers. In specie, Rota decis.*
32 *596. numer. 2. coram Emerix jun. et decis. 317. numer. 22. part. 9. et decis. 100. numer. 28. et seqq. et decis. 544. num. 10. part. 19. recen. et in d. Romana Filiationis 21. Novembris 1710. §. Destituebatur coram Aldrovando.*

Et de Filio, nato ex Muliere, de cujus inhonestis vita, & moribus simpliciter dabatur magnus fumus, ponderant *Natt. cons. 205. numer. 2. Carol. Anton. de Lu-*
33 *ca ad Gratian. cap. 562. numer. 6. et Rota decis. 136. num. 1. et 2. coram Carill. et decis. 43. numer. 6. part. 17. rec. et in Romana Filiationis 27. Junii 1681. §. Hujusmodi coram Ursino, et in alia Romana Filiationis super bono Jure 8. Aprilis 1707. §. suasque itidem coram Omanna.*

Quibus non adversatur reflexio, quòd tempore conceptionis Julii Carolus pravam habebat consuetudinem cum Epiphania, ejus Matre, propter quam monitus etiam fuerat à Cardinali del Verme, tunc temporis Fani Episcopo: Quidquid enim sit in facto de probatione talis pravæ consuetudinis dicto præciso tempore,
34 circa quam temporis circumstantiam nullæ ex adverso adducuntur concludentes probationes, objecto punctualissimè occurrit *Sacra Rota in d. Romana Filiationis super bono Jure 8. Aprilis 1707. §. Absque eo coram Omanna*, his verbis -- *Absque eo, quòd relevet Parochi depositio super eo, quòd pluriès Alexandram hortatus fuerit, ut Concubinatum cum Ronciono dimitteret, et Præceptum, in Tribunali Eminentiss. Urbis Vicarii expeditum contra eundem Roncionum de non conver-*
35 *sando cum Alexandra; Etenim, ultrà responsiones, quas unaquæque ex dictis probationibus admittebat, placuit pro omnimoda earum confutatione reflexio, quòd, licet exinde justificata remaneat prava, et inveterata consuetudo peccandi cum d. Ronciono, non tamen aliorum excluditur interventus, nec etiam benè infertur arcta Ventris custodia, quæ omninò requiritur ad constituendum Con-*
36 *cubinatum in sensu civili, et ad regulandam Filiationem acceptum, ut tradunt Doctores, allegati in §. Suntque itidem*, & latiùs videre est apud *Farinac. quæst. crim. 158. à numer. quinto Panimoll. decis. 59. numer. 6. et Rota decis. 254. ferè per totam part. secunda divers. quidquid dicendum esset in sensu morali, in quem coincidunt Parochi monitiones, et præceptum Eminentiss. Vicarii, quæ, utpotè ad salubrem Animarum conversionem directa*
37 *aliud non concludunt, nisi obduratam consuetudinem peccandi, juxtà animadversa per Bellett. Disquisit. Cleric. part. prima §. 15. numer. 59.* & in alia *Romana Filiationis vigesimo secundo Novembris 1710. §. 14. cor. Aldrovando*, ibi -- *At nec sufficeret quando etiam in facto constaret, Jacobum cum Angela conversasse, quia ulteriùs probanda foret in hoc casu custodia Ventris Angelæ de tempore conceptionis Matthiæ, sine qua ob possibilem aliorum ad eam accessum, uti commorantem extra domum Jacobi, vagumque ejus Concubitum, semper remanet incertum, utrum Matthias generatus fuerit à Jacobo, vel alio Parente, ad Text. in leg. etc.*

Non attento Matrimonio postea contracto in Carolum, & Epiphaniam, ut per binas vices resolvit d. Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium; *Quo-*
38 *niam illi dumtaxat Filii per subsequens Matrimonium legitimantur, quos constat, ex ipso Viro fuisse progenitos, cum quo Mulier illud deindè contraxit etc. Non autem alii, quorum incertus est Pater, nam ii per subsequens Matrimonium legitimari non possunt*, sunt verba *Rotæ in decis. 317. numer. 23. et seqq. part. nona recent.* ubi innumeros refert, & sequitur Concordantes.

Minùs credimus insistendum in eo, quòd ex hac parte non afferantur concludentes probationes inhonestatis Epiphaniæ de tempore conceptionis Julii, quòdque cùm ex alia parte constet de prava consuetudine cum Carolo, non sit probanda arcta custodia Ven-
39 tris ad demonstrandam illius Filiationem. Respondemus enim, quòd ex replicatis Epistolis tam Cardinal. Astalli, tunc temporis Legati, quàm Cardinal. del Verme, eodem tempore Episcopi Fanen. & ex aliis Te-
40 stibus, adductis ab Hæredibus Caroli de quibus in Summ. concludentissimè de illa docemus. In tantùm verò aliæ probationes, circa hanc qualitatem adductæ ex hac parte non fuerunt, in quantùm erant

disparatæ ad finem nullitatis Matrimonii, de qua disputatum fuit.

In omnem verò casum, cathegoricè respondendo, ulteriùs dicimus, quòd inhonestas Epiphaniæ satis, superque probata dicitur ex prava consuetudine cum Carolo, quam pleno ore prædicat Julius, ejusque Defensores ultro admittent qui, uti in hac causa Actor, concludenter honestatem Matris probare tenetur, jux- 41
tà punctualissimè firmata per *Rotam in Romana Filiationis 21. Novembris 1710. §. 15. cor. Aldrovando*, ibi: *Absque eo, quòd Hæredes asserti Patris, Rei conventi, probare teneantur inhonestatem Mulieris, dum inhonestas satis præsumitur eo ipso, quòd admittitur, Mulierem semel peccasse cum prætenso Patre; semel siquidem malus, sem-* 42
per præsumitur malus in eodem genere mali, cap. Semel de Reg. Jur. in 6. Mandell. Alb. consil. 303. num. 5. Ideòque onus probandi honestatem, exclusivam accessus aliorum, refunditur in Actorem, se Filium procreatum jactantem ex tali Patre, ex vulgatis principiis.

Et hujus propositionis bonam adducit congruentiam, & non spernendam reflexionem *Nevizan. in Sylv. Nuptial. lib. 2. verb. Seni non est nubendum num. 35. fol. 167.* his verbis, *Licèt viderit plures solùm cognitas ab uno, à* 43
duobus tantùm nullam, quem sequutus fui in *Institut. crim. lib. 2. tit. 7. numer. 129.* Quòd enim Epiphania cognita fuerit à Carolo, pleno ore asseritur ex adverso; Quòd autem priùs cognita fuerit, & quidem in tenera ætate annorum quindecim à Jo: Antonio de Mondanio, probamus ex Querela, porrecta ab ejus Patre, tunc temporis Birruario in Terra Mondavii; Ultra 44
alias probationes, ex hac parte adductas in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium pro inhonostate, & mala fama Mulieris: Inter quas ex ore ipsius Epiphaniæ in ejus replicatis Constitutis habemus, in florida ætate annorum 28. derelictam fuisse ab ejus Viro, à quo tempore absque ullo Con- 45
sanguineorum consortio exercuisse Cauponam, quam sequendo litteralem *Textum in leg. Palàm, §. si quæ Cauponam, ff. de Rit. Nupt. Locum, & fomentum intemperantiæ, & incontinentiæ vocant Barbos. de Potestat. Parochi p. 1. cap. 6. num. 61. & Zaul. ad Stat. Favent. tom. 2. lib 7. rubr. 11. num. 79.*

Ex quibus corruit animadversio, quòd probationes, factæ in Curia circa validitatem Matrimonii, possunt etiam conferre ad probationem Filiationis; Quia dictę probationes principaliter, imò unicè concernunt statum, & circumstantias existentiæ Matrimonii, quod asseritur contractum anno 1691. & sic 46
quatuor annis post nativitatem Julii quòdque de speciali mandato s. m. Innocentii XII. unicè deductum fuit sub Judicio S. Cong. sub illo æquè restricto, & præciso dubio -- *An constet de Matrim.* die 14. Martii 1697. resoluto cum rescripto -- *Affirmativè*; Et die 2. April. 1716. confirmato, duobus istis verbis -- *In decisis*. Et proptereà, etiamsi adversus rei evidentiam, ali- 47
qua, à longè petita, deduci posset verisimilitudo, seù conjectura assertæ Filiationis à probationibus, in dicto Judicio factis, illæ, uti solùm incidenter, & ad alium finem emissæ, non possent in hoc, totaliter diverso, & omninò separato Judicio, haberi in aliqua consideratione.

Ea viva ratione, quòd Julius, uti Actor in hoc separato Judicio, concludenter probare debet suam intentionem *l. penultima vers. Non ignorare C. Si Mi-* 48
nor se major. dixer. cum aliis apud *Rot. decis. 392. nu. 3. coram Priol.* Actoris autem intentio nullo modo probari potest præsumptionibus, & conjecturis, multòque minùs probationibus, ad alium finem factis, & ad diversum effectum procuratis, egregiè *Adden. ad Buratt. decis. 707. num. 10. vers. Nec sufficiunt*, 49
Rota decis. 109. num. 15. part. 15. rec. & in Toletana Decimarum de Capilla 15. Januarii 1677. §. Primum coram Bourlemont, & in Romana Dotis 16. Junii 1697. §. Perperam etiam cor. eodem, & in Romana Immissionis 27. Junii 1695. §. Verùm coram Cardinal. Priolo.

Nec dicatur, quòd sumus in terminis Patris, in quibus ferè impossibile est adducere directas probationes Filiationis, ex animadversis per *Bertacchin. vot. decis. 32. numer. 6. et 7.* Quidquid enim sit, quando 50

 agitur

agitur ad effectum Alimentorum provisionalium, pendente Lite super validitate Matrimonii; Indubitatum est, quòd, quando, ut in præsenti verificatur, sermo est de successione, vel de Alimentis perpetuis, probationes Paternitatis debent esse concludentes, & undique perfectæ, ut, cumulatis concordantibus, egregiè distin-
51 guendo, observat idem *Bertacchin. d. vot. decis. 32. à num. 7. usque ad fin.* & meliùs firmavit *Rota in dec. 73. num. 1. coram Zarat.* ibi -- *Hanc prætensam Filiationem justificare debuisset per concludentissimas probationes, dum ea affert ad effectum succedendi in Fideicommisso*, &, *decis. 419. num. 19. et 20. par. 19. recent.* ibi -- *Loquuntur de Alimentis provisionalibus, quæ, Lite pendente,*
52 *sunt alicui præstanda etc. quod non potest extendi etc. et exadverso agitur ad instar acquirendæ successionis, et ideò probationes debent esse concludentes, & filiatio non indiciis, & conjecturis, sed probationibus evidentissimis deducenda*, & *dec. 544. num 1. eadem part. 19. rec.*

Quæ omnia transeunt in evidentiam ex illo addito, quod legitur in ultimo Rescripto dictæ Sacræ Con-
53 gregationis -- *In decisis, et in reliquis ad Judices suos*, quod cum intelligendum sit ad terminos Juris, ad *Text. in l. Rescripta C. de Precib. Imper. offer.* cum aliis apud *Rotam decis. 574. numer. 19. coram Dunoz. jun. et decis. 349. num. 6. coram Priol.* non potest intelligi, nisi de Judicibus de Partibus, coram quibus de Instantia Julii cognosci debet ex adductis supra.

Præcipuè, quia, quando Sacra Congregatio voluit alias appendices principalis Causæ Matrimonialis cum Epiphania, coram ipsa pendentis, ad A. C. remittere, id cubitalibus literis demandare scivit, & cum effectu clarissimè demandavit die 17. Augusti 1708. his
54 verbis -- *Subministrentur alia scuta 20. in Causam declarandam, et ad A. C. pro relaxatione mandati contra Bona hæreditaria, et in subsidium contra Bona fideicommissaria*; *Et quoad Julium Philippum ad Judices suos*; Qui clarus rescribendi modus, & diversa formula manibus palpare facit, appellatione Judicum suorum Sacram Congregationem non intellexisse, nec intelligere Auditorem Cameræ, sed Judices de Partibus, ducto argumento à discretiva loquutione, quod
55 in Jure validissimum reputatur, ad *Text. in leg. unica § Sin autem ad deficientis C. de Caduc. tollen.* cum concordantibus apud *Priol. decis. 328. numer. 12. et coram Emerix jun. 1366. numer. octavo* Et in punctualibus terminis, quòd hujusmodi argumentum habeat
56 etiam locum in Rescriptis Principum, benè probat *Alsald. in Addit ad decis. 71. numer. 17.*

Absque ulla prorsùs difficultate, ex quo Testes, inducti ab Epiphania, ex quibus constat Procesus Criminalis, seu Fiscalis, compositus de mandato Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, non solùm non fuerunt examinati, citato dicto Carolo Francisco, imò neque inducti ad probandam Filiationem, super qua nihil deponunt; Et proinde in illis nullum hodie potest fieri fundamentum in præsenti diverso Judicio petitorio, & plenario super Filiatione, solas admittente probationes judiciales, & lega-
57 les, undique convincentes, & servatis servandis faciendas, ut, adductis concordantibus, ferè per hæc verba firmavit *Rota in Roman, Filiationis vigesimo primo Novembris 1710. §. Quin suffragari coram Aldrovando*; Et in terminis Sententiæ, latæ in Judicio Criminali, concernentis modum, quo contractum fuit Matrimonium, quòd non probet, nec attendatur in
58 diverso Judicio Civili, egregiè *Rota in decis. 95. numer. 3. & per tot. post 2. Volum. Consil. Farinac. & decis. 205. num. 1. & 2. coram Mantic. & decis. 58. numer. 3. coram Cerro, & decis. 250. num. 18. par. 16. rec. & in Romana Matrimonii 4. Februarii 1697. §. Demùm coram Ursino*; Et in terminis Testium, examinatorum ad probandam Filiationem, quòd nullo modo attendi debeant in alio Judicio, quando examinati fuerunt, Parte non cita-
59 ta, egregiè *Rot. decis. 73. num. 15. coram Zarat.* ubi concordantes cumulantur.

Quòd si replicetur, posse in hoc novo, & separato Judicio Filiationis eosdem Testes repeti, citatis Hæredibus Caroli, responsio in promptu est, quòd scilicet hoc multò faciliùs peragi potest in Partibus, ubi reperiuntur dicti Testes, in citato Processu informativo examinati, & multi alii, qui, tanquàm optimè informati, possunt de novo examinari, atque aperire veritatem circa Filiationem Julii, de qua hodie est quæ- 60
stio, & super qua hucusque nullus fuit sermo, nec super qualitate ejusdem Julii, an verè sit Filius Caroli, itaut hodie ad illam probandam comparendo, & introducendo Judicium, istud remitti, & fieri debet in Partibus coram Judice ordinario ex suprà allegatis.

Maximè, quia semper urget, quòd Causa existentiæ, & validitatis Matrimonii nullam habet connexionem in Judicio, & Judiciis, exadversò noviter intentatis, quippè illa non concludit Julium fuisse Filium, operari tamen posset illius legitimationem, 61
data & probata priùs Filiatione; Quapropter cùm hoc Judicium sit distinctum, & separatum, & stare possit simùl, fuisse contractum Matrimonium, & Julium tanquàm ortum quatuor annis ante, non esse Filium, ac Resolutio Sacræ Cong. nihil conferat ad casum, & effectum, de quo hodie est quæstio, sequitur, quòd idem Julius Judicium Filiationis, divisionis, ac immissionis debet convocare coram Judice ordinario de Partibus; Nam, deficiente conne- 62
xitate, & quod possit oriri Sententia contra Sententiam, Causæ omnes reputantur distinctæ, ut quælibet remitti, ac cognosci debet coram suo Judice competente, ex supra allegatis.

Ea demùm, quæ forsan iterum exaggerabuntur de præpotentia Hæredum Caroli in Partibus, deque paupertate Julii in Urbe, nullam habent facti assistentiam; Respectu enim dictæ assertæ præpotentiæ, si unquam aliàs, sanè nostris temporibus de 63
Civitatibus Status Ecclesiastici verificantur ea, quæ leguntur in *l. 1. Cad. de His, qui per met. Jud. non appellar.* ibi: *In Sacro Comitatu nostro timere nihil potuisti*, & concordant adducti à *Zaul. ad Statut. Fanens. tom. 1. lib. 3. rubr. 7. num. 16. fol. 211.* Quam juridicam præsumptionem còmprobavit observantia, & innegabile factum, in quo constans est, quòd anno 1699. Epiphania carcerare fecit Carolum Franciscum pro tenui summa scut. quinquaginta ut fuit concludenter justificatum in Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularium, & patet ex illis verbis Scripturæ Facti ibi -- *Evidenter excluditur ex eo, quòd* 64
pro solvendis Adversariæ scut. quinquaginta decretis ab hac Sacra Congregatione, idem D. Principalis carceratus fuit in ipsa Patria Terra S. Constantii, ut ex documentis apud R. P. D. Secretarium: Quæ repetiit in alio Memoriali restrictivo, eidem Sacræ Congregationi distributo, incipien. *Hæc Causa §. Renovavimus*, his verbis: *Carolus Franciscus, divisus à suis Fratribus, vix habet unde vivere, nequivit solvere* 65
dictam summam, adeout in exequutionem Mandati carceratus fuerit &c. ac non paucis diebus Carceribus mancipatus remansit, donec ab Amico dictam summam accepit ad interesse, ut justificatur Eminentissimo D. Relatori. Si enim ille fuisset ità præpotens, ut exadverso decantatur, utque non minùs artificiosè, quàm insubsistenter sa. me. Innocentio XII. expositum fuit ab Epiphania his verbis -- *Attesa la pre-* 66
potenza di suo Marito, che fa tremare tutto il Paese, e che hà per suoi stretti Corrispondenti tutti li Ministri principali della Giustizia; Nemo sibi suadere poterit, quòd pro civili debito dictæ tenuis summæ carcerari tam facilè potuisset ad instantiam dictæ vilis Mulieris, tunc temporis moram facientis in Urbe, ut patet Consideranti.

Respectu verò assertæ paupertatis Julii, hæc eadem insubsistentia laborat, eò quia ille, uti Curiæ in legalibus materiis addictus, non potest ad nostrum effectum dici pauper, minùsque paupertatis titulo favorem aliquem, vel arbitrium prætendere potest; Generale enim est, atque uniformi calamo à Doctoribus in hac materia receptum, quòd pauper 67
nunquam dici potest ille, qui mediante honesto Exercitio potest suis necessitatibus occurrere, ex adductis per *Leoncill. de Privil. Pauper. par. 1. quæst. 3. n. 62. Adden. ad decis. 617. num. 112. par. 4. tom. 3. rec.* & firmatis

per

per *Rotam in decis. 622. num. 3. coram Emerix Jun. & decis. 211. num. 2. & seqq. par. 11. et decis. 330. num. 11. et seqq. par. 18. rec.*

IN EADEM CAUSA

AD *Partes* — rescribendum videtur, eò quia non solùm agitur de prima Instantia, quæ cognosci, & terminari debet coram Ordinario, ita disponente Sacro Concilio Tridentino, sed etiam quia Hæredes Caroli gaudent Privilegio l. Unicæ, quæ dat electionem, immò variationem, ut revariationem Fori de Loco ad Locum ex allegatis supra.

Nec à supradictis duabus regulis, in Jure notissimis, declinari potest cum tribus suppositis Partis prima scili-
69 cet quod cùm Causa Matrimonii sit discussa, ac terminata in Congregatione Episcoporum, & Regularium; In Curia, etiam cognosci debeat altera Filiationis, uti dependens ab illa: secunda quia cùm in Curia fuerint
70 factæ probationes super Filiatione, non debeat cogi Julius ad illas asportandas extra Urbem; Et tertia quia per præpotentiam Heredum Caroli non posset Julius Causam in Partibus prosequi, ex quo non reperiret in Civitate Fani Defensores.

Etenim quoad primum suppositum, ostensum fuit supra nullam adesse connexionem, nec dependentiam inter Causam matrimonii, & alteram Filiationis, &
71 Immifs. nam Continentia, & dependentia Causarum sola consideratur, quoties oriri posset Sententia contra Sententiam, iste tamen Casus in Hypothesi dari non potest, nam stat benè simul, Matrimonium fuisse contractum, quòdque Julius natus quatuor annis ante d. Matrimonium non sit Filius Caroli Francisci Filiatio enim est quid diversum à Matrimonio, & ille qui se prætendit natum ex aliquo, non in figuram Matrimonii, sed in Concubinatus schemate, tenetur id probare per con-
72 cludentissimas probationes, signanter in præjudicium tertii, unde si d. Causa est diversa, tam quoad prætensam Filiationem, quàm quoad Actionem, & inter diversas Personas, ac agitur in prima Instantia, & contra Virgines, Pupillos, & tertios Possessores, omninò remittenda venit ad Partes.

Hanc diversitatem, & non connexionem optimè determinavit etiam S. Congregat. quippè quoties Julius aliquid deducere voluit super ejus prætensam Filiatione & Jure, illa semper Instantiam rejecit rescribendo —
73 *Quoad Julium Philippum ad Judices suos*, per quod sine difficultate ad hominem excluditur quælibet etiam minima Continentia, & non percipitur, quomodò hæc Causa introducta pro parte, & ad Instantiam Julii contra Hæredes Caroli supra Immissione bonorum, depen-
74 dere debeat à Causam Matrimonii, terminatam cum Resolutione: *Constare de Matrimonio*, quando illam S. Congreg. cognoscere, & examinare noluit; Et tamen ubi verificatur dependentia & Continentia Causarum ab uno Judice cognosci, & terminari debet & propterea in nostro Casu id fieri debuisset ab eadem S. Cong.

Sed ratio eam remittendi ad Judices suos fuit, quia Causam Filiationis, sicuti illam Immissionis, est totaliter diversam, nec ullam connexionem, & dependentiam habet à Causa validitatis Matrimonii, ex quo num-
75 quam oriri, potest Sententia contra Sententiam, nam cum Julius natus sit, quatuor annis ante Matrimonium, & ex Muliere, cui omnibus dabatur accessus stat benè simul, quòd constet de Matrimonio sed quod non constet de Filiatione, & quod sit deneganda Immissio, dum Existentiam Matrimonii operatur, ut, probata
76 Filiatione, Filius sit legitimatus per subsequens Matrimonium, numquam, verò concludit, & probat Filiationem, præcipue quia ut sæpè, sed nunquam satis, diximus, agitur de Filio, nato quatuor annis ante Matrimonium.

Quæ transeant in evidentiam observando, quòd non regit in Facto, quòd in Processum, compilato à Fisco de mandato ejusdem S. Congreg. Testes fuerint interrogati, ac examinati, etiam quoad Filiationem; Veri-
77 tas enim est, quod Processus fuit ordinatus probandi Causam existentiam Matrimonii, & ibidem legitur simplex Interrogatio, facta per Fiscum ex Officio Pulsono Parocho, an iste audiverit Carolum Philippum habuisse filios cum Epiphania ante contractum Matrimonium; 78
Responsio autem fuit, sicuti verum est, non audivisse, nec umquàm intellexisse inter eosdem ortos fuisse Filios, nec aliis Testes fuerunt super hoc interogati, nec aliquod verbum dixerunt prætensa Filiatione.

Ecce igitur, quod opus non est, aliquas probationes, factas in Curia, transportare coram Judice de Partibus, omnesque Testes, si aliquos habet Julius, sunt ser. ser. examinandi, & repetendi in Judicio Civili, in quo ex integro debet legitimare ejus Personam, ut eò faciliùs 79
Causa veniat remittenda ad Partes, ubi degunt Testes examinandi, & hinc indè fieri debent legitimæ, ac necessariæ probationes.

Ejusdem insubsistentiæ est aliud suppositum prætensæ præpotentiæ Hæredum Caroli in Partibus Tum, quia illa Concludenter excluditur ex eo, quia Carolus Franciscus vivens ad Instantiam Epiphaniæ fuit prò miserabili Summa sc. 50. carceratus, in patria, ubi exageratur 80
præpotentia suorum Consanguineorum; Tum quia ultimo loco in altera Causa Hæredes iidem ad instantiam Personæ humilis conditionis passi fuerunt Sententiam contrariam, à qua pendet Appellatio in Rota Maceratensi. Tum quia in Statu Ecclesiastico, ubi facilis est Recursus ad Principem, nefas est allegare præpotentiam impeditivam Cursus Justitiæ; Tum quia nullus Casus 81
allegari potest quod in Urbe, & signanter ab hoc Supremo Tribunali, & in faciem Principis ex motivo præpotentiæ vel de Jure, vel ex æquitate fuerint avocatæ Causæ à Judicibus suis, nam istis Casibus etiam provisum fuit per Sacrum Concilium Tridentinum, quando Judex unicuique Jus suum non reddit, *ut in sess. 24. cap. 20. de reformat.* 82

Super Instantia verò prætensæ Subministrationis expensarum parum immorandum videtur pro illius rejectione; Etenim in hac materia regulare est, quòd ex- 83
pensæ, vel sumptus litis, vel aliqua Summa in Causam declarandam peti non valent, nec subministratio umquam demandatur, nisi copulative concurrat boni Juris præsumptio, & paupertatis probatio, *ad Text. in l. si Injustitia, ibique gloss. verbo decernitur ff. de inofficios. testament. et firmata per Rota coram Seraphin. d. 1098. nu. 1. et d. 50. n. 1. part. 9. recent.* 84

In utraque autem probatione deficit Julius, & signanter quoad bonum Jus, dum ipse non habet ad sui favorem Sententiam, declarantem eumdem Filium Caroli Fran- 85
cisci, ac concedentem Immissionem ad bona ac Hæredibus Caroli possessa, & sanè ad hujusmodi effectum requiritur saltem unica Sententia favorabilis, & quod ab ista altera Pars nempè Reus, recurrat, & appellet, ad 86
Text. expressum in *l. Imperatores 17.* ibique *Gloss. verb. Tutores ff. de Tut. et ration. distraben.* quem sequitur *Rota cor. Duran. decis. 273. n. 1.* cum ibidem allegatis, qui non est Casus noster, nam Julius nullam adhuc Obtinuit, & nimis difficile est posse obtinere aliquam Sententiam favorabilem, hodiè agitur super pertinentia Causæ, & contra Hæredes Caroli possidentes Bona, non titulo hæ- 87
reditario Caroli Francisci, sed vigorem Fideicom. ad eorum favorem purificati.

Quod autem deficiat in probatione alterius requisiti, nempè paupertatis, ista in Actis non apparet probata, sicuti requiritur, & quidem plenè, & concludenter ex 88
firmatis per *Rota decis. 50. n. 1. et 2. part. 15.* non autem cum simplici præsumptione, vel probatione, nimis generice, nam ad hunc effectum ex necessitate exigitur quod Actor coarctet negativam non existentiæ aliorum Bonorum, quodque ipse nihil penitus possideat cum quo 89
vivere possit, ac litis expensas facere, ut prosequitur *dicta decisio n. 3.* quando ipse est hæres Matris, quæ multa Credita reliquit, ut ex lectura Testamenti, licèt sufficiat simplex industria.

Die 13. Augusti 1716. proposita Causa in Signatura Justitiæ per R. p. d. de Bardis, responsum fuit: *Ad Partes*. Post quod Rescriptum die mense April. 1717. Causa terminata fuit per Concordiam, pro omni sua prætensione assignatis Julio scutis quatuor centum pro una vice dumtaxat.

DISCEPTATIO XIII.

Fanen. Matrimonii quo ad Causæ Merita

PRO

Hæredibus Caroli

CUM

Filio Epiphaniæ

ARGUMEMTUM.

Matrimonium, suppressis veris Nominibus, de nocte contractum coram Testibus, non cognoscentibus Contrahentes, an validum sit, quando Parochus incostans est in suis Depositionibus; Et an in istis circumstantiis illud comprobari possit præsumptionibus, & conjecturis, quæ ad hunc effectum demonstrantur insubsistentes.

HUmanæ fragilitatis lapsu Carolus per aliquot annos Amicam habuit Epiphaniam vilis conditionis Fœminam, ac deindè tædio affectus, amicitiam illius, jam ad senium vergentis, deservit; quod ipsa admodùm ægreferens, & sui desertionem adscribens recenti alterius Mulieris amori; sacrum Eloquium *Eccli.*
1 *26.9.* præ improbavit: *in Muliere zelotipa flagellum linguæ omnibus communicans*, propterea quod frustratis blanditiis, per Terram S. Constantii evulgavit, se ab eadem Carolo desponsatam fuisse, in maximum ejus dedecus; cumque vitam libertinam tunc, & antea egisset, Cardinalis Legatus Urbini, eam exilio à tota Legationis Ditione mulctavit, Accessit Fœmina ad Urbem, & die 16. Aprilis 1695. recursum habuit ad Sacram Congreg. Concilii, petendo, ut Loci Parochus traderet Fidem prætensi Ma-
2 trimonii, & Sacra Congregatio scripsit pro Informatione ad Episcopum Fanensem (deindè Purpura meritissimè decoratum) qui in sua Relatione respondit, Parochum nedum negasse à se unquam Matrimonium hujusmodi celebratum, sed illum fecisse Attestationem juratam super negativa celebrationis ass. Matrimonii.

Visa dicta Relatione Episcopi, Epiphania Memoriale porrexit huic Sacræ Congregationi contra Antonium Pulzonum ass. Parochum, instando, ut carceratus mitteretur ad Urbem, tam ex eo, quòd fecerit falsam Attestationem, quam quòd sibi ministraverit Sacramenta sub specie Matrimonii & tergo
3 hujus Memorialis adest rescriptum Sanctiss. Cardinali Carpineo Vicario notatum: *Ex audientia Santissimi idem mandavit recipi examen Oratricis, & Testium* (in eodem Memoriali indicatorum) *illudque transmitti Eminentissi. Domino Cardinali Legato Urbinaten. & Episcopo Fani per Congregationem Episcoporum pro habenda extrajudiciali Informatione*, ac in executionem hujus Rescripti Antonius Sabainus, Locumtenens
4 Criminalis dicti Vicarii, recepit Examen Mulieris querelantis, & quorundam Testium eorumque Depositiones, ad tenorem antedicti Rescripti, transmissæ fuerunt ad dictus Legatum, & Episcopum, & ambo, diligenter auditis Pulzono, & Testibus indicatis, responderunt, eundem Pulzonum negasse celebrationem hujus ass. Matrimonii, recensendo Dicta præfatorum Testium, nihil concludentia, Postmodùm ejusdem Sacræ Congregationis jussu accitus fuit ad Urbem dictus Pulzonus, & ab eodem Locumtenente Criminali subjectus Examini.

Vigore hujus Processus informativi criminalis, fabricati contra dictum Pulzonum, nunquam citati Carolo nec eorundem Procuratore, nec Testibus repetitis, Epiphania proponi curavit in hac Sacra Congregatione Dibium: *An constet de Matrimonio*, non
5 exhibitis per extensum Constitutis ipsius Pulzoni, & Testium, sed paucis tantum particulis, Dubium die 14. Martii 1699. fuit affirmative resolutum, quæ resotio explendus fundamentis non videtur subsistere.

Trimum est; quòd admodum dubitare contingit de Jurisdictione, quia cùm agatur de existentia Matrimonii, & sic de interpretatione Sac. Concilii Tridentini *c.1.sess.24.de reformat. &c.* ubi forma omninò 6
servanda præscribitur, Causa discutienda erat in Sac. Congregatione ejusdem Concilii, ex notissima praxi, expressè sancitur à fel. rec. Sixto V. *Constit.* 74. in erectione octavæ Congregationis *Bullar. tom. 2. pag. 614. §. 1.* ubi Summus Pontifex sibi ipsi reservans interpretationem circa Fidei dogmata, ait: *Cardinalibus verò, Præfectis interpretationi, & executioni Concilii Tri-* 7
dentini, si quando in his, quæ de morum reformatione, disciplina, ac moderatione, & Ecclesiasticis Judiciis, aliisque hujusmodi, statuta sunt, dubietas, aut difficultas emerserit, interpretandi facultatem, nobis tamen consultis, impartimur, & in erectione hujus Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, quæ est *ibidem* undecima *pag. 615. sub §. 1.* quoties incidant dubitationes comprehensæ sub Decretorum Concili Tridentini
dispositione, aut interpretatione, idem Summus Pon- 8
tifex jubet: *eas ad eamdem Congregationem Concilii remittant*, & rursùs in erectione Congregationis duodecimæ pro Consultationibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum *dicta pag. 615. sub §. 1. col. 2.* tributa ampla facultate, ponitur limitatio: *præter eas, quæ Concilii Tridentini interpretationem exigunt, vel ordinem judiciarium re ipsa requirant.*

Maximè quia ab initio Epiphania cursum habuit contra Carolum ad eandem Sacra Congregationem Concilii, quæ etiam manus apposuit, ut superiùs demonstratum est; Quamobrem versamur in casu Decreti, ab Innoc XII. editi die 4. Junii 1692. vide-
licèt: *Quòd si quis in posterum Preces, sive supplices* 9
Libellos in materia Gratiæ, vel Justitiæ, alicui ex Sacri Congregationibus Urbis quomodolibet obtulerit, seu præsentaverit, adeout ab eadem S Congregatione, vel in totum, vel in partem fuerint rejectæ, aut aliàs ipsa Sacra Congregatio mediante præfata præsentatione Precum præventa manus quomodocumque desuper apposuerit, nequeat ullo modo idem negocium, Causam, vel Petitionem ad alteram ex Sacris Congregationibus, etiam me-
diante rescripto Sanctitatis Suæ, (quod in hoc casu im- 10
portune, & subreptitie Sanctitas Sua censeri voluit extortum) sub quovis prætextu, causa, vel quæsito colore, etiam simplicitatis, & ignorantiæ defectu, vel aliàs primam Congregationem, sponte à principio aditam declinare; Aliàs Rescripta, Decreta quæcumque Indulta, Gratiæ, Literæ, Resolutiones, vel provisiones, à secunda, sive altera Congregatione impetrata, vel impetranda etc. haberi debeant omninò pro subreptitiè extortis, nulliusque penitùs sint roboris, vel momenti, nec ullatenus in Judicio, vel extra suffragari possint, valeant, perinde ac si nunquam emanassent, quæ ex impressa in ejus Bullariolo *Constit 59. pag. 222.*

Absque alla prorsus difficultate, quia Rescriptum s. m. Innoc. XII. à tergo Memorialis porrecti contra Pulzonum, non dat aliam facultatem huic Sacræ Congregationi, quàm transmittendi ad Cardinalem Legatum, & Episcopum Examen Mulieris, & Te-
stium, ab ea indicatorum, undè post Relationes, 11
habitas à prædictis, & ad summum post completum Processum criminalem informativum, Causa contra Carolum super existentia ass. Matrimonii, utpotè Conciliaris, cognoscenda erat à Sacra Congregatione Concilii, primo loco exadverso adita, ex recensitis, vel saltem requirebatur nova Commissio Sanctissimi ad procedendum similiter contra Caro-
lum ex firmatis, per *Rotam decis. 822. in principio* 12
coram Cerro, ubi, licèt de ordine Papæ fuerit disputatum Dubium: *An constaret de Matrimonio* in Causa criminali, supervenit tamen alia Commissio in Causa civili pro disputatione ejusdem Dubii.

Nec suffragari videtur, quòd hæc Sacra Congregatio die 3. Augusti 1699. rescripserit: *Secretario cum Sanctissimo pro cognitione Causæ in S. Congregatione super existentia Matrimonii*, & Sanctissimus deinde annuerit; 13
Huic enim Sacræ Congregationi non fuit insinuatum,

nec

nec Innoc. XII. expositum, quod jam apposuerat manum Sacra Congregatio Concilii, ut requirebatur ex supradicta declaratione, & quòd hæc Causa, utpotè contentiosa, exigebat ordinem judiciarium, ex alia declaratione ejusdem Innoc. XII. mox afferenda, Absque eo, quòd etiam officere valeat ass. consensus Defensoris Caroli, qui scripsit in hac S. Congregatione super inexistentia Matrimonii; Quia non habuit notitiam, quòd antea manum apposuerat Sacra Congreg. Concilii; Ad hoc autem, ut fiat prorogatio Iurisdictionis,
14 requiritur, ut Litigator sciat, non esse Judicem competentem, ad Text. *in leg. 2. in princip. ff. de Judic.* ibi *Consensisse videntur, qui sciant, se non esse subjectos Jurisdictioni ejus, & in eum consentiant; Cæterum si putent ejus Jurisdictionem esse, non erit ejus Jurisdictio Error enim Litigatorum non habet consensum*, cum aliis apud *Ubert. de Citat. c. 9. n. 124.* & cùm non haberet Mandatum procuræ, non poterat prorogare Ju-
15 risdictionem, ad quem effectum non sufficeret generale, sed requiritur specificum, Bald. *cons. 167. nu. 3. lib. 3.* Roman. *cons. 48. num. 1. in fin.* Paris. *cons. 15. nu. 3. vol. 4.* Rota *decis. 3. num. 1. de Appellat. cor. Mohedan. dec. 21. nu. 2. part. 4. divers. & decis. 904. nu. 3. cor. Manzanedo*; & speciale Mandatum necessarium fore statuitur ab Inn. XII. in renovatione Constitutionis 74. Sixti V. *pag. 241. §. Quatenus verò*, ibi: *Consensum hujus-*
16 *modi præstandum esse in scriptis ab ipsis Partibus, vel ab eorum legitimis Procuratoribus, speciale habentibus Mandatum ad consentiendum.*

Quapropter ex hoc fundamento Causa ex integro remittenda videtur ad S. Congregationem Concilii; immo propriùs ad suos Judices, cum sit merè contentiosa, ex dicta alia postrema declaratione d. Inn. XII. circa cognitionem Causarum, requirentium, ut ista or-
17 dinem judiciarium, & Processus judicialem, non obstante quovis consensu, nisi is fuerit præstitus in scriptis ab ipsis Partibus, aut eorum Procuratoribus, ut in *Ordin. 71. pag. 241.* ejusdem Bullarioli.

Secundum Fundamentum est defectus probationis, quia Epiphania nil aliud super supposito Matrimonio adduxit, quàm Processum criminalem informativum, fabricatum absque Citatione Caroli, contra ass. Parochum, tanquam falsarium; Propterea talis Processus nec probationem, nec præsumptionem, nec indicium
18 facit contra d. Carolum, non citatum super prætensa existentia Matrimonii, latè Farinac. *de Testib. qu. 72. nu. 136 Zuff. de legitim. Procès. lib. 1. quæst. 50. n. 11. Chartar. decis. crimin. 44. num. 29. & 30. & decis. 62. num. 9. Rota decis. 103. n. 1. coram Mantic. dec. 119. n. 1. coram Coccino, decis. 29. n. 11. & decis. 233. nu. 21. par. 7. decis. 23. num. 4. part. 8. decis. 78. num. 2. par. 12. rec.* & in puncto, quòd ex tali Processu, absque Testium, in eo examinatorum, repetitione, probari nequeat existentia Matrimonii, observant *Galeat. Mal-*
19 *vat. cons 83. num. 7. inter Consilia Matrimonialia*, collecta *à Ziletto vol. 1. pag. 188.* & pleniùs *Paulus Merend. cons. 86. num. 53. & 54. d. vol. 1. pag. 199. Rota dec. 211. n. 5. coram Pennia, et decis. 634. num. 2. cor. Buratt.* ubi de simili Processu informativo, ex officio constructo, *& dec. 250. num. 17. par. 16. ac dec. 395. nu. 1. part. 17. recent.*

Nil refragante, quòd Sacra hæc Congregatio admittat probationes extraiudiciales, nec attendat Juris subtilitates; Tum quia *cit. Constitut. 74. Sixti V. sub Congregatione undecima d. pag. 615. §. 1.* agit de Causis, inter
20 Religiosos vertentibus, & earum quoque cognitio demandatur Sac. Congregationi, *dummodò formam judiciariam non requirant*; Sub Congregatione verò duodecima, agens d. Constitutio *d. p. 615. col. 2. post initium* de Consultationibus Episcoporum, eorum Controversias cognosci jubet summariè, at inter singulares Personas examinari mandat, addita pariter clausula: *Præter eas, quæ ordinem judiciarium re ipsa requirant*; Quamobrem quidquid sit de modo procedendi inter Regulares, & E-
21 piscopos, de quibus agit *Card. de Luc in Miscell. disc. 17. n. 7. & 4.* exadversò citatus cùm hæc Causa non versetur inter ipsos, sed inter meros Laicos, & exigat re ipse judiciarium ordinem, ad eandem minimè extenduntur facultates, a dicta Constitutione tributæ huic Sacræ Congregationi, adeòut Causa super fœdere Matrimonii, de quo principaliter agitur, non sit decidenda ex Iuribus extraiudicialibus, & informibus. Tùm etiam, quia dictus Processus criminalis informativus, absque Citatione Caroli constructus, contra ipsum nihil probat, ex proximè allegatis, etiamsi Causa tractetur coram Prin- 22
cipe, ut plenè probant *Farinac. de Testib. quæst. 72. nu. 28. 29. 30. & 31. & cons. 185. num. 8. vol. 2. Grammat. decis. 103. num. 233. Honded. cons. 26. num. 2. vol. 2. Conciol. resol. crimin. verb. Testes resol. 6. per tot.* Et meritò, quia Citatio in examine Testium non est Iuris subtilitas, sed defensio, inducta à Iure divino, naturali, Gentium, & civili, ex plenè allatis *per Ubert.* 23
de Citat. cap. 8. num. 1. & seq. undè talis Citatio requiritur etiam in Causis, in quibus proceditur, Iuris solemnitate non servata, ad fusè tradita per *Farinac. d. quæst. 72. num. 13. cum quinque seqq.* Tùm tertiò, quia in hac Sac. Congregatione formatum fuit exadversò Dubium: *An constet de Matrimonio*, illudque discussum; Verbum enim *Constare* exigit probationes 24
veras, legitimas, & concludentes, *Lap. Abb. in cap. unico n. 2. Clem. de Offic. & potest. Judic. Deleg.* & latè tradit *Barbosa clauf. 25. n. 5. & 6.*

Tertium Fundamentum est idem defectus probationis ex ipsomet Processu informativo, ut mox patebit; Præmittendo, quòd Sacrum Concilium Tridentinum, æquiparans Causas Matrimoniales Criminalibus, ob 25
earum gravitatem, ambas cognosci præscribit à solis Episcopis, in celebri *c. Causæ omnes 20. sess. 24. de Reform. §. Ad hæc*, ibi -- *Causæ Matrimoniales & Criminales Episcopi tantum examini, & Jurisdictioni relinquantur*, & latè *ibidem Barbos. num. 52. & seqq. Rota decis. 610. num. 1. part. 12. recent.* quòd etiam antea de Jure sancitum erat *c. ult. in fin. de In integr. restitut.* ibi -- *In Matrimoniali quoque Causa, liberali, vel criminali, cùm majores Judices exigant, Arbiter nequit assu-* 26
mi, & in *c. Accedentibus 12. de Excess. Prælat.* cum aliis per *Ferret. cons. 196 n. 2. 3. & 4. lib. 1. & per Jo: Ant. Rubeum cons. matrim. 73. numer. 2. d. vol. 1. pag. 159.*

Ex quo infertur, quod sicuti in Causis criminalibus exigitur plena, & concludens probatio, ita & in ma- 27
trimonialibus, *Dec. cons. 309. sub initio. Joann. Anton. Rub. d. cons. matrim. 73. num. 11. d. vol. 1. pag. 159. a terg. Grat. cons. 75. num. 23. pag. 163. a terg. Gravat. consil. 82. num. 10. & 11. pag. 81. Paul. Merend. d. cons. 86. num. 3. & 4. pag. 198. a terg. Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 3. num. 9. & 10. Mascard. eod. tract. conclus. 1034. num. 13.*
Et ratio est, quia Contrahens Matrimonium dicitur 28
quodammodò propriam Personam alienare ex traditis *per Rot. decis. 281. num. 2. part. 4. divers. & decis. 371. n. 2. coram Mantic. Capon. discept. 160 num. 5. Tiraquell. de Legib. Connubial. leg 4. num. 5. Sperell. decis. 138. sub nu. 11. vers. Confirmatur, & D. Augustinus*, relatus *in c. Non novimus 17. 2.* navigare dicit, qui Matrimonium contrahit, & Gloss. *rub. Navigasti* ibidem subdit: *Sicut Navigans subiicit se variis periculis, sic Habens Uxorem*; Ideòque Causa Matrimonialis reputatur Causa status, 29
cum agatur de servitute Hominis, ut inquiunt *Gloss. in c. Mulieri. 34. verb. Absolutio de Jure jur. Bald. in l. 3. num. 12. C. de Reb. credit. Capon. d. discept. 160. sub eodem num. 5. Noguerol. alleg. 24. n. 125. & 149 Jacob. Leoniss. cons. matrim. 49 n. 92. d. vol. 1. pag. 104. à terg. Joan Ant. Rubeus d cons. matrim. 73. n. 3. & 12. pag. 179. à terg. Sigismundus Brunel. cons. 75. nu. 12. pag. 163. Gravat. d. cons 82. nu. 3. pag. 180. a terg.* eleganter ostendens, quàm dura sit servitus Matrimonii *Rota decis.* 30
1495. num. 9. coram Coccino.

Quæ durior profectò esset in casu nostro, ob maximam conditionis disparitatem inter Carolum Virum nobilem, & Epiphaniam, cujus qualitates sunt notæ; Undè meritò Sacrum Concilium Tridentinum, parificans, ut ostendimus, Causas Matrimoniales Criminalibus, ad probandam celebrationem Matrimonii *c. 1. sess. 24. de reformat. &c.* non exigit probationes præsumptivas, conjecturales, & imperfectas, *Capyc. Latr. decis. 136. num. 18.* sed plenas, & concludentes, cùm non aliter Matrimonium celebrari jubeat, sub Decre- 31
to irritanti, quàm coram Parocho, & duobus, vel

tribus

tribus Testibus, ad hoc, ut quandocumque de celebratione Matrimonii plenè constare possit, & ad tollendas Lites, super eodem exoriendas, *Sanch. de*
32 *Matrim. lib. 3. disp. 41. sub num. 4. vers. Ergò cùm Concilium Genua de script. privat. lib. 5. quæst. 6 n. 2. Barbos. de Parcch. lib. 1. cap. 7. num. 6. Rossignol. de Matrim. controv. tom. 1. prænot. 32. num. 2. vers. ratione etiam pag. 110. & num. 9. vers. Ratio deducitur, Add. ad decis. 431. numer. 13. part. 4. tom. 2. rec.*

Et licèt Rota in aliquibus Decisionibus dixerit, non requiri probationes exactissimas, veluti in Criminalibus, non fuit in iis Causis adducta, & perpensa parificatio Matrimonialium, & Criminalium à Sacro Concilio Tridentino facta; & insuper eadem Rota plenas, & exactas probationes ducit necessarias, quando agitur, nedum ad effectum dirimendi Matrimonium, ut dicitur exadverso, sed
33 etiam ad effectum illud probandi, quoties, ut in præsens, quæstio est principaliter de fœdere ejusdem, & signanter approbando *Gemin. conf. 27. nu. 4. & 8.* id firmat *decis. 337. n. 1. post 2. vol. Conf. Farinac.* repetita *decis. 374. num. 1. part 3. recent. & decis. 444. sub num. 1. coram Cavalerio, & decis. 156. num. 1. coram Seraph. & dec. 634 num. 1. coram Buratto, & dec. 771. numer. 1. & 2. coram Cerro, & dec. 779. num. 5. par. 18. & dec. 44. nu. 20. part. 19. recent. Cardinalis Albic. in Addit ad dec.*
34 *139. num. 13. coram Pamphilio*; & hoc casu gravissimam reputat *Rotam* Causam Matrimonialem *dec. 94. num. 7. post 2. vol. Conf. Farinac. & dec. 60. nu. 15. part. 15. rec.* Ac expressè, tam pro dirimendo, quàm probando Matrimonio *decis 318. num. 17. part.*
35 *12.* latè *Panimoll. adnot. 2. ad decis. 19. num. 32. & 33.* post *Boss. de Matrim. cap. 5. §. 11. a num. 69. ad 85.* Probationes verò leviores admittuntur ab eadem Rota, quando agitur incidenter de Matrimonio ad effectum separationis Thori, Successionis, & Legiti-
36 timitatis, ut distinguitur in Decisionibus, superiùs adductis, *& dec. 310. num. 1. & dec. 406. num. 8. part. 1. & dec. 441. num. 1. part. 2. & dec. 58. n. 5. & 6. part. 7. & decis. 214. num. 15. part. 10. & dec. 117. num. 37. part. 12 rec. & in Theatina Matrimonii 25. Junii 1696. sub init. coram Pio.*

His præmissis, percurrendo probationes, contextas in dicto Processu criminali informativo, neutiquam constat de veritate ass. Matrimonii, quæ apud
37 Judicem ea est, quæ secundùm acta, & probata apparet, *l. Illicitas 6. §. veritas*, ibique *Glos. verb. veritas ff. de Offic. Præsid. Rot. dec. 278. num. 1. & 2. part. 14. divers.* In nulla consideratione habitis omnibus illis, quæ exadverso exaggerantur circa ass. notitias extrajudiciales, & conscientiam utriusque Litigatoris, usurpando verba *Anton. Franc. de Doctorib. conf.*
38 *Matrim. 68. nu. 8. et 9. cit. vol 1. pag. 135. à terg. in fine*, nimirùm: *Prætermissa ergo ista conscientia ipsorum, et illam relinquendo solius Dei judicio, ex iis, quæ ex Processu* (informativo) *colligi possunt, dixi, ut dico, tale Matrimonium inter ipsum Toninum, et Susannam non videri esse probatum ex deductis in Processus*; maximè quòd *Ecclesia de occultis non judicat*, ait Sac. Conc. Trident. *d. cap. 1. §. Cui malo sess. 24. de reform. et modo celeb. Matrim.*

In dicto igitur Processu criminali informativo primo loco se offert Constitutum ipsius Epiphaniæ, quærelantis, Cui propterea nulla fides habenda est, cùm aliàs admitteretur, ut Testis, in Causa propria
39 contra Textum expressum *in l. Nullus 10. ff. de Testib. l. Omnibus 10. C. eodem, cap. Nullus 4. quæst. 4.* & in his terminis *Galeat. Maluet. conf. matrim. 83. num. 1. et 2. d. vol. 1. pag. 87. à terg. Gratian. discept. 849. num. 1.*

At quoniam *parùm est Jus noscere, si Personæ, quarum causa Jus constitutum est, ignorentur*, ut ait Imperator *§. fin. Instit. de Jur. natur. Gent. et civil.*
40 æquum est, ut ponderentur qualitates ipsius Epiphaniæ quas enucleare reverentia debita huic Sac. Congregationi non permittit, ideò sufficiat eas indicare, tam ex ejus Constituto, dato in Summ. quàm ex Relatione Card. Legati ad hanc Sac. Congregationem & ex aliis documentis in eodem pariter Summario exhibitis.

In eodem Processu Criminali informativo adest Constitutum Antonii Pulzoni ass. Viceparochi, cui pariter nequaquam deferendum est, ex pluribus. 41

Primò qui Episcopus Fanen. anno 1692. illi interdixit facultatem audiendi Confessiones, nec eidem unquam illam restituit, propterea quòd tunc innotuit, quòd non erat judicii compos, & sanæ mentis, plura palàm faciendo, quæ ejus qualitates digito ostendunt, ut ex juratis Attestationibus unius Canonici, & alterius Viri Nobilis Ac ideò non est curandum de eo, quòd fecisse dicit, *Noguerol. al-* 42
leg. 23. numer. 101. vers. Franciscus de Ribera.

Secundò, quia ex dd. aliis Attestationibus juratis, Relatori exhibitis, cum quibus concordant aliæ duorum Sacerdotum patet quàm affectionem habeat erga Epiphania.

Ex hoc capite, ac ex aliis, mox dicendis, & præsertim quòd diem 20. ass. Matrimonii annotavit in figurata Licentia Ordinarii, post quam talem die relatam audivit ab ipsa muliere in ejus Depositione, sibi lecta, ut infrà patebit dilucidè patet causa, ob quam Pulzonus ass. Matrimonium confixerit, quamvis ex toto negocii contextu clarè liqueat inexistentia d. ass. Matrimonii; quo casu non 43
requiritur probatio causæ, ob quam Matrimonium 44
confictum fuerit, quia causa satis probatur per effectum, ut ait *Glos. 1. in can. Quatuor autem 12. qu. 2. Rot. decis. 112. num. 24. part. 16. recent.*

Tertiò quia est perjurus; Nam in Attestatione jurata seriò negavit, se celebrasse tale Matrimonium, Prout etiam coram Episcopo, & Legato, jussu hujus Sacræ Congregationis eum interrogantibus, & postea Romæ in suo Constituto criminali cum juramento affirmavit, idem ass. Matrimonium à se cele- 45
bratum fuisse propterea ob clarum, & expresum perjurium, ei in nihilo credendum est, *c. Testimonium 54. de Testib. Roland. conf. 16. num. 7. 11. et 12. lib. 1. Eugen conf. 61. num. 6. 7. 8. et 12. Rota dec. 1250. num 3. coram Seraph. et dec. 109. numer. 14. 15. 16. et. 17. part. 17. rec. et d. 402. num. 3. coram Emerix jun.* & in puncto *Jacob. Leonissa d. conf. Matrim. 99. num. 58. vers. In contrarium 64. 65. 66. 69. vers. Item quia sub num. 71. et per tot. d. vol. 1. Ruin. conf. 149. num. 25. lib. 5. et Rota dec. 207. num. 3. par. 1. rec.*

Neque à perjurio excusari potest sub prætextu, quòd hoc ass. Matrimonium sibi ab Epiphania relatum fuerit in confessione Sacramentali, unde putaverit illud negare potuisse etiam sub juramento, quia cùm ipse Romæ studuerit Theologiæ morali, & munus Parochi exerceret, tenebatur scire, quòd ass. Matrimonium à se, ut dicit, celebratum in facie Eccle- 46
siæ, negare nequaquam poterat, ex *D. Thoma*, & aliis, adductis *per Menoch. de Arbitr. cas. 414. n. 23.* præsertim coram Episcopo, & Legato, deputatis in vim Literarum S. Congregationis; Itaut dicendo, se in hoc errasse errore intellectus, alleget suam turpitudinem, ob quam nulla penitùs fides eidem habenda 47
est, *c. 1. de Confess. Rot. dec. 8. num. 16. coram Arguell. et dec. 30. num. 7. coram Zarat. et dec. 1266. num. 14. coram Coccino, et dec. 353. num. 20. part. 13. et dec. 348. num. 19. part 16. rec.* & in nostri terminis *Angel. de Ubald. conf. Matrim. 44. num. 12. d. vol. 1. pag. 76.* & ass. deceptio aliundè probari deberet, quàm ex assertione ipsius, ne alias via fraudibus aperiatur benè *Ro-* 48
ta dec. 109. numer. 20. part. 17. recen. eò, quòd ipsa Mulier in suo Constituto licèt asserat, se fuisse jussam à Carolo confiteri super hoc die sequenti dicto ass. Parocho, nè ille quidquam dicturus esset, non tamen inquit, id se fecisse; & sic ass. Sigillum Confessionis redditur nimis inverisimile ex duplici capite, & ob di- 49
ctam inverisimilitudinem Pulzonus nullam fidem meretur, *c. Quia verisimile 10. de Præsum.* subintrante præsumptione falsitatis, ut ad excludendam probationem Matrimonii tradunt *Jacob. Leoniss. d. conf. Matrim. 49. num. 57. pag. 101. d. vol. 1. Alex. à Scalla conf. 56. numer. 1. d. pag. 114. Buccell. d. conf. 70. numer. 30. et* 50
31. pag.

31. *pag.* 146. & latiùs in Addit. *sub lit. D. pag.* 150.
Grat. conf. 75. *numer.* 14. *part.* 163. *Gravat. conf.* 82.
numer. 47. *pag.* 184. *Paul. Merend. d. conf.* 86. *numer.*
25. *pag.* 196. *à terg. Ruin. d. conf.* 149. *num.* 27. *lib.* 5. &
in puncto Parochi, *Rota dec.* 40. *num.* 6. *sub vers. Nam
quantum*, & *dec.* 141. *num.* 13. *part.* 16. & *dec.* 3. *n.* 10.
& 11. *part.* 18. & *dec.* 19. *numer.* 2. *part.* 19. *recent.*

Et in omnem casum debebat consulere Theologos,
quos frustrà dicit non consuluisse, nè assertum Matri-
monium evulgaretur, quia dictos Theologos consulere
poterat absque specificatione Personarum sub nomini-
51 bus *Titii, et Bertæ*, sub quibus ipse dicit figurasse ca-
sum Episcopo, & signanter consulere sic poterat ipsum
Episcopum, vel ejus Vicarium Generalem, vel P. Bel-
luccium Jesuitam, dicti Episcopi Theologum, qui jam
(ex sui assertione) sciebant sub dicti fictis Nominibus
celebrandum fore assertum Matrimonium; Undè ab
eis quærere valebat, num teneretur negare individua-
52 tionem Contrahentium, si fuisset requisitus, ut in simi-
li advertit *Araux. de Ecclesiast. stat. tract.* 1. *quæst.* 2. *nu.*
8. Fortiùs, quòd Romam perventus in hunc modum
consuluisse asserit graves Theologos scilicèt *con avergli
53 formato il caso sottofinto Nome*; Sic igitur poterat, &
debebat in Civitate Fani figurare casum Theologis. Et
ad majorem sui cautelam poterat etiam eos consulere
sub Sigillo Sacramentali, seu veriùs naturali, ut ipse in-
sulsè dicit, sub eodem sigillo sibi communicatum à Par-
tibus ass. Matrimonium.

Addito maximè, quòd in Examine coram Episcopo
Fanen. fuit sibi lecta Depositio ipsius Epiphaniæ, trans-
missa ab Urbe jussu Sac hujus Congregationis, ut idem
54 Pulzonus fatetur, ibi: *Mi fù letta la Deposizione della
medema Epifania*, in qua Depositione dicta Epipha-
nia, loquens de suis Confessariis, conscii asserti Ma-
trimonii, dixerat: *Ma perche è stato in Confessione, non
potranno dirlo; che se bastasse, ch' io negli dassi la permis-
sione, o licenza, Io la dò amplissima a tutti, acciò si scuo-
55 pra questa verità*; Quamobrem Pulzonus, audita hac
amplissima licentia, eò minùs obtegere debebat ass.
Matrimonium sub prætextu Sigilli sequendo illos Theo-
logos, quos ego Citavi *in Instit. Crim. lib.* 1. *tit.* 10. *§.* 2
num. 153. quibus addo Menoc. *de Arbitr. d. cas.* 414. *nu.*
19. tota manifestissimum perjurium.

Quartò, quia idem Pulzonus multifariam deliquit in
officio, adhibendo ass. Testes ignotos, vagabundos, &
illicò discessuros, absque interrogatione Patriæ, & non
annotando hoc assertum Matrimonium in solito Libro,
in quo cætera omnia, se celebrata annotasse, fatetur;
56 Poterat enim ipse decedere, & ob ass. Matrimonium,
in Libro non descriptum, & assertos Testes ignotos, &
vagabundos, illud nullo pacto constitisset Ecclesiæ, &
sic fuisset in arbitrio alterius ex assertis Conjugibus aliud
Matrimonium contrahere; Quamvis autem ex hoc
non irritetur Matrimonium à Sacro Concilio Tridenti-
no, attamen Parochus peccat læthaliter, omittendo
adnotationem, ab eodem Sac. Concilio præscriptam,
57 *Sanchez de Matrim. lib.* 3. *disput.* 15. *numer.* 22. *Genua de
Scriptur. privat. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 7. *Barbos. ad Concil.
d. cap.* 1. *sess.* 28. *num.* 163. *et de Potest. Episc. alleg.* 32. *n.*
174. *Rosignol. de Matrim. controv. par.* 1. *disquis.* 3. *§.* 49.
num. 3. *pag.* 297. *Rota dec.* 233. *numer.* 10. *et* 12. *part.* 10.
et dec. 445. *numer.* 10. *part.* 13. *recent.* Propterea ea fides,
58 quæ cæteroquin Parocho haberi solet, testanti de re, per-
tinente ad suum officium, deferri nequit huic asserto
Parocho, qui in suo officio deliquit, ut de Tabellione
firmat *Glos. in l. Si quis ex Argentariis* 6. *§. Cogantur.
verb. De fide ff. de Edend.* inquiens, quòd quando iste
deliquit in Officio *non sic ei credatur*.

Nec ejus excusatio admittenda est, quòd scilicet omi-
serit adnotationem hujusmodi, ne dictum assertum Ma-
trimonium pateret; Quoniam, præterquàm quòd hoc
auget delictum, quia ad hoc exigitur à Sacro Concilio ad-
59 notatio, ut de Matrimonio constare possit, ad Lites
evitandas, *Barbos. de Paroch. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 6. fusè
Rosignol. d. §. 49. *n.* 3. *per tot. et n.* 4. *vers. Quæ verò forma
d. pag.* 297. cum aliis supra adductis, In omnem casum
saltem adnotare debebat sub fictis Nominibus Titii, &
Bertæ, sub quibus dicit, hoc ass. Matrimonium cele-
brasse.

Deliquit etiam, & graviùs in officio, alterando diem
20. Januarii in 28. descriptum, ut dicit, in Notula sub
ass. Licentia celebrandi prætensum Matrimonium sine 60
Proclamationibus. Ideoque congruunt verba *Glos. in d. l.
Si quis ex Argentariis sub verb. De fide*, nimirùm: *Alia
ratione dubitari potest, ut quia Librum vituperatum erit*,
& ex dicta alteratione patet expressè falsitas, ob quam
pariter Pulzono nullo pacto credendum est, ut in ter- 61
minis similis alterationis tradunt *Joan. Anton. Rub. d.
conf. Matrim.* 73 *numer.* 13. *et* 14. *cit. vol.* 1. *pag.* 159.
à terg. et 160. *Sigismund. Brunell. conf.* 74. *sub initio, et
n.* 1. 2. & 3. *d. vol.* 1. *p.* 160. *à terg. Rot in Romana seu Ve-
literna Mutui* 2. *Junii* 1697. *§. Subsistit coram Ansaldo*, &
alias, hodiè impressas Coram eodem *la* 6. *num.* 1.

Insulsa verò est excusatio talis alterationis, ne sci-
licet assertum Matrimonium evulgaretur, ut dicit ip-
se Pulzonus. Repetimus enim quod hoc aggravat de-
lictum, ex proximè recensitis, & eadem excusatio de-
tegitur nimis frivola, ex eo, quòd talis Nota non erat
apposita in Libro Matrimoniorum, qui ab aliis vide- 62
ri posset, sed in folio volanti, seu scacculo assertæ Li-
centiæ, apud ipsum Pulzonum existente, quod cæte-
ris non poterat innotescere; Unde potiùs dicta altera-
tio facta apparet favendo machinæ Epiphaniæ, pro-
ut casus contingeret.

Quintò, quia d. Pulzonus est sibi ipsi contrarius;
Nam examinatus coram Ordinario Fanen. dixit, quòd
irrequisitus de Attestatione negativa celebrationis ass. 63
Matrimonii, *subito la fece*; Romæ verò in Constitu-
to Processus informativi asserit, magna cum difficul-
tate, & post varias, & vehementes instantias dictam
Attestationem exarasse. Similiter coram dicto Ordi- 63
nario Fanen. ait, quod anno præterito Domi Epipha-
niæ ab ea fuit interrogatus -- *A voler trattare il suo Ma-
trimonio con Gio: Domenico, allora Fornaro di S. Costan-
zo: Al che rispose il Pulzoni; Come volete pigliar Mari-
to, se si dice, che sete maritata? E la Donna soggiunse,
e chi lo sà, ch' Io sia matitata? E ciò sentito il medesimo
Pulzoni, mostrò d' aver fretta, e partì senza rispondere
altro*, ac in dicto Constituto rem hujusmodi aliter
narrat.

Et quod magis est contrarius etiam sibimet apparet
in eodem Constituto circa diem assertæ celebrationis
Matrimonii; cùmque agatur de actu unico, & non 65
iterabili, tempus est de substantia ejusdem actus, ut
in individuo Matrimonii respondent *Ferret. dicto conf.*
196. *num.* 8. *lib.* 1. *Jacob. Leonis. conf. matrim.* 47. *nu.*
21. & 22. *dicto vol.* 1. *pag* 91. *à terg. Buccel. dicto conf.*
70. *num.* 45. *pag.* 149. Ruin. *dicto conf.* 149. *num.* 25. *lib.*
5. Ipse igitur Pulzonus in Notula assertæ Licentiæ scri-
psit *die* 20. ac in Constituto primo loco titubat circa
diem asserti Matrimonii, dicendo: *Non posso dire ac-* 66
certatamente se fu celebrato da Me sotto li 20. *Gennaro*
1691. deindè dubitativè dicit: *E fu, credo, la sera del-
li* 20. *Gennaro* 1691. *alle* 4. *ore di notte in circa*; Postmo-
dùm absolutè asserit: *Quali Io congiunsi in Matrimonio
per verba de præsenti la detta sera delli* 20. *Gennaro*
1691. At quoniam ipse Pulzonus fecit diligentiam in
Hospitali Sanctissimæ Trinitatis Peregrinorum in Ur-
be pro reperiendis Nominibus assertorum Testium 67
licèt referat, inventum fuisse sub mense Febr. 1691. u-
num Nomen, simile alteri ex assertis Testibus, alii
judicent, an sit verisimile, quin facta fuerit diligen-
tia etiam in mense Januarii, quo sub die 19. ejusdem
reperta deinde à Fisco fuerunt Nomina amborum as-
sertorum Testium, Videns autem Pulzonus prorsus im-
possibile, quòd iidem Peregrini, qui die 19. Januarii
fuerant Romæ in dicto Hospitali, extarent in Terra
Sancti Constantii die 20. ejusdem mensis, quid fecit?
Biduo post Examen spontè rediit ad Locumtenentem 68
Criminalem ex quo non vacat suspicione ex adductis per
Farinac. conf. 193. *numer.* 2. *vol.* 2. & exponens, se
errasse in referenda die 20. asserti Matrimonii, apposita
in supradicta Nota, dictam diem sibi videri dicit 16. di-
cti mensis Januarii, quam unà cum Nominibus ass. Te-
stium scripserat illicò post celebratum Matrimonium in
Opertorio cujusdam Liberculi, nuncùpati *Circulus au-
reus*, quamobrem tamquam expressè sibi contrarius in 69
tempore, ut ostendimus, substantiali fide indignus
peni-

penitùs redditur, *l. 1. C. de Furt. l. unica C. Si servus &c.* cum aliis in nostris terminis relatis *per Buccell. dicto consil. Matrim. 70. numer. 2. & 25. cit. vol. 1. p. 141. à terg. & 144. Cyriac. contr. 600. nu. 8. vers. Tunc super eo, & contr. 601. num. 5. 6. 7. 8. & 9.*

Eò fortiùs, quòd mirabiliter circa id se involvit; Quandoquidem in eodem Constituto dicit, quòd statim post celebrationem asserti Matrimonii; *Nella coperta di detto Libro* Circulus aureus *dalla parte di dentro vi*
70 *notai li due Nomi dei Testimonii*, nec tunc dixit, se in dicto Libro adnotasse diem: In spontanea verò comparitione, ex intervallo trium dierum facta, addidit:
71 *Ma ci scrissi anche la giornata, che mi pare fosse sotto li 16. di Gennaro*, ac deinde referens quòd ex Depositione Epiphaniæ sibi lecta coram Ordinario Fanen. asserentis, prætensum Matrimonium, sequutum die 20. subjungit:
72 *Dove ch' lo allora tornando a Casa scrissi nell' istesso foglio della Licenza, cioè nell' altro scacculo, la detta giornata delli 20. Gennaro, e presi li Nomi dei Testimonj dal* Circulus aureus. Si igitur in eodem Libro *Circulus aureus* scripta erant Nomina assertorum Testium & dies 16. ut ipse dicit, & patet ex Summ. ibi -- *Gioseppe Bosana,*
73 *Gio: Antonio Marazani di Gennaro 16. 1691.* & ab eadem unica linea sumpsit Nomina assertorum Testium, eaque scripsit in scacculo ass. Licentiæ, utique tunc vidit etiam diem 16. & tamen in dicto scacculo non apposuit talem diem, sed diem 20. quem audivit ex Depositione Epiphaniæ. Signum plusquam evidens, quòd asserta Nota in *Circulo aureo*, aut fuit conficta, aut ad alium effectum ibi apposita. Et mirum profectò est, quòd post factam ass. Notam in dicto Liberculo sub mense Janua-
74 rii 1691. referat: *Dopò non ò più abbadato a tale memoria*, & deinde hìc Romæ in spontanea comparitione diei 23. Martii 1696. & sic post sex annos, & binos menses, recordatus fuerit assertæ diei 16. appositæ, ut dicit in præfata Nota, & ad eam non respexerit, ex
75 eadem desumendo asserta Nomina Testium, transcribenda in scacculo ass. Licentiæ, ex traditis per *Cephal. cons. 94. nu. 5. lib. 2. Hippolyt. Riminald. cons. 344. n. 75. & seq. lib. 3. Rot. decis. 297. num. 13. p. 19. rec.* & magis in terminis per *Laurent. dec. Avenionen. 91. vers. Cæterùm, et n. 6. et 7.*

Sextò; quia in ass. die 16. Jan. est contrarius ipsi Epiphaniæ, quæ semper, & constanter asseruit, prætensum Matrimonium fuisse à Pulzono celebratum die 20 dicti mensis, primò in precibus, huic Sacræ Congregationi porrectis, ac deinde bis in suo Constituto, præ-
76 vio juramento eamdem diem 20. expressit quæ, confessio judicialis, & jurata apertè arguit mendacium Pulzoni, *Alex. à Scala cons. matrim. 56. sub n. 7. vers. Accedant ad hæc vol. 1. pag. 114. in fine, et à terg. in principio; Illiusque proinde* Depositio in nihilo attendenda est, ad Text. *in l. Generaliter 13. §. Nimis enim C. de Non numer. pecun.*
77 neque admittit conciliationem, *Bartol. in l. 2. §. fin. ff. Si cert. pet. Petr. de Barb. cons. matrim. 24. n. 29. dict. vol. 1. pag. 44. à terg. Jacob. Leonis. dicto cons. matrim. 70. num. 3. pag. 141. à terg. et Paul. Merend. cons. matrim. 86. nu. 13. pag. 199. et num. 26. pag. 201.* & plenè *Farinac. de Testib. qu. 65. num. 101. Rota dec. 292. num. 35. par. 6. decis. 263.*
78 *num. 9. par. 7. et dec. 2. par 17. et dec. 155. num. 15. par. 11. rec.* Potissimè, quòd dicta confessio Epiphaniæ, ut supra ostendimus, est geminata, & triplicata, & actus iteratus præsumitur deliberatè factus, & absque errore *Alex. à Scal. dicto cons. matrim. 56. num. 8. et 9. pag. 114. à terg. Rota dec. 524. num. 16. part. 14. rec.* & sanè quis meliùs scire poterat diem ass. Matrimonii quàm ipsa Epiphania, cum ageretur de summa suarum rerum, ob ma-
79 ximam conditionis disparitatem, & longævum antecedens Concubinatum? Ex traditis per Rot. *dec. 110. num. 2. par. 16. rec.*

Septimò, quia idem Pulzonus deponit impossibilia, quo casu impossibile est ei in aliquo præbere fidem,
80 *Buccell. d. consil. matrim. 70. num. 20. et 29. cit. vol. 1. pagin. 145. à terg.* Impossibilitas enim clarissimè patet, si attendamus diem 20 asserti Matrimonii, pluries à Pulzono, & Epiphania concorditer asseveratam, quia cùm in Libro Hospitalis Sanctissimæ Trinitatis comperta fuerint à Fisco Nomina assertorum Testium prætensi Matrimonii sub die 19. ejusdem Mensis, physicè impossibile apparet, eosdem die 20. fuisse in Terra S. Constantii.

Si verò respiciatur dies 16. ex intervallo post triduum à Pulzono variata, cui dissonat ipsa Epiphania semper asserens diem 20. ut ostensum est, viget eadem impossibilitas; Nam Terra S Constantii distat ab Urbe Roma centum octoginta milliaria per viam Laureti, & centum quinquaginta per viam breviorem Furli, quod iter fieri nequibat ab hora sexta noctis diei 16. Januarii ad diem 19. ejusdem ante Solis occasum, quo 81
asserti Testes comperti sunt Romæ in Hospitali Sanctissimæ Trinitatis; etiam per d. viam breviorem; Nam *vicena millia passuum in singulos dies dinumerari Prætor jubet*, ait l. C. *in l. 1. ff. si quis caus* & Imperator *in §. Qui autem Instit. de Excusat. Tutor. vel Curat.* ibi: *Dinumeratione facta viginti millium diurnorum Rota decis. 150. num. 1. par. 6. recentiorum*, & quod tribus diebus confici nequeat dictum iter per quamcumque viam, sed requirantur tempore hyemali sex dies cum dimidio, affirmant tres Testes de proprio experimento, reddentes egregias rationes, in Summ. & duo alii Vecturarii, ex certa scientia & propria experientia deponentes. Undè ad conficiendum triduò tale iter, oportuisset, illos Peregrinos habuisse alas ad volandum, ut inquit *Jacob. Leonis d. cons. matrim. 49. sub num. 101.* 82
vers. Alii verò d. vol. 1 pag. 105. à terg. col. 2. paulò post med. quod etiam *ex Tullio Orat. pro P. Quint.* tradit *Mandos. ad Reg 30. Cancell. q. 4. sub n. 6. Card. de Luc. disc. 109. numer. 5. de Credit. et discept. 71. num. 10. de Jurepatr.*

Ad quorum majorem evidentiam sat est ponderare, quòd publicus Tabellarius, qui bis in hebdomadas affert Literas, licèt per viam Furli breviorem, diu, noctuque incedat equitans, neque in Cauponis aliam moram trahat, quàm brevissimam pro mutandis Equis, hoc iter non peragit trium dierum spatio, prælertim hyemali tempore, quo Romam pervenit sæpè sæpiùs biduo, & triduo tardiùs, quàm in Vere, & Estate, quæ evidentia colligitur ex ipso Processu criminali informativo; 83
Nam die Mercurii 33. Maii 1696. Substitutus Fiscalis asserens, quòd d. die discedebat Tabellarius, instetit scribi per hanc S. Congregationem ad Vicarium Generalem Fani pro habendo ass. Libro *Circulus aureus*. Dicta autem epistola Fanum pervenit die 27. ejusdem, ut ex Literis responsivis d. Vicarii, rescribentis d. die 27. *Assicurandola, che il tutto si è fatto in meno di due ore dopo giunta la Posta*, & sic ad minus quatuor in- 84
tegros dies etiam cum nocturno itinere Tabellarius insumpsit ab Urbe Roma ad Civitatem Fanii & totidem in reditu; Nam cum Fano discesserit d. die 27. quæ erat Dominica, responsio Vicarii Romam perveni-re non potuit, nisi die Jovis, hora serotina 31. ejusdem mensis Maii, seu veriùs die sequenti Veneris, cùm d. Responsio per d. Substitutum Fiscalem, in hac Causa diligentissimum, exhibita fuerit Locumtenenti Criminali die Sabbati 2. Junii, Ex quo pariter liquet, iter à 85
Tabellario peractum spatio quinque dierum in mense Maii, unde longè majus insumptum fuisset mense Januarii. His autem, & aliis, infra adducendis, benè perpensis, patet ad oculum, quòd Peregrini, qui erant Romæ die 19. Januarii, die 16. ejusdem existere nequibant in Terra S. Constantii, & per consequens quilibet actus, somniatus à Pulzono, & ab Epiphania, non importaret verum Matrimonium, ob defectum Testium, à Sacr. Concilio sub Decreto irritanti requisitorum.

Nec obstant duo Testes d. Processus criminalis informativi, dicentes, quòd per viam breviorem, & incedendo aliquot noctis horis, dictum iter confici possit tribus diebus; Advertendum enim est, quòd dd. Peregrini non erant Famuli cursores, vulgò *Lacchè* ad negocium urgens, & celeriter expediendum, missi, sed erant pauperes mendicantes, ex Constituto Epiphaniæ, ibi: *e due Uomini forastieri malvestiti; come Bir-* 86
banti, & absque literis patentibus, & requisitis Peregrinorum, & ad Loca pergebant, ubi erant Hospitalia, ideò pervenerunt ad Terram S. Constantii extrà Viam regiam, seu ordinariam, quia ibi extat Hospitale, ad quod accessuri erant, ex Constituto Pulzoni.

Undè

Undè inverisimile prorsus est, quòd ii *Birbantes*, Romam profecturi, non fecissent iter per viam Laureti, si non devotionis causa erga illud celeberrimum Sanctuarium, saltem ratione hospitii, & eleemosynarum,
87 quibus ibi non caruissent; Et inverisimilitudo habetur pro falsitate, ut in hac facti specie respondet *Rota dec. 162. n. 15. & 16. par. 15. rec.*

Et propterea ad hoc, ut non sit attendenda d. ass. Nota diei 16. minus requiritur itineris impossibilitas ab eodem die 16. ad 19. sed sufficit inverisimilitudo, ob
88 Loci distantiam *clem. Causam §. Verum de Elect. Bald. in l. Scripturæ 14. nu. 7. C. de Fid. instrum.* inquiens: *Produco unum Instrumentum, factum Bononiæ, aliud eadem die coram iisdem Testibus, & Tabellione factum Mutinæ, & istud etiam esse potest, quia non est tanta Loci distantia, quin in eodem die hoc esset possibile; Tamen quia non esset multum verisimile in eo, quod non plurimum accidit, ista Instrumenta derogant sibi invicem, & sunt suspecta, quia Judicis motus cum ipsis non conve-*
89 *nit, cum verisimilitudo multum in probationibus attendatur*, ac idem trahit *ibidem Salycet. sub num. 4. vers. Ex quo infero*, Natt. *cons. 633. num. 10. & 14.* Soccin. *cons. 227. col. penult. lib. 2. et cons. 28. pariter col. pen. vers. Præterea lib. 2.* Abb. *cons. 224. num. 7.* late *Tiraquell. in præfat. l Si unquam n. 48. C. de Revoc. Donat.* plenè *Chartar. dec. 40. n. 33. & 34. Staiban. Jun. resol. 11. n. 8. Tranchedin. consult. 24. num. 38. & 39. consult. 105. num. 49. & consult. 109. n. 27. & 28.* & hanc conclusionem approbavit Rota *dec. 206. n. 3. par. 15. rec.* & clariùs *dec. 285. n. 1. 2. 3. 4. & 5. par 18. rec.*

Advertendum est etiam, quòd alter ex dd. Mendicantibus erat senex, uti affirmant, tam Epiphania, ibi: *Uno era vecchio, e l' altro giovine*, quàm Pulzonus, ibi: *Et il primo, cioe Giofeppe Bosana, era attempato*; Unde eò minùs poterat festinare gradum per plures dies, cùm
90 ætas Itinerantis spectanda sit ad iter dignoscendum Menoch. *de Arbitrar. cas. 7. num. 12. vers. Verùm quia persæpè, Ubert. de Citat. cap. 9. sub num. 533. vers. Considerare, Tranchedin. d. consult. 101. sub num. 49. & d. consult 106. sub n. 27. Chartar. d. dec. 40. num. 53. in fin.* Et sicuti alter ex Testibus Fisci dicit, se fecisse hoc iter spatio quatuor dierum cum dimidio, insimul cum Muliere, *che non poteva caminare troppo*, ita nec iste senex Peregrinus cur-
91 rere per triduum poterat. Ac insuper ille Testis Fisci, Romam pergebat ad exercendam artem Furnarii & sic studebat expeditè incedere; At illi Peregrini iter faciebant mendicando, & jam, è longinquis Regionibus proficiscentes, defessi erant, ideoque pernecesse cogebantur lentè incedere; Cùmque mense Januario nulla fieret Romæ publica functio, ab Exteris videnda, ut fieri solent in majori hebdomada, nulla iis erat percurrendi occasio, ut in simili respondet *Rota dec. 285. n. 3. 4. & 5. par. 18. recent.* Et est itidem prorsus inverisimile, quòd cum tota die 16. ambulaverint, & sub vesperam ad Terram S. Constantii perventi, statim recepti fuerint Domi Pulzoni, ibique detenti cum Cæna usque ad sextam horam noctis, illicò, & insomnes discesserint Romam ver-
92 sus, ut inquit idem Pulzonus, & ipsa Epiphania obsistente quotidiana experientia, his verbis comprobata ab Aristotele *lib. 8. Politic. Quisquis laborat, requie opus habet*, ac de itineribus advertit *Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. 19. sub n. 13.*

Est quoque advertendum, quòd primus Testis Fisci dicit, fecisse iter mense Octobris, etiam noctis tempore, & alter mense Septembris. Illi autem Peregrini incessèrunt mense Januario, rigente hyeme, quo tempore dies sunt breviores, & Viæ magis difficiles, ut optimè pon-
93 derant nostri Testes dati in Sum. Et hinc oritur alia ponderatio, quòd Via per Furlum, licèt aliquantulum brevior sit, est tamen difficilior, ob Montes, & Valles, præsertim tempore hyemis, ex nivibus, gelu, aquis, & luto, ut in facto referunt dd. Testes, & in Jure adver-
94 tit Abb. *in cap. Nonnulli 28. num. 6. de Rescr.* ubi, quòd dies *aliter sunt determinandæ in hyeme, quàm in æstate, Host. in Summa eod. tit. de Rescr. n. 32. in fin. vers. Ut si hæc exceptio, Ubert. d. c. 9. sub eodem n. 533. vers. Considerare, Chartar. d. decis. 40. n. 33. in fin. Tranchedin. d. consult. 106. sub n. 27.* Ac iter præsumitur factum per Viam, magis fre-
95 quentatam, & faciliorem, *Bart. in l. Continuus 137. §. Cùm ita stipulatus n. 5. ff. de Verbor. oblig. Archidiac. in Statut. 11. §. Cùm verò in fine de Rescr. in 6. Felin. in c. Olim 7. n. 6. de Except. Anchar. in d. c. Nonnulli n. 4. de Rescript. Jas. in d. l. 1. n. 7. ff. si quis caution.*

Quæ solidæ rationes, à Testibus expertis adductæ, eò magis urgent, & præ oculis habendæ sunt, quòd patent conformes assistentiæ Juris, ex superiùs dictis, & ex *d. 96*
l. Continuus 137. §. Cùm ita stipulatus ff. de verbor. obligat. ibi -- *Et magis est, ut totam eam rem ad Judicem, idest ad Virum bonum, remittamus, qui æstimet, quanto tempore diligens Pater Familias, efficere possit, quod facturum se promisit is, qui Ephesi daturum se spoponderit, ut neque duplomate* (hoc est, ut in duplo vadat, quàm alius, ex 97
Glos. *verbo Duplomate*) *diebus, ac noctibus, & omni tempestate contempta, iter continuare cogatur; Neque tam delicate progredi debeat, ut reprehensione dignus appareat, sed habita ratione temporis, ætatis, sexus, valetudinis, cùm id agat, ut maturè perveniat, idest eodem tempore, quo plerique ejusdem conditionis Homines solent pervenire*, & admonent Gloss. *in c. Cupientes 16. verbo Commodè de* 98
Elect. in 6. Ubert. d. num. 533. sub eod. versic. Considerare, Lavor. de Elect. Canon tit. 4. c. 25. num. 34. Oinotom. in §. Loca num. 3. Instit. de Verbor. obligat. & Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 2. n. 12. 14. & 20.

Si autem soli Parocho, testanti de celebratione Matrimonii, de cujus fœdere, & vinculo principaliter agitur, etiamsi nullam exceptionem pateretur, nequaquam creditur, cùm Sacrum Concilium Tridentinum ad probationem Matrimonii exigat, ultra Parochum, saltem binos Testes, eidem Matrimonio præsentes, ex notatis per *Rosignol de Matrim. controv. p. 1. prænot. 36. numer. 2.* 99
adeout deficiente adnotatione in solito Libro Matrimoniorum, Parochus, de eo attestans, non plus probet quàm unicus Testis per ea, quæ advertit *Controv. moral. 6. n. 161. 164 & 165.* eò minùs credendum est Pulzono, judicii minimè compoti, nimia, & non sancta familiaritate Mulieri addicto, perjuro, delinquenti in officio, sibi multifariam contrario in substantialibus, adversanti etiam Depositioni ejusdem Mulieris, atque asserenti inverisimilia, & impossibilia, ex jam adductis; Fides enim; quæ ex eodem Sacro Concilio defertur Parocho, 100
considerando frequentiores casus bonitatis illius, ex dictis exceptionibus redditur suspectissima, *Sanchez de Matrim. lib. 3. disput. 41. num. 5. vers. Quod si dicas, Gratian. discept. 849. num. 10. 11. & 12. Carol. Anton. de Luca ad eundem Gratianum d. discept. 849. num 6. Barbos. Vot dec. tom. 1. lib. 2. vot. 19. num. 81. Panimoll adnot. 2. ad decis. 19. num. 46. Rota d. decis 634. num. 8. vers. & propterea coram Buratt. dec. 40. num. 9. vers. Maximè quia par. 16. rec.* ubi agitur de Attestatione Parochi, contraria De- 101
positioni Mulieris ass Conjugis, & *num. 11.* quòd ob alias varietates, & contrarietates idem Parochus desiit esse integer Testis; Ac idem firmat Rota *dec. 404. n. 6. & 7. part. 13. rec.*

Hinc non est opus agere de ass. adminiculis, ex quibus Depositio Parochi sufficiens exadversò prætenditur ad probationem Matrimonii; Quoniam præter quam quòd Sacrum Concilium non contentatur præsumptionibus, 102
& adminiculis in re tanti ponderis, ex supra adductis, quibus addo *Gargiar. cons. 29. n. 4.* hæc ad summum perpendenda essent, si Pulzonus nullam exceptionem pateretur, secus verò, ob tot, & tanta, ejus fidem minuentia, *Rota dec. 138. n. 3. 5. & 6. post 2. vol. Conf. Farinac. et dec. 338. n. 17. par. 15. et dec. 289. n. 13. par. 17. rec.* Præsertim quòd, singillatim examinata, non subsistunt, cùm etiam ubi hæc admittuntur, debeant esse in sua specie perfectè probata, Rota *dec. 96. n. 5. par. 17. recentior.* 103

Præmittendum est enim, quòd tres sunt puncti circa prætensum hoc Matrimonium; Unus, an Pulzonus re- 104
vera conjunxerit Titium, & Bertam; Alter, an fuerint adhibiti Testes; Et ultimus, an Titius sit Carolus, & Berta sit Epiphania.

Primum igitur assertum adminiculum, desumptum ex asserta Licentia, quam Pulzonus dicit ab Episcopo Fanen. obtentam pro celebrando hoc prætenso Matrimonio secretò, & absque Proclamationibus, percutit tantummodò priorem punctum, nec eum adjuvat, 105
quia de hac asserta Licentia habetur solum Dictum ipsius Pul-

Pulzoni, tot exceptionibus scatens, & characterem,
& Folium, exhibitum in suo Constituto, ipse solus re-
cognoscit, absque eo, quòd Opertorium dicti Folii
habere dicatur sigillum Episcopi, quia cùm illud esset
separatum in eo poterat accludi aliud Folium arbitrio
d. Pulzoni, qui plures suprascriptas habebit d. Episco-
106 pi ratione muneris Parochialis; Undè corruit suppo-
situm assertæ Licentiæ: Tantò magis, quòd in Epi-
stola dicti Episcopi responsiva ad hanc S. Congrega-
tionem, nullum fit verbum de hac asserta Licentia;
nec ista petita apparet à Carolo.
Additur notabilis discrepantia circa eandem ass. Li-
centiam, inter Constitutum Epiphania: Pulzonus e-
nim dicit, obtinuisse ass. Licentiam figurato casu, sub
Nominibus *Titii*, *et Bertæ*; Epiphaniæ autem affirmat
*che detta Licenza di Roma non conteneva li nostri Nomi,
ma li nomi di Berta, e Baldo, che sempre me ne sono ri-
cordata*. Præterea eadem Epiphania non semel dicit,
107 ex relatione Pulzoni, quod d. ass. Licentia venerat
ex Urbe & Pulzonus asserit eandem ass. Licentiam
fuisse concessam ab Episcopo Fanen. ex quibus etiam
contradictionibus, eò minùs constat de tali ass. Li-
centia, & Pulzono fides deneganda est, ex allegatis supra.
Non attento, quòd hujusmodi animadversiones vi-
deantur levis efficaciæ; Falsitas enim aliquando detegi
solet, Deo ita permittente, per longè minores conje-
cturas, ut observavi *in instit. crim. lib. 3. tit. 7. nu. 16.
sequendo*. P. le Tellier ne la Defense de novveaux Chre-
108 tiens *par. 1. in Admonit. ad Lector. fol. Mihi* 48. ibi. Un
mott, une date, une circonstance, la plus legere, fait
quelque fais decovrir les plus grandes, & le plus dangereu-
ses fourberies, & alois les moindres des ces remarques,
deviennent considerables par l' importance de la con-
clusion, que l'on en tire.
Secundum assertum adminiculum depromitur ex No-
minibus Testium, descriptis in libro *Circulus aureus*
sub die 16. *Januarii* & deindè notatis Romæ in Libro
Hospitalis Sanctissimæ Trinitatis Peregrinorum sub die
19. ejusdem. At ex hoc nihil inferri potest ad coadju-
vandam Depositionem ipsius *Pulzoni*, cùm sit factum
109 proprium ejusdem, & adminicula aliundè probanda
sint, *Rot. dec. 375. num. 8. part. 1. divers.* Ultra quod ta-
lis Liber non est confectus ad effectum descriptionis hu-
jusmodi, ut requiritur, ad hoc, ut probet, ex allega-
110 tis *per Soccin. Sen. cons. 208. numer. 3. lib. 1. Cyriac. con-
trov. 680. sub num. 15. vers. Non pertinet*; Nec confert
ad tertium punctum, videlicet celebrationis Matrimo-
nii inter Carolum, & Epiphaniam immo nec ad pri-
mum punctum d. Matrimonii inter Titium, & Ber-
tam, cùm in asserta Notula sub die 16. nil dicatur de
celebratione Matrimonii, nec quod Nomina, ibi no-
tata, fuerint Testes, quia hæc sola verba ibi leguntur:
*Giosephe Bosana, Gio: Antonio Marazzani di Genna-
111 ro* 16. 1691. Quamobrem hoc assertum adminiculum
nullius est ponderis, ut in simili advertit *Rota decis.*
241. *num. 25. part. 15. recent.* Eo magis, quia talis
Nota absque specificatione Testium, & celebrationis
Matrimonii, si vera esset, potiùs referenda sit ad Li-
centiam pergendi ad Hospitale Terræ S. Constantii,
cujus curam habebat d. Pulzonus.
Cæterùm si attentè factum hujusmodi ponderetur,
adnotatio diei 16. detegitur suspectissima, animadver-
tendo, quòd ipse Pulzonus semel, iterum, & tertiò
112 in suo constituto affirmavit, assertum Matrimonium
celebratum fuisse die 20. ac idem pluries asseverar-
vit de facto proprio ipsa Epiphania, ex superiùs ad-
ductis: Quòd d. Pulzonus in alia notatione, facta sub
asserta Licentia, ponit dictam diem 20. & desumpsis-
se dicit Nomina Testium ex antedicta Nota, ubi erat
dies 16. Quod in suo Constituto non variavit diem
113 ass. Matrimonii, nisi, facta diligentia in Hospitali San-
ctissimæ Trinitatis; Quòd sciens, se vocatum a Sacra
Congregatione ad Urbem pro hac Causa, postquam
pro eadem fuerat examinatus ab Episcopo, & à Le-
gato, secum detulit ass. Licentiam d. Episcopi, non
autem Liberculum *Circulus aureus*, insulsè fatens: *E
mi dispiace di non aver avuta l' avvertenza di por-
tarlo con Me, come feci quella seconda memoria alterata.*
Cùmque centies fassus fuerit, se alterasse diem,
diem, positam sub asserta Licentia, intrat maxima
verisimilitudo ex prædictis, quòd hæc etiam Notula 114
alterata fuerit, ut in simili tradit *Glos. in l. penult.
verb. Suspectos C. de Probat.* ibi: *Vel ratione Personæ,
quæ alias fecit malas Scripturas, qui istam composuit*,
& egregiè *Tondut. Quæst. benefic. part. 3. cap. 154.
num. 32. 37. & 38. Chartar. dicta dec. 40. numer. 4.*
& tritum est, quod Falsus in uno, falsus reputatur 115
in omnibus, *Brunell. cons. matrimon. 74. num. 1. &
8. citat. vol. 1. pag. 160. à terg. & 161. Menoch. de
Præsumpt. lib. 5. præsumpt. 20. numer. 27.* Et in ci-
vilibus, prout hic agitur, sola suspicio falsitatis suf-
ficit ad demendam fidem Scripturæ, & habetur pro
concludenti probatione falsitatis, *Rota decis. 366. n.* 116
*4. post. 2. vol. Consil. Farinac. & decis. 271. numer.
19. part. II. & decis. 32. nu. 7. par. 10. & decis. 317.
num. 32. part. 17. rec.* cum aliis apud *Card. de Luc. disc.
26. num. 29. de Judic.* Et ad excludendam probatio-
nem Matrimonii *Buccell. d. cons. Matrim. 70. num.* 117
*32. cit. vol. 1. pag. 146. & Rota decis. 162. numer.
15. & 16. part. 15. recent.* & in hoc admonet Ju-
dices Imperator, ut aperiant oculos in *Auth. de In-
strum. caut. & fid. sub init.*
Nil refragante, quòd dictus liber *Circulus au-
reus* cum ass. Nota pervenerit ad manus Fisci ex
perquisitione, commissa Vicario Generali Fanen. co-
ram Notario, & tribus Testibus, asserentibus, re-
perisse dictum *Circulum aureum*, & vidisse d. No-
tulam, quoniam non fuit facta recognitio Chara-
cteris, quòd scilicet asserta Notula scripta fuerit ma- 118
nu Pulzoni, qui licèt in Urbe eam fateatur, non
est standum illius Dicto, cùm dubitetur de realita-
te d. Notule. Maximè quòd d. *Circulus aureus* po-
tèrat facilè ab aliis pertractari, cum clavis Capsæ,
illum recondentis, extaret penès Michaelem Geor-
gium Factorem illorum de Balduciis, ut dixit idem
Pulzonus, & patet ex d. perquisitione, unde prius-
quam fieret d. perquisitio potuit *Circulus aureus* eva-
dere æneus, vel plumbeus. Debebant enim Testes,
adhibiti in eadem perquisitione, ac etiam Notarius
sedulò inspicere assertam Notulam, & referre, an
in aliquo esset vitiata, aut suspecta, *c. final. de Fide* 119
Instrum. quod non fecerunt; Immo d. perquisitio fa-
cta apparet satis perfunctoriè, cùm Vicarius Gene-
ralis in sua Epistola rescribat ad Cardinalem Præfe-
ctum hujus Sacræ Congregationis: *Assicurandola, che
il tutto e stato fatto in meno di due ore dopò giunta la
Posta, con tutto che il sopradetto Luogo sia distante 7.
miglia dalla Città*; Nec talis diligentia peracta fuit
Romæ à Fisco, prout fieri debebat, ad indagandam 120
veritatem, etiam cum deputatione Peritorum, quia
nimis facilè fuit apponere binos numeros abbacales
16. vel eos commutare; Et profectò Nota, apposi-
ta in d. liberculo, suspicione non vacat, præsertim
in numeris abbacalibus 16. cum super 6. inspiciatur
rasuræ species, & hasta superaddita, dictamque su-
spicionem auget impropria appositio asserti diei 16.
post mensem, nimirum *di Gennaro* 16. 1691. eò præ-
sertim, quòd alia Nota sub ass. Licentia, ab eodem
Pulzono facta dicitur absque postpositione diei, ni-
mirùm *à dì* 28. *Gennaro* 1591. Modus namque inso-
litus, & improprius talis descriptionis suspicione non 121
vacat, ad Text. *in c. Quàm gravi 6. de Crim. fals.*
& in simili notant *Soccin. jun. cons. penult. num. 56.
lib. 2. Rot. in Nicien. Matrimonii dec. 771. num. 5. cor.
Seraphino, & dec. 3. num. 5. par. 9. rec. & in d. Ro-
mana, seù Veliterna Mutui 16. Junii 1697. sub §. Præ-
cipuè coram Ansaldo* inter ejus impressas la 16.
Tertium assertum adminiculum elicitur ex tribus
Testibus d. Processus criminalis informativi, super 122
ass. fama hujus Matrimonii, qui pariter nihil pro-
bant.
Primus enim Testis V. D. est inimicus capitalis
Caroli, ut testatur ex certa scientia Card. Legatus
in Epistola responsiva ad hanc S. Congregationem,
nulla autem fides habenda est Testi inimico ex ad- 123
ductis per *Farinac. de Testib. q. 53. num. 7. cum seq.* &
in puncto excludendi probationem Matrimonii, Alex.
cons. 150. num. 3. vers. 4. ratione lib. 5. & latè *Ja-
cob*

cob. Leonis. d. cons. matrim. 49. nu. 24. 32. 33. 34. & 35. citat. vol. 1. pag. 96. & 97. à terg. Rota decis. 358. num. 3. part. 2. recent. & d. decis. 634. num. 8. vers. Primus verò coram Buratto. Magna insuper amicitia, & major familiaritas inter dictum Testem, & Epiphaniam intercedit; Ideoque procul à ferendo testimonio repellitur, plenè *Farinac. de Testib. quæst. 54. num. 217.* Præterea de diametro pugnat cum Constituto Pulzoni, dicentis quod semel Domi Epiphaniæ *lei cominciò ad interrogarmi, se era maritata, & io scanzavo, dicendogli solamente: Non lo sapete voi se sete maritata? Con alcune parole simili di fargli credere, che ci era il Matrimonio, ma poi inoltrandosi a più particolarità, procurai di sfug-*
125 *gire il discorso*; & quòd extra Confessionem satis ambiguè eidem circa id respondebat, ac ita etiam deposuit coram Ordinario Fanen. & coram Card. Legato. Testis verò, referens eadem Pulzoni verba, à se tunc percepta, dum existebat ante scalas Domus ejusdem Epiphaniæ inquit: *E sentii, che d. Epifania disse a d. Curato: Sig. Don. Antonio, il Sig. Carlo Francesco mio Marito mi strapazza dopo che à presa questa pratica, mi à*
126 *detto, che io mi rimariti, gli sono moglie, o non gli sono moglie, e mi posso rimaritare? E sentii che detto Sig. D. Antonio gli rispose* (non cum circumspectione, ab eo relata) *Voi gli sete Moglie, voi lo sapete bene, che io vi ò sposata con Lui nella Chiesa del Sagramento; E d. Epifania interrogò di nuovo, che ora poteva essere, quando li sposò; e mi pare, che lui rispondesse, che erano sei ore*
127 *di notte &c.* Idemque Testis dicit, Pulzonum interrogatum ab Epiphania: Cur non apponeret ass. Matrimonium in solito Libro? Respondisse, *che non lo poteva fare per paura di suo Marito, &c.* Et Pulzonus hoc retulisse non dicit, immò pro causa talis omissionis adduxit scientiam ass. Matrimonii sub Confessionis sigillo. Propter quas repugnantias nec Testi, nec Parocho
128 creditur, ut in individuo admittit *Rota d. dec. 337. n. 6. post 2. vol. Consil. Farin.*

Alii bini Testes d. Processus informativi, tamquam
129 viles Personæ sunt pariter reiiciendi, *Rot. dec 132. numer. 6. par. 15. recentior.* & in his terminis *Dec. dict. cons. 123 sub num. 3. Joan. Anton. Rub. cit. cons. matrim. 73. num. 8. d. vol. 1. pag. 159.* Et quando fama debet supplere defectum alterius probationis, probanda est per Testes discretos, & bonæ opinionis, non per viles,
130 aut patientes alias exceptiones ex adductis per Gratian. *discept. 305. num. 88.* Et insuper loquuntur de auditu, nominando Bartholomæum Gualandrum, Josephum Fornarium, & alios quos Examini subiici, nec Fiscus, nec Epiphania curarunt, ideoque prædicti Testes nullam probationem faciunt, ex traditis *à Farinac.*
131 *cons. 147. n. 45. vol. 2. Ferrar. in Pract. Papien. form. Juram. test. verb. Citati pag. mihi 72. à terg. n. 1. & in Addit.*

Asserta igitur fama ex his Testibus non probatur, tam ex prædictis, quàm ex eo, quod illa ortum duxit à divulgatione prætensi Matrimonii, sæpiùs facta per eandem Epiphaniam, ut liquet ex ejus Constituto, & ex altero Pulzoni & ex I. Teste Fisci, ab Epiphania
132 inducto, & ex ejus juratis Attestationibus decem, & octo Testium, dictaque evulgatio facta fuit cum maxima varietate Loci, & Parochi, ut retulit idem Pulzonus coram Ordinario Fanen. & Romæ in d. Constituto qui Testes subjungunt quod ex hac varietate, & ex aliis inverisimilitudinibus talis rumor prætensi Matrimonii putabatur falsus. Prout etiam Archipresbyter Terræ S. Constantii coram Card. deposuit, se tale Matrimonium non credere. Fama autem, præterquam
133 quòd in facto recenti non attenditur, *Alexander dicto cons. 150. num. 12. lib. 5.* nullum præbere potest adminiculum, quando, ut in præsens, non est constans, & ortum duxit à Personis suspectis, nempè ab ipsa Epiphania, & ab Inimicis Caroli, ut testatur Card. Legatus, & quan-
134 do alii aliter sentiunt, juxtà celebrem doctrinam *Bartoli in l. De minore 20. §. Plurimum n. 15. & 18. ff. de Quæstion.* & in his terminis *Paul. Merend. d. cons. matr. 86 n. 18. 20. 21. & 22. d. vol. 1 pag. 197. à tergo Rota dec. 1423. n. 11. cor. Pen.*
135 *& dec. 43 n. 11. p. 17. rec.* & ad effectum probationis Matrimonii, *Noguerol. alleg. 23. n. 98. 99. & 100. & Rot. decis. 130. n. 27. p. 11. rec.*

Ultimum adminiculum elicitur ex ass. circumstantia, quòd Epiphania post prætensum Matrimonium frequentaret Sacramenta, quòd non faciebat vivendo in Concubinatu, & hoc deducitur ex Constitutis ipsius Epi- 136
phaniæ, & Pulzoni, & ex I. & II. Testibus Fisci. At, præterquamquòd non percutit secundum punctum, præsentiam scilicèt Testium omnino necessariam ad Matrimonii validitatem, pro eo, quod attinet ad ipsam Epiphaniam, observandum est, quod illa nequit esse Testis in Causa propria, ex supra allegatis; Præcipuè quia sibimet est contraria, nam non negat omninò à Sacram. abstinuisse, dicens: *Perche frequentavo poco li Sacramenti,* 137
stavo in peccato mortale, & subindè absolutè id negat asserens; *Per causa del peccato non frequentavo li Sacr.* Unde urgent superiùs allegata circa evidentem contradictionem, quæ ei omnem fidem adimit ex vulgatis.

Quod pertinet ad Pulzonum, præter tot exceptiones, supra adductas, in suo Constituto, non justificatus, istum tempore Concubinatus ministrasse Sacramenta Epiphaniæ, sed ita inquit: *Una delle circostanze, che doveva farlo credere, era, ch'essendo per altro pubblico il Concubinato delli medemi, dopo cominciò a frequentare li Sacramenti, in modo che continuando anche la pratica con detto Carlo, se la pratica fosse stata illecita, com' era prima, non se gli sarebbe dovuto* (non dicit 138
quòd fuerit admissa) *ammettere tale frequenza*; Nec asserit, post ass. Matrimonium se eidem ministrasse Sacramenta, nec asserere poterat, quia sibi interdicta fuerat facultas ea ministrandi, ut probavimus supra; quamobrem hæc asserta circumstantia sub involucro verborum, adducta ad se exonerandum, ne puniretur ex ministratione Sacramentorum, durante Concubinatu (si 139
tamen ministravit, non obstante d. prohibitione) remanet nullius momenti, *Gratian. discept 998. n. 5. & 7. Rota dec. 327. n. 3. coram Priolo.*

Quod respicit dd. duos Testes, ultra exceptiones supra adductas, ex quibus ipsi nullam fidem merentur, ponderandum est, quòd evulgatio ass. Matrimonii facta fuit ab ipsa Epiphania postquam a Carolo malè tractabatur, ut eadem fatetur, & simul asserit: *Continuai poi* 140
in pace in Matrimonio con d. Sig. Carlo Francesco, che veniva in Casa mia, & Io in Casa sua per lo spazio di qualche otto mesi in circa. Ibidem id repetit, inquiens: *Passati dunque detti otto mesi in circa detto Sig. Carlo Francesco cominciò ad innamorarsi &c. cominciò ad abbandonarmi, e strapazzarmi, senza darmi più sussidio alcuno,* licèt in precibus, huic S. Congregationi porrectis, parùm sibi, de more, constans, dixisset: *E vissuti li Co-* 141
njugati alcuni anni (& in Constituto octo menses) *pacificamente more maritali*: Cùm igitur dicti bini Testes non specificent tempus ass. Matrimonii, sed dicant primus *Di poi cominciò la medesima a frequentare i Sacramenti*, Secundus *Dopò, che si disse* ass. frequentatio Sacramentorum est referibilis ad tempus ultra dd. octo menses, quia dictio *Post* denotat tempus indetermina- 142
tum, tam respectu principii, quàm finis, ut post *Dec. in l. Mutuum §. Creditum sub n. 2. ff. Si cert. petat.* tradit *Rot. dec. 247. n. 14. cor. Ludovis.* & tunc temporis ob exorta dissidia cessaverat Concubinatus, esto etiam, quòd Carolus quandoque ad eam accederet, unde Mulier admitti poterat ad Sacramenta, ad quæ recurrere necesse habebat, tam pro redimendis peccatis, quàm pro obtinendis à Deo subsidiis, loco eorum, quæ à Ca- 143
rolo extorquebat; ideòque hæc ass. conjectura non concludit, neque relevat, *Rota decis. 857. n. 8. cor. Cocc.*

At tollitur omnis ambiguitas ex juratis Attestationibus duorum Sacerdotum, ex certa scientia asseverantium, Epiphaniæ frequentare consuevisse Sacramenta etiam ante annum 1691. Unde prorsus corruit in 144
facto hoc ass. adminiculum, & quòd fama prætensi Matrimonii ortum duxerit ex Sacramentorum frequentia: ut dicunt Testes Fisci postquam dictum ass. Matrimonium evulgatum fuerat.

Hæ itaque sunt probationes, quibus ex adverso adstruitur ass. Matrimonii machina, quæ probationes si haurirentur ex Processu, formiter fabricato cum Citatione Caroli, & Interrogatoriis, utique ob tot contrarieta- 145
tes, inverisimilitudines, & alias exceptiones adductas, Epiphaniæ Actrici non sufficerent ad obtinendam victoriam in Causa Census, aut Vineæ; At cùm desumantur

ex solo Processu criminali informativo, constructo contra Pulzonum, non citato eodem Carolo, & non in Causa levis momenti, sed gravissimi ponderis, quia principaliter agitur de fœdere, & vinculo ass. Matrimonii,
146 eò minùs tales probationes attendi merentur, ex allegatis supra, quibus addo *Adden. ad Dec. cons. 163. ibi: Hinc meritò irridenda, imò execranda illarum superstitio præpostera, qui ex qua probatione non judicarent esse probatam venditionem Equi, vel Levidensę, tamen judicarent Matrimonium, non solùm funestum, sed inæqualei* adeo ut favore Caroli vigeat certum Juris axioma, quòd Actore non probante, Reus absolvitur, *l. Actor, 23. C.*
147 *de Probat.* & in hac facti specie *Albert. de Cortes. cons. Matrimonial. 26. numer. 3. d. vol. 1. pag 47. Bartholom. de Cartar. cons. matrimonial. 63. numer. 5. ibidem pag. 27. à terg. Paul. Merend. d. cons. matrimonial. 86. num. 1. pag. 198. à terg.* Ferrett. *d. cons. 196. num. 1. lib. 1.*
148 Potissimùm quia non pauca urgent contra ass. hoc Matrimonium.

Urget namque magna disparitas conditionis, ob quam disparitatem pleniùs ass. Matrimonium probari
149 debet, ex Text. *in l. Imperialis 23. sub §. Præsenti C. de Nupt. Tiraquell. de Legib. connubial. leg. 5. num. 31. Tondut. Quæst. benef. part. 3. cap. 154. num. 11. Rota decis. 978. num. 7. coram Seraphino, & decis. 106. nu. 7. coram Dunozet. sen. & decis. 684. num. 13. & 23. coram Merlino, Capon. discept. 23. sub numer. 23, Card. de Luc. disc. 16. num. 9. vers. Prorsùs improbabile de Matrim.* & egregiè *Carol. Anton. de Luca ad d. discept. Gratian. 849. num. 6.* & plenè *Barbos. vot. decisiv. 19. num. 83. tom. 1.*

Urget paritèr præcedens Concubinatus, & gravis ætas Mulieris, quo casu considerari nequit desiderium
150 ardens illa fruendi, ut observat *Rota decis. 142. sub. n. 21. coram Buratto*; Unde non est verisimile, quòd Carolus eam desponsaverit; nam ille dixit, *Il lungo conversar genera noja.*

Alter verò

Non sia prodigo amor, perchè tal' ora
Suole il cibo abborrir sazio appetito,
Tassa l'uso in disprezzo, e spesso ancora
151 *Frequentato diletto è men gradito.*
Ne sì aspettato, e desiato fora,
S'April d'ogni Stagion fosse fiorito.
Sempre quel, che è vietato, e quel ch' è raro,
Più n' invoglia il desire, e più n' è caro.

Quæ omnia in nostro casu comprobavit experien-
152 tia, dum Carolus Epiphaniam dereliquit, eò præsertim, quòd, ut mihi supponitur, non sit pulchra, ut apprimè ponderat *Ferett. citat. cons. 196. n. 12. lib. 1.*

Urget quoque zelotypia ipsius Epiphaniæ, videntis à Carolo se derelictam, ob amorem alterius Fœminæ, ut eadem fatetur quam etiam deponit præcitatus Testis
153 & pleniùs id ipsum patet ex juratis Attestationibus datis in Summ. ubi relatis ejus qualitatibus asservat, quòd ab ea assertum Matrim. jactabatur, ut sibi irretitum teneret Carolum, & zelotypiæ hujusmodi effectum compro-
154 bamus ex sacris Litteris *Eccl. 26. 9.* ibi -- *Dolor cordis, celuctus mulier Zelotypa; In Muliere Zelotypa flagellum linguæ, omnibus Communicans, cum allis apud* Tiraquell. *in l. 13. Connub. n. 28. & seq.*

Urget itidèm, quòd Libro Matrimoniorum Pulzonus non adnotaverit hoc ass. Conjugium, saltem sub fictis Nominibus Titii, & Bertæ, sub quibus dixit, se illud celebrasse, non obstante frivola ratione occultandi dictum ass. Matrim. ex superiùs allatis; Ex hac enim
155 omissione contra munus Parochi magna præsumptio oritur exclusiva Matrimonii, ut egregiè respondet Rota *decis. 244. n. 3. part. 2. vol. Consil. Farinac. & dec. 134. n. 8. & 9. part. 16. rec.*

Urget etiam, in quòd Epiphania indicavit inter Testes, ass. Matrimonii conscios, Bartholomæum Gualandri, qui etiam vocatur in contestem à testibus Fisci,
156 Tertius ex eis dicit, d. Gualandrum adesse Romæ; Ac insuper indicavit quoque in Testes Marcum Marguttum, Fabrum lignarium in Campo boario, & Angelum famulum Comitis Brandolini in Quirinali; & nemo istorum fuit per Fiscum subjectus Examini, ex quo
157 insurgit mala præsumptio, *Menoch. de Arbitr. cas. 475. numer. 6. de Præsumpt. vigesima numer. vigesimo tertio* ubi in terminis probationis Matrimonii allegat *Aretin. cons. 13. col. nona vers. Præterea cum Matrimonio.*

Et, omissis aliis, urget potissimùm, quòd nec Epiphania, nec Fiscus perquiri curarunt ass. Testes prætensi Matrimonii, qui cùm dicantur Taurinenses, facilè reperiri potuissent, & examinari ab Nuncio, seu ab Archiepiscopo Taurini, si veritatis clariorem lucem 158
Epiphania non timuisset, ex adductis à *Menoch. de Præsumpt. lib. 2. præsumpt. 91. numer. 4. Rota decis. 521. num. nono vers. Unde contra, coram Ludovisio*, & in Causa Matrimoniali tam gravi, omnis possibilis diligentia à Judice habenda est per probationes, quæ reputari e- 159
tiam possent superfluæ, ad veritatem assequendam, per Text. *in c. Sicut 22. in fin. de Sponsal. Rot. decis. 130. numer. 27. cor. Comitul. & decis. 951. sub. num. 3. & 4. cor. Coccin.* Quibus diligentiis ex una parte non peractis, ex alia verò urgentibus in contrarium omnibus, hujusque ani- 160
madversis, non debemus esse proclives favore Matrimonii, uti admonent *Ferrett. d. cons. 196. numer. vigesimo lib. 1,* latè *Barbos. vot. decisiu. 19. num. 82. 83. & 84. tom. 1. Rot. dec. 246. num. 17. part. 4. divers. & dec. 893. num. 32. coram Seraphino.*

Pro coronide demum, dicimus: Quis testatur de consensu, præstito in hoc prætenso Conjugio? Nemo alius, quàm Pulzonus, cui certè soli circa dictum con- 161
sensum, in quo consistit Matrimonii substantia, *Cap. Cùm locum 14. Cap. Tuæ 25. Cap. Tua 26. de sponsal.* & Sac. Concil. Trident. *d. cap. 1. sess. 24. de Reformat. &c. Rot. dec. 124. num. 1. & 2. part. 7. & dec. 405. num. 11. & part. 18. rec.* non est credendum, cùm sit unicus, etiamsi nulla exceptione notaretur; nàm id asserit tanquam Testis, exemplo Notarii, qui extra Rogitum examinatus non probat plusquam unicus Testis, *Rot.* 162
dec. 404. n. 12. par. 13. rec. & in terminis Parochi *Bord. d. controv 6 n. 164.* At quoniam tot patitur exceptiones, quot superiùs recensuimus; eò minùs integer Testis existit. Et mirabile est, quòd ipsa Epiphania in suo Constituto, quamvis nimis garrula, de consensu tamen 163
quicquam dicere non est ausa, sed solùm hæc pauca verba -- *Detto Don Antonio Curato alla presenza di detti Testimonii mi sposò.*

Ex his omnibus perspicuè patet, cognitionem hujus Causæ pertinuisse ad Sac. Congreg. Concilii, immò ad suos Judices, cognoscentes causas contentiosas, & Processum judicialem exigentes, probationem asserti Matrimonii, desumptam ex solo Processu Criminali informativo, contra Pulzonum constructo, absque Citatione Caroli, nec Testibus, in civili repetitis, nullam 164
probationem facere, ac etiam ex eodem Processu non constare de asserto Matrimonio, de cujus fœdere, & vinculo principaliter agitur inter Titium, & Bertam, nec Testes probati adstitisse d. ass. Matrimonio; Multoque minùs Titium fuisse Carolum, & Bertam fuisse Epiphaniam, neque in toto dicto Processu fieri verbum de consensu Caroli, nisi à solo Pulzono; tot exceptionibus laborante.

IN EADEM CAUSA.

Die 14. Martii 1697. fuit propositum in hac Causa Dubium -- *An constet de Matrimonio* -- resolutum -- *Affirmativè. Mense.* 165
Verò Septembris ejusdem anni illo repropositio sub dubio -- *An sit standum, vel recedendum à decisis* -- Sac. Congreg. rescripsit -- *Dilata* -- Et simul commisit per Epistolam Archiepiscopo Taurinensi diligentias reperiendi Josephum Bosona, & Joannem Antonium Tauri- 166
nenses, quos Antonius Pulzonus Vice Parochus pro Testibus prætensi Matrimonii adhibuisse supponit; Sed de his nullam umquam notitiam haurire potuisse respondit d. Archiepiscopus frustrà peractis per plures menses exquisitissimis perquisitionibus.

Die 6. Februarii 1699. repropositio eodem Dubio, cùm Eminentissimi Judicantes agnoverint, assertum Matrimonium nequaquam Concludenter probatum existere, rescripserunt -- *Coadiuventur probationes* -- Et quo- 167
niam prudentissimè etiam animadverterunt, quòd quicumque actus ejusdem asserti Matrimonii, à Pulzono, & Epiphania figuratus, uti adversans formæ, præscriptæ à Sac.

à Sac. Concilio Tridentino, potuerit esse clandestinus, & nullius momenti, demandarunt, ut pro veritate scriberent Theologi, & Canonistæ.

At insuper ad coadjuvandas probationes transmiserunt ad Card. del Verme, olim Fani Episcopum, plenam Instructionem ab eo requirentes; An Vice Parochus petendo licentiam contrahendi Matrimonium
168 sub fictis Nominibus, expresserit oretenus nomina Contrahentium, aliasque facti circumstantias, etiam circa propalationem dicti ass. Matrimonii.

Præterea commiserunt Præsidi Urbini, ut Examini subiiceret quosdam Testes, in Constituto Epiphaniæ indicatos, super eadem divulgatione ass. Matrimonii, perventisq; ad Urbem Epistola responsiva d. Card. del Verme, cum altera P. Bellusii Jesuitæ, in suprad. Instructione nominati, atq; etiam Examine duorum Testium pera-
169 cto in Curia dicti Præsidis, iterum proposita fuit prævia reassumptione præcedentium Scripturarum, Ad faciliorem verò resolutionem nonnulla perstringam in facto, quæ magis magisque nitidissimam reddunt favorabilem resolutionem.

Circa inexistentiam ex defectu illius concludentis probationis admissa dici potest exadversò Rescripto --
170 *Coadjuventur probationes* -- quod apertissimè ostendit, assertum Matrimonium satis probatum non esse, clariùs verò ex dicta Instructione transmissa ad dictum Card. del Verme §. *In questo stato*, ibi -- *Più volte è stata portata la Causa in Sagra Congregazione, ma non avendosi, che l'Attestazione di detto Vicecurato, con altri pochi indizii, non trovandosi i Testimonii, come Forastieri, non si è potuta risolvere* -- Imò indicia nulla adsunt ex ostensis supra, ad quem effectum sufficit ponderare, quòd nullum ex addu-
171 ctis ab Epiphania percutit celebrationem asserti Matrimonii cor. Parocho, & duobus saltem Testibus, cum mutuo utriusque consensu, ad præscriptum Sac. Concilii, circa quod unicè consistit totum Causæ momentum, cum cæteroquin indicia, extranea à dicto actu celebrationis, ubi, ut in præsens, de fœdere Matrimonii agitur, nullius prorsùs sunt roboris; Eò magis, quòd Concilium
172 Tridentinum substulit Matrimonia præsumpta, ex traditis à *Barbos. Vot. dec. 16. n. 8. pag. 96. tom. 1. Menoch. de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. prima num. 99. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 40. num. 3. Guttierez in simili Tractatu qu. 70. per tot. Card. de Luc. in Adnot. ad Conc. sess. 24. disc. 26. n. 8. Cancer. Var. resol. cap. 11. de Sponsal. & Matr. à n. 92.* Itaut in hac Causa totum pondus probationis pendeat à
173 Dicto solius Parochi, qui, etiamsi esset integræ fidei, non sufficeret ex allegatis supra quibus addo *Card. de Luc. disc. 16. in Supplem. par. 4. nu. 4.* dicentem: *Matrimonium non debet pendere à Parochi affirmatione, vel negatione*. Magis ergò spernendus est ob plurimas, & gravissimas exceptiones, quas ipse patitur in Persona, & in Dictis ex ani-
174 madversis supra, iisdem addimus alteram, quòd nempè idem Viceparochus Pulzonus asserit, quòd illi Peregrini Joseph Bosana, & Jo: Antonius Marazzani, quos adhibuisse supponit in Testes nocte die 16. Januarii 1691.
175 in actu prætensi Matrimonii dicit -- *Giofeppe Bosana era attempato, e l'altro giovane di venti anni*. In Libro autem Hospitalis Sanctissimæ Trinitatis, in quo describuntur Peregrini statim, ac illic perveniunt, sub die 19. dicti mensis reperitur primo loco descriptus *Giofeppe Bosana* (si idem ac prædictus Bosana, Deus scit; Et deindè leguntur quinque alii, & postea legitur *Gio: Antonio Marazzani*; Undè impossibilitas agendi solo triduo tam longum iter, vigente hyeme, à Peregrinis mendicantibus, patet etiam ex eo, quòd citiùs Romam pervenerit Joseph Bosana senior; vocatus etiam ab Epiphania *vecchio*, quàm Joannes Antonius Marazzanus ju-
176 venis; Quod, uti prorsùs inverisimile, multùm auget impossibilitatem itineris, & enervat probationem eorum præsentiæ in actu asserti Conjugii.

Nec tam insignis defectus probationis in re, supra quam dici possit gravissima, suppleri ullatenus potest ex iis, quæ scripserunt Episcopus, ejusque Theologus; Quoniam illa non respiciunt actum celebrationis asser-
177 ti Matrimonii coram Parocho, & Testibus, sed tantùm actum præparatorium concessionis Licentiæ sine Denunciationibus pro contrahendo Matrimonio, suppressis Nominibus, petitæ à solo Vice Paroco, & tantum gunt solam evulgationem dicti asserti Matrimonii de qua latè supra.

Nullum quoque supplementum erui potest ex binis Testibus, nuper examinatis in Curia Urbini Præsidis, nempè Bartholomæo Gualandro, & Dominico Josepho Furnario, olim indicatis in Constituto Epiphaniæ; 178
Quoniam nec isti loquuntur de actu celebrationis Matrimonii asserti coram Parocho, & Testibus, mutuoque consensu; Et circa evulgationem ex auditu Pulzoni, & Epiphaniæ eò minùs attendendi sunt ex sequentibus.

Primò, quia tale Examen factum fuit, non citato Carolo, commorante in Terra S. Constantii, ubi degebant dicti Testes, à Præside Pisauren. accersiti, ideoque remanent simplices Testes pro Informatione Curiæ, qui 179
nihil probant, quatenus Examen factum fuerit ex ordine hujus Sacr. Congregationis, *Gratian. discept. 849. num. 19. Rot. decis. 634. num. 2. coram Buratt.* cum aliis supra expensis, ob quam rationem Testes, aliàs Romæ examinatos ex mandato Sacræ Congregationis coram 180
Sabaino, Eminentissimi PP. mandarunt repeti, citato Defensore ejusdem Caroli nisi fieret declaratio eos habendi pro legitimè examinatis, quæ facta fuit quoad Citationem, & Juramentum, salvis exceptionibus contra Personas, & Dicta; Et propterea nec de his duobus Testibus, sine Citatione examinatis, ulla potest haberi ratio ex supra animadversis.

Secundò, quia ambo sunt perjuri; Nam Gualandrus die 17. *Martii 1696.* fecit Attestationem juratam, de directo contrariam nuperrimo Examini, cùm in ea asseruerit, quòd Epiphania in varia evulgatione asserti Matrimonii: *Non è stata mai creduta in questa sua Invenzione*, sic quoque Fornarius similem fe- 181
cit Attestationem Juramento fulcitam, in qua pariter idem affirmat, nempè -- *Però non è stata mai creduta da nessuno questa sua invenzione* -- cum cæteris verbis, adversantibus novo Examini, in quo etiam addidit, quòd cum tribus, aut quatuor retroactis annis fuerit vocatus à Card. Astallio, Legato Urbini, tunc negavit notitiam asserti Matrimonii, quia non fuerat interrogatus cum Juramento; Sed quanti valeat hæc excusatio, videant Sapientissimi Judices cùm præsertim fecerit d. 182
Attestationem contrariã cum juramento; Ex quibus manifestum redditur utriusque Testis perjurium, & per consequens nulla vis fieri potest in eorum Examine, ex adductis supra.

Tertiò quia Epiphania in suo Constituto affirmat, non manifestasse ass Matrimonium, nisi quibusdam Mulieribus, & Pœnitentiario Pier Simoni, & Archipresbytero Nannio; Cùmque hi Testes contextualiter asserant 183
audivisse prætensum Matrimonium ab ipsa Epiphania, non solum non probant, sed etiam reddunt ex hoc mendacem ipsam Epiphaniam.

Quartò quia respectu Dialogi inter Epiphaniam, & Pulzonum hi Testes enormiter contrariantur eidem Pulzono, qui in suo Examine dicit -- *Essendo Io in Casa di Epifania, Lei cominciò ad interrogarmi, se era maritata, ed Io scansavo, dicendogli solamente*: Non lo sapete voi, se 184
sete maritata? *con parole simili &c.* & addit: *Quando Io andai in Casa di detta Epifania, che mi mandò a chiamare dal suo Figlio maggiore, che poi mi andava domandando se poteva rimaritarsi, e cose simili, che Io essendo fuori di Confessionario, non le respondevo con tanta chiarezza. Io non sò a che fine detta Epifania mi facesse detta richiesta, essendone da Me già stata assicurata, perchè quando mi parlava, non vi era presente alcuno nella stanza dove parlavamo; Che se vi fossero stati presenti altri direi, che l'avesse fatto per farmi uscire a scoprire questo Matrimonio in presenza di quelli* -- Et est mirandum, quòd ipsa Epipha- 185
nia in toto suo Examine, quamvis plus nimio garrula, nec verbum quidem de ass. Dialogo fecit. Audiamus nunc Testes cortinatos quomodo concordent cum Epiphania, nil de hoc dicente, & cum Pulzono, affirmante, quod in illius Domo loquebatur sub nube, & evitabat specificas responsiones.

Gualandus inquit. Oltre il discorso fattomi da d. Epifania, ò anche Informazione di questo Matrimonio per Detto di D. Antonio Pulzoni, già Curato, credo Io, di S. Costanzo, & è: Che dell' anno 1693. se mal non mi ricordo, esaggerando, come soleva fare detta Epifania, i tor-

ti, che le andava facendo detto Sig. Carlo Francesco con l'amicizia, che dissi, ch'egli, non ostante, che fosse suo Marito, Io un giorno ch'era di estate, le dissi, chè non potevo credere, che detto Signor Carlo Francesco fosse suo Marito, e ciò feci per tirarla à dire, benche per altro fossi sufficientemente informato per la voce, che correva pubblica nel Luogo, e per gli andamenti di ambedue del Matrimonio; Et essa mi rispose, che se non lo credevo, averebbe essa trovato il modo di certificarmi, come in effetto mandò à chiamare allora il detto Don Antonio Pulzoni, & essendo sopravenuto a
187 cercarmi Domenico Gioseppe Fornari, detto *Mangiapallone*, li raccontai il discorso, fattomi da detta Donna, la quale lo ratificò in presenza di esso Fornari, e ne pregò ambidoi, che dovendo arrivare in sua Casa, ove seguì il discorso detto Prete Pulzoni, ci trattenessimo uniti nella stanza vicina, che è un Cucinotto, per intendere i discorsi, che havesse fatto con detto Prete sopra tal particolare. Et essendo di lì ad un pochetto arrivato nella detta Casa il detto Prete, sentii, che la Donna gli disse dopò alcuni discorsi, che voleva da lui la Fede del Matrimonio, seguito tra essa, & il suddetto
188 Sig. Carlo Francesco, *Hoc non refert Pulzonus, nec Epiphania, nec alter Testis cortinatus.*) E sentii parimente, che il prete li rispose, che non gli la voleva, ne poteva dare, perche il Sig. Carlo Francesco gli lo haveva prohibito, e gli haveva levato di mano la Licenza, che era venuta da Roma dalla Sacra Congregatione di poterla sposare privatamente, o altra simile, e che perciò non gli poteva far Fede: (*Nemo loquitur de hac Licentia, nec uilibi de ea apparet*) E replicando la Donna; *E che*
189 *havete paura di essere ammazzato?* Il Prete sentii, che rispose: *Hò paura di questo ancora.* (*Id non dicit Pulzonus*) Et allora la Donna gli replicò: *Dunque se non mi volete*
190 *fare la fede, Io mi voglio rimaritare:* (*Alter Testis cortinatus refert, hunc fuisse primum Sermonem.*) Al che sentii il Prete, rispose; *E voi non sapete, che Io vi hò sposata*
191 *col Sig Carlo Francesco, e perciò non vi potete rimaritare, ne Io vi posso fare la Fede dello stato libero*; sopra la quale poi insisteva la Donna, e dopò havere altercato un pezzo insieme la Donna, & il Prete sopra tal particolare, con ammonirla, che non poteva ripigliar Marito
192 fin tanto, ch'era vivo il suddetto Signor Carlo, il Prete se ne andò via. E detto Domenico Gioseppe, & Io uscimmo del Cucinotto: E la Donna subito ci disse: *Avete mò sentito, se è la verità, o bugia. Che il Signor Carlo mi hà sposata?* E dopò haverci la Donna dato da bere, andassimo via.

Fornarius verò, alter Testis Cortinatus, ita loquitur. Per raccontargli distintamente i discorsi, che sentii fra detto Curato, & Epifania, gli dirò, come cinque, o sei anni sono, che parmi fosse dell'anno 1693. se mal
193 non mi ricordo (*Hoc non dicit Gualandus, præcedens Testis Cortinatus.*) essendo Io restato in apuntamento coll'Alfier Bartolomeo Gualandri da S. Costanzo di andare assieme a Caccia, mi portai una mattina a cercarlo per quest'effetto, & havendo saputo, esser'egli in Casa di
194 detta Epifania (*Quomodo id scivit? Neque id refert Gualandus.*) che stava nel Borgo, l'andai ivi a trovare per condurlo, come ò detto, a Caccia; Et avendomi egli detto, che sarebbe venuto, ma che prima voleva appagare una sua curiosità, mentre detta Epifania gli haveva raccontato di esser Moglie del suddetto Sig. Carlo, e che aveva di già mandato a chiamare il Curato
195 per sentirlo dalla sua bocca, mi pregorono l'un, e l'altra di trattenermi in Casa fintanto, che giungesse il detto Curato, aggiungendo la detta Epifania, che ci fussimo trattenuti tutti due in una stanza, ivi vicina, perchè il Curato non ci vedesse, ma potessimo sentire i loro discorsi, come in effetto detto Signor Gualandi, & Io ci
196 trattenessimo in un stanziolino, attaccato all'altra stanza, dove era la Epifania. E venuto di lì a poco in Casa il suddetto D. Antonio Pulzoni Curato, sentii che l'Epifania si pose a discorrere seco con dirgli: *Sa Lei per*
197 *quello, che l'ò fatto chiamare Signor D. Antonio?* E rispostogli lui: *Perche?* (*Hunc sermonem non refert Gualandus, sed alium longe diversum.*) La Donna gli soggiunse. *Io non voglio più stare in queste prese, me ne voglio andare, e voglio che Lei mi faccia la Fede dello stato libe-ro* (*Requisitionem hujus Fidei narrat Gualandus ultimo loco.*) Et il Prete sentii, che gli replicò, non poter fare 198
detta Fede mentr'essa ben sapeva, che l'haveva lui sposata col Sig. Carlo (*Pulzonus hoc non retulit, sed quòd circa assertum Matrimonium obscurè locutus fuit.*) E quella al- 199
lora gli soggiunse: *Se non mi volete fare la Fede dello stato libero, fatemi l'altra, che sono maritata*; (*Gualandus re-* 200
fert, quòd primo loco Epifania petiit hanc Fidem.) Et il 201
Curato sentii, che li disse, che ne meno quella gli poteva fare: (*Neque hoc refert Pulzonus.*) E così dopò altre parole, che non mi ricordo, il Prete se ne partì, & il detto Gualandi, & Io uscissimo dal Camerino, & andassimo nell'altra stanza, dove era la Donna (*Aliter refert Gualandus.*) la quale ci addomandò, se avevamo sentito il discorso del Prete; E rispostole ciascheduno di 202
sì, ci diede essa da bevere, e poi ce ne andassimo per i fatti nostri.

Hæc est mendaciorum natura, ut sub quibus libet fictis coloribus minimè lateant, cùm hi Testes, & si nemine citato, & absque solitis Interrogatoriis examinati, detegantur penitus falsi, quia inter se valdè, & notabiliter discrepant in referendo Dialogum Pulzoni, & Epiphaniæ simul, eodemque tempore, ut ipsimet ajunt, audito; Advertantur itidem Examini ipsius Pulzoni, ac etiam ipsius Epiphaniæ. Unde verè *Cicero li-* 203
br. 1. ad Quintum Fratrem scripsit -- *Mens ominum multis simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur, uniuscujusque natura frons, oculi, vultus, per sæpe mentiuntur, Oratio verò sæpissime* -- Proinde tantùm abest, ut hi Testes inservire valeant coa- 204
diuvationi probationum, à Sac. Congreg. decretæ, ut ut funditùs quatiant Examen Pulzoni, & Mulieris ex contrarietatibus prænotatis.

Cæterùm majores etiam apparerent in Causa contradictiones, si per Juris tramites procederetur. Constantissimè enim asseritur, quòd ad Curiam Urbini Præsidis vocata fuerit illa Julia, indicata in Testem ab Epiphania, & oretenùs tantùm audita, absque Examine dimissa extiterit. Asseritur quoque, Prætorem Seno- 205
galliæ, se contulisse ad Terram S. Constantii, verboque oretenùs interrogasse alios Testes, ab eadem Epiphania indicatos, sed calamum minimè adhibuisse; Et verisimillimum est, quòd Sac. Congregatio per Literas, quas non vidimus, jusserit, Examini subiici singulos Testes, a dicta Epiphania indicatos & verisimillimum quoque est, Præsidem in Epistola responsiva, 206
quam pariter non licuit inspicere, rationem reddidisse prætermissi Examinis dd. Testium; Verùm, quidquid sit de praxi, ne dicam abusu in Causis Criminalibus omittendi formale Testium Examen, quoties Fiscus pro se illud non facere cognoscit; In ista Causa Matrimoniali, quæ civiliter disceptatur in Sac. Congregatione, & ex aliis peculiaribus circumstantiis gravissima est, in eaque agitur de includendo, vel excludendo Sacramento, omnibus modis pura veritas indaganda est, ut ex 207
cap. Tua nos de Sponsal. advertit *Pignatell. Consult.* 151. *num.* 13. *tom.* 1. Ideoque, ut pateret veritas, in scriptis redigendum erat Examen dd. Testium, etiamsi oretenùs auditi solùm dixissent, nescire: Quia hæc ipsa nescientia multùm confert ad detegendum aliud mendacium Epiphaniæ, indicantis dd. Testes, tanquam benè conscios, In Criminalibus quoque, si non examinantur Testes, à Querelante nominati, Reus est ab- 208
solvendus, ex traditis à *Guazzin. ad Defens. Reor. def.* 22. *cap.* 1 *numer.* 6. & in terminis probationis Matrimonii *ex Aretin. consf.* 13. *col.* 9. *vers. Præterea cum Matrimonio*, probat *Menoch. de Præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 20. *num.* 23.

Verùm etiamsi subsisteret, quòd iidem Testes cortinati audissent similem Colloquium (ne dicamus similem Fabulam) inter Pulzonum, & Epiphaniam, attamen nil aliud deponerent, quàm de auditu à dicto Pulzono, qui nullam fidem meretur ob innumeras exceptiones, quas patitur in ejus Persona, & Dictis, signanter ob 209
perjurium, & ob tot variationes, inverisimilitudines, alterationem, seu mutationem diei prætensi Matrimonii, contradictiones circa tempus ejusdem, & cæteris, omissis, ob impossibilitatem, quòd asserti Testes Joseph Bosana, & Joannes Antonius Marazana bir-

birbantes potuerint intervenire, & esse præsentes dicto Matrimonio, sicuti deponentes pariter de auditu
210 ab ipsa Epiphania, cui nulla fides præstanda venit, præsertim post maximam iram, & odium, conceptum contra Carolum, ut hæc omnia latè ostendimus supra; Conclusio enim Juris indubitata est, quòd Te-
211 stes de auditu ab illis, qui nihil probant, nullatenùs sunt attendendi, ex *Text. in cap. Licet ex quadam 47. de Testib.* adducendo rationem ibi -- *Cùm satis videatur absurdum, illos admitti, quorum repelluntur Authores* -- & pluries firmavit *Rota* signanter *part. 14. recent. dec 42. n. 8. & dec. 535. n. 32.* ubi aliæ Decision. alleg.

Circa Clandestinitatem cujuscumque actus ex suppositis à Pulzono, & Epiphania, *Sac. Conc. Trident. Sess. 24. de Reform. Matrimon. cap. 1.* non solùm irrita fecit
212 in posterum Matrimonia clandestina, sed statuit formam præcisam, & substantialem Matrimonii celebrandi, quæ consistit in interventu Parochi, & duorum ad minùs Testium; Et id totum sancitum fuit, ut Matrimonium per Testes, in illius celebratione adhibitos, probari posset ad evitanda gravia peccata provenientia ex Matrimoniis clandestinis, quæ tanquam clam, & occultè facta, probari minimè poterant ut adver-
213 tunt *Sanchez de Matrim. tom. 1. lib. 3. disput. 39. sub num. 1. versic. Secundo probatur, Layman. tract. 10. par. 2. cap. 4. de Matrim. num. 6. Cardinal. de Luc. disc. 16. n. 21. vers. Cùm itaque, & sub nu. 22. versic. Aliàs enim, & in Adnot. ad Concil. disc. 26. nu. 1. Fagnan. in c. 1. n. 2. de Clandest. desponsi.* solidè probans *sub num. 4.* quòd paria sunt, Matrimonium non adesse, & non appa-
214 rere, & ob id propriè clandestinum dicitur, quoties ita contrahitur, ut subinde probari non possit, *Sanchez d. lib. 3. disp. 45. sub num. 3. versic. & secundo firmatur*, et expressè habetur ex dicto *de Clandestin. desponsi.* ibi -- *Si Matrimonia ita occultè contrahantur, ut exindè legitima probatio non appareat. Cui absurdo obviare voluit, ut diximus, S. Concilium Trident.* In hac autem Causa ex facti serie, à Pulzono, & Epiphania con-
215 ficta, apertissimè liquet, data opera gestum totum id fuisse, quòd probationem figurati Matrimonii omninò redderet impossibilem contra expressam mentem dicti *Sac. Concilii* ex decem facti suppositi circumstantiis, hic breviter perstringendis.

Prima circumstantia Clandestinitatis est, quòd asserti Contrahentes intentionem habuerunt celebrandi assertum Matrimonium in propria Domo, absque Testibus;
216 Nam Pulzonus refert -- *Detto Sig. Carlo Francesco mi chiamò da parte, con dirmi, che aveva necessità di parlarmi a sua Casa la sera ad un' ora di notte, e così Io vi andai, & andato, che fui, detto Sig. Carlo Francesco mi disse, che voleva sposare Colei, intendendo di detta Epifania, e tutti due si posero inginocchioni avanti di me: Io vedendo, che allora volevano fare il Matrimonio,*
217 *come veramente avevano intenzione, restai attonito, e sbigottito, e dissi, che Io non potevo fare tal Matrimonio in tal forma; Con tutto ciò si presero per la mano, e l' uno, e l' altra dissero, che erano Moglie, e Marito*: Ac etiam Epiphania narrat -- *Detto Sig. Carlo Francesco mi disse, che voleva vedere trovar modo, se si poteva fare il Matrimonio segretamente, che mi averebbe sposata; e*
218 *così continuando a promettermi un giorno, che non mi ricordo il tempo preciso, mi fece andare in Casa sua, e la sera di detto giorno fece chiamare in detta sua Casa d. Sig. D. Antonio Pulzoni Curato, quale venuto, stando tutti tre in una Stanza, d. Sig. Carlo Francesco disse al d. Sig. Curato, che non voleva star più in peccato, e che perciò voleva sposarmi, & alla presenza di d. Curato mi prese per la mano &c.* Et licèt Pulzonus in supradicta De-
219 positione ad se exonerandum dixerit, noluisse sic celebrare assertum Matrimonium, attamen P. Bellusius in dicta Epistola ad Card. del Verme §. *Minùs &c.* apertè dicit -- *Mi viene anche in memoria, che il Vice Curato averebbe voluto congiongerli senza i soliti Testimonj, acciò la cosa passasse con maggior segretezza* - Exqui-
220 bus liquet, quòd tam ass. Contrahentes, quam Vice Parochus habuerunt intentionem faciendi Matrimonium liquidissime clandestinum contra formam S. Concilii Tridentini.

Secunda circumstantia Clandestinitatis est, quòd in Memoriali, dato Episcopo Fanensi à Pulzono pro celebrando asserto Matrimonio, absque Proclamationibus, non fuerunt expressa Nomina Contrahentium, sed Nomina fictitia, generalia, & quibus libet aptabilia, *Titii, & Bertæ*, ut recenset Viceparochus vel *Bal-* 221
di, & Bertæ, ut inquit Epiphania ibi -- *e lui* (nempè Pulzonus) *mi diceva, che detta licenza di Roma non conteneva i nostri Nomi, ma li Nomi di* Berta, e Baldo, *che sempre me ne sono ricordata.*

Tertia circumstantia Clandestinitatis est, quòd expectarunt tempus nocturnum; Nam Pulzonus dicit -- 222
La sera delli 20. Gennaro 1691. a quattro ore di notte; Et Epifania ait -- *Seguì la sera delli 20. Gennaro alle sei ore di notte.*

Quarta circumstantia Clandestinitatis est, quòd ad hoc, ut assertum Matrimonium nemini unquam patere posset, Pulzonus data opera adhibere studuit binos assertos Testes exteros, ignaros, & vagabundos, qui non agnoscerent assertos Contrahentes, nec ab eis ipsi agno- 223
scerentur, ut ipse fatetur ibi -- *Gli dissi che averei presi doi Testimonii forastieri dall' Ospitale, restassimo di accordo per la sera, che seguì; Io tenni all' ordine detti Testimonj, ch' erano venuti per andar all' Ospitale* -- Et id artificiosè fecisse dicit ad actum asserti Matrimonii occul- 224
tandum ibi -- *Detti doi Testimonj forastieri furono chiamati da Me per mantenere segreto detto Matrimonio, & acciò che non fosse noto alli Paesani, & altri Circonvicini, & avendo Io, come Economo di quel tempo, l' incombenza di dar la Licenza a forastieri per andar a detto Ospitale, Io li feci trattenere in Casa, li diedi da Cena, e poi me ne valsi con fargli assistere presenti a detto Matrimonio nella detta Chiesa, quali Testimonj dissero, che loro volevano venire à Roma; Tutti doi detti Testimonj andavano da Pellegrini con il Bordone; Et il primo, cioè Giosceppe Bosana, era attempato, e l' altro giovane di venti anni in circa* -- Ac insuper dicit, non curasse perqui- 225
rere à dictis Peregrinis eorum Patriam, ibi. *Non sapendo i Paesi di detti testimonii, perche non li dimandai.* Et Epiphania inquit: *Non voleva che si sapesse, e perciò operò con detto Curato, che trovasse Lui i sudetti Forastieri, acciocchè non si sapesse per il Paese.* Et antea dixerat. *Alla presenza di doi Testimonj, che Io non li conosco, ne sò il nome, perch' erano Forastieri, e detto Curato li procurò Lui, che gli prese dall' Ospitale, dove erano alloggiati.* Quam- 226
vis autem ex proximè relatis verbis Pulzoni pateat, quòd dicti Exteri, Hospitale ingressi non fuerint, subdit. *E si aspettava solamente, che venissero doi Birbanti all' Ospitale che sarebbero serviti per Testimonj.* Et iterum ait. *E trovassimo in detta Chiesa il sudetto Signor Don Antonio Polzoni Curato, e doi Uomini forastieri malvestiti, e come birbanti, che uno era vecchio, l' altro Gio-* 227
vane, quali detto Signor D. Antonio aveva levati dall' Ospitale, e tenuti in Casa sua con darli da Cena senza rimandarli all' Ospitale.

Quinta circumstantia Clandestinitatis est, quòd actus asserti Matrimonii gestus recensetur, non in Ecclesia Parochiali, sed in Oratorio Sanctissimi Sacramenti, cujus fores subclausæ erant, ne quisquam ingrederetur, & duæ solæ Candelæ ad Altare accensæ fuerunt, ut difficiliùs Birbantes agnoscerent assertos Contrahentes; 228
Pulzonus enim dicit. *Io celebrai in San Costanzo nella Chiesa dell' Oratorio del Santissimo Sagramento, della quale Io era Cappellano: E quando Io celebrai detto Matrimonio nella Cappella del Crocefisso di detta Chiesa, accesi doi Candele di Cera a detto Altare.* Et Epifania inquit. 229
Andassimo tutti doi alla Chiesa del Santissimo Sagramento, della quale n' era Cappellano detto Curato, la Porta della quale trovassimo socchiusa, & entrati in detta Chiesa, trovassimo accesi i Lumi all' Altare del Santissimo Crocefisso.

Sexta, & gravissima circumstantia Clandestinitatis est, quod asseritur, Carolum Franciscum ad Ecclesiam personatum accessisse, ne ab assertis Testibus agnosci posset, 230
cum Pulzonus referat. *L' Uomo, che contrasse detto Matrimonio, da Me per altro benissimo conosciuto, quando venne in Chiesa, venne senza Perucca, e non con gl' Abiti civili, soliti a portare, ma con una Robba di panno grosso &c.* Et Epiphania exponat. *Quella sera, e notte, che Io andai alla Chiesa con detto Signor Carlo Francesco a sposarmi, Lui, per non essere conosciuto da qualcheduno,* 231

che ci potesse vedere nell' andare, e venire, si fece presta-re il ferrajolo da Pietro Antonio Sorci, Lavoratore di detto Sig. Carlo. Anzi che non avendo detto Lavoratore la Berretta da Contadino con gli Orecchioni, che parimente adoprò in detta sera detto Sig. Carlo, il medesimo se la fece imprestare.

Septima, & urgentissima circumstantia Clandestinitatis est; quòd in actu asserti Matrimonii Pulzonus, nec Carolum, nec Epiphaniam nominavit, sed expressit Nomina idealia *Titii*, *&* *Bertæ* per hæc verba --
232 *Li Contrahenti del Matrimonio segreto, che Io feci &c. furono il Sign. Carlo Francesco, che Io figurai sotto Nome di Titio, e la Donna che fu Epifania, che Io figurai sotto Nome di Berta, quali Io congiunsi in Matrimonio, avendo avanti di Me d. Sig. Carlo Francesco, & Epifania, dissi, chiamandoli sotto Nome del Caso supposto, voltatomi al Sign. Carlo, gli dissi*: Titio vi contentate di prender per vostra legitima Sposa quì Donna Berta pre-
233 sente? *Lui rispose di sì* -- In quo est unicus, nec refertur ab Epiphania, nec ullum per umbram affertur adminiculum -- *E poi voltato a detta Epifania dissi à Lei*; E voi Donna Berta sete contenta prendere per vostro legitimo Sposo Titio, quì presente? *E lei disse di sì* -- Itaut asserti Testes nunquam testificari possent de prætenso Matrimonio inter Carolum, & Epiphaniam.

Octava circumstantia Clandestinitatis est, quòd Pulzonus, licèt omnia alia Matrimonialia adnotare consuevisse, affirmet in solito Libro hoc nullo modo adnotavit, non per negligentiam, seu per malitiam, ne
234 unquam patere posset, ut ipse fatetur -- *Io mentre sono stato Vice-Curato in San Costanzo, o notato, e scritto nei Libri tutti i Matrimonii, che ò celebrato, eccetto che uno solo &c.* Et rursùs Ait -- *Io ò celebrato in d. Terra di S. Costanzo un solo Matrimonio segreto.*

Absque eò, quòd suffragetur asserta notatio in Opertorio *Circuli aurei*, ut ipse supponit -- *Anzi che nella Coperta di d. Libro* Circulus Aureus *vi notai i doi Nomi de Testimonii, perchè in quell' atto gli demandai, come si chiamavano, quali furono Gioseppe Bosana, e Gio: Anto-*
235 *nio Marazzani &c.* Quoniam dicta notatio (si vera esset, quod minimè admittimus ex adductis supra) nihil aliud continet, quàm -- *Gioseppe Bosana, Gio: Antonio Marazzani Gennaro 16. 1691.* & sic absque expressione Testium, Matrimonii, & Contrahentium, a-
236 deout talis asserta notatio, tanquam herba Betonica, omnibus Pulzoni morbis sit applicabilis, non autem huic asserto Conjugio, ut istud ex ea notum fieret Ecclesiæ, ut esse debet ad Mentem & juxta notoriam dispositionem S. Conc. Trident.

Nona & potissima circumstantia Clandestinitatis est, quòd ex confessione ejusdem Pulzoni Peregrini mendicantes à nemine fuerunt visi, & illicò post figuratum
237 actum asserti Matrimonii nocturno tempore discesserunt à Terra S. Constantii -- *Detti Testimonii Io gli trattenni in Casa mia, li feci cenar prima, e subito, che fu fatto il Matrimonio, partirono da Casa mia, e da S. Costanzo dicendo, che venivano a Roma.*

Decima, & duplex, ac non levis circumstantia Clandestinitatis est; quod alia asserta notatio, quam fecisse Pulzonus dicit in Folio volanti, longè post tempus suppositi Matrimonii, nempè quando ipse fuit jussu
238 Sac. Congregationis examinatus ab Ordinario Fanensi, ibi -- *Detta memoria, che diceva sotto li 20. di d. Mese, la feci molto tempo doppo &c. e quando fui esaminato a Fano &c.* & iterum ibi -- *Et in tal congiuntura mi fu letta la Deposizione della medema Epifania, nella quale sentii, che diceva il Matrimonio, seguito sotto li 20. Gennaro dell' istesso anno 1691. dove che Io allora tornando a Casa scrissi nell' istesso foglio della Licenza, cioè nell'altro*
239 *scaccolo la detta giornata delli 20. Gennaro*: In hac inquam notatione, seu memoria, nedum Pulzonus non expressit Nomina assertorum Contrahentium, sed nec Nomina Titii, & Bertæ, sub quibus assertum Matrimonium celebrasse asseruit, & solum scripsisse di-
240 cit *N. N. ut supra, furono congionti &c.* Et quod magis est, dictam memoriam sub die 20. alteravit in 28. ut ipsemet pluriès fassus est & signanter ibi -- *Quale memoria, che diceva sotto li 20. poi Io l' alterai, e feci sotto li, 28. ad effetto, che se mai è stata veduta detta memoria dall' alterazione della giornata si fosse occultato il vero, e non si fosse venuto in cognizione, ch' era seguito detto Matrimonio da qualche circostanza*: *E* 241
perciò mi persuasi, che restasse più nascosta con tale alterazione la qualità de' Contrahenti per lo scoprimento di qualche altra circostanza, per la quale la verità della giornata de i 20. avessero potuto venire in cognizione della verità del Matrimonio. ibi -- *Da poi a riguardo di confondere questa verità, dubitando, che potendosi vedere detto Foglio* (quod tamen apud se solùm retinebat) *da qualcheduno si giudicasse il vero, e non si venisse in qualche cognizione &c. alterai detto numero, feci 28. come si vede in detta Carta.*

Ex his autem decem circumstantiis manifestissimè patet, quòd per assertum actum prætensi Matrimonii, prout ex Condicto supponitur à Pulzono, & Epiphania ipsos egisse omne id, quod valuerunt, ut assertum Matrimonium nunquam, & nusquam modo aliquo prodiret in lucem. Fingamus enim, quod ii Birbantes 242
adstiterint supposito actui asserti Matrimonii, certò, & certiùs nunquam testificari valerent, illum secutum esse inter Carolum, & Epiphaniam, cum solùm viderint momentaneè, & nocturno tempore Titium, & Bertam, dictumque Titium sine Cæsarie ascititia, & vilissimis indutum Vestibus, & protinus è Terra S. Constantii discesserint.

Ex quibus, & tot aliis gravissimis circumstantiis palpatur manibus, quòd factum, prout a Pulzono, & Epiphania figuratur, studiosissimè gestum fuerit, ut nullo umquam modo nulloque tempore probari posset, sic in apertissimam fraudem mentis Sac. Concilii Tri- 243
dentini, ex rationibus solidè, & luculenter adductis *in Tom. 1. part. 2. disceptat. 1. per totam.* Et solum addere liceat, quòd cùm Sacrum Concilium formam præscripserit futuris Matrimoniis, ad hujusmodi fraudes eliminandas, fraudibus occurrendi causa interpretationem Jus admittit, favorabilisque dispositio judicatur, quæ ob fraudes tollendas sit introducta, quia gra- 244
vius est Legi, quàm Homini fraudem facere, *ut ex Abbate, & Cravetta* concludit *Barbos. Vot. decis. 19. numero octuagesimo tertiò, tomo primo*, juncta facti serie *numer. 81.*

IN EADEM CAUSA.

Extollitur exadversò Parochi Fides, quæ in rei veritate magna est, sed quando non est varius, non asserit impossibilia, non fingit ideas, non est perju- 245
rus, neque detegitur apertissimè, & ex propria confessione mendax, juxta circumstantias præsentis casus: Tunc enim nullam omninò meretur fidem, ex latè animadversis, & punctualibus authoritatibus comprobatis supra.

Cumque ultrò exadversò admittatur, quia revera innegabile est, repetitis vicibus ipsum mentitum fuisse in descriptione temporis contracti Matrimonii, & in replicatis juratis Examinibus, seu Constitutis coram Card. Legato, & tunc temporis Card. Episcopo Fanen. de mandato Sacræ Congregationis ipsum judicialiter interrogantibus, ut constat ex Summario, & signanter ex epistola ab eodem Card. Episcopo huic Sacræ 246
Congregationi scripta *die 6. Junii 1695.* ibi -- *Per il tempo, che Lui è stato Vice-Curato, à congionte in Matrimonio molte Persone, ma non à mai congionto il Sig. Carlo Francesco, & Epifania suddetta.* Applicatur propositio, uno ore ab omnibus Doctoribus admissa, & magis Tribunalibus recepta, quòd Testi mendaci nul- 247
la sit præstanda fides, ex adductis per *Panimoll. decis. 19. adnot. 38. 40. & 47. & Rot. decis. 124. num. 12. p. 7. & decis. 40. num. 9. part. 16. recent.* Et rationem adducit *Sacra Rota in Januen. Professionis 3. Junii 1702. §. In foro coram Molines*, quia scilicet ille, qui non erubescit fateri, se fuisse mentitum, præsumitur iterum mentiri in sequentibus Attestationibus, ibi -- 248
Præsumendum est, eum mentiri, qui jam se mentitum fatetur.

Quantùm verò frivola sit excusatio illa: quòd mentitus

titus fuerit ex eo, quia credidit, Matrimonium, ab ipso celebratum cum scientia, & consilio, ut ipse asserit, Card. Episcopi, ejusque Theologi, & in præsentia duorum Testium, ab ipso requisitorum, ca-
249 dere sub Confessionis Sigillo, de se patet; Estque in rei veritate prorsùs incredibilis in Sacerdote, in Parocho, & in Theologo morali, qualem se nominavit in Examine ibi -- *Io hò studiato in Roma Logica, e Teologia morale*, dum neque etiam verisimilis est inter Pueros, & Aniles vetulas, & proinde neque etiam responsionem meretur, ne talis futilis excusatio, & aereus prætextus credatur verisimilis, juxta
250 nobilem animadversionem *S. Athanasii*, relati *à P. Sebastiano à S. Paulo in Appendic. ad motiv. Jur. §. 11. n. 26. in fine fol. 23. sequuti in Instit. Crim. lib. 4. tit. 8. num. 123.*

Observando hìc aliam, vel cecitatem, vel malitiam ejusdem Parochi, qui non erubuit cum juramento asserere, fuisse mentitum, eò quia -- *Stimava, che più tosto fosse lecito di dire la bugia, che di pregiudica-*
251 *re il Sagramento direttamente, ò indirettamente*, juxta ejus præcisa verba, Ac si posset dari casus, in quo præcepta negativa non obligent semper, & ad semper, atque assignabilis esset circumstantia, in qua licitum esset mentiri, quę omnia prorsus erronea prorsusque insubsistentia sunt.

Ejusdem farinæ est alia excusatio dicti Parochi circa tempus contracti Matrimonii, circa quod, nedum est varius, sibique contradicens, sed apertissimè mendax, eò quia vis non stet in tempore, sed in ipso
252 facto actualis contractus Matrimonii, ut non semel, sed semper insubsistenter dicitur exadverso.

Quia in nostro casu non solùm vis stat in tempore, sed in momentis, ut ita dicam, ejusdem temporis, eò quia moraliter impossibile est, quòd Testes, à Parocho descripti, uti præsentes Matrimonio die 16. Ja-
253 nuarii in Terra S. Constantii, potuerint deindè esse in Urbe die 19. ejusdem mensis Januarii 1691. seù (sunt verba Contrarii Defensoris) *nocte diei 16. usque ad vesperas diei 19. ejusdem mensis*, & sic in solo brevi spatio duorum dierum cum dimidio circiter conficere iter 180. milliariorum, quot adsunt à Terra S. Constantii ad Urbem per Viam Lauretanam, & 150. per Viam breviorem Furli.

Ultra quod sumus in terminis unici actus, non reiterabilis, in quibus proindè tempus dicitur, & est de substantia ejusdem actus, ut, omissis generalibus,
254 in puncto advertunt inter *Cons. Matrim. divers. Leoniss. cons. 47. n. 21. & seq. l. 1. & Cuccell. cons. 70. n. 45. Ferret. cons 196. n. 8. l. 1. & Ruin. cons. 149. n. 25. l. 5.*

Poterant autem in hac parte omitti piæ illæ meditationes, quòd hoc non sit simpliciter, & absolutè impossibile, non incedendo pedester, *sed mutatis Equis, seu correndo la Posta*, etiam noctis tempore; Hæc
255 enim omnia, quantùm ingeniosa sunt, tantùm inapplicabilia remanent casui nostro, in quo sermo est de duobus Birbantibus, ostiatìm Victum mendicantibus, quales illos appellavit Epiphania ibi -- *Si aspettava solamente, che venissero due Birbanti all' Ospedale &c.* &
256 ibi -- *Venne da Me, e mi disse, che ci erano due Birbanti all' Ospedale.* Quorum proinde respectu prorsus extraneum est asserere, quòd de nocte incedere voluerint medio hyeme, seu de mense Januarii, quo tempore dies breviores sunt, Viæque magis difficiles, ut de se patet.

Atque applicatur illa textualis propositio, de qua in *leg. 3. ff. de Verbor. significat. & in §. Qui autem*, ibique *Gloss. verb. Viginti Instit. de Excusat. Tut.* quòd in his casibus attendenda est legalis dieta, constituens 20. milliaria pro quolibet die, non autem procedendum est cum
257 raro accidentibus, egregiè *Rota decis. 285. nu. 3. & 4. part. 18. rec.* ibi -- *In iis tamen, quæ non facilè contingere solent, eadem ratio non videtur procedere, cùm, à communiter contingentibus facta metiendo, nunquam solent Notarii, mutatis Equis, itinera conficere &c. ita ut non vulgaris Dieta, publicis Equis per Cursores confici solita, sed legalis attendi soleat, viginti millia passuum in dies constituens, juxta Textum &c.*

Prætereà insistere in eo, quòd iidem Birbantes potuerint esse divites, quòque sub habitu Peregrinorum Mundum peragrare voluerint, & cum hoc ideali supposito asserere, quòd potuerint iter facere equitando, est divinare, non autem solidè discurrere, & factum concludenter probare, ut est necessarium, & propterea similes præsumptiones præsumptionum, & divinationes divinationum in nulla prorsùs consideratione habendæ 258
sunt, ex adductis per *Vincentium Alizarium Crucium in quæsit. per Epist. centur. 3. in Epist. ad Jul Cæsar. la Gallia*, ibi -- *Non prudentis sit in re tanti momenti divinatione uti sequuti in Tom. 1. d. 1. discept. 12. nu. 99. & tom. 6. part. 2. discept. 50. num. 129.*

Nec minùs curiosa est alia divinatio, quod potuerint celeriter accedere ad Urbem ob ægritudinem s. m. Alexandri VIII. qui obiit *die 1. Februarii ejusdem anni 1691.* quia oporteret in hac hypothesi præsupponere aliam qualitatem in eisdem Birbantibus, quòd nimirùm fuerint Prophetæ, & nedum sciverint Summi Pontificis futuram infirmitatem, sed etiam illius gravitatem, seu proximum vitæ periculum, eò quia *die 16. Januarii* 259
1691. quo prætenditur contractum fuisse Matrimonium, neque etiam ægrotabat Summus Pontifex, quæ omnia adeò insubsistentia sunt, adeoque idealia, ut non mereantur ulteriorem confutationem ex supra adductis.

Exclusa ex his probatione Matrimonii ad terminos ce- 260
lebris dispositionis *Sacri Concilii Tridentini in sess. 24. de Reformat. cap. 1.* nulla vis fieri potest in illis assertis præparatoriis, qualis est Licentia illud contrahendi, non præmissis solitis Denunciationibus; Quia notoria sunt 261
in hac parte axiomata, inter Theologos, & Canonistas uno ore recepta, quòd Matrimonia probari debent concludenter, actualiter, & de facto contracta coram Parocho, & duobus saltem Testibus, quòdque à præparatoriis nunquam infertur ad actualem contractum, eò quia velle contrahere non sit actualiter, & de facto 262
contrahere, atque ab uno non inferatur ad aliud ex latè animadversis in *tom. 1. part. 2. discept. 2. per totam.*

Respondetur exadversò, hoc verum esse, quando talis Licentia non adminicularetur aliundè; Sed responsio non subsistit in facto, & non relevat in Jure.

Non subsistit in facto, quia hujusmodi adminicula, 263
nedum sunt in suo genere imperfecta, quod superabundaret, ne valeant uniri ad faciendam concludentem probationem, per ea, quæ notant *Bres. de Valdaur. observ. 23. num. 108. & Card. de Luc. de Matrim. disc. 16. n.* 264
7. & 8. & firmavit *Rot. in decis. 38. num. 13. part. 12. rec. & in Theatina Matrimonii 25. Junii 1696. §. primo coram Pio*, sed participant potiùs de Ideis Platonicis, dùm non probantur exadversò, nec probabilia sunt.

Minùs relevant in Jure, quia post Concilium Tridentinum Matrimonia non probantur adminiculis, & conjecturis, sed ex viva voce Parochi, & Testium, ut 265
notant *Grat cons. septimo numer. 42. inter Consil. Matrim. divers. Gargiar. cons. 19. numer. quarto Barbos. Vot. decis. 1. num. 15. & seq. & Cresp. de Valdaver. observ. 23. num. 94. & seqq.*

Ultra quod respectu hujus Licentiæ non omittimus observare duas circumstantias, nunquàm in prætere- 266
ritum ponderatas, & deductas ex contrario Summario.

Primam, quòd supponitur eadem Licentia, extensa in calce supplicis Libelli, porrecti à Carolo sub Nomine Titii, ibi -- *Humillimè Contrahentes petunt facultatem &c.* Et tamen de mandato ejusdem Caroli ad con- 267
ficiendas dictas preces, illasque porrigendas in contrario Summario, nullum habemus principium, nullumque medium, & nullam syllabam. Non adest autem propositio magis certa, magisque communis recepta, quàm attendendas non esse preces, quæ non probantur 268
porrectæ ab illo, sub cujus Nomine cantant, ex adductis per *Rot. in decis. 227. num. 11. part. 18. rec.*

Fortiùs, quia habemus evidentem probationem, illas fuisse porrectas à solo Pulzono, faciente omnes partes in hac Comędia, nullo autem modo à Carolo, quod ictu oculi desumitur ab epistola Card. Episcopi, huic 269
Sacræ Congregationi directa, & data in contrario Summario, ibi -- *O fatta riflessione alle circostanze, con le quali detto Economo* (igitur Pulsonus, non Carolus) *mi chiese l'accennata Licenza.*

Secun-

Secunda circumstantia, mutans speciem dictæ Licentiæ, in eo consistit, quòd preces cantant pro facultate contrahendi Sponsalia, non autem Matrimonium, ibi -- *Celebrare intendunt Sponsalia*, & con-
270 sonat facultas, concessa à Card. Episcopo, juxtà illa verba -- *Facultas, ut supra, conceditur* -- Nemo autem ignorat, quòd à facultate contrahendi Sponsalia non infertur ad aliam contrahendi Matrimonium.

Quamvis autem reperiatur additio, seu remissa ibi -- *Sponsalia, idest Matrim. per verba de præsenti* -- Hujusmodi tamen verba, absque ulla approbatione dictæ Remissæ, ab oculatissimo Judice, Vide Repertorium, vero spectato examinante Pulsonum, & recognoscente dictas preces de mandato hujus S. Cong. reperta fuerunt toto Celo diversa à charactere dicto-
271 rum precum, ibi -- *Quale Rimessa è differente carattere, e più minuto*, Relinquimus proindè Sapientissimis Judicantibus considerandum, quænam fides præstanda sit dictæ additioni *di carattere diverso, e più minuto*, non ad condemnandum aliquem ad miserabilem summam paucorum obulorum, sed ad obligandum honestos homines ad perpetuam servitutem, quam importat Matrimonium, nec non ad denigrandam integram nobilem Familiam, attentis qualitatibus Epiphaniæ. Nos enim simpliciter subinngimus, quòd dictæ reflexiones sunt cetæ notæ imò claræ demonstrationes evidentis falsitatis, ut de charactere di-
272 verso notant *Farinac. consil. crim.* 108. *sub num.* 1. & *num.* 105. *Mandell. Alb. cons* 99. *num.* 10. *in fin.* ibi -- *Fuerunt angustissimo quodammodò, et diversissimo stylo, seu ordine ab aliis lineis scripta*, et *Rota decis.* 180. *num.* 13. *part.* 13. *recent.* ibi -- *Carmina fuerunt restricta -- et in Romana Cambiorum* 17. *Februarii* 1690. *§. Si verò, et seq. coram Manuel.* ibi -- *Cum verbis modò ad angustiam, modò ad distantiam loci productis, vel contractis; Unde vehemens depromitur argumen-*
273 *tum falsitatis* -- Et de Charactere angustiori, *seu più minuto*, advertunt etiam adducti *in decis.* 105. *num.* 4. *et seqq. et decis.* 144. *num.* 12. *coram Triolo*.

Quæ omnia coronantur ab illa alia, æque evidenti, falsitate ejusdem Licentiæ, à Pulsono in eodem Examine ultrò confessata, mutationis diei: *Adi* 20. *Gennaro* 1691. in aliam: *Adi* 28. *Gennaro* 1691. *che si vede alterata con inchiostro più bianco di tutto il Rima-*
274 *nente della Scrittura*. In hac etiam parte supplicantes observare, quòd in similibus Scripturis duo considerari solent à Doctoribus gradus falsitatis; Unus criminaliter, condemnando impium Falsificatorem, circa quem non insistimus; Alter vero nullam ei dando Fidem procedendo cum regulari illa propositione, quòd in Civilibus sola suspicio falsitatis habetur pro falsitate, de qua *Noguerol. alleg.* 26. *n.* 139. *Rocc. select. interpretat c.* 46. *nu* 17. *et Rota decis.* 328. *n.* 1. *par.* 19. *rec. et in Romana, seu Collen. Hæreditatis.* 14. *Junii* 1680. *§. Maximè coram Vicecomite*.

Nec dicatur, quòd superflua fuisset dicta Licentia, eò quia pro Sponsalibus nulla requiritur facultas Episcopi; Quia dictum Memoriale compositum fuit, & porrectum à Pulsono, qui si innegabiliter in ea fuit opinione, ut licitum aliquando sit mentiri, atque pos-
275 se cadere sub Confessionis Sigillo ea, quæ peraguntur coram quinque Personis, potuit pariter credere, & quidem cum majori verisimilitudine, quòd fuisset necessaria talis Licentia. Cæterùm utcumque res in hac parte se habeat, preces cantant pro Sponsalibus, à quibus non potest fieri illatio ad Matrimonium.

Admittitur etiam defectus adnotationis Matrimonii in solito Libro Parochi, quod illius probationi multùm detrahit, ex adductis per *Grat. disc* 168. *n.* 4 & firmatis
277 per *Rot. in decis.* 179. *n.* 7. *cor Peutinger. et decis.* 667. *n* 2. *et decis.* 969. *n.* 1. *cor Emerix juniore, et in Faventina Matrimonii* 7. *Junii* 1658. *§ Conjecturæ cor. Taya, et in Cajetana Matrimonii* 20. *Junii* 1687. *§. Neque secunda coram Rondinino*; Non benè autem prætenditur suppleri cum
278 illis cifris, seù geroglyphicis, quæ proprio marte à Pulsono depictæ fuerunt in *Circulo aureo*; Quia ibidem nulla legitur descriptio Matrimonii, quæ sola reflexio destruit totam machinam contrariarum criticationum, ut de se patet, & sine divina revelatione impossibile est devenire in cognitionem, quòd dictæ Cifræ *Circuli aurei* significent Matrimonium, contractum inter Carolum, & Epiphaniam.

Ut autem manibus palpetur, descriptionem Nominum assertorum Testium in *Circulo aureo* habere illam connexionem cum contractu Matrimonii, de quo disputamus, quàm habet Cupressus cum naufragio, est observatione dignum, quòd Pulsonus eo tempore, quo 279
erat Parochus, erat etiam Economus Hospitalis, in quo excipiuntur Peregrini, ut ipsemet fassus fuit, ibi -- *Avendo Jo, come Economo di quel tempo, l'incombenza di dare la Licenza a Forastieri per andare all'Ospedale etc. essendo etc.*

Ecce igitur nimis naturalis finis ille, ob quem fecit dictam descriptionem in *Circulo aureo*, ut scilicet posset suo tempore describere in solito Libro Hospitalis dictos duos Peregrinos, quos describere non potuit dicta die 280
16. Januarii, eò quia non permisit illis *di andare all'Ospedale*, sed fecit illos *tratenere in sua Casa* juxta ejus præcisa verba.

Intelligentia hæc nulla indiget detorsione, nulloque filo, & mirabiliter comprobatur ex ipsis verbis descriptionis *Circuli aurei*, ibi -- *Giuseppe Bossana, Gio: Antonio Marazzani di Gennaro* 16. 1691. nemo non videt quòd nulla habetur mentio Titii, & Bertæ, nulla descriptio Matrimonii, nullaque relatio ad Licentiam Card. 281
Episcopi: In summa nihil omninò in illa legitur, quod à remotissimis Contractui Matrimonii applicari valeat. Ex alia verò parte naturalis, & obvius sensus eorumdem verborum nullus alius est, quàm adfuisse *dicta die* 16. *Januarii* 1691. in Terra S. Constantii dictos duos Peregrinos. Ex hoc autem velle inferre, ut exadversò 282
prætenditur, quòd iidem, uti Testes, præsentes fuerint Matrimonio, nedum est vim inferre eidem descriptioni, sed est detorquere eadem verba: *Più che non tirano i Ciavattini il Corame per portare le Ragioni ove li pare*, juxta lepida verba *Garzoni nella Piazza universale disc.* 5. *in medio*.

Comprobatur hæc intelligentia ex repetitis, juratisque Depositionibus Epiphaniæ, quæ semper asseruit, Matrimonium fuisse contractum *die* 20. non autem *die* 16. *Januarii* 1691. Cui omnis in hac parte adhibenda est 283
fides, in terminis egregiè *Alexander à Scala inter Consil. Matrim. divers. cons.* 56. *sub num.* 7. *versic. Accedant lib.* 1. Et generaliter, quòd Principalis Confessio præferenda sit mille Testibus in contrarium, *Rot. decis.* 421. 284
num. 12. *et* 916. *num.* 5. *cor. Cerro*.

Nedum autem illa ulteriùs comprobatur, sed mathematicè demonstratur ex formali Examine ejusdem Pulsoni, qui asseruit, sibi videri Matrimonium fuisse contractum die festivo. In sequenti verò Examine decla- 285
rando dubium præcedentis Examinis, fassus fuit -- *Avendo detto, che mi pareva, che fosse Festa, essendo seguito detto Matrimonio di notte, no sò, se la Festa potesse essere stata il giorno scaduto, ò entrasse nel giorno à venire*. Et tamen constans in facto est, quòd dicta dies 16. *Januarii* 1691. non fuit dies festus, non fuit dies antecedens, Minùsque sequens diem festum; sed dies Martis. Igi- 286
tur ex repetito Examine ejusdem Pulsoni habemus dicta verba *Circuli aurei* non posse referri ad Matrimonium, sed, juxta illorum obvium, & naturalem sensum, referenda sunt ad Hospitalitatem.

Poterat minùs exaggerari somniatum æquivocum, quòd aliud sit Matrimonium contrahendum esse coram Parocho, & duobus saltem Testibus; Aliud verò, quòd in Libro Parochorum adesse debeant duo Testes, quando illud describitur: Quia hæc omnia vera sunt, sed æqualiter verum est, quòd si in descriptione Matrimoniorum in Libris Parochorum non requiruntur Te- 287
stes, requiruntur tamen verba, apta ad significandum Matrimonium, tali die contractum inter Virum, & Mulierem, specificè nominandos, non autem per geroglyphicas notas, essentiam, subsistentiam, & significationem habentes in solo cerebro Parochi describentis, seu potiùs pingentis in Libro, nullatenùs proprio, minùsque apto ad probanda Matrimonia.

Contorquetur exadversò Scribens ad substinendam contrariam famam Matrimonii, supponendo, illam

illam ortum non potuisse habere ad Epiphania, quod
288 est prorsùs insubsistens, ac æquè ideale, quia illa divulgata non fuit, neque Cardin. Episcopo, neque ab ejus Theologo, minùsque à Parocho, observante in hac parte Confessionis Sigillum, ut inter Partes est in confesso. Minùsque evulgari potuit à duobus Birbantibus, descriptis pro Testibus; Tùm quia istos statim, post contractum Matrimonium, discessisse, asserit Paro-
289 chus; Tùm etiam, quia non potuissent divulgare id, quod nesciebant, dum non potuerunt audire nisi Nomina Titii, & Bertæ, cum quibus prætenditur exadversò contractum fuisse Matrimonium.

Ex eo proinde, quòd Testes, deponentes de fama, non teneantur Authores ejusdem famæ divulgare, quatenùs verum esset, juxtà *decis.* 2030. *num.* 17. *& seq. cor.*
290 *Coccin.* exadversò allegata, nihil omninò inferri posse in præsenti, *quia saltem tenentur* (sunt verba *ejusdem decis.* 2030. *num.* 18. *coram eodem Coccino*) *dicere, se publicè audivisse* -- Implicat autem manifestam contradictionem, quòd quis publicè audiat, quod particulariter
291 ignoratur, neminique notum est, ut Consideranti patet.

Dixi *quatenùs verum esset*, quia contrarium magis communiter receptum est, ut, generalibus omissis, in nostris punctualibus terminis, cumulatis innumeris
292 Concordantibus, firmavit *Rota in decis.* 195. *numer.* 15. *coram Emerix jun. & in decis.* 301. *num.* 25. *part.* 11. *recent.* ibi -- *Nec vis aliqua fieri potest in publica voce, & fama, quæ de coacto Matrimonio præfati Testes asserere conantur, nam illis non est adhibenda fides, nedùm ex eo, quòd illius Authores, & à quibus audiverint, non referant, Innoc. &c.* Et viva ratio ea est, quia ex adductis per *Rot. in decis.* 2156. *numer.* 5. *coram Coccin.* fama, ortum habens ad Inimicis, à Collitigantibus, vel à Personis interessatis, nullo modo attendenda est: Igitur ad hoc cognoscendum, specificandi per necesse sunt Au-
293 thores ejusdem famæ, quod est adeo naturale, adeoque obvium, ut sola naturalis ratio stet pro lege & adductis per *Card. Pallavicin. nelle Istor. del Concilio*, sequutus *in Instit. crim. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 248.

Ad hoc autem probandum non egemus aliis demonstrationibus, dum Epiphania id solemniter fassa fuit in ejus judiciali Constituto his verbis -- *Doppo, che mi ebbe sposata, Io lo dissi, e lo confidai con Catarina, Moglie del Sergente Rosichino, e con Francesca Sposetti, Moglie di Santi, Servitore del Signor Balducci* Secreta enim con-
294 fidare Mulieribus idem est, ac palàm divulgare, experientia Teste, & id observante *Card. de Albic. de Inconstant. in Judic. in præfat. n.* 39.

Sapit autem naturam veri paradoxi prætensio contraria ibi -- *Attenta probatione clara, & evidenti, cessat quodcumque dubium* -- Oportet enim mutare nomina rebus, & bonum malum, malumque bonum appellare, ad colorandum prætensionem, quòd probationes
295 Matrimonii, de quo disputamus, sint claræ, & evidentes; Ex eo, quia absque ulla exaggeratione, & cum omni sermonis proprietate, dici possunt turbidissimæ, incertissimæ, & sine aliquo solido facti fundamento; Sed de tertia generatione Sophismatum, & de quarta, & quinta generatione, generalium præsumptionum, & vagarum conjecturarum.

Transit deinde exadverso Scribens ad ostenden. validitatem Matrimonii, contracti cum fictis Nominibus Titii, & Bertæ, prætendendo, ut talis contrahendi modus non sit destructivus sanctissimæ illius
296 Conciliaris sanctionis, à qua totus Catholicus Orbis agnoscit Poligamiarum extirpationem; Circa quod neque syllaba ibidem adducitur, quæ insubsistens supra demonstrata non fuerit & præcipuè in illis, quæ pro veritate de mandato hujus Sacræ Congregationis confectæ fuerunt, meruerunt approbationem multorum
297 aliorum primi nominis Theologorum, ut videre est in *Tom.* 1. *part* 2. *discept.* 1. *per totam.*

Hoc unum tamen omittere non possumus, quòd videtur propositio nimis exorbitans, ut modestè loquamur, prætendere validitatem Matrimonii, contracti sub fictis Nominibus Titii, & Bertæ, eò quia sufficiat, Testes audire verba eorum, qui contrahunt Matrimonium, & intelligere nomina Titii, & Bertæ, quibus Contrahentes asseruerunt se vocari, ut exadverso prætenditur, ea ratione, quia, *data occasione, ipsi Testimonium perhibere possint Matrimonii, contracti à Personis, nuncupatis Titio, & Berta.* Licitum enim sit Nobis in hac parte petere; quomodo probari potest ab eisdem Testibus Matrimonium, taliter contractum, quando Contrahentes, depositis fictis Nominibus Titii, & Bertæ, se vocant propriis Nominibus? Quæ numquam audierunt Testes, & qui neque ante Contractum, neque tempore Contractus illos agnoverunt? Juxtà casum Resolutionis Sacræ Congregationis Concilii in *Parisien. Matrimonii* 18. *Septembris* 1660. quam refert *Pignatell. consult.* 136. *num.* 19. *tom.* 9. quæve proindè neque à remotissimis præsenti casui applicatur. 298 299

Admittitur exadverso, clandestinum Matrimonium esse illud, quod non apparet contractum servata forma Concilii; Hoc autem ad unguem verificatur in præsenti, quia prætenditur contractum eo modo, quo nunquam probari potest, in qua probatione verè, & propriè consistit eadem forma, à Concilio præscripta, juxtà animadversa per *Fagnan. in cap.* 2. *num.* 2. *& seqq. de Clandestin. dispensat. Pereyr. in Elveid. Theolog. moral. lib.* 3. *elucidat.* 6 *de Matrim. nu.* 1672. *Petr. Creper. in summ. Catholicæ Fidei verb. Matrimonium fol.* 59. *& Card. de Laurea in* 4. *Sent. tom.* 3. *disput.* 22. *de Matrimonio artic.* 11. *num.* 300. 300

Nimis autem involvitur idem Contrarius Defensor in explicatione clandestinitatis, prætendendo, Matrimonium nunquam dici tale, quando contractum fuit coram Parocho, & Testibus, etiamsi isti de Matrimonio testari non possint. Conciliando autem ab ipso citatos, strictè dicimus, quòd Matrimonium, contractum absque Parochi, & Testium præsentia, dicitur 301
verè clandestinum; Contractum verò coram Parocho, & Testibus dormientibus, ebriis, fatuis, terga vertentibus, vel in similibus circumstantiis, in quibus de Matrimonio testari non possunt, dicitur clandestinum, clandestinitate palliata, operante nullitatem ejusdem Matrimonii, eo prorsùs modo, quo discurrunt Theologi de usura, seu mutuo vero, & palliato, deque si- 302
monia reali, vel reductiva ex adductis *in Instit. crim. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 21.

Ansaldus in Tract. de Mercat. disc. 24. *num.* 11. *& seqq.* toties exadverso citatus, nunquam somniavit asserere, Jure communi attento, validum esse Contractum, fictis Nominibus Titii, & Bertæ celebratum, sed solùm asserit, & suo more, æque doctè, ac solidè probat, *satis esse* (sunt ejus verba) *quòd Notarius acquirat notitiam* 303
Partium tempore Contractus, eo modo, quo potest, scilicet videndo Personas paciscentes, & audiendo verba eorum, & Nomina, & Prænomina, quibus asserunt se vocari. Quæ omnia in nostro casu non potuerunt ad praxim reduci, eò quia Personæ contrahentes non fuerunt visæ quales erant, sed larvatæ, dum Carolus prætendi- 304
tur fecisse figuram Homuncionis, *con Berretta da Contadino, e congli orecchioni venne in Chiesa senza Perucca, e non congli Abiti civili, soliti a portare, ma con una Robba di panno grosso, ut dicit Pulsonus seu commutatis indumentis, Coma tresusa, nomine suppresso, noctuque, secretò &c.* juxta præcisa verba ejusdem contrarii Defensoris Minùsque audire potuerunt Nomina, & Præno- 305
mina, quibus vocabantur, quia ista fuerunt Titius, & Berta, quæ sunt Nomina ficta, & conveniunt omnibus humani generis Individuis.

Matrimonia Conscientiæ non contrahuntur fictis, sed propriis Nominibus, & quidem coram Parocho, & duobus Testibus, qui si non cognoscebant Contrahentes ante Matrimonii Contractum, quod non est necessarium, saltem possunt illos cognoscere quando actualiter contrahunt, audiendo illorum vera Nomina, & Cognomina, in quo consistit solida ratio validitatis eo- 306
rundem Matrimoniorum, quæ latè defenduntur à *Raynald. vot.* 178. *per tot.* Hoc autem non potest ullo modo ad praxim reduci, quando Matrimonium contrahitur fictis Nominibus, quia tunc Contrahentes non possunt ullo modo cognosci à Testibus; Fortiùs quando, ut in præsenti verificatur, cum fictione Nominum fuit etiam 307
unita mutatio Habituum, quia hoc modo contrahere idem est, ac imitari Personas larvatas, & inter illas

tendere, ut validè contrahi possint Matrimonia, quo nihil insubsistentius dici, nilvè irrationabiliùs, & monstruosius valet excogitari.

Quia verò ad colorandum d. Matrimonium ultimo loco adductæ fuerunt duæ Epistolæ, una Episcopi Fanen. Alia verò P. Bellusii, illius Theologi; Ad ostendendam illarum insubsistentiam subnectimus sequentes facti reflexiones.

Ponderazioni sopra la Lettera responsiva dell' Ordinario alla Lettera, & Istruzione di questa Sacra Congregazione dal principio sino al primo §. O fatta.

PRimieramente con ogni ossequiosissima riverenza si pondera sopra il puro fatto, che l'Ordinario quasi quattro anni sono, cioè a 6. di Giugno 1695. fece sopra questa stessa materia alla medesima Sac. Congregazione un' altra Relazione, conforme l'ordine, che da quella ne ebbe, e si riferisce nell' Istruzione, & allora non solo non fece alcuna menzione di verun particolare di quelli, sopra quali discorre in questa seconda; anzi che scrisse allora in gui-
309 sa, come che non avesse avuta mai veruna notizia del fatto, nè che mai Antonio Pulzoni le avesse communicato questo negozio, e trattandosi allora pure d'informare il Superiore, quale è la Sac. Congr. è ben da credere, che scrivesse tutto ciò, che sapeva per verità, & in quel tempo è verisimilissimo, che assai meglio se ne ricordasse, come di materia più fresca, di quel, che possa ricordarsi ora in mezzo à tante cure della nuova Chiesa Vescovale doppo quattro anni, che fece la prima Relazione, e perciò comincia questa ultima con dire: *O procurato di ridurmi à memoria il Fatto.*

In secondo luogo si pondera, che quando dice in quest' ultima Relazione, che l' espresso dal Pulzone sia vero: si serve della parola *Parmi*, dicendo: *Parmi poter dire con certezza &c.* onde essendo la parola *Parmi* in materia di fatto per sua propria natura dubitava, come alle molte autorità, addotte,
310 eseguitate nella *dec. 8. num. 5. avanti Ansaldo*, non si può prendere per assertiva assoluta di quello, che riferisce, quantunque vi aggiunga le parole *Con certezza*, poichè restando la parola certezza qualificata dall'antecedente espresso *Parmi*, la certezza diventa incertezza.

Quanto poi alle Persone di *Tizio, e Berta*, di cui l'Ordinante dice per parentesi (*l'individuo de quali erami però noto:*) si supplica à ponderare: o che tal notizia l' ebbe d. Ordinario dal detto Pulzone: o l' ebbe da Carlo: o l'ebbe da pretesi Testimonii: o l' ebbe per altra parte. Dal Pulzoni non si può dir, che l'avesse, perche quì parla di una notizia assoluta, e senza dubbio; ma più a basso nel §. *Non à*
311 *del tutto* asserisce non aver *certa la reminiscenza, se il Pulzoni gli esprimesse i Nomi de' Contraenti*; e se allora l'avesse da Lui avuta, quando poi d'ordine di questa Sac. Congreg. sentì il medesimo, pare, che non avrebbe ammessa l'assertiva di Lui in confuso, senza l'espressione de'Nomi de Contraenti, e che egli *non poteva dire, se Epifania sia Vedova, o Maritata*, come al Sommario nella detta Istruzione al principio. Nemen può dirsi, che avesse avuta tale notizia dal suddetto Carlo, perche nell'istesso §. *Non à del tutto*, dice: *Io ero moralmente sicuro della per-*
312 *sonalità de' stessi Contraenti per alcune fortissime presunzioni, che me ne davano, come chiara l'evidenza*; Quali termini non possono adattarsi alla notizia, che ne avesse avuta dal suddetto Carlo, perche questa sarebbe stata una notizia fisicamente, e non moralmente certa, e notizia assoluta, e non per alcune presunzioni, benchè fortissime, come dice. Nemeno potè averla da supposti Testimonii, perchè questi, per detto del Viceparoco, e della Donna, consta, che subito doppo l'atto, che dicono del preteso Matrimonio, partirono su la mezza notte da San Costanzo.

Di modo che *à sufficienti partium enumeratione*, altro non può concludersi, se non che avesse tal notizia da congetture, o fatti esteriori, o terze Persone. Il che supposto, sarebbe stato desiderabile, che esprimesse la qualità de'i mezzi di tal notizia, poichè altrimenti contro la disposizione di tutte le Leg- 313
gi, seguitate dal *Conciol. nelle resol. crim. verb. Inquisitio resol. 3. num. primo, e dal Zuff. ad Constit. Barberin. num. 22. & seqq.* si precluderebbe a Carlo la difesa naturale, & il modo per dimostrare, che il Relatore è restato ingannato, ma fuori delle Persone di sopra espresse, non poteva ricavar da altri notizia eziandio morale.

Da queste ragioni risulta chiaro, che la detta notizia, asserita dal Relatore nella sua ultima Relazione, non può aggiugnere verun grado di prova 314
al preteso Matrimonio contro Carlo.

Sopra il §. *O fatta.*

Da quanto quì dice si conosce evidentemente, che il Pulzone non gli espresse li Nomi de Contraenti, poichè quegli, quando fù esaminato in Roma, depose con giuramento: che portatosi a Fano parlò al Vescovo, egli esibì il caso figurato, sotto nome di *Tizio, e Berta*, ma non fece mai menzione di aver detto il Nome de'Contraenti, come si può vedere da tutto il suo Costituto nel Summ. & il P.B. nella 315
sua Lettera *al §. Fù da me* asserisce, che il Viceparoco venuto a dirittura da Lui, *m' informò, che due, senza già nominarli, essendo gran tempo vissuti in Concubinato &c.* onde molto meno li averebbe nominati al Vescovo.

Sopra il §. *Non à del tutto.*

Dice il Relatore di non aver del tutto certa la reminiscenza, se il Pulzone gli esprimesse li Nomi de'Contraenti, o di alcuno di essi. Ma oltre a quanto si è detto di sopra, si à da credere, che non li esprimesse, perchè il medesimo Pulzoni nel suo Costituto in Roma dice, aver tenuto sempre sotto Sigillo di Confessione sagramentale li Nomi de' Contraenti, perchè così erroneamente credeva di essere obbli- 316
gato, e che da tal'errore non fù disingannato, se non in Roma, e si deve anche credere, che il Relatore non avesse simil notizia, perchè essendo pubblico in Fano, come riferiscono, il Vice Paroco, la Donna, ed i Testimonii, per parte della medesima esaminati, che Carlo viveva in Concubinato con la detta Donna, non poteva ciò essere ignoto al Vescovo; Tanto più che nel Memoriale, presentatole dal 317
Vice Paroco, si esponeva *ob dignas causas*, opueli il Vescovo averà voluto sapere. Maggiormente, che il Padre B. nella sua Lettera *al §. fù da me* afferma, che il Vice Paroco *l' informò, che due; senza nominarli, essendo gran tempo visuti in Concubinato, tocchi dallo stimolo di conscienza &c. averebbero voluto la Dispensa dalle solite Denunzie &c. Io gli disi, che ne doveva pienamente informare* il Vescovo; Onde non è mai credibile, & affatto inverisimile, che la notoria vigi- 318
lanza Pastorale del medemo avesse voluto dispensare i pretesi Contraenti dalle Proclamazioni, affinche il Matrimonio stesse segreto, perchè quantunque con tal Matrimonio avesse tolto il peccato tra Carlo, & Epifania, non però averebbe tolto lo scandalo appresso il Popolo, in vedere continuata la pratica, senza aver notizia del Matrimonio.

Sopra il §. *Dal al prenominato Padre.*

Dal contenuto in questo §. si parla del espreso nel seguente foglio di ponderazioni sopra la Lettera dell' istesso Padre Bellusi; e solo quì si avverte, che il detto Padre Bellusi al §. *Fu poi fatto* quando diede il suo Vo- 319
to per la Dispensa delle Denunzie, credeva, che allora S. E. sapesse chi erano li Contraenti, mentre dice: *supponendo, che V. E. fosse ben consapevole Chi veramente fossero li Sposi*; onde ora par, che dubiti, che in quel tempo S. E. ne fosse consapevole.

Sopra

Sopra il §. *Mentre Io*.

Si pondera, che la fama, pubblicata con varietà, di cui parla quì S. E. non si può dire, che procedesse dall' ignoranza, che si aveva del Fatto ne' suoi puri termini,
310 come pare, che dall' E. S. si supponga, poichè anche la notizia, che S. E. suppone di avere, viene ad essere incerta per le ragioni, ponderate ne' paragrafi *precedenti*.

Sopra il §. *Le querele della Donna*.

Non si controvertono le querele della Donna, perchè quando fu abbandonata da Carlo la sua amicizia, ella diede nelle furie, e mossa dalla gelosia, e spronata dalla vendetta, tramò contro la vita dell' istesso Carlo, di che non può dubitarsi, poichè l' attestò il medesimo al Signor Cardinal Astalli in una Lettera, che più a basso
311 si allegherà. Vedendo poi d. Donna, che ciò non l'era riuscito, cominciò a divulgare il preteso Matrimonio, tentando tutti li modi, per farlo credere; Onde quello, che ora dice il Relatore nella sua Relazione, con asserire essergli giunte le querele istesse, non conclude più di quello facciano le Deposizioni del Canonico Piersimoni, Penitenziere di Fano, e di Camillo Nanni, allora Arciprete di San Costanzo, che d' ordine di questa Sac. Congreg. furono sentiti dal Signor Cardinal Astalli,
322 come nel Sommario, attesochè per l' Organo solo di questi essa Donna fece giungere al Vescovo, dette querele, come si dice nell' Istruzione, ultimamente mandata da questa Sacra Congregazione il medesimo Vescovo.

Si supplica anche a considerare, che quì non dice altro di più, se non che di non aver trascurato colla viva voce di far ammonizioni replicate a Carlo sopra il preteso Commercio illecito con Caterina moglie di N.N. (che era la gelosia di Epifania) senza dire di averlo ammonito di non dover far questo ancora, perchè era, come si
323 pretende, ammogliato con la detta Epifania; Onde da quello solo, che asserisce, altro non può dedursi, se non che ammonisse Carlo, perchè non praticasse con una Donna maritata, nè il suo noto zelo averebbe trascurato di ammonire l'istesso Carlo, per l'altra grave circostanza del preteso suo Matrimonio, se ne avesse avuta notizia, anche meno che certa.

E' ben anche notabile, che il medesimo Relatore nella Lettera, che scrisse al Sig. Cardinal Astalli, Legato allora di Urbino, sopra le qualità della detta Epifania, dice di Lei, che viveva malamente, & in specie asserisce, che detta Donna aveva fatto insidiare alla vita di
324 Carlo, che si possono vedere nell' istessa Lettera in Data di 10. Settembre 1694. come nel detto Sommario, & in essa conchiude, supplicando il Sig. Cardinal Astalli ad assegnare rimedio potente contro detta Donna, acciochè non sieguano gravi scandali. E pure, se il detto
325 Vescovo avesse saputo, che la medesima Donna fosse Moglie di Carlo si sarebbe col medesimo risentito, & averebbe col suo zelo Vescovale procurato di riunirli insieme, o di far rinchiudere la medesima Donna in qualche Conservatorio.

Da tutto ciò risulta evidentemente, che essendo la detta Donna tale, quale l' attesta il Vescovo nella detta Lettera scritta al Signor Cardinal Astalli, le di lei querele non possono dare minimo fomento alle suppo-
326 ste prove del preteso Matrimonio, anzi che le supposte prove restano escluse dalla detta Lettera.

Sopra il §. Ultimo.

Da questo, paragrafo si può facilmente arguire, che il Relatore abbia con buona fede seguiti li dettami del Padre, di cui fà menzione nel §. *Dal praenominato*, per quel, che si dirà appresso nell' altro foglio sopra la sua Lettera, non potendosi per altro comprendere il dire di aver dati lumi, e chiarezze sufficienti alla dilucidazione della Causa, mentre,
327 conforme si è notato di sopra, le presenti notizie, sono con incertezza, & equivoche, e particolarmente senza espressione del modo, con cui suppone di aver avuta notizia de' Nomi de' Contraenti, e si è a bastanza mostrato, non averla potuta avere da persone, che ne potessero aver certezza.

E' in oltre molto notabile ciò, che soggiunge, dicendo; che sarebbe *difficilissimo d' indagare evidenze maggiori, stante la rigorosa segretezza, con cui passò il fatto*; sì perchè fin ora non pare, che abbia portata alcuna evidenza, come suppone con la difficoltà d' indagare evidenze maggiori; sì anche perchè dalla *rigorosa segretezza*, con cui accenna, che passò il fatto, si può 328
francamente dedurre, che dato, e non mai conceduto, che fosse seguito qualche atto del supposto Matrimonio, sarebbe stato fatto in forma improbabile, e per conseguenza essendo contro l' intenzione del Sac. Concilio di Trento, restarebbe nullo, come clandestino.

Finalmente, considerandosi tutta intiera la Relazione si supplica a ponderare.

Primo, che non dice mai in detta Relazione di sapere, che il Memoriale per la Dispensa delle Denuncie, 329
datole dal Pulzone, fosse di ordine, e consenso di Carlo, e pure è verisimilissimo, che se l' avesse saputo, l' averebbe contestato al medesimo Carlo, quando dice di averlo ammonito della pratica in Casa di N. N. 330
per le querele di Epifania, e se ciò avesse fatto l'averebbe detto in questa sua Relazione. Se poi non aveva altra notizia della personalità de' pretesi Contraenti, che dal Pulzoni, oltre l'escludersi tal notizia da Lui, conchiude niente sopra di ciò la detta Relazione, perchè risultando dal Processo, come si è dimostrato per 331
parte di Carlo, che non vi poterono intervenire li pretesi Testimonii nominati, risulta contro detto Pulzone la falsità della celebrazione dell' asserto Matrimonio *in facie Ecclesiae*, e così molto più ne poteva aver commessa un' altra antecedente, e preparatoria di questa, asserendo, o facendo in alcun modo artificiosamente credere al Vescovo di dar la Supplica per parte del sudetto Carlo.

Secondo, che quando anche avesse detto nella Relazione, che la Supplica, datale dal Pulzone, fosse per ordine, e consenso di detto Carlo non attesta, nè può attestare, che nel tempo, che si suppone celebrato il preteso Matrimonio, fosse osservata la forma Concilia- 332
re, cioè, che v'intervenissero, oltre il Paroco, almeno due Testimonii, & il consenso reciproco de' pretesi Contraenti, che è il punto principale, che si controverte, e circa di cui non hanno i Vescovi facoltà di dispensare in caso veruno, e per qualsisia, non solo urgente, ma urgentissima causa:

PONDERAZIONI SOPRA LA LETTERA DEL PADRE B. COMINCIANDO DAL §. I.

Fù da me il Vice Curato.

PRima si noti, che non dice in modo veruno, che li fosse parlato da Carlo, ne d' ordine suo, o in suo nome, ma solamente; che li parlò il Vice Curato Pulzo- 333
ni, il quale non nominò li pretesi Contraenti.

Sopra il §. Fù poi fatto.

Si ponderi, che il medesimo Padre B. dice, che ne meno quando diede il Voto per la Dispensa delle Denuncie sapeva li nomi de Contraenti; E se bene soggiunge, che lo seppe poi, *forse dal Signore Canonico Penitenziere Piersimone*, si rifletta, che se lo avesse saputo dal 334
detto Canonico Penitenziere, bisognarebbe concludere, che tale notizia originariamente procedeva dall' Epifania principale Aversaria, perchè il medesimo Canonico nella sua Deposizione avanti il Sig. Cardinale Astalli, attestò, che tale notizia l' aveva auta dalla detta Epifania; Se poi il Padre B. lo avesse saputo da altri, non rilieva punto, nè si deve attendere il suo Detto, perchè non è nominato da chi ciò avesse saputo, 335
come insegnano, passim, li Dottori, e fra l' altre ragioni la principale è, che si leva la difesa naturale, mentre se si nominasse l'Autore della notizia, si potrebbe pro-

provare, o che fosse interessato, o nemico, o bugiardo, o ingannato, o che si provasse, che originariamente la notizia procedesse da Persona, che non merita fede alcuna, com' è stato osservato di sopra:

Sopra il §. Mi viene anche in mente.

Prima si noti, che il Padre B. dice, che il prenominato Pulzoni gli domandò, se si poteva fare il Matri-
336 monio senza intervento di Testimonii; Dal che si arguisce, anzi ad evidenza si dimostra, che l' intenzione, e volontà di detto Paroco era di fare un Matrimonio contro la forma; prescritta dal Sagro Concilio di Trento.

Secondo si supplica a ponderare, che, se bene il Padre B. rispose, come doveva, che ciò non poteva farsi, non di meno gli suggerì, che poteva servirsi di Te-
337 stimonii forastieri, allegando il *Sanchez de Matr. lib. 3. disp. 41. num. 2. & disput. 39. num. 9. & 11.* E pure il Sanchez in tali luoghi non parla di Testimoni forastieri, Ma solo fa la questione, se sia necessario, che li Testimonii, che intervengono al Matrimonio, siano rogati, e conclude di no; Soggiungendo bastare, che siano *casu transeuntes*, purchè avvertino, e vedino, quello, che si fa.

Terzo si supplica a riflettere, che pare fosse poco lodevole il Conseglio di detto Padre B. di suggerire tale supposta dottrina al Pulzoni, che desiderava come si è detto di sopra, celebrare un Matrimonio senza Testimonii, poichè il Pulzoni medesimo poteva abusarsi di
338 tale dottrina, col fingere, che intervenissero al Matrimonio Testimonii pellegrini, e birbanti, come pur troppo à procurato di dare ad intendere.

Finalmente, considerandosi tutta questa Lettera sino a questo paragrafo *inclusive*, si noti, che non dice mai di sapere, nè meno per ombra, che il Memoriale, dato dal detto Paroco per la Dispensa delle Denuncie sotto Nome di *Tizio, e Berta*, fosse dato d'ordine, e di consenso di Carlo; E che quanto ai nomi di *Tizio, e*
339 *Berta* non conclude, nè prova cosa veruna circa la personalità di detto Carlo, atteso ciò, che si è detto, e notato di sopra nel paragrafo antecedente, che si supplica a riflettere di nuovo.

Di più si pondera, che in questa Lettera il Padre B. ne meno per immaginazione attesta, nè dice di sapere, nè di avere sentito dire, che nel suddetto supposto Matrimonio v'intervenissero, oltre il Paroco, due Testimonii, che sono necessarii come dispone il Concilio; In maniera, che da questa Lettera non può nascere, nè
340 può dedursi veruno indizio, e adminicolo contro il detto Carlo in ordine alle cose, che consistenti in fatto, che sono quelle, che doveva solamente deporre il Padre B. conforme all'Istruzione, inviata dalla Sagra Congreg. al Vescovo.

Sopra il §. ultimo.

Per tutte queste ragioni.

Già si è ponderato di sopra, il Padre Bellusi non à mai detto di sua propria scienza, che Tizio, supplicante per la Dispensa delle Denuncie fosse Carlo anzi nè meno poteva dirlo, perche il Sig. Card. Vescovo attesta il Contrario in detta Lettera, dove chiaramente asserisce, essere stato il Pulzoni, come è stato osservato so-
341 pra. Non à mai detto in questa medesima Lettera, nè meno per sogno, che il Memoriale per la Dispensa delle Denuncie, dato dal Paroco Pulzoni, fosse dato per ordine, o consenso di detto Carlo. Non à mai detto di
342 sapere, che al preteso Matrimonio intervenissero attualmente due Testimonii, conforme alla disposizione del Sagro Concilio Tridentino, e pure non si sà capire con quale fondamento ne deduce una conclusione, totalmente estravagante. *Io sempre è creduto, che il sudetto Matrimonio fosse stato valido.*

Non si dice di più, perchè basta d' avere dedotto quanto di sopra per riconoscere la totale insussistenza della conclusione suddetta, in proposito di cui, qualunque sia stata l'intenzione del Padre Bellusi, col fermare il *quid Juris*, e non il solo Fatto, come doveva à tenore dell' Istruzione, mandata dalla Sagra Congregazione 343
al Signore Cardinale Vescovo, è sempre vero, che il suo Detto non aggiunge verun adminicolo per provare il preteso Matrimonio circa la personalità di Carlo, e molto meno circa l' intervento de Testimonii, necessarii nell' asserta celebrazione, che è il punto essenziale di questa Causa.

AL che si aggionge, che dalle medesime Lettere nè pure per ombra risulta prova alcuna, che quanto era stato supposto dal Pulzoni, tanto al Sig. Cardinale, quanto al P. Bellusio, fosse seguito di consenso, & a nome di Carlo, ma tutto si restrin- 344
ge, e riduce alle suggestioni, & invenzioni di detta Epifania, onde con ragione pare, possa applicarsi al caso presente quel, che facetamente suol dirsi de' Matrimonii mezzo fatti tra Persone disuguali, perchè trattati, e procurati da una parte solamente, essendo per altro principio, communemente ricevuto, che le Suppliche, e Memoriali, con li loro Rescritti non provano, nè si devono attendere 345
contro di quelle Persone, che non si prova concludentemente averle date da per se, o vero a loro nome fatte dare da altri, come alla *decis. 227. nu. 11. part. 18. rec.*

Nè giova replicare, che di presente essendo morti ambedue li Contraenti, trattasi solamente, & unicamente de Matrimonio ad effectum *Successionis, Legitimationis, & Alimentorum*, ne' quali termini non si camina con quel rigore, che meritamente si prattica, quando *agitur de illius fœdere*. Essendo la presen- 346
te Causa cominciata, e continuata per molti anni circa *fœdus Matrimonii*, non circa *successionem*, onde proseguendosi presentemente l'istessa instanza, non senza grande improprietà si può pretendere, che si tratti solamente *ad effectum Legitimationis.*

Conchiudendosi con ogni legale fondamento, che per prova concludente del preteso Matrimonio, seguito tra Carlo, ed Epifania, non può ricorrersi a quanto si legge nella lettera del Signor Cardinale Vescovo, e molto meno all'altra del P. Bellusi, perchè le medesime sono unicamente ristrette alli soli preparatorii, come è la Licenza di contraere, la Dispensa delle Denuncie, e cose simili. Essendo principio indubitato, e communemente ricevuto trà Teologi, Canonisti, e Legisti, e ogni giorno ammesso da' Supremi Tribunali, come può riconoscersi appresso 347
il *Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 18. numer. 26. Tancred. de Matrim. lib. 3. disp. 39 sub num. 2. e Biss. de Sacram. Ritib. verb. Parochus §. 74. e Rota nella Parusin. Matrim. 15. Martii 1688. §. Nec validiora coram Hervault, e 8. Martii 1689. § finali coram Card. Caccia*, che, *ex actibus præparatoriis nunquam infertur ad actualem contractum Matrimonii*, perchè questo non si puole, nè si deve provare in altra maniera, se non con quel- 348
le prove, che unicamente riguardano il consenso, attualmente espresso avanti il Paroco, e due Testimonii, come alla chiara disposizione del Sagro Concilio Tridentino, che restarebbe affatto inutile, e si aprirebbe una Porta assai larga, e spaziosa all'introduzione de' Matrimonii clandestini, se si ammettesse per legittimo modo di contrare Matrimonii quello, che si pretende praticato nel caso presente, come al fondato guidizio de' primi Teologi di molte Religioni, registrato nel fine delle due Scritture, composte pro veritate d' ordine di questa Sagra Congregazione.

Procedunt hæc attentis illis probationibus, & authenticis documentis, quæ exhibita fuerunt, & producta in Vita Caroli: Hodiè verò transeunt in evidentiam ex actis, & gestis ab eodem in ultimis Vi- 349
tæ periodis, & eo tempore, quo nemo præsumitur immemor æternæ salutis per ea, quæ notant *Surd. cons. 10. numer. 56. Alciat. de Præsumpt. reg. 3. præsumpt. 4. num. 1.* & firmavit *Rota in decis. 2207. n. 7. coram Coccin. & decis. 314. numer. 4 part. 6. & decis. 90. numer. 6. part. 8. & decis. 294. numer. 8. part. 14. rec.*

Seriò

Seriò siquidem ab ejus Confessario P. Michaele Angelo Mancini, Religioso probatæ vitæ, interrogatus, & interpellatus -- *Se aveva niente, che gli aggravasse la conscienza circa l'Epifania, e Figlio della medema &c. che credogli lo domandasse in riguardo alla ciarla levatasi, che l'avesse sposata, il Signor Carlo suddet-*
350 *to*, constanter respondit -- *Che in intorno alla suddetta Epifania, e Filippo non si trovava in obbligo alcuno, ne aveva insgravare la conscienza, e che pregava Iddio, che perdonasse a Chi l'aveva perseguitato, e calunniato circa il preteso Matrimonio.*

Toto spiritu supplicantes hic, verba hæc sub oculis habere sub illa consideratione, quòd prolata fuerunt à Moribundo, in extremo ferè vitæ spiritu constituto, & eo tempore, quo de proximo subire tenebatur supremum, tremendumque Dei Judicium, in quibus circum-
351 stantiis nemo præsumitur velle mentiri, ex adductis per *Castrens. cons.* 301. *sub num.* 4. *vers. Quia non est verisimile lib.* 1. *Rot. decis.* 363. *numer.* 5. *coram Mantic. & decis.* 195. *num.* 7. *& decis.* 377. *num.* 9. *coram Ubald.* ubi, quòd hoc fortiùs procedit quando Christianus, munitus Ecclesiæ Sacramentis, ex hac vita discedit, ut punctua-
352 liter verificatur in nostro casu, & *decis.* 352. *numer.* 9. *coram Duran. & decis.* 40. *numer.* 10. *coram Celso, & in Massana, seu Januen. Immissionis* 4. *Julii* 1698. §. *Ponderando, coram Molines*; Et egregiè *in decis.* 658. *numer.* 3. *coram Molin.* ibi -- *Eò magis, quia idem Joannes Baptista ferè in extremo vitæ spiritu, dùm memor salutis æternæ, supremumque Dei Judicium timens, veritatem omninò asseruisse præsumi debet Viro Religioso, cujus proba-*
353 *ta fide, & consilio in gravioribus utebatur negociis, testatus est &c. Et hujus Viri Depositioni ob ejus integritatem, & quia videtur omni exceptione major, quamvis Testis unici, plurimùm deferendum est, arbitrio Judicis, juxta &c. & in Romana Filiationis* 21. *Novembris* 1710. §. *Minùs attento coram Aldrovando.*

Et in rei veritate sola hæc circumstantia ponere videtur rem extra omnem dubietatem, quia agebatur de Matrimonio per Epiphaniam strepitosis diffamationibus divulgato, non in uno, vel altero, sed in omnibus ferè Tibunalibus, Curiæ nimirùm Episcopalis Fani, Le-
354 gationis Urbini, & in quampluribus Tribunalibus Urbis, Sacrisque Congregationibus, quarum diffamationum ignorantiam allegare nullatenus valebat idem Carolus, qui per spatium plurium annorum coactus fuit mediantibus intolerabilibus expensis in dictis Tribunalibus se ipsum, ejusque famam, suæque Nobilis Familiæ honorem, & existimationem defendere: Et nihilominùs charitate verè Christiana, atque commendabili pietate nihil aliud dixit, nihilque fecit in ultimis Vitæ momentis, nisi pro ejus Persecutoribus exorare eum, qui
355 ejus spiritum de proximo accepturus erat, hoc modo Urbi, & Orbi patefaciendo insignem calumniam, quam in vita patienter substinuerat, occasione afferti Matrimonii, de quo est quæstio, ibi -- *Pregava Iddio, che perdonasse a Chi l'avera perseguitato, e calunniato circa il preteso Matrimonio* egregiè *Rot. decis.* 100. *num.* 31. *part.* 19. *rec.* ibi: *eò magis, quia hac de causa, auditis ja-*
356 *ctationibus Cæsaris, Vincentius, Filius legitimus, & naturalis Thomæ, eidem ægrotanti, & jamjam morituro, insinuavit, quòd si sentiebat se in conscientia gravatum circa Filiationem Cæsaris, illi aliquid relinqueret, & Thomas respondit, nihil habere agere cum d. Cæsare, ut deponit Testis Sacerdos, qui fuit præsens, & revelavit metu Ex-*
357 *communis*: *Ista enim declaratio, emissa in ultima vitæ periodo, præsumitur vera, cùm in eo momento, à quo pendet æternitas, & imminet supremum Dei Judicium, quis non*
358 *censeatur mentiri, ut, omissis generalibus, respondit in terminis Rot. dec.* 351. *num.* 10. *coram Rembold.*

Die 4 Maii 1797. proposita Causa in Cong. Episcoporum per Card. Acciajolum, rescriptum fuit: *Constare de Matrimonio.*

Deinde anno 1699. de mandato ejusdem Sac. Congr. meum pro veritate aperui sensum in eadem Causa, quem impressi in *tom. primo part.* 2. *discept. prima per tot.*
359 ut indicavi in d. *tom. primo part. secunda discept. secunda in princ.* fuitque ejusdem sensus P. Liberius à Jesu, Carmelita discalceatus, de mandato pariter ejusdem Sac. Congregationis requisitus, ut videre est in ejus Responso, impresso *in d. part. prima discept. prima sub num.* 299.

Quibus vulgatis, exhibitisque in d. Sac. Congreg. Causa per annos decem, & novem finivit. Consanguinei autem Caroli, novum facere volentes experimentum propriorum Jurium, ex illo motivo, quòd his verbis indicatur à *doctiss. Fabro in Epist. ad Lector. sui Codic. Idem planè Senatus est, sed non* 360
iidem Senatores, sequutus à Rot. coram Emer. jun. decis. 183. *in princ.* de quibus *in Inst. crim. lib. secundo tit.* 10. *numer.* 78. procurarunt Causæ repropositionem in eadem Sacra Congregatione ad Relationem Cardinal. Grimaldi in locum Cardinal Acciajoli, interim defuncti, à qua *die secundo Aprilis* 1716. non sine magna Votorum scissura, rescriptum fuit: *In decisis.*

Ego autem non dubitavi in d. secunda Causæ repropositione scribere pro Heredibus Caroli. Si enim permissum est Advocatis scribere pro Cliente in illis etiam casibus, in quibus ab uno requisitus, contrarium Responsum pro veritate edidit, ut practicavit *Cardinal de Luca*, qui id testatur *in tract. de* 361
Regularibus disc. 3. *numer. tertio* ibi: *A Me insinuatum in primo Responso, pro veritate desuper edito, quamvis deinde in toto Causæ progressu ad hujus Partis opportunitatem aliis forte acriùs scripserim, tanquam Advocatus, idemque practicasse Burg. de Paz ad leg. primam Tauri nu.* 644. testatur *Guttier. Tract. quæst. lib. primo quæst.* 30. *numer.* 6. ex illis forsan legalibus ra- 362
tionibus, & congruentiis, à quotidiana experientia comprobatis, quas indicavi *in tom. quarto part. secunda discept.* 13. *numer.* 97. & latiùs expressi *in Instit. crim. lib. secundo tit.* 10. *à numer.* 69. *usque ad numer.* 75. Multò magis scribere potest pro illa Parte, quam pro veritate credidit, bonum Jus fovere. Præcipuè, quia etiam hodie, attentè consideratis omnibus iis Juris theoricis, & receptis conclusionibus, 363
de quibus *in d. tom. primo part. secunda discept. prima* unitis cum Facti circumstantiis, de quibus in hac Disceptatione, nec etiam volens, intellectum captivare valeo in obsequium dd. Resolutionum. In ea etenim sum opinione (circa quam Me remitto meliùs Sentientibus) quòd si ad praxim reducatur modus iste contrahendi Matrimonia aperietur maxima Porta illorum clandestinitati, cui unicè providere voluit Sacrosanctum Tridentinum Concilium, teste 364
illius egregio Defensore *Cardinali Pallavicino in Historiis ejusdem*, cum illis aliis Theologis, & Canonistis, citatis, & sequutis in *d. tom. primo part.* 2. *discept.* 1. *per tot.*

DISCEPTATIO XIV.

Burgi S. Donnini

PRO

Capitulo, & Canonicis Burgi S. Donnini

CUM

Episcopo ejusdem Civitatis

ARGUMENTUM.

Loco subnectuntur sequentia novem Dubia

I. An *sit onus Capituli Ecclesiæ Cathedralis quotidiana applicatio Missæ Conventualis.*

II. *An Dignitates in solemnioribus festivitatibus, Canonici in diebus festis, & Vicarius perpetuus in ferii, seu diebus ferialibus, teneantur applicare Missam Conventualem pro Benefactoribus ad formam Decreti Episcopi.*

III. *An Dignitatibus, Canonicis, & Vicario perpetuo debita*

debita sit Eleemosyna unius julii pro qualibet Missa Conventuali, ultra Emolumenta Præbendarum, & Vicariæ respectivè. Et quatenùs affirmativè.

IV. *An dicta Eleemosyna pro Missa Conventuali Dignitatibus, Canonicis, & Vicario perpetuo solvenda sit ex Redditibus Capituli ad formam Decreti Episcopi.*

V. *An Mandata, relaxata contra Capitulum, & Canonicos pro Eleemosyna Missarum Conventualium, celebratarum per Vicarium perpetuum, & consummata contra Canonicum Laurentium de Rubeis, substineantur; seu potiùs sit reintegrandus cum refectione damnorum, & interesse.*

VI. *An diebus Quatuor Temporum, & Vigiliarum, in quibus ex Rubrica Missalis cantari debent duæ Missæ, Canonici debeant canere aliam Missam ad formam dictæ Rubricæ, ultra solitam Missam Conventualem;* & quatenùs affirmativè.

VII. *An pro hujusmodi Missa celebranda ad formam dictæ Rubricæ augeri debeant Distributiones, tam Canonicis, quàm Vicario perpetuo, & aliis Residentibus;* Et quatenùs affirmativè.

VIII. *An dictum augumentum sumi debeat ex Redditibus Capituli ad formam Decreti Episcopi; seu potiùs sit aliundè providendum per Episcopum.* Et quatenùs affirmativè quoad secundam partem.

IX. *An Capitulum, seu Canonici teneantur ad celebrationem dictæ Missæ ad formam dictæ Rubricæ, donec fuerit dictum augumentum in casu &c.*

CUram Animarum, Ecclesiæ Collegiatę Burgi Sancti Donnini incumbentem, exercebat olim, & ante illius erectionem in Cathedralem, Præpositus, primam Dignitatem ibidem obtinens, unà cum duobus Cappellanis Coadiutoribus, Curatoribus Ecclesiæ nuncupatis, ad ejusdem Curæ exercitium sussecit s. m. Clemens VIII. anno 1601. occasione, qua dictam Collegiatam in Cathedralem erexerat, Vicarium perpetuum, cui ex Mensa Præpositurę voluit per Episcopum dari annua scuta 100. monetæ, ultra Curæ Emolumen-
1 ta, In Bulla erectionis idem Pontifex potestatem, insuper dedit Capitulo condendi, unà cum Episcopo Statuta super celebratione Divinorum Officiorum, honesta tamen, & S. Canonibus, & S. Concilio Tridentino non contraria.

Cùm autem primus Episcopus Picedius, in dicta Bulla designatus, tempore sui Præsulatus ad Vicariæ perpetuæ supradictæ erectionem, ac respectivè assignationem dictorum sc. 100. non devenisset, supplevit anno
2 1607. Episcopus Linatus Successor, delegatis nonnullis Livellis pro rata librar. 130. Imperialium, & pro residuo, quod supposuit esse lib. 570. juxtà valorem librarum, tunc vigentem, & quarum septem conflabant unum scutum monetæ, ut infra, correspondere spopondit quot annis in tribus ratis. Inter alia verò onera Curæ, quæque à Cappellanis Coadiutoribus, qui ut dice-
3 bamus, nuncupabantur Curatores Ecclesiæ, tempore Collegialitatis, & Præpositurę supportabantur, Vicario perpetuo injunxit illud quotidianę celebrationis Missę Conventualis, alterum interessentię Chori pro celebrandis Divinis Officiis, necnon observantiam omnium, & quarumcunque consuetudinum, quas Curatores prædictis hucusque servaverant, & adimpleverant.

Vigore autem facultatis, impartitæ in Bulla Erectionis, condita successivè fuerunt Statuta pro recto gubernio Capituli, ac omnium inservientium Ecclesiæ Cathedralis, ac pro regulanda Divinorum Officiorum ce-
4 lebratione, juxtà statum dictæ Ecclesię, ipsaque authorizzante, & approbante Episcopo Linato anno 1611. publicata etiam extiterunt Capitulo, Vicario perpetuo, aliisque Beneficiatis, in unum congregatis, & assentientibus in Sacristia dictæ Cathedralis.

Inter cætera autem, ibidem præscripta, legitur in Rubrica *de Canonicis cap.* 1. eorum obligationem restrictam ad interessentiam Missę Conventualis, & Vesperarum, juxtà speciale, ibi recensitum, istius S. Con-
5 greg. Indultum, & Episcopi Decretum. Quòdque omni mense singuli Canonici Sacerdotes Sacris faciendis saltem semel meminissent, Animabus Benefactorum, qui suas Prębendas Canonicales fundarunt, suffragari, si qui verò Sacerdotes non fuerint, Orationibus, aut aliis suffragiis eisdem subvenire non deficerent.

Loquendo autem de celebratione Missarum, ac Divinorum Officiorum, cautum extitit, ut quotidiè Missa Conventualis celebraretur, imposito Sacristæ onere tenendi appensam Tabellam, in qua singula Divina Offi- 6
cia, & tempus prędefinita essent. Præscriptus quoque fuit ordo tenendus quoad dictæ Missæ Conventualis celebrationem. Ista quippè in solemnioribus, Episcopo non celebrante, injuncta fuit Dignitatibus, cæteris verò festis Canonicis per turnum, cum hoc, ut etiam occurrentem diebus hujusmodi celebrationem Missæ vigore cujusdam Legati, vel ex onere Præbendæ Canonici Turnarii eisdem satisfieri posset per alium Sacerdotem; Aliis 7
verò diebus, quibus Canonici non celebrarent, Vicarius perpetuus Curæ, tam Missam prædictam, quàm Vesperas, cæteraque Divina Officia exordiri, ac perficere teneretur, ipsoque impedito, Sacrista, sin minùs Sacerdotes Residentes, seu Beneficiati, per Chori Præfectum designandi, dictum onus adimplerent.

Quoad Vicarium, qui post Canonicos Synodali Decreto primum locum obtinet in Choro, demandatur observantia eorum, quæ in Vicariæ erectione statuta reperiuntur, mentione facta de quotidiana celebratione Missę in Cathedrali, ac de interessentia Divinis Officiis, dummodò is non esset à Cura impeditus. Hoc ip- 8
sum præscriptum quoad Sacerdotes Beneficiatos residentes, obstrictos per fundationem Divinis Officiis inservire, circa interessentiam Missę Conventualis, & Divinis Officiis, ad quem effectum, nullis aliis tunc existentibus Distributionibus, admissi fuerunt ad participationem omnium, & quorumcumque Emolumentorum, 9
provenientium ex festis, Exequiis, & Officiis Defunctorum, imposita mulcta, quòdque Canonicis, solemniter celebrantibus, in Ministerio Diaconi, & Subdiaconi inservire tenerentur, adiecta alia mulcta, si deficerent in his, & aliis muneribus, sibi injunctis, amissionis nempè Distributionum pro modo culpæ.

In Officiis Defunctorum, tam circa Missas celebrandas quàm circa Emolumenta, capitulariter dividenda, comprehensus legitur Vicarius perpetuus, pro quo, decantare debente Missam Conventualem de Officio occurrenti, alius Sacerdos ex Residentibus supplere teneretur, quòd insuper ille Officio suo impeditus adhuc pro 10
interessente habendus esset, designata quoque fuit quota Distributionum pro hujusmodi Officiis, capitulariter explendis, cum distinctione erga Canonicum, qui insimul esset Vicarius Generalis Episcopi, & erga Vicarium perpetuum illi circa hoc exęquatum, & hoc ipsum cautum fuit circa participationem Emolumentorum pro festivitatibus Sanctorum Titularium Beneficiorum, erectorum in Cathedrali.

Statutum denique fuit, ut singuli, tam Canonici, quàm Vicarius perpetuus, aliique Beneficiati pro observantia hujusmodi Constitutionum jurejurando obstringerentur, prout eandem observantiam religiosè custodire fatagerunt omnes Episcopi in Synodis, & si- 11
gnanter Episcopus Linatus, Episcopus de Puteis præcisè quoad celebrationem Missæ Conventualis Episcopus Pallavicinus, & demum novissimè Episcopus Caranza,

Prætereà cùm ex his, excepta Missa Conventuali, Horæ Canonicæ non celebrarentur in Cathedrali, supervenit Capitulo Legatum 22. mil. lib. Imperialium ex dispositione Canonici Bagarotti, cum onere, eidem Capitulo injuncto, recitationis dictarum Horarum Canonicarum in diebus solemnioribus primæ classis, & 12
quotidianæ Missæ: Et ad participationem Distributionum, ex dicto Capitali desumptarum, Canonici subtrahentes sibi pinguius Emolumentum contemporaneè admiserunt primo loco quoque Vicarium perpetuum, Sacristam, & nonnullos ex Residentibus, & de inde omnes in gratiam Episcopi Casoni de anno 1651.

Ulteriùs, cùm Episcopo Pallavicino successori indecorum visum esset, ut in Cathedrali eędem Horę non recitarentur saltem omnibus diebus festis, necnon aliquibus,

ex

ex speciali devotione insignibus, censuit anno 1664. nonnullos Redditus superfluos Confraternitati, B. Mariæ Virginis Montis Carmeli nuncupatæ, tunc ad Cathedralem translatæ, applicare in causam Distributionum pro recitatione dictarum Horarum Canonicarum in diebus festis, & certis aliis de devotione, ibidem præscriptis, erga omnes Residentes, statuta æquali inter ipsos quota pro singulis Horis, à quibus excepit illam
14 Vesperarum, ex quo istæ recitarentur ob aliam causam, seu obligationem, prout excipit dies solenniores, ex quo jamdiù Horæ Canonicæ persolverentur cum Emolumento Legati dicti Canonici Bagarotti. Reservavit insuper dictus Episcopus sibi facultatem augendi, & diminuendi servitium, ac præscribendi alios dies, juxta facti contingentias, statuto ad id peculiari dictorum Redituum Depositario.

Devoluta insuper anno sequenti Hæreditate Bernardini Butterii defuncti, nullis post se relictis Hæredibus in gradu successibili, idem Episcopus Pallavicinus eandem pariter applicavit Horis Canonicis, persolvendis in certis aliis diebus devotionis, reservata sibi consimili facultate augendi, & minuendi Adeout tractu temporis, & nonnullis aliis desuper adventis accessionibus, sive
15 propter Redditum, ut supra applicatorum, incrementum, sive ex quadam applicatione, facta per Episcopum Caranza Emolumentorum, quæ Capitulum percipiebat pro nunnullis Officiis Defunctorum, quæ intra annum explebantur, recitatio Horarum Canonicarum effecta ferè fuerit quotidiana, deficientibus dumtaxat 80. diebus circiter, licèt tenues, Canonicis tamen æquales Distributiones participantibus, & Vicario perpetuo, & Beneficiatis, quotidiano servitio Chori addictis, retento tamen ordine, in Constitutionibus Ecclesiæ præscripto quoad celebrationem Missæ Conventualis, & quoad Divinorum Officiorum recitationem, ta-
16 liter quòd cùm tempore Præsulatus dicti Episcopi Caranzæ, quæstio suborta esset inter Vicarium perpetuum, & Residentes circa dictæ Missæ Conventualis, & nonnullorum Officiorum celebrationem, amicabili, ac concordi compositione consopita remanserit; retenta, ac iterum confirmata obligatione in Vicario, & Sacrista circa Missam Conventualem quæque usque ad hæc tempora pacificè observata fuit, de quo apud Partes nulla extat controversia.

At pro turbanda tranquillitate hujus Ecclesiæ communis hostis zizaniam de nupero superseminare nixus est. Quandoquidem sub prætextu, quòd Missæ Conventuales non applicarentur à Celebrantibus pro Bene-
17 factoribus (de quo cæteroquin non liquet quid in præteritum actum fuerit) modernus Episcopus haud incongruè in Visitatione Cathedralis injunxit dictis Celebrantibus applicationem, pro qua tamen eidem placuit statuere Eleemosynam unius julii erga Celebrantes ipsos, desumendam ex assertis Redditibus super extantibus Capituli; Auxit etiam onus duplicis Missæ Conventualis decantandæ, juxta Rubricam Missalis in die-
18 bus quatuor Temporum, & Vigiliarum, præscripto augumento Distributionum erga omnes Interessentes in uno solido, desumendo pariter ex bursa Canonicorum, aliaque edidit Decreta, de quibus sermo habebitur infra.

Adversùs quæ, utpotè gravantissima, Canonici illicò appellarunt, non retardata tamen, quantùm ad ipsos attinet, applicatione dictæ Missæ Conventualis. Verùm sub fundamento, quòd, hoc ipso expleto per Vicarium perpetuum in feriis, quibus dictam Missam
19 celebrat, eidem debita esset Eleemosyna, ut superiùs dictum est, decreta, placuit, non obstante Appellatione, eidem. Episcopo, nullis Actis præmissis, aut nulla Instantia præcedenter dictis Vicarii, sed istius partes assumenti, relaxare Mandatum contra Bona, & Effectus Capituli pro Missis celebratis, & prætendebatur applicatis à Vicario, quod Mandatum deinde, servata eadem irregularitatis rubrica, consummatum fuit contra unum ex particularibus Canonicis, qui nul-
20 lo munere, nec Thesaurarii, nec Depositarii Redditum Capituli erat, nempè Canonicum Laurentium de Rubeis, qui passus etiam fuit subhastationem Pignorum pro libris 487. 10. tametsi Mandatum supradictum, & exequutio non excederet lib. 377. 8.

Delato igitur Recursu per Capitulum ad Congregationem Concilii Decreta, & Gravamina hujusmodi causam præbent hodiernæ disputationi præinsertorum Dubiorum.

Aggrediendo examen prioris Dubii, in quo quæritur -- *An sit onus Capituli Ecclesiæ Cathedralis quotidiana applicatio Missæ Conventualis* -- dicimus, hujusmodi Du- 21
bium fuisse adiectum in gratiam Episcopi, Nobis contradicentibus, neque mereri disputationem, veluti conceptum in abstracto contra proprium Decretum ejusdem Episcopi, editum in Visitatione, itaut de directo sit contrarium facto ejus proprio, & contradicat 22
secundo Dubio, in quo disputatur, *An Dignitates in solemnioribus festivitatibus, Canonici in diebus festis, & Vicarius perpetuus diebus ferialibus, teneantur applicare Missam Conventualem pro Benefactoribus, ad formam De-* 23
creti Episcopi -- Si enim Episcopus obligavit ad applicationem Missæ Dignitates, Canonicos, & Vicarium perpetuum in suis respectivè diebus, quibus juxtà legem erectionis Ecclesiæ, Constitutiones Synodales, & Consuetudinem divisa fuit inter ipsos celebratio Missæ Conventualis, utique repugnat in terminis subjecti casus disputare, *An quotidiana applicatio sit onus Capituli* quando est onus Dignitatum, Canonicorum, & Vicarii perpetui, prout demandavit Episcopus, qui proptereà, uti ponens sub disputatione instantias, ad invicem 24
contrarias, & factum proprium destruentes, audiri non meretur, juxta notos *Textus in l. Titiæ ff. de Condit. & demonstr. cap. Imputari de Fid. Instrum. & cap. Sollicitudinem de Appell. Covarr. Var. lib. 2. cap. 2. num. 2. in fin. Menoch. l. 2. Præsumpt. 41. n. 2. Gratian. decis. 54. n. 18.* prout nemini licitum esse potest, & maximè Judici allegare proprii Decreti injustitiam, & insubsistentiam prout facit Episcopus, qui postquam judicavit, applicationem Missæ Conventualis esse onus Dignitatum, 25
Canonicorum, & Vicarii perpetui, vult disputare an hoc sit onus solius Capituli, juxtà *Text. in l. Si servus plurium §. 1. ff. de Legat. 1.* ubi *Gloss. verbo Improbè* ad propositum ait, *hoc esse allegare propriam turpitudinem* -- *Peregrin. de Fideic. art. 53. num. 33. & 35. Mascard. de Probat. conclus. 949. num. 21.* ubi de Judice, qui nequit 26
allegare injustitiam, & insubsistentiam propriæ Sententię, *Rot. decis. 150. num. 19. & decis. 268. num. 3. par. 16. rec. & dec. 5. sub. num. 8. coram Emerix jun.*

Et propterea cùm hæc Sac. Congreg. disputare non soleat Dubia in abstracto, & ad illam devoluta sit Causa, occasione Decretorum Visitationis, cùm, juxta notam praxim, quærendum sit de subsistentia illorum, strictè in concreto casus, non autem in abstracto, videndum est -- *An Dignitates, Canonici, & Vicarius perpetuus teneantur applicare in suis respectivè diebus Missam* 27
Conventualem, prout decrevit Episcopus in Visitatione, & nullo modo quærendum in abstracto *An sit onus Capituli tota hæc applicatio*, & consequenter, ut concordemus hoc primum Dubium cum secundo, non aliter respondendum venit, nisi affirmativè in festivitatibus solemnioribus, & diebus festis, quibus juxtà legem erectionis, Constitutiones Synodales, Observantiam centenariam, & Statuta Ecclesiæ divisa fuit celebratio Missæ Conventualis inter Dignitates, & Canonicos, transfusa obligatione celebrandi, & respectivè applicandi pro diebus ferialibus in Vicarium perpetuum.

Sed quia resolutio subsequentium Dubiorum pro majori parte dependet ab hoc primo articulo, utrum nempè onus celebrandi Missam Conventualem in hac Ecclesia Cathedrali ex titulis, de quibus infra, potuerit dividi, & repartiri inter Dignitates, Canonicos, & Vi- 29
carium perpetuum, idcircò necessarium ducimus probare hanc distributionem fuisse legitimam, & validam & omninò servandam esse, ut hactenus per centenariam, & ultra fuit pacificè observatum.

Et quidem ex lege erectionis hujus Ecclesiæ de Collegiata in Cathedralem habemus, hoc onus Missæ Conventualis fuisse divisum, & injunctum Vicario perpetuo per Episcopum Linatum in actu erectionis, quæ quidem erectio in hac parte fuit validissimè peracta ab Episcopo, Exequutore Bullæ Apostolicæ erectionis Ecclesiæ, dum ejus vigore sibi data fuerat facul- 30
tas faciendi Statuta super celebratione Divinorum

Officiorum, illaque mutandi, & alterandi, ac alia denuò condendi, & edendi authoritate Apostolica, ideoque dubitari non valet de validitate transfusionis oneris Missæ Conventualis in Vicarium perpetuum pro diebus ferialibus, eo ipso, quòd habemus Statutum, edi-
31 tum in limine fundationis, seu erectionis Ecclesiæ, authoritate Apostolica factum, cùm *Tex. in l. 1. §. Omnia C. de Veter. Jur. enucl. Surd. cons. 301. num. 44.* & in præcisis terminis Missæ Conventualis *Monacell. in Formular. For. Eccles. tom. 4. in supplem. ad to primum nu. 252.*

Nihil obstante, quòd Summus Pontifex dedisset Episcopo facultatem condendi, & variandi eadem Statuta cum clausula tamen -- *Licita, & honesta, ac Decretis Concilii Tridentini, Sacrisque Canonibus non contraria* -- quia neque hoc dici potest Concilio, ne-
32 que Sacris Canonibus contrarium, reflectendo, quòd Vicarius perpetuus est unus de Choro, habens ibi stallum fixum, sicut Canonici, ad effectum, ut Divina Officia celebrare teneatur simul cum aliis, & ipse Vicarius participat de Distributionibus quotidianis ratione Chori, sicut unus ex Canonicis imò habet majus privilegium, quàm Canonici, quia si ob im-
33 pedimentum exercitii Curæ non intersit Choro, adhuc lucratur distributiones in quibus terminis potuit, ac debuit repartiri onus Missæ Conventualis etiam in Vicarium pro diebus ferialibus, quia sicut ipse effectus fuit de Choro, & obligatus ad Officiaturam, & celebrationem Divinorum, ita potuit, & debuit, sicut alii Canonici obligari ad onus Missæ Conventualis, quæ nihil aliud est, quàm pars Divi-
34 nii Officii, ut notant *Monacell. in Formul for. Eccles. tom 2. tit. 16. formul. 2. numer. 20. Donat. in Prax. quæst. Regular. tom. 3. tract. 7. quæst. 102. per tot. et Pignatell. consult. 321. n. 1. vers. et ideo to. 1.*

Neque aliter disponit *Text. in cap. Cùm Creatura de Celebr. Missarum*, quia est directus ad Prælatos, & Clericos Ecclesiarum Conventualium, ut ex lectura, & notat Glossa in figuratione casus, ideòque communis est omnibus, obligatis ad celebrationem Divinorum in Choro, ita & taliter, quòd ubi, celebrante aliquo de Choro, ut est Vicarius, cæteri Dignitates, & Canonici assistant, & intersint, satisfactum
35 dicatur dispositioni *Text. in d. cap Cùm Creatura de Celebrat. Missarum*, prout in præsenti celebrante Vicario, omnes Canonici, & Dignitates intersunt, & psallunt in Choro, quemadmodum in præcisis termi-
36 nis explicat *Fagnan. in cap. Ut Abbates numer. 86. de Ætat et qualit.* ibi -- *Hoc important verba dicti cap. Cùm Creatura de Celebrat. Missar.* ibi -- *Missarum solemnia conventualiter celebretis, idest interessendo, et psallendo, et hoc modo etiam quoad Missam Conventualem dicuntur Divina Officia per seipsos obire ad præscriptum d. §. Omnes verò, idest Sac. Concilii in cap. 12. sess. 24. de Reform.*

Et sanè, sicut commune est omnibus onus Chori, & Officiaturæ Divinorum, ita commune esse debet onus celebrationis, etiam ipsius Missæ Conventualis, quæ, ut dicebamus, nihil aliud est, nisi pars Divini
37 Officii, & maximè quando omnes Canonici, & Dignitates, celebrante Vicario, assistunt, & psallunt in Choro, & sic etiam ipsi sunt partes celebrationis Missæ Conventuales, neque in hac parte rem novam aggredimur, sed passim usitatam in omnibus ferè Cathedralibus, & Collegiatis, in quibus servatur distributio hujus oneris celebrationis Missæ Conventualis inter Canonicos, & Beneficiatos, aliosque existentes de corpore Chori, ut nempè in festis Canonici, in ferialibus Beneficiati per turnum subeant hoc onus, ita enim serva-
38 tur in Ecclesia Cathedrali Montis Politiani, teste *Fagn. in cap. Ut Abbates num. 53. de Ætat. et qualit.* ibi -- *In Cathedrali Ecclesia Montis Politiani sunt plures Cappellaniæ perpetuæ, quas Obtinentes ex antiqua Consuetudine, et Constitutionibus Ecclesiæ habent onus pluries in hebdomada celebrandi, et eorum octo electi à Capitulo diebus festis non solemnibus, et ferialibus Missas Conventuales canere, et unà cum Capitularibus Choro interesse tenentur, cum perceptione dimidiæ partis Distributionum, quas percipiunt Canonici Sac. Congreg. censuit has Cappellanias etc. esse Sacerdotales.*

Ita etiam servatur in Ecclesiæ Cathedrali Fulginaten. ubi Cappellani de Choro diebus ferialibus, festivis verò Canonici, celebrant Missam Conventualem, quod hæc S. Congreg. approbavit occasione decidendi, quòd pro tali celebratione ab aliquo Benefactore Eleemosynam recipere non liceret; *ut in Fulginaten. 24. Januarii 1620.* relata *à Crispin. de Visit. part. 2. §. 20. n. 36.* ibi -- *Cappellani, divisi per hebdomadas, ferialibus diebus Missas canunt Conventuales; Diebus festivis, et ordinatis in Tabella, Canonici, ex quibus aliqui dubitant: Quòd Missæ Conventualis onus tale sit, ut pro ea Eleemosyna ab aliquo Benefactore recipi non liceat; Congregatio Concilii censuit, non licere.* 39

Si pariter eadem praxis viget in Ecclesia Cathedrali Cæsenaten. approbata per S. Cong. Concilii, ubi Canonici diebus festivis, quatuor verò Mansionarii per Turnum celebrabant diebus ferialibus, qui Mansionarii prætendebant non teneri ad applicationem Missæ Conventualis propter tenuitatem Reddituum, & disputatis pluribus Dubiis in Sac. Congreg. Primò: *An in Ecclesia Cathedrali adsit obligatio quotidianæ applicationis Missæ Conventualis?* Secundò: *An Canonici, qui solis diebus festis de præcepto tenentur ad celebrandam Conventualem per Turnum, teneantur applicare?* Quintò: *An dd. Mansionarii in eorum Turnis teneantur pariter applicare?* Dicta Sac. Congreg. die 24. Maii *1661.* ad primum, & secundum respondit *Affirmativè;* Et ad quintum *Teneri* -- quam resolutionem per extensum refert *Crispin. de Visit. part. 2. §. 20. sub num. 37.* 40

Quemadmodum hoc ipsum resolvit hæc *S. Cong. in una Elnen. 5. Martii 1646.* approbans hujusmodi obligationem celebrandi Missam Conventualem, tam in Canonicis, quàm Beneficiatis apud *Pignatell. consult. 61. nu. 20. tom. 3.* -- ibi -- *S. Cong. Concilii respondit, Canonicos, et Beneficiatos pro Missa Conventuali non posse aliam Eleemosynam recipere* -- *et consult. 321. in princip. tom. 1.* ibi -- *An Canonici, et Beneficiati pro Missa Conventuali pro qua Emolumentum, et Distributiones recipiunt, possint aliam Eleemosynam recipere? Respondeo negativè, ita declaravit S. Congreg. Concilii* -- & quidem, quòd celebratio Missæ Conventualis sit onus omnium de Choro, qui obligantur ad celebrationem Divinorum, non autem sit restrictum ad solos Canonicos, patet ex aliis Decretis Sacræ Congregationis, in quibus censuit Canonicos teneri ad personaliter canendum Missas Conventuales restrictivè, ibi -- *Illis diebus, quibus ex Institutis, vel legitima consuetudine illius Ecclesiæ debent* -- ut refert *Garz. par. 3. cap. 2. n. 494.* quod probatur etiam ex eo, quòd, Sac. Cong. censuit, teneri ad celebrationem Missæ Conventualis, tam Canonicos, quàm Dignitates, *ut in Segobien.* relata apud *Garz. par. 3. cap. 2. num. 198. vers. Ad septimam;* Et tamen si verum esset, quòd hæc celebratio esset onus Capituli, utique Dignitates non tenerentur, cùm istæ non sint de Capitulo, juxta communem opinionem, cujus Dux fuit *Compostellan. in c. 2. de Elect.* quem communiter sequuntur Doctores, & Tribunalia, ut videre est apud *Barbos. de Canon. cap. 37. n. 14. Card. de Luc. eodem tract. disc. 4. n. 5. Rot. cor. Cerr. decis. 134. n. 4. et coram Peutinger decis. 278. nu. 12. et seqq. et coram Coccin. decis. 497. nu. 1. et cor. Bic. decis. 203. num. 3. et decis. 211. num 21. et in rec. decis. 27. num. 8. part. 11.* cum aliis, relatis *in Gerunden. Capituli 9. Martii 1703. §. Fundamentum coram Omanna;* Si ergo Dignitates sunt obligatæ ad Missam conventualem, signum evidens, quod illa est onus omnium de Choro, qui participant de Distributionibus, non autem solius Capituli. 41 42 43 44 45

Neque contrarium desumi potest ex Resolutionibus S. Congreg. Hæc enim nunquam descendit ad decidendum, quòd onus Missæ conventualis spectaret ad solos de Capitulo, sed solùm in contingentia casus, quo Capitulum nolebat subire hoc onus, declaravit, teneri, absque eo quòd unquam judicaverit, hoc onus non posse repartiri inter Canonicos, aliosque existentes de Choro, ut sunt Dignitates, Beneficiati, & similes, imò judicavit; posse repartiri juxta exempla, & casus, supra relatos, & juxta rationem convincentem, quòd Missa conventualis, veluti pars Divini Officii, pertinet ad omnes, qui sunt Choro obligati ad Divina obeunda propter Distributiones quotidianas. 46

Quòd

Quòd si fortè adducantur in contrarium Resolutiones in *Placentina*, & *Squillacen.* facilis est responsio, illarum casus neutiquam applicari, veluti omninò diversos; in *Placentina* non solùm non concurrebat Statutum, aut consuetudo, quòd repartimentum hujus one-
47 ris adesset inter Canonicos, & Præbendatos, sed totum oppositum concurrebat, quia contrarium dispositum reperiebatur per Statuta, per Synodos, necnon Visitationes Episcopales, ut legere est in Positione, ejusdem Causæ sub die 29. Martii 1710.

In Causa autem *Squillacen.* Lis erat, non quidem inter Canonicos, & alios Præbendatos de Choro, sed cum quibusdam Presbyteris, omninò extraneis à Choro, & Distributionibus, nullamque Præbendam, Beneficium, & titulum obtinentibus, sed solùm Participantibus de
48 quibusdam Redditibus vulgò *Massa communerie* nuncupatis, quæ conflatur ex simplicibus Legatis piis cum onere Missarum privatarum, qui sunt Sacerdotes merè stipendiarii, simpliciter destinati ad satisfaciendum Missis Legatorum piorum, ut recognosci potest ex Positione sub die 24. Septembris 1712. ideòque non mirum si Sac. Cong. exemptos declaravit ab onere Missæ Conventualis hujusmodi Presbyteros, facientes Congregationem, extraneam à Choro, Capitulo, Beneficiatis
49 Ecclesiæ, ut discurrunt *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 19. nu. 12. & seqq. Card. de Luc. de Canon. disc. 19. n. 5. et disc. 20. n. 5. et Rot. decis. 66. et 102. cor. Carill.*

Præter legem fundationis, quæ probat, legitimè distributum fuisse onus Missæ conventualis in Vicarium perpetum, æqualem Canonis in Officiatura Chori, concurrit iterata series Statutorum Ecclesiæ, quæ peracta
50 fuerunt de anno 1611. ubi facta, seu confirmata fuit ista distributio celebrandi Missam conventualem inter Dignitates Canonicos, & Vicarium perpetuum, unà cum eorumdem Statutorum confirmatione, facta ab Episcopo, quæ quidem Statuta Ecclesiæ sine dubio Canonizata semper fuerunt per hanc Sac. Congreg. quæ respondit, teneri Canonicos ad Missam Conventualem *illis diebus, quibus ex Statutis, vel consuetudine*, illam celebrare
51 debent, ut apud *Garz. de Benef. d. part. 3. cap. 2. num. 198. et 494. et in Bergomen. de anno 1660.* relata per extensum apud *Crispin. de Visit. part. 2. §. 20. num. 30.* ibi -- *Eosdemque Canonicos ad Missam Conventualem per se ipsos canendam illis diebus, quibus ex instituto, vel legitima consuetudine ejus Ecclesiæ debent, compellendos esse.*

Quid plus? Habemus Constitutiones Synodales quatuor Episcoporum pro tempore, in quibus demandata fuit observantia Statutorum anni 1611. confirmatorum ab Episcopo Linato circa obligationem Missarum, & Divinorum Officiorum, & insuper hæc Statuta mediante juramento se obligat servare Vicarius perpetuus,
52 juncta observantia, & Consuetudine centum annorum, & ultra, ab anno 1611. usque in præsens, Sola autem hæc observantia centenaria omnem tollit minimum dubitandi scrupulum, quia præsumitur, Statuta fuisse confirmata per Sedem Apostolicam in forma specifica; itaut amplius de validitate Statutorum hæsitari non contingat, prout, quòd centenaria, revalidet ti-
53 tulum, habitum ab Episcopo, probant *Cardinal. de Luca de Judic. disc. trigesimo quinto numer. 63. Rot. decis. 656. numer. octavo et nono part. decima nona recent. et in Theatina Jurisdictionis decimo quarto Maii* 1708. *§. Et licet coram Scotto, et in Placentina Decimarum 16. Maii* 1710. *§. Postremò coram Ansaldo*, ubi, quòd centenaria subsequuta revalidat quemcumque titulum, etiam ab initio subreptitium, & nullum.

Omnia demum coronat ipsum factum, ipsa confessio, ipsum Decretum, Episcopi, qui in Visitatione agnoscendo, legitimè repartitum fuisse onus Missæ conventualis inter Dignitates, Canonicos, & Vicarium perpetuum, eos omnes obligavit ad applicationem; Cumque hodie quæstio sit cum eodem Episcopo, qui approbavit hoc onus, repartitum inter omnes supradi-
54 ctos, meritò dicere possumus, ipsum, substinentem contrarium, non posse audiri, & meritò ei posse obiici celebre dictum *Sancti Augustini* de quo *in can. Nihil iniquiùs 32. quæst. 6.* ibi -- *In quo alterum judicas; Te ipsum condemnas* -- & propterea super hoc primo Dubio, notatas secundo videm respondendum *Applicationem esse onus Dignitatum, Canonicorum, et Vicarii perpetui in suis respectivè diebus, quibus ex Statutis, et Consuetudinibus Ecclesiæ celebrare tenentur* -- in quem sensum sem- 55
per judicavit hæc S. Congregatio, ut ex Decretis apud Harziam, & Crispinam ubi supra.

Admissa ex Jus usque animadversis affirmativa resolutione secundi Dubii, transitum faciendo ad tertium, in quo quæritur; *An Dignitatibus, Canonicis, & Vicario perpetuo debita sit Eleemosyna unius julii pro qualibet Missa conventuali, ultra Emolumenta Præbendarum, & Vicariæ respectivè* -- negativa resolutio intrare vide- 56
tur; Cùm enim, tam Dignitates, & Canonici, quàm Vicarius perpetuus habeant, nedum Præbendas, sed etiam Distributiones Chori, destinatas pro Divinorum celebratione, quorum pars est Missa conventualis, utique nemo ex illis prætendere valet aliam Eleemosynam sibi accipere, prout resolutum fuisse per *Sacram* 57
Congregationem in dicta Fulginaten. 24. Januarii 1620. testatur *Crispin. de Visit. Pastoral. part. secunda §. vigesimo numer. trigesimo sexto* in verbis, supra transcriptis, *& in Elnen. die 5. Martii 1646.* ibi -- *Canonicos, & Beneficiatos pro Missa conventuali non posse aliam Eleemosynam recipere, vel Sacrificium alteri applicare* -- quam refert *Pignatell. consultat. 61. numer. vigesimo tom. tertio & consuet. 321. numer. primo tom. primo*, & resolvit etiam in *Forosempronien. septimo Augusti 1683. lib. 33. Decret. pag. 250. in Civitatis Castellanæ quarto Martii 1690.* & in aliis, quas congerit *Monacell. to. quarto in supplem. ad tom. 1. num. 234. fol. 25.*

Quod procedit, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, *ut Sacra Congregatio Episcoporum* resolvit *in Alexandrina 26. Aprilis 1653.* apud *Crispin.* 58
ubi supra numer. trigesimo nono & non obstante quacumque tenuitate Reddituum, & Distributionum, prout resolvit hæc Sacra Congregatio in *Cæsenaten. Missæ Conventualis 24. Maii 1662. in respons. ad quartum apud Crispin. ubi supra part. secunda §. vigesimo numer. trigesimo septimo & in Forosempronien. 7. Augusti 1683. & in Civitatis Castellanæ quarto Martii 1690. & in Hydrun-* 59
tina primo Martii 1692. & in Feretrana 23. Semptembris 1694. & in Cathacen. vigesimo nono Novembris 1698 & aliis, quas refert, & sequitur *Monacell. in Formul. in supplem. ad tom. primo num. 234. fol. 25.*

Et ideò si hæc procedunt quoad Dignitates, & Canonicos, eò magis admittenda videntur quoad Vicarium perpetuum, quin in primæva erectione Vicariæ habuit hoc onus, sibi injunctum, cujus intuitu assignata sibi fuit pinguis Congrua scutorum centum, quando potuis- 60
set illi assignari in scutis tantùm quinquaginta, juxtà Constitutionem Pianam, quæ his Vicariis congruam non majorem centum, neque minorem quinquaginta assignari mandavit, ut in *Constit. 47. in Bullar. novo. tom. 2.* quamvis Episcopus hanc summam scutorum centum illi non det integram, prout debet, quia adhuc servat mensuram, expressam in Instrumento assignationis circa numerum materialem librarum 700. prout tunc totidem constituebant centum scuta, Cùm tamen hodie, ut est notorium, valor monetarum re- 61
peritur adeò mutatus, ut ad conflandum unum scutum requirantur libræ decem, & septem, & sic lib. 1700. pro centum scutis.

Adimpleat, idcircò Episcopus suam obligationem, nec quærat aliundè supplere cum hac Eleemosyna ad propriæ obligationis exonerationem, seu levamentum; Habet insuper Vicarius Distributiones Chori, quæ sunt longè majores illis, quas percipiunt Canonici: Item participat de Legato Canonici Ba- 62
garotti, facti solùm Canonicis ita & taliter, quòd cùm longè pinguiores sint Redditus Vicarii perpetui, quàm sint Dignitatum, & Canonicorum, perperàm respectu Vicarii allegari prætenditur tenuitas Reddituum, & Præbendæ, & multò magis si Episcopus solvat illi, quod debet, circa Congruam Scutorum centum, & hinc deducitur quantùm legitima sit obligatio celebrandi Missam conventualem, transfusa in Vicarium perpetuum, cui certè tanti Red- 63
ditus assignati non fuissent, si hoc onus non habuisset; Et è contra Dignitates, & Canonici habuissent

à primæva erectione pinguiores Redditus, si totum hoc onus ipsis datum fuisset, quia Vicarius non habuisset Distributiones Chori, nec participasset de Legato Bagarotti, & omnes isti Redditus accrevissent Præbendis Dignitatum, & Canonicorum, & ideò qui sentit commodum, naturale est, quòd su-
64 beat incommodum, ad quod correspectivi fuerunt tot Redditus pinguiores, *leg. Secundùm, naturam ff. de Regul. Jur.* & *leg. Nesennius ff. de Excusat. Tutor. Rot. decis. 46. num. 2. par. 16. rec.* cum aliis vulgatis.

Objectum, quòd Vicario ex lege erectionis injunctum fuerit onus dicendi, non autem applicandi Missam conventualem nullius est subsistentiæ, quia ipsum vocabulum Missæ conventualis, ejusque natura de per se dicit, applicationem, tanquàm necessariò connexam, & inseparabilem à Missa Conventuali,
65 & millies resolvit Sac. Congreg., ad formam *Text. in cap. Cùm Creatura de Celebr. Miss.* ut signanter videre est apud *Crispin. de Visit. d. par. 2. n. 39* & *in Camerinen. 28. Junii* 1704. relata apud *Monacell. tom. 4. in supplem ad tom. 1. num 234. fol. 25.* ubi hæc applicatio fuit demandata, non obstante consuetudine immemorabili; Qui enim acceptat, & assumit in se onus celebrandi Missam conventualem, dicitur se
66 obligasse ad omnes qualitates de natura Missæ conventualis existentes ex animadversis per *Card. de Lugo de Sacram. Eucharist. disput. 21. section. 1. num. 13. Pignatell. consult. 139. num. 13. tom. 1.* & *consult. 61. num. 13. tom. 3.*

Si ergò, non obstante etiam immemorabili, Vicarius applicare tenetur, frustrà allegatur, quòd ipse non applicaverit, ex quo onus applicandi non assumpserit; Ultra quod non probatur hæc negativa
67 applicationis, ut probari debet, cùm aliàs regulariter præsumitur factum, quod de Jure quis facere tenebatur, *Mascard. de Probat. conclus. 234. n. 1. Paris. de Resign. lib. 11. quæst. 14. nu. 24.* & *25.* & *Rota in Leodien. Canonicatus 23. Januarii* 1711. *§. Aliàs enim coram Scotto.*

Minùsque obstat, quòd Vicarius habeat aliud onus Missæ pro Populo, hoc enim non est impedimentum, incompatibile cum Missa conventuali, quam celebrare tenetur diebus ferialibus tantùm; Missam verò pro Populo celebrare tenetur solùm diebus festis, ut servat consuetudo universalis, & pluries de-
68 claravit hæc S. Congregatio in Resolutionibus, quæ habentur apud *Nicol. in Floscul. verbo Parochus nu. 34. Fagnan. in cap. Fraternitatem num. 94.* & *95. de Sepultur. Monacell. in Form. Eccles. part. 1. tit. 2. formul. 2. num. 4.* & *seqq.* & *part. 2. tit. 16. form. 2. num. 18.* & *part. 4. in supplem. ad tom. 3. num. 121. fol. 100.* & hanc compatibilitatem probavit observantia centenaria à tempore erectionis Ecclesiæ usque in præsens, juxta quam semper Vicarius utramque Missam celebravit diebus, ut supra distinctis.

Eò magis autem, quia Vicarius perpetuus qui de Jure non est de Choro, fuit illi incorporatus cum onere interessendi Divinis, & celebrandi Missam conventualem in lege erectionis, & intuitu hujusmodi oneris, nedum admissus fuit ad participationem Distributionum, sed etiam cum majori participatione, quàm haberent Canonici, ut videre est
69 in particula Statutorum, data in Summario ibi -- *Oneris, quod sustinent, remunerandi* -- Undè, aut Vicarius absque prætensione alterius Eleemosynæ servare tenetur, onus sibi impositum, correspectivè ad hos Redditus; Aut, si recusat, tenetur eosdem dimittere, ut accrescant Dignitatibus, & Canonicis, cum nequeat illi remanere commodum, cui subtrahi-
70 tur onus, *Rot. decis. 327. num. 7. vers.* & *in omnem part. 15.* & *dec. 735. num. 45. part. 18 rec.* & *cor. Benincas. decis. 130. num. 2. et coram Ansaldo dec. 79. numer. 38.*

Fortiùs, quia Episcopus in lege erectionis obligavit se ipsum, & omnia Bona Episcopatus pro observantia perpetua omnium, & singulorum, quæ fuerant promissa in eodem Instrumento erectionis, stipulante Notario pro omnibus, quorum interest, interierit, aut interesse poterit juxta notoriam praxim,

Unde contravenire non potest legi erectionis, prætendendo obligare Capitulum ad præstandam Eleemosynam Vicario pro Missa conventuali, aliàs ipse teneretur ad eam subministrandam de Bonis Episco- 71
patus, ratione obligationis, contractæ in eodem Instrumento erectionis, *l. Stipulationes non dividuntur ff. de Verb. oblig. Rota cor. Buratt. dec. 913. num. 1. et coram Triol. dec. 159. num. 4.* & concordat *Textus in l. Vindicantem ff. de Evict.* quem exornant *Surd. dec. 177. num. 8. et Rota dec. 607. num. 20. part. 19. rec.*

Hinc omisso quarto Dubio, in quo supponitur, quòd Eleemosyna debeatur pro Missa conventuali, & consequutivè ponitur in disputatione, an sit solvenda ex Redditibus Capituli, se offert quintum Dubium -- *An Mandata, relaxata contra Capitulum,* & 72
Canonicos pro Eleemosyna Missarum conventualium, celebratarum per Vicarium perpetuum, & *consummata contra Canonicum Laurentium de Rubeis, substineantur; seu potiùs sit reintegrandus cum refectione damnorum,* & *Interesse* -- quod, cùm duas habeat partes, idcircò quoad primam respondeo; videtur *Mandata non substineri*, Primò, quia, stante Appellatione, per Capitulum interposita, fuit apertissimum, & inexcusabile attenta- 73
tum relaxatio ipsa Mandati contra Capitulum, & Canonicos; Quamvis enim ageretur de Decretis, editis in actu Visitationis, certum semper est, quòd Appellatio interposita interim ligabat manus Episcopi, ne posset ad executionem Decretorum devenire: Nam regula, ut à Decretis Visitationis non detur Appellatio, non procedit quando Decreta non concernunt cor- 74
rectionem morum, aut Cultum divinum ex adductis per *Card. de Luc. in Miscell. Eccles. disc. 1. num. 73.* & *in Adnot. ad Concil. disc. 5. num. 5.* ubi quòd errant Episcopi, credentes omnia facere posse in Visitatione, quòdque eorum provisiones non subiacent illi suspensioni, quam Appellatio de Jure inducit in casibus, in quibus iste effectus suspensivus non sit sublatus cum Concordantibus, de quibus *in tom. 1. part. 2 discept. 12. nu. 48.* & *sess.* quibus addo *Crispin. de Visit. Pastor. par. 1.* 75
§. 17. num. 37. ubi, quòd contrarium dicere, est opinio erronea; Et enim obligare Capitulum ad solutionem Eleemosynæ pro Missa conventuali erga Vicarium, non solùm fuit injustum, & injustitia semper viam sternit Appellationi in quacumque materia, jux- 76
ta *Text. in cap. A priore de Appell.* sed etiam quia, ubi etiam justè id decerni forsan potuisset, nunquam tamen erat materia Visitationis, eòque minùs concernebat correctionem morum, aut Cultum divinum, sed erat materia merè bursalis, in qua Episcopus procedere debebat more Judicis, & in figura Judicii contentiosi, ideoque licita erat Appellatio, & hæc ligabat manus Episcopi, etiam si tempore Visitationis processum fuerit, cùm Visitatio non alteret materiam, quæ judicata fuerit, sive judicialiter, sive extrajudicialiter proces- 77
sum fuerit, ut circa primam propositionem tradunt *Crispin. de Visit. part. 1. §. 17. num. 37. Barbos. de Potest. Episc. alleg. 92. num. 13.* & *seqq.* & *Pignatell. consult. 382. numer. 1.* & *2. tom. 1.* & circa secundam *Rot. decis. 522. num. 4. part. 2. rec.*

Secundò plusquam attentata, & irregularis fuit exequutio Mandatorum contra Capitulum, & Canonicos, sed posteà consummata integraliter, & in solidum contra particularem Canonicum Laurentium de Rubeis, quia, cùm Episcopus declaraverit, hoc esse debitum Capituli, & Canonicorum, contra quos Mandata relaxavit, utique Canonici uti singuli, non tenebantur ad Debi- 78
tum Capituli, & multò minùs Mandatum, relaxatum contra Capitulum, potuit consummari in solidum contra unum dumtaxat ex Canonicis, juxta notam regulam, quòd debitum Universitatis non dicitur debitum singulorum, qui proindè non possunt insolidum conveni- 79
ri, juxta theoricam *Bartol. in l. Sicut Quod cujusque Univer. nomin. cum Concordan. apud Rot. coram Merlin. decis. 182. num. 2.* & *seqq. Coler. de Process. exequut. cap. 3. part. 2. num. 369.* ibi -- *Pro tali debito Universitatis singulares Personæ non sunt vexandæ* &c. *Sicut enim, quod debetur Universitati, non debetur singulis, ita vicissim, quod ipsa Communitas debet, singuli non debent* &c. *Unde cùm in proposito debitum sit Civitatis, ideo ex Bonis communibus*

bus Civitatis solvi debet, non autem ex Marsupiis singulorum -- & plenè *Menoch. consil.* 726. *numer.* 22. *&* 23.

In præmissorum consequentiam affirmativa descendit resolutio ad secundam partem circa reintegrationem Canonici de Rubeis, cum refectione damnorum, & Interesse; Hoc enim expostulat labes attentati, ut attentatè Vexatus, statim sit rintegrandus, cum omnibus damnis, & Interesse, injustè passis per spolium
80 violentum, prout est communis opinio, de qua *Rot. apud Posth. de Subhast. dec.* 220. *sub num.* 8. *Cardin. de Luc. de Judic. disc.* 18. *num.*6. 37. *& seqq. Rot. dec.* 29. *num.* 14. *& seqq. & decis.* 221. *per tot. par.* 16. *recent. decis.* 87. *num.*4. *coram Ansald.*

Quoad sequentia quatuor Dubia, concernentia onus duplicis Missæ cantatæ in diebus Vigiliarum, & quatuor Temporum, & augumentum Distributionum, tametsi Canonici impugnare possent d.onus, ex quo eorum servitium, attenta tenuitate Præbendarum, fuit limitatum ad solam Missam conventualem, judicio e-
81 tiam Sacræ hujus Congregationis, nihilominus cùm circa hunc punctum resistant *Rubrica Missalis, & Decreta generalia* ejusdem Congregationis, illud non detrectant, auctis sibi Distributionibus, prout novit esse necessarium Episcopus, & de facto augendas esse præscripsit, tenuissimo tamen Emolumento unius solidi, quod re vera non videtur congruum, & proinde ar-
82 bitrio Sacr. Congregationis in alia æquiori quantitate d. augumentum videtur statuendum, ut notat *Ceccoper lucubr. Canon. lib* 3. *sub num.* 56. *vers. Canonici.*

Ratio dubitandi restringitur ad Dubium octavum, an scilicet hujusmodi augumentum, etiam pro Beneficiatis residentibus, sumi debeat ex Redditibus Cano-
83 nicorum; Sive potiùs sit aliunde providendum per Episcopum, in quo negativè quoad primam, & affirmativè quoad secundam partem resolvendum videtur.

Ad quem effectum præmitto, quòd Canonici pro distributionibus habent tertiam partem Reddituum præbendalium obligatam, quæ cùm esset tenuis, ex Decreto hujus Sac. Congregationis ordinatum fuit, ut hujusmodi Distributiones applicarentur tantùm Interessentibus Missæ conventuali, & Vesperis, donec alia
84 Beneficia unirentur Præbendis canonicalibus vel alio modo Distributiones augerentur, de qua tertia parte non participant alii Præbendati, & Residentes Ecclesiæ, sed isti ratione interessentiæ in Choro habent suas Præbendas obligatas, quo stante pro hac secunda Missa Distribationes summi non possunt ex Redditibus Capituli, sicut decrevit Episcopus, quia esset contrave-
85 nire Decreto Sac. Congregationis, quæ, attenta tenuitate Redditu um Capitularium, exemit Canonicos ab Horis canonicis, & Distributiones, veluti tenues, applicavit pro sola interessentia Missæ conventuali, & Vesperis, Si ergò propter tenuitatem Sac. Congregatio dispensavit ab Horis canonicis, donec augerentur Distributiones, utique, si Episcopus imponere velit hoc aliud onus secundæ Missæ, per consequens tangere non potest hujusmodi Redditus, destinatos pro sola interes-
86 sentia Missæ conventuali, & Vesperis, sed tenetur aliunde providere per Unionem Beneficiorum, vel alia media canonica, ad formam *Sac. Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 15. *de Reform.* & juxta firmata per *Rot. coram Teutinger. decis.* 86. *num.* 9 *& decis.* 124. *numer.* 1. *& seqq.* & prout demandavit hæc Sacr. Congregatio 27. Aprilis 1609. ibi -- *Donec Præbendis canonicalibus alia Beneficia uniantur.*

Minùsque potuit Episcopus gravare Redditus, quos Capitulum habet, provenientes ex Legatis piis, cum onere Missarum, quia cùm ista relicta fuerint per particulares Personas, seu pios Benefactores cum suis oneribus, Itaut ista sint stipendia particularium onerum, illa non possunt gravari ab Episcopo alio onere, cùm totum sit
87 stipendium laboris, in ea quantitate taxatum per Testatrtes, ut probat *Ceccoper. Lucubr. Canonic. lib.* 3. *nu.* 147. *vers. Nec obstat, &* concordant *Ricc. in Prax. resol.* 503. *num.* 4. *vers. Cæterum par.* 1. *& Barbos. ad Concil. sess.* 25. *de Reform. num.* 10. In terminis verò Legatorum cum onere Missarum, quòd totum debeatur Celebrantibus; juxta Relictum Testatorum, neque aliis Lucrum alieni laboris applicari possit, firmavit *Rot. in* 88
Amalphitana Statutorum 13. *Maii* 1715. *Præterea coram Foscaro*; Ultra quod Redditus Canonicorum semper sunt tenues, & tenuissimi, etiam computatis Redditibus hujusmodi Legatorum piorum, cùm Canonicatus reddant in totum vel scuta decem annua, vel scuta viginti, vel ad summum ex adduct. in Summ. sc. 30. itaut si detrahatur tertia pars, assignata pro Distributionibus, vix redditus Canonicatuum ascendunt respectivè ad scuta septem vel 13. vel 20. circiter.

Ultimum Dubium nullam habet difficultatem, quia donec assignatum non fuerit d. augumentum, non videntur cogendi Canonici, & Residentes subire d. onus secundæ Missæ in dictis diebus, pro qua nullum habent 89
Emolumentum *l.* 1. *ff. de Institut act. Alexand. consil.* 47. *num.*4. *lib.* 5. *& Barbos. axiom.* 169. *nu.* 3. Cùm etiam in puncto Missæ Conventualis Sac. hæc Congregatio, attenta tenuitate Præbendarum, non semel restrinxit onus prædictum ad dies festos tantùm, ut recedendo à re- 90
solutis *die* 6. *Junii* 1705. respondit *in Camerinen. Missæ Conventualis* 22. *Maii* 1706. *ad secundum Dubium.*

IN EADEM CAUSA.

Præsens Causa, nedùm principaliter, sed unicè reduci videtur ad inspectionem; An Vicarius perpetuus teneatur applicare Missam conventualem diebus ferialibus: Cujus resolutio pendere videtur ab illa facti circumstantia, an idem Vicarius perpetuus, sequendo 91
vestigia omnium illius Antecessorum, velit continuare in eo statu, in quo fuerunt dicti ejus Antecessores, & esse de Choro nostræ Ecclesiæ, & tanquam Beneficiatus ejusdem, uti obligatus ad Horas canonicas, & Divina Officia, sit etiam obligatus ad applicationem dictæ Missæ conventualis.

Hæc autem inspectio unicè pendet ab illius voluntate, circa quam nullam habemus legitimam, validam, & specificam declarationem verificetur attentio illa, ut 92
modestè loquamur, *di stare à cavallo al fosso*, improbata *à Rota in Romana, seu Mexicana Depositi super Expensis* 27. *Novembr.* 1705. *§. Hæc quoad Expensas cor. Ansaldo*, necnon in Voto, extenso *b. m. Lonio in Romana Annuæ Præstationis* 23. *Martii* 1715. *§. Et tam nullitas in fine*: Quia quatenus Sapientissimi Judicantes sint in sensu, ipsam non esse obligatum ad applicationem dictæ Missæ, libenter Vicarius perpetuus gaudebit impetratis ab Episcopo; In casu verò con- 93
trario, semper poterit exclamare, dictam Resolutionem, uti emanatam contra ipsum, non citatum, neque comparentem in hac Causa, non posse ipsum afficere, & contra eum non auditum exequutioni demandari minimè posse, juxta notoria Juris axiomata, & authoritutes, facili negotio exadversò cumulandas, & exagerandas.

Ad evitandum igitur hoc, æquè rotundum, ac evidens absurdum, videtur demandanda exploratio voluntatis ejusdem Vicarii perpetui, cum hoc, ut mediante speciali, & valido Procuræ Mandato illam explicet; seque, absque ulla tergiversatione, declaret, an velit servare omnia, contenta in Instrumento erectionis Vicariæ perpetuæ, facta per Episcopum Linatum anno 1607. ad hoc, ut resolutio hujus Sacr. Congregationis omnes Collitigantes æqualiter afficiat, ut- 94
que inter eos servetur æqualitas, in Judiciis semper servanda ex adductis per *Ansald. in Addition. ad decis.* 71. *num.* 49. *& per Rot. in decis.* 59. *num.* 9. *apud Posth. de Manut. & decis.* 40. *n.* 4. *&* 5. *cor. Buratt. & dec.* 308. *n.*7. *cor. Priolo.*

Nec subsistit prætensio; quòd onus applicandi Missam conventualem, uti restrictum ad solos Canonicos, nullo modo comprehendat Beneficiatos, Mansionarios, & similes Personas, obligatas una cum Canonicis ad celebrationem divinorum Officiorum. Nullibi enim cautum reperitur, ut idem onus, privativè quoad omnes alios, 95
unicè spectet ad solos Canonicos. Imò, sive inspiciantur dispositio Juris communis, sive determinatio Sac. Concil. Trid. sive Oracula hujus Sac. Congregationis, sive demum ratio, quæ est anima omnium Legum, & dispositionum, contrarium patet evidentissimè.

Quoad

Quo ad Jus commune, habemus in hac parte *Text. in cap. Cùm creatura de Celebrat. Missar.* in quo præscribitur simpliciter regula generalis, his verbis; *Quatenus*
96 *universi, & singuli providè attendentes &c. & profesto, vel feria, secundùm temporum congruentiam, Missarum solemnia, & conventualiter celebretis, faciatis conventualiter celebrari*, juxtà integrum tenorem ejusdem De-
97 cretalis per extensum relatum *à Gonzal. in ejus eruditissimis Commentariis*, & concordant adducti *in eodem capite per Barbos. num.* 1. Et proindè clarum est, quòd de Jure communi onus prædictum commune est omnibus, obligatis ad divina Officia, nulla facta distinctione inter Canonicos, & Beneficiatos.

Sacrum autem Concilium Tridentinum nullibi de Missa conventuali particulariter disponit; Ubi verò loquitur de divinis Officiis, in Cathedralibus, & Collegiatis celebrandis, sub quibus eadem Missa continetur,
98 nempè in *cap.* 12. *sess.* 24. *de Reformat.* præscribit quidem ut Choro adstricti, propria munera per se, non autem per substitutos, adimpleant; sed id generaliter demandat sequentibus verbis -- *Obtinentes in eisdem Cathedralibus, aut Collegiatis Dignitates, Præbendas, aut Portiones*, & ibi; *Omnes verò Divina per se, non per Sub-*
99 *stitutos &c.* in qua parte standum esse decernit determinationibus cujuscumque Provinciæ, ibi: *Cætera, quæ ad debitum in divinis Officiis regimen spectant &c. simulque de omnibus Ecclesiæ Ministris, quæ necessaria erunt, & si qua hujusmodi Synodus Provincialis pro cujusque Provinciæ utilitate, & moribus, certam cuique formulam præscribat.*

Quo circa, sive inspecto Jure communi, sive dispositione Sacri Concilii Tridentini, onus Missæ conventualis non potest dici restrictum ad solos Canonicos, sed extenditur ad omnes, obligatos ad divina Officia, & Horarum canonicarum in Choro: Idque ex ipsa rei na-
100 tura, & naturali accessione, seu dependentia, ut latè probat doctissimus *Fagnan. in cap. ut Abbates à num.* 80. *de Ætate, & qualit.* ubi *num.* 92. in specie observat, id procedere quoad Mansionarios, & alios Beneficiatos, & *num.* 97. advertit, sub onere celebrationis Divinorum venire etiam obligationem Missæ conventualis.

Majori claritate habemus hoc pluries decisum ab hac S. Congregatione, quæ in facti contingentia sæpè consulta circa hanc inspectionem, semper constanter respondit, Canonicos, & Beneficiatos quoad substantiam obligationis teneri ad dictum onus; Quò verò ad mo-
101 dum, seu distributionem hujusmodi oneris remissivè se habuit ad consuetudines, Tabellas, & Turnos particularium Ecclesiarum, ut supra probantibus, ibique eodem tempore demonstravimus inapplicabilitatem omnium illarum Resolutionum, quæ exadversò allegantur.

Nec replicetur, quòd in dd. Resolutionibus hujus Sacræ Congregationis processum fuerit cum supposito, quòd dictum onus spectaret etiam ad Beneficiatos, qui
102 illud non impugnabant, restricta difficultate ad solam Eleemosynam; Hoc enim non subsistit; & quatenus subsisteret, non relevaret, immò retorqueretur ad hominem.

Non subsistit, quia inter alias Resolutiones, hinc indè allegatas, præcisè *in Cæsenaten.* 28. *Maii* 1661. *ad* 5. *Dubium*, licet Mansionariis mordicùs insistere in exemptione, & libertate à dicto onere, ibi -- *Mansionarii verò libertatem prætendunt, Et propter tenuitatem, & quia ita in Actis Visitationum enunciatur*; Disputato nihilominus Dubio, *An dd. Mansionarii in eorum Turnis tenerentur applicare pro Collegio*, Partibus acerrimè infor-
103 mantibus responsum fuit, *Teneri*, ut videre est apud *Crispin. nella Visita Pastor part.* 2. §. 20. *numer.* 34. 36. 37. & 39.

Minùs dicta reflexio relevaret, sed potiùs retorqueretur, quatenus subsisteret, ea ratione, quia eadem facti circumstantia clarè ostenderet, nunquam apud hanc Sacram Congregationem fuisse dubitatum, quod di-
104 ctum onus esset commune omnibus, obligatis ad divina Officia celebranda, deque tali puncto, uti communiter recepto, nunquam fuisse motam quæstionem.

Veritas hæc Juri communi, dispositioni Sacri Con-
105 cili Tridentini, & Oraculi hujus Sacræ Congregationis conformis, intra evidentiæ fines ponitur, præ oculis habendo plures convincentes rationes.

Primò nempè naturam ipsam Missæ conventualis, ita dictæ, ex quo, toto Cleri conventu inserviente, in Cathedralibus, & Collegiatis celebratur, ut aliis adductis, observat *Turin. in Director. Sacrific. part.* 1. *section.* 106
1. *cap.* 38. §. *Neque dicas fol. mihi* 21. Sacerdotibus nimirum celebrantibus, Diaconis verò, Subdiaconis & Clericis ministrantibus, coadiuvantibus, & psallentibus respectivè, & concordant adducti per *Macr. in Hierolexicon. vers. Missa conventualis in principio*. 107

Secundò considerando motiva illa, ex quibus ortum habet onus Missæ conventualis, quæ duo sunt, justitiæ nimirum, & gratitudinis erga Benefactores, & Funda- 108
tores Beneficiorum, ut latè probavi *in Instit. crim. lib.* 1. *tit.* 10. §. 2. *num.* 140. Præsumit enim Lex, quòd Fundantes Beneficia residentialia in Cathedralibus, & Collegiatis, cum onere recitandi divina Officia, non solùm voluerint prospicere Cultui Ecclesiæ mediantibus divinis Officiis, conventualiter celebrandis, sed etiam voluisse providere propriç Animç, aliisque eorum Consanguineorum, etiamsi id in fundatione expressum non sit, & non attenta quacumque contraria consuetudine, ut aliis adductis, & relatis punctualibus Resolutionibus 109
hujus Sacræ Congregationis probat *Monacell. in Formular. tom.* 1. *in Appendic. fol.* 356. *n.* 12. quibus addo aliam Resolutionem *Sacræ Congregationis Episcoporum in Alexandrina* 26. *Aprilis* 1653. ibi -- *Respondit, non obstante allegata consuetudine, & quòd in fundatione non habeat onus celebrandi, & applicandi Sacrificium, non posse diebus, quibus per Turnum, juxta Tabellam Ecclesiæ, Missas celebrat, applicare Sacrificium pro sibi elargienda Eleemosyna*, quam refert, & sequitur *Crispin. ubi supra num.* 110
39. & concordant adducti *per Pignat. consultat.* 321. *num.* 1. & *per tot. tom.* 1. & *consultat.* 61. *numer.* 13. & *seqq. tom.* 3.

Cùmque hujusmodi motiva justitiæ, & gratitudinis æquè principaliter respiciant, & adstringant, non minùs Canonicos, quàm Beneficiatos, participantes de sudoribus, & Bonis dd. Fundatorum Beneficiorum, nullaque assignabilis sit major, seu diversa ratio, propter 111
quam soli Canonici pro suis Præbendis, non autem Beneficiati pro suis Beneficiis, teneantur ad onus Missa conventualis pro Fundatoribus, tam Præbendarum, quàm Beneficiorum, idem jus quoad omnes indistinctè militare debet, juxta *Text. in leg. Illud ff. Ad leg. Aquil.* 112
cum Concordantibus apud *Alexand. cons.* 75. *num.* 3. *et* 4. *lib.* 5. *et cons.* 36. *numer.* 11. *lib.* 6. *et Rot. decis.* 51. *num.* 15. *coram Carill. et decis.* 348. *numer.* 13. *part.* 17. *recent.* ubi, quòd hoc procedit, non per viam extensionis, sed per viam comprehensionis.

Tertia ratio innititur principio illo, communiter à Canonistis recepto, quod latè comprobavi *in Instit. crimin. lib.* 1. *tit.* 10. §. 2. *num.* 138. *et seqq.* quodque ultrò 113
admittitur exadversò quòd scilicet Missa conventualis sit prima, & principalis pars divinorum Officiorum, & Horarum Canonicarum, quibus addo punctualem authoritatem *Francolin. de Tempor. Horar. canon. part.* 1. 114
cap. 16. *num.* 8. Et proinde in necessariam venit consequentiam, quòd qui tenetur ad dd. divina Officia, seu ad totum, teneatur eodem Jure ad illorum partem, seu ad Missam conventualem, juxta regulam *Text. in leg. In eo, et in leg. In toto ff. de Reg. jur.* cum concordan. apud 115
Rotam in decis. 279. *num.* 4. *coram Cavaler. et decis.* 68. *num.* 15. *coram Benincasa, et decis.* 98. *num.* 15. *et* 16. *part.* 17. *rec.* Et in punctualibus terminis nostri casus egregiè *Pasqualig. de Sacrif. non leg. quæst.* 882. *num.* 3. ibi -- *Hoc enim onus est annexum Beneficio, et ideò illud suscipiunt eo ipso, quòd acceptant Beneficium, quia cùm Beneficium detur propter Officium, trahit secum hanc obligationem; Cele-* 116
bratio autem Divinorum Officiorum, debita Ecclesiæ ratione Beneficii, non importat solas Horas canonicas, sed etiam Missam conventualem, tanquam partem præcipuam, et ideò ratione Officii, exhibendi Ecclesia in orando, tenentur etiam celebrare Missam conventualem.

Ex hoc autem indubitato principio alia sequitur æquè indubitata illatio, quæ deservire potest pro quarta ratione, quòd scilicet Missa conventualis non est de numero Functionum Capitularium, in quibus interveni-

re

re non possunt Beneficiati, & alii, Choro inservientes, sed soli Canonici: sed est actus, communis omnibus illis, qui tenentur ad Divina Officia in Choro, & Ecclesiis celebranda; Et proinde, uti omnibus communis, ab omnibus adimpleri debet, ut egregiè distinguendo unam, & aliam speciem dictorum actuum, solis Canonicis competentium, ab aliis
118 communibus illis, qui ad Divina Officia obligati sunt, in specie notat *Card. de Luc. de Canon. disc.* 14. *num.* 6. *&* 7. & firmavit *Rot. in decis.* 251. *num.* 11. *& seq. part.* 19. *rec.*

Quibus positis, descendendo ad circumstantias nostri casus, an nomine Beneficiatorum, ad effectum, de quibus disputamus, veniat Vicarius perpetuus nostræ Cathedralis, strictè dicimus, hoc esse æquè indubitatum, ac innegabile, uti literaliter demandatum in erectione nostræ Vicariæ, in qua Episcopus Linatus, ad instar Beneficiatorum eundem Vi-
119 carium perpetuum voluit esse de Choro, nec non obligatum, tam ad Horas canonicas, quàm ad celebrationem Missæ conventualis, Imò Statuta nostræ Ecclesiæ, prospiciendo ulteriùs majori decori ejusdem Vicarii perpetui, ipsi tribuerunt primum locum, immediatè post Canonicos, & tanquam unum ex Beneficiatis, participem ipsum fecerunt de omnibus Distributionibus, & emolumentis communibus
120 Et quod magis est, ultrò progredientes iidem Canonici, admiserunt eundem Vicarium perpetuum ad participationem omnium Legatorum, à diversis piis Benefactoribus nostræ Ecclesiæ relictorum; Itaut, his omnibus unitim perpensis, vanum sit prætendere, ipsum non annumerari inter Beneficiatos, seu inter illos, qui obligati sunt in nostra Ecclesia ad onera Divinorum Officiorum, ex allegatis supra.

Nec dicatur, quod Episcopi Linati authoritas non
121 se extendebat ad obligandum Vicarium perpetuum ad onera prædicta, eò quia illa non legatur ei attributa in Bulla Clementis VIII.

Ultra quòd enim talis facultas superlativè comprehensa dici potest in illa ampla Potestate, quæ eidem tributa fuit condendi quascunque Ordinatio-
122 nes, & Statuta, concernentia Divinorum Officiorum celebrationem, quorum prima, & principalis pars est onus Missæ conventualis, ex supra allegatis.

Prout etiam omisso, quòd non benè talis facultas post completam Centenariam impugnatur hodiè, eò quia talis observantia operatur ut dispositio ejusdem Clementinæ intelligenda sit eo modo, quo fuit ad praxim reducta, etiam si contrarius intellectus de Jure verior esset, magisque accommodatus
123 verborum sensui, ex adductis *in tom.* 1. *par.* 2. *discept.* 16. *numer.* 101. *& seq.* quibus addo *citatos in decis.* 829. *num.* 9. *coram Dunoz. jun. & decis.* 211. *num.* 7. *part.* 17. *rec.*

Et demùm omisso, quòd vigore ejusdem pacificæ plusquam Centenariæ, observantiæ, allegare possumus mille Apostolica Privilegia, in forma specifica confirmantia dictam erectionem Vicariæ, cum om-
124 nibus oneribus, in illa contentis, omnemque alium meliorem titulum de Mundo, juxtà animadversa *per Sperell. decis.* 37. *numer.* 13. *& seqq. & Card. de Luca de Benefic. disc.* 32. *num.* 2. *&* 4. & firmatur *per Rot. in decis.* 76. *num.* 3. *coram Ansaldo, & decis.* 671. *num.* 16. *part.* 18. *recent.*

Cathegoricè respondendo dicimus, quòd idem unicus actus erectionis Vicariæ perpetuæ non potest exadverso scindi, & in duas partes dividi, acceptando illam, quæ favorabilis est Vicario perpetuo, & reiiciendo aliam, respicientem Onera, correspectivè ad emolumenta, eidem annexa, & imposita, eò quia idem actus in hac parte est individuus, &
125 proinde non potest in una parte acceptari, & in altera reprobari, juxta rotundum *Tex. in l. Pomponius scribit* 10. *ff. de Negot. gest.* ubi *Gloss. verb. Semel probatum*, & animadversa *per Bald. cons.* 10. *per tot. lib.* 2. *& Rota decis.* 13. *coram Mantic. & decis.* 138. *num.* 3. *part.* 18. *recent.* cum aliis allegatis *in Tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 12. *num.* 115.

Strictè proinde nunquam satis repetimus, quòd in hac parte opus habemus recurrere ad voluntatem ejusdem moderni Vicarii perpetui, declarandam mediante speciali, imò individuali Mandato procuræ, an scilicet, & quomodo servare velit Instrumentum erectionis Vicariæ, & nostræ Ecclesiæ Statuta, quæ omnes ejus Antecessores, & ipsemet solemniter cum Juramento inviolabiliter servare promiserunt, procurando, in casu negativæ declarationis, absolutionem à dicto solemni Juramento, ad evitandam perjurii notam, sine qua absolutione, nec audiri po- 126
test, ultra alias pœnas, de quibus *in Instit. Crim. lib.* 3. *tit.* 2. *de Crim. Perjurii à numer.* 56. *usque ad numer.* 63.

Observando hìc, quòd Vicarius perpetuus duplicem in nostra Cathedrali figuram gerit, juxtà reduplicationem illarum Personarum, circa quam inte- 127
grum edidit Tractatum *Carol. Antonius de Luca*, & latè *Ansald. decis.* 55. *numer.* 8. unam scilicet Vicarii perpetui, aliam verò Beneficiati, seu obligati ad divina Officia; Cùmque ratione hujusmodi duplicis 128
Personæ duplicia recipiat commoda, & bursalia Emolumenta, dignum & justum est, ut sentiat etiam utriusque Personæ incommoda, juxta regulam *Text. in l. Secundùm naturam ff. de Reg. Jur.* de qua *Mar. Antonin. Variar. resol. lib.* 1. *resol.* 23. *num.* 4. *& Rot. decis.* 677. *num.* 5. *part.* 2. *& decis.* 23. *nu.* 13. *par.* 18. *recent.*

Taliter, quòd unum de duobus effugere in æternum non poterit, quòd scilicet, vel relinquat qualitatem Personæ, obligatæ ad divina Officia in figura Beneficiati nostræ Ecclesiæ; Vel, si illam retinere intendat, (circa quod audiendus est super ejus præcisa voluntate, legitimo, & authentico modo 129
præcisè declaranda) debeat etiam subire illa onera, quæ ei, uti tali, incumbunt, & ad quæ alii Beneficiati tenentur, eò quia nulla æquitas patitur, nullaque congruentia colorari potest prætensio illa, ut honorem, seu primum locum inter Beneficiatos obtineat, atque Emolumenta, tanquam Beneficiatus, recipiat, & onera, eidem officio annexa, uti Be- 130
neficiatus, supportare recuset, per ea, quæ notant adducti *in Romana Fideicommissi de Matthiettis* 7. *Decembris* 1699. *§. Et ex his coram Ansaldo.*

Nec relevat reflexio, quòd Episcopus Linatus in erectione Vicariæ, ei non injunxerit præcisum onus applicationis Missæ conventualis, quæ neque etiam 131
videatur injuncta à Statutis nostræ Ecclesiæ: Addita ulteriùs prætensa observantia, exclusiva dictæ applicationis.

Dicimus enim, quòd tempore, quo Episcopus Linatus erexit Vicariam, neque demandavit, neque exclusit applicationem Missæ conventualis, eò quia tunc opiniones Doctorum circa dictam applicationem, vel non applicationem, scissæ erant, aliis affirmantibus, negantibus aliis; Et propterea dicen- 132
dum est, id reliquisse Juris communis dispositioni, juxtà firmata *per Rotam in decis.* 171. *numer.* 2. *coram Duran. & in Romana Residui Dotis* 26. *Aprilis* 1698. *§. Hinc nullatenus coram Muto*, cum aliis allegatis *in Tom.* 1. *part.* 2. *discept.* 16. *num.* 105.

Cùmque supervenerint posteà replicata Oracula hujus S. Congregationis, quæ, tanquam Leges, obligant, & dictam applicationem clarè demandaverint omnibus illis Personis, quæ obligatæ erant ad celebrationem dictæ Missæ conventualis, itaut hodiè receptum uno ore sit inter Doctores, celebrationem, & applicationem Missæ conventualis tali- 133
ter inter se esse connexas, ut una non possit ab alia separari ex adductis *per Possevin. de Offic. Curat. par.* 5. *cap.* 2. *num.* 22. *&* 25. *Pignatell. consult.* 139. *num.* 13. *tom.* 1. *& Monacell. in Formular. tom.* 4. *num.* 234. *fol.* 25. *in Suppl. tom.* 1. ubi innumeras refert, & sequitur Resolutiones hujus Sac. Congregationis, quibus addo duas alias recentiores *in Camerinen.* 28. *Junii* 1708. *& in Firman.* 17. *Junii* 1713. Nullo Jure, nul- 134
loque prætextu potest hodie exaggerari factum Episcopi Linati pro exclusione applicationis dictæ Missæ, sed recurrendum est ad Juris dispositionem, & ad elementares propositiones, replicatis Oraculis hu-

jus Sacræ Congregationis roboratas, ut Canonici, Beneficiatis, Mansionarii, & quocumque alio nomine appellentur Personæ illæ, obligatæ ad celebranda divina Officia, & ad Missam conventualem, ex eodem fonte,
135 & principio eodem tempore obligatæ sint ad applicationem ejusdem Missæ conventualis, improbata quacunque contraria consuetudine, etiam si in fundatione eadem applicatio præcisè non reperiatur injuncta, & non attenta tenuitate Redituum, & Præbendarum, juxta punctuales Resolutiones, supra citatas.

Nec est, cur Episcopus replicet, quòd hoc admisso, prout revera innegabile est, sequeretur magna inæqualitas inter Vicarium perpetuum, ex una parte obligatum ad eandem Missam conventualem omnibus die-
136 bus ferialibus, & inter omnes alios Canonicos, & Beneficiatos ex alia parte, quorum primi celebrant solùm diebus festis, alii verò iis tantùm diebus, quibus Vicarius perpetuus, ejusque Sacrista, sunt impediti.

Nescimus enim videre, quonam colore dictus Episcopus hanc promoveat exceptionem; Ipse enim eo tempore, quo videt, in sua Cathedrali punctualiter adimpleri onus Missæ conventualis, contentus in hac parte esse debet, & non habet in hac parte necessitatem aliquam,
137 nemine instante, videre, an unus celebret plures, vel minores Missas; Præcipuè quando in hac parte non fiunt novitates, sed inter dictos Celebrantes pacificè, & punctualiter servatur antiquissimum solitum plusquam Centenariæ observantiæ.

Hoc autem omisso, legaliter eidem exceptioni respondendo, dicimus, quòd illa, uti de Jure Tertii, non se conquerentis, neque in hac Causa comparentis, alle-
138 gari non potest ab Episcopo, ex adductis *per Repetentes in leg. 2. ff. Exception. rei judicat.* cum aliis *apud Rotam in decis. 214. num. 8. & decis. 216. n. 9. coram Priolo, & decis. 34. num. 15. & 16. coram Zarat. & decis. 56. num. 1. cor. Ansaldo.*

Cæterum non omittimus observare, quòd hujusmodi onus applicationis Missæ non potest dici novum, & ultimo loco impositum, sed sunt verba *Monacelli*, plures allegantis Concordantes, & sequentis punctuales Resolutiones hujus Sacræ Congregationis, frustra hic transcri-
139 bendas, *in Formul. tom. 1. in Appendic. fol. 356. num. 12. Est Onus de Jure impositum in Fundatione*, solùmque, mediantibus Oraculis hujus Sacræ Congregationis, ad summum dici potest hodie determinatum id, quod priùs ex oppositis Doctorum sententiis certum non erat. Unde eò minus locus est criticationi ejusdem oneris, quod ipsemet Episcopus, uti in Jure fundatum, mediante suo Decreto canonizavit, & servari mandavit.

Palpatur igitur manibus magnum, ac insopportabile gravamen dicti Decreti in ea parte, in qua præcipit, Canonicis, ut ex eorum propria Bursa, seu particularibus Redditibus, obligatos esse solvere Elemosynam Missæ conventualis, tam Vicario perpetuo, quàm aliis, qui,
140 eodem impedito, idem onus subire tenentur; Quia hoc modo imponitur hujusmodi onus eisdem dumtaxat Canonicis, privativè quoad omnes alios, obligatos ad divina Officia, & participantes de Redditibus, à Benefactoribus pro iis relictis, quod non videtur neque dignum, neque justum, ex supra animadversis.

Non potest autem idem palpabile gravamen colorari eo prætextu, quòd dicta Elemosyna Missæ conventualis non debet desumi à Massa capitulari, sed ab aliis Red-
141 ditibus Capituli, juxta aliud Decretum ejusdem Episcopi.

In Facto enim supponere est, quòd Capitulum Cathedralis Burgi S. Donnini nullos alios habet Redditus, præter illos, qui percipiuntur a Capitalibus, per pios Benefactores ipsi relictis, cum onere, sive Missarum, sive Anniversariorum, sive Distributionis Dotium, sive aliorum similium onerum, quibus Canonici punctuali-
142 ter satisfaciunt cum dictis Redditibus, Quod factum & inconcussum solitum Episcopum non latet, quia in Visitatione omnia Instrumenta, & onera diligenter observavit, & recognovit, adeout eodem tempore noverit etiam, quamplura Legata indigere reductione, ex quo Redditus Capitalium, ad dictum effectum relictorum, non correspondeant oneri à Benefactoribus injuncto. Et quatenùs placeat gravare Capitulum transmissione omnium Testamentorum, ex quibus liquidò constat, tam de Capitalibus relictis, & constantibus summam, de qua in Summario, quàm de oneribus, injunctis Canonicis, isti æquo animo succumbent dispendio extractionis, ut hæc veritas, cæteroquin non impugnabilis, quia nota Episcopo, ictu oculi ex sola lectura eorundem Testamentorum elucescat Sacræ huic Congreg.

Ultra quòd veritas hæc probata particulariter remanet quoad Capitale Librarum 22. mil. ex Testamento Canonici Bagarotti, de quo in Summ. & quoad Domum, & alia bona ex Testamento Canonici Cæsaris de Comitibus,
ex alio documento, & generaliter supponunt ipsamet De- 144
creta Episcopi, dum loquuntur de ista Massa, ibi: *Redditus, & Introitus Capitalis debeant tantummodò expendi pro adimplementis Legatorum*, & infra: *Item decrevit, Missas, quas celebrari facere debet Capitulum pro implemento Legatorum ejusdem Capitalis &c.* & consequenter impugnari non potest; In omnem verò eventum de facili tol-
li poterit hujusmodi incongrua exceptio, quia veritas est 145
una, & Canonici non putarunt, eam esse exadversò impugnandam.

Quatenùs verò circa hoc aliqua superesset difficultas, quod non credimus, poterit differri resolutio, quia ab hac facti inspectione, nedum dependet solutio Elemosynæ unius julii erga Vicarium, & Residentes pro applicatione Missæ conventualis, verùm etiam augumentum distributionis pro secunda Missa conventuali in diebus Vigi-
liarum, & Quatuor Temporum, quod pariter Episco- 146
pus mandavit desumi ex dictis propriis Redditibus Canonicorum. Necnon ab eadem pariter inspectione pendet resolutio alterius Dubii, jam subscripti à Secretario; An Canonici potuerint privari talibus Redditibus, solitis inter ipsos dividi, adimpletis adimplendis.

Procedentes autem pro nunc cum dicto supposito, semper verum est, quòd Decretum Episcopi non potest subsistere, nec etiam in ordine ad dictam Elemosynam pro Missa applicanda, etiamsi Vicarius, & Beneficiati inæ-
qualiter fuisset gravati applicatione, quia recurrunt supe- 147
riùs deducta in ordine ad obligationem, quæ inest, & Vicario, & Beneficiatis applicandi, pro omnibus illis diebus, quibus celebrant, & recurrunt deducta supra, ut super hujusmodi Redditibus, uti propriis Canonicorum,
non potuerit manus apponere Episcopus, ac de illis con- 148
tra voluntatem, tam Benefactorum, qui illa potuerunt relinquere cum conditionibus, sibi benè visis, & Juri communi contrariis, quàm Capituli, participes facere, & Vicarium perpetuum, & alios Beneficiatos, saltem in ea parte in qua Missæ applicatio respectu eorundem oritur ex propria obligatione.

Verùm nec ex toto genere congruit gravare istam Massam, & hujusmodi Redditus Canonicorum pro habenda applicatione Missæ conventualis, tum attenta tenuitate, revera commiseranda, Præbendarum cano-
nicalium, & quæ potiùs merentur augumentum, quàm 149
diminutionem, & tum attento, quòd suppositum superextans dictorum Redituum, sive sit in summa calculata per Thesaurarium, sive in majori, pendet ab
incerto, quia potest contingere, ut quandoque exitus 150
superet Introitum, & talis distributio, seu Elemosyna debet esse certa, ne negligetur; Ultra quamquòd debet semper tertia, vel quarta pars Legati superesse in reddito, ut securitas habeatur pro adimplendo eodem Legato.

Demum non omittimus observare quod demandata per Episcopum sunt inductiva novitatum, omnibus Juribus inviiarum, per ea, quæ notant *Capon. discept. 85. num. 11. & seqq. & Rota decis. 19. in fine apud Anto-
nell. de Jurib. Cler. & in Aretina Jurium Parochialium 151
5. Januarii 1703. §. Cæterum coram Ansaldo*, Itaut in omnem casum, quatenus istis novitatibus locus dari velit, meliùs, atque congruentiùs erit; ut Vicarius perpetuus, relinquendo figuram Beneficiati nostræ Ecclesiæ, se restringat ad illam Parochi, & potiatur sua Con-
grua scutorum centum monetæ, sibi in erectione Vi- 152
cariæ assignata, ultra Emolumenta Curæ, quæ sunt longè majora, relinquendo curam Canonicis, aliisque Beneficiatis nostræ Ecclesiæ, tam celebrationis, quàm applicationis Missæ conventualis diebus ferialibus, & hoc modo res erit de facili expedita.

Quæ

Quæ ex abundanti solùm insinuamus, ad hoc, ut
omnibus patent, quòd, licèt laudem mereatur zelus
Episcopi in ea parte, in qua injunxit, tam applica-
tionem Missæ conventualis, quàm superadditionem
Missarum tempore Vigiliarum, & Quatuor Tempo-
153 rum; Attamen aliis relinquimus judicandum, an lau-
dandus videatur in ea parte, quæ respicit gravamina,
imposita propriæ Bursæ Canonicorum; cum insubsi-
stenti supposito, quòd applicatio, & nova celebratio
dictarum Missarum respectivè sint privativa onera
eorundem Canonicorum, dum ex hucusque animad-
versis remanet clarum, illa esse communia, tam Vi-
cario perpetuo, quàm Beneficiatis nostræ Ecclesiæ;
154 Longè autem laudabilius fuisset imitari in hac parte
zelum Episcopi Pallavicini, qui non ex Bursa Cano-
nicorum, sed ex aliis piis Relictis, aliundè providè
acquisitis, procuravit augumentum divini Cultus no-
stræ Cathedralis in recitatione Horarum canonicarum
per totum anni cursum.

IN EADEM CAUSA.

OMissa discussione primi Dubii, in quo generali-
ter quæritur, *An sit onus Capituli Ecclesiæ Ca-
thedralis quotidiana applicatio Missæ conventualis*, cujus
affirmativam resolutionem ultrò admittimus, in seque-
lam multorum Oraculorum hujus Sacræ Congrega-
155 tionis, quæ sequutus fui *in Institut. Crimin. lib.* 1. *tit.*
10. §. 2. *de Crimin. merè Ecclesiast. innominat. num.* 138.
& seqq. quibus addo aliam *in Camerinen.* 9. *Julii* 1714.
lib. 64. *Decretorum fol.* 136. ea ratione, quia Compo-
nentes Capitula Ecclesiarum Cathedralium, & Colle-
giatarum, atque Participantes de illarum Emolumen-
156 tis, percipiunt Fructus suorum Beneficiorum sub onere
inserviendi propriæ Ecclesiæ in celebratione divino-
rum Officiorum, quorum præcipua pars est applicatio
Missæ conventualis.

Deveniendo ad secundum -- *An Dignitates in sole-
mnioribus festivitatibus, Canonici in diebus festis, & Vi-
carius perpetuus in feriis, seu diebus ferialibus, tenean-
tur applicare Missam conventualem pro Benefactoribus ad
formam Decreti Episcopi* -- illius affirmativam resolu-
157 tionem non impugnamus, & Episcopus impugnare
non potest, cùm nil aliud sit, quàm proprium Decre-
tum, datum in Summario. Ne verificetur inconve-
158 niens illud, de quo *in l. Generaliter, vers. Nimis enim
Cod. de Non num. pecun.* quam sequuntur citati *in Tom.*
1. *p.* 1. *discept.* 13. *num.* 57.

Præcipuè quia idem Decretum Episcopi concordat
cum clara lege, adjecta in erectione Vicariæ, in e-
xequutionem Bullæ Clem. VIII. die prima Augusti
1607. per Episcopum Linatum facta, ibi. *Vicarius te-
neatur, & obligatus sit in dicta Ecclesia Cathedrali ca-
nere, & dicere singulo die Missam conventualem, perin-
teresse, & adjuvare divinis Officiis, celebrandis in dicta
Ecclesia, cessante tamen impedimento Curæ prædictæ, &
demum ea omnia facere, et exequi, quæ Curatores dictæ
Ecclesiæ consueverunt hucusque facere.*

Concordat pariter cum Statutis nostræ Ecclesiæ, in
quorum cap. 13. cubitalibus literis disponitur, ut *cæ-
teris diebus, quibus Canonici non celebrabunt, Vicarius*
160 *perpetuus Curæ, tam Missam conventualem, quam Ve-
speras, Matutinum, cæterasque Horas canonicas, et Of-
ficia divina exordiatur, et perficiat.*

Quæ Statuta Dignitates omnes, & Canonici (sunt
verba eorundem Statutorum) *tam præsentes, quàm*
161 *futuri, Vicarius verò perpetuus, Residentes Beneficiati etc.
jurent, quantùm humanæ imbecillitatis vires patiantur,
ejusmodi Statuta integrè, et inviolatè servaturos*; Prout
punctualiter semper practicatum fuit, & modernus e-
tiam Vicarius perpetuus practicavit.

Eorundemque Statutorum punctualem observantiam
uniformi zelo, & commendabili attentione demanda-
runt in eorum Synodis omnes Episcopi nostræ Cathe-
dralis, ut de Episcopo Linato, qui Vicariam perpe-
tuam erexit, videre est in Summario. De Episcopo
Puteo, qui ulteriùs præcisè descendendo ad celebra-
162 tionem Missæ conventualis præcipit, ibi -- *Missas au-
tem majores, & Vesperas cantent ii, quibus ex consue-
tudine, vel Statuti Locorum &c. injunctum fuerit* -- De
Episcopo Pallavicino, qui pariter descendendo ad ce-
lebrationem Missarum idem punctualiter demandavit,
Et de Episcopo Caranza.

Concordat ulteriùs idem Decretum moderni Epis-
copi cum solemni Concordia anno 1695. mediante in-
terpositione, ac authoritate Episcopi Caranzæ tracta-
ta, & conclusa inter tunc temporis Vicarium perpe-
tuum, & Consortiales, in qua primò, & principaliter
conventum fuit: *Che sarà a carico del Vicario perpe-* 163
*tuo, e il Sagrestano cantare, e far cantare quotidiana-
mente la Messa conventuale in detta Chiesa Cattedrale.*

Et demum concordat cum antiquissimo solito, ac
immemorabili consuetudine nostræ Ecclesiæ, exadver-
so neque impugnata, neque impugnabili, secundum
quam ab erectione Vicariæ perpetuæ usque ad hodie 164
semper punctualissimè adimpleta fuit dicta obligatio
Vicarii perpetui, celebrandi dictam Missam conven-
tualem diebus ferialibus.

Quæ omnia, præcipuè simul juncta, ut in qualibet
materia faciendum esse, monent adducti *in decis.* 39.
num. 9. *coram Zarate*, superlativè comprobant, & ad 165
oculum demonstrant justitiam, & solidum fundamen-
tum dicti novissimi Decreti Episcopi, ut, consideran-
do efficaciam tenoris erectionis Beneficiorum, notant,
communiter *Repetentes in Clementin. Quia contingit* §. 166
1. *de Religios. Dom. Butr. cons.* 4. *num.* 1. *Lambert. de
Jurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *qu. princip.* 9. *artic.* 1. *num.*
1. *& Rota coram Buratt. decis.* 481. *numer.* 13. *& cor.
Dunoz. jun. dec.* 952. *num.* 1. Et considerando vim,
& efficaciam Statutorum Ecclesiarum, advertunt *Abb.* 167
in cap. Quod Clerici num. 23. *de For. compet. Felin. in
cap. Omnes num.* 1. *de Constitut. Ricciull. Variar. Lu-
cubrat. tit. de Confratern. cap.* 5. *nu.* 1. *in fine, & Rot.
decis.* 265. *num.* 5. *cor. Pamphil. & decis.* 30. *num.* 59.
cor. Ansaldo; Cum quibus processit hæc Sac. Congre-
gatio in *Cavallicen. Fructuum* 24. *Januarii* 1698. re-
scribendo pro punctuali exequutione alterius Statuti
Ecclesiæ Cathedralis Cavallicen. Et considerando pon- 168
dus Synodalium Constitutionum, quæ vim Legis ha-
bent, observant *Ferret. consil.* 468. *sub num.* 16. *Mas-
sobr. de Synod. cap.* 4. *dub.* 41. *Card. de Luca de Jurisd.
disc.* 46. *sub n.* 5. *& Rot. decis.* 229. *num.* 4. *cor. Man-
tic. et dec* 74. *nu.* 21. *cor. Zarate*. Et considerando vim
Transactionis, seu Concordiæ, authoritate Ordinarii 169
roboratæ, egregiè *Rota decis.* 54. *num.* 1. *cor. Beninca-
sa*, & concordant *Natta consil.* 41. *num.* 9. *et seqq. De-
cian. Respons.* 28. *num.* 11. *et* 12. *tom.* 3. *et decis.* 118. *n.*
6. *et* 7. *part.* 19. *rec.* Et demum considerando vigorem 170
antiquissimæ consuetudinis, advertunt *Suarez de Relig.
tom.* 2. *lib.* 4. *de Hor. canon cap.* 12. *sub num.* 13. *Trul-
lench. in Explic. Decalog. lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 7. *num.* 2.
vers. Quarum, Garz. de Benef. part. 3. *cap.* 2. *numer.*
528. ubi, quòd ita in pluribus Ecclesiis practicatur,
Ceccoper. Canonic. Lucubrat. lib. 3. *num.* 48. *versicul. Hu-
jusmodi, et Barbos. de Canon. cap.* 34. *numer.* 12. *et* 13.
Cum quibus processit hæc Sacra Congregatio in *Ale-* 171
xandrina 26. *Aprilis* 1653. *et in Burgen. anni* 1660.
et in Cæsenaten. 24. *Maii* 1661. *ad secundum Dubium*,
quas refert, & sequitur *Crispin. nella Visita Pastor. p.*
2. §. 20. *n.* 34. 37. *et* 39.

Addito, quòd hujusmodi laudabile Solitum nostræ
Ecclesiæ, & similis consuetudo non est res nova,
dum habemus in hac parte quotidiana, & notoria
exempla Ecclesiarum Patriarchalium Urbis, in qui-
bus Missa conventualis diebus festivis celebratur, &
canitur à Canonicis, diebus verò ferialibus à Benefi-
ciatis, & Clericis beneficiatis; Urbis autem solitum 172
magnifaciendum esse in his materiis, observant *Bar-
bos. de Potest. Episcopi par.* 3. *allegat.* 76. *num.* 35. *et
Card. de Luc. de Judic. disc.* 37. *sub num.* 20. *et Rota dec.*
469. *num.* 62. *et decis.* 560. *num.* 2. *et* 3. *part.* 19. *re-
centior.*

Idemque practicari in Cathedrali Neapolitana, in
qua diebus feriatis eadem Missa conventualis canitur
ab Hebdomadariis, testis est *Cirill. Quæst. Jur. cap.*
6. *num.* 1. Et de Cathedrali Montis Politiani id ob-
servat *Fagnan. in cap. Ut Abbates num.* 53. *et numer.*
88. *de Ætate, et qualit. Ordinand.* Et de Cathedrali
Cæse-

174 Cæsenaten. habemus punctualem Resolutionem hujus Sacræ Congregationis in *Cæsenaten. Missæ conventualis* 14. *Maii* 1661. de qua *Crispin nella Visita Pastorale p.* 2. §. 20. *n.* 37.

Pro quorum admissione observandum est, quòd vigore ejusdem immemorabilis consuetudinis, nedum allegare possumus mille Apostolica Privilegia, confirmantia erectionem Vicariæ perpetuæ, omnemque alium meliorem, & efficaciorem titulum, juxta animadversa *per Sperell. decis.* 37. *num.* 13. *et seqq. et Card. de Luc. de Canon. disc.* 11. *n.* 6. & firmata *per Rot. in decis.* 22. *nu.* 4. *part. octava , et decis. setuagesima sexta, num.* 5. *cor. Ansaldo*.

175 Sed ulteriùs est omni animadversione digna reflexio illa, quòd hujusmodi onus Missæ quotidianæ, nedum pro diebus ferialibus, sed pro toto anno, non est nova obligatio, gratis iniuncta Vicario perpetuo in erectione dictæ Vicariæ, & confirmata in dd. Statutis,
176 & Synodis, sed est illamet numero obligatio, quam habebant Parochus, & duo Cappellani nostræ Ecclesiæ, illius Coadjutores in Cura, antequam illa erigeretur in Cathedralem, ut videre est in dicta Bulla Erectionis; Dumque in erectione dictæ Vicariæ perpetuæ se obligaverint antecessores Vicarii *ea omnia facere,*
177 *et exequi, quæ Curatores dictæ Ecclesiæ consueverunt hucusque facere etc.* Necnon *adimplere omnes, et quascumque consuetudines, quas Curatores d. Ecclesiæ hucusque servaverunt, et adimpleverunt*. In manifestam venit consequentiam, quòd non sumus in terminis obligationis novæ, sed iam præexistentis.

Fortiùs, quia correspectivè ad idem onus, in erectione dictæ Vicariæ specificè iniunctum, nedum fuerunt eidem assignata scuta centum monetæ, ultra alia Emolumenta ratione exercitii suæ Curæ, Sed ulteriùs fuit
178 postea Vicarius perpetuus à Canonicis gratiosè admissus ad participationem insignis Legati, facti nostræ Ecclesiæ per Canonicum Bagarottum. Imò in dicta erectione Vicariæ pro eo tempore, quo est impeditus ab exercitio Curæ, demandatur exprefsè, ut lucrari possit suas Distributiones, etiamsi Choro, & Divinis Officiis non intersit, quæ exemptio, & singulare pri-
179 vilegium nulli alteri Chori servitio Addicto competit. Itaut hodie longè melioris conditionis sit idem Vicarius perpetuus, ac sint multi Canonici nostræ Ecclesiæ, quorum Redditus nimis tenues sunt, ut iustificamus in Summ.

Nec dicatur, quòd erectio Vicariæ perpetuæ loquatur de sola celebratione Missæ conventualis, non autem de illius applicatione, quòdque proinde Vicarius perpetuus non teneatur ad talem applicationem, eò quia ab
180 obligatione celebrandi Missam non inferatur ad obligationem illam applicandi.

Respondemus enim, quòd, quidquid sit de aliis Missis, ex particulari Legato, vel titulo celebrandis, pro commoditate Populi, vel Confratrum, ad faciliorem viam sternendam Præcepto audiendi Missam, in quibus terminis loquuntur authoritates, exadversò forsan citandæ, talis regula non procedit in obligatione celebrandi Missam conventualem, ea ratione, quia hæc
181 nullo modo separari potest ab applicatione pro Benefactoribus, ut, omissis Doctorum authoritatibus, de quibus *Possevin. de Offic. Curati quæst.* 5. *cap.* 2. *num.* 22. *et* 25. *et Pignatell. consult.* 139. *num.* 13. *et consult.* 321. *num.* 1. *tom.* 1. *et consult.* 61. *nu.* 20. *tom.* 3. *et Monacell. in Formul. tom.* 4. *in supplem. ad primum tom.* 234. *fol.* 25. in nostris terminis respondit hæc Sacra Congregatio *in Forosempronien. septimo Augusti millesimo sex-*
182 *centesimo octuagesimo tertio, lib. trigesimo tertio Decretorum fol.* 250. *et in Civitatis Castellanæ* 10. *Martii* 1690. *lib.* 40. *Decr. fol.* 117. *&* *in Feretrana* 25. *Septemb.* 1694. *lib.* 44. *Decretorum fol.* 495. *et in Camerinen. Applicationis Missæ conventualis* 28. *Junii* 1708. *lib.* 54. *Decret. fol.* 271. *ac in Firmana Applicationis Missæ conventualis* 17. *Junii* 1713. *lib.* 64. *Decret. fol.* 237. In quarum punctualium resolutionum huius Sacræ Congregationis con-
183 flictu, in nulla prorsus consideratione habendæ sunt particularium Doctorum authoritates, ex adductis *in Tomo primo, part. secunda, disceptation.* 26. *numer.* 99.

Minùs credimus, in hac parte criticandam potestatem Episcopi Linati, imponendi Vicario perpetuo dictum onus Missæ Conventualis, dum processit ad erectionem Vicariæ in exequtionem facultatum, sibi tributarum in Bulla erectionis Collegiatæ in Cathedralem, in qua 184
impertita eidem fuit ampla facultas condendi quascumque Ordinationes, & Statuta super celebratione Officiorum, juxta præcisa verba dictæ Bullæ quorum principalior pars est celebratio, & applicatio Missæ conventualis, *ex animadversis supra*, & proinde eadem Statuta, uti condita in exequutionem dictæ facultatis Pontificiæ, vim Papalium Constitu- 185
tionum habere dicuntur, ex firmatis *per Rotam in Firmana annuæ Præstationis* 15. *Junij* 1705. §. *Omnisque coram Molines*, quam sequutus fui *in tomo primo par.* 2. *discept.* 18. *num.* 5.

Ex quibus remanet pariter sine fundamento alia contraria prætensio, quòd Vicarij perpetui celebraverint quidem Missam conventualem, sed illam non applicaverint, excludendo hoc modo vim dictæ observantiæ, & antiquissimi Soliti. Quia ex una parte nullum exadversò affertur documentum hujus gratuitæ accessionis; Ex alia verò, posita dicta clara, & innegabili obligatione Vicariorum perpetuorum, omnis præsumptio militat pro illius punctuali observantia ex 186
adductis per *Menoch. de Præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 2. *in principio, Conciol. Resol. crim. verb. Delictum resol.* 1 *num.* 1. *&* *Rot. decis.* 132. *num.* 13 *coram Emer. jun.*

Remanet pariter cathegoricæ responsum contrariæ exagerationi, quòd nulla adsit inter onus omnium Canonicorum celebrandi, & applicandi Missam solùm diebus festivis, ac inter onus solius Vicarij perpetui illam celebrandi, & applicandi omnibus diebus ferialibus, qui longè superant festivos; Si enim Vicarius perpetuus, ultra dictum singulare Privilegium, 187
exemptivum à Choro, longè majores habet Redditus in concursu Canonicorum nempè annua Scuta centum monetæ, quæ tenetur ei punctualiter exbursare Episcopus, in exequutionem Instrumenti erectionis Vicariæ, omnia Emolumenta, ac Incerta ratione Curæ, necnon participationem Legatorum, à diversis Benefactoribus relictorum nostro Capitulo, dignum, & justum est, ut majora etiam supportet one- 188
ra, juxta regulam *Text. in l. Secundùm naturam ff. de Reg. Jur.* de qua *Rota in Gerunden. Prioratus* 26 *Junij* 1698. §. *In idem coram Lancetta*.

Ultra quod redit semper eadem solida reflexio, quòd onus Vicarij perpetui non est novum, noviterque eidem impositum à moderno Episcopo, sed est illud idem, quod habebant illi, qui Curam nostræ Ecclesiæ exercebant ante erectionem in Cathedralem, & in quorum locum ipse subrogatus fuit, & om- 189
nes illius Intercessores per spatium centum, & ultra annorum pacificè, ac libenter adimpleverunt. & propterea est Mundum revolvere post adeò longum tempus, & post adeò longævam uniformem, & pacificam observantiam, prętendere revisionem ejusdem oneris, sed Vicarius per illam viam incedere debet, 190
quam Majores instituerunt, ut notat *Gonzal. in cap. Consuetudinis num.* 2. *&* 3. *de Consuet.* & confirmavit *Rota in decis.* 212. *num.* 3. *&* 4. *part.* 17. *recent.* ubi, quòd nimis durum est immutare ea, quę longo temporis cursu servata sunt, *&* *in Pampilo-* 191
nen. Manutentionis 10. *Maij* 1706. §. *In fine coram Caffarello*.

Ex hac autem solida animadversione corruit etiam alia contraria reflexio, quòd in Bulla erectionis in Cathedralem nulla fiat mentio hujusmodi Oneris, Vicario perpetuo imponendi. Vltra quod enim illud plusquam tacitè continetur sub ampla facultate, concessa Episcopo, condendi quascumque Ordinationes super celebratione divinorum Officiorum, quorum 192
prima, & principalior pars est celebratio Missæ conventualis; Strictè dicimus, nunquam satis repetimus, dictum onus esse illud idem, quod habebant Parochus, & duo illius Curatores, seu Coadiutores ante erectionem Cathedralis, & proinde nulla alia requirebatur magis specifica mentio in Bulla Erectionis pro impositione illius oneris, quod

non

non erat de novo imponendum, sed aderat etiam antea, & incumbebat Habenti curam Animarum, &
193 duobus ejus Coadjutoribus, in quorum locum subrogatus fuit Vicarius perpetuus ex adductis *in decis.* 33. *num.* 2. *cor. Cerro.*

Ante discussionem tertii Dubii observo, nullam habere facti assistentiam contrariam prætensionem, ut destinatio unius julii pro qualibet Missa conventuali re-
194 spiciat illius distributionem, non autem applicationem. Verba enim ultimi Decreti sunt in hac parte nimis clara, & æquè cubitalia, ibi -- *Pro præfata Missa conventuali applicanda.*

Hoc præmisso, negativa resolutio dicti tertii Dubii, *An Dignitatibus, Canonicis, & Vicario perpetuo debita sit Eleemosyna unius Julii pro qualibet Missa conventuali,*
195 *ultra Emolumenta Præbendarum, & Vicariæ perpetuæ,* videtur ad hominem inferri ex affirmativa resolutione primi, & secundi Dubii. Si enim celebratio Missæ conventuali de Jure, attentis claris verbis erectionis Vicariæ, spectat ad Dignitates, Canonicos, & Vicarium perpetuum, illiusque applicatio fieri debet pro Benefactoribus, uti pars divinorum Officiorum, exa-
196 nimadversis in primo, & secundo Dubio, & notat *Donat. Rer. regular. tom.* 3. *tract.* 2. *qu.* 102. *n.* 4. & solvit *hæc Sacra Congregatio in dicta Cæsenaten. Missæ conventualis* 24. *Maii* 1661. *ad primum Dubium,* referente *Crispino nella Visita Pastor. part.* 2. §. 20. *sub num.* 37. In necessariam venit consequentiam, quòd Obligati ad celebrandam dictam Missam conventualem, pro applicatione, non possint prætendere aliam distinctam Eleemosynam unius julii, ea ratione, quia aliàs pro unica Missa duplex reciperent stipendium, quod permis-
197 sum non est, juxta punctuale Oraculum hujus Sacræ Congregationis *in Fulginaten* 24. *Januarii* 1660. per extensum relatum ab eodem *Crispin. ubi supra n.* 36.
198 cum aliis, quos referunt, & sequuntur *Gavant. ad Rubric. Missal. tom.* 1. *par.* 13. *tit.* 12. *num.* 5. *Garz. in Summ. Moral. tract.* 3. *diffic.* 3. *dub.* 6. *num.* 3. *et Barbos. de Paroch. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 13. cum aliis allegatis *supra.*

199 Respectu aliorum Dubiorum satis dictum est supra.

DISCEPTATIO XV.

Anconitana prætensæ Electionis Fori

PRO

Communitate Anconæ

CUM

Josepho Bonfilio, aliisque Aromatariis Civitatis Anconæ.

ARGUMENTUM.

Pharmacopola Clericus an teneatur observare Leges seculares, Pharmacopolis præscriptas à Tribunali laico; Præcipuè quando ipsius respectu non verificantur Requisita Concilii, & in aperitione Aromatariæ se obligavit, illas servare.

INTER cæteras antiquas municipales Sanctiones, quas pro publico bono suorum Subditorum, & Incolarum ediderat Anconitana Civitas, eam habet præcipuam ordinationem, quòd Pharmacopolæ, sive Aromatarii ejusdem Civitatis nequeant mercimonio exponere, ac vendere Aromata simplicia, vel composita,
1 nisi priùs à Legum Conservatoribus, una cum Physicis, ad stipendia eiusdem Civitatis conductis, fuerint visitata, ac salubria, proficuaque recognita, & approbata forent, quemadmodum iidem Legum Conservatores una cum Physicis ipsius Civitatis semper, & utiliter huiusmodi visitationes expleverunt; Cùmque Protomedicus, & Physici Almæ Urbis eandem Jurisdictionem turbare præsumpserint, prætendendo Jus visitandi Aromatarias nostræ Civitatis ad eos spectare: Hinc 2
Pius IV. huiusmodi insubsistentem prætensionem penitus abolevit, mediante eius Apostolico Diplomate, seu Brevi, edito anno 1560. quo easdem municipales Sanctiones, & Jurisdictionem nostræ Civitatis approbavit, & confirmavit, privativè ad ipsum Protomedicum, & Physicos Urbis sub clausula Sublata, & decreto irritante.

In sequelam huiusmodi vetustissimæ Jurisdictionis Civitas Anconæ mediantibus suis Legum Conservatoribus, & Physicis conductis annis singulis visitare consuevit omnes eiusdem Civitatis Aromatarias, necnon proficuas interdum indicere Leges, bonum illarum regimen, totiusque Populi salutem, & incolumitatem respicientes, prout inter Partes non ambigitur, & signanter 3
de anno 1686. cùm Aromatarii Pharmacorum pretia iniustè augere molirentur, re maturè digesta, in publico eiusdem Civitatis Consilio, & cum approbatione quoque b. m. Sfortiæ tunc temporis Gubernatoris, publicata fuerunt nonnulla Capitula, sive Ordinationes, quibus mediantibus stabilita fuit unicuique speciei Pharmacorum, sive Medicinalium certa Taxa, in posterùm inviolabiliter servanda sub pœna falsi, & amissionis Crediti, contra illam quoquomodo Alternantes, & Trans- 4
gredientes, cuius quidem Taxæ, & Capitulorum observantia eiusdem Districtui quoque iniuncta extitit de annis 1712. & 1714. de mandato R. P. D. Lercarii hodie S. R. E. Card., & R. P. D. Stampæ, tunc temporis Gubernatorum sub aliis pænis & signanter suspensionis ab exercitio Professionis, ac scuti 100. Locis piis applicandorum.

Omnes Aromatarii nostræ Civitatis huiusmodi Taxam medio eorum Juramento fideliter observare promiserunt, eandemque obligationem renovarunt alternis vicibus in actu Visitationum, quæ fieri contigerunt. Præcipuè verò Joseph Bonfilius, alter ex Oppositoribus continuare cupiens Artem Aromatariæ eius Avunculi, supplicem porrexit Libellum pro Licentia nostris legum Conservatoribus sub promissione observandi omnia præfata Capitula, & Ordinationes Civitatis, qua sub ista conditione illi concessa, idem Bonfilius Jure iurando se 5
obligavit, eadem Capitula, & Taxam Aromatariorum fideliter observare.

His tamen non attentis, Lex ipsa, sanctissimè indicta, ac reiterato Sacramento exadverso acceptata, passim eludebatur, quia Medicinalium, & Pharmacorum pretia ad placitum ipsorum Aromatariorum contra formam Taxæ alterabantur; Quapropter delato Recursu ad Tribunal nostrorum Legum Conservatorum, mediante Querela trium Nobilium Virorum, præsertim contra præfatum Bonfilium, atque urgentibus etiam a- 6
liis Populi conquestionibus adversùs alios Aromatarios, consimilia delicta perpetrantes, fabricari cæpit Processus criminalis; Cùmque iam immineret contra Reos pronunciatio, & incursæ pœnæ impositio, dum ex ipsorum Aromatariorum inquisitorum Libris, corpus delicti constituentibus, Partitisque evidenti alteratione delictum patens evaserat, duo ex prædictis Aromatariis nempè dictus Joseph Bonfilii, & Felix de Benedictis; ut Legem, & Tribunal eluderent, promeritamque penam evaderent, iuxta solitum Reorum subter- 7
fugium, allegarunt Fori Laicalis declinatoriam, Recursumque habuerunt ad Curiam Episcopalem, monitumque fieri curarunt Petrum Sebastianum Cassarellium, Fiscalem Curiæ Gubernii, cui huius Causæ processura iniuncta erat, quod ipsi tanquam Clerici dijudicari non poterant, nisi per Judicem ecclesiasticum, quòdque, attento privilegio Clericatus, erant prorsùs immunes ab Ordinationibus, & Jurisdictione Conservatorum nostræ Civitatis.

Licèt autem dictus Fiscalis Gubernii statim sub die 6. Julii 1716. comparuerit in præfata Curia Episcopali, insteteritque, præfatos Bonfilium, & de Benedictis prætensos Clericos, utpotè Conjugatos, nullumque habentes Sacr. Concilii Requisitum, declarari non 8
gaudere privilegio electionis Fori, proindeque allegatam declinatoriam illis non prodesse ad impediendam prosequutionem Processus; Insuperque protestatus fuerit, interim præfatos Libros retinere ad requi-

requisitionem ejusdem Curiæ Episcopalis, hisque omnibus detulerit Vicarius Generalis ejusdem Curiæ; Nihilominùs, mutata postmodum per dictum Vicarium Sententia, indicibili præcipitantia Monitorium rela-
9 xavit contra præfatos Legum Conservatores, ipsis sub pœna Censurarum præcipiendo, ut in termino sex horarum pro trina, & canonica monitione assignato, Libros omnes Laicorum Aromatariorum, ac Processum, tunc usque contra eosdem Aromatarios, merè laicos, fabricatum, ad ipsam Curiam Ecclesiasticam asportari curarent.

Apertissimam hujusmodi violentiam satiùs evadere putarunt iidem Legum Conservatores, ne aliàs publicatis injustis Censuris, optima eorum opinio apud vulgum detrimentum pateretur, ideòque prævia Protestatione, & declaratione non recedendi ab Appellatione, jam interposita adversùs prædictum inordi-
10 natum Monitorium, omnes prædictos Libros, dictumque Processum ad placitum ejusdem Vicarii exhibuerunt, assumptaque in dicta Curia Episcopali disputatione, an præfati prætensi Clerici Conjugati potiri deberent privilegio Fori, placuit eidem D. Vicario hoc Decretum proferre -- *Præfatum Josephum de Bonfilis Clericum, cælibem de tempore commissi delicti, habuisse, & habere Requisita Clericatus ad formam, & juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini, & propterea gaudere debere privilegio Canonis, &*
11 *Fori &c. Quo verò ad D. Felicem de Benedictis Clericum Conjugatum in dicto tempore prætensi commissi delicti, & ad præsens, non constare de Requisitis Clericatus, & propterea non gaudere Privilegio Fori; Pariterque decrevit, & diffinitivè declaravit, Causam prætensæ inobservantiæ Taxæ, aliorumque, contentorum in Processu, constructo à Dominis Conservatoribus Legum, spectare privativè ad Forum Episcopale, tam contra Clericum de Bonfiliis, quàm contra singulos alios Aromatarios.*

Ab hujusmodi intolerabili gravamine, injustoque Decreto definitivo, prævia Processuum trasportatione, Causa per Appellationem delata ad Congregatio-
12 ne Immunitatis ad examen revocari contingunt tria Dubia in fine registranda, quæ juxta modum, inferiùs subnectendum, decidenda videtur.

Quoad primum Dubium negativè videtur resolvendum: Bonfilius enim simplici Tonsura initiatus, qui Matrimonium contraxerat quinque menses ante Inquisitionem, & contra Taxam, & nostras Ordinationes deliquerat, tam de tempore Cælibatus, quàm post Connubium, nunquam incessit in Habitu, & Tonsura Clericali, neque unquam alicui Ecclesiæ servitium præstitit de Mandato Episcopi, sed ab annis
13 ferè 40. citrà continuò exercuit Artem Aromatarii, prout ipse fassus est in ejus Libello, semperque reputatus, & communiter existimatus fuit merè Laicus, tanquam deferens Collare oblongum, vel ut vulgo dicitur *il Fazzoletto da collo bianco*, prout moris est aliorum Civium laicorum, ut plenè deponunt quatuor Testes, formiter examinati, ea propter tanquam incontrovertibiliter destitutus tribus necessariis Requisitis Sacri Concilii Tridentini privilegio Fori gaudere non
14 debet, iuxta literalem Sanctionem eiusdem Sacri Concilii Tridentini, *Sess.* 23. *de Reformat. cap.* 6. ibi -- *Is etiam Fori Privilegio non gaudeat, nisi Beneficium Ecclesiasticum habeat; Aut Clericalem Habitum, & Tonsuram deferat, alicui Ecclesiæ de Mandato Episcopi inserviat*, & tradunt *Covarruvias Pract. quæst. cap.* 31. *numer.* 6. *& sequentibus*, *Bonaccin. Oper. moral. tom.* 3. *de Censur. in Bulla Cæn. disput* 1. *quæst.* 16. *section.* 1. *punct.* 6. *num.* 19. *&* 21. *Pignatell. consultat.* 45. *num.* 17. *tom.* 1. *et tom.* 3. *consultat.* 7. *num.* 6. ubi, quòd ad Clericum spectat docere de adimplemento dd.
15 conditionum, *Cortiada decis.* 127. *num. primo*, 25. *et sequentibus*, *et decis.* 130. *num.* 17. *par.* 3. & de Clerico coniugato resolvit hæc Sac. Congregatio iuxta Decre-
16 tum apud *Ricc. in Synopsi verbo Clerici conjugati n.* 22. Huiusmodique requisita, nimirum Habitus, Tonsura, & servitium Ecclesiæ, necessariò concurrere debere in Clerico, & quidem copulativè, itaut unum, sine alio, non suffragetur, docent *Barbos. ad Conc. dicta section.* 23. *de Refor. capit.* 6. *num.* 21. *et* 29. *del Bene de Immunitat.*
Eccles. tom. primo, *capit.* 4. *dub.* 8. *num.* 39. *Ciarlin.* 17
Controv. c. 53. *nu.* 11. *Bellet. Disquis. cler. p.* 1. *tit. de Fav. cler. person.* §. 8. *n.* 8. *et* 10. *Pignat. tom.* 3. *dict. consult.* 7. *n.* 3. *et* 5. *ac tom.* 7. *cons.* 31. *n.* 2.

Absque eo, quòd ad effectum amissionis Privilegii Fori requireretur, ut Episcopus admonuerit Bonfilium pro observantia Requisitorum, a Sacro Concilio præscri-
ptorum, quia hoc procedebat de Jure Decretalium per 18
Text. in cap. Contingit il 2. *de Sent. excomm. lib.* 5. cuius textus dispositio, nec locum habet in Clerico co-
niugato, ut ibidem notat *Fagnan. num.* 17. *de Grass.* 19
de Effect. Cleric. effect. 1. *num.* 892. At hodie de Jure novissimo Tridentini præfata monitio Episcopi non re-
quiritur, prout de Clerico cælibe non beneficiato, ne- 20
que in Sacris constituto, notant *Barbos. ad idem Concil. sess.* 23 *cap.* 6. *nu.* 22. *et de Jure Eccles. univers. lib. primo*, *capit.* 39. §. 2. *num.* 24. *et* 37. *Panimoll. decis.* 14. *adnot.* 1. *num.* 37. *Capyc. latr. decision.* 173. *num.* 36. *et* 37. *de Grass. de Effect. cleric. effect.* 1. *nu.* 891. *in fin. Ciarlin. controv.* 20. *num.* 58. *et controv.* 53. *numer.* 11. *Sperell. decis.* 26. *num.* 3. *Bellet. Disquis. Cleric. par.* 1. *titul. de Favor. cleric. person.* §. 8. *nu.* 7. *Pignatell. tom.* 3. *consultation.* 7. *num.* 4. *et tom.* 7. *consult.* 31. *num.* 10. *et tom.* 9. *consult.* 21. *num.* 5. *et* 6. *Raynald. in suppl. to.* 4. *ad cap.* 2. *supplet.* 21. *num.* 9. *et* 10. cum aliis, adductis per *del Bene de Immun. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 8. *nu.*
14. & relatis Decretis Sac. Congregationis, *Guazzin.* 21
ad Defens. Reor. defens. 20. *cap.* 9. *n.* 37.

Nil ergo refert, quòd Bonfilius de tempore Delicti esset cælebs, nondumque Coniugium contraxerit; Nulla namque vis constitui valet in simplici celiba-
tu eiusdem, quoties, non solùm non constat, ipsum 22
tunc temporis habuisse, ac servasse omnes conditiones, à Sacro Concilio requisitas, verùm insuper ex Testibus, formiter examinatis, probatur, ipsum nunquam incessisse in Habitu, & Tonsura clericali, & communiter Laicum reputatum fuisse: Et tamen in Italia satis est, quòd Clericus per octo menses Habitum clericalem non deferat, ut indè desertor existimetur, ut tradit *Monacell. Formular. tom. secundo*,
formul. 7. *titul.* 15. *sub numer. secundo*, *versiculo Ita*; 23
Delatio namque Habitus, & Tonsuræ debet esse as-
sidua, nec momentanea, vel interpolata suffragatur, 24
iuxta animadversa per *Pignatell. consultation. trigesima prima*, *numero tertiò*, *et decimoquintò*, *tomo septimò*, *del Bene de Immunitat. Eccles. tom. primo*, *cap. quarto dubit. octava*, *sub numer. decimoquarto*. Itaut cum idem Bonfilius, nec de tempore Delicti, nec de tempore incæpti contra eum Processus, præfatis Requisitis Concilii polleret, meritò potuit Tribunal nostrorum Legum Conservatorum adversùs illum procedere; Imò quatenus etiam postmodum Habitum clericalem reassumpsisset, illi non prodesset, quia postquam Judex Laicus prævenit, reassumptio Habitus censeretur facta
in fraudem sæcularis Jurisdictionis, eaque non obstan- 25
te, Judex laicus procedere valet ad irrogandam pœnam pecuniariam, in Bonis exequendam, iuxta tradita per *Fagnan. in cap. Magnus sub num.* 89. *de Obligat. ad ratiocin. libr.* 1. *Bellett. Disquis. Cleric. tit. de Favor. Cleric. person.* §. 8. *num.* 19. *del Bene de Immunit. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 26. *num.* 1. 2. *et* 5. *et dubit.* 27. *n.* 1. *Pignatell. tom.* 9. *consul.* 21. *à num.* 11. *et sequentib. Monacell. Formul. tom.* 2. *titul.* 15. *formular.* 4. *num.* 18. *Chartar. dec. crimin.* 17. *num.* 29. *et Panimoll. dec.* 6. *adnot.* 6. *n.* 23.

Frustrà verò exadversò asseritur, Bonfilium Requisitis Sacri Concilii, præditum fuisse, ex quo aliquando gestabat Vestem nigri coloris vulgò Ungarina, nec
non etiam diebus Festis Missæ inserviebat, assisten- 26
tiam Vesperis præstabat, & cum facula comitabatur Sanctissimum Viaticum, iuxta depositiones trium Testium exadversò ex officio examinatorum Prætermissis enim pro nunc exceptionibus, quas iidem Testes patiuntur, tam circa Personas, uti consanguinitatis vinculo, nimiaque propensione Bonfilio coniuncti, quam circa solemnitatem, utpote examinati per Cancellarium Episcopalem, nimia præcipitantia, absque nostris Interrogatoriis, ac post publicata, & didicita

dicta

Dicta aliorum Testium, quod nullum reddit dictum Examen, per *Text. in capit. Fraternitatis de Test. & in cap. Cum venissent eodem titul. Rota coram Triolo dec. 10. num. 1. & coram Ansaldo decision. 17. numer. 6. & in Mediolanen. Separationis Thori super Remissoria 2. Julii Millesimo septingentesimo decimo quarto §. Maxime quia cor. Crispo.*

Adhuc tamen ex depositione eorundem Testium nihil ad rem concluditur respectu Servitii Ecclesiæ, à Concilio præscripti, super quo plurimum versatur eorum depositio; Nam Functiones, quas testantur, expletas fuisse à Bonfilio, sunt devotiones, omnibus
28 Christifidelibus, etiam laicis, communes, prout inservire Missæ, & quidem per accidens diebus Festis, associare cum facula Sanctissimum Viaticum, quod peragitur in omnibus Parochiis Civitatis per Venerabilem Societatem Sanctissimi Sacramenti suis sumptibus, cum interventu innumerorum Laicorum, inter quos nonnulli vilis conditionis propriis faculis jugiter ejusmodi devotum, & pium Opus perficiunt ut fuit justificatum in Summario, ac assistentiam præstare Ve-
29 speris extra Chorum, prout peragebat Bonfilius in Ecclesiis Regularium Sancti Dominici, & Minorum de Observantia, in quibus Clerici Seculares, non admittuntur ad Chori Servitium, prout clarè constat ex depositione eorundem Testium, exadversò inductorum; Servitium autem Ecclesiæ ad satisfaciendum Concilo, non debet esse per paucas vices, & per accidens, sed speciale, & cum perseverantia, pro majori parte anni alicui Ecclesiæ venit præstandum & qui-
30 dem in illlis functionibus, quæ Clericos à Laicis discriminare possunt, ex congestis per *Fattollil. de Immun. Eccles. sect. 6. num. 16. fol. mihi 172. Barbos. de Potest. Episc. part. 2. alleg. 12. num. 14. & Sperell. decis. 26. nu. 11. & 28.*

Respectu autem Habitus, & Tonsuræ præfati Testes nihil pænitus concludunt, quippè dicunt dumtaxat, quòd Bonfilius induebatur Veste nigri coloris, quod sine alio signo non connotat Habitum clericalem; Nostri verò utramque qualitatem omninò excludunt, dum dicunt, Bonfilium gestasse Crines oblongos usq;
31 ad humeros protensos, & quo ad Habitum, hunc fuisse brevem, aliquando coloratum, & aliquando nigrum, sine tamen solito collare Clericorum, nullumque habuisse signum, quod præseferret qualitatem clericalem, itaut Vestes, & Professionem Bonfilii intuentibus, ille videretur merè Laicus, & uti talis communiter ab omnibus reputaretur, prout videre est ex depositione omnium Testium formiter examinatum,
32 ex quibus probatum remanet, Bonfilium nunquam incessisse in Habitu clericali, qui, licèt à Sacris Canonibus non sit sub certa, ac præcisa forma præscriptus, attamen omnes conveniunt, quòd debeat esse mode-
33 stus, & usque ad talos demissus, juxtà *Gloss. in clem. 2. Verbo Videatur de Vit. & honest. Cleric. Bellett. Disquisit. cleric. titul. de Discipl. Cleric. §. 16. num. 13. Ciarlin. controvers. 53. num. 18. lib. 1.* & ex constitutione Sixti V. tradunt *del Bene de Immunit. tom. 1. capit. 4. dubit. 28. sub num. 10. & Monacell. Formul. pract. tom. 2. form. 4. titul. 15. sub nu. 3. pagin. mihi 163.* Vel saltem debet esse talis, ut juxtà Regionis morem sit
34 communi Clericorum, usui aptatus, & receptus, adeò ut ex ejus aspectu à quocumque intuente clericalis iudicetur, ut optimè admonet *Suarez. de Immun. Ecclesiastic. cap. 18. num. 4. Sanchez de Matrimon. lib. 7. disput. 46. n. 6. del Bene dicto cap. 4. dubit. 10. numer. 4. & Monacell. tom. 2. titul. 16. formul. 1. sub uumer. 3. pag. 209.*

Constat ex his, Bonfilium nullum habuisse Requisitum conciliare, ut privilegio Fori gaudere mereatur, dum semper tanquam Laicus se gessit; At in maiorem comprobationem omnium præditorum accedit, quòd ipse se immiscere non erubuit in negotiationibus secularibus; Etenim ultra Artem Aromatarii, cui
35 ab adolescentia operam dedit, in sordibus per consequens assiduè versando, quod statui Clericali non convenit ex exadversis per *Fagnan. in cap. Multa num. 46. Ne Cleric. Monachor. lib. 3.* Præterea assistentiam præbuit onerationi frumentariæ Navium publicè, & palam ut deponunt primus, & secundus Testis & insuper ministerium exercuit Publicani, dum tanquam Minister Appaltatoris Datii Ferri, publicè Gabellas exigebat Huiusmodi namque munera servilia, & laicalia, statum clericalem proculdubio dehonestant, & vituperant; Ideoque, in illis se Immiscens, privilegio clericali gaudere non debet, ut probant *Text in cap. Clerici 15. & capit. finali de Vit. & honestat. Cleric. & in cap. Joannes 7. vers. Quoniam in fine de Cleric. Conjug. & in cap. 2. Ne Cler. vel Monach.* ibique *Barbos. num. 2.* & consentaneè ad illud Apostoli *2. ad Thimoth. 2. 4.* ajentis -- *Nemo, militans Deo, implicat se negociis secularibus* docent *Scaccia de Judic. part. 1. cap. 11. nu. 20. vers. Tertiò, Farinacc. in Prax. qu. 81. num. 9. in fine, Thomas Valasch. allegat. 44. num. 13. Capyc. Latr. decis. 173. num. 42. lib 2.* eòque ipso, quòd Clericus in hujusmodi negociis secularibus, statui clericali contrariis, se addicit, Clericatui renunciasse censetur, illoque ipso Jure privatus remanet ex latè adductis per *Rotam decis. 279. numero quarto, & quinto, part. decimasexta recent.* 36 37

Negativa resolutio hujus primi Dubii, inutilem reddit aliorum disputationrm; Verumtamen in casum illius affirmativæ resolutionis procedendum, non est in posterum permittendum Bonfilio exercitium Aromatariæ; Vel, si est permittendum, videtur respondendum ipsum teneri ad Observantiam Ordinationum, latarum 38
à nostris Legum Conservatoribus, quas idem Bonfilius iterato Juramento servare se obligavit. Et sanè, non esse deinceps permittendum prædicto Bonfilio Aromatariæ Artem exercere, suadet Sacrorum Canonum dispositio, juxta quam Clericis, qui tenentur Deo, & Ecclesiæ inservire, interdicta est quæcumque negociatio, quæ fit 39
lucri causa, ut in *Cap. 1 ne Cleric. vel Monach & in Clement. 1. de Vit. & honest. Cleric.* latè *Fagnan. in cap. Multa à num. 24. ad sequentes, & num. 83. cum sequenti* ubi de simplici Clerico *ne Cleric. vel Monach.* cum cæteris, abunde relatis per *Pignatell. to. 5. consult. 84. per tot* signanter *à num. 4. 5. & 10.* ubi distinguendo negociationem in tres species, in puncto concludit, quod Clericis, & Religiosis lucri gra- 40
tia non licet Artem venalem Pharmacopolæ, seu Aromatariæ exercere & concordant *Fagnan. in cap. Nimis prava num. 59. de Excess. Prælat. lib. 5. Nicol. in Flosc. verbo Aromatarius num. 3. Monacell. Formular. tom. 2. tit. 14. in adnotat. ad form. 4. num. 15.* cum aliis adductis in *Instit. crimin. lib. 1. titul. 10. § 4. num. 33. & 139.* & ita contra Regulares pluries resolutum fuisse, tam à Sacra Congregatione Episcoporum, quàm ab hac Sacra Immunitatis, & Visitationis Apostolicæ, relato per extensum Decreto, 41
refert *Pignatell. d. consultation. 84. num. 15. & tom. 5.* ubi sub *num. 21.* quòd hujusmodi Decretum locum habet, tam in Urbe, quàm extra.

Quo ita se habente, non licere Bonfilio, uti Clerico, deinceps exercere Aromarariam, respondendum videtur; Verùm quia nostræ intentionis non est quærere illius præjudicium, sed unicè intendimus arctam, tectamque servare Populi salutem, ejusque præjudicijs occurrere contra fraudes, & calliditatem Aromatariorum; Idcircò, quatenùs non videatur illi interdicendum hujusmodi Exercitum, tali casu pro- 42
cul omni dubio idem effugere non potuerit subiectionem Ordinationibus, super Aromatarijs promulgatis à nostris Legum Conservatoribus; Quamvis enim Clerici, aliæque Personę ecclesiasticæ regulariter non ligentur Statutis, sive Sanctionibus Principium Laicorum, hoc tamen procedit, quoad illas Sanctiones, & statuta, quæ sunt extra spheram Artis seu Negociationis, quam Clericus exercere prætendit; Secus autem quoad Statuta, & Ordinationes, concernentes, ac respicientes directionem illius Artis, & Negociationis, in qua Clericus vult se implicare, prout sunt nostræ Ordinationes, & Taxæ, præscribentes certum pretium Pharmacis, & Medicina- 43
libus ad occurrendum fraudibus, quæ ab Aromatariis perpetrari queunt; Tali quippe casu, quotiès Clerici ab exercitio hujusmodi Artis desistere nolunt, ligantur, & subjacent Legibus, super eadem Arte præscriptis,

44 ptis, juxta clarissimam Definitionem Honorii III. relatam *in cap. Ex literis 16. de Vit. et honest. Cleric.* ibi *Ex Literis Pontini Comitis intelleximus, quòd quidam Clerici Terræ suæ potiùs sæcularibus. Negociationibus, quàm Officiis divinis intendunt, et gaudere volentes Privilegio clericali, nolunt statutis Patriæ in Negociationum suarum quæstibus subjacere etc. Mandamus, quatenus si tales, tertiò à Te moniti, ab hujusmodi non resipuerint, cùm facto Privilegium abiiciant clericale, Tu quo minùs, dum his se implicant de suis facultatibus, Statutis, et Consuetudinibus Patriæ subiaceant, non defendas eosdem*--

45 Ibique tradunt unanimiter Scribentes, & signanter, *Ancharan. sub num.* 1. *Abbas Panormit. sub numer.* 1. *et Barbos. à num.* 1. *ad* 3. ubi, quòd possunt conveniri coram Judice laico, & individualiter de Statutis Aromatariorum prosequitur *Pignatell. dicta consult.* 84. *sub n.* 14. *vers. Præterea cum Universitates Aromatariorum, to.* 5.
46

Indubitanter verò, quia nostræ Ordinationis non sunt læsivæ Immunitatis ecclesiasticæ, cùm directæ hinc ad stabiliendum, & taxandum justum pretium rerum, quas Aromatarii publicè venditioni exponunt, & quidem non usurpata Jurisdictione, sed juxta eam facultatem, qua nostri Legum Conservatores ab immemo-
47 rabili tempore potiti sunt, quæve à Sancta Sedis Apostolicæ authoritate confirmationem promeruit; Et proinde Taxa hujusmodi, justum pretium rebus vendendis imponens, lata à legitimo Superiore, si non ex vi Legis laicalis, saltem Jure naturali, & divino servari debeat etiam ab Ecclesiasticis, qui citra culpam lethalem eam transgredi nequeunt, cùm ipsi quoque res suas
48 justo pretio vendere teneantur, ut communiter in specie docent *Fermosin. de Leg. Eccles. tom.* 3. *in c. Ecclesia S. Mariæ qu.* 1. *num.* 12. & 16. *de Constitution.* ibique etiam *Barbos. num.* 4. *de Graff. de Effect. Cleric. effect.* 2. *num.* 266. *de Marin. resolut.* 53. *lib.* 1. *num.* 12. *Bellett. Disquis. Cleric. titul. de Exempt Cleric. à Statut. Secular.* §. 3. *nu.* 11. plenè *del Bene de Immun. Eccles. to.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 1. *num.* 2. 11. *ad* 13. *Franch. dec.* 9. *num.* 6. *Fontanell. decis.* 306. *num.* 4. & *Sperell. decis.* 12. *nu.* 57. & *dec.* 13. *n* 10.

Addito etiam, quòd cum hujusmodi Ordinationes latæ sint ad Bonum publicum, & concernant communem utilitatem, tam Clericorum, quàm Laicorum, & in nihilo præjudicent Libertati ecclesiasticæ, licèt non comprehendant Clericos vi coactiva, eos tamen
49 obligant vi directiva, & ex vi dictaminis rationis, ex traditis per *Fagnan. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num.* 29. *de Constitut. Bonacin. Oper. moral. tom.* 2. *titul. de Legibus disput.* 1. *qu.* 1. *punct.* 6. *num.* 29. *Capon. discept.* 50. *à num.* 17. *tom.* 1. & *discept.* 202. *num.* 36. *et sequentibus tom* 2. *et discept.* 311. *numer.* 5. *tom.* 4. *Pignatell. tom.* 7. *Consultation.* 32. *num.* 4. *et* 6. Adeout Judex ecclesiasticus ad earundem Ordinationum observan-
50 tiam arctare debeat suos Clericos, *Bellet. Disquisition. Clerical. titul. de Exemption. Cler. à Stat. secul.* §. 2. *num.* 35. & æquum, ac rationabile est, ut hujusmodi Statuta per Sanctam Sedem extendantur ad com-
51 prehendendos etiam Ecclesiasticos, juxta plenè firmata per *Rotam decis.* 1154. *et decision.* 1222. utrobique *num.* 1. *et per tot. coram Emer. Jun.* ne aliàs sub clypeo Clericatus, facillimè a quocunque Aromatario assumendi, permissum sit Sanctissimas Leges impunè spernere, fraudesque perpetrare, & in maximam Populi perniciem bonum Reipublicæ Regimen pervertere, quod utrum licitum esse debeat, relinquimus perpen-
52 dendum summæ prudentiæ sapientissimorum Indicantium, quàndo de cætero, *ex Clericatu non licentiam peccandi, sed necessitatem benè vivendi Clerici se noverint esse assequutos*, conclamat *Textus in can. primo in fine dist.* 40. *et Bellet. p.* 1. *Disquis. Cleric. tit. de Discipl. Cleric.* §. 15. *num.* 25.

Hæc autem, quæ procedunt in terminis simplicibus, potiori Jure procedere debent adversùs Bonfilium, semel, atque iterum Jurejurando se obligavit ad ob-
53 servantiam earundem Ordinationum; Cùm enim, ut superiùs animadvertimus, eædem Ordinationes non adversentur libertati ecclesiasticæ, sed sint justæ, & honestæ, quin imò, uti præfigentes justum rerum pretium, obligent etiam in conscientia Personas ecclesiasticas ex supra adductis, utique idem Bonfilius tenetur ad illarum observantiam, ne alioquin sit perjurus, 54
ut probat *del Bene de Juram. dubit.* 27. *petit.* 1. *num.* 3. *et dubit.* 49. *capit.* 2. *num.* 33. Quoties namque Juramentum servari potest sine dispendio salutis æternæ, semper est validum, semperque observandum, *Fontanell. de Pact. claus.* 7. *glos.* 3 *part.* 11. *numer.* 15. *Rota decis.* 88. 55
num. 10. *part.* 8. *recent.* Maximè, quia, nisi Bonfilius ita se obligasset, non reportasset Licentiam exercendi Aromatariam, bona fine eidem concessam à nostris Conservatoribus, illum reputantes simplicem Laicum, utpotè sine Habitu clericali incedentem, in quibus terminis Privilegium Clericatus non est allegabile ad evitandum subjectionem Legibus laicalibus, quia id esset decipere, & dolum manifestè committere, a quo ab- 56
horret Ecclesia, Mater, & cultrix justitiæ, prout benè advertit *Cardinalis de Luca, de Jurisdiction. discur.* 112. *num.* 10.

Tertium Dubium, in quo quæritur, Utrum respectu ad alios Aromatarios, merè laicos, Causæ cognitio super Delictis, & contraventionibus, ab eis patratis, spectare debeat ad Forum ecclesiasticum, citrà scrupulum negativè resolvendum videtur; Quia Curia ecclesiastica inter merè Laicos nullam habet Jurisdictio- 57
nem, ad *Text. expressum in capit. Licet* 10. *de foro compet.* Sed hæc Jurisdictio in subjecta materia Aromatariorum nostræ Anconitanæ Civitatis semper spectavit, & spectat ad Legum Conservatores, ut ex Brevi Apostolico, dato in Summ.

Nullumque fundamentum constitui valet super Privilegio Fori, quæ gaudere prætenditur præfatus Bonfilius Clericus, cujus Forum episcopale, tamquam magis dignum, trahere debeat ad se Causam aliorum 58
de Foro, minùs digno. Quoniam ista quæstio communi, receptaque distinctione dirimitur; aut enim agitur de una eademque Causa communi, & individua, prout quando Clericus, & Laicus insimul deliquerunt; & tunc, ne continentia Causæ dividatur, ratione complicitatis in uno, eodemque delicto, Laicus trahitur ad Forum Clericis, uti magis dignum per 59
Tex. in leg. Si communem ff. Quemadmodum Serv. amit. Ciarlin. controv. 34. *à numer.* 15. *ad* 9. *lib.* 1. & *controv.* 170. *numer.* 41. *libr.* 2. *de Graff. de Effect. Cleric. effect.* 1. *numer.* 132. & 138. & *effect.* 2. *numer.* 55. & 56. *Bellet. Disquisit. Cleric. titul. de Fau. Cleric. person* §. 16. *numer.* 1. & 2. *Marchesan. tom.* 2. *de Commiss. avocat. causar. part.* 2. §. 3. *numer.* 81. *pagin.* 337. *Sperell. decis.* 19. *numer.* 1. Aut verò agitur de Causis separabilibus, seu dividuis; Et tunc citrà dubitationis principium quolibet Forum procedit contra sibi Subditum; Ecclesiasti- 60
cum scilicet contra Clericum, & laicum contra Laicum, ut prosequuntur *Ciarlin. dicta controv.* 34. *nu.* 30. & 32. *de Graff. d. effect.* 1. *numer.* 137. *Bellett. Disquisit. Cleric. dicto* §. 16. *sub numer.* 27. *vers. Verumtamen*.

Qua distinctione retenta, facilè erit decidere, Causam Aromatariorum laicorum non spectare ad Episcopum, quia hæc nullam habet connexionem, neque dependentiam à Causa Bonfilii Clericis; Non enim omnes isti Aromatarii patrarunt simul, & semel unum, idemque delictum circa idem Subjectum prout contigisset si præfati Aromatarii laici, una cum 61
ipso Bonfilio Clerico, insimul composuissent aliquod Pharmacum malæ qualitatis, illudque vendidissent pluris justo pretio, contra formam Ordinationum, & Taxæ, itaut omnes fuissent sociis ejusdem criminis, qui sunt termini, in quibus à dd. Doctoribus consideratur individuitas, & connexio Causarum: Sed unusquisque ex eis, qui sunt numero sex, vel septem, absque eo, quòd unus fuerit particeps alterius, di- 62
versa Maleficia, diversis temporibus, in eorum separatis, & divisis Apothecis, contraque Personas diversas perpatratus est, & pro hujusmodi diversissimis inter se Maleficiis à nostra Curia laicali processatus fuit; Quo circa percipere datum non est, quomodo Vicarius tanta zelotypia ecclesiasticæ Jurisdictionis omnia ad se traxerit in præjudicium nostri Tribunalis, quando sola diversitas Personarum, & negocii excludebat prætensam Causarum continentiam, & omne periculum absurdi Sententiæ contra Senten- 63
tiam,

tiam, ad firmata per *Ciarlin. dicta controv. 34. numer. 49. & 50. Fachineus controv. Iur. libr. 9. capit. 31. §. Continentia cum sequen.* nec non etiam quamcumque dependentiam, pro qua concurrere dependentia defi-
64 ciat, ad *Tex. in l.Cùm quæritur ff. de Except. rei judic. Gratián. discept.* 914. *numer.* 31. cum aliis relatis per *Rotam decis.* 130. *numer.* 33. *part.* 16.

Stare enim benè potest simul, quòd Judex ecclesiasticus, inspecto corpore delicti, absolvat Clericum, ex quo non constet de illius Maleficio, quòdque è contra Judex laicus condemnet alios Aromatarios laicos, ex quo eorum delictum sit patens, & inexcusabile, absque ulla penitùs implicantia ratione connexitatis, dum una Causa, & Quæstio, respiciens Clericum, non venit ad necessariam determinationem alterius
65 Laicorum, ut observant *Menoch. de Arbitr. quæst.* 45. *numer.* 8. *et Rota decis.* 221. *numer.* 11. *part.* 18. *recent.*

Non attenta reflexione, quòd titulus sit idem, ex quo agatur de Transgressione ejusdem Legis; Quandoquidem si ex hoc admitteretur resultare eam individuitatem, & negocii, seu quæstionis connexionem, quæ causas trahere deberet ad Forum Ecclesiasticum, actum esset de Tribunalibus laicis; Nam ex eo, quia in
66 una eadem Civitate, eadem die, vel nocte patrata sint Furta, Homicidia, & Stupra à Clericis, & Laicis contra diversas Personas, & in Locis diversis, absque eo, quòd Laicus fuerit complex, vel socius criminis in delicto, commisso à Clerico, omnes istæ Causæ remittendæ forent ad Tribunal Ecclesiasticum, ex eo quia, tàm Laici, quàm Clerici transgressi sunt eandem Legem prohibentem, & plectentem Furta, Ho-
67 micidia, & Stupra, quod porrò esset absurdum, & quidem tam patens, & manifestum, ut manifestius aut etiam de possibili excogitari possit.

Die 18. Martii 1718. propositis tribus sequentibus Du-
68 biis in Sac. Congregatione Immunitatis per R. p. d. Marcolinum Ponentem, responsum fuit, ut infra.

I. An Bonfilius gavisus fuerit, & gaudeat Privilegio
69 Fori in casu, de quo agitur; Et quatenus affirmativè.

II. An eidem Bonfilio liceat inposterum exercere Aro-
70 matariam, & isto casu teneatur observare Ordinationes, à Legum Conservatoribus editas super Aromatariis, illorumque obligationibus.

III. An Causa, de qua agitur, quoad alios Aromata-
71 rios laicos, spectare debeat ad Curiam ecclesiasticam.

72 Ad I. responsum fuit: *Negativè.*

Ad II. Quoad primam partem Eminentissimus Episcopus
73 præfigat terminum Bonfilio, an velit exercere Aromatariam; Et quatenus affirmativè, declaret, non gaudere Privilegio Fori.

74 Ad III. *Negativè*, idest non spectare ad Curiam ecclesiasticam.

DISCEPTATIO XVI.

Ripana Jurisdictionis

PRO

Promotore fiscali Curiæ episcopalis Ripæ transonæ

CUM

PP. Ordinis Prædicatorum ejusdem Civitatis

ARGUMENTUM.

Loco subnectuntur sequentia undecim Dubia.

I. AN *Assistentia, & Præsidentia in Congregat. quæ fiunt à Confratribus Sanctissimi Rosarii in Oratorio, spectet privativè ad Episcopum, seu ejus Vicarium Generalem; Vel potiùs privativè ad Priorem Conventus; Aut saltèm cumulativè ad utrumque in casu &c.*

II. *An Episcopus, seu ejus Vicarius Generalis possit exigere redditionem Rationis Bonorum Confraternitatis privativè quoad Priorem dicti Conventus; Et quatenùs affirmativè.*

III. *An id agere valeat revidendo Libros Administrationis in ipso Oratorio Confraternitatis in casu &c.*

IV. *An Episcopus, seu ejus Vicarius Generalis possit exigere Rationem onerum Missarum, tam perpetuarum, quàm manualium; spectantium ad d. Confraternitatem in casu &c.*

V. *An possit Episcopus, seu ejus Vicarius Generalis visitare Altare Sanctissimi Rosarii, existens in Ecclesia dicti Conventus in casu &c.*

VI. *An OEconomi, & Administratores, aliique Officiales, electi à dicta Confraternitate, sint confirmandi ab Episcopo in casu &c.*

VII. *An liceat Patribus d. Conventus, absque licentia Episcopi, facere expositionem Sanctissimi Sacramenti in Altare Sanctissimi Rosarii in casu &c.*

VIII. *An eisdem Patribus liceat sine licentia Episcopi peragere per Civitatem Processiones, tam in prima Dominica Octobris, quàm in aliis temporibus in casu &c.*

IX. *An eisdem Patribus liceat sine licentia Episcopi quæstuare per Ecclesiam tempore, quo recitatur Sanctissimum Rosarium, vel quo adest expositum expensis ejusdem Confraternitatis Sanctissimum Sacramentum pro 40. Horis in casu &c.*

X. *An prædictæ Eleemosynæ spectent ad ipsam Confraternitatem; Seu potiùs ad dd. Patres in casu &c.*

XI. *An oblationes, quæ fiunt Altari, & Imagini B. Mariæ Virginis Sanctissimi Rosarii spectent ad eandem Confraternitatem; Seu potiùs ad dd. Patres in casu &c.*

IN Oratorio Sanctissimi Rosarii Civitatis Ripanæ, totaliter separato, ac segregato: à Conventu, & Ecclesia Patrum Sancti Dominici, ut deponunt testes in Summario, & constat ex Planta, fidelibus oculis subiicienda, extabat Imago Beatissimæ Virginis, quæ cùm 1
ibidem congruè, & decenter asservari non posset, tam ob angustiam situs, quàm etiam ob incommoditatem Fidelium, ad illius adorationem accedentium, de anno 1642. fuit à prædictis Patribus S. Dominici concessus quidam Situs in eorum Ecclesia, à parte scilicet posteriori Cappellæ Sanctissimi Rosarii cum expresso pacto, quòd -- *Omnes Eleemosynæ* (sunt præcisa verba) *exceptis Sacrificiis, quæ sint libera pro eisdem Patribus, quæ in futurum, & in perpetuum in prædicta Ecclesia pervenire poterunt, sint liberæ, & exemptæ ejusdem Vener. Societatis*. Adiecto insuper onere 2
eidem Societati, solvendi quolibet anno prædictis Religiosis Canonem, seu responsionem quinque juliorum, ut latiùs continetur in Instrumento Concessionis, dato in Summario prout de facto terminatum fuit novum Ædificium, ac respectivè ampliata antedicta Cappella, ubi collocata fuit prædicta Imago B. Virginis ornata sumptibus, & expensis prædictæ Societatis.

Occasione hujusmodi translationis Imaginis Beatæ Virginis ad d. Ecclesiam, Prior Conventus pro tempore, usurpando sibi quasi Episcopalem Jurisdictionem in prædictam Societatem, ferè semper præsidere præsumpsit, vel per se ipsum, vel per alterum Regularem, ab eo delegatum, Congregationibus, quæ fiunt per 3
Confratres in proprio Oratorio, à Conventu, & Ecclesia separato, prætendendo ulterius, eas Coadunari non posse absque sui præsidentia, adeout quasdam Congregationes, ob dissensiones, & rixas, quas adversus Confratres excitaverat, coram Ordinario habitas, ausus fuerit solemniter rescindere, circumscriptis omnibus, in ea resolutis. Quodque intolerabilius est, cœpit etiam prætendere repellere Ordinarium à Visitatione ipsius Confraternitatis, & Altaris ab ea ornati propriis sumptibus, & continuis expensis, necnon illum excludere à revisione Administrationis, prætenditque abs- 4
que licentia Ordinarii ducere Confratrum Processiones per totam Civitatem, præsertim prima Dominica Octobris qua Festum Sanctiss. Rosarii celebratur, ac demum sibi attribuit jus (quod jam pridem Confraternitas favore sui ipsius exercebat) colligendi pro Conventu prima Domin. cujuslibet mensis per Ecclesiam eleemosy-

nas, etiam actu, quo adoratur super Altari Confraternitatis, ejusque expensis, expositum Venerabile.

Adversus hujusmodi abusus porrecto per Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis supplici Libello huic Sac. Congregationi emanavit solitum Rescriptum --
5 *Episcopo pro Informatione* -- qua superventa quæritur in primo Dubio -- *An Assistentia, & præsidentia in Congregationibus, quæ fiunt à Confratribus Sanctissimi Rosarii in Oratorio, spectet privativè ad Episcopum, seu ejus Vicarium Generalem; Vel potiùs privativè ad*
6 *Priorem Conventus, aut saltem cumulativè ad utrumque in casu &c.* quod videtur resolvendum spectare privativè ad Episcopum, ejusque Vicarium excluso Priore Conventus, ita ut, nec cumulativè possit, & debeat præsidere, & assistere insimul cum Episcopo, seu ejus Vicario; Siquidem Ordinario de Jure competit per se ipsum, vel suum Delegatum,
7 seu Vicarium Generalem Jus interveniendi, & assistendi Congregationibus Confratrum, privativè quoad omnes, alios etiamsi hujusmodi Congregationes fiant in Ecclesiis, & Oratoriis Regularium, in quibus reperiantur Societates erectæ, juxtà Resolutionem Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularum *in Cæsenaten.* 24. *Novembris* 1690. inter Curiam Episcopalem, & PP. Domenicanos super facultate Ordinarii assistendi hujusmodi Congregationibus Con-
8 fratrum Societatis Sanctissimi Rosarii, erectæ in Ecclesia dictorum PP. ut testatur *Monacell. in Formul. For. Eccles. tom.* 1. *tit.* 6. *Formul.* 11. *num.* 21. *& in Consentina* 21. *Novembris dicti anni, & in Forosempronien.* 2. *Maii* 1692. aliasque plures Resolutiones, & Decreta, tam illius, quàm hujus Sacræ Congre-
9 gationis referunt, & sequuntur *Gavant. in Manual. Episc. verbo Confraternitas num.* 12. *& Nicol. in Flosc. verbo Confraternitas num.* 7. *Archiepiscopus de Aste in sua Visitatione Apostolic. pagina mihi* 351. *num.* 8. *& 9. ubi ex Nicol. littera C. numer.* 6. in fine addit, quòd ab hujusmodi Confratrum Congregationibus Episcopus, vel ejus Delegatus excludi, ibique Regulares Votum prætendere non possunt. Quod est adeò verum, ut
10 *Pignatell. consult.* 128. *per tot. num.* 9. probet, Episcopum juridicè suis Edictis prohibere posse, ne Confratres congregentur pro aliqua resolutione capienda sine interventu Vicarii Foranei Loci, sub pœna nullitatis agendorum.

A fortiori in nostro Casu, quod Oratorium, ubi Confratres congregari solent, licèt sit contiguum Ecclesiæ Religiosorum, est tamen ab ea separatum. In his sanè terminis indubitati Juris est, nullum Jus competere Religiosis, eorumque Priori, assistendi Congregationibus, de quibus agitur, cùm hujusmo-
11 di assistentia sit actus jurisdictionalis, qui à Regularibus extra eorum Ecclesiam, & Conventum exerceri non valet, ut latè probat *Tamburin. de jur. Abb. disput.* 15. *quæst.* 7. *tom.* 2.

Præsertim quia assistentia Prioris Conventus tantùm abest, quòd pareret effectum omnia ordinatim, ac pacatè dirigendi, ut imò Prior ipse sit, qui frequenter excitet novitates, contentiones, & turbas cum Confratribus, ut justificatur in Summario Un-
12 de illius assistentia, & præsidentia, tam privativa, quàm cumulativa esset perpetuum motivum dissentionis inter Confratres, & unico verbo fomentum Litium, & denique exitium ipsius Confraternitatis.

Observando, quòd ab hujusmodi Prioris assistentia pluries permissum fuit pecunias Confraternitatis reinvestiri cum Confratribus, ac etiam cum ipsismet Regularibus, nullo prorsus dato Fidejussore, prout etiam Legata pia, Confraternitati relicta, non solum acceptantur, inscio Ordinario, prout evenit
13 anno 1711. ubi quamvis fuisset Reservatum Beneplacitum Episcopi, & tamen illa nunquam requisito, adhuc Missæ, Legato injunctæ, celebrantur, ac denique pari modò hujusmodi Legata repudiantur, ipso Ordinario prorsùs inscio, nec certiorato, & de his omnibus testatur Episcopus in sua Relatione Plurimùm autem attendendas esse consimiles Relationes
14 quæ per Ordinarios ad Sacras Congregationes transmittuntur, illisque deferendum, dixit *Rota decis.* 234. *numer.* 16. *& 17. part.* 16. *& decis.* 305. *numer.* 12. *part.* 18. *recent. & coram Ansaldo decis.* 14. *num.* 17. Quapropter attento hujusmodi irreparabili damno, spirituali, quàm temporali, illato Confraternitati mediante præsidentia Prioris, quatenùs per malam hypothesim Jus ei competeret (quod est prorsus insubsistens,) præsidendi, & assistendi Congregationibus, deberet idem Prior omninò excludi. Præcipuè, quia videtur mostruosum, quòd unum Corpus, seu eadem 15
Confraternitas habet duo Capita, nempè Episcopum, & Priorem, ut ex adductis per *Rot. in decis.* 14. *nu.* 19. *coram Ansaldo.*

Pro affirmativa resolutione secundi Dubii, in quo quæritur -- *An Episcopus, seu ejus Vicarius Generalis possit exigere redditionem Rationis Bonorum Confraternitatis privativè quoad Priorem dicti Conventus* — militat expressa, ac literalis dispositio Sacri Concilii Tridentini *sess.* 22. *de Reform. cap.* 8. *& 9.* consuetudinibus, 16
etiam immemorabilibus, & Privilegiis non obstantibus, ibi -- *Administratores, tam ecclesiastici, quàm laici &c. Confraternitatis &c. & quorumcumque Locorum piorum &c. teneantur reddere Rationem Administrationis Ordinario, consuetudinibus, & Privilegiis quibuscunque in contrarium sublatis &c.* Non solum tempore Visitationis, sed etiam extra, sine ulla distinctione, prout etiam hæc Sacra Congregatio non semel decla- 17
ravit, ut testatur *Monacell. in Formul. For. eccles. tom. primo tit. primo formul.* 14. *num. primo, & 7. & tit.* 5. *formul.* 2. *num.* 5. *& 8.* ubi plures refert Sacrarum Cong. Resolutiones, *& tom.* 2. *tit.* 13. *formul.* 2. *numer.* 48. *& 49. in fin. Nicol. in. Flosc. verb. Visitatio num. primo ampliat.* 10. *Pac. Jordan Var. lucubr. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 11. *de Confratr. & illorum Visit.* & in terminis Confraternitatis Rosarii tradit *Francesc. de Eccles. Cathedr. cap.* 25. 18
num 125. *&* resolvit hæc Sacra Congreg. *in Firmana Jurisdictionis* 4. *Augusti* 1714. in responsione ad tertium Dubium, ubi fuit resolutum Confraternitatem Sanctissimi Rosarii, erectam in Conventu PP. Minorum Sancti Francisci Terræ Sancti Elpidii, teneri reddere Rationem Administrationis Archiepiscopo Firmano.

Destendendo ad tertium Dubium -- *An id agere valeat revidendo Libros Administrationis in ipso Oratorio* 19
Confraternitatis in casu &c. Pro affirmativa resolutione videtur parùm immorandum, attento, quòd Oratorium est distinctum, & separatum à Conventu, & Ecclesia Religiosorum, & ex sæpedicta Planta, & in fortioribus terminis Confraternitatum, erectarum in Ecclesiis Regularium, declaravit hæc Sacra Congregatio in *Mediolanen.* 13. *Novembris* 1688. respondendo, *Re-* 20
gulares teneri præstare patientiam, ut Archiepiscopus Confraternitates, seu Cappellas, seu Loca eorumdem, in suis Ecclesiis erectas, visitare possit in ipsis Cappellis, seu Locis revidere Computa Administrationis Bonorum earumdem Confraternitatum.

Quartum Dubium -- *An Episcopus, seu ejus Vicarius Generalis possit exigere Rationem onerum Missarum, tam perpetuarum, quàm manualium, spectantium ad dictam* 21
Confraternitatem, affirmativè resolvendum videtur; Ordinarius enim, sive ejus Delegatus recognoscere potest, an piæ Dispositionum voluntates exequutioni mandentur, & onera Missarum adimpleantur, ut & respondit hæc Sac. Congregatio *in Nucerina Paganorum* 23. *Junii* 1620. quam Resolutionem per extensum 22
refert *Monacell. tom. primo tit.* 5. *formul.* 2. *num.* 8. ibi -- *Episcopum posse visitare circa ea, quæ respiciunt &c. Onera Missarum &c. & in Vultarien.* 17. *Maii* 1653. confirmata 26. *Februarii* 1684. *in Derthusen. & in Calaguritana* 18. *Junii* 1701. & testatur *Monacell. in d. titulo* 13. *num.* 48. *& 49.*

Respectu quinti Dubii -- *An possit Episcopus, seu ejus Vicarius Generalis visitare Altare Sanctissimi Rosarii, existens in Ecclesia Conventus* — Pro affirmativa respon- 23
sione præmittendum venit in facto, quòd prædictum Altare, illiusque Cultus undequaque manutenetur sumptibus, & expensis Confraternitatis. Hoc præmisso, videtur indubitatum, Ordinarium posse visitare dictum Altare circa ea, quæ respiciunt manutentionem cultum,

cultum, & ornamenta ejusdem Altaris, onera Missarum, atque divinorum Officiorum, ibidem celebrandorum, & circa ea omnia, quæ ad obligationem eo-
24 rumdem Confratrum relationem habent, ut punctualissimè resolvit hæc Sacra Congregatio in d. *Nucerina Paganorum 23. Junii 1629.* relata *per Monacell. dicto tit. 5. formul. 2. num. 28. pag. 93.* ibi -- *Et si Confraternitatibus incumbit onus manutenendi Altare, & illius Cultum, Episcopum posse visitare circa ea, quæ respiciunt ipsam manutentionem, Cultum, & Ornamenta Altaris, seu Cappellæ, Onera Missarum, atque divinorum Officiorum, ibidem celebrandorum, & circa ea omnia, quæ ad obligationem eorundem Confratrum relationem habent -- & in Comen. 15. Februarii 1642.* relata *per Crispinum Vis. Pastor. part. prima §. 13. numer. 29. & in Firmana 5. Junii 1700. in Vaden. 23. Septembris 1690. apud Episcopum Baruf. resol. 26. in fine, & Sac. Congregationem Episcoporum in Spoletana* 13. *Maii* 1603. ubi resolutum fuit,
25 *Religiosos Dominicanos non habere in Confraternitates Rosarii, erectas in eorum Ecclesiis, nisi superintendentiam spiritualem*, puta Missas celebrandi, Rosarium recitandi, aliaque divina, & ecclesiastica Officia pro Confratribus peragendi, prout faciunt in casu nostro, non autem actus jurisdictionales, aut economicos exer-
26 cendi, teste *Monacell. in Formular. lib. primo tit. 6. formul. 20. num. 33. pag. 169.* & resolvit hæc Sac. Cong. in *Hyeracen.* 14. *Novembris 1698. relata per Mattheucc. Offic. Cur. Eccles. cap. 14. num. 6.*

In eo, quod attinet ad sextum Dubium -- *An œconomi, & Administratores, aliique Officiales, electi à dicta Confraternitate, sint confirmandi ab Episcopo* --
27 respondendum videtur, esse confirmandos ab Episcopo; Etenim uno ore Doctores concludunt, confirmationem Administratorum, aliorumque Officialium spectare ad Episcopum, ut videre est apud *Barbos. in Sum-*
28 *ma decis. Apostol. collect.* 207. *numer.* 3. *Nicol. in Flosc. verb. Confraternitas numer.* 6. & 7. *Frances. de Eccles. Cathed. cap.* 25. *numer.* 278. *Monacell. in Formul. For. eccles. tom. primo tit. 6. formul.* 11. *nu.* 24. ubi insuper addit, electionem ad Episcopum spectare, si Confratres non concordent post tertium Scrutinium, ut resol-
29 vit *hæc Sac. Congreg. in Senogallien.* 4. *Junii* 1701. Quinimò Officiales, & Administratores tenentur etiam præstare Juramentum in manibus Episcopi de fideliter
30 administrando, ut tradit *Gavant. in Manual. Episcop. verb. Confraternitas num.* 11. ubi refert Resolutiones S.
31 Cong. Episcoporum, & resolvit hæc S. Cong. *in Aliphana* 18. *Junii* 1705. teste *Monacell. in Formular. eccles. tom. 2. tit. 13. num. 48. versic. Imò, & Juramentum.*

Transeundo ad septimum Dubium -- *An liceat PP. dicti Conventus absque licentia Episcopi facere expositionem Sanctissimi Sacramenti in Altare Sanctissimi Rosa-*
32 *rii.* Pro resolutione negativa habemus declarationem hujus Sacræ Congregationis in *Aquen. Jurium Parochialium* 19. *Maii* 1708. *in responsione ad sextum Dubium*, ubi cubitalibus literis legitur resolutum, *Re-*
33 *gulares pro Confraternitatibus, in eorum Ecclesiis erectis, non posse exponere Venerabile, absque licentia Ordinarii*, & tradit *Monacell. in Formul. For. eccles. tit. 13. formul. 1. numer. 86.* ubi testatur, ita resolutum
34 fuisse per hanc Sacram Congregationem in *Savonen.* 12. *Februarii* 1689. magistraliter *Clericat. decis. Cler. Patavin. de Euchar. decis. 60. à numer. 9. ad 18.* & resolvit *Sacra Congregatio Episcoporum in Ripana* 20. *Julii* 1714. ubi fuit etiam privatus Guardianus Patrum Reformatorum Cryptarum ad Mare, qui sine licentia Episcopi ausus fuerat Venerabilis expositionem facere in propria Regularium Ecclesia.

Octavuum Dubium -- *An eisdem PP. liceat sine licentia Episcopi peragere per Civitatem Processiones, tam in prima Dominica Octobris, quàm in aliis Temporibus*, resolvendum videtur negativè, quia cùm fa-
35 cere Processiones sit actus Jurisdictionis, *Ricc. part. 1. decis. 90. numer. 2. Pignatell. consult. Canonic. tom. 6. consf. 65. num. 6.* & Jurisdictio in alieno Territorio exerceri non possit, hinc nec etiam in illo fieri possunt Processiones, sine licentia Episcopi, cùm sint
36 actus Jurisdictionis, ut probant *Tamburin. de Jur. Abb. disput. 15. quæst. 7. numer. 39. tom. 2. Zerol. in Prax. verb. Processiones numer. 4. Donat. Rer. Regular. tom. 1. part. 2. tractat. 13. quæst. 81. per tot. ubi numer. 8.* reiicit *Festum*, contrarium tenente, magistraliter *Pi-* 37
gnat. dicta consult. 65. numer. 6. & pluries resolvit hæc Sacra Congregatio, & signanter *in Sutrina 24. Julii 1632.* regiſtrata apud *Nicol. Lucubr. Canonic. lib. 1. tit. 31. numer. 14.* & in terminis Processionis Rosarii *in* 38
Bononien. 2. Julii 1620. et in Senogallien. 22. Junii 1675. ad octavum, ut refert, *Lantusc. in Theatr. Regul. verb. Declaratio numer. 1. ad 8.* & in *Supplemento verbo Associatio Cadaverum sub numer. 5.* & in aliis apud *Pascucc. ad Pignatell. verbo Processio pag. 273. col. 2.* ac in Decreto generali Congregationis, deputatæ, à sanct. 39
mem. Urbano VIII. anno 1618. *relato à Pignatell. tom. 1. consult. 122. numer. 2. et tom 6. consult. 65. numer. 9.* idemque decrevit Sacr. Congregatio Episcoporum in *Placentina* aliisque pluribus, relatis per eundem *Pignat. d. tom. 6. consult. 65.* ac demum *Sacra Congregatio Rituum in Lycien. 28. Aprilis 1640. ac in Mediolanen. 7.* 40
Decembris 1641. et in Hortana 18. Junii 1789. in qua, inhærendo Decreto generali, edito die 28. Semptembris 1658. Partibus acerrimè informantibus, ita respondit.

Nonum pariter: *An eisdem PP. liceat sine licentia Episcopi quæstuare per Ecclesiam tempore, quo recitatur Sanctissimum Rosarium, vel quo adest expositum expensis ejusdem Confraternitatis Sanctissimum Sacramen-* 41
tum pro 40. Horis -- videtur negativè resolvendum, Nam actus Quæstuationis, seu recollectionis Eleemosynarum fieri nequeunt per Confratres, sine expressa licentia Ordinarii, ad quem spectat præscribere modum, & formam hujusmodi Eleemosynas excipiendi, ut literaliter disponitur in Constitutione Cle- 42
mentis VIII. incipien. *Quæcunque à Sede &c. in Bullar. nov. inter ejus Constitutiones in ordine la 115. §. 8 et probant Pax Jordan. Elucubr. tom. 2. lib. 6. tit. 11. de Confraternit. et illarum Visit. numer. 13. Gavant in Manual. Episcop. verb. Confraternitas numer. 35. et 36. et Nicol. in Flosc. verb. Eleemosyna numer. 11.* & resolvit hac Sacra Congregatio *in Bononien. 17. Novembris 1691.* in responsione ad sextum Dubium, ubi quòd possunt retinere Capsulam in Ecclesia, & quæstuare per Civitatem cum licentia Ordinarii; Multòque minùs potuerunt Patres Dominicani sine licentia Episcopi quæstuare per Ecclesiam tempore, quo recita- 43
tur Sanctissimum Rosarium, vel quo adest expositum ejusdem Confraternitatis expensis Sanctissimum Sacramentum: Quandoquidem si id sine licentia Ordinarii non permittitur Confraternitati, cujus sumptibus, & expensis hujusmodi Functiones per aguntur, multo minùs id permittendum erit Religiosis, nihil de proprio impendentibus, ut consideranti remanet manifestum.

Et his promanat affirmativa resolutio Decimi dubii -- *An præfatæ Eleemosynæ spectent ad ipsam Confra-* 44
ternitatem; Seu potius ad dictos Patres -- nempè spectare ad ipsam Confraternitatem, non autem ad Patres; Siquidem hujusmodi Eleemosynæ fiunt intuitu, & contemplatione Confraternitatis tempore, quo recitatur Sanctissimum Rosarium, ac respectivè tempore, quo extat expositum Sanctissimum Sacramentum, sumptibus, & expensis Confraternitatis, & consequenter ad ipsam spectant, ac erogari debent in reparationem, & ornatum Oratorii, seu Altaris Confraternitatis, aut in alios ejusdem Confraternitatis pios usus arbitrio Ordinarii, juxta expressam dispo- 45
sitionem de *Constitutionis 115. Clementis VIII. §. 8.* cohærenter ad *Text. in §. Si quis nomine versic. Si quis autem unum, auth. de Eccles. tit. Felin. in cap. Dilectus num. 1. circa med. de Offic. Ordin. Abbas in cap. 1. in ultim. not. de Stat. Monachor.* & respondit *Rota coram Pamphil. decis. 286. num. 1. & seqq.*

Cœterum in hac hypothesi, quælibet cessat difficultas, attento literali pacto, in d. Instrumento concessionis Situs apposito, quòd omnes Eleemosynæ, exceptis Sacrificiis, sint liberæ, & exemptæ, seu liberè spectent ad Confraternitatem, ac proinde illud venit omninò attendendum, vindicatque sibi locum re- 46
gula *Text. in leg. Ille, aut ille ff. de Legat. 3.*

Deni-

Denique undecimum Dubium -- *An Oblationes, quæ fiunt Altari, & Immagini Beatæ Mariæ Virginis Sanctissimi Rosarii, spectent ad eandem Confraternitatem; Seu potiùs ad dictos Patres* -- resolvendum videtur, spectare ad Confraternitatem, ea ratione, quia hujusmodi Oblationes sunt voluntariæ, *Abbas in rubr. de Paroch. numer. 6. Sylvest. in Summario verb. Decima numer. 4. versic. Secundò quæritur, Covarr. Var. resolut. lib. 1. cap. 7. numer. tertio Rota coram Pamphil. decis. 186. numer. primo & per totam.* Cùmque fiant intuitu, & contemplatione Altaris, seu Imaginis Beatæ Mariæ Virginis, ad eam proinde spectare debent, sicque ad Confraternitatem. Intentio enim, & voluntas Offerentium attendi debet, aliàs Fideles pii Benefactores retraherentur à talibus Oblationibus, ut optimè prosequitur *Rota coram Pamphil. d. decis. 386. per tot.* Ultra quod hujusmodi Oblationes cadunt etiam sub d. Pacto, quòd omnes Eleemosynæ spectent ad Confraternitatem, cùm Oblationes nihil aliud sine, quàm quædam species Eleemosynæ.

47

48

49

IN EADEM CAUSA

Concordamus autem cum exadverso Scribente, quòd resolutio majoris partis nostrorum Dubiorum pendet à qualitate, & situatione Oratorii, de quo disputamus, quia si illius Porta principalis correspondet Ecclesiæ Religiosorum, tunc forsan erit locus iis, quæ longo calamo exadversò afferuntur; Secùs autem si verificetur oppositum, quia tunc non dicitur dependere ab Ecclesia Religiosorum, ex quo ei patet adi-
50 tus à Porta minùs principali ejusdem Oratorii, ut probavi *in Instit. crim. lib. 1. tit. 3. num. 36.*

Quidquid autem gratis ubique afferatur exadversò veritas hæc, quòd Porta magis principalis Oratorii est illa, quæ correspondet publicæ Viæ; Prout etiam, quòd Portam minùs principalem, quæ correspondet Ecclesiæ Religiosos, non paret liber aditus, neque solis Confratibus, neque solis Religiosis, eò quia ejusdem
51 Portæ -- *Una Chiave verso l' Oratorio anno li Fratelli, e verso la Chiesa un' altra li Frati* -- ad hominem probata dicitur ex autentica Planta, in Secretaria exhibita, in cujus *litera F.* leguntur dicta verba, & in se-
52 quenti *litera G.* leguntur sequentia -- *Porta principale dell' Oratorio, colle sue scale, rispondenti sù la Strada maestra, per la quale li Confratelli passano liberamente, & independentemente dalli Frati* -- quæ Planta sequentibus verbis approbata fuit à Contrarius Testibus, da-
53 tis in Summario -- *Detta Pianta, da Noi riconosciuta, e trovata vera, e sincera, & alla medema in tutto ci riportiamo, come canonicamente fatta, e l' approviamo, e ratifichiamo in ogni parte.*

Quibus præmissis, quæ, uti resultantia ex publicis Scripturis, ex vulgatis remanent innegabilia, mirabiliter applicantur ea omnia, quæ supra comprobavimus, quia remanet manifestum, nos versari in terminis Oratorii, nedum non incorporati Ecclesiæ, & Conventui, juxtà terminos omnium authoritatum,
54 in contrarium allegatarum, sed in circumstantiis, toto Cœlo diversis, Oratorii nimirum, ad quod non possunt accedere Religiosi nisi qualibet vice ex gratia id permittentibus Confratribus, seu ex interiori parte ejusdem Oratorii aperiendo propriam Portam, cujus claves apud se retinent, quæque univocum do-
55 minii signum est, ex adductis per *Add. ad Buratt. & dec. 32. numer. 7. & 8. Car. de Luc. de Serv. dis. 90. sub num. 4. & de Emp. & vend. dis. 10 sub num. 6.*

Nescimus proinde videre, quomodo prætendat P. Prior privativè, vel saltem cumulativè quoad Episcopum, vel ejus Vicarium Generalem, præsidere Congregationibus, faciendis à Confratribus in illo
56 Oratorio, ad quod ei non patet ullus aditus, nisi ille precarius, & voluntarius, resultans à mera gratia eorundem Confratrum, illi aperientium Januam, correspondentem Ecclesiæ.

Quoad secundum Dubium nihil occurrit respondendum, eò quia Religiosi cognoscendo eorum malum Jus, dant manus victas pro illius affirmativa 57
resolutione.

Ex eadem ratione oritur affirmativa resolutio tertii Dubii, quia nullo modo potest Episcopo impediri libertas illa, quam de Jure habet, revidendi Libros Administrationis in illo Oratorio, in quo, ex supra animadversis, non possunt, nisi ex gratia Confratrum, pedes ponere Religiosi eo tempore, quo idem Oratorium totaliter subjectum est eidem Episcopo, uti positum in 58
Loco, suæ Jurisdictioni subjecto, ex animadversis per *Card. de Luca de Regular. disc. 1. num. 60. & disc. 52. nu. 12.* & firmatis per *Rotam in decis. 334. numer. 1. & seq. cor. Priolo, & dec. 784. n. 2. & seq. cor. Dunozz. jun.*

Nec contrarium probant Doctores, allegati in contraria Scriptura; Illi enim, sigillatim recogniti, loquuntur in illis terminis, in quibus Episcopi nolint personale illud incommodum subire accedendi ad Loca, ubi asservantur Libri Administrationis Redditum Loco- 59
rum piorum, & sic respiciunt, & canonizant favorem, & opinionem, Episcopis favorabilem, nullo autem modo loquuntur, neque per umbram restringunt libertatem Episcoporum, ut scilicet isti, qui possunt in eorum Palatiis recognoscere dd. Libros, non possint 60
eosdem videre in ipsismet Oratoriis, & Locis, ubi à Confratribus asservantur; Hoc modo observando etiam qualitatem, situm, & congruentiam illius Loci, ubi asservari debent.

Nullum continet æquivocum quartum Dubium, quia Episcopus nil aliud petit, *quàm exigere Rationem onerum illarum Missarum, tam perpetuarum, quàm manualium, quæ spectant ad d. Confraternitatem*, juxtà præcisa verba ejusdem Dubii, quæ, ut de se patet, nil commune ha- 61
bent cum Missis, spectantibus ad Religiosos.

Verificatur autem dictum æquivocum respectu quinti Dubii, quia in Altare Sanctissimi Rosarii, quod expensis Confratrum ornatur, & de omnibus necessariis providetur, iidem Confratres celebrare faciunt Missas, aliique adimplent onera, ipsis incumbentia, & proinde eo tempore, quo ab eisdem exigitur ratio adimplementi propriorum Onerum, dignum, & justum est, ut 62
recognoscatur ab Episcopo, an taliter ab eisdem Confratribus manuteneantur, ut decenter in illo divina Officia, aliaque spiritualia Onera adimpleri possint, non attenta materiali situatione ejusdem Altaris in Ecclesia Religiosorum ex punctualibus authoritatibus, allegatis supra.

Affimativa resolutio sexti Dubii per necessariam consequentiam infertur ex animadversis respectu primi, quia, posita totali separatione, & innegabili distinctione Oratorii ab Ecclesia Religiosorum, qui non possint ad illud se conferre, nisi ex gratia commodantibus cla- 63
ves Confratribus, omnes electiones, quæ fiunt ab illius Officialibus, approbari, & confirmari debent à Locorum Ordinariis, ut probavimus supra.

Non attentis contrariis Statutis dictæ Confraternitatis; Quidquid enim sit de illorum legalitate, & subsi- 64
stentia, hoc unum est indubitatum, quòd ea, quæ Episcopis de Jure competunt, limitari, & restringi nullatenus possunt à Confratribus, vel aliis inferioribus per *Tex. in can. Submittimus, & can. Superior. distinct. 21. & in cap. Cùm inferior de Majorit. & obedient.*

Circa 7. Dubium, quidquid sit de illis Altaribus, in quibus nullum Jus habent Confratres, quæve propriis expensis manutenentur à religiosis Familiis, hoc unum certum est, atque à Sacris Congregationibus perpe- 65
tuò decisum, quòd absque Licentia Ordinariorum non possunt Regulares in Altaribus Confratrum, quamvis in eorum Ecclesiis positis, publicæ venerationi exponere Sanctissi. Eucharistiæ Sacram. ex supra animadversis.

Neque possunt in hac parte conqueri dicti Religiosi, quia, ut sæpè diximus, & opportunè repetimus, Episcopus non insistit circa ea, quæ respiciunt exequutionem consuetarum Functionum eorundem, absque ullo respectu ad Confratres, sed solùm circa Functiones, quæ 66
sunt propriæ eorundem Confratrum, atque eorundem sumptibus explentur, quamvis per accidens id sequatur in Altaribus, positis in Ecclesiis Regularium.

Cùm facere Processiones extra Claustra Religiosorum

in

involuat, atque inseparabiliter includat actus Jurisdi-
ctionis, quam ipsi non habent, meritò respectu 8. Du-
67 bii vides respondendum Negativè, non attentis iis,
quæ exadversò adducta fuerunt, quia ista vera sunt cir-
ca Processiones, quæ fiunt per eorum Ecclesias, seu
intra propria Claustra Religiosorum, non autem de
Processionibus, quas prætendunt facere per Civitatem,
ut cantat nostrum Dubium.

Pro negativa resolutione 9. Dubii militant punctua-
les Resolutiones hujus Sacræ Congregationis, allega-
tæ supra, & meritò, *quia ad Locorum Ordinarios spe-*
68 *ctat Eleemosynas per Loca quæstuandi licentias, & fa-*
cultates concedere; sunt verba *Barbos. de Potest. Episcop.*
alleg. 19. numer. 9. per tot. & concordant *Leon. in The-*
saur. For. Eccles. quæst. 4. cap. 2. numer. 246. Campanil.
in Diversor. Jur. Canon. rubr. 8. cap. 13. numer. 134. Ge-
nuen. in Prax. Archiepiscop. Cur. Neap. cap. 59. nu. 11.
Sperell. decis. 38. sub numer. 29. cum quibus processit
69 hæc Congregatio *in Lancianen. Confraternitatis 20. Se-*
ptembris 1710. quando ad secundum Dubium; *An*
Confratres dictæ Confraternitatis Montis Lanciani possint
liberè quæstuare, tam intra Ecclesiam, quàm extra, per
Civitatem &c. absque Licentia Curiæ Archiepiscopalis
rotundò respondit *Negativè*.

Videtur autem nimis exorbitans contraria prætensio,
de qua in 10. Dubio, ut, Eleemosynæ, quæ intuitu
Confraternitatis fiunt, spectent ad PP. S. Dominici, ad-
versus rotundum pactum Instrumenti concessionis Si-
70 tus, rogati cum dd. Confratribus, de quo in Summa-
rio, & adversus claram Juris dispositionem, qua atten-
ta, similes Eleemosynæ ad illos spectant, quorum con-
templatione elargiuntur, ex animadversis per Card.
Petram *ad Constit. primam Anastas. IV. sect. 2. numer.*
43. tom. 2.

Ex quibus promanat affirmativa etiam resolutio un-
decimi Dubii circa Oblationes, quæ fiunt Altari San-
ctissimi Rosarii; Illæ enim, uti factæ intuitu Confra-
ternitatis, & ad sublevandos Confratres ab insigni one-
71 re manutenendi idem Altare, non ad Religiosos, qui
nil pro manutentione ejusdem Altaris contribuunt, sed
ad Confratres spectant, juxta punctualem *decisionem*
386. per tot. cor. Pamphil.

Cætera, exadversò latè deducta, uti non concer-
nentia Dubia concordata, nullum merentur respon-
sionem; Non possumus tamen non observare dispoti-
cum illum modum procedendi P. Prioris, more belli
72 præcipientis, *Che sia casso quel Fratello, che non fre-*
quenta la Congregazione, e che non intende, che sia alcun
Fratello, che solamente quelli, che sono presenti alla Con-
gregazione, e, volendo essere, debba portarsi dal suddet-
to &c. quæ omnibus Juris principiis opponuntur, secun-
dùm quæ non est permissum, de facto delere è Tabel-
73 la Confratrum non frequentantes, ut in specie sancivit
hæc Sacra Congregatio *in dicta Lancianen. Confraternita-*
tis 20. Septembris 1710. *ad 7. Dubium.*

Ea demum, quæ dicuntur de prætensa immemorabi-
li contraria observantia, cum supposito, quòd ab hac
Parte ultrò admittatur, ut gratis ubique dicitur in con-
traria Scriptura nullam habent facti subsistentiam, nec
probata dicuntur ex simplici Fide, paucis ab hinc men-
74 sibus Deus scit quibus artibus à tribus Confratribus ex-
torta, vulgatis Juribus apud *Rot. dec. 391. num. 1. cor.*
Priolo.

Præcipuè quia dd. tribus Confratribus opponuntur se-
riæ declarationes aliorum viginti, longè qualificato-
75 rum, contrarium rotundè asserentium, ut ingenuè ad-
mittitur in dicta contraria scriptura.

Ex quibus, nedum in radice exclusus dicitur omnis
prætextus immemorabilis consuetudinis, quæ à solo
76 rumore in contrarium remanet inallegabilis, ex ad-
ductis per *Rot. in decis.* 158. *numer. 8. & decis. 519. eo-*
dem numer. coram Emerix jun. sed iidem viginti Con-
fratres, ut numero plures, & meliùs informati, ma-
77 gisque qualificati omni Jure præferendi sunt, ex firma-
tis per *Rot. in decis. 191. numer. 14. & dec. 206. numer. 9.*
cor. Priolo.

Die 16. Martii 1715. proposita Causa in Congregatio-
ne Concilii.

Ad I. responsum fuit: *Negativè, sed posse per Episco-*
pum, seu per ejus Vicarium in casibus particularibus,
& gravibus. 79
Ad II. *Affirmativè.* 80
Ad III. *Affirmativè.* 81
Ad IV. *Affirmativè ab ipsa Confrat.* 82
Ad V. *Dentur Decreta.* 83
Ad VI. *Affirmativè.* 84
Ad VII. *Negativè.* 85
Ad VIII. *Negativè, exceptis Processionibus Sanctissimi* 86
Corporis Christi, & Rosarii in prima Dominica Octobris.
Ad IX. *Affirmative.* 87
Ad X. *Negativà quoad primam, & affirmativè quoad se-*
cundam partem. 88
Ad XI. *Affirmativè quoad primam & negativè quoad se-*
cundam partem, sed convertantur in usum Altaris. 89

DISCEPTATIO XVII.

Fanen. Legati pii

PRO

Julio Alcino, Syndico Appostolico PP. Reformato-
rum S. Francisci Terræ Podii, Fanen. Diæc.

CUM

Petro Angelo, & Fratribus de Comitibus.

ARGUMENTUM.

Compositio, sub falso supposito extorta à Ministris
R. Fabricæ, non substinetur; non obstante tali
Compositione, Legatia dimplementum continu-
andum est in illa quantitate, in qua à pio Be-
nefactore relictum fuit.

DIES. Augusti anno 1605. Trojanus quondam Ma-
gistri Joannis, Altari Sancti Josephi, ab ipso ere-
cto in Ecclesia Sanctæ Mariæ Misericordiæ RR. PP.
Min. Observ. Sancti Francisci Castri Podii, reliquit Le-
gatum his verbis -- *Salmas tres Frumenti ad mensuram*
dicti Loci quolibet anno, tempore æstatis, & in perpetu-
um, dandi, & mensurandi per Joannem &c. ejus Hære-
dem Fratribus dicti Conventus, ad effectum, ut pro ipsius
Testatoris Anima in perpetuum curent tria Officia, seu An-
niversaria quolibet anno celebrari &c. & Frumentum, ut
supra dandum, voluit esse illud, quod singulis annis recol-
ligetur in Possessione dicti Testatoris, sita in Territorio 2
Terræ Urciani, in vocabulo Rialdone *&c. quam Posses-*
sionem &c. cum dicto onere solvendi dictum Frumentum re-
liquit, & legavit supradicto Janni &c. in qua &c ipsum
Hæredem instituit.

Subjungendo ibidem, quòd onus prædictum traden-
di easdem Salmas tres Frumenti adeò fixum existeret in
dicta Possessione, ut in casu, quo illa quandocumq; aliena-
retur, & ad manus alienas quocunque titulo perveniret,
semper firmum, & fixum in ea permaneret, & per- 3
duraret, ibi -- *Volens dictus Testator, quòd onus in di-*
cta Possessione suprapositum; quatenus illa alienaretur,
& ad alias quascumque manus, quovis titulo perveniret,
firmum semper existat, & perduret.

Non revocatur autem in dubium, quòd onus præ-
dictum ex parte Religiosorum, mediante celebratio-
ne Missarum, & Anniversariorum punctualiter sem-
per fuerit adimpletum, quòdque ab antiquis Posses-
soribus dicti Prædii pro tempore eleemosynæ titu-
lo in totum tradita fuerit eadem Frumenti quanti- 4
tas usque ad annum 1684. quando titulo emptio-
nis transivit in dominium Francisci de Comitibus,
qui in illius acquisitione specialiter, ac expressè
idem onus acceptavit, ibi -- *Con tutte, e singole ra-*
gioni &c. Pesi, e Legato, sopra espresso &c. a favore
di detto Convento &c. Ejusdemque fixi, & perpetui
oneris

5 oneris intuitu, specialis, & præcisa habita fuit ratio in illius æstimatione, solvendo illud minus, quod dictum onus importabat, ut patet ex dicto Instrumento emptionis, dato in Summario.

Prout etiam in confesso est inter Partes, quòd tam dictus Franciscus, primus Acquirens, tempore, quo supervixit, quàm ejus Filii, & Hæredes post ipsius mortem, vel in totum, vel pro majori parte eleemosynæ titulo tradiderunt dictam quantitatem Fru-
6 menti, itaut hodie, computatis omnibus Partitis dictarum solutionum, remaneat creditum in salmis 68. cuppis 4. & proven. 6. ut patet ex calculo, dato in Summario.

Rebus in hoc statu manentibus, acuentes ingenium Capitaneus Petrus Angelus, aliique fratres de Comitibus, preces porrexerunt huic Sacræ Congregationi pro obtinenda condonatione, seu compositione respectu dicti oneris, cum insubsistenti supposito, quòd ab eis nullo modo deberetur, uti relictum nostris Religiosis, qui sunt incapaces obtinendi perpetua Legata, etiam cum obligatione, & onere
7 Missarum, & nemine se opponente, facilè eis fuit illam obtinere. Verùm per Julium Alcinum, Syndicum Apostolicum dd. Patrum, habito recursu ad hanc Sacram Congregationem, expositaque insubsistentia dictæ prætensionis usque sub die 26. Junii
7 1717. fuit obtentum Rescriptum -- *Ad R. P. D. Sinibaldum, Judicem Reu. Fabricæ, qui procedat, prout de Jure* -- Coram quo deinde Causæ meritis usque ad satietatem discussis, in voce, & in scriptis semper informantibus dictis de Comitibus, ab illius æquè
9 nota, ac innegabili rectitudine obtinuimus declarationem, *Legatum prædictum esse validum, justum, et omninò adimplendum; Adversarios ad formam eorum literalis obligationis teneri singulis annis in futurum ad præstationem dictæ eleemosynæ trium salmarum Frumenti, necnon obligatos esse ad tradendam residualem quantitatem, pro præterito integraliter non consignatam; et demum, Instrumentum Compositionis, ab hac Sacra Congregatione obtentum die 24. Aprilis proximè præteriti 1717. esse nullum, injustum, obreptitium, et subreptitium, et consequenter nullo modo exequendum*, ut ex Sententia, data in Summario.

Adversùs quam recurrunt hodiè dd. de Comitibus
10 pro Appellatione ad hanc Sacram Congregationem sed illorum Instantia nullum habet Solidum legale fundamentum.

Ad hoc demonstrandum præmitto in facto, quòd nostrum Legatum fuit directè relictum ipsis Religiosis, sed (sunt verba Testamenti) *reliquit Altari Sancti Josephi, per dictum Testatorem erecto in dicta*
11 *Ecclesia Sanctæ Mariæ Misericordiæ Podii, salmas tres etc*. In quibus terminis nullum adest dubium, quin Hæres omni Jure teneatur adimplere idem Legatum, eò quia, neque dignum, neque justum videtur, ut sub prætextu, quòd illud convertendum sit in utilitatem Religiosorum, Hæres liberetur ab onere, ipsi literaliter injuncto, vel Bonis annexo in suffragium Animæ Testatoris, sed Hæres quantùm in se est adhuc tenetur illius voluntatem adimplere modo meliori, quo fieri potest, ne ejus Anima debitis
12 Suffragiis Missarum, & Anniversariorum defraudetur, ut per hæc præcisa verba in terminis firmavit *Rot. in decis.* 1326. *numer.* 13. *coram Emer. jun.* & concordant adducti per *Marant. respons.* 41. *numer.* 73. *lib. primo*, *Lantusc. in Theatr. Regular. verb. Legatum numer.* 4. *versic. Item, et si de Legatis*, *Sanchez. ad Præcept. Decalog. lib. septimo cap.* 76. *numero* 50. *Amostaz de Causis piis lib.* 4. *cap. tertio numer.* 74. *et Castropal. Oper. Moral. tract.* 15. *disc. tertia punct.* 9. *numer.* 19. cum Concordantibus. ci-
13 tatis in meo *Compend. Privileg. Reu. Fabr. numer.* 15. *et seqq.* ubi plures referuntur Resolutiones hujus Sacræ Congregationis, & alterius Sacri Concilii Tridentini.

Neque in contrarium merentur allegari *Torr. de Pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 36. *numer.* 73. *et seqq. et Rota cor. Merlin. decis.* 456. *per totam*; Quia *Merlinus*
14 loquitur in casu Legati, immediatè, & directè relicti ipsismet Personis incapacibus; *Torre verò* loco citato loquitur per modum objecti, cui deinde respondit infra sub *numer.* 78. *versic. Sed his non obstantibus, contrarium videtur posse defendi*. Et proinde in eisdem 15
authoritatibus nullo modo pedes figi possunt ex adductis in *tom. primo part.* 2. *discept.* 10. *numer. decimoquarto*; præcipuè in conflictu opinionis hujus Sa- 16
cræ Cong. quæ vim Legis habet, ut probavi in meo *Compend. Privil. Reu. Fabr. num.* 3. & firmavit *Rot. in Romana Locorum Montium* 3. *Junii* 1711. *§. Præfatæ cor.*
Molines, ubi quòd, quidquid in contrarium dicant ali- 17
qui Doctores, tanta pollent authoritate Resolutiones hujus Sac. Congregationis, ut eis ab in judicando recedere non liceat.

Posito ex his, quòd oppositores nullo modo exempti sint à dicto onere prætextu incapacitatis Religiosorum, facili negocio demonstratur modus, quo mediante non
offuscatur puritas Instituti dictorum Religiosorum, eo 18
tempore, quo Hæredes suas adimplent obligationes, eis in Testamentis per eorum Benefactores injunctas, illumque canonizavit hæc Sac. Congreg. approbante Urbano VIII. die 4. Februarii 1633. in respons. ad tertium Dubium, ibi -- *Posse Fratres illa accipere per modum elemosynæ à sponte Offerentibus, celebrando Missas ad formam rei acceptæ, citra tamen ullam obligationem*
ad onus perpetuum, & dummodò priùs protestentur, se 19
illorum capaces non esse, ut videre est apud *Fagnan. in cap. Nimis prava in fine de Excess. Prælatorum*, & apud alios, à Mecitatos in dicto *Compend. Privil. Fabric. numer.* 15.

Hoc enim *modo nedùm non læditur* (sunt verba *Rotæ decis.* 1326. *numer.* 16. *coram Emer. jun.*) *Verùm potiùs religiosè servatur puritas eorum Instituti, tolliturque quæ-*
vis certitudo eleemosynæ ex parte Fratrum, cùm semper 20
stet in prudenti arbitrio, & vigilantia ejusdem Archiepiscopi, pensatis omnibus circumstantiis, eleemosynarumque augumentis, ac respectivè decrementis, vel ipsis Fratribus, vel aliis committere Missarum celebrationem, & concordant adducti à *Castill. de Aliment. cap. quinto sub numer.* 26. *versic. Præterea*, *Amostaz. de Causis piis lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 66. & *Matthæuc. in Official.*
Cur. Eccles. cap. 30. *numer.* 13. & *seqq.* ubi ad hoc com- 21
probandum refert per extensum plures punctuales Resolutiones hujus Sacræ Congregationis, antiquas, medias, & modernas.

Præterea *in his circumstantiis Fratres* (sunt verba alterius punctualis decisionis 1219. *numer. decimo tertio cor. eod. Emer. jun.*) *non recipiunt Legata, tanquam debita, sed tanquam puras, & simplices Eleemosynas, neque de illis sunt omninò certi, quia semper residet in prudenti, & rationabili Judicio Executorum,*
vel Judicis, super hoc aditi, perpensis circumstantiis 22
eleemosynarum, atque Locorum, pias Testatorum voluntates exequendas, vel iisdem Fratribus Legatariis relinquere, vel aliis committere.

Habemusque in hac parte celebrem hujus Sacræ Congregationis Resolutionem in illa *Imolen.* 16. *Maii*, & 20. *Julii* 1707. in qua Ego scripsi, & obtinui, in his
terminis non intrare Privilegia R. Fabricæ, ut vi- 23
dere est *in Tom. primo part. secunda discept. trigesima prima per tot.* & signanter *numer.* 53. & *seqq.* quæ Resolutio adeo solidis rationibus innititur, ut quatuor primi nominis Sac. Consistorialis Aulæ Advocati, pro Reu. Fabrica nervosè de more scribentes, eidem fundatæ Resolutioni acquieverint.

Quibus non adversatur; quòd in præsenti pro consequutione præfatorum Legatorum agat Syndicus Apostolicus; Quia id omni Jure ei permittitur, dum quilibet de Populo in his casibus instare potest pro execu-
tione piorum Relictorum, ut objecto punctualiter 24
respondendo, observat *Rota in dicta decis.* 1219. *numer. decimo quarto versic. Nec officit coram Emerix jun.* Cum qua in casu, longè duriori, processit hæc Sacra Congreg. in dicta Imolen. eò quia in illo pia Testatrix, non solùm commiserat executionem suæ voluntatis Syndico Apostolico Religiosorum, existenti tempore ejus dispositionis, sed ulteriùs id ampliaverat etiam ad omnes ejus Successores in eodem Officio Syn-
dici, uti Personas privatas considerandas, ibi -- *Come* 25

pri-

privata Persona, *& Amministratore di questi Effetti*, *tanto per se*, *quanto per li Successori in detto Officio*, *da considerarsi anche essi come sopra*, ut videre est *in dicta discept. Ecclesiast.* 31. *part.* 2. *tom.* 1. Et tamen id non attento, hæc Sacra Congregatio, re maturè perpensa, resolvit, id nullatenus implicare; Unde eò minùs implicare debet hodie, quia in nostro casu non habemus specialem Commissionem exequutionis
26 dicti oneris, directam omnibus Syndicis Apostolicis nostrorum Religiosorum, sed unus tantùm ex eisdem, observando insubsistentiam prætensionis illorum de Comitibus misericordia o tus erga pauperes Religiosos, etiam tanquam unus de Populo, coram hac Sacra Congregatione instat pro adimplemento dictis Oneris, quod omni jure ei permissum est ex supra allegatis.

Ex quibus cum omni fundamento declarata fuit nulla, nulliusque roboris, & momenti Compositio, ab subreptitiè, & obreptitiè obtenta ab hac Sacra Congregatione, eò quia in circumstantiis nostri casus non est permissum Hæredibus obtinere remissionem, vel condonationem, seù Debiti compositionem, juxta ge-
27 nerale Decretum ejusdem Sacræ Congregationis diei 15. Septembris 1646. impressum *à Matthæuc. in Offic. Cur. Eccles. cap.* 30. *num.* 14. & in specie emanatum, uti ibi dicitur, *ad consulendum*, *non minùs indemnitati Fratrum Ordinis Minorum de Observantia Sancti Francisci*, *quàm providendum malitiæ Hæredum*, ubi
28 eadem Sacra Congregatio *probibuit*, *& expressè mandavit Commissarijs*, *Oeconomis*, *Secretarijs*, *& alijs quibuscumque Officialibus*, *& Ministris Rev. Fabricæ &c. tam Urbis*, *& Status Ecclesiastici*, *quàm Regni Neapolis &c. ne de cætero cum Hæredibus*, *vel alijs*, *quomodolibet obligatis ad solutionem*, *remissionem dictorum Legatorum*, *ad aliquam Compositionem*, *vel Transactionem deveniant*.

Omnia hæc plusquam tacitè admissa fuerunt exadverso coram R. P. D. Sinibaldo, coram quo aliam excitarunt Oppositores prætensionem non solvendi Legatum, propter prætensam incapacitatem Fundi, cum supposito quòd in illo quolibet anno non recolligantur tres salmæ Frumenti, eò quia mutata fuit forma cul-
29 turæ dicti Prædij. Cæterum obiectum non regit in facto, in quo constans est, quòd Fundus in illa eadem quantitate, & mensura est hodiè, in qua à pio Testatore relictus fuit, neque concludenter probatur dicta deficientia capacitatis recollectionis trium salmarum Frumenti, quæ non debet pendere à voluntate Possessorum recusantium in illo serere tanquam Frumenti quantitatem, quæ apta sit producere dictas tres salmas Frumenti; Non enim debent iidem Possessores
30 fundi dicto ponere gravati, ex eorum culposis operationibus commodum reportare, adversus dispositionem omnium Jurium, de quibus *Rota decis.* 35. *nu.* 103. *coram Peuting.* cum aliis, citatis *in tom.* 2. *part.* 2. *discept.* 8. *num.* 25.

Minùs eadem reflexio revaleret in Jure, eò quia ex præcisa voluntate pii Testatoris dictum onus trium salmarum Frumenti omninò persolvendum est ex dicto Prædio, omnibusque illius Fructibus, & Redditibus, quod operatur, ut nullo colore sub tali insubsi-
31 stenti prætextu retardari possit illius exequutio, ut in punctualibus terminis nostris casus firmavit egregiè, *Rota in decis.* 1219. *in fin. coram Emer. Jun.* Cum illo addito, quòd illud onus in specie acceptarum fuit à Francisco de Comitibus Patre, & Authore oppositorum in Instrumento illius acquisitionis Itaut eò minùs hodie possint impugnare factum, & non exe-
32 qui obligationem d. eorum Authoris, adversus dispositionem *Text. in l. Cùm à Matre Cod. de rei vindic. cum Concordantibus apud Rot. decis.* 175. *num.* 14. *cor. Triol.*

Quibus non adversantur verba illa Testatoris, *Frumentum prædictum voluit esse illud*, *quod singulis an-*
33 *nis recolligetur in Possessione dicti Testatoris sita in Territorio Terræ Urciani &c.* triplici responsione. Prima, quia cum in hac parte non habemus verba, taxativè denotantia, traditionem Frumenti faciendam esse duntaxat ex illo, quod recolligendum esset ex eadem Possessione, si tanta quantitas Frumenti in illa non recolligitur, semper illius deficientia aliunde 34
supplenda est, ex adductis *per Surd. decis.* 64. *num.* 22. *&* firmatis *per Rotam decis.* 442. *num.* 3. *part.* 1. *divers. & decis.* 231. *num.* 7. *coram Priolo*.

Secunda, quia ex contraria prætensione, illud, æquè magnum, & innegabile sequeretur absurdum, quòd exequutio obligationis dependeret à mera voluntate Debitoris, quodque proinde in nostro casu traditio Frumenti unicè dependeret à voluntate Possessoris dicti Fundi, qui non serendo in illa Frumentum, ad nihilum teneretur, quod nullo modo asserendum est, atque ad hoc inconveniens evitandum omnis capien- 35
da est interpretatio, per ea, quæ notant communiter Repetentes in *l. Ubi repugnantia ff. de Regul. Jur.* cum aliis *apud Rotam decis.* 1289. *num.* 11. *cor. Emer. Jun.*

Tertia demum, quia Oppositores emerunt dicta Possessionem pro minori pretio, habito respectu ad dictum onus, & propterea si hodie eis permitteretur sub dicto mendicato prætextu non ampliùs solvere Legatum, locupletarentur cum aliena jactura, quod nullo modo permittendum videtur contra *Text. in cap. Locu-* 36
pletari de Regul. Jur. in 6. Et in punctualibus terminis resolvit *hac Sacra Congregatio in Nepesina Legati* 15. *Decembris* 1717. Ea viva ratione, quia hoc Supremum Tribunal Commiserationis gratia admittit pauperes Debitores ad compositionem, eis gratiosè remittendo aliquam partem Debiti, nunquam verò 37
permittit, ut iidem Debitores cum aliena jactura locupletentur, juxta casum *dictæ Nepesinæ*, in qua scripsi, & obtinui d. die 15. Decembris proximè preteriti 1717.

Incertus est exitus.

DISCEPTATIO XVIII.

Senogallien. prætensæ Gabellæ.

PRO

PP. Reformatis S. Francisci Terræ Montis Abbatis Alboddi Senogallien. Diæcesis.

CUM

Nicolao Marchetto, Appaltatore Gabellæ ejusdem Terræ.

ARGUMENTUM.

PP. Reformati S. Francisci exempti sunt ab omnibus Gabellæ, & oneribus, quocumque titulo impositis, ratione eorum arctissimè paupertatis.

A Nome de' Padri Riformati di S. Francesco del Convento di Monte Alboddo, Diocesi di Sinigaglia, si rappresenta umilmente, esser molestati da Diego Nicola Marchetti, Subappaltatore della Ga- 1
bella del Macinato di detta Terra per il pagamento della medema per quella quantità di Grano, che a titolo di mera Limosina vien somministrato alli Oratori da loro Benefattori, per non esserli sufficiente per il loro sostentamento il Pane, che si trova dalla loro quotidiana mendicatione.

Con essersi avvanzato detto Subappaltatore a titolo di pretesa fraude, per non eser stata pagata la Gabella d' alcune Coppe di Grano, ricevute per mera carità dal Monte di Pietà di detto Luogo, di far pa- 2
gare *more Camerali* al Molinaro, che lo macinò, la somma di scudi sei e mezzo.

Non mancorono gl' Oratori di ricorrere all' Emminentissimo Paracciani, all' ora Vescovo di Sinigaglia, per opportuno provedimento, che si degnò *oretenùs* insinuarli, di procurare da Nostro Signore la dichiarazione, se nel Chirografo dell' imposizione di detta Gabella vi fosero compresi gl' Oratori, co- 3
me fecero, con esserne stata dalla Santità Sua rimessa l' instanza a questa Sagra Congregatione dalla quale fù Scritto à quel Vicario Apostolico *pro Informatione*, *& voto*: Pervenuta oggi detta Informazione

4 zione ſi reiterano le ſupplide per la detta dichiara-
zione, che non ſiano compreſi nella detta Gabella,
e che ſia reſtituita al detto Molinaro la ſomma, e-
ſtortali come ſopra *more Camerali*, e ſperano eſſe-
re eſauditi, e conſolati.

Atteſo che, tanto queſta Sac. Congregatione, quan-
to l' altra de' Veſcovi, e Regolari, & altri Tribu-
nali Collegiali, ne' quali è ſtato diſcuſſo molte vol-
te queſto articolo, ſempre anno riſoluto, che li Pa-
5 dri Oſſervanti Riformati di S. Franceſco, atteſo la
loro ſtrettiſſima povertà ed il non poſſedere coſ' alcu-
na, ne pure in commune, non ſono tenuti à paga-
re ſimile Gabella, e ſpecialmente li 21. Giugno 1659.
li 18. Maggio, li 15. Giugno, e li 17. Settembre
1672. e li 21. Febraro 1674. come alle medeme Ri-
6 ſoluzioni, che ſi regiſtrano nel fine & à molte altre
Riſoluzioni più antiche riferite, e ſeguitate dal *Lan-
tuſc. in Theatr. Regular. verb. Gabella num.* 4. *&
ſeqq.*

Anzi in queſta parte la Santità di Noſtro Signore
con due Lettere Circolari, una ſotto li 29. Settembre,
e l' altra ſoto li 20. Ottobre 1708. ſpedite per mezzo
7 della Congregatione Economica, e regiſtrate dal *Mat-
teucc. in Offic. Cur. Eccleſ. cap. 8. verb. Officialis quod
bona Eccleſiaſticorum, et Monaſteriorum num.* 23. à di-
chiarato ciò con parole tanto chiare, e letterali,
che non ammettono il minimo dubio che ſi poſſono
riconoſcere appreſſo il medemo Autore unitamente
con la copia d' altro Memoriale, chè fù preſentato à
8 Noſtro Signore ſino li 26. Ottobre 1708. ad inſtanza
di tutti li Padri della Riforma, de Conventi eſiſten-
ti nel ſtato Eccleſiaſtico che ſi regiſtra nel fine, nel
quale eſpreſſamente ſi fà menzione del preteſo aggra-
vio della Gabella del Macinato, il di cui Originale,
col Reſcritto autentico ſi è eſibito in mani di Mon-
9 ſignore Segretario, al quale parimenti ſi ſono conſe-
gnate le Fedi degl' Anteceſſori dell' hodierno Subap-
paltatore, quali anno nell' occorrenze conceduta la
Bolletta *gratis*: la Bolletta Originale della quale ri-
donda il pagamento, fatto dal Sindico Apoſtolico al
Marchetti, hodierno Subappaltatore, *ſine præjudicio* per
la molitura del Grano, ſatto macinare per ſoſtenta-
mento degl' Oratori li 25. Settembre 1717. Et altra
10 Bolletta Originale, ſpedita ad inſtanza de' Padri dello
ſteſſo Ordine, commoranti nel Convento delle Grazie
della Città di Senigaglia, in comprovazione, che l'
Appaltatore Generale le concede *gratis*, qualunque
volta occorre per il biſogno di quei Padri.

Avvanzandoſi gl' Oratori, che per la loro notoria
povertà non eſſendoli permeſſo di far ſtampare co-
pioſe Scritture, ne pure poſſono diffuſamente far
11 comparire le ſode ragioni, che militano a loro fa-
vore, ad umilmente ſupplicarle a riconoſcerle ap-
preſſo Monſignore *Zaul. ad Statut. Favent. tom.* 1.
fol. 65. *num.* 24. *& tom.* 2. *fol.* 172. *dal num.* 16. *fi-
no al fine*, dove al *num.* 23. *per extenſum* ſi trova re-
giſtrato un fondatiſſimo Voto del dottiſſimo Monſi-
12 gnore de Roſſi, già Avvocato Fiſcale, nelle quali
Scritture ſi dimoſtrano inſuſſiſtenti, e di niun peſo le
rifleſſioni, ſolite addurſi da' Gabellieri.

Molto meno ſuſſiſte il preteſto, che nel Chrirogra-
fo dell' Impoſizione delle Gabelle del Macinato ſiano
ſolamente eccettuati il Palazzo Apoſtolico, e li Mon-
ſignori Chierici di Camera, e Camerali, e conſeguen-
13 temente tutti gl' altri, e così anche gl' Oratori ſia-
no compreſi nel medemo Chirografo, il quale lette-
ralmente parla delle Perſone Eccleſiaſtiche, e Frati
etiam Mendicanti.

Perchè ciò s' intende di quelli Religioſi, che ſono
Mendicanti per Privileggio, e ſono capaci di Poſſe-
dere in commune, ne può inconto alcuno ſtenderſi
a quei Mendicanti, che profeſſano povertà tanto
ſtretta, che niente poſſiedono in queſto Mondo, nè
14 in commune, ne in particolare, come ſono gl' Ora-
tori, e come alle puntuali autorità addotte, e ſe-
guitate dal ſudetto *Monſignore Zauli* al *tom.* 2. *fol.*
173. *num.* 23.

Finalmente non oſta il preteſto, che al Molinaro
non foſſe ſtato eſibito il Bollettino Atteſſo che ciò non
hebbe origine dagl' Oratori che ne fecero replicate in- 15
ſtanze, e non hebbero la ſorte ritrovare Perſona,
che poteſſe darglielo: Di più ſi riſponde, che *Gabel-
larij non poſſunt denegare franchitiam Eccleſiaſticis ſub
prætextu, quòd cùm mittunt Triticum ad Molendinum
non deferunt cartulam vulgò* Bolletta, *ab eiſdem Gabel-
larijs ſubſcriptam*, ſono parole del *Ricci in Synopſ. verb.
Franchitia num.* 55. *fol.* 280. ed in queſta parte è ugual-
mente puntuale, e magiſtrale la Riſoluzione di que-
ſta Sac. Congregatione in una *Altamuræ* 7. *Novem-* 16
bris 1693. regiſtrata nel primo libro de' Decreti del
Vallemani pag. 85.

Ordine dell' Eminentiſſimo Ghigi all' Eminentiſſimo Rondanini.

Eminentiſſimo &c. Doppo eſſerſi veduta la Rela-
zione di voſtra Eminenza ſopra le differenze tra cote-
ſta Communità, e li Padri Minori Oſſervanti della 17
Madonna degl' Angelj intorno alla Gabbella del Ma-
cinato, ſattone relazione à Noſtro Signore, Sua Bea-
titudine sì è compiacciuta di Ordinare, che per il
Grano, che detti Padri ricevono in Elemoſina, li
Miniſtri, o ſuoi Appaltatori, gli ſomminiſtrino il Bol-
lettino *gratis*, nel modo, che facevano gl' Appalta-
tori Camerali, oſſervandoſi il modo, uſato per il paſ-
ſato, ſenz' alterazione alcuna; Onde Voſtra Eminen-
za potrà reſtar ſervita in tal guiſa dare gl' ordini op-
portuni; mentre &c.

Roma 21. Giugno 1659.

Di V. E.

Umiliſſimo &c.
F. Card. Ghigi.

Mario Fani Segretario.

Loco ✠ ſigni.

Ordine di Monſignore Teſoriere Generale.

Si è altre volte riſoluto, che alli PP. Minori Oſ-
ſervanti di San Franceſco, come Medicamenti, deb-
bano darſi li Bollettini *gratis* per macinare il Grano, 18
che vien dato loro per Limoſina: Onde le Signorie
Voſtre dovranno provedere, che così ſegua anche
per li Padri di detta Religione, ne Conventi di Ser-
vigliano, e di S. Giuſto, e prego loro ogni proſpe-
rità Delle Signorie Voſtre.

Roma 18. Maggio 1672.

Affezzionatiſſimo &c.
Girolamo Gaſtaldi Teſoriere Generale.

Altro ordine del medeſimo.

Illuſtre, e Molt' Eccellente Signore.

Dovendo darſi li Bollettini *gratis* alli PP. Mendi-
canti di S. Franceſco per macinare il Grano, che vien
dato loro per Limoſina, come sì è altre volte or- 19
dinato, non deve coteſto Subappaltatore eſprimere
in detti Bollettini *ſenza pregiudicio*, mà deve darli li-
beramente, ſenza poterne mai pretendere pagamento
alcuno. Farà però V. S. che così ſiegua in vigore di
queſta mia, e Dio la feliciti.

Roma 15. Giugno 1672.

Affezzionatiſſimo &c.
Girolamo Gaſtaldi Teſoriere Generale.

Ordine della Sac. Congregazione del Buon Governo a Monſignore Veſcovo d' Aſſiſi.

Illuſtre &c. -- Eſſendo ſtato altre volte ſcritto dal-
la Sac. Congregazione de' Sgravij ſin ſotto li 21 Giu-
gno 1659. che li Frati minori Oſſervanti della Ma- 20
donna degl' Angelli non foſſero moleſtati da coteſta
Com-

Communità, e suoi Appaltatori a pagare li Bollettini del Macinato per il Grano, che raccolgono in Elemosina, nel modo, che pratticavano gl' Appaltatori Camerali, questa Sac. Congregazione, conformandosi con li medesimi sentimenti, à ordinato, che si osservi il modo, tenutosi per il passato, come V. S. darà ordine, che segua, e Dio la prosperi.

Roma 17. Settembre 1672.

Di V. S.

Come Fratello F. Cardinale Altieri.

Ordine di Monsignore Tesoriere Generale al Vice-Governatore di Fermo.

Illustrissimo &c. -- Alli PP. Minori Osservanti di S. Francesco V. S. Illustrissima potrà far osservare da cote-
21 sto Appaltatore della Macina cio, che altre volte è stato deciso dalli miei Antecessori in questa Carica in ordine al pagamento della Gabella di essa: E perchè l'Appaltatore sudetto non poss' allegare ignoranza di questa mia volontà, si compiacerà ella di fargliela notificare &c.

Roma 21. Febraro 1674.

Di V. S. Illustrissima &c.

Devotissio &c.
Gio: Francesco Ginnetti Tesoriere Generale.

A perciò commandato la Santità Sua, che oltre ciò, che fu ordinato con altra simile lettera, scritta in data delli 29. del passato Mese di Settembre in proposito dell'
22 esenzione, che li sudetti Religiosi Mendicanti, quali ne pure in commune possiedono cosa alcuna, devono godere di tutte le Gabelle imposte, o da imporsi, per tutto ciò, che serve per il loro sostentamento, & uso; Con la presente Lettera circolare più chiaramente si spieghi, e si dichiari &c. che devono esser' essenti da tutte le Tasse, Imposizioni, Capitazioni, e da ogni altra sorte di gravezza; poichè questa è stata sempre, & è la mente della Santità Sua.

Memoriale à Nostro Signore per parte di tutti li Reformati del Stato Ecclesiastico, e suo rescrito li 26. Ottobre 1708.

BEATISSIMO PADRE.

LI Frati Minori Osservanti Riformati di S. Francesco &c. umilmente espongono, che per tutto lo Stato
23 ecclesiastico vengono molestati à concorrere alle nuove Contribuzioni imposte, non ostante la loro altissima Povertà, e la rettissima mente di Vostra Beatitudine, ch' esclude da tali aggravj i veri Poveri, che non possiedono cos' alcuna &c. Gl' Oratori non solo non posseggono, ma in vigore della loro Solenne Professione non possono possedere; E le Chiese, e Conventi, le Suppellettili, & Arnesi, sì di Sagrestia, sì di Cella, che adoperano, sono tutti della Sede Apostolica; Le limosine di Pane, Carne, ed altre cose, loro date, sono sempre de' Concedenti, con piena facoltà di ripeterle in fin che sian consummate, non avendo gl' Oratori, che il semplice uso di fatto, non di raggione, non potendo a loro arbitrio servirsi di ciò, ch'è offerto -- *qui usus non Juris, sed Facti tantummodò nomen habens, quod Facti est tantùm in utendo præbet utentibus, nil Juris*, -- come esponendo la Regola del Serafico Patriarca dicono li Sommi Pontefici Nicolò III. e Clemente V. *cap. Exiit, & cap. Exivi, de Verb. signif. in 6. & Clem.*

Ricorrono pertanto alla somma pietà di Vostra Beatitudine, *qui Pater est omnium, & Fratrum Minorum nihilominus specialis*, ibid. *cap.* Exiit. Supplicandola, voler manifestare più chiaramente la sua santa intenzione, ed esimere dalle molestie continue li Poveri Oratori, quali nulla potendo contribuire, mentre non anno cos' alcuna in loro disposizione, e dominio, sono con tutto ciò da Governatori, e Ministri tassati per lo Testatico, per le Gabelle del Macinato, Vino, e Carne &c. non senza scandalo commune de' Popoli, che veggonsi impor Dazii in su le loro Limosine, e pernicioso essempio a Prencipi, e Republiche laicali, appresso cui la Religione Riformata di S. Francesco, fu sempre libera da simili gravezze, ed imposte &c.

Che della grazia &c.

Rescritto

Si osservi la Lettera circolare, emanata per l' essenzione degl' Oratori.

Die 26. Martii 1718. proposita Causa in Cong. Immunitatis ad Relationem R. p. d. de Alteriis, hodie S. R. E. Cardinal. sub titulo S. Matt. responsum fuit -- *PP. Reformatos non teneri ad solutionem Gabellæ Macinatus.*

DISCEPTATIO XIX.

Surrentina Jurispatronatus

PRO

Promotore fiscali Curiæ archiepiscopalis Surrenti

CUM

Renato Massa

ARGUMENTUM.

Non verificato prius Jurepatronatus coram Ordinario, juxta clausulam, in Literis Apostolicis apponi solitam, illarum exequutio an facienda sit coram Judice de Partibus, in eisdem Literis deputato; Vel potiùs coram eodem Ordinario.

DE mense Maii 1711. per obitum Pauli de Massa vacavit Beneficium sub invocatione Sanctæ Catharinæ Fulgentis, erectum in Ecclesia Parochiali Sancti Michaelis Archangeli Plani Surrentini, de Jurepatronatus Familiæ de Massa, fuit que ab aliquibus Compatronis ad illud præsentatus supradictus R. Petrus de Massa 1
qui comparuit die 27. dicti mensis in Curia Archiepiscopali Surrentina, & exhibitis dictis præsentationibus, institit pro institutione, & expeditione Bullarum ad sui favorem; Sed eadem Curia mandavit affigi solitum Edictum contra Prætendentes interesse habere.

Affixo tali Edicto, comparuit in termino, in eo assignato, nempè sub die 2. Junii Clericus Renatus de Massa dum hæc imprimuntur Episcopus Duximanus, præsentatus ab aliis Compatronis, & protestatus fuit, non solùm præsentationes præfati Petri non esse attendendas, utpotè factas à Personis, non habentibus Jus nominandi, sed etiam non posse quidquam innovari, nisi 2
transacto termino, concesso Patronis ad præsentandum tunc adhuc durante, Atque successivè nempè die 5. d. mensis exhibuit in eadem Curia præsentationes, factas in sui Personam, & institit pro institutione, & expeditione Bullarum, eadem Curia post plures alias Instan- 3
tias, hinc indè factas, dedit terminum Partibus ad probandum eorum incumbentia juxta phrasim, cum qua proceditur in Curiis Ecclesiasticis Regni Neapolitan.

Dum ista agebantur in Partibus, dictus Clericus Renatus de Massa obtinuit à Dataria Literas Apostolicas super derogatione medietatis Vocum aliorum Patronorum; Et quoniam ipse non narravit dictam litem, ideò 4
illarum exequutio commissa extitit cuidam R. Joanni Petro Parascandalo Primicerio Collegiatæ Ecclesiæ S. Jo: Majoris Neapolis, & solùm quoad Ordinarium fuit dictum, quòd priùs coram eodem verificandum foret, Juspatronatus.

Qua de re dictus Renatus præsentavit easdem Literas dicto Parascandalo, & nullatenùs verificato coram Ordinario dicto Jure patronatos, nec citato memorato R. Petro de Massa, legitimo Contradictore, reportavit ab 5
illo Decretum super illarum exequutione, cujus vigore

adeptus fuit controversi Beneficii possessionem; Imò eodem tempore, quo instabat pro dicta exequutione, instabat etiam in Curia Archiepiscopali pro institutione ad illud,

Adversùs hujusmodi inusitatum modum procedendi reclamavit dictus Petrus in plena Signatura, supplicando, ut, prædictis omnibus de medio sublatis, Causa Remitteretur ad dictam Curiam Archiepiscopalem, & emanavit Rescriptum in fine registrandum, pro cujus revocatione in secunda Causæ propositione dicebam.

Regula est, quòd prima Instantia semper fieri debet coram Ordinario, juxta notorium cap. *Causæ omnes* &c.
7 Ideòque cum causa, de qua agitur, versetur in prima Instantia, meritò ea remittenda est ad d. Curiam Archiepiscopalem.

Tantòque magis cùm eadem Causa sit jam instructa in dicta Curia, dum Præsentati, comparuerunt in illa, deduxerunt propria Jura, & institerunt pro institutione ad Beneficium, & expeditione Bullarum, in quibus terminis non solùm Lis dicitur incepta, dum ad istum
8 effectum sufficit sola Citatio, ut tradunt *Surd. conf.* 542. *num.* 2. *Albic. de Inconstan. in Judic. quæst.* 4. *n.* 8. Verùm contestata, cùm in substantia contestatio Litis in nihilo alio consistat, quàm in petitione Actoris, & responsione affirmativa, vel negativa Rei, juxtà notissima prin-
9 cipia, relata per *Carleval. de Judic. tit.* 1. *disp.* 2. *num.* 3. & consequenter si eadem Causa jam pendet in dicta Cu-
10 ria, eò fortiùs d. remissio fieri debet, dum judicium, ubi ceptum est, ibi debet terminari, *leg. Ubi acceptum ff. de Judic.*

Non attento, quòd eo ipso, quòd Papa in controversis Literis dedit certum Exequutorem, censeatur abstu-
11 lisse omnem Jurisdictionem ab Ordinario, *Glos. in cap. Si cap. verbo Exequatur de Concess. Præbend. in* 6. cum concordantibus apud *Lotter de Re benef. lib.* 3. *qu.* 12. *nu.* 3. taliter ut eidem Ordinario remaneat penitùs sublata spes de causa cognoscenda, tam per viam nullitatis, ut tradit *Ripa in cap. Cùm M. Ferrariensis n.* 198. *de Constit.*
12 quàm etiam per viam Appellationis; Cùm in his terminis non liceat ad alium provocare, quàm ad ipsum Pa-
13 pam delegantem, *cap. Dilecti* 66. *de Appellat.* Imò qualitercumque Causa devolvatur ad Curiam, dum ab ista nunquam extrahi potest, nisi ex certa scientia ipsius Papæ, ut per hæc ferè verba discurrit *Lott. loc. cit. n.* 6.

Omnia enim hæc vera sunt sed procedunt, quotiescumque coram Ordinario antequam concedantur Litteræ Apostolicæ nulla fuit introducta, aut contestata Lis inter Collitigantes; Cæterùm si Lis antea contestata extitit, & ab Impetrante illa non fuit clarè, & dilucidè Papæ narrata, eo casu nunquam intelligitur ab ipso ex prędicta deputatione certi Exequutoris, fuisse præjudicatum
14 Jurisdictioni Ordinarii, & Liti, coram eo introductæ, sed ejus Rescriptum remanet subreptitium ex *Text. in c. Super eo* 15. *de Offic. et post. Judic. Delegat. et c. Si quando de Rescript. et notant Mandos. de Commission. commission.* 7. *versic. Delegatis Apostolicis*, *Ubert. de Citation. cap.* 6. *n.* 34. *et Rot. coram Seraphin. decis.* 1441. & ratio est clara quia ubi Papa scit, Litem fuisse introductam coram Ordinario, semper solet exequutionem similium Litera-
15 rum super derogatione medietatis Vocum eidem committere, ad hoc ut Judicium, ubi est cæptum, ibi terminetur ex adductis per *Amayden de Stylo Datariæ lib.* 1. *cap* 19. *num.* 7.

In subjecta autem hypothesi prædicta Lis fuit introducta, & contestata in dicta Curia ante controversas Literas, dum actus, ex quibus eadem contestatio educitur, sequuti fuerunt sub diebus 27. Maii, & 2. Junii 1711 & dictæ Litteræ non fuerunt obtentæ nisi sub die 9. dicti mensis Junii, eademque Lis nullatenùs fuit Papę narrata, sed solùm fuit dictum Oppositorem esse præsenta-
16 tum à majori parte Patronorum, Propterea sequitur dicendum, per certum exequutorem, in illis datum, ne utiquam fuisse præjudicatum dictæ Jurisdictioni Ordinarii, coram quo jam Lis pendebat, ex supra allegatis.

Nec dicatur quòd congruo tempore non potuit dicta contestatio Litis nunciari Officiali Datariæ seu Expeditionario, easdem Literas procuranti; quia eadem contestatio facta fuit die 2. Junii, 1711. quo Oppositor comparuit in dicta Curia, & deduxit exceptiones contra præsentationes Petri Massa, & sic cum ab ista die usque ad diem 9. ejusdem mensis, sub qua fuerunt datę dd. 17
Literæ effluxerint septem dies, indè deducitur, quòd d. Officialis seu Expeditionarius benè de prędictis certior fieri poterat, cum per tale tempus, imò breviùs literæ à Civitate Surrenti Romam perveniant, ut omnibus innotescit, & quia etiamsi per tale tempus non poterat nunciari d. Litis contestatio, saltem negari nequit, quòd 18
nunciari potuerit affixio Edictorum contra Interesse Habentes, quę evenit die 27. Maii antecedentis, quod proinde cùm similiter in iisdem Literis non fuerit narratum, hoc sufficit, ut eædem Literæ in hac parte dici debeant subreptitiæ, & sic non præjudiciales Ordinario, cùm Papæ non solùm debeat narrari Lis, quæ fuit introducta per veram, & legitimam contestationem; sed etiam 19
illa, quæ fuit incępta per solam Citationem, ut tradunt *Menoch. de Arbitrar. cas.* 202. *n.* 7. qui ampliat, hoc procedere etiam Citatio esset tantùm decreta, & non exequuta & *Rosa de exequut. Liter. Apostol. par.* 2. *c.* 2. *n.* 13.

Minùs replicetur, quòd Signatura non possit decernere d. remissionem Causæ ad Ordinarium, sed pro illa recurrendum veniat ad ipsum Papam, ad quem solùm 20
spectat mutare Judices Literarum Apostolic. Cùm enim eædem Literæ fuerint concessæ, habita priùs notitia de idoneitate oppositoris per Literas ejus Ordinarii, dicuntur esse sub forma gratiosa, ut explicando istarum quali- 21
tatem, & essentiam notat *Rosa de Exequut. Liter. Apost. cap.* 2. *n.* 70. quo casu semper ab eadem Signatura Judices mutari possunt, & contrarium procedit in Literis, ex- 22
peditis in forma dignum, ut benè distinguendo advertunt *Amaiden. de Stylo Datariæ lib.* 1. *cap* 5. *quæst.* 1. *n.* 40. & 41. ubi declarat *decis. in Oritana Paroch.* 12. *Decemb.* 1597. relata per *Marchesan. de Commiss. part.* 1. *fol. mihi* 964. & *Rosa dicto tract. part.* 2. *cap.* 10. *sub num.* 27.

Cæterum ad omne pejus, quatenùs nolit Causa super exequutione Literarum Apostolicarum remitti ad Ordinarium id nullo modo potest denegari quoad verificationem Jurispatronatus; Quippè Papa voluit in eisdem Literis, quòd omninò illud verificetur priùs coram Ordinario, ibi -- *Verificato priùs coram Ordinario Loci d. Juspatronatus ex fundatione, vel dotatione* -- proindeque ipse 23
solus in hoc procedere potest; Res adeò vera, ut si causa per Appellationem devolvatur ad Rotam, aut alios Judices Romanæ Curiæ, ne coram ipsis quidem dicta verificatio fieri valeat; ex rationibus, perpensis per *Rotam in rec. decis.* 39. *n.* 6. *ad fin. part.* 19. *tom.* 1. Et illa, ut- 24
potè requirens Causæ recognitionem, & tangens interesse ipsius Ordinarii, fieri debet, servatis servandis, & citato in omni actu Promotore Fiscali, ex his, quæ tra- 25
dunt *Vivian. de Jurepatr. c.* 8. *n.* 11. & *seqq. lib.* 13. *Rosa de Exequut. Liter. Apost. in Addit. ad c.* 8. *n.* 24. & 25. Ergò si solus ordinarius quo ad hoc sese ingerere potest summo Jure videtur eidem hoc negocium remittendum, & non potest determinari contrarium, cùm Signatura non habeat facultatem tollendi ac immittendi ea, quæ 26
fuerunt per Papam stabilita, *Gonzal. ad Reg.* 8. *Concell. gloss.* 52. *n.* 31.

Nec relevat, quòd de dicta verificatione jam constat ex Institutione, concessa de anno 1680. ab Archiepiscopo Petra præsentato ab ass. Patronis dicti Beneficii, Quia cùm idem Beneficium ex post potuerit aliquo modo im- 27
mutari, dicta Institutio eandem verificationem non concludit, ut in puncto nostro Casus firmavit egregiè Rota *dicta decis.* 39. *n.* 3. & *seqq.* & ideò omninò ea fieri debet coram moderno Archiepiscopo.

Postremò non relevat, quòd de consensu præcedentis Procuratoris, seu Patroni hujus Causæ fuerit incapsata Commissio; Nam ille erat solùm Defensor Petri de Massa; Ideoque præjudicare nequit Promotori Fiscali Curiæ Archiepisc. modò comparenti, qui cùm in hac re habeat principale Interesse, ex animadversis per *Rot. d. dec.* 39. 28
n. 11. *pag.* 19. *to.* 1. *rec.* potest ex se, imò ad ipsum spectat insistere pro controversa Remissione ad suam Curiam *c.* 29
super eo de Offic. & potest. Jud. deleg. Absque ulla prorsus difficultate, ex quo d. Procurator, quidquid dicendum sit in omittendo, est indubitatum, quòd in committendo Principali nunquam præjudicare potest sine speciali Procuræ Mandato, juxta distinctionem, communiter receptam, de qua *in Inst. crim. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 156.

Non

Non prætereundo, quòd, ultra verificationem Jurispatronatus, fuit etiam in prædictis Literis Apostolicis clausula -- *Dummodò Beneficium non postulet Residentiam*, Ideoque ex isto etiam capite dicta remissio facienda videtur ad Ordinarium, ad finem recognoscendi, an dictum Beneficium verè, & realiter sit residentiale. Et de facto, quòd istud requirat Residentiam constat ex Decreto, & Bullis Donzelli Archiepiscopi antecessoris.

IN EADEM CAUSA

PRosunt motiva propter quæ prima causa remittendæ ad Archiepiscopalem Curiam Surrentinam, quia Parascandalus, Iudex in literis Apostolicis deputatus, processit absque Jurisdictione, & pro quia Causa erat jam in prima Instantia in eadem Curia intro-
32 ducta, nullaque ejusdem introductionis facta mentione, extorta fuit Commissio, directa eidem Parascandalo.

Processum fuit ab eodem Exequutore absque ullo Jurisdictionis principio, quia Literæ Apostolicæ continent clausulam illam *verificato priùs coram Ordinario Loti dicto*
33 *Jure patronatus*, quod cùm nullatenùs fuerit practicatum, nullitas Sententiæ Exequutoris dicitur palpabilis, ut in terminis probat *Vivian. de Jurepatronat. lib.* 13.
34 *cap.* 8. *num.* 6. *& sequent.* & signanter *numer.* 11. habemusque in his punctualissimis terminis casum, decisum à *Sac. Rota in magistrali decis.* 324. *&* 345. *per totas coram Emer. junior.* necnon *in decis.* 184. *à num.* 2. *par.* 12. *rec. & in Bovinen. Archipræsbyteratus* 10. *Martii* 1710. §. *Exordien. cor. Aldrovando*, in quibus punctualissimè noster casus fuit decisus; Quando autem in Urbe allegantur Rotæ Decisiones, non est ampliùs quærenda ratio,
35 ait *Bouden. collectat. legal.* 3 *numer.* 7. quia, quod Rotæ Auditoribus in judicando placuit, communis opinio reputatur, juxtà verba *Vizzani de Mandat. Princip. leg.* 2.
36 *num.* 29. *Adden ad Pamphil. decis.* 43. *num.* 9. *&* 10. ubi, quòd Rotæ Decisiones tanquàm Sacri Canones, & Legum dogmata servandæ sunt, nefasque fit ab illis in ju-
37 dicando recedere, & eadem *Sac. Rota in Romana Juris tumulandi* 5. *Martii* 1703. §. *Prima cor. Card. Priolo*, ubi quòd Rotæ Decisiones præbent normam inposterùm judicandi.

Quod est adeò verum, ut Sacra Rota, cui in gradu Appellationis similis Causa commissa fuerat, tunc solùm manus in eadem Causa apposuit, quando Partes, redeuntes coram Ordinario, coram ipso priùs Juspatro-
38 natus verificarunt, ut videre est in *decis.* 357. *in principio coram eodem Emerix junior.* ibi -- *Verificato ad removendam omnem difficultatem per Felicem Antonium, citatis Procuratore Fiscali, & Ugólino Adversario, denuò Jurepatronatus coram Ordinario ex dotatione vel fundatione, prout constat ex Sententia ejusdem Ordinarii &c. Atque ita radicitùs sublato motivo, quod solùm præbuerat causam dubitandi de viribus primæ Decisionis, Domini censuerunt, ad illam esse redeundum.*

Ea viva ratione, quia *non debet* (sunt verba dictæ *decisionis* 345. *coram Emer. junior.*) *contra expressam mentem Papæ, verificationem hujusmodi coram Ordinario in*
39 *qualibet vacatione, ità rigorose demandantis propter interesse, quod habent Sedes Apostolicæ, & Ordinarii, ne Beneficia de facili in servitutem reducantur &c. aliò transferri ista verificatio &c.*

Nec meretur adductis prætensa justificatio facta coram alio Archiepiscopo antecessore: Objecto enim punctualissimè occurrit *Sacra Rota in decision.* 41. *numer.* 5.
40 *et sequentibus coram Priol.* his verbis -- *Nec relevat, quod alius Ordinarius occasione alterius consimilis provisionis approbaverit eundem Patronatum, hæcque approbatio fuerit exhibita coram dicto Exequutore, quia hujusmodi exhibitio coram Exequutore non suffragatur, sed erat facienda coram Ordinario, coram quo denuò Juspatronatus justificari debebat, prout Papa in ejus Literi mandavit, ea sanè ratione, quia cùm agatur de materia præju-*
41 *diciali Ecclesiæ, ac ipsi Ordinario, ob servitutem Beneficii, congruum est, ut coram eo qualitas illius discutiatur, citato Promotore Fiscali, qui pro defensione libertatis assistat, atque ita fraudibus, quæ alioquin coram aliis de facili committi possent; occurratur: Lataque Sententia super verificatione, ea postmodùm coram Exequutore producitur, et cæteris coram eo justificatis, possessio apprehenditur, juxta Praxim, traditam per modern. Lucan. etc.*

Et in fortioribus terminis verificationis Jurispatronatus, productæ in Rota coram uno ex ejus Auditoribus, quòd in nova vacatione facienda iterùm sit coram Ordinario, & producenda iterùm sit coram alio Auditore, coram quo pendet exequutio Literarum Apostolicarum, cum eadem clausula: *Verificato prius Jurepatronatus*, est punctualis decisio *Cerr. trigesimo septimo per totam.* 42

Minùs obstat consensus præcedentis Causæ Patroni, comparentis pro Petro Massa, uno ex Collitigantibus pro incapsatione Commissionis ad terminos Rescripti hujus Supremi Tribunalis Ultra enim supra animadversa pro congrua responsione hujusmodi objecto, dicimus, quod ille nullo modo aptus est præjudicare Promotori Fiscali, hodiè comparenti, atque habenti principale interesse in hac Causa: Ut enim ad rem advertit *Rota in decis.* 41. *num.* 6. *coram Priolo* in his circumstantiis -- *Agitur de materia præjudiciali Ecclesiæ, ac ipsi Ordinario, ob servitutem Beneficii* -- & concordat eadem *Rota coram Cerr. decision.* 37. *num.* 2. ibi -- *interest Ecclesiæ, cognosci ab Ordinario, ut possit pro illius libertate Promotor Fiscalis assistere, atque citari* -- Et propterea per Partium consensum non potest Ordinario, & Ecclesiæ præjudicari, minusque verificatio Jurispatronatus coram alio fieri, ut in fortioribus terminis Rectoris Ecclesiæ, seu Beneficiati, quòd per ejus factum, neque tacitè, neque expressè præjudicare possit eidem Ecclesiæ, seu Beneficio, notant *Ferret. consil.* 132. *numer.* 12. *Garz. de Benefic. part. quinta capit* 5. *sub. numer.* 142. *Panimoll. decis.* 10. *numer.* 41. *et sequentibus et Rota decision.* 601. *numer. nono coram Buratt. et decision.* 291. *num. quinto, et* 6. *part* 6. *recent.* & in nostris terminis eadem *Rota coram Cerr. dicta decision.* 37. *numer. primo, et sequentibus, et coram Emerix junior. citat. decision.* 345. *in fine.* 43 44 45 46

Sunt etiam subreptitiæ Literæ Apostolicæ, directæ dicto Parascandalo, quia non Sanctissimo Domino Nostro expositum, quòd circa Juspatronatus, de quo est quæstio, pendebat Lis in Tribunali Curiæ Archiepiscopalis, ex cujus taciturnitate oritur manifestus defectus intentionis Papæ præjudicandi in prima Instantia Juribus Curiæ Archiepiscopalis; Per similes siquidem Gratias non solent Summi Pontifices unquam præjudicare Ordinariis, juxta literalem *Textum in capit. Super eo decimo quinto de Offic. et potest. Judic. delegat.* ibi -- *Licet quæstionem, quæ de præsentatione vertitur, Apostolico Rescripto committamus alicui terminandam, non tamen nostræ intentionis Diœcesano Episcopo, vel Archipresbytero, vel Archidiacono præjudicium generare etc.* 47

Et bonam adducit rationem *Gonzal. in dicto capit. super eo numer. sexto*: Quia scilicèt Principis Gratiæ semper intelliguntur factæ, sine Tertii præjudicio, quod de Summo Pontifice multò fortiùs dicendum est, attenta regula 18. Cancellar. in qua rotundis literis se declaravit Sanctissimus Dominus Noster *Ne per varias, quæ pro Commissionibus, seu Mandatis, et declarationibus habendis in Caussis plerùmque fiunt suggestiones, justitia postponatur: Idem Dominus Noster decrevit, suæ intentionis fore, quòd deinceps per quamcumque Signaturam, seu concessionem, aut Gratiam, vel Literas Apostolicas pro Commissionibus, seu Mandatis, aut declarationibus hujusmodi, etiamsi Motu proprio, et ex certa scientia, ac etiam ante motam Litem, à Sanctitate sua emanaverint, vel de ejus Mandato faciendas, nulli Jus sibi quæsitum quomodolibet, tollatur.* 48 49

Ultra quod dum eadem Lis exposita non fuit Summo Pontifici, eò minùs dici potest eidem Juri derogatum; Non enim potuit Summus Pontifex divinare id, quod eum à voluntate derogandi Juri quæsito Curiæ Archiepiscopalis removere potuisset, ut sequendo literalem *Textum in cap. unico* §. *Porrò, versic. Quoniam Ut Ecclesiastic. Benefic. sine diminut. confer.* aliis cumulatis, generaliter advertit *Ansald. in Addition ad decis.* 82. *num.* 50

82. *numer. 60. & 61.* & in nostris terminis egregiè *Rota in decis. 37. num. 4. coram Cerro.*

Neque ulla vis fieri potest in solitis clausulis, quibus muniri solent Literæ Apostolicæ: Illæ enim aptæ sunt præjudicare Partibus Collitigantibus, nunquam verò Tertio, qui semper audiendus est in his terminis, ejusque Jura conservanda, ad *Text. literalem in capit. super eo 15. de Offic. et potest. Judic. delegat.* ibi -- *Tenebit eorum Appellatio, si videntes, Juri suo detrahi, duxerint appellandum, quia non illis, sed Partibus, inter quas Causa commissa est, Appellationis remedium est sublatum.*

Quæ si procedunt in terminos dispositionis Juris communis, multò magis admittenda videntur in præsenti, in quo ex una parte cum illa concordat expressa voluntas Sanctissimi, nullatenus auferendi Causam à Curia Archiepiscopali Surrentina, superlativè desumpta, nedùm ex dicta verificatione Jurispatronatus, facienda in eadem Curia, sed ulteriùs in illa probandi, quòd Beneficium, de quo agitur, personalem Residentiam non requirat, juxta præcisa verba Literarum Apostolicarum: Ex alia verò *Jus Ordinariorum, ut in prima Instantia procedant, nullo modo à Partibus potest in eorum præjudicium renunciari*, ut per hæc præcisa verba probat *Barbos. ad Concil. sess. 21. de Reformat. cap. 20. numer. 2.* & concordant *Sarac. de Adjunct. quæst. 7. numer. 7. Suar. de Pace in Trax. tom secundo prælud. ultim. numer. 18. et Salgad. de Supplicat. ad Sanctissimum part. prima cap. decimo tertio numer. 35. part. secunda cap. tertio §. unico per totum.*

Die 17. Decembris 1711. proposita Causa per R. p. d. de Abbatibus, hodie Sac. Congregationis Concilis Secretarium, responsum fuit -- *Alteri cum facultate exequendi literas Apostolicas ex integro, apposito sequestro, et amplius Causa non proponatur.*

DISCEPTATIO XX.

Neapolitana Cellæ

PRO

Eleonora Pappacoda, Moniali in Monasterio D. Romitæ Neapolis

CUM

Sorore Magdalena Minutillo, Conversa ejusdem Monasterii, eique Adhærentibus

ARGUMENTUM.

Cella, propriis sumptibus ornata à Moniali, ejusque Consanguineis, an spectet ad illius Consanguineas, Professionem emittentes in eodem Monasterio; Vel potiùs an illius distributio spectet ad arbitrium Abbatissæ; Et an iste teneatur in illius distributione præferre Moniales, magis antianas. Nullitas Instrumenti, seu illius falsitatis suspicio ex quibus desumatur, vel probetur.

EX soluto naturæ debito per Catharinam Capyciam, Monialem Ven. Monasterii Sanctæ Mariæ Domne Romitæ Neapolis, debitricem Domini Josephi Severini in ingenti summa scut. 230. erogata in satisfactionem Apparati serici, empti per Monialem defunctam, pro usu, & servitio Ecclesiæ, condemnatum extitit dictum Monasterium per Curiam Archiepiscopalem ejusdem Civitatis ad solutionem antedictæ summæ,
1 quæ propter alias Monasterii necessitates, satisfieri non poterat nisi eam dedisset Donna Eleonora Pappacoda, Monialis professa prædicti Monasterii, ea siquidem conditione, quam approbavit illius Abbatissa, quòd in usu & habitatione Cellæ, quam inhabitavit memorata Monialis Capycia, præferri deberet dicta Donna Eleonora, quotiès Donna Catharina de Minutillis è Monasterio egrederetur, & Monialis non fieret; At quia, annis retro elapsis post celebratum Contractum irrepsit murmur inter Moniales, circa prætensam cessionem hujusmodi Cellæ, quam sucessorio quasi titulo facere moliebatur dicta Donna Catharina de Minutillis favore alterius Monialis, prævio Recursu institutum fuit ex parte 2
d. Donnæ Eleonoræ in hoc Sac. Consessu pro confirmatione Contractus, præseferentis controversam prælationem, alioquin sibi competentem vigore Juris consuetudinarii dicti Monasterii distribuendi Cellas Monialibus antianis, auditoque Vicario Generali meruit postmodum obtinere Gratiam, quam exoptabat in forma commissaria exhibitaque coram eodem Vicario, cui fuerat commissa, solita clausula -- *Veris existentibus narratis*, fuerunt verificata omnia ea, quæ narrata fuere 3
in supplici Libello, hac de causa porrecto in Sacra Congregatione, quamobrem ser. de Jure servandis, emanavit anno 1705. Sententia exequutorialis, qua conceditur petita facultas præferendi d. D. Eleonora in distributione Cellæ ad formam Gratiæ per eandem obtentæ ab hac Sacra Congregatione, scilicet, in eo casu, quo dicta Donna Catharina de Minutillis nollet profiteri in dicto Monasterio, prout accidit de mense Julii anni 1713 in quo copulata est Matrimonio cum Josepho Columna, Marchione Altavillæ.

Hinc jam certa erat Donna Eleonora assequi habitationem controversæ Cellæ, ob purificationem conditionis, appositæ in recensito contractu, canonizato à Sac. Congregatione; Verùm non potuit illam obtinere absque novo discrimine suorum Jurium, propter judicialem Resistentiam cujusdam Conversæ dicti Monasterii, 4
nomine Sororis Magdalenæ Minutillo, quę assumpto nomine Monialis, ac sibi usurpato cognomine prænobilis Familiæ Minutillę, ad exemplum eorum, qui infimo loco nati se clarissimi Familiis inserere voluerunt, 5
de quibus latè scribit *Valer. Max. Moral. lib. 9. cap. 16.* judicialiter petiit manuteneri in possessione prędictę Cellę, quam inhabitavit titulo servitorio, quia priùs admissa fuit, uti Famula particularis, & deindè, assumpto Habitu, & emissa Professione Conversę ibidem Monialibus Choristis inserviit.

Et licèt suo officio functus fuisset Vicarius, propter exequutionem, datam Gratiæ, quam obtinuit Donna Eleonora, nihilominus, quia non dubitabat assumere partes Judicis, attento Recursu, habito per dictam D. Eleonora, reassumpta fuit Causa in hoc excelso Consessu, quem Pars Adversa, postquam consensum pręstiterat declinare cupiebat ob Instantiam, quam ultro 6
promovit coram Auditore Sanctissimi pro remissione Causę ad Partes qui prævia circumscriptione omnium, gestorum in Curia Arciepiscopali Neapolis, Causa remisit ad hoc Sacr. Tribunal, in quo propterea renovantur preces pro d. Gratię exequutione.

Convenit enim Reipublicę, & statui rerum, ne istę vagentur in incertis, Gratias perpetuo esse Mansuras, juxtà responsum *Bonifac. VIII. in cap. Si cui nulla de Præb. et dignit. in sesto, et in capitul. Decet de Reg. Jur. in sesto* & notant *Ansald. Adnot. ad decis. trigesimo sesto* 7
numer. decimo quarto, et sequent. Rot. coram Ubag. decis. vigesimo nono numer. vigesimo ottavo, et cor. Coccin. decis. 2148. numer. tertio et decis. 358. numer. quarto part. rec. et in Placent. Decimarum decimo sesto Maii 1710. §. Clarissimè verò coram Ansaldo, Necnon æquitati, fideique humanæ convenit, præsertim inter Moniales, Gratias, & concessiones, quæ emanarunt ex titulo oneroso per speciales Conventiones, & Pacta, quæ semel placuerunt, esse inviolabiliter servandas, & custodiendas per *Tex. in capitul. primo et cap. fin. de Pact. in sesto leg. Jurisgentium §. Prætor ait ff. de Pact.* & optimè *Rot. decis. 310. numer. primo part. quinta decis. 218. numer. quarto et sequent. part. septima recent. et in Cabilonen. Ordinis Cistercien. Jurisdictionis decimo nono Junii 1702. §. Si itaque coram Molines* Præcipuè interveniente prætio, 8
quod facit emptionem, & venditionem, ad *Text. in leg. prima et secunda ff. de Contrah. empt. leg. 1. ff. de Rer. permutat. et leg. fin. Cod. de Præd. Decur. libr. decimo* ibique *Glos. verb. Intelligi*, & doctissimè de more observat *Cujac. tom. secundo Oper. prior. fol. mihi 44. lit. E. Faber. in lib. decimo ottavo digest. tit. primo lib. primo §. Sed an sine*

fine nummis ad fin. tom. 5. *Pandect. Fab. de Mont. de Empt. & vendit. part. prima numer. tertio tract. magn. tom. 6. pag.* 29.

Hinc propterea nulla excogitari valet difficultas, quo minùs exequenda veniat Gratia hujus Sacræ Congregationis, jam verificata coram Exequutore super omnibus expositis, & per ipsum debitæ exequutioni demandata per Sententiam in judicatum transactam, quo casu non est opus inquirere ulteriùs super validitate Gratiæ, & Contractus, initi titulo oneroso pro obti-
10 nenda successione in Cella, de qua agitur, juxtà ea, quæ in terminis Gratiæ, jam exequutæ, dixerunt *Rosa de Exequut. Liter. Apostol. cap.* 6. *numer.* 24. *Rot. decis.* 154. *numer.* 25. *coram Ottob. & decis.* 396. *numer.* 2. *cor. Celso, & in recent. decis.* 456. *num.* 7. *part.* 13. *& in Hypporegien. Parochialis* 21. *Junii* 1700. *§. Præterea coram Molines.*

Et tamen ex abundanti dicimus, quòd ex inveterata, & notoria observantia Moniales, conniventibus Abbatissis, de his, quæ pro earum libito administrant, & disponunt, per quandam speciem commoditatis, citra violationem Juris positivi, emere possunt Cellam,
11 propriis expensis à Consorore ædificatam, ex teorica *Bart. in auth. Excipitur numer.* 2. *ver. Puto autem Cod. de Neces. Ser. Gemin. cons.* 80. *num.* 6. *cum duabus sequent.* latè *Honded. cons.* 78. *numer.* 44. *lib.* 2. *Tondut. Resol. benefic.* 98. *numer.* 8. *Capon. disc. for.* 197. *numer.* 27. *& sequent.* & testatur *Manent decis.* 74. *numer.* 4. aliisque congestis, concordat *Gob. consult. decis.* 12. *numer.* 23. & 24. quotiescumque tamen pretium erogatur pro indigentiis Monasterii, & copulativè concurrit licentia
12 Sacræ Congregationis, ut in præsenti Casu de facto practicatum fuit, & de Jure declaravit in una *Venetiarum* 3. *Maii* 1647. de qua *Capon. discept.* 173. *numer.* 26.

Igitur citra ullam difficultatem, potuit acquirere Jus prælationis Monialis Pappacoda pretio ducatorum
13 200. & ultra in distributione Cellæ ædificatæ expensis Monasterii, per ea, quæ perpenderunt *Castren. cons. primo in fin. vol.* 2. *Card. Corradin de Prælat. quæst.* 10. *numer.* 13. *Rot. coram Buratt. decis.* 935. *numer.* 5. *vers. & in specie, & decis.* 504. *numer.* 5. *apud. Cenc. de Cens.* dum non solum pretium, quod solvit, fuit erogatum in utilitatem, & commodum Monasterii, ad *Text. in*
14 *leg. Si Pupilli in princ. ff. de Neg. gest.* & post alios firmat *Rot. decis.* 65. *num.* 4. & 5. *part.* 2. *divers.* sed etiam accessit licentia hujus Sacræ Congregationis, sivè Benepla-
15 citum Apostolicum de cujus viribus *Card. de Luc. de Alien. disc.* 1. *num.* 2. *Rot. coram Coccin. decis.* 2264. *numer.* 17. *& decis.* 65. *numer.* 1. *part.* 2. *div. & in rec. part.* 8. *dec.* 39. *num.* 41.

Nec etiam dubitari potest, quin purificata fuerit conditio, & sub qua obtenta fuit concessio Cellæ, dum Donna Catharina de Minutillis egressa est de Monast. & Matrimonium contraxit quæ erat unica conditio Contractus; Qua idcircò verificata eidem omni Jure, debet ut Cella, dum Contractus roboratus Bene-
16 placito Apostolico, afficit quoscumque Successores, seù Moniales, in eadem Cella Jus habere prætendentes, per notum *Textum in cap. Veniens de Transact. & animadversa per Innoc. in cap. Statuimus num.* 1. *de Transact. Jo. Andr. in cap. De cætero num.* 15. *eod. tit. Hostien. in cap. Veniens* 8. *n.* 5. *pariter eod. tit.* ubi *Butr. n.* 15. *Anchor. num.* 1. *Fagn. num.* 3. *Gemin. cons.* 87. *num.* 1. *Gonz. ad Reg. & Canc. glos.* 25. *numer.* 14. *& Rot. in Cabilonen. seu Ordinis Cistercien. Jurisdictionis* 4. *Maii* 1706. *§. Potissime quia coram Molines*, qui Successores eundem Contractum impugnare non possunt, postquam purificata fuit conditio egressus dictæ D. Catharinæ è Monaste-
17 rio, eò quia Contractus, purificata conditione, existimatur ac si ab initio purè, & simpliciter celebratum fuisset *per Text. literalem in leg. Si Pupillus ff. de Condit. instit. Tiraq. de Retract. lignang. §.* 1. *glos.* 2. *num.* 27. *vers. & quamquam, Rot. coram Merlin. decis.* 178. *num. fin. & dec.* 318. *num.* 6. *part.* 1. *& decis.* 243. *num.* 16. *part.* 17. *& dec.* 164. *num.* 9. *part.* 18. *rec.*

Probata ex his efficacia prælationis, canonizata à Sac. Congregatione, quæ habetur, acsi concessa fuisset per Summ. Pontificem, ad tradita per *Giovan. respons.*
18 83. *numer.* 30. *vol. primo, Urceol. Consult.* 94. *numer.* 17.

Vol. 2. *Castald. consult.* 127. *à n.* 27. *Rot. coram Bich. decis.* 381. *n.* 24. *& decis.* 179. *in rec. par.* 9. *n.* 4. Nihil aliud tacendo remanet, nisi dare promptam exequutionem, & obedientiam Legi Contractus, qui omni Jure servandus venit, & maximè, quia Donna Eleonora erat, & est magis antiana, sive in ordine Senior, quo casu successio, seu optio Cellæ, non solùm ei debita est ex Jure consuetudinario Monasterii, sed etiam de Jure communi, & in omnibus Monasteriis vigente, per ea, quæ 19
censuit *Sacra Congregatio in Urbinaten.* 8. *Februarii, & in Januen.* 5. *Septembris* 1692. *&* 3. *Julii* 1693. ut refert *Monacell. in Formul. leg. tom. primo tit.* 11. *for.* 17. *num.* 3. & communiter tenent *Barbos. ad Concil. Sess.* 25. *de Regul. cap.* 2. *num.* 12. ubi quod Cella debet distribui Monialibus senioribus in *Collect. decis.* 141. *verb. Cella num.* 4. ubi quod Monialis non potest disponere de usu Cellæ, quæ debetur aliis Monialibus, Professione anterioribus, *Nicol. in Flosc. verb. Cella sub numer. primo, idem Bar-* 20
bos. de Jur. Eccles. libr. primo cap. 44. *numer.* 59. *Pignatel. tom.* 8. *consultat.* 66. *numer.* 10. ea præ cæteris ratione, quia cùm Monialis in hujusmodi Cellis nullum Jus acquirere possit, propter Votum paupertatis, ad firmata per *Pignatell, tom.* 10. *consult.* 34. *numer.* 12. dum vacant 21
in illarum distributione præferri debent antiquiores, propter majora merita, & servitia, quæ præstiterunt Monasterio *ad text. in cap. primo de Majorat. & obed. can.* 22
Quid proderit cum sequent. distinct. 71. *leg.* 2. *Cod. de Offic. Magistrat. leg. prima, &* 2. *Cod. de Offic. Prætor. Rot. coram Dunoz. sen. dec.* 166. *numer. primo & coram Coccin. decis.* 1168. *numer.* 4. *& dec.* 152. *numer.* 21. *part. ottava & in Melevitan. Commendæ* 10. *Februarii* 1710. *§. Stetit ratio cor. Card. Priolo, & in altera Melevitan. seu Portugallien. Comendæ* 4. *Aprilis ejusdem anni §. Paris resolutionis cor. Card. Scotto.*

Neque hic est locus inquirendi merita Partis adversæ, quia prælatio in Cella petitur vigore Contractus, ab hac Sacra Congregatione confirmati, non autem de Jure tantum; Ultra quòd in terminis Juris attenditur antianitas, & non merita, ac demum, quia istorum examen non potest haberi cum oppositivè, quę est gradu inferior nostra Moniali, cum sit Soror servitialis jux- 23
ta animadversa per *Peyrin. tom.* 2. *ad Constitut.* 6. *S. Pii V. §.* 6. *sub num.* 17. *Roderic. quæst. Canon. & Regul. tom. primo quæst.* 44. *artic.* 4. *per tot. Cardinalis Laurea in Epit. Canon. verb. Monialis Tertiariæ, & Conversæ, Cardin. de Luc. de Regul. discurs. primo numer.* 136. Propter quod habitare tenetur in Cellis, destinatis pro Conversis, prorsus distinctis ab illis Monialium Choristarum & proindè, non solùm se æquipare non debet cum Mo- 24
niali Chorista, cui tenetur servire, & obedire juxtà *Gloss. Magistralem in cap Dilecta de Excess. Prælat.* cum aliis concordantibus, sequentis à *Rota coram Arguell. decis.* 72. *numer. primo, & sequent. & in Illerden. Processionum* 23. *Martii* 1703. *§. Nec causa coram Kaunitz*, sed imò postponenda venit, tanquam in ordine inferiori constituta, quoad cæteros actus, habens qualitatem servitoriam Monialium, & sic tantùm distans à Monialibus Choristis, quantùm Servus à Domino, ut appositè *post Gloss. in can. Placuit, seu Isidorus verb. Pro-* 25
ponimus distinct. 16. notant *Boich in cap. Statuimus numer. tertio & quarto de Major. & Obed. Gonzal. ibidem numer. quarto in fin. Cyriac. controvers.* 201. *numer.* 136. *Dulph. controvers.* 105. *numer.* 6. *& septimo Larr. allegat. Fiscal.* 51. *numero decimo Castill. Controvers. quotid. lib.* 6. *tit. septimo cap.* 41. *numer. vigesimo nono Valenzuel. consil. trigesimo quarto numer.* 89. *& sequent. Besold. de Præcedent. cap. tertio numer. tertio, & quarto Bobadil. polit. libr. secundo capitul. decimo sesto numer. vigesimo quinto Cabad. decis. lusit. tertio & quarto & Rota in Romana Præcedentiæ quinto Maii* 1710 *§. Quin in aliquo coram Crispo.*

Minùsque prætendi valet manutentio per oppositricem, quoniam in Sac. Congregationibus non judicatur possessorium summarissimum, sed solus titulus inquiritur, tanquam repræsentando Summ. Pontificem, & quidem, procedendo absque formalitate Judicii, summariè, & de plano ex adductis in *Tom. quarto part. secunda discept. secundo num.* 63. & præsertim hæc Sac. 26
Congregr. quæ in causis Regularium, sola facti veri-

tate inspecta, procedit, etiam cum extrajudicialibus notitiis, evitando inutilem circuitum judiciarium, ut tranquillitati monasticæ prospiciat, & citiùs à Per-
27 sonis, Deo dicatis, Litium fomites avertat, juxtà monitum *Imperatoris in Auth. Apud quos oporteat Causas dicere Monachos §. Sed etiam accelerari*, & in proposito notavit *Cardin. de Luc in Relat. Rom. Cur. discurs. 16. in numer. 17. & sequent.* & Ultra quòd, nec etiam apud Tribunalia inferiora competere posset manutentio oppositrici ex claro defectu tituli, qui ictu oculi digno-
28 scitur *Pelliz. de Mon. capit. primo numer. septimo & cap. 10. numer. 288.* & diceretur usurpatrix malæ fidei; quæ non potest juvari possessione, quantumvis esset
29 longa, & diuturna *ad text. in cap. fin. de Præscript. cap. Possessor de Reg. Jur. in 6. Rebuf. de Pacific. possess. limit. 4. num. 172. Grat. disc. for. 397. num. 44. et Pax Jordan. de Rebenefic. lib. 10. tit. 19. num. 765.*

Nihil pariter relevat subalternum diffugium prætensi Jurispatronatus, licèt improprii, desumpti ex ædificatione Cellæ, quæ prætenditur ædificata à Monialibus de Minutillis pro usu illarum de Familia; Quia ultra quòd, neque asserta ædificatio, neque figuratum Jus probatur mediantibus probationibus, à Jure communi requisitis, scilicet per Instrumentum ædificationis, aut alium modum equipollentem, cum pa-
30 cto, quòd cella esset ad usum privativum Monialium Familiæ de Minutillis, quemadmodum necessarium esset ex adductis per *Marant. contr. Jur. tom. 3. respons. 47. num. 12. et seq. Ventrigl. in Prax. rer. Eccles. tom. 2. adnot. 1. de Jurepatr. §. n. 4. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 12. n. 102. Monet. de Comm. ult. Volunt. cap. 10. n. 201. et 204. Garz. de Benefic. part. 5. cap. 9. n. 81. et seq. Antonell. de Regim. Eccles. lib. 3. c. 5. n 44. et Rot. decis. 275. n. 1. par. 4. tom. 2. rec.* Urget solida responsio, quòd cùm hodie nulla concurrat Monialis de hac Familia de Minutillis,
31 quæ prætendat hanc Cellam, utique Juspatronatus hujusmodi transitum fecit in Monasterium, per *tex. in Auth. Ingressi Cod. de Sacrosanct. Eccles. Innoc. Jo. Andr. & alii in cap. In præsentia de Probat. et Consequenter* extinctum extitit, ex regula, de qua *Gloss. in cap. unica versic eidem in fin. de Jurepatr. in 6.* & firmat *Rot. coram Ubald. dec. 802. nu. 7. & 8.*

Neque oppositrix habet Cognomen de Minutillis, sed vocatur Magdalena, seu Elena *Minutillo*, Nobiles enim Fæminæ de Minutillis fuerunt tantum Moniales Choristæ, non autem aliqua ex eis fuit unquam Conversa, & Serva, ut est oppositrix, imò hæc, cùm
32 alias ausa fuisset vestire Habitum Monialis Choristæ de ordine Cardinalis Cantelmi Archiepiscopi fuit spoliata hoc Habitu, & sub gravibus pœnis coacta reassumere Habitum Conversæ, & Servæ, & per consequens, non potest usurpare sibi hoc Cognomen de Minutillis, ad effectum habendi usum Cellæ, ratione asserti Jurispatronatus, quando in fortioribus ad hunc effectum, neque sufficeret identitas Cognominis Fa-
33 miliæ, quæ non probat ejus identitatem, juxtà theoricam *Bartol. in leg. Demonstratio falsa numer. 18. in fine ff. de Condit. et demonstrat. et Concordant Cyriac. controvers. 281. numer. 29. et 33. Rot. coram Coccin. decis. 2342. numer. 22 et sequent. et cor. Carill. decis. 190. num. 14. et 15.* cum aliis citatis *in Tom. 3. part. 2. discept. 2. numer. 13.*

Ex quibus remanet manifestum, quod duobus æquè validis, & subsistentibus titulis Cella, de qua est quæstio, spectat D. Eleonoræ,

Primus titulus innititur concessioni ejusdem Cellæ, omnibus servandis, obtentæ usque de anno 1705. à tunc temporis Abbatissa Coppula, & ab hac Sacra Congregatione in individuo specialiter; approbatæ; Meritò proinde die 22. Junii 1714. Partibus acerrime
35 informantibus, rescriptum fuit: *Exequendam esse Gratiam favore Monialis Pappacodæ*, quia, teste *Baldo in cons. 277. lib. 3. Principi convenit illud Psalm. 88. 35. Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita*, & Baldum sequitur *Cardin. de Albic. de Inconstant. in Judic. in præfat. num. 18. et sequent.* ubi, quòd circa Gratiarum factarum subsistentiam, & exequutionem Princeps debet esse immobilis, sicut lapis angularis, & sicut Polus in Cœlo; Ea forsan ratione, quia denegatio Gratiæ à principio nullam involuit exorbitantiam, cùm pendeat à mera voluntate Concedentis; Non sic autem illius revocatio, quæ æquè amara, ac dura reputari solet 36
juxtà illud Pœtæ: *Turpiùs ejicitur, quàm non admittitur Hospes*, relatum, & sequutum ab *Innoc. III. in cap. Quemadmoduum 25. de Jurejurando*, & in proximis terminis advertunt *Cardin. de Luca de Servitut. disc. 4. num. 6. & de Tutor. disc. 4. sub num. 7. & Monacell. in Formul. tom. 1. tit. 11. formul. 22. n. 33.*

Fortiùs, quia agitur de revocatione Gratiæ, quæ uti comprobans potestatem Abbatissæ concedendi Cellas ad sui libitum, confirmat potiùs Jura nostri Monasterii, quàm illa diminuat, vel tollat, ex supra adductis, & quod magis est ex contrariis operationibus ad unguem verificantur in præsenti ea, quæ in terminis 37
alterius Monasterii nostræ Civitatis in simillimo casu alterius Cellæ observavit *Capon. discept. 173. numer. 31. tom 3.* his verbis: *Quid sentirem de negotio, quod vere turbabat Monasterium, & Parentes seculares ex nobilioribus Civitatis pro utraque Parte.*

Absque ulla prorsus difficultate, attento dicto Contractu inter Donnam Eleonoram, & Abbatissam, dicto anno 1705. concluso, & ab hac Sacra Congregatione approbato, quo stante absque injustitia non potest usus ejusdem Cellæ eidem, ejus vita durante, impediri, ut in punctualibus terminis respondit hæc Sacra Congregatio in una Venetiarum 3. Maii 1647. quam referunt, & sequuntur *Capon. discept. 173. numer. 35. & 36. tom. 3. & Pascucc. in Addition. de Pignatell. tom. 2. tit. de Monialib. fol. mihi 106. vers. Nisi de licentia Sac. Congreg.*

Secundus titulus desumitur ab anteriori Professione D. Eleonoræ respectu aliarum Monialium nostri Monasterii, cui proindè, uti antianæ, competit Jus optandi vacantes Cellas, juxtà Resolutiones hujus Sacræ Con- 39
gregationis, quas referunt, & sequuntur *Pascucc. ubi supra Capon. dicta discept. 173. numer. 38. vers. Ergo videant, Pignatell. consult. 76. numer. decimo tom. septimo & Monacell. in Formul. tit. undecimo Formul. decimo septimo numer. 3. tom. 1.*

Cum hac Juris communis dispositione concordat solitum nostri Monasterii de quo Testis omni exceptione major est Eminentissimis Archiepiscopus ibi -- *Nell' occuparsi poi le Celle, che sono della Communità, si procede, come per via d' azzione, col preferirsi la Monaca più anziana.*

De dicta verò antianitate D. Eleonoræ nulla cadit difficultas ex justificationibus, exhibitis in Summario ex quibus resultat, & claré probatur præcedens obitus 40
duarum aliarum Monialium, quæ ante d. D. Eleonoram Professionem emiserant in dicto Monasterio.

Hujusmodi autem Juris dispositio, necnon solitum nostri Monasterii fulciri ulteriùs possunt ultimo Rescripto hujus Sac. Congregationis, in quo cùm dictum fue- 41
rit *Monasterium utatur Jure suo*, ex tali loquendi formula duo necessario sequuntur.

Primùm, quòd ad nostrum effectum, & juxtà circumstantias casus, disputati dicta die 5. Julii 1715. sub nomine Monasterii, non veniunt illius materiales parietes, sed continentur illæ Moniales ejusdem Monaste- 42
rii, quæ Jus optandi habent ad eandem Cellam; Cùmque ex supra animadversis tales Jus, uti antianæ, competat D. Eleonoræ, eidem assignanda erat, & est Cella, ad tenorem etiam & pro exequutione dicti ultimi Rescripti hujus Sac. Congregationis, ut de se patet.

Secundum quòd non sine maxima improprietate, ut modestè loquar, cum magna impropriatione dd. verborum, & cum palpabili præjudicio omnium præsentium, & futurarum Monialium nostri Monasterii, processit moderna Abbatissa ad effrænatam, & perpetuam concessionem ejusdem Cellæ, non solùm ad favorem 43
omnium Monialium ex Domo Minutilla, sed *successivamente alle Signore Parenti, ò affezzionate loro*, ac si esset in libertate ejusdem Abbatissæ talem effrænatam concessionem suo marte facere, & perpetuam servitutem per omnia secula seculorum Monasterio imponere; Quando uno ore inter Canonistas in hac parte receptum est, nullum Jus, nullumque dominium præternudum usum, illumque ex tolerantia Sedis Apostoli-

cæ,

cæ, permittitur residere posse penes Moniales, ad con-
servandum in ipsis paupertatis Votum, ut videre est
apud *Fagnan. in cap. Monachi num 62. de Stat. Mona-
chor. Quarant. in Summ. verb. Casus reservati fol. mihi
156. & seq. & Bartholom. à Sancto Fausto in Thes. Re-
lig. tit. de Vot. paupert. quæst. 195. num. 1. & seqq. &* in
punctualibus terminis usus Cellæ *Capon. dict. disceptat.
173. n. 38. tom. 3.*

Eò autem magis reprobandus videtur actus iste, &
effrænata concessio in evidens Monialium omnium
præjudicium, quia gestus fuit, pendente Lite coram
hac Sacra Congregatione per novam Audientiam, à
Nobis obtentam, in quibus circumstantiis nemo igno-
rat, abolendum esse, & de medio tollendum omne
id, quod, pendente eadem Lite, gestum fuit, ex notis
45 Juribus apud *Rotam in dec. 214. nu. 4. coram Benincasa,
& dec. 446. n. 65. & seqq. part. 19. rec.*

Adversùs duo hæc solida motiva Gratiæ, & Justitiæ,
fortiter urgentia pro recessu ab ultimo loco decisis,
non obstant totidem objecta, exadverso adducta, quo-
rum primum innititur prætensæ consuetudini, seu *sti-*
46 *le, che una Monaca nel fine della sua vita possa dispo-
nere della Cella, in cui à abitato, a favore di qualche
propria Parente, che si trova a convivere nel Monastero,
o sia Monaca, o sia Educanda, e non essendovi Parenti,
si concede dall' Abbadessa ad altra Monaca, con paga-
mento di qualche competente somma di denaro*, juxta Re-
lationem Archiepiscopi, datam in Summario; Secun-
dum verò fundatur in asserto Albarano, à D. Eleono-
47 ra, ut supponitur, confecto, in quo prætenditur adess-
se talem restrictionem in concessione Cellæ, ut locum
haberet in solo casu deficientiæ omnium Feminarum
ex Domo & Familia Minutilla, quæ hodie non veri-
ficatur.

Non enim obstat primum, ad quod demonstran-
dum, præmitto, quòd consuetudo, uti stricti Juris,
non extenditur de casu ad casum, nèc de Persona ad
48 Personam, juxtà communem Doctorum opinionem,
de qua *Rota coram Ansald. decis. 59. num. 48. & in par.
17. recent. decis. 96. num. 22.*

Hoc præmisso, prorsus inapplicabiles sunt termini
assertæ consuetudinis præsenti casui, quia neque per
umbram verificatur dispositio, facta *nel fine della vi-
ta*, à Moniali, habitante Cellam, de qua disputatur,
minùsque verificatur alia qualitas, quòd tempore va-
49 cationis ejusdem Cellæ adesset in nostro Monasterio
*qualche propria Parente, che si trovasse a convivere nel
Monastero, o sia Monaca, o sia Educanda*, & proindè,
attenta deficientia hujusmodi essentialium requisitorum
dictæ prætensæ consuetudinis, vanum est discurrere
de illius admissione, atque applicatione in nostris ter-
50 minis, ex animadversis per *Gratian. discept. 901. n. 19.*
& firmatis per *Rot. in decis. 151. num. 8. coram Ottobon.
& dec. 679. n. 2. cor. Cerro.*

Nec dicatur, quòd dicto tempore reperiebatur in
Monasterio Magdalena Minutillo; Ita enim ut diximus,
& opportunè repetimus, uti admissa in Monasterio,
tanquam Famula, seu Conversa, nullatenus compre-
henditur sub dicta prætensa consuetudine, loquente
51 de Monialibus, eò quia notorium est nostro Mona-
sterio, quòd Cellæ Conversarum prorsùs distinctæ sunt
à Cellis Monialium.

Minùs replicetur, quòd ex eadem Familia hodiè re-
periatur in illo D. Catharina junior, puella quatuor
dumtaxat annorum in Statu Educandæ; Quia illa in-
troducta fuit in Monasterium, pendente hac Lite, &
ad præcisum finem præjudicandi D. Eleonoræ, cui
cui quæsitum jam reperiebatur Jus optandi Cellam an-
te dictum ingressum, & proinde non debent Oppo-
sitrices ex earum irregulari facto commodum repor-
52 tare, per ea, quæ notant communiter Repetentes in
leg. In fundo ff. de Rei vindicat. & firmavit *Rota in
decis. 53. n. 103 cor. Peutingerio.*

Neque obstat secundum objectum, innixum præ-
tenso Albarano; cum supposito, quòd in concessione
Cellæ, facta per Abbatissam Coppulam, adesset re-
53 strictio illa, seu Clausula *in mancanza di questa, e d'
ogn' altra di detta Famiglia construente.*

Ultra quòd enim dictum Albaranum tot laborat vi-
tiis, & inverisimilitudibus, de quibus infra ut ad ci-
vilem effectum, de quo disputamus, nullam merea- 54
tur fidem ex animadversis per *Nogueroll. alleg. 26. n.
139.* ubi, quòd in Scripturis suspectis duo gradus fal-
sitatis considerantur à Doctoribus, unus eas falsas de-
clarando; Alter verò nullam eis adhibendo fidem, 55
Rocca select. Interpr. cap. 46. numer. 17. & firmatis per
*Rot. in dec. 206. num. 3. & 5. par. 15. & decis. 328. nu. 1.
p. 19. rec.*

Strictè respondemus, quòd verba ejusdem prætensi
Albarani optimè conciliari possunt cum asserta con-
suetudine nostri Monasterii, eò quia verba illa, quæ po-
nuntur in ore Abbatissæ Coppulæ, concedentis Cel-
lam, *in mancanza di questa*, hoc est D. Catharinæ 56
Minutillæ senioris, *e di ogn' altra di detta Famiglia con-
struente*, suppleri debent ab aliis, quibus innititur præ-
tensa consuetudo, hoc est, *che si trovi a convivere nel
Monastero, o sia Monaca, o sia Educanda* ad tenorem
Relationis Archiepiscopi, hoc modo interpretando ean-
dem concessionem ad terminos dictæ consuetud'nis per 57
ea, quæ ad rem observat *Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 9.
n. 10. et 16.*

Aliàs enim sumendo judaicè eadem verba, prout so-
nant, & juxta illorum effrænatum tenorem, illud maxi-
mum sequeretur inconveniens, quòd eadem concessio,
titulo oneroso conclusa, & perfecta mediante effectiva
exbursatione ducatorum 203. deserviret de vento, quia 58
non deficiebant tunc, nec hodie deficiunt multæ Per-
sonæ ex eadem Familia, quæ poterant, & possunt sal-
tem in statu educandæ, ingredi, & permanere in no-
stro Monasterio, durante Vita D. Eleonoræ, acqui-
rentis dictam Cellam; esse autem sumendam omnem in-
terpretationem ad evitandum absurdum, atque verbo- 59
rum repugnantiam, uno ore observant Doctores, quos
referunt, & sequuntur *Surd. dec. 276. n. 2. Bonden. collect.
legal. 41. n. 123. et Rota dec. 342. n. 10. cor. Priol. et decis.
1289. n. 15. cor. Emerix. jun.*

IN EADEM CAUSA.

PArva scintilla magnum hac causa excitavit incen-
dium: Tenuis enim contentio est de parva Cella
Monasterij, quam olim Abbatissa Coppula assignavit
Moniali Papacodæ titulo oneroso, accedente Benepla-
cito, & gratia hujus Sacræ Congregationis, sub illa
conditione, quatenus de Monasterio discederet Catha- 60
rina Minutillo Educenda, in qua Cella postquàm sese in-
trusit Helena Minutilla Serva, & Conversa Monast. adeò
violentam oppositionem fecit contra nostram Monialem
Pappacodam, ut eam excluderet ab assequutione Cellæ,
sibi adjudicatæ cum Beneplacito Sacræ Congregatio-
nis, ut totum Monasterium in factiones excitave-
rit, & auxilio Adhærentium traxerit in suam partem
maiorem numerum Monialium, cum nova Abbatis-
sa, quibus tamen non obstantibus, disputata causa in
hoc Sacro Tribunali pro exequenda Gratia concessio- 61
nis Cellæ, in favorem nostræ Monialis Sacra Con-
gregatio sub die 22. Junij 1714. in acerrimo Partium
Contradictorio rescripsit -- *Exequendam esse Gratiam
favore Monialis Pappacodæ.*

Lite pendente, excogitatum fuit ad magis supplan-
tandam nostram Monialem, inexpectatum artificium
introducendi in Monasterio D. Catharinam Mariam
Rosam pro Educanda, Filiam D. Principis Fabritij
Minutillo, Puellam quatuor annorum, & indè facta
coniuratione in nostram Monialem, tres contra ipsam 61
comparuerunt accerrimi Oppositores in hac Sacra Con-
gregatione, scilicet Princeps Fabritius Minutillo, cum
eius Filia Educanda, Abbatissa nomine Monasterij,
cum majori parte Monialium, nec non eadem antiqua
oppositrix Elena Minutillo, cum voluminosis Infor-
mationibus, & Summarijs, cum quibus reproposita
Causa sub die 5. Julij placuit rescribere -- *Prævio re-
cessu à decisis, & restituta ad usum Monialis Pappaco- 63
dæ pecunia soluta, Monasterium utatur Jure suo, &
ampliùs --*

Transmissa interim Inhibitione in Partibus, ne ali-
quid innovaretur, ex quo Rescriptum contra Rescri-
ptum novam de Jure revisionem merebatur, juxta ea
quæ

quæ practicari solent de sententia contra sententiam, de sui Natura appellabilem, & pendente Recursu ad Sanctissimum pro begnina concessione novæ Audientiæ Abbatissa, hoc non obstante, unita cum suis Monialibus adhærentibus, voluit ponere in exequutionem
64 hoc novissimum Rescriptum Sacræ Congregationis in illa parte, quæ dicebat *Monasterium utatur Jure suo* -- Verùm quid fecit, & quomodo reduxit ad actum Jus Monasterij? Posuit in servitute omnes ferè Cellas Monasterij, declarando, quòd plures essent de Jurepatronatus particularium Familiarium, & signanter illam controversam, dicendo esse propriam Familiæ de Minutillo, & idcircò in illius intrusione confirmavit supradictam Servam Helenam Minutillo, & Puellam Educendam Filiam Principis Minutillo; & quod pejus est, declaravit etiam futuris temporibus nunc
65 pro tunc, eandem Cellam spectare ad Consanguineas, & partiales ipsarum, ibi -- *Di novo conferma nella sudetta Cella loro particolare, quatenùs opus sic &c. assegna, da, e concede, secondo le consuetudini del Monastero alle medeme Signore Minutillo, e successivamente per togliere ogni occasione di Liti* nunc pro tunc *successivamente alle Signore Parenti, o Affezzionate loro la sudetta Cella, in cui al presente abitano le sudette Signore Minutillo* --

Augetur exorbitantia ex eo quòd eandem Abbatissa stipulato supradicto Actu assignationis, ad magis inficiendum Jus D. Eleonoræ, & Monasterij, exaravit ordinem solutionis ducatorum 203. cum se-
66 quentibus Pactis, & conditionibus, ibi -- *E per me sottoscritta Abbadessa, & Amministratrice del Venerabile Monastero di D. Romita, &c. li pagarete in esequutione del Decreto &c. alla Signora D. Eleonora Pappacoda disse aver pagato per acquistare la prelazione alla Cella particolare delle Signore Minutillo &c. e detto denaro lo pagarete con espresso patto, e condizione, che non possa pretendere alcuna cosa, nè imprendere al-*
67 *cuna Azzione per questa sudetta Cella delle Signore Minutille, nè per qualunque altro Luogo particolare, o della Communità del medesimo Monastero.*

Modò autem reportata per nostram Monialem nova Audientia ex Benignitate Sanctissimi, reproponitur Causa, & sublatis æquivocis in contrarium de-
68 ductis, resolvendum omninò *In primo loco decisis*; Vel saltem *Monasterium teneri destribuere Cellam Moniali Pappacodæ*.

Ad quem affectum præmittimus; priori loco tollendum esse de medio, & reprobandum illud suppositum, quòd in Monasterio dari possint Cellæ de Jurepatronatus Familiarum Particularium, ex motivo,
69 quòd hæc, vel illa Monialis de una, vel altera Familia Cellam ornaverit, quia repugnat dispositioni Juris, & Sacrorum Canonum, juxta quam, quidquid errogat Monialis in Cella Monasterij, acquiritur Monasterio, non autem Familiæ, de qua existit Monialis ad indicendam perpetuam servitutem Monasterij, & permittendum, quòd contra Votum Paupertatis proprium possideatur per Moniales, & Jure quodam
70 hæreditario transmittatur, & deferatur in privatas, Familiaris per *Text. in Authentic. Ingressi, Cod. de Sacros. Eccles.* & in puncto *Lambertin. de Jure patr. lib. 1. part. 1. quæst. 8. artic. 9. num. 7.* ibi -- *Monachus etc. si fundat, construit, vel dotat, acquiritur Juspatronatus Monasterio* -- *lib. 2. part. 1. quæst. artic. 11. num. 12.* ubi allegat rationem, quia proprium ha-
71 bere non potest, & declaravit Sacra Congregatio apud *Nicol. in Floscul. in verb. Cella, num. 3. in fin.* ibi -- *Ne Moniales contra Votum Paupertatis applicent sibi Cellas, tanquam proprias* -- *Pignatell. consult. 66. num. 10. versic. Datur tom. 8.*

Posthabita consuetudine in contrarium, tanquam contra Votum Paupertatis; Licèt enim permittatur, quòd Monialis ad vitam utatur Cella, per se, vel suos Consanguineos ædificata, ut habetur resolutum apud *Nicol. in*
72 *verb. Cella, num. 3. & Pignatell. dicta consult. 66. num. 10. tom. 8.* Non tamen permissum reperitur per quamcumque consuetudinem, quòd Moniales in Cellis acquirant Juspatronatus, aut Jus prothomiseos Jure hæreditario Sanguinis, dum, quidquid Monialis de suis, vel suorum pecuniis erogat in Monasterio super Cellis, & Mansionibus, cedit, & acquiritur Monasterio, ita ut, defuncta Moniali, remaneant Cellæ ad dispositionem Abbatissæ, faciendam secundùm ordinem antianitatis in- 73
ter Moniales, ut ex Decretis Sacræ Congregationis *in Urbinaten. 8. Februarii 1692.* ad Relationem *Cardinalis Petrucci, & in Januen. 5. Septembris 1692. & 3. Julii 1693.* ad Relationem *Cardinalis de Judice*, registratis apud *Monacell. in Formul. For. Eccles. part. 1. tit. 11. formul. 17. num. 3. Pignatell dicta consult. 66. n. 10. tom. 8.* Aliàs enim esset apertissimum absurdum, redigendo omnes Cellas Monasterii in servitutem, & Moniales contra Votum Paupertatis possiderent proprium, quod nulla consuetudine induci valet, & propter hoc in fortioribus habemus, quòd, concurrente aliqua justa causa, conceditur facultas Abbatissæ, ut Cellam distri- 74
buat Moniali, etiam Professione posteriori, seu minùs antianæ, ut testatur *Pignatell. dict. consult. 66. num. 10. tom. 8.* ibi -- *Datur nihilominùs aliquando facultas Abbatissæ, & Monialibus, ut ob quandam justam causam capitulariter, & per Vota secreta dare possint Cellas vacantes Professione posterioribus, ne Moniales contra Votum Paupertatis, arrogent sibi Cellas, tanquam proprias.*

Ultra quòd neque etiam in casu isto certam habemus probationem assertæ consuetudinis redigendi in servitutem Jurispatronatus Cellas Monasterii in favorem particularium Monialium hujus, vel alterius Familiæ, ea namque aliundè non desumitur, quàm ex confessio- 75
ne Abbatissæ, & Monialium, illi adhærentium, quarum attestatio ex duplici capite probationem aliquam facere non potest; Tum quia est confessio Abbatissæ, & Monialium in præjudicium Ecclesiæ, seu Monasterii, quod hujusmodi servituti subjugari non potest per declarationem Abbatissæ, obligatæ ad defendendum, non autem ad dissipandum Jura Monasterii, ex adductis 76
à *Angel. de Confess. lib. 3. qu. 2. n. 1. & seqq. Rota dec. 27. num. 1. & seqq. part. 9. rec. Ludovis. decis. 375. nu. 6. Seraphin. dec. 292. num. 2. & dec. 426. nu. 6. & Royas decis. 221. n. 10.* Tum etiam quia Abbatissa, & Moniales fovent Interesse proprium, providere volendo suis familiis, earumque Jura promovendo, non curant de servitute Monasterii, & sic suspectissima remanet earum confessio, & magis aggravatur suspicio, quia in Causa ista se fecerunt Contradictrices, & Collitigantes, quarum idcircò Testimoniis credendum esse, Ju- 77
ra detestantur, ne quis sibi ipsi Jus dicat in Causa propria, ut in *leg. Omnibus, Cod. de Testib.* ibi -- *Omnibus in re propria dicendi Testimonii facultatem Jura submoverunt* -- & in *leg. Nullus, ff. eodem & in Canon. Si Testes 4. qu. 3.* & firmavit *Rot. in Castellana aperitionis Oris 19. Nov. 1703. §. Minùsque cor. Molines.*

Hoc ipsum agnovit, & judicavit hæc Sacr. Congregatio in ultimo Rescripto, ubi non obstante, quòd omnes tres Oppositores deduxerint, quòd controversa Cella esset de Jurepatronatus Familiæ de Minutillo, ad effectum, ut Resolutio prodiret in favorem Dominæ Ca- 78
tharinæ Rosæ Educandæ, & Helenæ Conversæ, se prætendentis de Familia, adhuc Sacra Congregatio rescripsit *Monasterium utatur Jure suo*, ita judicando, quòd dispositio Cellæ spectabat ad Monasterium liberè, tanquam *de Jure suo*, & sic rejecta fuit prætensio Jurispatronatus, & servitutis Monasterii, quæ si fuisset admissa; Monasterium non habuisset, in quo uteretur Jure suo, quia nullum Jus suum haberet in Cellis, addictis, & destinatis particularibus Monialibus, & Fa- 79
miliis, ad tradita per *Rotam decis. 416. nu. 6. cor. Priolo, & decis. 370. n. 10. cor. Bich. & dec. 15. n. 7. coram Buratto, & in Bovinen. Archidiaconatus, 2. Junii 1713. §. Neque propterea cor. Scotto.*

Verùm quando etiam Sacra Congregatio tollerare vellet, quidquid, per minùs licitam consuetudinem supponitur practicatum in his Cellis, ornatis ex pecunia particularium Monialium, (quod non credimus) attamen consuetudo hæc non est ita larga, ut supposuerunt Oppositores, ut nempè hujusmodi Cellæ Ornatæ transeant Iure sanguinis de una in aliam Puellam de Familia, sed 80
limitata legitur hoc modo scilicet. *Si Osservn lo stile, che una Monaca nel fine della sua Vita possa disponere della Cella, in cui ha abitato a favore di qualche propria Paren-*

Parente, che si trova a convivere nel Monastero, o sia Monaca, o sia Educanda, e non essendovi Parenti, si concede dall'Abbadessa ad altra Monaca, senza richiedervi il consenso, o Voto delle Monache col pagamento di qualche competente somma di denaro, ut habetur in re-
81 latione Archiepiscopi, data in Summario quæ Relatio, ut ipse ait, facta fuit prævia diligenti Interrogatione Monialium *Fatta separamente ad una ad una*, Cui proindè Relationi plenissima fides adhibenda venit, illique standum ad literam, spretis diversis Fidibus Ab-
82 batissæ, & Monialium contradicentium, *Rota decis. 460. num. 10. part. 18. & decis. 122. num. 3. coram Dunoz. Jun. & decis. 467. num 9. cor. Cerr. & in Pampilonen. Juris sedendi 28. Januarii 1707. §. final. cor. Ansald.*

Ex quibus sequitur quod ad limites consuetudinis, ut Abbatissa careat potestate disponendi de his Cellis Ornatis, duæ requiruntur circumstantiæ; Altera scilicet, quòd reperiatur tempore obitus Monialis, possessitricis, seu habitatricis Cellæ -- *Qual-*
83 *che propria Parente, che si trova a convenire nel Monastero, o sia Monaca, o sia Educanda* -- Altera verò quod Monialis habitatrix disponat de Cella in favorem supradictæ Consanguineæ, sive Monialis, sive Educandæ
84 ibi -- *nel fine della sua vita possa disponere della Cella*. Alias, non concurrentibus his duabus circumstantiis, Cella remanet ad dispositionem Abbatissæ, ut in verbis, supra relatis; Nam quando duæ copulativè requiruntur circumstantiæ, & qualitates, ut locum habeat
85 consuetudo, concurrentia unius tantùm non sufficit, *Gratian. discept. 901. n. 19. Rota cor. Otthobon. decis. 151. num. 8. & coram Bich. decis. 444. num. 9. & coram Triol. decis. 8. num. 2. & cor. Cerro dec. 679. num. 2. & in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis super Fructibus 12. Martii 1706. §. Secundum cor. Ansald.*

His præmissis facilis videtur Resolutio in primo loco decisis quia tempore, quo habitabat in Cella controversa Domina Catharina de Minutillo in statu Educandæ, Abbatissa Coppula rectè concessit eandem Cellam Moniali Pappacodæ titulo oneroso solutionis ducatorum 203. sub conditione, quando eadem Catha-
86 rina non fieret Monialis, & discederet à Monasterio & rectiùs Sacra Congregatio approbavit hunc Contractum, usque de anno 1705. & rectissimè hæc approbatio, seu Gratia fuit exequutioni demandata; Aut enim est illicita consuetudo super asserto Iurepatronatus hujusmodi Cellarum, ex supra probatis; Et potuit Abbatissa disponere mediante approbatione hu-
87 jus Sacræ Congregationis; Aut est licita; Et nihil contra illam attentavit Abbatissa Coppula, quia Catharina Minutillo, quæ Cellam habitabat, erat Educanda, & non Monialis, cui tantùm in morte est permissa dispositio Cellæ, & ulteriùs eadem Catharina, neque disposuit, neque disponere poterat de illa, quia tempore ejus discessus à Monasterio, non reperiebatur a-
88 liqua Puella in Monasterio Familiæ de Minutillo, quæ esset *Monaca, o Educanda*, juxta limites consuetudinis, superiùs relatæ, quæ ad alium casum extendi non va-
89 let, neque ad aliam Personam, quæ neque sit Monialis, neque Educanda, ut tradit *Rota decis. 96. num. 22. part. 17. recentior. et coram Dunoz. Junior. decis. 616. num. 4. et coram Ansald. decis. 50. num. 48. et decis. 100. num. 42. et 45. et cor. Emerix Junior. decis. 407. num. 6.* cum concordantibus citatis *in Tom. 1. p. 1. disceptat. 6. numer. 90.*

Quod autem tempore discessus à Monasterio Dominæ Catharinæ Minutillo, non repériretur in illo *Monaca, o Educanda* Familiæ de Minutillo, est evidens,
90 quia Helena, sive Minutulo, sive Minutillo, erat, & est Conversa, & Famula Monasterii, non autem Monialis, de qua Conversa non loquitur consuetudo, nec loqui potest, quia in Cellis Monialium non habitant Conversæ, & consuetudo restricta ad disponendum favore Monialis, non extenditur ad Conversas & sic verificatur, non extitisse in Monasterio *Monaca* tempore discessus Catharinæ; Verificatur etiam, non extitisse in illo *Educanda*, quia Catharina iunior, Puella quatuor annorum, introducta fuit in Monasterio, pendente hac Lite, & longè post discessum Catharinæ Senio-
91 ris, ut non controvertitur inter Partes, ideòque ad limites consuetudinis, deficiente in Monasterio *Monaca, o Educanda* Familiæ de Minutillo, spectabat ad Abbatissam libera dispositio Cellę, quæ idcircò benè de illa disposuit favore nostræ Monialis Pappacodę, eòque magis, quia non verificatur altera circumstantia, quòd Monialis, habitatrix Cellæ, *nel fine* 92
della sua vita disposuerit expresè de illa, prout requirit consuetudo, ut benè discurrendo notant *Mans. consult. 46. num. 12. tom. 1. Gratian. discept. 221. n. 4. Card. de Luca de fideicom. disc. 58. n. 7. vers. Tertius casus et Fontanell. dec. 494. num. 15.*

Ad supplantandum adeò clarum Jus Abbatissę, & nostræ Monialis Concessionarię, Pars Adversa in vanum ultimo loco insistebat super quodam prætenso Albarano, in quo figurabat, Abbatissam Coppulam disposuisse de Cella in favorem nostrę Monialis, non solùm deficiente Catharina seniore, quę tunc Cellam habitabat, sed etiam omni alia de Familia Mi- 93
nutillo ibi -- *In mancanza di questa, e di ogn' altra di detta Familia Costruente* -- Duplici enim responsione tale suppositum Folium solidissimè reprobatur quarum prima consistit in vehementissima suspicione falsitatis, dum Albaranum, seu Apoca habebat scriptam ejus presentatam in Procesu his verbis -- *Præsentata* 94
per eundem -- quando perquisito Procesu, non legitur ullum ominem ibi præsentasse aliquam Scripturam, itaut verificaretur, illud verbum -- *per eundem* -- quod supponit Personam, quę in Procesu aliquid ali- 95
ud præsentavit, ut de hac negativa alicujus ominis presentantis constat concludentissimè in nostro Summario.

Hoc Albaranum cum Relatione Vicarij Generalis, facta Sacrę Congregationi, Pugnabat ulterius; denique pugnabat cum Ordine, directo Banco publico Neapolis, cum girata Abbatissæ Coppulæ, ex quibus Albaranum, vel convincitur de falso, vel suspectum 96
de falsitatę, cujus sola suspicio sufficit in civilibus ad tollendam fidem publicis Scripturis, *Rota decis. 317. num. 32. par. 18. rec. & coram Otthobon decis. 23. num. 9. & coram Merlin. decis. 419. num. 12. et coram Cerr. dec. 258. num. 5. et coram Ansald. dec. 16. num. 6.*

Altera responsio, & quidem fatalis hæc est, quod, præscindendo ab hujusmodi nota falsitatis, Albaranum nihil concludit in contrarium, quia dispositio Cellæ, facta per Abbatissam, *in mancanza di questa* -- scilicet Catharinæ, -- *E di ogn' altra di detta Familia* 97
construente -- commodè verificatur, juxta forma consuetudinis, ad cujus limites intelligi, ac explicari potest, ac debet, scilicet *in mancanza di questa, e di ogn' altra di detta Familia Construente, che si trovi a convivere nel Monastero, o sia Monaca, o sia Educanda* -- ut cantat consuetudo, dum verba illa generalia, & indefinita -- *e di ogn' altra di detta Familia* -- 98
intelliguntur de omina alia, quæ tamen reperiatur in Monasterio in statu Monialis; aut Educandę, juxta terminos, in quibus loquitur consuetudo, ut in precisis terminis, quod verba Contractus sint interpretanda, iuxtà formam consuetudinis, tradit, *Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 9. num. 10.* ibi -- *Nam Contractus secundùm consuetudinem debet intelligi etc. et Contractus* 99
tacitam quandam formam, et consuetudinem assumit, et secundùm consuetudinem videtur celebratus, et ideo verba etc. Conventionum, semper à consuetudine recipiunt intellectum, et similiter congruam recipiunt interpretationem; Nam consuetudo in contractibus interpretandis maxime inspicitur, et ideò secundùm consuetudinem Regionis debent intelligi.

Neque hæc dici potest interpretatio, aut contraria aut violenta verbis Albarani, sed est plana, naturalis, & obvia, quia generalitas illa -- *ogn' altra di detta Familia construente* -- refrenatur ad limites consue- 100
tudinis, quę omnem aliam Consanguineam intelligit de illa, *che si trova a convivere nel Monasterio; o sia Monaca, o sia Educanda* -- Imò dicimus, quod hęc generalitas verborum Albarani intelligitur, iuxta consuetudinem etiam in illa altera circumstantia, quòd illa Consanguinea, quę deficit in Monasterio, expresà disponat de Cella in favorem *di ogn' altra* -- quia semper verba generalia Albarani suppleri debent,

bent, juxta tenorem consuetudinis, etiamsi supplen-
101 do, verba impropriarentur, aut læderentur, ut prosequitur *Mantic. de Tacit. dicto lib. 3. num. 16.* ibi -- *Quod autem diximus, Contrahentium Conventiones recipere interpretationem à consuetudine, extenditur primò, ut habeat locum, etiam contra propriam verborum significationem, & quamvis verba aliquo modo lædantur.*

Et hunc sensum habere verba Albarani ostendunt ejus sequentia verba, unita cum antecedentibus, ibi *In mancanza di questa, e di ogn' altra di detta famiglia construente, esponendosi vendibile l' uso di detta Cella.* Sicut autem juxtà consuetudinem in Relatione Ar-
102 chiepiscopi narratam, Cella per Abbatissam vendi solet in casu, quo Monialis de illa non disponat, neque tunc reperiatur in Monasterio Consanguinea Monialis, aut Educanda, ut in verbis supra relatis, & hic necessariò repetendis. *Si osserva lo stile,*
103 *che una Monaca nel fine della sua Vita possa disponere della Cella a favore di qualche propria Parente, che si trova a convivere nel Monastero, o sia Monaca, o sia Educanda, e non essendovi Parenti, si concede dall' Abbadessa ad altra Monaca col pagamento etc.* Ita Albaranum, quod concedit nostræ Moniali Cellam, quando in defectum Puellarum, sive *di ogni altra* de Familia, hæc venderetur per Abbatissam, necessariò intelligitur in casu, quo in Monasterio non reperiatur omnis
104 alia, aut Monialis, aut Educanda, cujus favore habitatrix Cellæ disponere potuerit, dum iste est casus deveniendi ad venditionem usus Cellæ, juxta consuetudinem, non autem, quòd Cella debeatur Jure proprio sanguinis alteri Puellæ, quæ neque sit Monialis, neque Educanda, aut quòd expectari debeat, quòd aliqua Puella, in seculo existens, ingrediatur Monasterium, & interim Cella maneat in pendulo, contra
105 oratio Juris principia, de quibus *Lotter. de Re benefic. lib. 2. quæst. 11. num. 21. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. Gloss. 12. num. 100. Rot. coram Otthobon. decis. 151. num. 8. & coram Bich. decis. 444. num. 9. & coram Cerro decis. 679. num. 2. & cor. Triol. dec. 23. num. 2.*

Neque aliter etiam in puncto, juris intelligi potest; Nam si Cella est destinata, aut pro Monialibus, aut Educandis, juxta legem Monasterii, Ergo Albaranum sub vocabulo, & appellatione, *di ogn' altra*, nunquam potest intelligi de Famula, & Conversa, si Cella est destinata pro illis, quæ reperiantur in Monasterio in statu Monialis, aut Educandæ; Ergò quando Cella vacat, Abbatissa non debet præconizare per Civitatem, & quærere
106 ad sonum Tubæ, an aliqua Puella de Familia velit intrare in Monasterium occasione Cellæ vacantis, sed oportet, quòd Puellæ de Familia reperiantur in Monasterio tempore vacationis Cellæ, & insuper quòd ejus Habitatrix de illa disponat in morte favore Consanguineæ, aut Monialis, aut Educandæ, conviventis, juxtà limites consuetudinis, à qua tanquam exorbitanti non est discedendum in suis præcisis, & strictis terminis, in quibus loquitur cùm nullam ea recipiat extensionem in præjudici-
107 um Monasterii ex firmalis per *Rot. decis. 323. num. 11. par. 15. & decis. 595. num. 27. par. 19. & coram Seraphin. decis. 496. num. 2. & coram Triol. decis. 83. num. 38. & coram Emerix junior, decis. 85. num. 3. & decis. 587. num. 12. cum concordantibus citatis in Tom. 5. par. 1. disceptatio 20. num. 12.*

Quam veritatem comprobat ipsummet factum Abbatissæ Coppulæ, quæ faciendo Contractum Venditionis Cellæ, uti Abbatissa, non præsumitur aliter voluisse, & contraxisse, quàm eo modo, quo sibi permittebatur juxtà legem consuetudinis Monasterii, neque enim poterat præterire consuetudinem, & ideò ad ejus limites interpretandum est, quidquid fecit, metiendo voluntatem à
108 potestate; juxta notum argumentum, de quo *Rot. decis. 90. n. 15. p. 16. & cor. Buratt. decis. 24. n. 52. & cor. Dunozjun. dec. 856. nu. 18. & dec. 841. num. 8. & cor. Cerro decis. 245. n. 7.*

Si igitur nostra Monialis habet Jus in Cella vigore Contractus, approbati per Sacram Congregationem, & exequuti per Vicarium Generalem, & potuit obtinere ab Abbatissa hanc Cellam, ex quo tempore discessus Catharinæ senioris, non reperiebatur in Monasterio aliqua, sive Monialis, sive Educanda Familiæ de Minutillo, cùm tempus discessus Catharinæ de Monasterio sit attendendum, juxta ea quæ tradunt *Menoch. consil. 96. num. 106. et sequentibus, Rot. decisione 103. nu. 39. par. 15. rec.* non autem, quòd longè post discessum supervenerit in Monasterio Educanda, cujus supervenientia non tollit Jus, Monasterio legitimè acquisitum, & consumatum tempore debito, *cap. Factum legitimè de* 110
Regul. Jur. in 6. Garz. de Benef. part. 1. cap. 1. numer. 73. Gonzal. ad Reg. 8. glos. 5. n. 127. in fin. Amostaz. de Caus. piis lib. 3. cap. 8. n. 74. Pax Jordan. tom. 2. Lucubr. lib. 10. tit. 27. n. 24. Pignatell. consult. 26. nu. 1. to. 10. Sanchez Consil. Moral. lib. 7. cap. 3. dub. 48. num. 17. Gratian. dec. Marchiæ 198. in Addit. n. 3.

Stante hoc Jure, quæsito nostræ Moniali ex legitimo Contractu, ab hac Sacra Congregatione confirmato, resurgunt primo loco decisa, & corruit postremum Rescriptum, quòd annullato Contractu, Monasterium *utatur Jure suo.* Si enim Monasterium jam usum fuerat Jure suo, 111
mediante Contractu, inito inter Abbatissam Coppulam, & nostram Monialem, dignosci non potest, qua ratione hodie Monasterium debeat, uti Jure suo, si illo semel usum fuit, si illud consumavit, & utilitatem pretii recepit, & de nullius præjudicio agitur, eò ipso, quòd tempore discessus Catharinæ de Monasterio, non reperiebatur in ea Puella Familiæ de Minutillo, quæ esset Monialis, vel Educanda, neque idcircò percipere possumus, qua ratione Monasterium non teneatur 112
servare Contractum, legitimè stipulatum, cum approbatione hujus Sacræ Congregationis, juxta *Text. in cap. final. de Pact. in 6. Rot coram Pannia dec. 349. num. 2. et 3. et cor. Merlin. dec. 830. numer. 2. et in recent. decis. 467. nu. 2. par. 19. et in Cabilonen. seu Ordinis Cistercien. Jurisdictionis 4. Maii 1706. §. Nil enim magis cor. Molines.*

Sed quando etiam standum foret novissimo Rescripto hujus Sac. Congregationis, quòd *Monasterium utatur Jure suo*, adhuc dicimus, esse de medio tollendum, attentatum Abbatissæ, & Monialium, illi ad- 113
herentium, & declarandum, quòd Monasterium teneatur distribuere Cellam nostræ Moniali, veluti magis antianæ.

Et quidem cassandum est attentatum Abbatissæ, quæ, Lite pendente, in spretum Recursus, habiti ad Sanctissimum pro nova Audientia, & in spretum transmissæ Inhibitionis, sub specie exequendi Rescriptum hujus Sac. Cong. confirmavit in Cella controversa Helenam Conversam, seu Famulam Monialiam, nec non Catharinam Rosam juniorem de Minutillo; Nam 114
quidquid pendente Lite factum extitit, dubitari non potest, quin veniat circumscribendum, & cassandum, *Rot. in rec. dec. 446. n. 65. et 86. par. 19. et cor. Ubald. dec. 107. n. 1. et 3. et cor.護 Benincas. dec. 214. n. 4. et cor. Ansald. dec. 87. n. 10.* cùm vulgatis.

Fortiùs quia concurrit injustitia, & ex excessus; Eò enim ipso, quòd Sacra Congregatio demandavit, quòd *Monasterium utatur Jure suo*, certè non demandavit, quòd Abbatissa perderet Ius suum, & præjudicaret Monasterio, & canonizando contra ipsum servitutem Jurispatronatus, & appropriationem Cellæ Familiæ 115
de Minutillo, per omnia sæcula sæculorum, reddendo illam Jure sanguinis transitoriam, & quod pejus est ampliando etiam in futurum pro Consanguineis, & benè affectis eidem Familiæ, ut non sine amaritudine, & commotione animi ad exterminium Jurium Monasterii legitur, ibi -- *Da, e concede, secondo le consuetudini del Monastero alle sudette Signore Minutillo, e successivamente per togliere ogni occasione di Lite* nunc pro tunc, *e successivamente alle Signore Parenti, o Affezzionate loro, la sudetta Cella* -- Quis enim major excessus dari poterit respectu d. Abbatissæ, quæ abutendo Rescripto Sac. Con-
gregationis, loco utendi Jure proprio Monasterii, Ar- 116
ma retorsit contra Monasterium, illudque spoliavit Jure suo, adjudicando Cellam Puellis præsentibus, & futuris de Familia Minutillo, & quod pejus est etiam benè Affectis, -- *O Affezzionate loro.* -- Unde omni Jure, omnique modo videtur contigendus, & de medio tollendus adeo excessivus excessus, qui jam prævidebatur, collocata libertate in manibus Abbatissæ, & Monialium, quæ sunt Collitigantes in hac Causa, & quæ pro

propterea non respexerunt ad Jus Monasterii, sed ad proprii animi motum, non benè regulatum, ubi vigent factiones, quæ effuscant operationes no-
117 stras, juxtà *Text. in canon. Quatuor modis humanum judicium pervertitur undecimo quæst. tertio* & in terminis excessus, commissi in exequutione Rescripti
118 Sacræ Congregationis armavit *Rot. in Toletana Jurisdictionis super excessibus 16. Januarii 1686. §. Etenim, & 7. Junii ejusdem anni §. Multòque minùs coram Ursino, & in Theatina Jurisdictionis 18. Februarii 1707. §. Cùm enim, & 18. Januarii 1708. §. Iterùm cum seqq. coram Scotto.*

Si enim licitum est Nobis interpretari Rescriptum hujus Sacræ Congregationis, notum est, quòd tota defensio Abbatissæ cum Adhærentibus in præterita propositione consistebat in prætendendo, quòd Cella esset de Jurepatronatus Familiæ de Minutillo, quòdque debita foret Helenæ Conversæ, seu Catharinæ juniori Educandæ, quam prætensionem si voluisset admittere Sacra Congregatio, rescripsisset, Cellam illis deberi; Si igitur rescripsit, quòd Mo-
119 nasterium *utatur Jure suo*, vox hujus Rescripti clarè sonat, quòd, posthabitis prætensionibus Jurispatronatus Familiaris, Monasterium distribueret Cellam Jure suo, non autem, quòd Abbatissa spoliaret Monasterium Jure suo, & quod pejus est, ita illud spoliaret, ut Familia de Minutillo posset Cellam da-
120 re etiam benè Affecti, ibi — *O Affezzionate loro* — Quod sanè factum excusari non potest ab excessu, & manifesto præjudicio Monasterii, veluti non exequutio Decreti, sed contraventio, non distributio Cellæ, sed alienatio, non conservatio Jurium Monasterii, sed dissipatio, juxta ea, quæ advertit *Rot. in*
121 *Castellana Aperitionis Oris 19. Novembris 1703. §. Procedentes, & §. Minùsque coram Molines, & in dicta Theatina Jurisdictionis 18. Februarii 1707. §. Cùm enim coram Scotto.*

Ex hoc excessu oritur præcisa necessitas, ut Sac. Congregatio declaret, quomodo, & ad cujus favorem Monasterium teneatur distribuere Cellam, utendo Jure suo; Et quidem sublata de medio Elena Conversa, quæ est incapax Cellæ, debitæ Monialibus Choristis, necnon Catharina juniore, quæ Monialis non est, & Monasterium Jus distribuendi Cellas exercet in Moniales, hinc assequimur, nulli alte-
122 ri Moniali Cellæ usum esse adjudicandum, nisi Donnæ Eleonoræ ratione antianitatis supra omnes alias, quæ antianitas operatur, ut ejus favore sit facienda distributio, ut declaravit hæc Sacra Congregatio, teste *Pignatell. consult. 76. num. 10.* ubi, quòd seclusa consuetudine immemorabili, Cellæ non possunt distri-
123 bui ad arbitrium Abbatissæ, sed solùm magis Antianis, ibi — *Cellarum vacatio quotiescumque occurrerit per Monialium obitum, aut per quemcumque alium casum, fieri debet illarum distributio aliis Monialibus, Professione anterioribus, ut in Mutinen. 10. Aprilis 1615. Vacantes assignari debent secundum antianitatem, nec Superior regularis potest aliter ordinare &c. Nisi tamen in aliquo Monasterio adesset consuetudo immemorabilis, quòd Cellæ vacantes distribuantur, & assignentur ad arbitrium Abbatissæ*, & in recentiori-
124 bus Decretis in Urbinaten. & Januen. relatis per *Monacell. in Formul. for. Eccles. tit. 11. formul. 17. numer. 3.*

Quòd autem nostra Monialis Pappacoda sit magis Antiana, negari non potest, tanquam res notoria, imò erat magis antiana etiam de tempore discessus Catharinæ senioris de Monasterio, quæ Sponsalia contraxit de mense Maii 1713. quo tempore jam decesserant Moniales de Quadra, & Cavani-
125 glia, quæ erant magis antianæ nostra Moniali, & consequenter Abbatissa in exequutionem Rescripti Sacræ Congregationis, utendo Jure Monasterii, debebat in Cella præferre nostram Monialem, ratione antianitatis, juxtà iterata Decreta hujus Sacræ Congregationis de quibus supra.

Neque subsistit decantatum suppositum, quòd nostra Monialis possideat plures Cellas in Monasterio, quia est contra veritatem facti, gratis figurantibus oppositricibus hanc pluralitatem Cellarum, quando tamen damus juratam Declarationem nostræ Monialis, in qua fatetur, & declarat, ipsam non posse- 126
disse, neque habitare, nisi unam Cellam, quæ per ejus transitum ad illam, de qua agitur, remanet ad dispositionem Monasterii, & tamen in his, quæ respiciunt circumstantiam facti, non est credendum assertionibus Collitigantium, sed probationibus uten- 127
dum est, ad notum *Text. in l. In Bello §. Facta ff. Captivis & post liminio reversis, Rot. decis. 281. num. 1. part. 17. & decis. 518. nu. 1. part. 18. & decis. 302. numer. 7. et decis. 366. numer. 21. part. 19. rec.*

Propterea, cùm distributio Cellę sit facienda Monialibus, juxtà sæpedictam Relationem Archiepiscopi, datam in Summario, nullo modo capaces esse possunt assignationis Cellæ controversæ, sive Elena Conversa, sive Catharina Educanda, cùm neque Educandis, neque Conversis Cella debeatur, & ma- 128
ximè quia pro Educandis adest in Monasterio Locus separatus, juxta Peritiam datam pariter in Summario Ita, & taliter, quòd ad hanc Cellam, ad quam solæ Moniales aspirare valent, nostra tantùm Monialis, veluti antiana, habeat prælationem de Jure, etiam sine ullo pretio, cùm non valeat consuetudo, quòd Monialis antiana, cui Cella debita est, teneatur aliquid solvere, ut resolvit *Sacra Congregatio in Ja-* 129
nuen. 22. Decembris 1620. apud Pignatell. dict. consult. 66. num. 10. tom. 8. et Nicol. in Floscul. verb. Cella sub num. 3. versic. Neque decernere.

Denique non obstat divisio Monasterii in Factiones, quarum majorem partem efficit Abbatissa, cum Monialibus, sibi adhęrentibus, quia, cùm Justitia assistat nostræ Moniali, contrariæ Factionis incendium dicitur irrationabile, & meritò corrigendum, 130
Rot. coram Emer. jun. dec. 1243. num. 4. et in Colonien. Canonicatus primę Gratiæ 13. Decembris 1709. §. Tertium coram Lancetta, et 10. Decembris 1710. §. final. coram Ansaldo; Nec sanè Abbatissa abstulit Factiones, aut remedium dedit, confirmando oppositrices in Cella contra Rescriptum Sacræ Congregationis, & in perditionem Jurium Monasterii redigendo Cellas in servitutem ad commodum privatum Familiarum, quod est potiùs fomentum Factionis, quæ consistit in procuratione inordinata proprii commodi, 131
& proprię utilitatis, ut inquit *P. à Spiritu Sanct. in Director. regular. tract. 5. disput. 2. sect. 8. nu. 130.* ubi adducit locum *Senecæ*; dicentis, quòd *Principium discordiæ est aliquid ex communi suum facere*, ut est Cellas, communes omnibus Monialibus Monasterii, daclarare proprias unius, vel alterius Monialis, seu particularis Familiæ; Ità enim scinditur illa communio, & unitas, religioso Statui connaturalis, & suboritur invidia, & æmulatio.

IN EADEM CAUSA.

Cùm tot, tantisque malis præsens Causa affecta esset exequutione Gratiæ, quam titulo oneroso obtinuit usque ab anno 1705. Eleonora Pappacoda, Monialis Professa Venerabilis Monasterii S. Mariæ D. Romitę Neapolis super prelatione controversæ Cellæ, olim inhabitatæ à Catharina, Moniali Professa ejusdem Monasterii, propter judicialem nempè resistentiam Sororis Magdalenæ Minutilli, Famulæ & Conversæ dicti Nobilis Monasterii, quæ, assumpto nomine Monialis, prætendebat manutentionem dictæ Cellæ, in qua se intrusit, uti de mobili Familia de Minutillis, cui figuratur competere usum dictæ Cellæ, ob prætensa Ornamenta, quæ in ea di- 132
cuntur facta impensis, & pecuniis Antonii ex eadem Gente de Minutillis, & ne firmo quoque etiam præsidio indefensa esset Monialis Pappacoda in Curia Archiepiscopali, ubi benevolentia erga Partem multùm, & contra se prævalebat, recursum habuit ad Supremum hoc Tribunal, in quo reassumpta Cau- 133
sa ob irregularem modum, cum quo procedebatur à Vicario Generali dictæ Curiæ Archiepiscopalis, & postquam Pars adversa præstiterat consensum, dictum Forum declinare moliebatur, propter Instantiam, quam

quam ultrò promovit coram Auditore Sanctissimi pro remissione Causæ ad Partes , Sed quia placuit dicto Sapientissimo Judici dictam Instantiam remittere ad hanc Sacr. Congregationem , à qua , cognita insubsistentia petitionis, rejecta fuit contraria Instantia me-
134 diante Rescripto , emanato ad Relationem Cardinalis Paracciani sub die 15. Decembris 1713. *Partes deducant Jura sua in hac Sac. Congr.*

Verùm attento , quòd quamplura æquivoca circa subsistentiam Facti ad effectum protrahendi propositionem Causæ consparsa fuerint exadverso , ut interim dicta Famula , & Conversa se confoveret in detentatione dictæ Cellæ , dedignati non fuerunt pro remotione æquivocorum rescribere EE. PP. sub die 12. Januarii
135 1714. *Ad Eminentissimum Archiepiscopum pro nova Informatione, juxtà Instructionem Eminentissimi Ponentis*, hinc datis solitis Literis plenissimam, & distinctam Informationem, ad formam dictæ Instructionis Cardin. Archiepiscopus transmisit ad hunc Sacrum, & ter Excelsum Consessum, ubi in arenam descendendo Princeps Canusii, legitimus Pater, & legalis Administrator Catharinæ Rosæ de Minutillis annorum quatuor, Lite pendente , introductæ titulo Educationis in dicto Monasterio pro quodam figurato Patronatu super dicta Cella, & pro omni, & toto ejus interesse, quod
136 unicè restringebatur ad hanc Partem defatigandam institit pro remissoria Nuncio Apostolico , Neapoli residenti, ut examinare vellet Abbatissam, & Moniales dicti Monasterii, ejus Consanguineas, Affines, & Adhærentes super d. Patronatu ; Cumque agnitum fuerit per eandem Sacram Congregationem , dictam Instantiam, quæ promovebatur, sapere manifestam , & innegabilem exceptionem parùm legalem , & degustato nostro bono Jure ad Relationem antedicti Car-
137 dinal. Paracciani, emanavit Resolutio super Negocio principali sub die 22. Junii 1714. *Exequendam esse Gratiam favore Monialis Pappacodæ.*

Inde impetrata exadversò nova Audientia adversus hanc justissimam Resolutionem , concordata quoque Causæ propositione post mensem , & dum proponi ea-
138 dem debebat ad consovenda majora impedimenta , & novas Controversias suscitandas , capta occasione notitiæ habitæ in Partibus de dicta Resolutione , in spretum Majestatis dicti Tribunalis, in quo emanavit Resolutio, duæ Moniales exterę de Familia Cigala , jam dictæ Puellæ de Minutillis Materteræ, cum aliis Monialibus de Familia de Morra Consanguineis, magno strepitu, & Campanę sonitu illam occuparunt , quemadmodum in occupatione continuant sub speciosissimo, & lepido prætextu, quòd habere non valent
139 ullam aliam magis commodam, quàm illam , quam de facto detinent, & occupant, ut ex Attestatione exadverso exhibita in manibus Ponentis.

Ad colorandum verò eorum attentatum dictæ Moniales de Cigala mediante quodam Rogitu asseruerunt, dictam Monialem Pappacoda vigore memora-
140 tæ Resolutionis voluisse capere possessionem controversæ Cellæ, prout insinuatur in Memoriali , exadverso dato Sacræ huic Congregationi, habitæ die 20. Julii proximè defluxi , in quo rescriptum fuit -- *Habetur ratio in repropositione Causæ.* Etsi eadem Pappacoda alias partes non fecerit, quàm deducere in notitiam Abbatissæ favorabilem ejus Resolutionem, illam certiorando de nova Audientia, à Parte, ut innuimus, obtenta Card. Ponente, ut ex ultima Informatione Card. Archiepiscopi, & Declaratione Abbatissæ, ideòque cùm nemo esset , qui religiosissimum hunc Actum repræhendere posset, distulerunt Factionariæ repropositionem Causæ in ultima Congregatione Septembris , dum Jura exhibere noluerunt , nisi
141 paucos ante dies Congregationis, in qua reproposita non fuit Causa, dilata ad primam post Aquas dum productum fuit quoddam Albaranum, quod Apoca nuncupatur in Curia , & quamvis primo aspectu crederetur relevans, repertum deinde fuit ideale , & falsum, quamobrem instetimus pro illius productione in Actis, cum legitima declaratione circa usum , quam facere noluit Pars adversa, quamvis esset omni Jure
142 debita , unde loco dictæ declarationis Card. Ponens nostram Instantiam admisit *loco protestationis, & afficere prout de Jure.*

Intimato subinde dicto Decreto, nescitur , quo fine procuravit Pars adversa in manibus rehabere dictum Albaranum, sed repetita Instantia pro repropositione Causæ , iterum illud exhibuit in manibus Cardinalis Grimaldi in locum Card. Paracciani subrogati, verùm, mutato postmodum consilio , sub die quinta Decembris proximè elapsi mediante ejus asserto Procuratore sine speciali mandato Procuræ, in Actis produxit dictum Albaranum, cum judiciali Interpellatione, ut Monialis Pappacoda declararet circa animum suum circa illius legalitatem, quasi quòd ex parte nostra illud fuisset productum, contra communem sensum DD. in Fo- 143
ro, & praxi receptum , ut doctissimè de more notat *Marant. in Praxi par. 6. de Instrumentorum productione sub num.* 38. verumtamen eadem Monialis Pappacoda ad obtruncandas , & amputandas dilationes , quantùm in se poterat, juxtà monitum *Glos. marginal.* 144
in leg. prima Cod. de Dilation. facta priùs per ejus Procuratorem in Actis negatione, per publicum Instrumentum illam ratificavit, & emologavit.

His defatigationibus tamen non contenta, Pars adversa Sacram hanc Congregationem iterum adivit pro recognitione asserti Albarani, at pro parte Pappacodæ pro effectiva tandem post tot, tantasque ærumnas desideratæ repropositionis destinatione , preces suas porrexit, communicato insuper Memoriali, juxtà laudabilem stylum hujus Supremi, aliorumque Tribunalium Urbis, alterum verò, & diversum distributum fuit exadverso, propterea ex hac Causa, vel ex altera, Nobis forsan ignota, Rescriptum extitit . *Ad* 145
Eminentissimum Ponentem, juxta Mentem.

Dicimus autem, quod cùm agatur de Causa, jam discussa, & decisa ab hoc Supremo Tribunali, Partibus auditis in acerrimo Jurium conflictu, omnia Jura clamant pro persistentia in Decisis, ex eisdemmet rationibus supra latè deductis, quę ad evidentiam demonstrant justitiam nostræ Resolutionis , neque aliquid relevans exadverso deducitur, ex quo reputari non possit valida , & iusta Gratia, quæ ab Abbatissa obtenta fuit titulo onerosò & ab hac Sacra Congregatione super prælatione controversæ Cellæ canonizatæ , & per Ordinarium, & per Ordinarium , illius Delegatum , exequutioni demandata, ex animadversis per *Imol. consil.* 98. *num.* 9. 147
& 10. *Surd. decis.* 106. *numer.* 9. *Rota coram Seraphino decis.* 338. *numero primo* , *& decision.* 443. *numero* 7. *coram Coccin. & decis.* 370. *numer.* 1. *& decision.* 43. *numer.* 10. *part.* 1. *decis.* 181. *numer.* 1. *part.* 10. *recentior. & in Civitatis Vetulæ Transactionis* 18. *Aprilis millesimo septingentesimo quartò*, *§. Certiùs coram Ansaldo.*

Et sanè, prælatio dictæ Cellæ competebat & competit Moniali Pappacodæ ex duplici titulo, antianitatis nempè, & Contractus, quemadmodum latè probavimus supra, & proinde, probata dicta antianitate , & verificata lege Contractus , præseferentis pactionatam prælationem ob verificationem conditionis , in 148
eo appositæ, in casu discessus Catharinæ de Minutillis à dicto Monasterio, prout ab eo recessit, dum Matrimonio copulata est cum Marchione Altavillæ , obvia consequenter emergit Juris propositio, qua educemur, non posse retardari exequutione similium Gratiarum ex firmatis per *Rotam coram Bichio decis.* 338. *num.* 1. *& coram Ottobon. decis.* 172. *numer.* 18. *&* 19. *& in recentior. decis.* 14. *num.* 3. *&* 4. *part.* 10. *& in Leodien. Canonicatus* 14. *Martii* 1710. *§. Arbitrium cor. Cardinal. Falconerio* , *& in Pennen. Beneficii super Exequutione Litterarum Apostolicarum* 17. *Martii ejusdem anni §. primo coram Aldrovando*, *& in Cracovien. Parochialis Tyneccensis super Literis Apostolicis prima Julii millesimo septingentesimo decimo secundò §. Omnia enim, cor. Crispo.*

Et quidem placeat reminisci, quòd ex lege Contractus , initi cum Abbatissa anno 1704. conventum fuit, quod Monialis Eleonora Pappacoda intuitu solutionis Debiti Monasterii in ducatis 203. de proprio solutis , deberet obtinere usum Cellæ, quatenùs duæ Puellæ de 149
Nobili Familia de Minutillo , tunc in eadem Cella exiften-

xistentes pro Educandis, *non si facessero Monache, ò pure lasciassero l' Abitazione della Cella sudetta, e dovesse l' uso di quella, secondo lo stile del Monastero, passare ad altra Monaca*, qui casus jam evenit, ex quo utraque ex prædictis Puellis, tunc commorantibus in Cella, discesserunt à Monasterio, & sic puri-
150 ficata extitit conditio favore Monialis Pappacodæ pro obtinenda Cella, prout obtinuit ex Decreto favorabili hujus Sacræ Congregationis, edito usque sub die 21. Augusti 1705. & confirmato sub die 22. Junii proximè præteriti, uti censuit, exequenda esse Gratiam favore ejusdem Monialis.

Ad impediendam verò ex transverso hanc Gratiam, & eludendum Contractum, prædicta Helena de
151 Minutillo se intrusit in dicta Cella, & quot subterfugiis se ibi æternare cupiens ex omni parte quæsivit obstacula; in hac diuturna, & obstinata Lite nihil intactum relinquendo, figuravit, se Monialem, figuravit,
152 se esse de Nobili Familia de Minutillo, figuravit, Cellam esse de Jurepatronatus hujus Familiæ; Sed postquam hæc omnia, tanquàm frivola, fuerunt reperta, & rejecta per Sacram Congregationem, conjurando acriùs contra Pappacodam, se univit cum Monialibus de Cigala, & hinc de novo aliæ Conversæ fuerunt Factiones in Monasterio, juxta ea, quæ supra enarravimus, Ultimo tandem loco excogitatum fuit aliud subterfugium, ponendo scilicet in campo Puellam
152 quatuor annorum de Familia de Minutillo, quæ nata non erat de tempore Contractus anni millesimo septingentesimo quarto, & sub ejus Cappa prætenditur retentio Cellæ sub excogitato novo motivo cujusdam, veluti noviter reperti, prætensi Albarani, in quo probari prætenditur, Contractum cum Pappacoda fuisse diverso modo pactionatum, nempè, quòd Cella ei promissa fuerit in casu, quo in Monasterio non existerent, tam Catharina de Minutillo, quàm
153 omnis alia Puella de dicta Familia, supponendo ibi Cellam fuisse ædificatam per dictam Familiam vocatam, ibi -- *Famiglia construente*.

Verùm omninò reiiciendum videtur hoc ultimum subterfugium, benignè reflectendo ad tot demonstrationes falsitatis suppositi Albarani, vel saltem suspicionis de falsitate, quæ in Civilibus sufficit ad tollendam fidem cuicumque Scripturæ, eoque magis Apocæ privatæ, quicquid secùs sit ageretur in Judicio cri-
154 minali, ad pœnam irrogandam, juxtà ea, quæ habentur apud *Rot. decis.* 317. *n.* 32. *part.* 18. *recent. & coram Otthobon. decis.* 23. *num.* 9. *& cor Merlin. decis.* 419. *nu. decimo secundo, & coram Cerro decision. ducentesima quinquagesima octava, num.* 5. *& coram Ansald. dec.* 16. *num.* 6.

In præsenti sese offert prima falsitatis conjectura, insurgens ex serotina exhibitione prætensi Albarani, postquam defuncta est Abbatissa, cum qua initus fuerat Contractus, & postquam ista vivens nihil contrarium opposuit contra Gratiam, exequutam de anno 1705. ex Decreto Sacræ Congregationis, & denique postquam toties proposita fuit hæc Causa, & tot impedimentis d. Helena omnem lapidem movit, in quibus circumstantiis hæc tarditas in producendo Scri-
155 pturam, adeò essentialem magnam subministrat conjecturam falsitatis, per *Text. in l. Si quis, §.* 1. *ff. de Pœn.* latè *Farinac. de Falsit. quæst.* 153. *numer.* 182. *Maschard. de Probat. concl.* 740. *num.* 27. *Rot. in recent. decis.* 225. *num.* 7. *par.* 14. *& in Avennionen. successionis* 9. *Martii* 1708. *§. Et ad intentum coram Lancetta, & in Tarentin. Immissionis* 17. *Martii* 1710. *§. Accedit taciturnitas cor. eodem*.

Præsertim quando non desunt, prout in nostro casu, aliæ conjecturæ, & demonstrationes, quæ ingravescere faciunt falsitatis suspicionem; Etenim in dispositiva dicti Albarani Partes figurantur convenire, ut in Venditione dictæ Cellæ præferatur Monialis Pappacoda, quoties non essent in dicto Monasterio Moniales, aut Educandæ de Familia construente de Minu-
156 tillis ibi. *In mancanza di questa* (scilicet D. Catherinę) *& ad ogni altra di detta Famiglia construente, esponendosi vendibile la Cella della Famiglia Minutillo, sia la detta D. Eleonora ad ogni altra concorrente di diversa Famiglia preferita sopra la compra, ut supra &c.* Quod est de subiecto non supponente, & ex diametro opponitur veritati, expositę à Card. Archiepiscopo in ejus Relatione, transmissa ad hanc Sacram Congregationem, ubi refert, quòd in dicto Monasterio non adsunt Cellę ædificatę, & constructę à Familiis, & 157
particularibus Monialibus, ibi -- *& uditevi tutte le Monache Coriste separatamente ad una ad una &c. Nel predetto Monastero di D. Romita non vi sono stanze fabricate da Monache particolari &c.* Quis autem præstabit fidem huic somniato Albarano, qui continet fabulas, & supposita, veritati directo contraria; si enim in Monasterio non reperiuntur Cellę, fabricatę per Familias, aut Moniales particulares, inverisimile idcircò est, voluisse Partes convenire cum evidenti præjudicio, tàm Monasterij ob servitutem, quæ induci prætenditur super Cellis ad illud spectantibus, quàm Monialis Pap- 158
pacodæ quodammodo enim impossibile est, quòd voluerit persolvere ingentem pecuniarum summam scut. 203. absque morali certitudine habendi usum, & habitationem dictæ Cellæ propter immensum numerum Puellarum dictæ Familiæ, divisę in plures, & innumeros Columnellos in Civitate Neapolis, nisi credere velimus, maluisse potiùs jactare suum, quàm assequi Cellæ habitationem, quia si debuisset expectare defectum omnium Puellarum de Domo Minutillo, nunquam ipsa vivente, venisset iste casus, & fuisset promissio, conventio de vento, & de impossibili, quod præsumendum non est, nisi in fatuo, ut in proximis termi- 159
nis *dixit Rot. in Romana Donationis* 17. *Aprilis* 1711 *§. Præter modum coram Ansaldo*.

Si ergo non præsumitur, voluisse jactare suum, quantò magis incalescit propositio reflectendi ad aliam exorbitantiam, & inverisimilitudinem, quæ est imago falsitatis, nempè non poterat pactionari dispositio Cellæ in favorem nostræ Monialis, habito respectu ad omnes, & quascumque futuras Puellas, in posterum nascendas ex Familia prædicta, sed solùm, quoad illas, tunc commorantes in Monasterio, quandoquidèm juxta Consuetudinem Monasterij dispositio de Cellis, ornatis per Familias particulares, remissa in morte Monialium favore Consanguinearum, ut re- 160
fert Card. Archiepiscopus ibi -- *Si osserva lo stile, che una Monaca nel fine della sua vita può disporre della Cella, in cui à habitato a favore di qualche propria Parente, che si trova a convivere*, intelligitur de illis, reperiebantur *à convivere nel Monastero, o sia Monaca, o Educanda*; Si ergo nulla reperiebatur, nisi dicta Catharina, quæ Matrimonium contraxit; dispositio pertinet ad Abbatissam favore alterius Monialis, absque eo, quod expectari debeat, quòd nascantur aliæ Fœminæ de Familia, aut velint ingredi Monasterium, 161
itaut Cellæ hujusmodi debeant remanere in pennulo, aut si illa concessa fuerit per Abbatissam alteri Moniali, quemadmodum concesa fuit Pappacodæ concessio resoluti debeat, superveniente aliqua de Familia contra omnia principia Juris, quòd casus superveniens non retractat Actum, legitimo tempore consumatum, de quo *in cap. Factum legitimè de reg. Jur. in* 6. prout habemus in terminis Jurispatronatus passivi, quando enim Vocati non existunt, aut non petunt, potest præsentari Extraneus, neque Actus resolvitur, superveniente 162
aliquo de Familia, ad tradita per *Corrad. in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 12. *à n.* 59. *ad* 62. *ad Reg.* 8. *glos.* 56. *num.* 88. *& seq. Rot. decis.* 383. *num.* 8. *part.* 8. *rec. & in Detursen. Beneficij* 29. *April.* 1701. *§. Licet enim coram Lancetta, & in Valentin. Beneficij* 16. *Januari* 1704. *§. Quamvis enim coram eodem, & in Barchinonen. Beneficij* 13. *Januari millesimo septingentesimo decimo §. Replicatione coram Aldrovando*.

Unde emergit per viam necessariæ consequentiæ, quòd sicuti Abbatissa non tenebatur quærere Fæminas, & puellas de Familia Minutillo, ita inverisimile est, quòd voluerit d. Cellam concedere dictę Moniali Pappacodę, cum expressa conditione, quatenus non adessent in futurum eventum, seù futuro tempore adipiscendæ illius possessionis Moniales, aut Educandæ de dicta Familia, quæ proinde inverisimilitudo clamat contra suppositum Albaranum ratione suspicionis, quæ 163
sem-

semper inesse censetur, ubi aliquid fit contra solitum, necnon contra verisimile, *Alba. cons. 224. num. 3. Farinac. de Fals. qu. 153. n. 162. Rot. cor. Ansald. decis. 8. n. 45. & dec. 16. n. 3.*

Sed transit in evidentia hæc falsitatis demonstratio, si reflectimus ad relationem Vicarii Generalis, datam Sacr. Congregationi super verificatione Expositorum, tempore, quo Pappacoda meruit obtinere Gratiam confirmationis dicti Contractus; Ibi enim narravit, quòd eo tantummodò casu Cella spectare deberet ad nostram Monialem, quoties Educandæ de dicta Familia
164 de Minutillo non profiterentur in dicto Monasterio ibi. *In caso, che le dette Educande non si facessero Monache, o pure lasciassero l' Abitazione della Cella sudetta, e dovesse l' uso di quella secondo lo stile del Monastero passare ad altra Monaca*; Hoc ipsum resultat ex
165 Cedula Banci Pietatis Neapolis, qua mediante Pappacoda persolvit scutor. 203. pro Cella, ubi in publica Banci Partita, habente vim Instrumenti, registratur, seu enarratur totus tenor Contractus inter nostram Monialem, & Abbatissam Coppolam, quæ in dicta Partita se subscripsit, & ita loquitur conventio. *In caso, che la Signora Catarina Minutillo non si*
166 *farà Monaca in detto Monistero*; Unde fateri oportet, quòd ex dicta discordia Albarani cum Partita Banci, & Relatione Vicarii Generalis, satis, superque convicta remaneat falsitas, non autem sola suspicio circa legalitatem dictæ Scripturæ, quæ pro falsitate
167 habetur, cùm versemur in materia civili ad *Text. in l. Scriptura vers. Quædam Scriptura, Cod. de Fid. Instrum Natt. cons. 633. num. 13. lib. 4 Menoch. cons. 2007. num. 7. Tranchedin. consult. 106. num. 3. cum seq. Rot. decis. 239. num. 17. part. 14. & in Bonon. Fideicommiss 20. Martii 1705. §. Compertum coram Caprara*, inter alias, hodiè impressas, coram eod. *la 713. n. 1. & in dicta Tarentin. immissionis 17. Martii 1710. §. Præmissa enim coram Lancetta.*

In istis igitur circumstantiis, permissum Nobis sit quærere, cui magis credendum sit prætenso Albarano, hodiè confictо? Vel Partitæ publici Banci, ubi subscripta legitur Abbatissa proprio charactere, una cum nostra Moniali; Certe hæc Partita prævalet, tanquam Actus exequutivus, quo mediante soluti fue-
168 runt ducati 203. pro obtinenda Cella, & sic in exequutionem Contractus, qui in eadem Partita enarratur per Abbatissam; seu approbatur per ejus subscriptionem.

Nec salvari valet discordia, ex quo, cum Vicarius Generalis in dicta ejus Relatione mentionem fecerit de quodam publico Instrumento, quo Partes convenerunt circa prælationem dictæ Cellæ, ad illud referri valeat dictum Albaranum; Quia omisso, quòd
169 nomine Instrumenti non venit Albaranum, sive Apoca privata, præcipuè in Regno, ubi indiget verificatione termino, & Judicis Decreto, ob suspicionem falsitatis, prout testantur decem publici Notarii Neapolis in Summario Veritas est, quòd mentio Instrumenti, facta per Vicarium, referri tantùm debet ad dictam Partitam Banci, quemadmodùm refert dictus Vicarius Generalis in dicta ejus Relatione ibi.
170 *Il tutto fu stabilito, approbato, e pattuito, e coll' intervento, e consenso dell' Abbadessa, e Monache del medesimo Monastero, come mi costa* (notanda sunt verba) *dalla Fede di Credito; con Girata della detta D. Eleonora a favore del Dottor Giuseppe Severino Creditore, che me si porge in autentica forma*, quæ quidem verba literatissima, glossam non admitten-
171 tia, *come mi costa dalla Fede di Credito &c. che me si porge in autentica forma*, explicant, & declarant, in quo sensu Vicarius nomen Instrumenti expresserit, scilicèt de autentica Partita Banci publici, ex qua tantùm de omnibus expositis sibi constare
172 dixit, & in puncto, quòd appellatione Instrumenti veniat omnis res probatoria tradit *Rebuff. in l. Notionem nonantesimo nono §. Instrumentorum, ff. de Verbo significat. vers. Ego verò cum sequent.* & concordant Repetentes *in l. Quæsitum, ff. de Fund. instruct.*

Stante igitur dicta discordia quæ intercedit inter prætensum Albaranum, & Relationem Vicarij Generalis, cum qua consonat dicta Partita Banci, facile erit descendere ad alias relevatissimas ponderationes, suadentes falsitatem Scripturæ, quarum prima est, quod fuit in dicto Albarano expressum, Familiam de Minutillis ædificasse dictam Cellam, per illa nempe 173
verba *Familia construente*, quod à veritate potissimè aberrat, prout Supra demonstravimus & constat ex dicta Informatione Card. Archiepiscopi, qui informare requisitus juxta Instructionem, sibi transmissam, Solita ingenuitate retulit, fuisse ædificatas omnes Cellas prædicti Monasterij sumptibus illius quemadmodum 174
admittitur ab Abbatissa, & Monialibus *Queste si acquistano con pagare al Monastero il prezzo delle semplici, e rozze Mura* augent suspicionem, videre, quòd non contentæ Partes dixisse, *Familia construenti*, neque etiam contentæ expessisse prælationem Pappacodæ, deficientibus omnibus Puellis de dicta Familia, ibi -- *e di ogn' altra di detta Familia*, in ipso etiam fine dicti Albarani, apposuerunt sequentem reservationem -- *circa pregiudizio delle raggioni, spettanti alla sudetta Familia* 175
Minutillo sopra di sua Cella, quæ repetitio demonstrat affectionem magnam super Juribus dictæ Familiæ, quasi fecisset Albaranum pro seipsa Familia Minutillo, & non Abbatissa sola quæ non potuit habere hanc anxietatem super Juribus alterius, arctando etiam, fuisse extra propositum, imò superfluam hanc finalem præservativam Jurium Familiæ de Minutillo, quia si in disposita jam conventum fuerat, quòd Cella non deberetur Pappacodæ, nisi in defectum omnium Puellarum dictæ Familiæ, quomodo intrabat clausu- 176
la -- *Senza pregiudizio &c.* præservando jura quæ iam supra ad satietatem reservanda erant, fuit ergo affectatissima cauthela, quæ, juxta commune adagium, suspicionem falsitatis semper inducit argumento *Text.* 177
in leg. si quis sub conditione ff. de condit. instit. & ex animadversis per Decian. responso 23. num. 64. & seq. lib. 3. Bero cons. 59. num. 14. Menoch. de præs. lib. 5. præs. 20. nu. 20. cum cæteris relatis *per Rot. in decis. 226. num. 20. & 22. part. 2. & decis. 458. num. 6. part. 19. recent. & in dicta Romana Donationis 17. Aprilis 1711. §. Et sanè coram Ansaldo* Fabricatores etiam similium Scripturarum semper de harum subsistentia timentes, conglomerant clausulas, & verbera trascendentia, per quæ facies cooperta magis deniquè reluceat, ad notata per *Bald. in cap. Tertio loco col. vltima de Probat con. 311. num. 8. lib. 5. Cravet. cons. 862.* 178
num. 2. & cons. 930. num. 14. Rot. in dicta Romana Donationis 27. Aprilis 1711. §. Succedebat cor Ansaldo.

Imò adhibere solent Testes omninò ignotos, ad cooperiendam falsitatem, quemadmodum hæc etiam circumstantia concurrit in præsenti ex quo hujusmodi genus Testium adhibuit Fabricator dicti Albarani, in quo subscripti leguntur tres Testes, quorum primi scilicet Petrus Verdoscio, & Carolus de Grandis, sunt fi- 179
ctitii, & ideales, dum de his etiam factis exactissimis diligentijs per Scribas Fiscales, Magnæ curiæ Vicariæ de ordine illius Regentis, inuenti non fuerunt, imò de eis haberi non potuit ulla notitia & sic falsum dicitur Instrumentum, si in eo nominetur Homo, qui in humanis non fuit, *Decian. cons.* 180
99. per tot aut sit ignotus ille qui admitti non potest, uti Testis ad subscribendum, aut testificandum citra vehementem suspicionem falsitatis, ut ait *Tex. in Auth. de Testibus §. Si verò ignoti, ibique glos. in eisdem* 181
verbis, si verò ignoti, & concordat Gloss. in leg. fin. vers. Cognoscant C. de Jur. deliberan. & latè exornat. Rot. in Tuden. Parochialis de Reverteme 17. Junij 1712. §. Descendendo coram Card. Falconerio inter alias, hodiè impressas coram eodem trat. 3. tit. de Probat. dec. s. m. XI.

Quibus additur alia circumstantia Concurrit enim insupèr, quod Notarius descriptus pro asserta recognitione, testatur non cognovisse dictos Testes, ac de eis nullam notitiam habuisse & habere. Notarius enim recognoscere non potest Testium Subscriptiones, & characterem, nisi de iis plenissimam cognitionem habeat, ut ipsemet Notarius testatur Aliàs ultra condignam pœnam, quam meretur ille, qui se rogavit de hujusmodi Actu, scriptura,

182 tura, sive Albaranum, exinde factum, falsum, & falsissimum reputatur ex doctrina *Bald. in rubr. de Fid. Instrum. Boss. de Fals. sub num.94.* præsertim, quia dictus Notarius, visa Copia dicti Albarani, factaque matura reflexione, non recordatur, illud fecisse, & suam dictaturam non esse, invenisse, imò factis debitis diligentiis in ejus Manuali quod assimilatur Protocollo, ut dixit *Rot. in Viterbien. Pecuniaria prima Julii 1708. §. Maximè cum seq. coram Molines* in quo solet dictus Notarius regiſtrare, & describere hujusmodi Albarana, seu Apocas pro cautela Partium, minimè invenit illud adnotatum quamquam eodem die 30. Octobris 1704. quæ est data prætensi Albarani, appareret subscripta, & recognita dicta partita Banci de qua
183
184 tantummodò recordatur; Sed ulteriùs declaravit, uti Notarius Apostolicus, se subscribere cum uno dumtaxat ex duobus ejus Nominibus scilicet *Felix Sigismundus*, ad differentiam quando se subscribit tanquam publicus Notarius Regius, in quo casu utitur duobus ejus Nominibus, veluti *Felix Donatus Sigismundus*.

Ex his namque resultare non potest major probatio falsitatis, quàm ea, quæ in themate emergit, quoniam si eadem die facta fuissent duæ Scripturæ, & Testis, sive Notarius de una non recordetur, habetur, ac si
185 dixisset; se non fecisse, neque interfuisse, ut docet *Salycet. in l. In exercend. vers. Aut essentia Instrumenti C. de Fid. Instrum. Tyraquell. de Revoc. Donat. in præf. n. 47. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cap. 205.* & ob defectum adnotationis de stylo Notarii, quotiescumque in registratione Scripturæ suam consuetudinem non servat, idest non registret, falsitas præsumitur, sunt verba
186 *Gottofred. à Baro tom. 2. Theorem. Crim. ad praxim For. accomodat. §. Falsum numer. 60. & 61.* & concordant *Alex. cons. 101. numer. 3.* Imò suspectissimam advertit *Cravett. cons. 930. num. 16.* facit *Rot. in dict. Tarentina Immissionis 3. Martii 1710. §. Maximè coram Lancetta; Soccin.* autem *jun. cons. 189. num. 56. lib. 2.* habuit pro certo argumento falsitatis, quòd Notarius qui so-
187 lebat subscribere ejus Nomen — *Hieronymus*, se subscripsit Hieronymus sine aspiratione, seu refert & sequitur *Trat. in resp. crim 5. n. 54.*

Et propterea non relevat, quòd subscriptus non appareat in dict. Albarano Sacerdos Philippus de Florio, quoniam omisso, quòd est negotiorum Gestor, & Procurator Monialium de Cigala, quæ præsentem Litem substinent, & in Partibus sollicitavit præsentem
188 Causam fassus fuit, non recordari de prætenso Albarano, & quod plus est, ipsum non intervenisse in Scripturis, factis à Moniali Pappacoda & proindè magis ingravescit ex hac negativa suspicio falsitatis, ut de Teste, qui professus fuit, non interfuisse Scripturæ,
189 notant *Cravett. cons. 28. num. 7. Nevizan. cons. 27. num. 15. Menoch. consil. 199. numer. decimo tertio, Farinacc. de Falsit. & Simulat. quæst. 153. numer. 180. Rot. in d. Romana Donationis die decima septima Aprilis millesimo septentesimo decimo primò §. Ac propterea, cor. Ansald.*

Neque in comprobationem dicti Albarani recurrere valet Pars adversa ad prætensam illius productionem, seu præsentatam, factam de anno 1705. in Processu Curiæ Archiepiscopalis coram Vicario Generali, quia promota Instantia à Moniali Pappacoda de
190 anno 1713. coram eodem Vicario Generali, tanquam Exequutore dictæ Gratiæ, pro consignatione dictæ Cellæ, Processus in Partibus fabricatus, ubi prætenditur extitisse alligatum dictum Albaranum, utrique Parti fuit pluries, atque pluries commodatus, & inverisimile est, quin à principio illud Partes interessatæ non viderint.

Non attenta replicatione, quòd fuit alligatum dictum Albaranum in sexto folio, seu pagina d. Processus propter præsentatam, quæ in illo observatur scripta ab Actuario, sive Magistro Actorum, ibi *Præsentata die 26. Junii 1705. per eundem Buonomo*, quia ex ipsamet Præsentata semper plus detegitur falsitas, nam nullum exprimitur Nomen Præsentantis, sed *per eundem*, quæ verba necesse denotant, quòd ante d. folium sextum, cui alligatum prætenditur d. Albaranum, alia Scriptura, sive comparitio esset præsentata per aliquam Personam, Nomine, & Cognomine expressam, & per d. Actuarium, sive Actorum 192
Magistrum scripta, & adnotata, sed quia ante d. folium sextum, nec in toto Processu legitur alia præsentata sequitur, ex eo non fuisse præsentatum d. Albaranum sed bene detegitur, hujusmodi Præsentatam fuisse appositam, ut imprimatur major credulitas sicut hædera appensa ait doctissimus *Politianus*, *ut vendibilior, & credibilior fiat*; & quò magis multiplicantur diligentiæ, eò magis falsitas fit visibilis.

Confirmatur ex eademmet vitiatur dictorum foliorum sexti, & septimi, cùm satis clarè videatur, fuisse illam factam industria, & artificio Partis ad demonstrandum, quòd in dicto Processu, & folio fuerit subtracta prætensa Scriptura præsentata; Tum quia à principio iste Processus compositus septem tantùm foliorum ad instructionem animi Vicarii Generalis e- 194
xequutoris fuit de Anno 1713. accommodatus, & pluries in annis subsequentibus usque ad præsentem, In eoque non adest locus, in quo alligari potuisset, quia in singulis foliis adest propria Scriptura, prout ex 195
eodem Processu, & adamussim in eo contenta optimè concordant cum dicta Relatione Vicarii, & Processu.

Tum quia dictus Processus de dicto anno 1713. commodatus ultimo loco fuit Joanni Baptistæ Dragolodich, Partis adversæ in Partibus Advocato, nec in eo reperta fuit aliqua vitiatura, prout deinde accidit, nam post reassumptam Causam in hac Sacra Congregatione, & post illius Resolutionem, Moniali Pappacodæ favorabilem, sequutam de mense Junii 1714. accommodatus itidem fuit cuidam Eligio de Leonardis, sine expressione pro qua Parte inserviebat contra 196
solitum, prout in aliis præcedentibus accommodationibus observatum fuerat; At quia dum dictum Processum post aliquos dies, scilicet sub die 22. Septembris sibi accommodari fecerit idem Dragolodich, & dum Actuarius, sive Notarius Causæ Receptam scri- 197
bebat, quadam affectata divinatione oculos dedit ad dd. folia, in quibus erat abacus vitiatur, & proindè clamare incœpit, se protestando de dicta vitiatura, & mediante Actu, desuper rogato, dictum Processum, reliquit in manibus dicti Notarii.

Ex ista enim antecedenti accommodatione, facta dicto Eligio, non Advocato, aut Procuratori præsentis Causæ, & parum cognito in dicta Curia Archiepiscopali, infertur, voluisse Partes eximere ejus Advocatum, & Procuratorem ab evidenti nota suspicionis falsitatis, ac occultare Personam, quæ hujusmodi vitiaturam facere potuit, ex cujus quidem nimia, & insolita diligentia, juncta affectata cautela dicti Dra- 198
golodich, desumitur non solum fraus, sed manifestus dolus, ex collectis per *Paul. de Castr. cons. 137. numer. 20. tomo primo Curt. jun. consil. 78. numer. 13.* & faciunt deducta per DD. *in leg. Si quis sub conditione ff. de Condit. instit.* cum aliis apud *Alex. cons. 77. num. 4. Nevizar. cons. 34. num. 26.* ubi quod talis præsumptio non admittit probationem in contra- 199
rium, & ibi est major fraus, ubi extraordinaria cautela utitur *Tiraquell. de Retract. convent. in præfat. n. 17. & seq.*

Nec dubitari potest, quod transmissio dicti Eligii pro accommodando Processu fuerit à Parte procurata, quia iste gerit negocia, & confidentialis est dd. Monialium de Cigala, quæ Litem substinent, & protrahunt ad finem habitandi, & retinendi controversam Cellam, & quod magis est ab eis continuò 200
vocatur, & Munera recipit, imò de dicto Mense Augusti visus fuit alloqui cum dictis Monialibus ad Crates dicti Monasterii, & negocia ibidem tractare, quæ omnia concludenter probantur in Sum.

Ad hoc demum, ut falsitas hæc semper magis verissima appareat, non abs re quoque esse credimus, reverenter insinuare, quòd Famula, & Conversa Elena usque de anno millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo, introducta fuit ad dictum Monasterium, uti particularis Famula Monialium Casandræ, & Ippolitæ de Minutilis, & de anno millesimo sexcentesimo septuag. primo admissa ad Habitum Conversæ, & pro dicto

dicto effectu præsentavit in Actis dictæ Curiæ Archiepiscopalis ejus Eidem Baptismatis, exaratam à Parocho Villæ, seu Casalis Mugnani, ubi adnotatur nomine Magdalena, Filia cujusdam Rustici Josephi Minutilli, & Nunciæ Ronca; Modò verò asseritur Filia naturalis Josephi ex nobili, & equestri Familia de Minutillis, quod probari prætenditur mediante alia Fide moderni Parochi, sive Attestatione Incolarum, & Habitatorum dicti Casalis exadverso exhibitis, quæ profectò tantò magis reputari debent falsæ, & falsissimæ, quippè quia ipsamet Helena sub proprio nomine *Magdalena Minutillo* supplices Preces
203 porrexit Sacræ Congregationi pro solito *Advertatur*; Exhibuit etiam alias plures Attestationes, factas ab Abbatissa, & Monialibus conjuratis, quæ insciæ de præcedentibus Attestationibus, sive Depositionibus, factis Cardin. Archiepiscopo, qui illas audivit *ad una ad una*, prout ex dicta Relatione 1. alias contrarias emiserunt
204 quibus minimè est credendum, & nullam fidem merentur, uti partiales, & interessatæ in hac Causa, & proinde ad arguendam falsitatem Scripturarum, quæ productæ fuerunt exadverso in hac Causa, intrat regula, satis obvia, & trita, falsus in uno, falsis in o-
205 mnibus, de qua *Boss. de Falsit. num.* 14. *& Alciat. de Præsumpt. col.* 773. *in principio*, & millies dixit *Rota* & signanter *in decis.* 73. *numero quinto*, *part.* 19. *recentior.*

Quibus ita se habentibus, convolare nequit Pars adversa ad prætensam recognitionem Albarani, sive judicialis sit, & solemnis, vel extrajudicialis per manus comparationem, etiamsi Notarius, vel dictus Philippus de Florio Testis, in eo descriptus, eorum manus modò assererent recognovisse; Tum quia præsumuntur subornati; Tum, quia decipi possunt ratione similitudinis manus, ita benè exaratæ à Fabricatore prætensi Albarani; Innumera enim sunt exempla,
206 etiam Summorum Pontificum, & præcipuè gloriosæ in æternum memoriæ Julii II. de quibus *Cyriac. contr.* 444. *num.* 42. *& ante eum Paris. cons.* 19. *num.* 44. *in fine lib.* 3. ubi character approbatus fuit, & falsitas liquidata extitit, & proindè non admittitur in Tribunalibus examen Testium super recognitione manus, nisi in subsidium, ut in puncto referendo casus fal-
207 laciæ in recognitione manus per hujusmodi modum observant *Gratian. disceptat.* 235. *num.* 24. *Cyriac. dictæ controvers.* 443. *num.* 88. *Borell. in Summ. decis. part.* 2. *titul.* 23. *numero* 14. *& Ansaldo in Adnot. ad dec.* 8. *num.* 34. *& ad decis.* 22. *num.* 33. *& decis.* 29. *numer. quarto*. Vel etiam non admittitur, nisi quando non concurrunt aliæ conjecturæ, & præsumptiones, quæ digito demonstrant falsitatem Scripturæ, & quidem nisi in levioribus Epistolis, & Scripturis modici
208 momenti, & præjudicii, quod non verificatur in præsenti hypothesi, ubi non agitur de leviori Epistola, & Scriptura, sed sermo benè est de quodam Albarano, involvente summum, & prægrande præjudicium, tam respectu Monialis Pappacodæ, quæ prævio Juramento negavit ejus prætensam Subscriptionem, cui standum est, uti emisso à nobilissima Fœmina, per
209 tres vices Abbatissa dicti Monasterii, & orta ex Illustri Familia Pappacoda, ut post *Text. in leg. fin. Cod. de Leg. Jul. repetund.* perpendit *Alciat præs.* 13. *reg.* 3. *Pacian. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 21. Attento præcipuè magno præjudicio dicti Monasterii circa introductionem durissimæ servitutis, cum qua transit Juspatronatus, adnotata per *Cardin. de Luca de Testament. discurs.* 6. *num.* 6. *& seqq. & Constantin. ad Statut. Urb. adnotat.* 13. *num.* 192. 105. *&* 113. *Rota decision septima, numero octavo, coram Dunoz. junior. & in Hiera-*
210 *cen. Pecuniaria* 27. *Januarii* 1707. *§. Fortiùs, quia, coram Ansaldo*, & in terminis brevis Subscriptionis quæ proinde facilè potest alterari, & imitari, *in dicta Romana Donationis die decima septima Aprilis Millesimo septingentesimo decimo primo*, *§. Absque eo, quòd, cor. eodem.*

Hinc igitur concludere oportet à primo ad ultimum, quòd persistendum videatur in decisis, inspe-
211 cto malo Jure, tam dictæ Conversæ seu Famulæ Monialium quam Principis Canusii, sive ejus Filiæ, introductæ, Lite pendente, in dicto Monasterio Dictæ Conversæ attenta ejus incapacitate obtinendi usum dictæ Cellæ propter qualitatem servitoriam, & etiam ob ejus Natalia, quamvis esset, citrà veri præjudicium, naturalis de Familia de Minutillis, quoniam Neapoli, & in Urbe contradistinctè ab aliis Civitatibus, licèt conspicuis, ut sunt Janua, & Bononia,
Filii naturales, tam masculi, quam fœminæ, Fami- 212
liarum nobilium prærogativis non gaudent, quia numerantur, & recensentur inter infimos Populares, ut testantur *Cardinalis de Luca de Donat. disc.* 62. *numer. decimoquarto* ibi -- *In aliquibus etenim Civitatibus, vel Regionibus, ut præsertim praxis docet in hac Civitate Januæ, de qua agitur, ac etiam in Civitate Bononiæ, de qua agitur d. disc.* 68. *de Fideic. pęnè nulla, vel satis modica differentia dignoscitur inter Legitimos, & Illegitimos, adeout isti inter Nobiles legitimi reputentur, aliisque honorificis prærogativis potiantur &c. Cujus contrarium in Urbe, & Neapoli, aliisque Civitatibus, & Locis praxis, quòd masculi illegitimi, susce pti ex Nobilibus, Magnatibus, inter Populares recensentur, atque vilibus, et mecanicis exercitiis se abdicant absque Familiæ, et Parentum dedecore; Fæminæ verò popularibus Viris copulentur* -- Principis Canusii, & e-
jus Filiæ, quia, excluso prætenso Patronatu, nescitur, 213
quo Jure adspirare possunt, & debent usum, & habitationem dictæ Cellæ, & si esset de illis ornatis, de quibus disponere possunt Abbatissæ pro tempore in casu, quo de eis nulla dispositio facta fuit à Posse-
ditrice tempore sui obitus, & in Monasterio non re- 214
perirentur Moniales, aut Educandæ illius Familiæ, quę dd. Cellas propriis expensis ornavit, juxtà ea, quę in terminis Jurispatronatus passivi latè probavimus supra.

DISCEPTATIO XXI.

Frisingen. Eremitorii

PRO

P. Magno, Abbate Monasterii Benedictoburani in Bavaria.

CUM

Eremitis ad Lacum Vallersee.

ARGUMENTUM.

Eremitæ, quibus concurrentibus, dicantur veri Regulares, si præviis necessariis solemnitatibus aggregentur alicui Religioni; ab Apostolica Sede approbatæ. Enumerantur, & explicantur Requisita Fundationis novorum Conventuum, quæ locum habent etiam in Fundationibus, quæ fiant extra Italiam, quidquid sit de Constitutione Innocentii X. quæ incipit Instaurandæ, quæ fines Italiæ, illique adhærentium insularum non egreditur.

DUo Eremitæ laici, quorum unus nuncupabatur Andreas, & alter Vvolfangus, qui postea Honuphrij nomen assumpsit, obtinuerunt circa annum 1680. licentiam a Ordinario Curien. construendi pro eorum Habitatione quandam mansiunculam Eremitorium in
certa sylva propè Meranum in Comitatu Tyroli: 1
Cùmque parumper intenderent se dilatare, variis intercessionibus, ac favoribus commendatitiis fulciti, Licentiam sub diversis prætextibus, & coloribus ædificandi Oratorium pro eorum privata oratione; percibusque in eo effudendis, impetrarunt: qui nec de hoc contenti, itidem sub specioso prætextu audiendi sacrum, quamvis non ultrà quadrantem horæ Ecclesia Parochialis distaret, licentiam insuper de aliquo Sacerdote, qui missam celebrare posset (qui
fuit quidam nomine Martinus) obtinuerunt. Iste i- 2
gitur

gitur Martinus cùm nullatenùs approbaret vivendi modum dd. duorum Laicorum, utpotè consistentem in laxitatibus, excursionibus, ac continuis divagationibus, eos continuò obiurgans, increpasque, non aliud, quàm sæpè sæpiùs convicia, & verbera reportabat, itaut ab eis insecutus, & ejectus in remotas partes tandem discesserit.

Subinde verò prædictus Laicus Vvolfangus, sive novo nomine Honuphrius, ad aliud Eremitorium in Tridentina Diœcesi; quod hodiè funditùs extirpatum est, se transtulit: Hic pariter commendatitiis Literis
3 munitus, ordines Sacros in Civitate Brixinonæ suscepit; & tanquam Sacerdos, denuò ad primùm Eremitorum in Tyrolum prope Meranum Curien. Diœcesis, fuit reversus, ubi ut suum spiritum Eremiticum eò magis palam faceret & ex laudabili amore solitudi-
4 nis ad eum locum venisset. Votum in ea emittere curavit, se per septem annos clausuram observaturum, & cùm nemine (exceptis Confessarijs, & Officialibus) locuturum, quod vix per dimidium anni observavit, dum exinde non absque levitatis nota d. solitudinem, & silentium dereliquit.

Et quamvis in Visitatione de anno 1682. permissum fuerit dicto P. Honuphrio, ut nonnisi ipse, veluti jam promotus Sacerdos, cum solis duobus Laicis in dicto Eremo posset abitare; attamen iste furtim plures socios, & Fratres assumpsit, recollegitque, ut numerum præfixum excederet, ita, & taliter
5 quòd per ejus superflua Ædificia, quæstuationes, aliaque Inconvenientia, in dies excrescentia, idem Ordinarius Curien. coactus fuerit Licentiam, desuper data, restringere: quo tamen non obstante, ab eorum consueta vita nec minus se compescentes; imò plus inquieti, ac exorbitantes, quàm antea fuerunt tan-
6 dem, prævia contra eos legitima fabricatione Processus, à tota Diœcesi Brixinen. & Tridentina expulsi, eorumque Eremitoria funditùs destructa, ac eversa; quin etiam expressè cautum, quòd hujusmodi generis Eremitæ in posterum admitti non deberent.

Verùm denuò, iterumque tantis intercessionibus, & commendatitijs à Proceribus extortis, ut quodammodò necessarium fuerit illos denuò recipere in prædictis Diœcesibus, licet aliquali majori, quo antea, restrictione prout hæc omnia luculenter retulit huic
7 Sac. Congregationi Episcopus Curien. in Relatione in fine registranda Et successivè, circa scilicet annum 1686. PP. Carmelitæ Discalceati hic Romæ prorsus de enarratis ignari fuerunt instanter à Magnantibus requisiti, ut prædictos Eremitas Ordini Carmelitano S. Theresię aggregarent, cui instantiæ Definitorium annuendo, absque alia informatione eos admisit.

Attenta hujusmodi Aggregatione, aviditas antedictorum Eremitarum se dilatandi eò excrevit, ut antedictus P. Honuphrius sub erroneis prætextibus, & violentis instigationibus apud Serenissimam Bavariæ Electricem, licentiam extorserit, tam ab ipsa, quàm à Serenissimo Electore ejus Coniuge, construendi in
8 Bavaria superiori in sylva prope Lacum Vallerseæ Frisingen. Diœcesis (ubi extant solùm sex Domus, quinque videlicet Piscatorum, & altera Venatoris, ut asserunt Testes in responsione ad quintum Interrogatorium) parvum Eremitorium *pro duobus Sacertotibus, et uno Laico tantùm*.

At quia ad hujusmodi constructionem Eremitorij deveniri non poterat absque consensu P. Abbatis exempti antiquissimi Monasterij Benedictoburani Congregationi Bavariæ, attento, quòd ipse est Dominus temporalis totius Territorij, nec non Sylvæ, in
9 qua construi Eremitoriorum prætendebatur, & Parochia Cochelensis, intra cujus Districtum ædificandum erat dictum Eremitorium, existit sub gubernio, & totali administratione ejusdem Abbatis, & Monachorum, curam Animarum fideliter gerentium: Hinc prædictus Elector Bavariæ requisivit eundem Abbatem ut suum præstitisset consensum, se se ex-
10 pressè declarante prædicto Electore, quod licentiam concesserat construendi *parvum Eremitorium pro duobus Sacerdotibus, et uno Fratre laico etc.* Idemque protestata fuit Serenissima Electrix, in cujus episto-

la, eidem Abbati conscripta ibi -- *Pro parvo Eremitorio pro duobus Sacerdotibus, et uno Fratre laico* -- 11

Cùmque, non obstantibus tot declarationibus, & protestationibus, tota Vicinia circa dictum Lacum Vallerseæ reclamasset adversus hujusmodi novam Eremitorij constructionem, sub motivo, quòd progressu temporis Eremitæ fimbrias dilatassent, introducendo numerum excessivum Eremitarum, hinc Ordinarius Frinsingen. non acquiescens attestationi Præpositi Monasterii Schlecdorffensis, quòd Eremitę nunquam fuissent, plusquam tres, vel ad summum 12
quatuor, si unus infirmaretur, ibi -- *Quorum nunquam plures, quàm tres, vel quatuor, erunt* adhuc requisivit solemnem promissionem prædicti P. Honuphrij, & P. Angeli à S. Augustino Eremitarum, quòd in futurum nunquam excessissent præscriptum numerum trium Eremitarum, prout prædicti Eremitæ, die 26. Julij 1687. ad hujusmodi solemnem promissionem devenerunt, se seque obligarunt, quòd in æternum numerus prædictus duorum Sacerdotum, 13
& unius Laici auctus non extitisset, ibi -- *Percepimus, quasi tota Vicinia circa Lacum Vallerseæ totaliter credat, & plenus rumor serpat, quasi essemus intentionati, nos post lapsum temporis supra conventum numerum duorum Sacerdotum, & unius, vel ad summum duorum laicorum fratrum, ut si unus infirmaretur &c. augere &c. ideoque assecuramus vestram Reverendissimam Dominationem, & totam Communitatem hisce sub nostra Sacerdotalis dignitate &c. quòd prædicta omnia* In æternum *neque facturi, neque permissuri simus, neque permittere velimus*.

Vix constructo Eremitorio sub huiusmodi Pactis, Convenientibus, & Promissionibus, antedicti Eremitæ cœperunt prætendere, quòd Eremitorium erat formalis Conventus, erectus pro duodecim Religiosis, quodque sufficientem dotem supradicta Serenissima Eletrix Bavariæ ei assignaverat, demùm, quòd hujusmodi numerus duodenarius Religiosorum erat necessarius pro succurrendis Populis circumvicinis in iis, quæ curam Animarum concernebant; hancque eorum, prætensionem promoverunt in hac Sacra 14
Congregatione emanatoq; Rescripto sub die 20. Maji. 1689. -- *Episcopo Frinsingen. pro Informatione, & Voto, auditis Partibus, interesse habentibus* -- Episcopus antecessor, seu illius Vicar. Generalis suam transmisit Relationem, in qua retulit, quòd exposita per Eremitas in eorum precibus, in facto non subsistebant; Quòdque memorata Serenissima Eletrix nunquam fundaverat ullum Conventum, sed duntaxat parvum Eremitorium pro tribus, aut ad summum quatuor Eremitis quòd de ass. Dotis constitutione nullatenùs constabat, quòd nulla aderat necessitas ho- 15
rum Eremitarum pro succurrendis Populis, dum ad id sufficiunt PP. Reformati trium Conventuum circumjacentium, nec non Ven. Monasterium Benedictoburanum, demùm quòd ob Loci angustiam, & notam Incolarum paupertatem numerus duodecim Religiosorum circa manifestum Incolarum, & aliorum, interesse habentium, præiudicium, sustentari non poterat.

Quapropter tantùm abest, quòd Eremitæ eorum intentum reportare valuerint, quin potiùs eorum Eremitorium fuerunt penitùs derelicta; Siquidem percrebescente fama ex veridicis Relationibus de Vita minùs monastica, quam dd. Eremitę in illis Partibus agebant, PP. Carmelitæ discalceati Superiores coacti fuerunt in Capitulo Generali, sub die 5. Maji millesi- 16
mo sexcentesimo nonagesimo secundo, celebrato, prædictam Aggregationem in omnibus revocare, & una simul supplicarunt huic Sac. Congregationi, ut decretum Capitulare dignaretur confirmare, sed antequam ad hujusmodi confirmationem hęc Sacra Congregatio deveniret, rescripsit, ut exhiberetur per dd. Eremitas approbatio Apostolica, utque Reverendissimi Nuntius, & Ordinarius juxta solitum informarent; & istius ultimi plena, uberique Informatione perventa sub die 2. April. 1694. emanavit Rescriptum -- *servandum esse Decretum Capituli Generalis 5. Maji. 1692. et scribendum Episcopo Curien. ut non permittat Eremitis vivere Collegialiter* -- 17

& sub die 9. Julij ejusdem anni fuit quoque rescriptum -- Pro extensione Decreti etiam quoad Eremitorium, situm in Diœcesi Frinsingen.

Hinc prædicti Eremitæ, à Religione Carmelitarum ejecti, & ab alijs diversis Religionibus, de eorum moribus optimè informatis, non admissi, tandem ingenium acuendo inveniendi aliquam Congregationem, dictorum eorum morum ignaram, supplicarunt fa. mem. Innocentio XII. quatenùs vallet illos
18 aggregare Congregationi Fratrum Eremitarum S. Hieronymi, institutæ à Beato Petro de Pisis anno 1380. in Monte Cellano prope Vrbinas; quo circà expedito Brevi in forma Commissaria, directo Nuncio Viennæ cum facultate dictos Eremitas aggregandi prædictæ Congregationi, accedente consensu Capituli Generalis ejusdem Congregationis prædictus Nuncius anno 1695. illos aggregavit, cum declaratione tamen, quòd per hujusmodi Aggregationem ab ordinaria Ju-
19 risdictione Episcoporum Curiensis, & Frinsingensis minimè exempti extitissent, ibi -- *Volumus autem, ut per hanc Aggregationem ab ordinaria Jurisdictione Frinsingen. & Curien. Episcoporum minimè exempti censeamini*, idque evenit Sede Episcopali Frinsingen. vacante.

Attenta hujusmodi nova Aggregatione, nulla interposita mota sæpedicti Eremitæ plures socios, & Fratres assumpserunt, & recollegerunt, ut præfixum numerum excederent; sed Episcopus Frinsingen. habita de his omnibus notitia, prævia plena Informatione Præpositi Monasterij Schlechdorffensis Visitatoris, quòd juxta legem Fundationis Eremitorij in eo commorari poterant duntaxat duo Sacer-
20 dotes, & unus Laicus sub die vigesimo Septembris 1697. demandavit restrictionem ad solum numerum, in Fundatione conventum, & præfixum, idemque decrevit subsequenti anno 1700. Cùmque adhuc Eremitæ continuarent in numero excessivo, & simul publicè venderent intra Eremitorium, veluti in Caupona Cerevisiam, ibique admittendo etiam Combibones in præjudicium Monasterij, adeo ut gloriosæ memor. Joseph. Primus Imperator anno 1709. positivè, & efficaciter præcepit Eremitis restrictionem numeri ad duos Sacerdotes, &
21 unum Conversum, seu Laicum, ibi -- *Volumus, ut tantùm subjectos vobis Religiosos ad sæpiùs dictum numerum duorum Patrum, & unius Fratris laici proximè reducatis*, eisque respectivè prohibuit venditionem Cerevisiæ.

Verùm quia posthabitis tot Inhibitionibus, & Præceptis, Eremitę perseverarunt in eorum numero excessivo, hinc prædictus Abbas Benedictoburanus Judicium instauravit coram eodem Celsissimo, Episcopo Frinsingen. super restrictione Eremitarum ad so-
22 lum numerum præfixum, & conventum duorum Sacerdotum, & unius Laici, versaque vice Eremitæ institerunt coram eodem Ordin. pro refectione damnorum ob ass. demolitionem Molendini; Sed instantia Partis fuit rejecta, attento quòd Molendinum prædictum nunquam fuit destructum, quia nunquam fuit constructum, ut deponunt Testes & claré comprobant etiam Testes, ex adverso inducti, & versa vice dictus Reverendissimus Abbas fuit exauditus; Siquidem ser. ser. ac prævia matura discussione Jurium
23 hinc inde, præviaque insuper Citatione ad sententiam dictus Episcopus Frinsingen. sub die 14. Septembris 1711. suam protulit Sententiam diffinitivam, non constare scilicet de erectione formalis Conventus, & Eremitas *esse restringendos ad solos tres, nempe ad duos Sacerdotes, et unum Fratrem laicum, quàm sub die 22.*
24 Octobris exequi mandavit, & quia post reiteratas Pastorales Monitiones Eremitæ parere detrectabant, coactus proinde fuit d. Episcopus Ecclesiam locali Interdicto supponere, & duos Eremitas excommunicare.

Adversus prædictam sententiam habito Recursu ad f. m. Clem. XI. & ab ipso remissis de more precibus
25 huic Sacræ Congregationi sub die 13. Novemb. 1711. rescriptum fuit *Episcopo Frinsingen. pro Informatione, et Voto, auditis omnibus, interesse habentibus*; Cùmque juxta stylum directa fuerit epistola Vicario Generali, partialissimo Eremitarum prædictus Episcopus, habita de hoc notitia, supplicavit huic Sac. Congregationi, quatenùs dignaretur alteri, quàm suo Vicario suspectissimo, negotium Informationis committere at quia d. Vicarius suam transmiserant servat informationem, contra formam Rescripti, non auditis Partibus, interesse habentibus, sed innumeris plenam contradictioni- 26
bus de hoc pariter habita notitia per d. Episcopum scripsi eidem Sacræ congregationi, exponendo ingenuam Facti seriem & ut omninò de prima ejus supplicatione contra d. Vicarium constaret successivè transmisit Duplicatum.

Cùmque concordatæ fuerat dubia in fine registranda, ille ullus ut infra resolvenda. 27

Circa primùm Dubium *An Tertiarij S. Theresiæ vigore Aggregationis Congreg. B. Petri de Pisis, sint verè Regulares*, facilis videtur resolutio negativa; Etenim Re- 28
verendiss. Nuntius Viennen. simpliciter aggregavit Patres Eremitas Congregationi Beati Petri de Pisis, absque ullo onore emittendi Professionem Regularem triaque Vota consueta, & solemnia castitatis, paupertatis, & obedientiæ; Quapropter cùm Professionem Regularem, & prædicta tria Vota nullatenùs emise- 29
rint, utique Regulares dici non possunt, juxta unanim Theologorum, & Canonistarum opinionem apud *Donat. Per Regul. tom. 2. tit. de Profess. solemni p. 2. & seq.*

Quo verò ad secundum Dubium: *An constet de valida erectione formalis Conventus; seù potiùs de erectione simplicis Eremitorij ad Lacum Vallerseæ*, pro negativa resolutione primæ partis, & affirmativa secundæ urget limitata, & restricta licentia Serenissimi Electoris 30
Bavariæ pro constructione dumtaxat parvì Eremitorij pro tribus Eremitis, ibi; *Vt ipsi in Vicinia Vallerseæ aliquod parvum Eremitorium pro duobus Sacerdotibus, et uno Fratre laico erigere possint* nec non Serenissimæ Electricis, ibi -- *Pro parvo Eremitorio pro duobus Sacerdotibus, et uno* 31
Fratre laico de quo ulteriùs iterato protestata fuit prout etiam testatus fuit Vicarius Generalis Frinsingen. antecessor. in sua Relatione, transmissa huic Sacræ Congregationi usque du anno 1689. ibi -- *Quod Serenissima Ele-* 32
ctrix Ecclesiam, et Conventum hunc jam fundaverit, cum tamen nec petitum horum Oratorum, nec promissum clementissimum Altissimè memoratæ Electricis Serenissimę se extendat ultra Eremitarum in numero trium aut ad summum quatuor hujus Instituti Religiosorum, ex adjacente Transumpto Literarum ejusdem Serenissimæ Electricis Addendo insuper, quòd Eremitæ non poterant licentiam concessam pro solo Eremitorio extendere ad formalem 33
Conventum, sine nota ingratitudinis, ibi *Ad formatum tamen Conventum spem conceptam extendere sine nota ingratitudinis, nec ipsi possunt Eremitę* nec non modernus Vicarius in sua pariter Relatione, ibi -- *Serenissimam Ma-* 34
riam Antoniam Electricem certum Fundum prope Lacum Vallerseæ emisse, ut illum pro fundatione Eremitorij, adjunctis aliis Facultatibus, ex quibus in numero trium vivere possent Hoc idem comprobat Attestatio præpositi Schlechdorfensis Visitatoris deputati à Reverendiss. Episc. Frinsingensi antecessore, ibi *Cùm constet, & demonstre-* 35
tur ex Eremiticis inter Acta existentibus scripturis, & Reversalibus luculenter, & clare, quòd ab initio præcisè ad duos, & tres Eremitas pro valde exiguo Eremitorio fuerit sollicitatum, *donec taliter consensus Ordinarij fuerit expracticatus*. Quamobrem, dum Licentia Serenissimi Ducis, & Serenissimæ Ducissæ Bavariæ cantant solum pro erectione simplicis Eremitorij, indubitanter concludendum venit, quòd duntaxat erectum fuerat simplex. Eremitorium, non autem formalis Conventus, ut Consideranti, remanet manifestum.

Cæterùm etiam circumscripta dicta limitata, & restricta *licentia pro exiguo Eremitorio*, adhuc est innegabi- 36
le, deficere in nostra hypotesi omnia Requisita, necessaria pro fundatione Conventus formalis: Deficit enim primò justificatio, prævia causæ cognitione, quod in prædicto Lacu Vallerseæ valeant Elemosynis Fidelium substentari duodecim Religiosi, commode, & congrue absque aliorum Conventuum circumjacentium detrimento, prout expresè mandant Constitutio Clemen-

tis

tis VIII. *In 99. §. 1.* ibi -- *Nisi vocatis, & auditis aliorum, in eisdem Civitatibus, & Locis existentium, Prioribus, & Procuratoribus, & aliis, interesse habentibus, et causa ser. ser. cognita, constiterit, in eisdem Civitatibus, et Locis novos hujusmodi erigendos Conventus sine aliorum detrimento commode substentari posse*, confirmata à Gregorio XV. in ejus *Constitutione 31.* & ab Urbano VIII. *in sua Constitutione 27. §. 2. vers. Constitutionibus*: Quæ causæ cognitio pro forma exigitur, ante-
38 quam ad ulteriora procedatur, & priusquam deveniatur ad erectionem, ut notant *Pignat. consult. 179. num. 5. §. Verùm cum seqq. tom. 1. Lotter. de Re benef. tom. 1. quæst. 26. num. 1. Gratian. Discept. forens. cap. 527. num. 18. Rota coram Cels. dec. 60. numer. 4.* & quidem per Sententiam, seu Decretum ut legitur *in dicta Constitutione*
39 *Clementina §. 1. et seq. et in Gregoriana §. 1. et 4.* ea ratione, quia si Religiosi Conventuum vicinorum, qui pariter manutenentur Eleemosynis, non poterunt substentari, utique in eorum Ecclesiis destituetur Cultus divinus, ibique regularis Disciplina, ut convenit, conservari non valebit, quod nullatenùs est permittendum, cùm non sit discooperiendum unum Altare, ut
40 alterum cooperiatur, queadmodum ex mente hujus S. Congregationis declavit. Gregorius XV. in dicta *Constitutione 31. §. 2.* & observant communiter innumeri illi Authores, quos sequuntur *Pignatell. consult. 179. nu. 4. & 5. §. Verùm & num. 73. tom. 1. Barbos. de Offic. & potest. Episc. alieg. 26. numer. 7. Ventrigl. in Prax. titul. de Monaster. Regular. non ædifican. adnotat. 18. §. unico num. 2. Rota coram Cels. dicta decis. 60. num. 4. vers. Attamen, & num. 7.*

Secundò deficit consensus Ordinarii, qui necessariò requiritur ex literali Sanctione *Sac. Concilii Tridentini sess. 25. cap. 30. de Regular. in fine*, ibi -- *Nec de cætero similia Loca erigantur sine Episcopi, in cujus Diœcesi erigen-*
41 *da sunt, licentia priùs obtenta*, & in exequutionem Constitutionis. Urbani VIII. *In 27. vers. Nisi de expressa Ordinariorum licentia*, copulativè cum illo S. Sedis Apostolicæ, desiderato à SS. Canonibus, Apostolicis Constitutionibus, & Decretis Sacræ Congregationis, de quibus apud Rotam coram *Cels. decis. 60. num. 3.* ubi
42 reprobantur contrarii, & clariùs *decis. 97. num. 5. cor. decis. 153. num. 2. & in recent. decis. 289. numer. 15. part. 12. & decis. 87. num. 1. & decis. 125. num. 2. & decis. 225. num. 3. & seq. & decis. 231. num. 9. part. 13. recent.* Ea ratione, quia nemo meliùs dici valet informatus, quàm ipsemet Ordinarius, cui commissum existit gubernium Animarum suæ Diœcesis, adeout hæc Sacra Congregatio ex hac præcisa deficientia consensus Ordinarii rejecerit instantiam PP. Refor. S. Francisci pro fundatione
43 Conventus in Oppido StoKacen. nempè die 1. Julii 1712. referente Cardinali Sancti Clementis de qua *in Tom. 2. part. 2. discept. 13.*

Non refragante, quòd Episcopus Frinsingensis præstiterit suum consensum: Contrarium etenim in facto verificatur, & falsi fuerunt iidem Eremitæ qui post biennium à die constructionis Eremitorii, anno scilicèt 1689 Recursum habuerunt ad hanc Sac. Congregationem sub prætextu, quòd reportaverant à Serenissima
44 Electrice Bavariæ Licentiam fundandi Conventum, quòdque illum jam fundaverant, & Episcopus Frinsingen. nolebat hujusmodi Fundationi suum assensu præbere, dictusque Episcopus retulit, prædictam Serenis. Bavariæ Electricem dumtaxat licentiam concessisse construendi exiguum Eremitorium pro duobus, aut tribus Eremitis, ipsumque solùm suum præstare consensum pro hujusmodi simplici Eremitorio, restricto ad dictos tres Eremitas, non autem pro Conventu, ad quem
45 licentiam extendere -- *Sine nota ingratitudinis* (sunt præcisa verba relationis) *nec ipsi possunt Eremitæ* in hoc parte observantes quòd omnia in contrarium adducibilia, ad summum important consensum in simplex Eremitorium, nunquam verò in formalem Conventum.

Tertio deficit consensus purus, & absolutus Incolarum, omninò requisitus à præfata *Constitutione Gregoriana §. 3.* & ab *alia Urbana §. 2.* ut notant *Pignatell. di-*
45 *cta consult. 179. num. 20. tom. 1. Card. de Luca de Regular. discurs. 29. num. 16. Rotam coram Cerr. decis. 153. nu. 3. & in recent. decis. 289. n. 19. part. 12. & decis. 87. n. 11. part. 10.* Qui consensus præstari debet ab omnibus, collegialiter coadunatis, *Pignatell. dicta consult. 179. num.* 47
7. Card. de Luca de Regul. disc. 29. num. 16. cum ibi notatis. Tantùmque autem abest in præsenti, quòd exadverso exibeatur consensus Incolarum Lacus Vallerseæ, ubi est constructum Eremitorium, ut potiùs verificetur oppositum, nempè positivus dissensus, de quo plenè constat ex Relatione dicti Vic. Generalis antecessoris, 48
in ea attestanti, ibi -- *His errores &c.* (nempè, quòd Serenissima Electrix Bavariæ fundaverit Conventum pro duodecim Religiosis) *Magnas inter illos, quorum intererat, excitarunt motus, cùm ob Loci angustiam, & notam Incolarum paupertatem, numerus duodecim Religiosorum, ad Conventum formatum requisitus, citra manifestum Incolarum, & aliorum interesse habentium, præjudicium, ali non possit.*

Quodque omne in hac parte tollit amaritudinem circa positivum dissensum Incolarum, adversus fundationem Conventus pro duodecim Religiosis, illud est, quòd habemus explicitam confessionem prædictorum P. Honuphrii, & P. Angeli, ibi -- *Veluti rem, fide dignam* 49
percepimus, quasi tota Vicinia circa Lacum Vallerseæ, totaliter credat, & plenus rumor serpat, quasi essemus intentionati, nos post lapsum temporis supra Conventum numerum duorum Sacerdotum, & unius, vel ad summam duorum laicorum Fratrum, ut si unus infirmaretur &c. augere, & eatenùs prædicti Incolæ acquieverunt, quatenùs dicti Eremitæ solemniter, & cum Juramento promiserunt Episcopo, & toti Communitati, quòd in æternum 50
præfixum numerum trium Eremitarum non auxissent, ibi -- *Ideoque assecuramus Vestram Reverendissima Dominationem, & totam Communitatem sub nostra Sacerdotali dignitate*, quod prædicta omnia In æternum Neque facturi, neque permissuri simus, *neque permittere velimus.*

Quartò deficit consensus Religiosorum circumjacentium, juxta sæpedictam Constitutionem Gregorianam
§. 3. vers. Ac tali electioni consenserit, & ex animadver- 51
sis per *Pignatell. in citat. consult. 179. num. 51. tom. 1. Ro-* 51
ta coram Royas decis. 356. numer. 17. & coram Cerr. decis. 553. num. 6. et in recent. decis. 289. num. 20. par. 12. et dec. 115. num. 7. par. 13. propter illorum præjudicium, quod sanè in nostro casu esset notabilissimum, & irreparabile, ut testatur Vicarius Generalis antecesor pro-
ter cujus deficientiam hæc Sac. Congregatio denegavit 52
fundationem Conventus in dicta Constant. seu StocKacen. supra allegata, de qua *in Tom. 2. part. 2. discep. 13.*

Quin relevet, quòd non sit necessarius consensus Regularium, distantium ultra quatuor milliaria; Etenim objectum non regit in supposito distantiæ, & quatenus regeret, non subsistit in Jure; Eatenùs enim Gregorius XV. voluit, Religiosos circumvicinos circa quatuor mille passus audiri, illorumque consensum exigi, quatenùs supponit, quòd non valeant per novi Conventus erectionem commodè, & congruè substentari, & quia voluit providere fraudibus, quæ committebantur in hac materia ab Ordinariis, ut patet ex dicta ejus *Constitutio-*
ne §. 2. At è converso non præscripsit, quòd alii Religiosi non debeant audiri, causa cognita, coram Ordinario, distantes ultra quatuor mille passus, quando ipsi non habent commodam, & congruam substentationem in Locis circumvicinis (ut in nostro casu, quo agitur de Territorio alpestri, & Incolis pauperrimis) quo- 53
rum eleemosynis modo vivunt, & vivere debent. In 54
istis siquidem circumstantiis prædicta Gregoriana Constitutio nihil disponit, sed potiùs inhæret prædictæ Clementinæ Constitutioni, à qua generaliter, & absque limitatione distantiæ prohibetur novi Conventus erectio cum aliorum detrimento; Unde non videtur ab ista recedendum in præsenti, ubi in specie, & præcisè verificatur Regularium prejudicium, & signanter nostri Monasterii Benedictoburani, administrantis plures Parochias, & Vicarias, licèt distarent ultra quatuor milliaria, præcipuè cum fuerit hujusmodi Clementina con- 55
firmata ab Urb. VIII. ut observat *Ventrigl. in praxi dicta annot. 18. num. 12.* ibi -- *Si novus erigendus Conventus distaret ab alio prædicta requisita distantia, & plus & tamen non posset substentari sine detrimento illius, adhuc non esset erigendus, ex prædicta Constitutione Clementis*

mentis VIII. Matthæuc. Official. Cur. Eccles. cap. 16. nu. 6. & ita millies resolvit hæc Sac. Congreg. signanter sub die *26. Januarii 1663.* pro *Provincia Mediolanen.* quòd nempè in posterum non possint erigi novi Con-
56 ventus, nisi in distantia decem milliarium, & sub die 14. *Aprilis* 1672. pro Insula Corsicæ decrevit, servandam esse distantiam 12. milliarium, ut refert *Matthæuc. in cit. cap. 16. num. 6.* & Clemens VIII. in Provincia Chartaginensi voluit distantiam quatuor, vel quinque leucarum, teste s. m. *Alexandro VII. in sua Constitutione 145. in princip.* & idem Alexander pro Regnis Hispaniarum, & Majoricarum eandem distan-
57 tiam demandavit, ut legitur in dicta Constitutione 145. *Et fuit resolutum in dicta Constantien. seu StocKacen. Fundationis Conventus.*

Non obstat, quòd Eremitæ habent aliundè Red-
58 ditus sufficientes pro sua manutentione, absque eo, quòd indigeant quæstuatione.

Quoniam obiectum non regit in facto, nec in Jure. Non in facto, quia Eremitæ non justificant decantatos annuos Redditus, imò contrarium resultat ex Cathalogo, proprio marte confecto, in quo inter cætera descripta reperitur Partita florenor. 300. eleemosynæ Missarum adventitiarum, quando est indu-
59 bitatum, quòd hujusmodi eleemosyna non est certa, & fixa, sed omninò incerta, & dependens à libera voluntate Benefactorum, adeoque incertissima, & diminutioni subiecta, ut de se patet.

In Jure, quia juxta praxim, receptam in proposito dd. Constitutionum circa consensum aliorum Religiosum: id non restringitur ad solam rationem præjudicii, ex mendicitate, seu quæstuatione resultantis, dum receptum est, ut attendatur etiam oppositio ob alias rationes æmulationis, diversionis Populi, necnon ad evitandas rixas, & scandala, dum Constit. Clemen. VIII. non emanavit dumtaxat ad evitandum præju-
60 dicium eleemosynarum, sed etiam ad impediendas rixas, & avertenda scandala, ut notant *Card. de Luca de Regul. disc. 30. n. 3. Pignatell. consult. 379. num. 43. tom. 1.* ibi -- *Constitutio Clementis non emanavit dumtaxat ad evitandum præjudicium eleemosynarum, sed rixas, et scandala etc. Matthæuc. in Offic. Cur. Ecclesiast. c. 16. n. 4. vers. Et facit*, ibi -- *Et facit, quòd Constitution. non emanaverint ad evitandum præcise præjudicium eleemosynarum, commodumque bursale, sed ad rixas quoque,*
61 *et scandala eradicanda etc. Card. Petra in Comment ad Constitut. Apostolic. tom. 3. pag. 423. n. 10. vers. Nam, et si*, ibi -- *Et si cesset præjudicium eleemosynarum, saltem vigent aliæ rationes dissentionis evitandæ etc.* Et articulo maturè discusso, definivit S. Rota post quintam Causæ propositionem in celebri *Januen. Privilegiorum Patrum Oratorii S. Philippi Nerii*, qui sunt Presbyteri seculares, & habent proprios Redditus in fundatione assi-
62 gnatos, in tribus Decisionibus *cor. Royas* impressis *dec. 337. et dec. 356. et in rec. decis. 337. par. 10.* quas per extensum transcripsit *Pignatell. consult. 12. tom. 10. et in Neapolitana Ampliationis Ecclesiæ, et Sacristiæ 11. Maii 1708. cor. Molines*, ubi concordantes cumulantur, cum
63 quibus processit hæc S. Cong *in dicta Constantien. seu StocKacen. Fundationis Convent. 1. Julii 1712.* supra allegata.

Quintò, & ultimò deficit consensus Abbatis Benedictoburani; Iste enim est Dominus temporalis Territorii, est insuper Dominus proprietarius Sylvæ, in qua constructum fuit Eremitorium, Licèt enim fuisset designatus alius Situs, attamen, mutato exindè consilio, fuit postea constructum in dicta Sylva, ut li-
64 quet ex Planta; Et demùm Parochia Cochelensis, intrà cujus Districtum existit Eremitorium, regitur, gubernatur, & administratur à præfato Abbate, ejusque Monachis, adeout isti sint Parochus, & consequenter ejus consensus est indispensabiliter, & essentialiter necessarius.

Non obstante; quòd Abbas antecessor dederit Materialia pro constructione Eremitorii; Quia id peregit, postquam Serenissimus Elector Bavariæ concesserat licentiam dumtaxat pro exiguo Eremitorio pro tribus
65 Eremitis tantùm, ibi -- *Ut parvum Eremitorium pro duobus Sacerdotibus, et uno Fratre laico erigere possint* -- idemque protestata fuerat Serenissima Electrix Bavariæ per binas vices, & Epistolas, eidem Abbati transmissas ibi -- *Pro parvo Eremitorio pro duobus Sacerdotibus, et uno Fratre laico* -- Quocircà præstatio Materialium ad summum 66
importare valet tacitum consensum pro costructione præfati parvi Eremitorii, nec ad formalem Conventum -- *Extendere sive nota ingratitudinis* (ut utamur verbis Vi- 67
carii Generalis antecessoris in sua Relatione,) *nec ipsi possunt Eremitæ.*

Prout nullam meretur reflexionem, quòd per Aggregationem Congregationi B. Petri de Pisis, factam dicto anno 1695. vigore Brevis fa. me. Innoc. XII. per quam 68
Eremitæ prætenduntur effecti Regulares, Eremitorium, de quo agitur, evaserit formalis Conventus pro duodecim Religiosis.

Quandoquidem ex lectura ejusdem Brevis apparet, quòd Papa ad faciendam hujusmodi Aggregationem sollummodò demandavit, quòd præcedere debuisset consensus Capituli Generalis præfatæ Congregationis B. Petri de Pisis, Et tamen, si Papa per hujusmodi Aggregationem voluisset erigere novum Conventum, utique non requisivisset solùm consensum prædictæ Congregationis, cui facienda erat Aggregatio, sed ulteriùs 69
demandasset indubitanter, quod prævia Causæ cognitione, justificatum fuisset per Eremitas quòd in Loco novæ fundationis valeant substentari duodecim Religiosi commodè, & congruè absque aliorum Conventuum circumvicinorum detrimento, prout disponunt præfatæ Constitutiones Clementis VIII., Gregorii XV. & Urbani VIII. Insuper demandasset, quòd reportatus fuisset consensus Ordinarii Frinsingensis, necessariò requisitus ex præcepto Sac. Concilli Tridentini *sess. 25.* 70
cap. 3. de Regular. & Constitutionis Urbani VIII. la 25. copulativè cum illo S. Sedis Apostolicæ desiderato à Sac. Canonibus, Apostolicis Constitutionibus, & Decretis hujus Sac. Congregationis, ex punctualibus authoritatibus, supra allegatis, qui consensus tantùm abest, quòd in præsenti exhiberi valeat, quòd potiùs de positivo dissensu ejusdem Ordinarii mirificè constat ex tot Inhibitionibus, & Præceptis pro restrictione Eremitarum ad solum numerum trium præfixum, & conventum, & ex Sententia ejusdem Ordinarii, ibi -- *Invenimus, quòd memorati PP. ad dictum Lacum Vallersfeæ pro erigendo Conventu, et numero, ad illum requisi-* 71
to, expressum Ordinariatus consensum nunquam; sed potiùs iterata Decreta inhibitorialia desuper acceperint etc. -- Prætereà demandasset, quòd reportatus fuisset consensus Incolarum Loci novæ erectionis, nempè Habitatorum propè Lacum Vallerseæ, omninò, & indispensabiliter requisitus à prædictis Constitutionibus Gregoriana, & Urbana; Quòd fuissent auditi Regulares circumvicini, demùm, quod procuratus fuisset con- 72
sensus Abbatis Benedictoburani, tanquam Domini Territorialis, & tanquam Parochi Cochelensis, intrà cujus Parochiæ Districtum reperitur situm Eremitorium, de quo agitur; In substantia demandasset Summus Pontifex, quòd fuisset servata forma, præscripta à Sacro Concilio Tridentino, Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis in erectione novi Conventus; Igitur dum Summus Pontifex id non demandavit, concludendum proindè venit, quòd præcisè voluit Aggregationem, ceteris in statu, quo antè reperiebatur, permanentibus.

Quod alteriùs comprobatur, dum Aggregatio expleta fuit sub illa declaratione, seu modificatione, ibi -- *Volumus autem, ut per hanc Aggregationem ab Ordinaria Jurisdictione Frinsingen. et Curiensis Episcoporum mi-* 73
nime exempti censeamini - Signum plusquam evidentissimum, quòd per hujusmodi Aggregationem Papa non voluit erigere formalem Conventum, in quo commorari deberent duodecim Religiosi, dum in isto casu fuissent exempti ab Ordinaria Jurisdictione, prout sunt exempti cæteri Conventus dictæ Congregationis B. Petri de Pisis, in quibus degunt duodecim Religiosi, juxtà Constitutionem 125. S. Pii V. incipien. *Reli-* 74
gionis, & notant *Tamburin. de jure Abbatiss. tom. secundo disput. vigesimo quarto quæst. quarta numer. 40. Barbos. in Summ. Apostolic. decision. collect. 3. num. 21. et Azzor. Instit. moral. tom. primo lib. 13. cap. 11.*

Non omittendo, quòd si per simplicem Aggregationem

tionem Eremitarum, eorum Eremitoria evaderent formalis Conventus, sequeretur maximum inconveniens, quòd scilicèt Eremitoria, quæ in Germania, & Bavaria sunt ferè innumera, illicò evaderent formales Conventus, dum Eremitæ facillimè obtine-
75 rent Aggregationes, sicque decluderentur Apostolicæ Constitutiones, & Sac. Concilium Tridentinum, præscriben. certam formam in erectionibus Conventuum, & verificaretur -- *fatis Ordinarii assertio* (sunt præcisa verba Episcopi Frinsingen. in duabus Literis responsivis, scriptis Cardinalibus Albano, & Pau-
76 luccio) *quæ tot in his Regionibus jam corrupit mores nimirum has, & illas Bullas Pontificias non esse receptas, aut non transcendere Montes.*

Deveniendo ad tertium Dubium -- *An, & in quo numero debeant commorari Religiosi, seu Eremitæ* iste restringendus. est ad duos Religiosos, & unum Fratrem laicum: Siquidem Serenissimus Elector Bavariæ licentiam construendi Eremitorium, de quo agitur, concessit Eremitis pro duobus Sacerdotibus,
77 & uno Fratre laico tantùm, ibi -- *Parvum Eremitorium pro duobus Sacerdotibus, & uno Fratre laico erigere possint* -- quodque iteratò etiam protestata fuit Serenissima Electrix, ibi -- *Pro parvo Eremitorio pro duobus Sacerdotibus, & uno Fratre laico*; Istamque veritatem comprobat Relatio Vicarii Frinsingensi an-
78 tecessoris, ibi -- *In numero trium, aut ad summum quatuor* (quatenùs scilicet unus infirmaretur) *hujus Instituti Religiosorum*. Necnon Informatio Præpositi Schlechdorfensis, requisita ab Episcopo Frinsingensi antecessore, ibi -- *Consensum dedit, ut dd. Eremitæ,*
79 *quorum nunquam plures, quam tres, vel quatuor erunt*; Idemque attestatus fuit modernus Celsissimus Episcopus, ibi -- *Cùm constet ex Eremiticis inter Acta existentibus scripturis, quòd ab initio præcisè ad duos, & tres Eremitas fuerit sollicitatum* -- Prout etiam retulit modernus Vicarius in Informatione, huic Sac. Con-
80 gregationi transmissa, ibi -- *In numero trium vivere possent*.

Sed quid ultra desideratur, dum habemus solemnem, & juratam Promissionem P. Honuphrii, & P. Angeli, Institutorum, & Authorum Eremitarum, quòd præfixus numerus duorum Sacerdotum, & unius Fratris laici in æternum auctus non fuisset, ibi -- *Post-*
81 *quam Ego Honuphrius, & P. Angelus &c. percipimus, quasi tota Vicinia circa Lacum Vallerseæ totaliter credat, & plenus rumor serpat, quasi essemus intentionati, nos post lapsum temporis supra conventum numerum duorum Sacerdotum, et unius, vel ad summum duorum laicorum Fratrum, ut si unus infirmaretur etc. Ideoque assecuramus V. Reverendissimam Dominationem, et totam Communitatem sub nostra Sacerdotali Dignitate etc. quòd prædicta omnia* in æternum *neque facturi, neque permissuri simus, neque permittere velimus* -- Quibus atten-
82 tis glor. mem. Joseph. I. anno 1709. demandavit PP. Eremitis, ut restringerent numerum Religiosorum ad duos Patres, & unum Fratrem laicum, ibi -- *Volumus, ut tantùm subjectos Vobis Religiosos ad sæpedictum numerum duorum Patruum, et unius Fratris laici proximè reducatis; Verùm etiam talem numerum, sub quocumque prætextu fieri possit, in futurum non ampliùs augeatis, vel transgrediamini* -- Quamobrem dum Eremitis fuit
83 permissa constructio Eremitorii solùm pro tribus Eremitis, & sub Sacerdotalis Dignitatis fide promiserunt, istum numerum in æternum non excedere, ad istum proinde numerum restringi debent.

Non attenta prætensa decantata necessitate subveniendi Populis circumvinis in iis, quæ Curam Animarum concernunt: Quia aut loquuntur de Populis existentibus propè Lacum Vallerseæ ubi Eremitorium situm reperitur, & cùm isti consistant in sex Tuguriis, seu Ædiculis, nempè quinque Piscatorum, & unius Venatoris, ut deponunt 12. Testes in responsio-
84 ne ad quintum Interrogatorium, & liquet ex Planta Geographica, & isti habeant propriam Ecclesiam Parochialem Kochelensem, & alteram filialem Fachenaugensem, optimè provisas à Religiosis Benedictoburanis, distantes solùm duabus horis, adeoquè quatuor milliaribus ex dd. Testium Depositionibus in re-
sponsione ad sextum Interrogatotium Hinc non verificatur, neque adest asserta necessitas Eremitarum, 85
vel ad summum dicendum pernecesse venit, sufficere unicum Sacerdotem, ut de se patet, & ex abundanti uno ore concludunt prædicti Testes, quòd scilicet pro tota Vicinia Vallersensi superabundat unicus Sacerdos.

Aut verò loquuntur de Populis, degentibus in Valle Pachenau, consistentibus in Animabus bis centum; ut exposuerunt Eremitæ s. mem. Clement. XI. & cùm isti pariter habeant propriam Ecclesiam Parochialem, diligentissimè provisam à memoratis Religiosis Benedictoburanis, ut comprobant dd. Testes, quorum ali- 86
qui sunt Fachenaugenses, in responsione ad secundum Interrogatorium, & quidem viciniorem, quàm sit Eremitorium, utpotè distans quinque, vel saltem quatuor horis, adeoquè decem, vel saltem octo milliaribus, ex dictis Testibus in responsione ad tertium Interrogatorium, Ad quod Eremitorium, quatenùs importuni sint venti, aut nivium copia defluit 87
per Montes, impossibilis est accessus, ut testantur sæpè prænarrati Testes; Concludendum proinde venit, decantatam necessitatem esse merè idealem.

Eoquè magis, dum in Locis circumvicinis extant multi Religiosi trium Conventuum PP. Reformatorum Sancti Francisci, necnon Monasterii Benedictoburani, omnes in Vinea Domini laborantes, & sufficientissimi in succurrendis Populis circumvicinis in iis, quæ Curam Animarum concernunt, ut pro veritate, ut conscientia retulit Vicarius Generalis Frinsingen. antecesor 88
in sua Informatione Superaddentes, quòd Parochia Kochelensis, intra cujus Districtum est Eremitorium, & altera Parochia Fachenaugensis, non reguntur à duobus solis Sacerdotibus, sed à prædicto Monasterio Benedictoburano, pluribus Religiosis, tanquam Parochis, qui diu, noctuque in concernentibus Curam Animarum promptissimè inserviunt, nec parcunt propriæ Vitæ, sed illam postponunt Animarum servitio, ut evenit Viro, verè Religioso, Udalrico Carl. Professo Be- 89
nedictoburano, qui transeundo per asperam, & perilusam Viam, ex Benedictbein in Fachenaù ad peragendas functiones Parochiales in Lacum Vallerseæ prolapsus submersus fuit, sicquè saluti Animarum Vitam suam immolavit, ut affirmant Testes in responsione ad primum Interrogatorium.

Minùs subsistit, quòd Itinerantes per Viam regiam Teroli ad Bavariam habent necessitatem accedendi ad Eremitorium die festivo ad audiendam Missam; Etenim cùm Eremitorium distet à dicta Via 90
regia, per aquam medio quadrante, per terram verò tribus horæ quadrantibus, ut deponunt Testes rarissimè, & pauci ad dictum Eremitorium accedunt, *raro, & pauci Itinerantes accedunt ad Eremitorium ad audiendum Missam, si contingat venire quendam magnæ Nobilitatis, & authoritatis, vocatur ab Eremitis unus, ut dicat Sacrum in nostra Ecclesia* --, Et ibi -- *Eremitorium ex* 91
his (nempè Itinerantibus) *pauci accedunt, sed qui nobilioris conditionis sunt, subinde aliquem vocant, ut pro stipendio Missam legat* -- Ultra quod Itinerantes possunt quotidiè interesse Missæ matutinæ, sive in Mittenvald ex una parte Viæ, sive in Benedictbein, ut concludunt omnes Testes, & consequenter asserta necessitas Eremitarum detegitur ex omni parte insubsistens, & idealis.

Ratio autem augumenti Cultus Divini, non considératur à dictis Constitutionibus Apostolicis, nec illam admisit hæc Sacra Congregatio in dicta Constant. seu StoKacen. licèt Conventus fundatio desideraretur etiam ab Hæreticis, & in nostra hypotesi hujusmodi Cultus non habet in facto subsistentiam, sed potiùs oppositum resultat ex veridica facti serie superiùs fideliter exposita, quòd scilicet Eremitæ ob notorios excessus, in Partibus commissos, & vitam 92
minùs Monasticam fuerunt ejecti è PP. Carmelitis, & Aggregatio penitùs abolita, Quinimò ob eandem rationem, Episcopi Augustanus, Passaviensis, & Eustadiensis hujusmodi generis Homines ab eorum Diecesibus eliminarunt, eorunque Eremitoria funditùs destructa, & eversa fuerunt, quin etiam cautum, quòd hujusmodi, Eremitæ in posterum admitti non debeant

debeant prout etiam eos expulit Episcopus Brixinensis, qui in sua Attestatione habitationes dictorum Ere-
93 mitarum latebras scelerum vocat, ibi -- *Ne in posterum hujusmodi sui Capitis, et Juris Homines receptacula haberent in dicta Diœcesi, eorum Eremitoria, quę potiùs erant Latebræ scelerum, quàm Mansiones virtutum, non solùm funditùs destructa, et eversa fuerunt, sed etiam cautumfuit, et viget, ne in posterum ampliùs hujusmodi Eremitæ, qui potiùs sua quærunt, quàm Jesu Christi, admitterentur* --; Et non sine maxima admira-
94 tione alter ex Eremitis nominatim excommunicatus, & denunciatus ab Episcopo Frinsingen. ausus fuit Monachii publicè Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, prout conquestus fuit idem Celsissimus Episcopus cum prædictis Cardinalibus Albano, & Paluccio, ibi -- *Ipsemet Procurator Generalis P. Victorius,*
95 *à me nominatim excommunicatus, et denunciatus, ausus est Monachii post hanc Censuram latam in contemptum ejus publicè celebrare; Ex quo periculoso, ac pessimo exemplo sine dubio alterum provenit, quòd non ita pridem Potestas secularis Monacensis ausa quoque sit Excommunicationem in alios ob offensam libertatem Ecclesiasticam, a me latam, publico laicali Edicto nullam declarare, et cum ingenti scandalo annullare* --, Et con-
96 sequenter ad præcludendam viam ulterioribus Spiritualibus ruinis, consultiùs esset Eremitorium, de quo agitur, funditùs destruere, & extirpare, quàm in illo Eremitarum numerum augere.

Atque hinc assequimur, nullam omninò considerationem mereri Informationem, & Votum moderni Vicarii; Quoties enim ex hactenùs recensitis evidenter constat, quòd in Eremitorio, de quo agitur, solùm comorari debeant tres Eremitæ, frustrà co-
97 natur dictum numerum extendere ad septem, aut octo: Ultra quòd prædictus Vicarius est suspectissimus, & partialissimus ob rationes, adductas ab Episcopo in suis Informationibus, & quod plus est, detegitur parùm informatus, itaut ejus Relatio contineat nonnullas circumstantias facti, omninò insubsistentes; Primò enim supponit, quòd Serenissima Electrix Bavariæ emit Fundum à Præposito Canonicorum Regularium S. Augustini pro fundatione Eremi-
98 torii; Quod in facto non regit, ut fuit supra demonstratum Asserit secundò quod anno 1688. dicta Electrix donavit Eremitis tot facultates, ex quibus in numero trium vivere possent; Quandò Vicarius Generalis antecessor in sua Informatione, transmissa ad hanc Sac. Congregationem anno 1689. sicque anno immediatè sequenti, contrarium testatur. Tertiò affirmat, quòd ad Lacum Vallersee in distantia trium horarum nullus Parochus residet; Quando oppositum ostendimus Quartò dicit, quòd Incolæ essent spiritoali solatio destituti, & Itinerantes ad octo circiter
99 horarum spatium diebus festivis carere deberent; Et tamen contrarium in facto supra concludendo probavimus; Quintò authumat, quòd Abbas Benedictoburanus in constructio ne Eremitorii posuit primum lapidem; Et tamen in nunquam poterit justificari. Sextò asserit, quòd Eremitæ fuerunt aggregati in numero sex Patrum cum obligatione Chori, audiendi Confessiones, Juventutem instruendi; Quando nec verbum levitur in Decreto ipsius Aggregationis, da-
100 to in Summario. Septimò ait, quòd audivit Partes, interesse habentes, non quidem judicialiter, sed extrajudicialiter; Et tamen id non subsistit, ut testatur Celsissimus Episcopus in sua Informatione Cæterùm, ut manibus palpetur totalis insubsistentia Informationis prædicti Vicarii, sufficit reflectere, quòd sibi manifestè contradicit; Nam primò inquit, ibi -- *Et hæc constant mihi, tum ex oculari inspectione In-*
101 *strumentorum, cùm ex Actis, in hac Curia observatis* -- & paulò infra Sibi expressè contra dicendo esserit *Apparebit, si Actorum, quorum communicatio mihi non fuit jacta, transmissio benignissimè impetretur*.

Pro negativa resolutione quarti Dubii -- *An constet de devastatione Molendini* -- militant Depositiones Te-
102 stium, exadverso inductorum, quòd Molendinum nunquam constructum fuit, ibi -- *Molendinum verò ipsum, nondùm inibi constitutum, sed adhuc locus vacuus fuerit* -- & infrà ibi -- *Ipsum verò Molendinum nondum introductum fuerit* -- qui Testes, tanquam ab Eremitis inducti, contra ipsos inducentes plenam faciunt proba- 103
tionem, ex congestis per *Rot. coram Cerr. decis.* 838. *n.* 10. *&* *decis.* 856. *num.* 5. *& decis.* 935. *num.* 4. & alibi passim; Idemque comprobant nostri Testes, & consequenter non fuit devastatum, cùm devastari non possit, quod non est, nec unquam fuit in rerum natura, & non entis nullæ sint qualitates, juxta notoria principia.

Non obstat, demolitum Tectum, nempè sublatæ Frabes, & incisæ arbores Sylvæ circumjacentis: Quandoquidem id evenit, postquam fuit Eremitis nunciatum novum opus à nostro Prætore, ut testatur Vicarius Generalis in sua Informatione, eisque notificatum, 104
quòd, tam arbores Sylvæ, quàm Frabes, confectæ ex aliis Arboribus ejusdem Sylvæ, spectant ad Abbatem Cùmque his non obstantibus, Eremitæ ausi fuerint prosequi Ædificium pro construendo Molendino ad effectum macerandi exinde Ordeum pro confectione Cervisiæ, publicè vendendæ in præjudicium Monasterii Benedictoburani, & Abbatis, qui tanquam Domini temporales Territorii, habent Molendinum, in quo om- 105
nes Territoriales molere, & macerare tenentur, licitum proinde fuit eisdem vim vi repellere, & meritò Excelsa Administratio Bavarica, ad quam Eremitæ Recursum habuerunt pro prætensa refectione damnorum, Instantiam rejecit, prout etiam illam rejecit Celsissimus, Episcopus Frinsingensis, ut testatur Vicarius Generalis in sua Relatione.

Ex quibus promanat resolutio quinti Dubii -- *An, & ad quæ damna teneantur, & in quas pœnas inciderint De-* 106
vastantes, & Mandantes; -- nempè ad nulla damna teneri Devastantes, & in nullas pœnas incidisse Mandantes: Etenim cùm fuerit dumtaxat demolitum Tectum, seu sublatæ Frabes, spectantes ad Religiosos, post nunciationem novi operis, actum licitum, & Juri consonum peregerunt, quo stante, non tenentur reficere 107
aliqua damna, minùsque in aliquas pœnas inciderunt, d. Tectum *in leg. Injuriarum ff. de Injur. cum* concordantibus a quod *Barbos. axiom.* 135. *num.* 8.

Quò verò ad sextum Dubium -- *An constet de prohibitione vendendi res venales, aliaque præstandi Eremitis pro eorum necessaria substentatione* -- pro illius negativa re- 108
solutione superabundat, quòd illi nullatenus probant, neque probare valent, quòd Reverendissimus Abbas prohibuerit venditionem rerum venalium, aliaque prestare Eremitis pro eorum necessaria substentatione; Sed potiùs concludenter probamus, quòd nunquam prohibita fuit venditio rerum venalium, & signanter Ordei 109
pro necessaria substentatione Eremitarum, tam ex Depositionibus Testium, quam ex veridica Attestatione ejusdem Molitoris Ordei, qui Testes, uti formiter examinati, & in numero plures, dubio procul præferri debent simplici, & informi Fidei in contrarium, ut firmavit *Rota coram Emerix jun. decis.* 31. *num.* 3. & *decis.* 113. 110
num. 5.

Prædicta transeunt in evidentiam, reflectendo, quòd attenta venditione Cervisiæ, publicè facta per Eremitas, admittendo intra eorum Eremitorium, veluti in Caupona, Combibones, ut deponunt Testes, uno ore concludentes: *Hoc notum est, ipseque frequenter Cer-* 111
visiam apud Eremitas hausi -- gloriosæ mem. Joseph Imperator eis prohibuerit hujusmodi venditionem, ibi -- *Ausi estis, non solùm absque concessione Principis Domum prasatoriam erigere, verùm etiam omninò non dubitatis Cervisiam publicè vendere, & in non exiguum detrimentum Vicinorum &c. Combibones admittere, quod tamen Vobis nullo modo convenire deprehendimus etc. vobis hisce Cervisiæ publicam venditionem, et Combibonum collocationem absolutè interdicere*; Igitur Abbas non prohibuit vendere res venales, & signanter Ordeum, ex quo 112
conficitur Cervisia pro necessaria substentationem Eremitarum.

Respectu demùm septimi Dubii -- *An, & quas pœnas incurrerint Prohibentes* -- respondendum videtur -- 113
Jam provisum ex rationibus, supra adductis.

IN

IN EADEM CAUSA.

PRimum dubium -- *An Tertiarii S. Theresiæ vigore Aggregationis Congregationi Beati Petri de Pisis sint*
114 *verè Regulares* -- videtur negativè resolvendum, quia Eremitæ fuerunt simpliciter aggregati d. Congregationis Beati Petri de Pisis, absq; ulla conditione emittendi Professionem regularem, & tria solemnia Vota Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, imò præcisè, & literaliter subiecti fuerunt Ordinariis Curien. & Frinsin-
115 gen. in quorum Diœcesibus existunt ac proinde non sunt Regulares, ex authoritatibus, relatis supra.

Non obstat, quòd de natura Aggregationis sit decorare Aggregatum omnibus qualitatibus, Gratiis, Indultis, ac Privilegiis Aggregantis; Quia hoc verum est respectu earum rerum, quæ in favorabilibus consistunt; Emittere autem Professionem regularem, & tria solemnia Vota Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ est gravissimum onus. Et proindè, adhuc admisso, quòd per Aggregationem fruatur Aggregatus Gratiis, & Privilegiis Aggregantis, non tamen censetur voluisse
116 se subiicere hujusmodi gravissimo oneri emittendi tria solemnia Vota prædicta; Hinc non applicatur *Card. Petra ad Constit. Apostolic. tom. 1. Const. unica Alexandri II. sect. 2. num. 4. & seqq.* quia ibi loquitur de Eremitis, qui tria Vota substantialia, & solemnia emittunt, quod ut diximus, non verificatur in nostris Eremitis, qui neque profitentur Institutum memoratæ Congregationis Beati Petri de Pisis, neque contrarium exadverso docetur. Addito, quòd hujusmodi solemnium Voto-
117 rum emissio probari exadverso debet concludenter, & per illorum receptionem, factam à Superiore regulari, ut notat *Donat. rer. Regular. tom. 2. tract. 10. de profess. solemn. quæst. 2. per totam*, non autem per argumenta, & inductiones, & conjecturas, quæ in his terminis in
118 nulla prorsus consideratione habentur ex adductis *in Tom. 2. part. 1. discept. 18. n. 64.*

Minùs refragatur, quòd Episcopus Frinsingensis fassus fuit, eodem Eremitas esse verè Regulares, dum Vicarius Generalis retulit Sac. Congregationi, antecessorem Episcopum præstitisse suum assensum erectioni Conventus, quatenùs Jurisdictioni suæ subesset, quousque ad numerum duodenarium excrescerent Religiosi,
119 & sub eadem conditione Capitulum regnans eos commendavit Nuntio Viennensi pro Aggregatione.

Præmisso enim, quòd Relatio transmissa fuit de anno 1689. adeoque de tempore, quo Eremitæ adhuc erant aggregati PP. Carmelitis discalceatis, confessi fuerunt iidem Eremitæ in eorum supplici Libello, porrecto s. m. Clem. XI. de anno proximè præterito, quòd de illo eo-
120 dem tempore, & durante dicta Aggregatione Religioni dd. PP. Carmelitarum, emittebant solùm tria simplicia Vota, ut ex particula ejusdem Libelli, data in Summario, quæ simplicia Vota, absque ullo dubio insufficientia sunt ad aliquem constituendum in Statu regu-
121 lari, Ac proindè standum est confessioni eorundem exclusivæ qualitatis Regularitatis, eaque præferenda ass. tacitæ confessioni prædicti Episcopi, & Capituli.

Strictè respondemus, quòd qualitas Regularis non inducitur ex sola credulitate, & opinione, sed ex emissione solemni trium Votorum Castitatis, Paupertatis,
122 & Obedientiæ, ut sequendo *D. Tom. 2. quæst. 86. art. 1. ad primum*, egregiè probat *Donat. Rer. Regular. tom. secundo tit. de Profess. solemn. quæst. secunda numer. primo & seqq.*

Quin subsistat, quòd modernus Episcopus per annos quindecim eos tractaverit, & recognoverit, uti Regulares, eosdem promovendo ad Ordines ad Titulum paupertatis, & approbando ad Confessiones, communicata Casuum reservatorum facultate: Illos nuncupando verbis, & factis Eremitas regulares, & eis indulgendo prædicare, cathechizzare, & similia facere Nunquam enim probarunt, aut justificarunt ass. promotio-
123 nem ad Ordines ad titulum Paupertatis, neque ass. Licentiam prædicandi, cathechizzandi &c. quæ Licentia, etiamsi per malam hypothesim probaretur, prout etiam Licentia absolvendi à Casibus reservatis, adhuc non relevaret, neque suffragaretur; Dum licentia prædicandi, cathechizzandi, absolvendi à Casibus reservatis, etiam conceditur simplicibus Sacerdotibus, neque est necessarium, quòd illam Habens sit verè, & 124
propriè Regularis ut videmus practicari, cum illis Clericis, in communi viventibus qui nullam Regularem emittunt Professionem. Ultra quòd juvat hic iterum, semperque oportunè repetere, quòd ad nostrum effectum probari indispensabiliter debet solemnis emissio dd. trium Votorum (quod in præsenti non verificatur) ut quis sit verè Regularis, ex supra allegatis.

Ejusdem speciei est aliud objectum, emendicatum ex eo, quòd Episcopus Frinsingensis antecessor mandavit ad normam Litterarum P. Generalis d. Congregationis Beati Petri de Pisis, Eremitas induci Habitu religioso, quodque continuò urgebat pro expeditione Brevis Pontificii, ut ex ass. Epistola ejusdem 125
Episcopi sub Dat. 13. Septembris 1694. Etenim Licentia d. Congregationis Hieronymitanæ emanavit sub die 25. Maii 1695. & Aggregatio sub die 13. Octobris ejusdem anni, Ergo non potuit Episcopus sub die 13. Septembris 1694. demandare, quod Eremitæ induerentur Habitu Hieronymitano ad normam Litterarum P. Generalis, quando consensus, seu licentia Capituli Generalis dictæ Congregationis, & Epistola P. Generalis nondum fuerat obtenta; Sed ema- 126
navit sub dicta die 25. Maii. 1695. adeoque post octo menses, & ultrà; Et Aggregatio sub dicta die 13. Octobris 1695. sicque post annum, & ultra; Aliàs dicendum foret, quòd Eremitæ induti fuissent Habitu Hieronymitano, antequam fuissent admissi à Congregatione Hieronymitana, & à Delegato Apostolico aggregati, quod est prorsus insubsistens, ac proinde concludendum venit, quod ass. Epistola Episcopi præd. est apocripha, vel saltem, valdè suspecta; Et semper recurrit eadem responsio, quòd qua- 127
litas Regularis non inducitur ex consensu Episcopi in Aggregatione, sed dumtaxat ex emissione solemni trium Votorum, applicaturque commune axioma, quòd Habitus non facit Monacum, sed solemnis Professio.

Quo verò ad secundum Dubium -- *An constet de valida erectione formalis Conventus; Seù potius de erectione simplicis Eremitorii ad Lacum Vallersee* -- pro negativa resolutione primæ partis, & affirmativa se- 128
cundæ militant limitatæ, & respectivè restrictæ licentiæ Serenissimi Electoris Bavariæ construendi dumtaxat parvum Eremitorium, nec non Serenissimæ Electricis, Uxoris, Attestatio Vicarii Generalis Frinsingensis antecessoris in Relatione, transmissa de anno 1689. necnon moderni Vicarii in sua pariter Relatione, & Præpositi Schledorfensis, Visitatoris de- 129
putati à Celsissimo Episcopo Frinsingensi antecessore, ut latè probavimus supra.

Et quod magis est deficiunt ulterius omnia Requisita necessaria pro valida fundatione formalis Conventus, nempè justificatio, prævia causæ cognitione, quòd in Loco fundationis valeant sustentari 12. Religiosi commodè, & congruè, absque aliorum Conventuum circumjacentium detrimento; Consensus Ordinarii copulativè cum illo Sanctæ Sedis Apo- 130
stolicæ, præscripto à Sac. Canonibus, Apostolicis Constitutionibus, & Decretis Sac. Congregationis, Consensus purus, & absolutus Incolarum; Consensus Religiosorum Conventuum circumjacentium; Et consensus Abbatis Benedictoburani, Domini temporalis Territorii, Domini proprietarii Fundi, & respectivè Parochi Cochelensis, intra cujus districtum existit Eremitorium, de quo agitur.

Non obstat, quòd idem Abbas nullam habet Actionem impugnandi Fundationem ass. Conventus, dum illius Monasterium distat tribus horis à supradicto Eremitorio, adeoque sex milliaribus: Etenim ass. distantia sex milliarium, exadverso prætenditur justificari simplici Attestatione Philippi Caroli de Ber- 131
nedolf Laici, quæ cùm sit simplex, & informis Attestatio, seu affectata Fides unius Personæ laicalis, nullum gradum probationis constituit: Et quatenùs per

malam

malam hypothesim assumptum Partis in facto subsisteret, adhuc non regit in Jure, quia eatenùs Gregorius XV. voluit, Religiosos circumvicinos circa quatur mille passus audiri, illorumque consensum exigi, quatenùs supponit, quòd non valeant per novi Conventus Erectionem commodè, & congruè sustentari, & quia voluit providere fraudibus, quæ in
132 hac materia committebantur ab Ordinarii; At è converso non præscripsit, quò alii Religiosi non debeant audiri, causa cognita coram Ordinario, distantes ultra quatuor mille passum, quando ipsi non habent commodam, & congruam sustentationem in Locis circumvicinis, ut in nostra hypothesi, in qua agitur de Territorio alpestri, & inhabitato, ut liquet ex Planta geographica; In istis siquidem cir-
133 cumstantiis attendi debet constitutio Clementis VIII. generaliter, & absque limitatione prohibentis erectionem novi Conventus cum aliorum detrimento, ut uno ore concludunt Doctores, & pluriès resolvit hæc Sac. Congregatio, cum quibus Resolutionibus
134 signanter processit in Constantien. *seù StoKacen. Fundationis Conventus prima Julii* 1712. de qua supra.

Minus refragatur, quòd dictus Abbas, uti Dominus temporalis Loci, nequit impedire controversam Fundationem, illiusque consensus non requiratur; Quia contrarium est de Jure verius, & in nostra facti specie est innegabile, dum Serenissimus Elector Bavariæ, & Serenissima Electrix, Conjuges
135 nullatenus permittere voluerunt constructionem controversi Eremitorii, nisi priùs habito consensu d. Abbatis neque sufficit consensus dicti Serenissimi Electoris, qui non est Dominus Territorialis, sed solus dictus Abbas.

Perperam exadverso exageratur, quòd impugnatur fundatio ass. Conventus à Benedictoburanis ex mera invidia, & ex quo vellent expiscare ass. Conventum, ibique Prioratum pro ipsis constituere: Quandoquidem id nullatenùs probatur ex simplici assertione d. Philippi Caroli de Bernedolf, partialissimi Eremitarum, sed oppositum testatus fuit in sua
136 Relatione Vicarius Generalis antecessor, ibi -- *Cùm D. Abbas in Benedictoburano paratus sit ad proprias expensas, duos ex suis Religiosi ad Curam Animarum qualificatos, una cum laico Fratre in hunc finem exponere, quod utique* (hic) *non tam graviter accideret interesse hac in parte habentibus*, Igitur non ex in-
137 vidia, aut ad effectum constituendi Prioratum Monasterii Benedictoburani exhibent se promptos, & paratos exponere duos ex suis Religiosis, sed ad solum finem, & effectum, ne pauperrimi Incolæ, eisdem Benedictoburani Subditi, nimiùm graventur, prout de facto gravarentur ex nova fundatione Conventus, & ob in prætensio Eremitarum fundandi novum Conventum, ibique introducendi duodecim Religiosos Magnos excitavit motus inter dd. pauperes Incolas, ut testatus fuit Vicarius Generalis antecessor in sua Relatione, ibi — *Hi errores* (nem-
138 pè prætensio fundandi Conventum pro duodecim Religiosis) *magnos inter illos, quorum intererat, excitarunt motus, cùm ob Loci angustiam, & notam Incolarum pauperiem, numer.* 12. *Religiosorum, ad Conventum formatum requisitus, citra manifestum Incolarum, & aliorum, interesse habentium, præjudicium, ali non possit &c.* Cæterùm omni Jure dicto Abbati, & Monacis, uti Parochis Ecclesiæ Parochialis Cochlensis, intra cujus Districtum est situm Eremitorium, de quo agitur, licet contradicere, & erectio-
139 nem impugnare ut, innumeris relatis concordantibus, firmavit *Rota decis.* 231. *numer.* 10. *part.* 13. *recent.*

Prout etiam malè exadverso affertur pro legitima causa novæ fundationis necessitas providendi saluti spirituali illorum Populorum; Etenim ista decantata necessitas non regit in facto ut supra probavimus, & signanter ex Relatione Vicarii Generalis antecessoris in illis verbis, ab Eremitis non sine mysterio
140 omissis, -- *in his Precibus* (nempè in supplici Libello, exadverso porrecto huic Sac. Congregationi) *Necessitas succurrendi Populis circumvicinis in iis quæ Curam concernunt Animarum, nimirùm quantum exageretur, & hoc Eremitorium præscribatur, tanquam unicum iisdem hac in parte subveniendi remedium, cùm tamen tanta non sit*; *Patribus S. Francisci Ordinis Minorum Reformatorum, qui ex tribus Conventibus circumjacentibus his Locis eleemosynam colligunt, egregiè laborantibus in Vinea Domini*, cui major fides præstanda est, quàm moderno Vicario suspectissimo, & 141
respectivè Eremitarum partialissimo, ut de omnibus optimè conscius inquit Episcopus in suis Informationibus Unde patet, Relationem prædicti Vicarii Generalis antecessoris, quam Pars Adversa pro se adducit, contra ipsam mirificè retorqueri, sicque cessare decantata necessitatem, literis majuscolis usque ad nauseam in contraria Scriptura repetitam 142
per illa verba -- *Rudes hactenùs panem petebant, & non erat, qui frangeret eis.*

Informatio autem Præpositi Schechdorfensis, nec verbum quidem dicit de ass. necessitate Eremitarum pro salute spirituali Incolarum, sed potiùs oppositum legitur in eadem Informatione, & signanter 143
quòd eis fuit concessa constructio valdè exigui Eremitorii dumtaxat pro duobus, aut tribus Eremitis.

Equali infelicitat ad probandum ass. necessitatem Eremitarum, curant isti illam trahere ex nostris Testibus, asserentibus, quòd ob pessimam qualitatem Viæ P. Udalricus Benedictoburanus, eundo ad Functiones parochiales peragendas, in Lacum ceciderit, ibiquè suffocatus remanserit: Quandoquidem ex hoc potiùs resultat, oppositum, quòd nempè Religiosi Benedictoburani pro servitio Animarum pretioso San- 144
guine D. N. J. Christi redemptarum non parcunt propriæ Vitæ, sed illam postponunt, ut evenit prædicto B Udalrico, adeout, non obstante hujusmodi pessima Via, adhuc prædicti PP. Benedictoburani promptissimè semper providerunt necessitati spirituali animarum absquè ulla necessitate assistentiæ dd. Eremitarum.

Non subsistit in facto, quòd Fundus, in quo fuit constructum Eremitorium, spectabat ad Præpositum Schelchdorfensem; Etenim contrarium decisum fuit 145
à Serenissimo Electore Bavariæ, & falsi fuerunt iidem Eremitæ, ut supra probavimus.

Consensus autem Serenissimi Ducis Bavariæ, ejusque Serenissimæ Uxoris, restrictus, & limitatus est pro solo, valdè exiguo, Eremitorio, atque pro tribus dumtaxat Eremitis, -- Idemque dicimus de ass. con- 146
sensu tacito Abbatis Monasterii Benedictoburani, qui subministravit Materialia, & benedixit primum lapidem, postquàm fuit certioratus à dd. Serenissimis Conjugibus, quòd construendum, erat dumtaxat valdè exiguum Eremitorium, pro solis tribus Eremitis, mediantibus tot Epistolis, registratis in Summ. Et ex- 147
pressè dedit Materialia pro solo Eremitorio, ibi -- *Ad eorum Eremiticum Ædificium necessarias Tegulas.* Quod autem d. Abbas lautam Cœnam paraverit suffraganeo Frinsingensi, redeunti ab ass. Consecratione Ecclesiæ; Ultra quod innititur simplici, & informi Fidei, nuper exadverso expiscatæ, id nullatenus probare valet, ex nota regula, quòd Fides non 148
facit fidem; Et tamen nihil concludit, quia, ut diximus, ad summum probare posset consensum, tacitum pro constructione dicti valdè exigui Eremitorii, proquè solis tribus Eremitis.

Non benè exadverso deducitur consensus Ordinarii Frinsingensis ex eo, quod Serenissimus Elector Bavariæ illum expostulavit, sed non justificatur, quòd eum obtinuerit; Nec justificatur exadverso, quòd dictus Episcopus consecrari fecit per suum Suffraganeum Ecclesiam, quòdque demandaverit asservari Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum; Nam Fides, ad id probandum adducta, tamquam sim- 149
plex, & nuper extorta, nihil probat, prout non probat Relatio moderni Vicarii Generalis, ob rationes, adductas à Celsissimo Episcopo Frinsingensi in suis Informationibus; Et in omnem casum, quatenùs exadverso doceretur de Consensu Ordinarii (quod non subsistit,) esset restrictus, & limitatus pro solo Eremitorio & pro solis tribus Eremitis.

Ad

Ad elidendam vim hujusmodi solidorum fundamen-
150 torum respondetur, exadverso esse merum æquivo-
cum, quòd in Fundationibus Conventuum extra Ita-
liam requiratur concursus Requisitorum, in Apostolicis
Constitutionibus præscriptorum; Quantum autem vo-
luntaria, quantùmque insubsistens sit hujusmodi re-
sponsio, nemo non videt, ex quo eutidem Constitutiones
in hac parte ubique servari debent pro valida Conven-
tuum, & Monasteriorum fundatione, ut loquendo de
151 similibus fundationibus extra Italiam videre est in *decis.*
60. & decis. 97. coram Celso, & decis. 553. coram Emer.
jun. & decis. 289. part. 12. & decis. 87. part. 13. & de-
cis. 51. apud Tambur. de Jur. Abbatiss. & decis. 67. apud
Bonden. Collectat. foren. &, aliis antiquioribus omissis,
novissimè cum hoc sensu processit hac Sacra Congreg.
in Constantien. seu StoKacen. Fundationis Conventus, Po-
nente Cardinali S. Clementis, in qua unica inspectio re-
stricta fuit ad concursum dd. Requisitorum, in Aposto.
licis Constitutionibus in hac parte præscriptorum; E-
152 quivocum autem, & quidem palmare exadverso sumi-
tur ex Constitutione *Instaurandæ* sa. mem. Innoc. X.
circa parvos Conventus *in Bullar. nov. tom. 5.* quæ re-
stricta est ad Loca regularia in Italia, & Insulis adiacen-
tibus, ex qua nihil inferri valet quoad requisita Funda-
tionis Conventum.

Quin ulla mereatur reflexionem, quòd tacitus con-
sensus Apostolicus habeatur ex Aggregatione Eremito-
rii, de quo agitur, Congregationi Beati Petri de Pisis;
Quia si Papa per hujusmodi Aggregationem voluisset
erigere novum Conventum, demandasset, quòd fuis-
153 sent justificata omnia Requisita, volita per Constitu-
tiones Apostolicas, Sacrum Concilium Tridentinum,
Sac. Canones, & decreta hujus Sac. Congregationis,
ut ostendimus supra.

Consensus pariter vicinorum Regularium est restri-
ctus, & limitatus pro solo, valdè exiguo, Eremitorio
pro tribus Eremitis tantùm, dum licentia Serenissimi
Electoris Bavariæ, & Serenissimæ Electricis fuit restri-
cta, & limitata pro dicto Eremitoriolo, ut retulit Vica-
rius Generalis antecessor in sua Informatione, ibi --
154 *Hac via, & non alia, in erectionem hujus Eremitorii con-*
senserunt PP. Reformati.

Æquivocat Pars adversa, asserendo, quòd Serenis.
Electrix Bavariæ habuerit intentionem fundandi ve-
rum, ac realem Conventum; Quoniam eadem Sere-
nissima Electrix clarè suam expressit intentionem in
sua Epistola, scripta Abbatis Benedictoburano, & Præ-
posito Schlechdorfensi, ibi -- *Pro parvo Eremitorio pro*
155 *duobus Sacerdotibus, & uno Fratre laico* -- Idemque de-
nuò protestata fuit in altera Epistola, scripta dicto Ab-
bati, ibi -- *Pro parvo Eremitorio pro duobus Sacerdotibus,*
& uno Fratre laico construendo -- Cùmque de anno 1699.
Eremitæ in supplici Libello, porrecto huic Sacræ Con-
gregationi, exposuissent istam assertam intentionem
156 Serenissimæ Electricis fundandi verum, ac realem Con-
ventum pro pluribus Religiosis regularibus, retulit Vi-
carius Generalis Frinsingensis antecessor, quòd id non
subsistebat in facto, ibi -- *Plura inserta fuerunt, quæ*
in facto non subsistunt. Primò, quòd Serenissima Electrix
Ecclesiam, & Conventum hunc jam fundaverit, cùm
157 *tamen, nec petitum horùm Oratorum, ut sub litt. B. vide-*
re est, nec Promissum Clementissimum actissimè memora-
tæ Electricis Serenissima se extendat ultra Eremitorium
in numero trium, aut ad summum quatuor hujus Insti-
tuti Religiosorum, ut ex adiacente Transumpto sub litt.
C. ejusdem Serenissimæ Electricis &c. & latiùs in Sum-
mario.

Quòd in Eremitorio aliquando moram fecerit nu-
merus Eremitarum, excedens illum præfixum, &
conventum in petitione, & concessione fundandi par-
158 vum Eremitorium, nihil concludit; Etenim, quo-
ties habita fuit scientia hujusmodi attentati, illicò e-
manarunt inhibitiones super restrictione ad numerum
conventum, & pactionatum.

Malè criticatur promissio PP. Honuphrii, & An-
geli, quòd scilicet illius Originale non fuerit exhibi-
tum: Quoniam Transumptum publicum fuit com-
municatum Parti, & datur in manibus Ponentis & de
159 eadem promissione testatus fuit usque de anno 1689.
sicque post biennium, quo emissa fuit, Vicarius Gene-
ralis Frinsingen. antecessor in sua Relatione, transmissa
ad hanc Sacram Congregationem, Neque hujusmo-
di promissio fuit procurata à solis Benedictoburanis
sed volita à tota Vicinia Vallerseæ, & ab ipso E- 160
pisco Frinsingen. aliàs permittere nolebant constru-
ctionem Eremitorii, ut apparet ex lectura ejusdem pro-
missionis.

Posito autem, quòd à principio fuerit tantùm permis-
sa constructio Eremitorii pro solis tribus Eremitis, erro-
neum est prætendere, quòd progressu, temporis eva-
serit Conventus formalis, ex hoc præcisè, quòd ali-
quando in illo degerit numerus excessivus Eremita-
rum, & sic evanescit assumptum Partis, quòd sci- 161
licet fundato jam Conventu, præsumitur, omnia re-
quisita intervenisse in illius fundatione, dum ex ha-
ctenùs deductis evidenter constat, quòd solum fuit
fundatum simplex Eremitorium, nunquam verò for-
malis, & verus Conventus.

Suntque piæ meditationes, nullam habentes in fa-
cta subsistentiam, contrariæ illæ exagerationes, quòd
propè Lacum Vallerseæ, ac in distantia trium cir-
citer horarum nullus Parochus resideat, & Incolæ
spirituali solatio sint destituti, necnon itinerantes ad 162
octo circiter horarum spatium sacrosancto Missæ sa-
crificio carere debeant; Contrarium enim concluden-
tissime justificavimus supra; Quocircà terminamus
responsionem præsentis Dubii verbi antecessoris Vi-
carii Frinsingensis in sua Relatione -- *Ad formatum* 163
tamen Conventum, spem conceptam extendere sine no-
ta ingratitudinis, nec ipsi possunt Eremitæ.

Necnon per oculis habendo illa verba Celsissimi
Episcopi Frisingen. *Ob causæ arduitatem, præter ordi-*
narios meos Consiliarios, etiam alios Theologos, & Ca- 164
nonistas consului &c. Ex quibus remanet manifestum,
omnia summa maturitate in ejus Consilio fuisse per
tractata, omnemque proindè animadversionem me-
reri, saltem ex illa exacta informatione, quam præ-
sumuntur habere Episcopi de rebus, & negotiis pro-
priarum Diœcesum, ex quibus uno ore receptum
est inter Doctores, illorum Relationes, esse magni- 165
ficandas, ex adductis per *Rot. in decis. 234. numer.*
decimo sexto part. decima sexta & dec. 305. numer. de-
cimo secundo & decimo tertio & dec. 460. numer. de-
cimo part. decima octava recent. & coram Cerr. dec.
685. numer. nono & in Pampilonen. Exemptionis vige-
gesima quinta Junii 1706. §. Vel si coram Ansald. &
in Herbipolen. Monasterii decimo Junii 1707. §. Consta-
re cor. Caffarello.

Tertium Dubium -- *An, & in quo numero debe-*
ant commorari Religiosi, seu Eremitæ -- resolvendo, vi-
detur cum Rescripto solùm duos Religiosos, & unum
Fratrem laicum commorari debere, ex late deductis 166
supra.

Non obstat, quòd voluntas Serenis. Fundatricis
fuit erigendi verum Conventum plurium Religioso-
rum; tum ex constructione Cellarum, Chori, & Of-
ficinarum pro 14. Religiosi; Tum quia in tali nu-
mero usque ad obitum eos alebat: Etenim voluntas
hujusmodi fuit expressa in sæpè, sed nunquam satis
adductis, & repetitis duabus suis Epistolis, scriptis
Abbati, & Præposito Schlechdorfensi, ibi -- *Pro par-*
vo Eremitorio pro duobus Sacerdotibus, & uno Fra- 167
tre laico -- de quo etiam testatur modernus Vica-
rius Generalis, ibi -- *Ex quibus in numero trium*
vivere possent, donasse -- Quod autem fuerint con-
structæ Cellæ pro 14. Religiosi, exadverso non pro-
batur; minùsque probatur, quòd novem Eremitas 168
illicò introduxerit: Quinimò contrarium resultat ex
confessione Partis adversæ, decantantis, quòd ea-
dem Serenissima Electrix assignaverit pro dote Ere-
mitorii capitale florenorum 7000. facien. scuta 3500. 169
monetæ Romanæ, de quo etiam habetur mentio in
contrario Summario & testatur Episcopus, ut vide-
re est in contrario Summario ibi -- *Pro fundatione*
prædicti Eremitorii non plus, quàm 7000. floren. capi-
tale habeant -- consequenter annuum Redditum flo-
renorum 350. constituten. scut. 175. vix sufficientium
pro sustentatione trium Religiosorum, attenta qua-

litate Territorii alpestris, & steriis; Non omittendo, quòd attentis præsentibus circumstantiis, dictus annuus Redditus sicut. 175. evanuit.

Hinc detegitur erroneum aliud objectum, quòd Serenissima Electrix fundaverit, ac dotaverit Eremitorium, cum expressa lege, quòd ibi continuò commorari deberent quinque, aut sex Religiosi pro Choro; Nam id nunquam justificabitur, sed contrarium evidenter resultat ex hactenùs deductis, & signanter ex sæpedicta Relatione moderni Vicarii Generalis, juxtà
171 illius verba, opportunè repetenda -- *Ex quibus in numero trium vivere possent, donasse* -- Quapropter cùm simplex Eremitorium pro tribus Eremitis constructum fuerit, non intrant Constitutiones Apostolicæ, disponentes, quòd in quolibet Conventu commorari debeant saltem 12. Religiosi.

Nullatenùs subsistente, quòd Eremitæ manutenentur absque eleemosynis: Quia Attestatio Episcopi id non dicit, sed solùm, quòd ad suum Tribunal nulla
472 Querela delata fuerit, quòdque ipsi tunc non constabat Eremitas aliis mendicantibus præjudicare in quæstuatione, ut ex lectura ejusdem Attestationis literaliter patet Cæteræ vero ass. largitiones Benefactorum omninò negantur, dum exadverso nulla exhibetur justificatio, & pleræque descriptæ in contrario Calculo,
173 non sunt fixæ, prout omninò requireretur, sed incertæ, nempè consistentes in eleemosynis Missarum, in venditione Cervisiæ ad instar Cauponæ Personis religiosis nimis impropria, ac indecora: Et si aliquando commorati fuerunt duodecim, & ultra Religiosi, se sustentarunt, mediante quæstuatione, & collectione eleemosynarum, ut est notorium.

Ex Relatione Episcopi Frinsigensis, transmissa anno 1689. malè deducitur consensus ejusdem Episcopi pro 12. Religiosis; Siquidem ex illius lectura patet, quòd Episcopus dumtaxat voluit, Eremitas ei esse subjectos, etiamsi supra numerum præfixum, & con-
174 ventum excrevissent, nunquam autem voluit, nec in mente habuit, quòd deberent excedere numerum præfixum: Idcircò in solo numero trium permanere debent, juxta solemnem, & juratam promissionem sub fide Sacerdotali PP. Honuphrii, & Angeli Authorum Eremitarum, ibi -- *Quasi essemus intentionati, Nos post lapsum temporis supra conventum numerum duorum Sacerdotum, & unius, vel ad summum duorum laicorum Fratrum, ut si unus infir-*
175 *maretur, augere &c. assecuramus V. Reverendissimam Dominationem, & totam Communitatem, quòd prædicta omnia* in æternum *neque facturi, neque permittere velimus.*

Quartum Dubium -- *An constet de devastatione Mo-*
· *lendini* -- videtur negativè resolvendum ex deductis supra, & præsertim ex Testibus, exadverso inductis,
176 & registratis in Summario ibi -- *Molendinum verò ipsum nondum inibi constitutum, sed adhuc Locus vacuus fuerit,* & ibi -- *Ipsum verò Molendinum nondum intro-*
177 *ductum fuerit* -- qui Testes, inducti ab Eremitis, plenè contra ipsos probant, vulgatis Juribus apud *Rot. decis. 67. num. 9. coram Priol.*

Et licèt Episcopus fecerit quoddam Decretum interloquutorium, in quo demandavit, quòd attentatum spolium intra proximos octo dies restitueretur, aut per Abbatem probaretur, cur ad hujusmodi restitutionem non teneretur; factis subindè opportunis
178 probationibus, non solùm Episcopus reposuit à dicto contrario Decreto, & Instantiam rejecit, verùm etiam eamdem Instantiam rejecit laicalis Administratio Bavarica, ad quam recursum habuerant Eremitæ, ut testatur modernus Vicarius Generalis in sua
179 Relatione, ibi -- *Rem ad Excelsam Administrationem Bavaricam detulerunt, & coram Reverendissimo Ordinario via Juris institerunt, ut Benedictoburanos ad purganda Attentata, & Spolium obligaret: Quod cùm post plures Instantias impetrare nequiverint, appellarunt à denegata Justitia.*

Ex quibus promanat resolutio quinti Dubii, mediante Rescripto -- *Jam provisum* -- non obstante, quòd in Bavaria cuilibet in suo Fundo liceat erigere Molendinum: Quoniam contrarium constat ex Summario

Partis, ubi glor. mem. Josephus Imperator prohibuit 180
Eremitis ædificationem Molendini propria authoritate ibi -- *Volumus hisce vos ad viam Juris direxisse, absque eo, quòd vobis competat istud propria authoritate erigere.*

Omnia hæc videntur nimis fundata, nimisque stringentia contra Eremitas; Cæterùm quatenùs aliquod remaneat dubium, potest illud statim tolli injungendo
novam Informationem alicui ex vicinioribus Episcopis 181
puta Augustano, Passaviensi, vel Eistevensi, pro qua suas etiam injungit preces Celsissimus Episcopus, postquàm expressè protestatus fuit, quòd ipse -- *Nec lucem, nec justitiam horrens, indifferentissimè se habeat,*
licèt summis, Imperatoriisque recommendatiis, quasi ar- 182
matis Precibus, fuerit interpellatus.

Quæ nova Informatio eò magis videtur necessaria; Si enim manibus palpamus factum, nimis alteratum etiam in illis Scripturis, quas authenticas sub oculis in
Urbe habemus; Quid erit dicendum de illis assertis 183
Documentis, quæ colore brevitatis asseritur exadverso fuisse exhibita in manibus Ponentis, quæque videre, & considerare nullatenùs potuimus? Veritas enim una est, & faciliùs invenitur, quando à pluribus quæritur
dicebat *Gloss. in canon De quibus verb. Pluribus distinct.* 184
20. illaque per ampliores Homines perfectissimè reve-
latur, juxta præcisa verba *Text. in l. Quæstionem 32. C.* 185
de Fideicomm. cum concordantibus, citatis *in Justit. Crimin. lib. 13. tit. 9. n.* 170.

Quoad tertium Dubium videtur rescribendum, non
nisi tres Eremitas commorati posse in nostro Eremi- 186
torio.

Pro eodem siquidem ternario numero clamant primo loco quamplures Literæ assecuratoriæ Serenissimæ Fundatricis, illiusque Serenissimi Viri, ibi -- *Ut ipsi in Vi-*
cinia Wallersea aliquod parvum Eremitorium pro duobus 187
Sacerdotibus, & uno Fratre laico erigere possint, ibi -- *Actualiter supplicantes sint pro parvo Eremitorio pro duobus Sacerdotibus, & uno Fratre laico, prope Lacum Waller-*
seæ &c. erigendo, & extrueuendo, & ibi -- *Recomenda-* 188
vimus, ut intuitu hujus nostræ gratiosæ interpositionis ipsorum justas preces, nempe pro parvo Eremitorio pro duobus Sacerdotibus, & uno Fratre laico &c.

II. Jurata ipsorumet Eremitarum promissio, & rotundum Pactum ibi -- *Ego P. Honuphrius à Sancto Wolfango, ac P. Angelus à Sancto Augustino &c. percepimus, quasi tota Vicinia circa Lacum Wallerseæ totaliter credat, plenus rumor serpat, quasi essemus intentionati,*
Nos post lapsum temporis supra conventum numerum 189
duorum Sacerdotum, & unius, vel ad summum duorum laicorum Fratrum &c. augere &c. Ideoque assecuramus Vestram Reverendissimam Dominationem, & totam Communitatem hisce sub nostra Sacerdotali Dignitate, & Sancta Regula &c. quòd prædicta omnia in æter-
num, *neque facturi, neque permissuri simus, neque per-* 190
mittere velimus &c. Nihil autem Fidei humanæ magis convenit, quàm conventiones, & Pacta Servare, & quæ semel placuerunt perpetuò Custodire ex firmatis per *Rot. d.* 28. *num.* 5. apud Prosper. de Territor. separ. ex quibus addo citatos *in Tom. 6. part. 2. discept. 26. 274.*

III. Populorum vicinorum perpetuæ lamentationes, & querimoniæ, ob præjudicia, ipsis resultantia à majori Eremitarum numero ibi -- *Hi errores, licèt ex defectu Informationis in facto promanarent, adeoque excu-*
satione digni sint, magnos tamen inter illos, quorum inte- 191
rerat, excitarunt motus, cùm ob Loci angustiam, & notam Incolarum pauperiem, numerus duodecim Religiosorum &c. citra manifestam Incolarum, & aliorum Interesse habentium præjudicium, ali non possit.

IV. Parochi Loci fixus, nunquam immutatus dissen-
sus. 192

V. Domini Territorialis, seu Fundi constans repugnantia, & accerrima contradictio, ibi -- *Cùm pa-*
lam, notorium sit, Benedictoburanus Frisingæ, Bou- 193
xellis, Monachii, & Viennæ Eremitis in hac Causa semper se-se opposuisse, & ipsi Eremitæ in sua ad Nuncium Viennensem Querela fateantur, quòd Benedictoburani ipsis semper acerrimè (sunt formalia ipsorum) *verba contradixerint.*

VI. Replicatæ Cæsareæ declarationes, seu Decreta

ta duorum Romanorum Imperatorum, ibi -- *Josephus Primus &c. ut ad d. Vallerseæ parvum a duos*
194 *dumtaxat Sacerdotes, & unum Fratrem laicum destinatum Eremitorium ædificetur, hinc clementissimum, & firmum Mandatum nostrum eò tendit, ut non tantum subjectos vobis Religiosos ad sæpedictum numerum Patrum, & unius Fratris laici proximè reducatis, verùm etiam talem numerum sub quocumque prætextu fieri possit, non ampliùs augeatis, vel transgrediamini*, & ibi --
195 *Carolus Sextus &c. Ad vestras humilissimas preces pro confirmatione resolutionis &c. reductionem Eremitarum ad Lacum Vallerseæ concernentis, nolumus, vos celare, qualiter illa ab illo tempore non mutaverimus, sed eam in suo vigore permittamus munere.*

VII. Tres Sententiæ, seu Decreta moderni Celsissimi Episcopi, prima sub die 20. Septembris 1697. ibi - *Mandamus vobis hisce clementissimè, ut solum numerum Eremitarum, quem, tam sanctè datis Reversali-*
196 *qus, jurastis, observetis*. Secunda verò die 26. Martii 1700. ibi -- *Mandamus &c. ut numerum ad primam fundationem intra proximum Mensis spatium reducat, nec causam det, ut contra Monasterium Interdicto Ecclesiastico contra ipsum Superiorem Excommunicatione procedere debeamus*. Tertia demum die 14. Septembris 1711. ibi -- *Quare post maturam deliberationem*
197 *&c. judicatur, & declaratur &c. numerum Religiosorum usque ad tres, videlicet duos Patres, & unum Laicum sine mora reducere &c.*

VIII. Demùm novissima declaratio Cæsareæ Administrationis sub die 28. Februarii 1712. ibi -- *Potestas secularis, Administratio nempe Cæsarea, recen-*
198 *tissime, videlicet 28. Februarii currentis anni, de novo resolvit, & decrevit, quòd majorem, quam ternarium numerum primevæ Eremitarum fundationi, & eorumdem juratis Reversalibus, conformem, concedere nullatenus velit.*

Habendo siquidem præ oculis has omnes serias, & fundatas reflexiones, præcipuè simul unitas, ut in omni materia faciendum esse, monent *Ruin. con-*
199 *sil. 83. numer. decimo Redenasc consil. 62. numer. 301. Menoch. consil. 856. numer. octavo & nono & Rot. decis. trentesimo nono numer. nono coram Zarat. & decis. 317. numer. septimo coram Emerix jun.* res videtur redacta ad talem evidentiam, ut mirùm certè videatur, quòd Eremitæ, adversùs propria replicata Juramenta, sub fide Sacerdotalis Dignitatis præstita, non observando Contractum, seu speciale Pactum, contemnendo tria Imperialia Decreta, necnon totidem proprii Superioris Ecclesiastici Sententias, seu
200 Decreta, cum tali, tantoque præjudicio Domini Fundi, & Territorii, sine cujus quotidianis favoribus vivere ibi non possunt, acriter adhùc, totoque conatu insistant coram hoc Sacrosancto Consessu pro obtinenda canonizatione transgressionis eorum, Juramenti, & pro coloranda inobservantia illorum Pactorum, cum quibus, & non alias, benevolos invenerunt Receptores ad Lacum Vallerseæ.

Præcipuè postquam Eremitæ succubuerunt circa secundum Dubium, ex quo exageratus Eremitarum Conventus, declaratus, fuit ab hoc Sapientissimo Senatu pro simplici Eremitorio; Implicat enim in terminis, quòd in simplici Eremitorio moram facere possent Eremitæ, excedentes numerum ternarium, atque omnes illæ reflexiones, à quibus moti fuerunt Sapien-
201 tissimi Judicantes ad excludendam qualitatem Conventus, mirabiliter influunt ad ostendendum, quòd in simplici Eremitorio non possunt moram facere Eremitæ, excedentes dictum ternarium numerum.

Adversùs hæc, seu ad colorandum prætextum augumenti dicti ternarii numeri, exageratur unicè prætensus consensus Episcopi antecessoris, transcribendo quidem verba Relationis moderni Celsissimi Episco-
202 pi, sed reticendo solidas, & fundatas responsiones, immediatè ibidem adductas.

Verùm contraria reflexio nullam omninò habet subsistentiam, nullamque proindè meretur attentionem,
203 tam ex defectu voluntatis, quàm ex defectu potestatis ejusdem antecessoris Episcopi.

Ex defectu voluntatis, quia, cùm hæc numquam feratur in incognitum, juxta commune axioma de 204
quo *Altograd. cons. 80. numer. 12. lib. 1. Actolin. resolut. 111. numer. 58. Mantic de Conject. libr. primo tit. 3 numi primo, & Rot. decis. 296. numer. 30. part. 17. recent.* cum concordantibus, citatis in *Tom. 6. part. 1. discept. 1. num. 113.* Non potuit idem Antecessor Episcopus solvere illa vincula, quæ eis ab Eremitis exposita non fuerunt; Si enim laudabili ingenuitate, & candore, Religiosis digno, narratum eidem fuisset; quòd excessus numeri ternarii opponebatur replicatis Eremitarum Promissionibus, Juramento firmatis, Literisque Reversalibus eorumdem, quòdque in oppositum exclama-
bant vicinus Populus, Loci Parochus, & Dominus 205
territorialis, & Fundi, ad quorum favorem dd. jurata Promissio solemniter emissa fuerat, non devenisset utique ad talem assertam permissione excessus ternarii numeri, quod operatur, ut nulla omninò vis fieri valeat
in decantata prætensa voluntate ejusdem Episcopi an 206
tecessoris, per ea, quæ ad rem observant *Felin. in cap. Super literis numer. octavo de Rescript. Soccin. sen. consil. 260. numero secundo lib. 2. Rota coram Lich. 189. numer. decimo septimo & coram Dunoz. jun. decis. 731. numer. 45. & coram Priol. decis. 591. numer. 3. & cor. Ansald. decis. 62. num. 15.*

Videtur ulteriùs nimis improprium asserere, quòd eidem Episcopo antecessori narratum fuerit præcedens vinculum, & jurata Obligatio Eremitarum servandi in æternum ternarium numerum, ex quo iidem Eremitæ semper, & ubique idem vinculum, eandemque Pro-
missionem constantissimè negarunt, ut fassus fuit huic 207
Sacræ Congregationi Vicarius Frisingæ in ejus Relatione data in Summario; Et propterea implicare videtur contradictionem, & apertam repugnantiam, quòd Eremitæ obtinuerint ab eodem Episcopo antecessore relaxationem illius vinculi, quod semper impugnarunt & nunquam admiserunt, ex quo relaxatio ex sui intrinseca natura, & conceptu præsupponit vinculum,
juxtà receptam Doctorum opinionem, de qua *Rota de-* 208
cis. 368. numer. decimo quarto coram Cerr. & decis. nonagesimo octavo numer. quinto part septima recent & in Pisauren. Molendinorum super bono Jure 17. Junii 1707. §. Neque vim cor. Kaunitz.

Ex defectu etiam potestatis nullatenùs attendendus esset dictus consensus Episcopi antecessoris, quatenus exadverso concludenter probaretur, quia non solùm Episcopi, sed neque etiam Supremi Principes, non recognoscentes Superiorem, Pactis, & Promissionibus derogare possunt, Deus enim, licet eisdem Supremis Principibus leges subjecerit, Contractus tamen, Conventiones, & Pacta, quæ de Jure Gentium sunt, &
ad humanum commercium necessaria, nullatenùs sub- 209
jecit, ut notant *Bald. in L. prima in princip. Cod. de Constit. Princip Kirchou. cons. select. cons. 1. numer. 79. libr. secundo Arniseus de Potest. Leg. feren. cap. tertio numero decimo secundo in princip. Mantic. de Tacit libr. tertio tit. decimo numer. quinquagesimo tertio Prat. discept. decima secunda numer. octuagesimo primo lib. primo & Rocc. Select. Interpretat. cap. 68. numer. 6.* & in nostris præcisis terminis egregiè *del Bene de Jurament. dub. 5. numer. secundo fol. 319.*

Fortiùs, quia ex dicto Pacto, & jurata Promissione Eremitarum ad favorem vicini Populi, Cleri, Loci Parochi, Domini territorialis, & Fundi, necnon Religiosorum vicinorum, quæsitum erat Jus pro omnimoda observantia ternarii numeri, & proinde eò minùs poterat idem Jus tolli, atque tertiis Personis dictum grave præjudicium inferri per eundem antecesso-
rem Episcopum, egregiè *del Bene de Juram. cap. se-* 210
cundo dubit. quadragesimo octavo num. decimo quinto vers. si autem ibi - Si autem Juramentum non habeat speciem Voti, sed sit factum in favorem Tertii, & acceptatum, Superior dispensare non possit &c. quia sine legitima causa non potest Superior tollere Jus alterius, quod ille acquisivit acceptando, & cap. 3. dub. 5. num. 2. ibi -- Cùm privare Hominem Jure, sibi quæsito, &c. sine justa causa, iniquum sit &c.

Quæ omnia, si procedunt in illius terminis, in quibus Tertius, habens interesse in Causa, citatur, & auditur antè Juramenti relaxationem, juxtà terminos autho-

authoritatum, supra adductarum, multò magis procedunt in præsenti, in quo constans in facto est, quòd illi,
211 de quorum interesse agebatur, in nostris terminis nec citati fuerunt, imò nec citari potuerunt coram Episcopo antecessore, eò quia non erant, neque sunt Subditi Diæcesi Frisingen. ut uno ore quia testantur 17. Testes & convincentem rationem adducit
212 *del Bene de Juramen. cap. tertio dub. decimo septimo numer. undecimo* quia scilicet mediante Juramenti condonatione, vel remissione, dicitur exerceri Jurisdictio in illum, cujus favore Juramentum emissum fuit, quæ erga non Subditum practicari non potest.

Quod est adeò verum, ut communiter observent *Abb. in cap. Pervenit il 2. de Jurejur. Sylvest. in Summa verbo Juramentum* 4. *quæst.* 20. *Angel. pariter in Summa eodem verbo Juramentum quinto, numer.* 33. *Sanchez. lib. tertio Moral. cap.* 21. *numer.* 3. *& del Bene de Juramen. cap. tertio dubit. quinta numer. secundo* quòd
213 in nostris terminis *non solùm Pontifex non possit sine justa causa Juramenta in favorem Hominum præstita, relaxare, sed nec etiam commutare, quia unum pro alio solvi non potest, invito Creditore*, sunt verba *del Bene, ubi supra.*

Quod autem in præsenti non fuerint citati coram Episcopo antecessore Habentes Interesse in observantia dicti Juramenti, pro non excessu numeri ternarii, evidens est ex eo, quòd exadverso id non probatur, ut esset omninò necessarium; Et tamen
214 non semel id testatur modernus Celsissimus Episcopus: Estque adeò evidens, & manifestum, ut contrarium exadverso, non solùm non ostendatur, sed neque etiam asseratur, & prætendatur.

Quòdque neque etiam citari potuerint, evidens fit ex eo, quòd Interesse Habentes in hac Causa, ut supra vidimus, non sunt Subditi Diœcesi Frisin-
215 gensi, ut clarissimè cubitalibus literis testatur modernus Vicarius Generalis Frisingensis in ejus Relatione, ibi -- *Non quidem judicialiter, cùm illos citare non potuerim.*

Nec dicatur, quòd pro Actus validitate hujusmodi Monitiones, & Citationes Partium, habentium Interesse circa continuationem ternarii numeri, præsumi debent exequutæ coram suis legitimis Superioribus; Talis enim divinativa responsio ex diametro adversatur omnibus Juris principii, quia relaxatio Juramenti, Contractus rescissio, & Pacti remissio, consistunt in facto, & hoc, uti ex sua na-
216 tura incertum, nisi concludentissimè probetur, nunquam præsumitur, ad *Text. literal. in l. In Bello, §. Facta, ff. de Captiv. & Postlimin. reverf.* cum aliis apud *Paris. de Resinat. Benef. lib.* 10. *quæst.* 8. *num.* 43. *& seq. Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 43. *num.* 45. *& Rot. decis.* 713. *num.* 7. *coram Dunoz. jun. & decis.* 254 *num.* 12. *part.* 15. *recent.*

Cùmque hujus Partis intentio ad evidentiam probata dicatur ex palmaribus demonstrationibus dictorum vinculorum, & juratarum Promissionum, quæ hodie pleno ore admittuntur ab Eremitis, cùm in rei veritate sint innegabiles, iidem Eremitæ gratis ubi-
217 que asserentes, illa fuisse remissa, vel soluta, concludentissimè id probare tenentur, ex notis Juris principiis apud *Rip. in l. Ex facto, §. Si quis autem sub nu.* 9. *ff. Ad Senat. consult. Trebell. Rot. decis.* 2083. *num.* 10. *coram Coccin. & decis.* 392. *numer.* 3. *coram Priol.*

Ultra quod semper urget reflexio illa, quòd cum Eremitarum intentio, respectu excessus dicti ternarii numeri, unicè fundetur in dicta prætensa absolutione à Juramento, necnon in remissione Pacti, & dissolutione Contractus, hujusmodi intentio non conjecturis, seu præsumptionibus, sed claris æquè, ac concludentibus probationibus demonstranda est, aliàs
218 nullum omninò fundamentum in vagis præsumptionibus, & generalibus conjecturis fieri potest ad probandam Partis intentionem, egregiè *Adden. ad Buratt. decis.* 707. *numer.* 10. *versic. Sufficiunt, Rot. dec.* 109. *numer. decimo quinto recent. & in Toletana Decimarum de Capilla decima quinta Januarii* 1677. *§. Primum coram Bourlemont, & in Romana Dotis* 16. *Junii* 1679. *§. Perperam coram eodem, & in Tusculana Immissionis* 27. *Junii* 1695. *§. Verùm coram Card. Priolo.*

Quæ omnia videntur superabundare ad nostrum intentum, & tamen præter necessitatem, & ad soliùs materiæ ornatum, per impossibilem hypothesim admisso, sed nunquam concesso, quòd ageretur de Subditis citatis, & auditis coram antecessore Episcopo, quòdque iste egregiè instructus de Eremitarum 219
Promissione, & replicatis Juramentis, expresè permisisset eisdem excessum dicti ternarii numeri, semper verum esset, quòd per talem evidentur injustam, & prorsùs insubsistentem concessionem, non dicerentur ligatæ manus hujus Sacrosancti Consessus obligandi Eremitas ad servanda ea, quæ solemniter promiserunt, & Juramento confirmarunt, juxtà ordina- 220
rias suas facultates, eidem amplissimè attributas à *Sixto V. in Constit.* 74. *Congreg. XI. Bullar. nov. tom. secundo* & animadversa per *Card. de Luca Relat. Roman. Cur. forens. discurs. decimo sexto numer. primo, & seqq.* & juxtà quotidianam, nimisque frequentem 221
praxim.

Duo præcipuè præ oculis in hac parte habendo.

Primum, quòd absque legitima dispensatione, seu valida relaxatione Juramenti, quæ non adducitur, & tanquam quid facti ex supra animadversis non præsu- 222
mitur, urgebat adhuc, & etiam hodie urget, jurata obligatio Eremitarum pro numero ternario in æternum non excedendo.

Secundum verò, quòd modernus Celsissimus Episcopus, absque ullo particulari Partium affectum, & absque omni passione, & vindicta, præcisè ex debita cura, & amore communis boni, juxtà ipsius formalia verba, suas adjungit preces pro exequutio- 223
ne illarum juratarum conditionum, & reversalium, cum quibus Eremitæ admissi fuerunt, Idque -- *pro authoritate Pontificia, & Ordinariorum, pro respectu, & observantia sanctissimarum Constitutionum Pontificiarum, pro pace, & tranquillitate publica &c.* Atque *ad evitanda gravissima, alias sequutura, scandala, confusiones, & perturbationes*, ut prosequitur in ultima Informatione.

Pro quorum omnium faciliori admissione omni observatione dignum est, quòd agitur de inspectione, *quam famosam, & per magnam Germaniæ partem notoriam fecerunt Eremitæ*, juxtà præcisa verba dictæ ultimæ Informationis Celsissimi Episcopi; Un- 224
de eò magis videtur expedire, ut paritio eorundem Eremitarum, atque Juramenti exequutio, æquè notoriæ sint, ad evitanda inconvenientia illa, quæ producere solent magna exempla inobedientiæ, speciem iniqui habentia, ad sensum, & verba famosi illius Authoris, quem tacito nomine refert, & sequitur 225
Rota in decis. 308. *num.* 21. *coram Dunnozzet. senior.* quam sequitur *Adden. ad decis.* 431. *num.* 35. *& seqq. part.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Præcipuè quia in Germaniæ Partibus religiosa Loca eriguntur mediantibus similibus juratis promissionibus, & reversalibus Literis, ad præcavendum præjudicia illorum, de quorum interesse agitur, quæ proinde si non observentur, ingens confusio, & magna perturbatio de facili oriri posent, ut ferè per hæc verba prosequitur dictus modernus Celsissimus Episcopus in 226
ultima Relatione; Observando præsertim, quò eadem Germaniæ Natio nimis tenax est *di non alterare il consueto, il quale solo è quello, che non à bisogno di apologia in difesa*, ut de eadem Natione lo- 227
quendo testatur *Card. Pallavicin. in Histor. Concil. lib.* 22. *cap.* 6. *num.* 11.

Non omittentes ulteriùs observare, quòd Eremitæ proprio marte, atque nulla præcedente legitima facultate, ausi fuerunt ternarium numerum in immensum augere, in eoque incredibili obstinatione per- 228
severare, non attentis, imò inaudito fastu contemptis utriusque Jurisdictionis, & potestatis replicatis Præceptis, & Sentiis, & propterea omni Jure cogendi hodie videntur Eremitæ ad servanda ea, quæ jurejurando promiserunt, ut reliqui Religiosi à similibus trans-

transgressionibus, irreverentiis, & inobedientiis de-
229 terreantur, ut Scripturam terminemus verbis mo-
derni Celsissimi Episcopi, in ejus ultima Informa-
tione, ubi commendabili charitate ostendit Eremi-
tis Regiam viam, per quam incedere tuto pos-
sunt, si majorem, quàm ternarium numerum, desi-
derant.

Sola lectura illarum duarum Epistolarum, quas
registravimus in *Summario* videtur omnem in hac
Causa tollere amaritudinem; Illius enim Author est
230 unus ex magnis Ecclesiasticis Principibus Germaniæ
prudentia, doctrina, ac justitia egregiè dotatus, jux-
tà præcisa verba contrariæ Responsionis, illasque non
scripsit ab aliquo Eremitorio, sed postpositis Impe-
ratoriis armatis precibus, cum Consilio, insignium
Theologorum, & Canonistarum præter suos Ordi-
231 narios Consiliarios, ut in illis testatur minusque scri-
ptæ sunt ad aliquos Eremitas, sed ad duo majora
Lumina Romanæ Hierarchiæ, apud quæ remanent
Originalia earundem Epistolarum, nihilque aliud
232 petit, quam -- *ut pro more repositis cunctis Recoman-
dationum motivis pro veritate, & justitia judicent*;
juxta ejus præcisa verba; Et quatenùs minimam in
hac parte difficultatem habeant ut ante finale Judi-
cium, dignentur de more exquirere cujusvis alterius
vicini Episcopi novam Relationem, exactamque In-
formationem.

Constitutio Urbani VIII. impressa est in Bullar. nov.
233 tom. 5. la 27. in ordine, estque duplata penes *No-
var. in Summario Bullar. part. 2. Comm. 88. per tot.*
in cujus §. 4. cubitalibus literis injungitur Episcopis,
ut inviolabiliter observare faciant Constitutiones A-
postolicas, circa Conventuum fundationes, *Contra-
234 dictores quosdam*, & rebelles per Censuras Ecclesia-
sticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia,
Appellatione postposita, compescendo; Ex quibus de
se patet, an Hujusmodi Sententiæ de sui natura ap-
pellabiles sint, & an dictus Celsissimus Episcopus
prima principia in hac parte ignoraverit, vel non
legendo, vel non intelligendo Urbani VIII. Bullam, ut
235 exadverso dicitur, vel potiùs, an applicentur ver-
ba *illa Plinii lib. 18. cap. 1. nostris eum criminibus ur-
gemus, culpamque nostram illi imputantes*.

Quod autem in fundatione hujusmodi Eremitorii,
quod hodie curiosa metamorphosi a seipso præten-
ditur transmutatum in formalem Conventum, ser-
vatæ non fuerint Apostolicæ Constitutiones, est adeò
236 evidens, ut satis sit legere contrarium Summarium,
in quo nec miserabilis legitur syllaba, concernens
exactam observantiam dictarum Apostolicar. Consti-
tutionum. Posito proinde hujusmodi essentiali defe-
ctu, non est divagandum in enumeratione Cella-
rum, benedictione primi lapidis, facta per antecés-
237 sorem Epicopum, & similibus generalibus inspectio-
nibus, quia in nostris terminis non admittitur hu-
jusmodi Suppletio per æquipollens, sed actus corruit
eò ipso, quòd apparet, ad unguem servatas non
fuisse dictas Apostolicas Constitutiones, egregiè *Ricc.
238 decis. 75. per tot. part.* referens ita resolutum in Curia
Archiepiscopali *Donat. Rer. Regular. tom. 1. trat. 1. de
Monast. ædificand. quæst. 16. per tot. & Nov. in Summ.
Bullar. comm. 82. num. 2. part. 1.*

Minùs fundamentum in hac parte fieri potest in
Aggregatione Eremitorum, facta Congregat. B. Pe-
tri de Pisis, quia Aggregatio respicit Personas non
autem apta est mutare Domus Eremiticas in formales
239 Conventus; Videmus hoc quotidie practicari in Hos-
pitiis publicis, quæ longè magis annexa sunt Con-
ventibus formalibus, quorum sunt veri Filii, non
240 autem ficte per Aggregationem ut firmavit *Rota in
d. 979. num. 9. cor. Emer. jun.* Et tamen nemo unquam
somniavit asserere, quòd satis sit augere numerum
Religiosorum in dictis Hospitiis, ad hoc, ut statim
transeant in Conventus formales; sunt hac adeò
241 obvia, adeòque certa, ut mirum certè sit, quòd
inutiliter considerentur exadverso, & multiplicentur
scripturæ ad suadendum contrarium inanibus præ-
sumptionibus, ac debilibus conjecturis.

Circa serotinam exibitionem affectarum Professionum
ab Eremitis factarum, datarumque in summario di-
cimus, esse verè fatalitatem in hac Causa quòd no-
bis denegetur facultas videndi contraria Documen-
ta, illa in vigilia propositionis exhibendo in mani- 242
bus Eminentissimi Ponentis, adversùs laudabile soli-
tum tempore consueto nullatenus relinquendo illa in
Secretaria.

Ex illorum autem currenti visione resultat, non es-
se Professiones solemnes, dum simpliciter dicitur *Pro-* 243
fessus &c. quod potest verificari de Votis simplicibus,
quæ priùs in illorum Professione emittebantur ab Ere-
mitis ut justificavimus in Summario.

Pro eo quod attinet ad primum Dubium -- *An Tertia-
rii Sanctæ Theresiæ vigore Aggregationis Congregationi
Beati Petri de Pisis, sint verè Regulares* -- pro negativa 244
resolutione videtur superabundare, quòd exadversò
concludenter non probatur, Eremitas emittere solem-
nem Professionem, triaque solemnia Vota Castitatis,
Paupertatis, & Obedientiæ, ex quibus unicè resultat
verus Status regularis, prout per plenas, & conclu-
denter probationes necessariò, & indispensabiliter ju-
stificari debet, ex quo dicta solemnis Professio, utpo- 245
tè in facto consistens, nunquam præsumitur, ut in
puncto observat *Mascard. de Probat. lib. 3. conclus.
1237. numer. 1. & seqq.* ubi innumeros adducit concor-
dantes.

Quin ullam mereatur reflexionem assertus contrarius
Catalogus Professorum; Est enim valde suspectus, dum
non fuit adductus in prima Instantia coram predicto Cel-
sissimo Episcopo Frisingensi, nec in prima contraria 246
Scriptura, ad *Textum literalem in l. Si quis forte, §.
Primo, ff. de Pœn.* ibi -- *Nec enim debebat tam magnam
rem tandiù reticere*, cum aliis apud *Rot. decis. 223. nu-
mer. decimo sesto coram Rojas, & in Rossanen. Juris pro-
hibendi tertio Julii 1702. §. finali, coram Lancetta*, & ta-
men erat unicum contrariæ prætensionis fundamen-
tum, sed exhibitus solùm fuit in contraria Respon-
sione, & quod magis est, asseritur extractus ex quo-
dam Libro privato Eremitarum, nemine citato, quod
illius illegalitatem, & insubsistentiam manifestè com- 247
probat, ex adductis per *Rotam in decis. 586. nu. 4. coram
Pamphil.*

Poterat proindè omitti asserta Formula Professionis,
Et enim exadversò non justificatur, quòd illa ab ipsis 248
emittatur; Quemamodum concludenter probare te-
nentur Eremitæ, & in qua actuali emissione talis solem-
nis Professionis difficultas in nostris terminis restrin-
gitur.

Quibus additur essentialis illa differentia inter veros
Religiosos Congregationis Beati Petri de Pisis, & Ere-
mitas, in eo consistens, quòd isti subjecti sunt Ordina-
riorum Jurisdictioni; Non sic autem dicti veri Reli-
giosi, ut est notorium, & patet ex *Constitut. 125. San-* 249
cti Pii V. in Bullar. nov. tom 3. Observantes ulteriùs,
quòd ad evitandam efficaciam hujus reflexionis, suppo-
suerunt Eremitæ Cardinali Tanario, Nuncio Viennæ
tempore eorum Aggregationis, quòd talis esset *la prat-
tica d' Italia*, quod est prorsùs insubsistens.

Prout etiam nulla vis fieri potest in Liberculo, cui
gratis attribuitur Nomen Regularum, Constitutio-
num Eremitarum, Monachii impresso anno 1697.
Nedum, quia de illius legalitate nimiùm dubitari po-
test, dum non legitur in illius principio ecclesiastico-
rum Superiorum approbatio, juxtà disposita *in Regu-* 250
la 10. Indicis §. In aliis verò; Sed fortiùs quia, neque
etiam legitur Approbatio, seu Confirmatio earundem
Regularum, obtenta à Sede Apostolica, & omninò
necessaria, ad *Textum literalem in cap. Ne nimia de
Religios. Domib.* ubi latè *Gonzal. numer. 4. & seqq.* cum
concordantibus, citatis *in Institut. crim. lib. 1. titul. 8.* 251
à num. 18.

Quæ eò magis necessaria est in nostro casu, ex quo
in procemio dictarum assertarum Regularum *§. Verun-
tamen*, asseritur, Eremitas -- *Illas temperare studuis-
se &c. minuendo de rigore illo, qui admirandus potiùs*, 252
quàm æmulandus esse, videbatur; Cùm enim eædem
antiquæ Regulæ Congregationis Beati Petri de Pisis
approbatæ fuerint per *Constitutiones 125. Sancti Pii V.
& vigesimo primo san. mem. Clementis VIII. in Bullar.* 253

nov. tom. 3. non erat in potestate Eremitæ illas proprio marte mutare, vel temperare, sed omninò concurrere debebat authoritas Apostolicæ Sedis, juxtà notoria principia.

Ad evitanda æquivoca, cum quibus exadversò proceditur, observandum est hic, quòd dictæ Regulæ non sunt illæ, quibus gubernatur, & regitur Congregatio Beati Petri de Pisis, cui aggregati fuerunt Eremitæ, approbatæ ab Urbano VI. anno 1380. referentibus *Barbos. in Summ. Apostolic. decis. collect.* 321. *n.*
254 2. *Morig. de Orig. Relig. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 1. *& seq. & Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 2. *disput.* 24. *quæst.* 4. *num.* 40. sed asseruntur compositæ pro solis Eremitis, juxtà verba illa Approbationis P. Generalis post principium: *Constitutiones &c. Eremitis Religionis nostræ, per*
255 *Germaniam aggregatis, ad observandum traditæ*: Et sic remanet manifestum, esse Regulas omninò novas, quarum proinde respectu eò magis concurrere debebat authoritas Apostolicæ Sedis, ex supra animadversis.

Nec credimus, oculis sapientissimorum Judicantium esse subjiciendum Scartafaccium quoddam, coloratum nomine Epistolæ, quæ die 11. Maii *1696.* prætenditur scripta à P. Alexandro Gislinberti, Superiore Eremitorii Vvalerseæ P. Petro Paulo Salvatorio, Gene-
256 rali Congregationis Beati Petri de Pisis, in qua mirabilia de se ipsis, deque illorum magnificatis virtutibus, non sine humilitatis contemptu scribunt Eremitæ, ferè ad literam desumpta ex Vita Sancti Pauli, primi Eremitarum Parentis, & Authoris; Illa enim, uti non
257 recognita, nullamque habens authenticæ Scripturæ speciem, & apparentiam, nullam omninò meretur fidem, ex vulgatis Juribus apud *Rot. decis.* 228. *num.* 8. *cor. Triol.*

Sed quod magis est, confictio ejusdem Epistolæ palpatur manibus, illam combinando cum proœmio dictarum assertarum Regularum, & Approbatione earundem, facta à P. Generali Salvatorio sub die *26.* Septembris ejusdem anni *1696.* impressa in illarum prin-
258 cipio; Inter alia enim dicitur in eadem Epistola, quod -- *In Vvallersee si vive con grandissima osservanza, e rigore di vita, a tal segno, che, tolta ne' Certosini la solitudine, credo, che la vita di questi Romiti si possi comparare con la loro*; Cum minutissima descriptione austeritatis vitæ eorundem, non sine maxima improprietate & æquali jactantia subjungendo, *che sono veramente novella gemina sanctitatis*; Et tamen idem P. Generalis
259 eodem anno asserit, omnibusque palam facit, in proœmio dictarum Regularum multa immutasse, aliaque temperare studuisse. Quis igitur potest capere, capiat, quomodò inter se cohæreant vitæ asperitas, ab Eremitis, non sine magno fastu, exagerata, cum proposito illam exactissimè observandi, & contempora-
260 nea relaxatio ejusdem austeritatis vitæ, cum derogatione antiquarum Regularum, ab eisdem petita, & obtenta ab eorum Superiore Generali, omisso necessario medio Apostolicæ Sedis?

Deveniendo ad secundum Dubium -- *An constet de valida erectione formalis Conventus: Seu potiùs de ere-*
261 *ctione simplicis Eremitorii ad Lacum Vvallerseæ*; Quatenùs etiam exadversò concludentissimè probaretur qualitas Regularis in Eremitis, quod absolutè negamus, adhuc pro negativa resolutione primæ partis, & affirmativa secundæ ejusdem secundi Dubii semper urget limitata, & restricta Licentia Serenissimi Electoris Bavariæ pro constructione dumtaxat parvi Eremitorii pro solis tribus Eremitis, ibi -- *Ut ipsi*
262 *in Vicinia Vvallerseæ aliquod* parvum Eremitorium *pro duobus Sacerdotibus, & uno Fratre laico erigere possint*, necnon similis restricta, & limitata Licentia Serenissimæ Electrici Mariæ Antoniæ, ibi -- Pro parvo Eremitorio *pro duobus Sacerdotibus, & uno Fratre laico*, de quo iteratò protestata fuit, ut ex Rela-
263 tione antecessoris Vicarii Generalis Frisingensis ibi -- *Quòd Serenissima Electrix Ecclesiam, & Conventum fundaverit, cùm tamen nec petitum horum Oratorum, nec Promissum clementissimum memoratæ Electricis Serenissimæ, se extendat ultrà Eremitorium in numero trium, aut ad summum quatuor hujus Instituti Religiosorum, ut ex adjacente Transumpto Litterarum ejusdem Serenissimæ Electricis*, concludendo, ibi -- *Ad formatum tamen Conventum spem conceptam extendere sine nota ingratitudinis, nec ipsi possunt Eremitæ*, Et demùm ex Attestatione Præpositi Schlecdorfensis, Visitatoris deputati à Celsissimo, Episcopo Fri- 264
singensi antecessore, ibi -- *Cùm constet, & demonstretur ex Eremiticis, inter Acta existentibus, Scripturis, & Reversalibus luculenter, & clarè, quòd ab initio præcisè ad duos, & tres Eremitas* pro valdè exiguo Eremitorio *fuerit sollicitatum*.

Non refragante, quòd per Aggregationem Eremitarum Congregationi Beati Petri de Pisis, Eremitorium, de quo agitur, mutatum fuerit in formalem 265
Conventum.

Ad hoc enim, ut per hujusmodi Aggegationem Eremitorium mutatum fuisset in formalem Conventum indispensabiliter concurrere debuissent omnia, & singula Requisita, præscripta per Apostolicas Constitutiones, nempè justificatio, prævia causæ cognitione, quòd in Loco novæ fundationis substentari va- 266
leant duodecim Religiosi commodè, & congruè, absque aliorum Conventuum circumjacentium detrimento, prout expressè mandant Constitutiones *Clementis VIII. la* 99. *Gregorii XV. la* 31. & *Urbani VIII. la* 27. quæ justificatio in præsenti omninò deficit, & omninò concurrere debet in fundationibus Conventuum, etiamsi extra Italiam erigi prætendantur, ut 267
præter adductos supra referendo, ita pluriès decisum ab hac Sac. Congregatione, notant *Jann. Maria Novar. in Lucerna Regulari verbo Monasterium num.* 10. *Vulpi, in Prax. Judic. capit.* 42. *num.* 20. *& Barbos. in Summ. Apostolic. decis. collect.* 503. *num.* 10.

Consensus Episcopi Frisingensis necessariò, & indispensabiliter requiritur ex præcepto *Sacri Concilii* 268
Tridentini cess. 25. *capit.* 3 *de Regular. in fine*, copulativè cum illo Sanctæ Sedis Apostolicæ, desiderato à Sacris Canonibus, Apostolicis Constitutionibus, & Decretis hujus Sacræ Congregationis: In hypothesi nostra deficere consensum Celsissimi Episcopi Frisingensis, est prorsùs indubitatum; Iste enim nunquam consensit, & utique non consensit in actu Aggregationis, ex quo de eo tempore Sedes Episcopalis erat vacans, & Capitulum hanc facultatem non habet, 269
ut, cæteris relatis, tradunt *Cardinalis de Luca de Regular. discurs.* 29. *numer.* 17. *Donat. quæst. Regular. lib.* 1. *part.* 2. *tit. de Monaster. ædifican. quæst.* 18. & referendo, ita decisum à Sacra Congregatione Concilii, observat *Barbos. in Summ. Apostol. decis. collect.* 503. *num.* 15. Neque consensit post Aggregationem, 270
quinimò positivum habemus dissensum, & reiteratam resistentiam, resultantem ex duobus præceptis ejusdem Reverendissimi Episcopi contra Eremitas pro restrictione Eremitarum ad solum numerum trium, nempè uno, emanato sub die 20. Septembris *1697.* & altero sub die *26.* Martii 1700.

Nil juvante, quòd idem Episcopus concesserat duobus Eremitis licentiam absolvendi à Casibus reservatis, dum id non importat consensum pro erectione novi Conventus, ut de se patet: Consensus enim Episcopi debet esse expressus, non autem tacitus, & ex insubsistentibus conjecturis deductus; juxta cubita- 271
lem *Constitutionem sa. mem. Urbani VIII. la* 27. *versic. Nisi de expressa Ordinariorum licentia*.

Cæterùm quid ultra circa tales conjecturas immoramur? Dum idem Episcopus dicit, nunquam præstitisse consensum, nec tacitum, nec expressum, nec velle illum præstare; Quinimò Excommunicationis Sententiam fulminavit contra eodem Eremitas ob 272
defectum dicti consensus, ut ex ejus Relatione, quæ per extensum registratur in fine.

Non sine mysterio autem capta fuit ab eisdem Eremitis occasio vacationis Sedis Episcopalis Frisingensis, quando pedes figere voluerunt in nostra Diæcesi, ne eis eveniret id, quod accidit respectu Diæce- 273
sum Tridentinæ, & Augustanæ, quorum Episc. illos constantissimè recusarunt admittere in eorum Diæcesibus.

Consensus purus, & absolutus Incolarum, præstitus in

274 in Consilio Generali ab omnibus, collegialiter coadu-
natis, ex animadversis per *Piton. discep. 36. num. 3.*
& firmatis per *Rotam in Cesaraguſtana Fundationis Con-
ventus 18. Martij. 1657 coram Bevilaqua*, in præsenti
innegabiliter deficit.

Consensus vicinorum Religiosorum, juxta sæpe-
dictam Constitutionem Gregorianam, propter illo-
rum præjudicium, quod in nostro cassu esset nota-
bilissimum, & irrepabile, ut testatur Vicarius Gene-
275 ralis Antecessor, & comprobat dicta ultima Infor-
matio prædicti Celsissimi Episcopi Frisingensis, quæ
pariter per extensum registratur in fine ibi -- *Si pes-
simè utique, & dolosè informatibus Eremitis istis de-
ferretur, non solùm gravissimum Partium, interesse ha-
bentium, præjudicium, sed etiam grandes confusiones,
& perturbationes inter Regulares ex his Germaniæ
276 Partibus sequerentur, authoritas Ordinarij cum publi-
co scandalo turpissimè prostitueretur, & periculosi mo-
tus apud omnes Germaniæ Ordinarios, Sacri Romani
Imperij Principes, excitarentur.*

Quin relevet, quòd Eremitæ habeant aliundè Red-
ditus, sufficientes pro eorum manutentione. Vltra
quòd enim hujusmodi decantati Redditus consistunt
in usuris capitalis florenorum 7000. debit à Camera
Serenissimi Electoris Bavariæ, quas certissimum est,
277 Eremitas exigere non posse, neque docere poterunt,
quòd illas exegerint, necnon in flor. 300. eleemosy-
næ Missarum quam elemosynam esse incertam, &
diminutioni subjectam, nemo ignorat, & in qui-
busdam alijs assertis Legatis, pro quorum justifica-
tione nullum exadverso exhibitum fuit legale Do-
cumentum, quando asserti Redditus debent plenè,
& concludenter probari, juxta inconcussum stylum
278 hujus Sacræ Congregationis, quæ *in Costantien. seu
StocKacen. Fundationis Conventus* demandavit, quòd
exhiberetur Instrumentum Donationis, non obstan-
tibus innumeris antecedentibus justificationibus, il-
lam concludentibus..

Strictè respondemus, quòd Apostolicæ Constitu-
tiones in hac parte servandæ sunt etiam in funda-
tionibus Conventum non Mendicantium, & haben-
tium congruam Dotem, ea ratione, quia præjudi-
cium Conventum non consideratur solùm respectu
Quæstuationis, sed etiam circa diminutionem elee-
mosynarum pro celebratione Missarum, tumulatio-
ne Cadaverum, alijsque pluribus, in quibus Paro-
chi, alijsque Regulares præexistentes præjudicari pos-
279 sunt, ut, referendo innumeris hujus Sac. Songrega-
tionis Resolutionis, notant *Monacell. in formul. tom.
1. tit. 6. formul. 19. num. 12. Pignatell. consult. 179.
num. 41. & 42. tom. 1. & Mateucc. in Official. Cur.
Eccles. cup. 16. num. 3. & 4.*

Habemus-que punctualissimam decisionem 22. *Ric-
cij part.* 4. in qua denegata fuit facultas erigendi
Conventum in Civitate Neapolis Patribus Reforma-
tis Sancti Augustini, non servata forma Apostoli-
carum Constitutionum, non obstante Legato ma-
280 ximæ quantitatis eiisdem relicto à Consiliario Gizza-
rellio pro constructione, & fundatione eorum Con-
ventus, nec non pro eorundem Religiosorum ma-
nutentione, & Victu.

Et demum consensus Patris Magni Abbatis Bene-
dictoburani, & Monachum, qui sunt Domini tem-
porales Territorij, & Parochi Ecclesiæ Parochialis
281 intra cujus Districtum situm est Eremitorium, de
quo agitur, ut firmavit *Rot. dec. 115. num. 6. part.
13. rec.*

Quapropter cùm in Aggregatione Eremitarum,
Congregationi Beati Petri de Pisis non intervenerint
solemnitates, & Requisita, præscripta ab Apostoli-
cis Constitutionibus, Sacro Concilio Tridentino,
& Sac. Canonibus in nova erectione Conventus,
282 est impossibile dicere, imò cogitare, controversum
Eremitorum mutatum fuisse in formalem Conven-
tum, cum in hujusmodi mutationibus semper inter-
venire debeant omnes prædictæ solemnitates, quæ
sunt necessariæ in fundatione formalium Conventum,
ut in fortioribus terminis Hospitij à veris, & pro-
priis Regularibus habitati, quod mutari non possit
in formalem Conventum, absque dd. solemnitati- 283
bus, post latè congestos, tradit *Ansaldus in Adno-
tat. ad decis. 78. inter ejus impressas num. 89.* plenè
etiam *Pignatell. consult. 179. num. 17. vers. Vel si
Hospitium lib. primo Lezzan. Oper. Moral. tom. 4.
verb. Monasterium sub num. 6. & Bertacchin. vot. de-
cis. 124. num. 2.* atque habemus in hac parte duas 284
magistrales Sacræ Rotæ decisiones impressas in *part.
12. recent. la 124. à num. 27. & in part. 13. la 231.
num. 4. & 12.*

Poterat autem omitti exageratus numerus Cella-
rum contrarij Eremitorij ad arguendam intentio-
nem illius Fundatoris, velle ipsum erigere in forma-
lem Conventum, quia ad hunc effectum non at-
tenditur materialis quantitas Cellarum, sed concursus
formalis Requisitorum ad fundationem Conventum,
ut, omissis generalibus, in terminis resolvit *hæc Sa-
cra Congregatio in Novarien. Hospitii 24. Julii* 1711.
ad relationem Cardinalis Grimaldi cum rescripto:
Arbitrio Episcopi pro usu Hospitij tantùm ut videre 275
& in *Tom. 1. part. 2. discept. 7.* & tamen agebatur de
Ædificio, Teste eodem Episcopo, *commodamente ca-
pace per trenta Persone*, ut ex Relatione exhibita in
Summario & ex alia justificatione, data in eodem
Summario ibi -- *Anno già fatto un Refettorio, capa-
ce di più di 30. Religiosi, con sotto usuale Cantina &c.
con Dormitorio, che si stende alla capacità di 20. Stanze
&c.* idemque prius resolverat in *Mantuana Hospitij 8.
Augusti 1710 ad Relationem Cardinalis Gozzadini*,
cum rescripto: *Pro gratia Hospitij privati tantùm*, &
agebatur pariter de Ædificio, longè excedente ca-
pacitatem paucorum Religiosorum, ut videre est in 286
d. Tom. primo part. 2. disceptatio 8 signum plusquam
evidens, quòd formalis Conventus non constituitur
à numero Cellarum, sed à concursu Requisitorum,
in Apostolicis Constitutionibus præscriptorum.

Terminantes animadversiones circa secundum Du-
bium cum præcisis verbi memorati Celsissimi Epis-
copi Frisingensis in dicta ejus ultima Informatione
ibi -- *Profectò si ex eo, quod Eremitæ in Eremo, &
puro Eremitorio habitantes, aggregentur alicui Religio-* 287
*ni, statim possent sine omni consensu Ordinarij, Par-
tibus, Interesse habentibus, non citatis, nec auditis,
ex suo Eremitorio erigere Conventum, seu Monasterium,
& Fratrum nnmerum secundum libitum, vel sufficien-
tia Redditum augere, innumera in his Germaniæ Par-
tibus (ubi Eremitoria copiosissima, & quidem in sola
Bavaria ultrà centum, ac ferè in quolibet eorum Ere-
mitæ tertij Ordinis alicuius existunt) sequeretur ab-
surda, & confusiones sine numero &c. Assecuro ita-
que EE. VV. quòd si Romæ probaretur, & manutenere-* 288
*tur horum Eremitarum principale argumentum: modò
sumus veri Regulares; ergò in loco, ubi existimus,
possumus absque omni consensu Ordinarii, imò debemus
verum Conventum erigere &c. Assecuro inquam, quòd
propter Communitates, & Clerum secularem omnes con-
surgerent Germaniæ Ordinarii, Sac. Romani Imperii
Principes, & mecum causam communem facerent &c.*

Circa tertium Dubium - *An, & in quo numero
debeant commorari Religiosi, seu Eremitæ*; resolven- 289
dum videtur, solùm duos Eremitas Sacerdotes, &
unum Fratrem laicum debere commorari, adeòque
in numero trium in totum, ad formam Licen-
tiæ prędicti Serenissimi Bavarię Electoris, ibi --
Parvum Eremitorium pro duobus Sacerdotibus, & uno 290
Fratre laico, erigere possint, nec non Serenissimæ Ele-
ctricis, ibi *Pro parvo Eremitorio pro duobus Sacer-
dotibus & uno Fratre laico*, & solemnis, ac juratæ
Promissionis PP. Honuphrii, & Angeli Instituto-
rum, & Authorum Eremitarum quòd numerus duo-
rum Sacerdotum, & unius Fratris laici in æternum
actus non extitisset, ibi: *Postquam ego P. Honuphrius*, 291
*& Pater Angelus percipimus, quasi tota Vicinia cir-
ca Lacum Valerseæ tolaliter credat, & plenus rumor
serpat, quasi essemus intentionati; Nos post lapsum
sum temporis supra conventum numerum duorum Sacer-
dotum, & unius, vel ad summum duorum laicorum
Fratrum, ut si unus infirmaretur &c. Ideòque assecu-
ramus Vestram Reverendissimam Dominationem, & to-*

tam

tam Communitatem sub nostra Sacerdotali Dignitate &c. quòd prædicta omnia In Æternum , *neque permissuri simus , neque permittere velimus* , 7. Ex Informatio-
292 ne Præpositi Schlechdorfensis , requisita à Celsissimo Episcopo Frisingensi antecessore, ibi -- *Consensum dedit (* Electoralis Serenitas*) ut dicti Eremitæ , quorum nunquam plures , quàm tres , vel quatuor erunt* -- ex Relatione Vicarij Generalis Frisingensis antecessoris , ibi -- *In numero trium , aut ad summum quatuor hujus Instituti Religiosorum* ex altera Informatione antedicti
293 Præpositi , requisita à moderno Celsissimo Episcopo, ibi -- *Cùm constet ex Eremiticis , inter Acta existentibus , scripturis , quòd ab initio præcise ad duos , & tres Eremitas pro valdè exiguo Eremitorio fuerit sollicitatum*, & positivo præcepto gl. mem. Josephi I. Im-
294 peratoris , ibi -- *Volumus , ut tantùm subiectos vobis Religiosos ad sæpedictum numerum duorum Patrum, & unius Fratris laici proxime reducatis; etiam talem numerum sub quocumque prætextu fieri possit, in futurum non amplius augeatis, vel transgrediamini*, & demùm ex Relatione moderni Vicarij Generalis Frisingensis.

Nullatenus relevante , quòd adsit necessitas subveniendi Populis circumvicinis; Quandoquidem isti Populi consistunt in sex miserabilibus Teguriis , seu Ædiculis , nempè quinque Piscatorum , & unius Venatoris , ut deponunt Ultra quòd etiam isti habent suam Ecclesiam Parochialem Cochlensem, & alteram
295 finalem Fachenaugensem , ulterius adsunt alii Religiosi trium Conventum PP. Reformatorum Sancti Francisci , & nostri Monasterij Benedictoburani , omnes in Vinea Domini laborantes , & sufficientissimi in succurrendis Populis in iis, quæ Curam concernunt Animarum , ut luculentissimè retulit Vicarius Generalis Frisingensis antecessor .

Minùs subsistit, quòd Itinerantes per Viam Regiam à Tyrolo ad Bavariam necessitatem habent acceden-
296 di ad Eremitorium die festivo ad audiendam Missam; Siquidem rarissimè, & pauci ad dictum Eremitorium accedùnt, ut uno ore concludunt Testes, & quotidiè interesse possunt Missæ , sive in Mittenuald ex una parte Viæ, sive in Benedictbein ex altera Viæ parte, ut probant dicti Testes.

Observantes hic , quòd contrarium Summarium , nedum claudicat impropria, ut modestè loquamur , mutilatione multorum paragraphorum, sed etiam in
297 parum fideli traductione verborum Theutonicorum, ut gratia exempli videre est in *n. 21.* ubi verba hæc *gebur hend anthen lassen*, quorum verus, & proprius significatus est *decenter insinuare jussimus* , non sine violentia traducuntur, ibi, *competenter reprehendi mandaverimus*. Ita *in dicto contrario Summario num.* 18. in
298 traductione latina penes Eminentissimum Ponentem legitur *nimium præjudicium*, in dicto verò *Summario* impressum fuit *minimum præjudicium*; Quantùm autem inter se differant *minimum*, ac *nimium*, prout etiam *insinuare*, ac *reprehendere*, de se patet.

Cæterùm præsens Causa non disceptatur cum legitimis Contradictoribus. Etenim Eremitæ , nempè Pater Victorius Procurator Generalis, & Pater Superior Eremitarum fuerunt à dicto Episcopo Frisingensis, servatis servandis, declarati excommunicati , & publicè denunciati, necnon Eremitorium, & Sacellum interdictum, ut fassi fuerunt iidem Eremitæ ibi. *Ecclesia,*
269 *ac Monasterium subjecti fuere Interdicto , necnon dictus Pater Victorius, ac dictus Pater Bruno excommunicati , & pro executione Subdelegatus Nicodemus Samvver Camerarius, & Parochus &c. Interdictum, & Excommunicationem denunciavit &c. Foresque Ecclesiæ conclusit*. Cùmque adhuc reperiantur prædictis Censuris innodati , nullam facientes Instantiam pro necessaria Absolutione nequeunt in Judicio comparere , nisi prius disceptato de viribus Censurarum , Absolutionem reportaverint, ut advertit supradictus Celsissimus Episcopus in
300 dicta ultima sua Informatione §. 1. ibi . *Prior, una cum Patre Victorio à Sancto Augustino , Procuratore Generali , à Me fuerint justè excommunicati , & publicè denunciati, consequenter ad impetranda Rescripta inhabiles , præsertim quia de Excommunicatione in suis ad EE. VV. Precibus prorsus nullam fecerunt mentionem*, & ex dispositione *Textus in cap. Decernimus de sent. excomm. in 6. Papien. in Prax. in form. Jur. Test. §. Protestante num. 18. & seq. Rot. coram Ludovis. decis. 64. num. 3. & ibi Adden. num. 13. & cor. Buratt. decis. 83.* 301
num. 6. & dec. 536. num. 6. ibi. *Quando Excommunicatus contemnit absolvi , non debet audiri , etiamsi sit Reus*, & *numer. 9.* ibi. *Sufficit, quòd Excommunicatio fuerit incursa in una Causa , ad hoc, ut possit denegari Audientia in alia Gallef. de Oblig. Camer. quæst.* 17. *num.* 4. ubi , quòd Excommunicatus (etiam altera Parte volente) audiendus non est, & *Rot. post eumdem dec. 165. num. 1. & seqq.*

IN EADEM CAUSA.

Dubium I. An Tertiarii S. Theresiæ vigore aggregationis Congregationi B. Petri de Pisis , sint verè Regulares &c.

NEgativè videtur huic primo Dubio respondendum : Quia facultas se aggregandi Congregationi Fratrum Beati Petri de Pisis, ab Eremitis obtenta , 302
loquitur expressè , & cubitalibus litteris de Professione, 303
emittenda *juxtà primævas ejusdem Congregationis Constitutiones*, sunt verba Brevis san. me. Innocentii XII. concordantis in hac parte cum supplici Libello eorundem Eremitorum, porrecto eidem Summo Pontifici, ibi: *Desiderosi di professare solennemente l' Instituto antico* 304
di detto B. Pietro.

Quamvis autem verba Professionis eorundem concordent cum dictis antiquis Constitutionibus, uti desumptæ ex formula Professionis, quam emittere solent Religiosi primi Instituti, & antiqui rigoris ejusdem B. Petri de Pisis, ut constat ex confrontatione dictarum antiquarum Constitutionum, & illarum , quæ ab Eremitis anno 1695. impressæ fuerunt *Monachii fol. 162.* ibi: *Facio Professionem &c. secundùm regulam S. Au-* 305
gustini, & Constitutiones nostras proprias Fratrum Eremitarum primæ Institutionis , & rigoris B. Petri de Pisis. Quæ pro Laicorum ejusdem Religionis, nescientium Latinè loqui; faciliori notitia, ibidem repetuntur Germanica lingua , ibi *Nach der Regul des heiligen Augustini &c. des Ersten und Strengeren institutus des* 306
Seeligen Vatters Petri von Pisis.

Veritas tamen innegabilis ea est , quòd easdem primævas Constitutiones, illarumque rigorem nullatenus servant, quod non probamus inductionibus, & argumentis, sed sola, & simplici lectura earundem nova- 307
rum Constitutionum, quas tali attentione, & zelotypia custodierunt, & custodiunt Eremitæ, ut neque in famosis Urbis Bibliothecis reperiantur, & quod omni admiratione dignum videtur, illas neque etiam dederunt clar. memor. Card. Casanattæ, illorum , & totius Congregationis B. Petri de Pisis Protectori dicto anno 308
1694. quando illæ impressæ fuerunt, & sub cujus auspiciis, & protectione Aggregationem obtinuerunt, dum eo tempore , quo hæc scripsimus nullatenus reperiebantur in illius famosissima Bibliotheca , relicta PP. Ordinis Prædicatorum Conventus Sanctæ Mariæ supra Minervam.

In illius enim folio ita loquitur P. Petrus Paulus Salvator, tunc temporis Generalis: *Cùm præsentes Constitutione , à Nobis diligenter recognitæ , & maturè considaratæ , plenè concordare repertæ fuerint cum iis , quæ juxta primævum Beati Petri de Pisis Fundatoris nostri Institutum constrictæ (* Certis tamen Moderatio- 309
nibus adhibitis *) à Capitulo Generali , nuperrimè Romæ celebrato, approbatæ fuerunt , atque Eremitis Religionis nostræ ; per Germaniam aggregatis , ad observandum traditæ .*

Quæ longè clarioribus verbis repetuntur in procemio , ibi -- *Ita* Easdem regulas temperare studuimus , *ut nulla in substantialibus mutatione facta*, Aliquid tantùm minuerimus de rigore illo , *qui admirandus potiùs, quàm emulandus esse videbatur : Hujusmodi igitur moderatione adhibita, præsentes Constitutiones servandas proponimus &c* Necnon *in Epilogo earundem fol.* 147. 310
ibi: *Ad faciliorem observantiam pro temporum, & personarum conditione accommodata conscripsimus*.

Eee

Ecce igitur, quòd non observant primævas Con-
stitutiones ad tenorem Brevis Aggregationis, illorum-
que Supplicationis, Summo Pontifici exhibitæ, sed
circà illas multas proprio marte adhibuerunt modera-
tiones, & Temperamenta, dum adsunt integra Ca-
pita, vel omissa ex primævis Constitutionibus, vel
311 addita in novis, in quibus non sine admiratione sub
oculis haberi possunt verba illa *Epilogi in foglio* 149.
*Volumus autem, ut si circa præsentes Constitutiones ali-
qua oriatur difficultas, eundem declarare possit solum
Generale capitulum, sine cujus authoritate nullus cujus-
cumque Gradus, Dignitatis, & Conditionis quidquam
super his immutare, aut innovare minimè posse, decer-
nimus.* Diligenter observando verbo verbum illud *so-*
312 *solum Generale Capitulum*, quod omnem alium Inter-
pretem excludit ex adductis per *Corn. conf.* 167. *num.*
9. *lib.* 3. *Paris. con.* 7. *num.* 12. *lib.* 2. *Gratian. decis.*
March. 78. *num.* 28. & *Rota decis.* 507. *num.* 4. *coram*
Tamphil. & illa *Nullus cujuscumque Dignitatis*, quæ
non sunt directa ad Officiales, & Superiores Reli-
gionis, sed omnes omninò comprehendunt Personas,
neque etiam Sacris Congregationibus, & Summo Pon-
313 tifice exceptis, per ea, quæ notant *Gozzadin. consil.*
51. *num.* 23. *Tiraquell. in leg. Si unquam verb. Rever-
tatur num.* 93. *& seqq. Cod. de Revoc. donat.* & *Rota*
decis. 206. *num.* 2. *p.* 19. *rec.*

Itaut nil proinde mirum videatur, si nullum om-
ninò Exemplar earundem novarum Constitutionum
inventum fuerit in Urbe, illiusque celeberrimis Bi-
bliothecis, sed opus fuerit (Deus scit quibus modis,
& quantis difficultatibus) illud procurare ex Germa-
314 nia; Exemplar verò illud nimis attritum, nimisque
conspurcatum, in vigilia propositionis Causæ exad-
versò in manibus Cardinalis Ponentis relictum, no-
bisque benignè communicatum, paulò post statim
reperiit contrarius Defensor.

Remanet igitur manifestum, quòd Eremitæ emit-
tentes, ut ipsi asserunt, Professionem ad terminos
dictarum novarum Constitutionum, nullo modo di-
cantur veri Regulares, quia ad hunc effectum eæ-
315 dem Constitutiones deberent esse specificè approbatæ
ab Apostolica Sede, juxtà *Textum literalem in capit.*
final. de Religios. Domib. quem sequutus fui *in Institut.*
Crim. lib. 1. *tit.* 8. *de Apostas. numer.* 19. Quod de illis
Eremitarum nullatenùs verificatur, ut ex illarum so-
la, & simplici recognitione, pro qua supplica-
mus.

Et hæc est forsan ratio, quare in aliis etiam Ger-
maniæ Regionibus, non uti Religiosi, sed uti Ere-
mitæ etiam hodie tractantur, ut respectu alterius E-
remitorii, siti in Diœcesi Curien. superlativè justifica-
mus in Summario. Alias implicaret manifestam con-
tradictionem, quod Eremitæ, emittentes Professionem
per eadem numero verba in uno Eremitorio, sint
316 verè Regulares, non autem in alio; Imò hæc Sa-
cra Congregatio usque de anno 1694. mandavit di-
ctis Eremitis in eadem Diœcesi Curien. non esse per-
mittendum collegialiter vivere, cum extensione e-
jusdem Decreti, etiam quoad Eremitorium, situm in
Diæcesi Frisingen.

Ex qua resolutione hujus Sacræ Congregationis,
una cum aliis congruis responsionibus, per nos ad-
ductis, remanet abundè confutata totiès repetita æ-
dificatio Cellarum pro quatuordecim Eremitis, non
pro tribus tantum; Si enim ipsi non poterant ibi-
317 dem collegialiter vivere, parùm refert, an plures,
vel minores habuissent Cellas, seu Cubicula, quia
dantur multæ Grangiæ diversorum Monasteriorum,
in quibus cum longè majori numero Cubiculorum,
& Cellarum pauci Religiosi moram faciunt, ut est
notorium.

Ex negativa autem resolutione hujus primi Dubii,
infertur pariter negativa responsio sequentium duo-
rum Dubiorum, quia si Eremitæ non sunt verè Re-
318 gulares, non possunt habere formalem Conventum,
& multò minùs possunt in illo manere ad modum
Religiosorum in magno numero, solito in formali
Conventu; Et nihilominùs particulariter devenien-
do ad.

Dub. 2. *An constet de valida erectione formalis
Conventus; seu potiùs de erectione simplicis* 319
*Eremitorii ad Lacum Vallerseæ in
casu &c.*

Observandum est, quòd in illo non est sermo de
transformatione Eremitorii in formalem Conventum,
sed strictè, & simpliciter de valida erectione forma-
lis Conventus, eo scilicet tempore, quo ædificatum
fuit Eremitorium.

Quòd autem hoc tempore non constet de Requi-
sitis erectionis formalis Conventus, est adeò evidens,
adeòque manifestum, ut nihil clarius dici, nihilque
certius esse possit, dùm tempore constructionis Ere- 320
mitorii nullum omninò ex indispensabiliter necessa-
riis Requisitis verificatum fuit.

Non expressus Consensus Ordinarii ad literam *Con-
stitutionis* 27. *Urbani VIII.* §. 2. *in medio Bullar. nov.*
tom. 4. quam sequitur *Rota in decis.* 115. *num.* 3. *&* 321
4. *part.* 13. *rec.* Iste enim oculis corporeis non legi-
tur in contrario Summario, & piæ meditationes,
quæ exadversò in hac parte fiunt, poni possunt ad
partes, quia consensus expressus, una cum aliis Requi-
sitis Apostolicarum Constitutionum, ad nostrum ef-
fectum requiruntur pro forma, & proindè suppleri
nullatenus possunt ex contrariis discursibus, & in-
subsistentibus animadversionibus, ut in nostris termi-
nis punctualiter advertunt *Ricc. decis.* 75. *per tot. part.*
2. asserens, ita semper fuisse judicatum in Curia Ar- 322
chiepiscopali Neapolitana, *Barbos. Apostol. decis. col-
lect.* 503. *num.* 3. *Laur. de Franch. de Contr. inter E-
pisc. & regular. ad Constitut. Clem. VIII. de Monast. æ-
dífican. pag.* 111. *vers. Ad quartum*, *Donat. rer. regul.*
tom. 1. *quæst.* 2. *tract.* 1. *de Monast. ædifican. quæst.* 16.
per tot. & Novar. in Summ. Bullar. comment. 82. *num.*
2. *part.* 1.

Non præcedens certum, & reale Assignamentum,
pro congrua manutentione duodecim Religiosorum,
omninò necessarium ex adductis per *Bertacchin. Vot.* 323
dec. 124. *num.* 1. & firmatis per *Rotam in decis.* 54. *n.*
9. *&* 10 *p.* 13. *recent.* ubi plures refert, & sequitur
Summorum Pontificum Constitutiones, id expressè,
& ad literam demandantes.

Imò ad abundantiorem cautelam concludentissimè
docemus de opposito, quia ex una parte nimis tenue
Assignamentum annuorum florenorum 350. a Sereniss-
sima Fundatrice Eremitorii assignatum, vix sufficit
pro substentatione duorum, vel trium Religiosorum, 324
& ex alia parte sterilitas Territorii, ubi fundatum
fuit Eremitorium, est talis naturæ, ut vix Alimen-
ta præstare possit paucis Incolis, illud colentibus.

Non *Populi acclamatio*, à dd. Apostolici Constitu-
tionibus omninò requisita, ex animadversis per *Pi-
gnatell. consult.* 179. *num.* 20. *tom.* 1. *Card de Luc. de Re-* 325
gular. discurs. 29. *num.* 76. *& Rota decis.* 289. *num.* 9.
part. 12. *rec.* Quia ille non exhibetur exadversò, &
Nos ad oculum demonstravimus apertum ejusdem
Populi dissensum, quod confirmamus in Supplemento
nostri Summ.

Non *vicinorum Religiosorum interpellatio*, in eisdem
Apostolicis Constitutionibus præscripta, ad hoc, ut
ante omnia constet de exclusione præjudiciorum, quæ
eisdem resultare possunt ex novorum Conventuum 326
fundatione, ut notant adducti per *Pignatell. consult.*
179. *num.* 51. *tom.* 1. *& Rota decis.* 356. *num.* 17. *coram*
Royas, *& decis.* 553. *num.* 6. *cor. Cerr. & decis.* 115. *n.*
7. *part.* 13. *rec.* Quia ista neque etiam exadversò al-
legantur, & Nos concludentissimè docemus, illos non
fuisse unquam interpellatos, vel auditos.

Non demum *consensus Rev. P. Abbatis Monasterii
Benedictoburani*, in cujus Fundo, & libero Territorio
existit Eremitorium, uti ædificatum intra limites Pa-
rochiæ Cochlensis, quæ regitur à præfato Abbate,
ejusque Monachis, & cujus quidem consensus omni- 327
nò requirebatur per ea, quæ advertunt adducti à *No-
var. in Summ. Bullar. part.* 2. *comment.* 87. *numer.* 1. *&*
seqq. Cardinal. de Luca de Regular. disc. 1. *num.* 69.
vers. Tertiò Parochi, & resolvit *hæc Sac. Congr. in Cu-*
septina

sentina Conventus 31. *Augusti* 1695. *&* 27. *Novembris* 1697. *ad Relationem Card. Petruccii*, de qua in *Tom.* 7. *part.* 1. *discept.* 15.

Omnia hæc videntur ad oculum excludere erectionem formalis Conventus, exadverso prætensam, eò quia ad illam omnia ista Requisita copulativè debent concurrere, ex supra animadversis, & tamen comprobantur ulteriùs ex intentione Serenissimæ Fundatricis, unicè directæ ad fundationem parvi Eremi-
328 torii *pro duobus Sacerdotibus, & uno Fratre laico*, cujus intentionis habemus Testes, omni exceptione majores, Vicarium Generalem Frisingen. in Relatione, ad hanc Sacram Congregationem transmissa die 5. Decembris 1686. necnon duos Imperatores; Itaut de hac veritate nefas sit ampliùs dubitare.

Quod si in re, adeò evidenti, evidentior exadverso desideretur demonstratio, illa ex eo ad oculum resultat, quòd Eremitorium non fuit constructum pro, Eremitis, uti Fratribus Hieronymitanis, sed pro eisdem, tanquam Tertiariis Sanctæ Theresiæ, ut est in facto innegabile; Cumque neque etiam ipsi asserant, tunc temporis uti Tertiarios Sanctæ Theresiæ emisis-
329 se solemnem Professionem, palpatur manibus, eodem tempore non posse dici, quòd constaret de valida erectione formalis Conventus, quia implicat in terminis asserere, quòd detur Conventus formalis, & in isto Religiosi non emittant solemnem Professionem, ut Consideranti patet.

Non attentis contrariis animadversionibus; Iste enim potiùs comprobant nostrum assumptum, quia non respiciunt primam erectionem Eremitorii, de qua loquitur nostrum Dubium, sed illius prætensam transfor-
330 mationem in formalem Conventum, de qua, uti extra Dubium, nulla adest necessitas aliqua hodie superaddere iis, quæ supra deducta fuerunt, solidis fundamentis innixa.

Tertium Dubium An, & in quo numero debeant in eo commorari Religiosi, seu Eremitæ.

Ad servandum Juramentum, sub Sacerdotali fide,
331 & Dignitate ab Eremitis emissum, *de non excedendo in æternum in Eremitorio*, de quo disputamus *numero duorum Sacerdotum, & unius, vel ad summum duorum laicorum Fratrum*, parùm videtur immorandum pro ne-
332 gativa præsentis Dubii resolutione; Proposito enim ista; *Pacta servabo*, fuit vox Dei in ore Prætoris, ait *Bald. in rubr. de Constit.* quem refert, & sequitur *Rocc. select. interpret. cap.* 78. *sub num.* 6. Atque nihil exorbitantius audiri, imò excogitari potest, quàm à religiosis Viris, seriò, & rotundè, atque sub Sacerdotali Dignitate, & fide assecurantibus D. Abbatem, totamque Communitatem, & Viciniam Vallerseæ, quòd
333 in æternum non sint excessuri numerum duorum Sacerdotum, & unius Fratris laici, neque aliquid se facturos, vel permissuros in contrarium; Et deinde omnem movere lapidem ad hoc, ut contrarium, nedum permittatur, sed positivè, præcisè, & strictè demandetur, ut patet ad sensum.

Non attenta animadversione, quòd plures, quàm duo, Religiosi, moram facientes in Eremitorio Vallerseæ, ordinati fuerint à Celsissimo Episcopo Frisingæ; Quia non exinde sequitur, illos omnes ordinatos
334 fuisse præcisè pro d. Eremitorio, sed ex eo, quia tunc temporis in illo moram faciebant, quo casu ordinari omninò debebant ab eodem Episcopo Frisingen. in cujus Diœcesi existere asseritur Eremitorium. Et si hoc argumentum aliquid probaret, in omnibus Monasteriis, & Conventibus Urbis opus erit ampliare Dormi-
335 toria, multiplicare Cellas, & quadruplicare Refectoria, ex quo in illa quolibet anno innumeri ordinantur Religiosi, in eadem Urbe moram facientes, qui deinde ad alia Monasteria, & Conventus propriæ, & aliarum Provinciarum transmittuntur, ut est notorium.

Ejusdem insubsistentiæ est alia reflectio, innixa assertis Hereditatibus, relictis Eremitorio; Quidquid enim sit de illarum opulentia, & subsistentia, quæ non benè compatitur cum iis, quæ leguntur in contrariis Scrituris, ibi -- *Ac Eleemosyna manuali sex Missarum; qua in illis Partibus non deficit*, *estque annuatim in totum* 500. *aliorum florenorum*, *ultrò sufficiunt pro manutentione* 336
dd. Religiosorum -- Si enim in facto subsistentiam aliquam haberent dd. magnificatæ Hæreditates, pro Eremitarum manutentione, non esset opus recurrere ad eleemosynas Missarum pro ingenti summa annorum flor. 500. ad ostendendum congruum assignamentum absque Vicinorum præjudicio, quod superlativè resultat ex eo, quòd eleemosynæ illæ Missarum, quas ante- 337
hac obveniebant Locorum vicinorum Parochis, & Vicarii, hodiè præoccupantur ab Eremitis, oblitis verbis illis -- *sine vestro, & ullius Hominis dispendio, vel jactura* -- cum quibus gratiosè admissi fuerunt.

Hoc unum est indubitatum, quòd numerus Religiosorum in nostro Eremitorio non est regulandus ab eo, quod postea evenit, sed ex jurato pacto, & fide, sub Sacerdotali Dignitate ab Eremitis data, *de non ex-* 338
cedendo in æternum numero duorum Sacerdotum, & unius Fratris laici, à quo moti duo Religiosissimi Imperatores, re maturè cognita, ad talis pacti observantiam eos coegerunt, & meritò; Juramentum enim magna addit vim, & efficaciam actui illi, cui adjungitur, 339
juxtà doctrinam *D. Thomæ* 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 8. *ad secundum*, cum aliis apud *Suarez. lib.* 2. *de Jur. cap.* 3. *per tot.* Itaut non desint Theologi, & Canonistæ, asserentes, obligationem servandi Juramentum excedere obligationem servandi Votum, ut videre est apud *Medin de Sac. Homin. continent cap.* 22. *&* 23. *per tot.* 340
quem sequutus fui in meo *Tract. de Livell. cap.* 22. *§. unico num.* 15.

Quartum Dubium An constet de devastatione Molendini.

Dubium hoc supponit per necessarium antecedens 341
illius perfectionem, & terminationem ex regula, de qua *Rot. cor. Cerro decis.* 723. *num* 6. *& in Derthusen. Jurisdictionis* 26. *Aprilis* 1694. *§. Et his accedit cor. Ca-* 342
prara inter alias hodie impressas coram eodem la 213. *num.* 24. Et tamen illa exadverso nullatenus probatur, & concludentissimè ex hac parte excluditur, nedum ex Testibus, adductis in Summ. quibus, uti deponentibus 343
de re, ipsis nota, rationibus ab eisdem allegatis, & frustrà hic repetendis, omnis adhibenda est fides per ea, quæ observant *Odd. consil.* 21. *numer.* 9. *Simon. de Pret. de Interpret. ultim. Volunt. lib.* 4. *interpret.* 1. *dub.* 7. *numer.* 48. *Pacion. de Locat. & conduct. cap.* 29. *numer.* 74. *& Rota dec.* 69. *num.* 9. *cor. Ansaldo*; Sed etiam ex Testibus, exadversò inductis, datisque in contrario Summ. ibi -- *Molendinum verò ipsum, nondum inibi constitutum, sed adhuc locus vacuus fuerit* -- qui uti ab Eremitis inducti, contra ipsos plenam faciunt probationem, ex firmatis per *Rot. in dec.* 838. *num.* 70. *cor. Cer-* 344
ro, & decis. 69. *num.* 10. *cor. Ansald. & decis.* 72. *num.* 3. *part.* 15. *& dec.* 35. *nu.* 4. *part.* 19. *rec.* Ad evitandam verò prolixitatem, supplicamus in hac parte Informationis loco recognoscere primam Relationem Celsissimi Episcopi Frisingensis sub die 26. Augusti 1712. per extensum impressam in fine.

Quintum Dubium An, & ad quæ damna teneantur, & in quas pœnas inciderint Devastantes, & Mandantes. 345

Corruente, ex animadversis in antecedenti quarto Dubio, fundamento d. prætensæ devastationis Molendini, non est opus aliqua superaddere circa præ- 346
sens Dubium, ex regula, de qua *Rota dec.* 584. *num. decimo secundo cor. Dunoz. jun. & dec.* 274. *num. undecimo part. decima septima rec. & in Firmana Jurisdictionis* 10. *Maii* 1700. *§. Sed quatenùs cor. Molines.*

Sextum

Sextum Dubium An constet de prohibitione vendendi res venales, aliaque præstandi Eremitis pro eorum necessaria substentatione; & quatenùs affirmativè.

Septimum Dubium, An, & in quas pœnas inciderint Prohibentes.

Ex decem, & septem Testibus, adductis in Supplemento Summ. adeò clarè constat de insubsistentia dictæ somniatæ prohibitionis, ab Eremitis, non sine totius Germaniæ admiratione, in Urbe, & coram hoc Sacrosancto Senatu gratis exageratæ, ut nihil aliud in hac parte supersit, quàm rogare, pro benigna lectura dd. Testium, loquentium de facto proprio, deque re, ipsis, totique Viciniæ notoria, itaut pro-
349 inde omnem mereantur fidem, sive attendatur illorum numerus, per ea, quæ observant adducti *in dec.* 135. *num.* 7. *cor. Merlin. & dec.* 408. *num.* 70. *coram Bich. & decis.* 17. *num.* 13. *part.* 18. *rec.* Sivè ex quo nullam sperant utilitatem ex affirmativa, vel negativa Dubiorum resolutione, ut advertunt *Roland. consil.* 38. *num.* 38. *& seqq. lib.* 1. *Menoch. de Præsum-*
350 *pt. lib.* 5. *præsumpt.* 20. *num.* 48. *& Rota decis.* 17. *n.* 10. *apud Merlin. de Pignorib. & dec.* 747. *numer.* 23. *par.* 18. *rec.*

Unica verò restrictio, quæ à tempore immemorabili semper viguit, & meritò etiam hodie viget, in hac parte ea est, quòd Negociatoribus Piscium Lacus Vallerseæ quolibet anno iniungitur, ut, provisis priùs Monasteriis Benedictoburano, & Schletdorfensi de Piscibus, uti Dominis dicti Lacus, postea omnibus aliis illos liberè vendant, dando in hac parte
351 Eremitis prælationem, ut deponunt dicti 17. Testes *Monasteriis Benedictoburano, & Schletdorfensis provisis, ante quoscumque alios Eremitis subministrant necessarios Pisces* -- Quanta autem impropriętate hujusmodi antiquissimum solitum vocatur exadverso modus, ut Eremitæ fame pereant, ut dictum fuit his verbis -- *Et quantum fuit ex parte Benedictinorum, nil intentatum præterierunt, quòd fame perire cogerentur nostri Religiosi*: nemo non videt, quia præscindendo, etiam
352 ab immemorabili consuetudine, in hac parte vigente favore nostri Monasterii, necnon à simili solito, in toto Orbe practicato à Dominis, consonum est omnibus Juris principiis, ut Dominus, indigens pro sui congrua substentatione fructibus rei suæ, circa illos omnibus
353 aliis prælationem habeat, ut sequendo *Text. in leg. prima Cod. de Metall. lib.* 11. ubi *Glossa verb. Distrahant*, observant ibidem communiter *Repetentes*, nec non advertunt *Rip de Remed. contra pest. num.* 360. *Cavalcan. de Usufruct. sub numer.* 173. *Novar. de Gravam. Vassall. gravam.* 19. *num.* 2. *& seqq. Capil. de Baron. to.* 1. *pragm.* 1. *sub nu.* 270. *Mastrill de Magistrat. lib.* 4. *capit.* 118. *num.* 106. *& seqq. & Rot. decis.* 570. *sub num.* 2. *par.* 2. *rec.*

Habemusque in hac parte auream sententiam *Cassiodor. lib.* 1. *var.* relat. *à Scopp. ad Gratian. dec. March.* 77. *num.* 24. his verbis -- *Copia frumentorum Provincia* (copia Piscium Lacus, possemus adere in nostro casu) *debet priùs prodesse, cui nascitur, quia justius est, ut In-*
354 *colis propria fœcunditas serviat, quàm peregrinis commerciis studiosæ cupiditatis exhauriat; Alienis siquidem partibus debet impendi, quod supereſt, & tunc de exteris cogitandum, cùm se ratio propriæ necessitatis expleverit* -- ubi ad comprobandum, id esse etiam de Ju-
355 re divino, ad rem expendit verba illa *D. Pauli ad Galat. cap.* 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad Domesticos Fidei.*

Quantùm autem à vero distet, quantùmque verisimili opponatur affectatissima Informatio Vicarii Generalis Frisingen. (Deus scit, quibus artibus ex adver-
356 so procurata) super qua ferè unicè hodie restringunt Eremitæ propriam defensionem, dignenrur Sapientissimi Judicantes dictu oculi recognoscere ex iis, quæ deducta fuerunt supra. Etenim ibidem usque ad evidentiam ostendimus, neque syllabam ejusdem Informationis veritati cohærere, atque in illa adesse tot contradictiones, tantasque insubsistentes assertiones, nec non gratuitas veri palliationes, ut si in Scholis esset adducendum exemplum alicujus Relationis
Episcopi, vel Vicarii Gen. prorsùs insubsistentis, om- 357
nique ex parte clandicantis, eadem Vicarii Gener. Frisingensis Relatio congruè adduci posset, ut in simili ad rem advertit celeberrimus Benedictinæ Familiæ Alumnus in Libro, cui titulus *L. R. fol. mihi* 100.

Quoad prætensam Professionem, & exageratam Aggregationem, repetimus, illam non correspondere Instantiæ Eremitarum, petentium Aggregationem, minùsque intentioni Summi Pontificis sanct. mem. Innocentii XII. illam concedentis, quia Eremitæ institerunt pro facultate *di professare solennemente l' Istituto antico del B. Pietro di Pisa*, falsò supponentes Card.
Casanattæ *di osservare volontariamente l' antico, e rigo-* 358
roso Istituto di d. Beato Pietro di Pisa, ut iste de mense Augusti 1696. exposuit Sacræ Congregationi Concilii & Summus Pontifex Gratiam concessit, emittendi Professionem, *juxtà primævas Constitutiones Congre-*
gationis Beati Petri de Pisis, quòd hodie nullatenùs 359
practicant Eremitæ, asserentes, emittere Professionem juxtà Constitutiones, Monachii impressas anno 1697. ab eis relictas in manibus Ponentis, quæ toto Cœlo distant à Constitutionibus antiqui Instituti, dum illas temperarunt, & moderati sunt ad eorum libitum iidem Eremitæ, idque proprio marte, & absque approbatione
Apostolicæ Sedis; In quibus terminis, & circumstan- 360
tiis, ad probandam veram qualitatem religiosam, nulla vis facienda est in ass. Professione, ad illarum terminos emissa, juxtà *Textum literalem in cap. fin. de Relig. Domib.* de quo latè supra.

Ea, quæ gratis ubique asseruntur de Animarum fructu, deque Fidelium ædificatione, postquam Eremitæ
construxerunt Eremitorium in Lacu Vallerseæ, desti- 361
tuta sunt omni legali probatione, omnique veritatis fundamento, ex latè animadversis supra.

Et mirum certè videtur, quòd etiam hodie non cessent iidem Eremitæ, *illas justificari ex fasciculo Literarum, in manibus Card. Ponentis*, postquam pluriès exclamavimus adversùs talem novam, & inauditam praxim, impeditivam propriæ defensionis, omissa regia via, per quam quotidie incedunt omnes probati Curiales, exhibendi Originalia justificationum in Secretaria, & illarum copias in Summariis.

Crescitque exorbitantia, dum Eremitę talem improprium modum practicare non desinunt, etiam, postquam Celsiss. Episc. Frisingæ adversus illum solemnissimè
protestatus fuit, & protestatur, in Relatione, trans- 363
missa die 9. Decembris 1712. his verbis: *Contra cunctas Literas, & alia Instrumenta, quæ producere Eremitæ non sunt ausi, sed copiosè in manibus Eminentissimi Ponentis esse asserunt, tanquam meritò suspectus, solemnissimè protestor*: Subjungentes proinde, tales assertas epistolas, uti extra Acta, & consequenter extra Mundum, non esse habendas in aliqua consideratione,
juxta vulgaria axiomata, de quibus *Ridolph. in prax.* 364
p. 1. *cap.* 6. *num.* 13. *& Rota decis.* 56. *num.* 8. *cor. Triolo.* Atque relinquentes aliis ponderandum, an id practicent Eremitæ ex illo motivo, quòd his verbis lepidè descripsit *Card. Pallavicin. nell' Istor. del Concil. lib.* 11. *cap.* 16. *numer.* 7. *Maniera eccellente per non poter essere convinto di falsità.*

Æque insubsistenter gratis supponitur, Eremitorium esse destinatum pro Conventu Novitiatus, dum de tali destinatione nulla exhibetur concludens justifica-
tio, & consequenter illatio, quæ tali insubsistenti 365
præsupposito ibidem fit, quòd proindè negari non possit, esse verum Conventum, de se corruit, ut Consideranti patet.

Non est verum, quòd hodie non agamus de Con-
ventu erigendo, sed de jam erecto ab annis 25. quia 366
hoc est solemne, & voluntarium æquivocum; Ab annis enim vigintiquinque, seu anno 1688. non fuit erectus Conventus aliquis, sed simplex Eremitorium
pro duobus Sacerdotibus, & uno Fratre Laico, quod 367
nec etiam ex adverso controvertitur, dum prætensio contraria tota vertitur circa transformationem ejusdem Eremitorii in formalem Conventum post Aggrega-

gregationem, quæ transformatio nullam habet sub sistentiam ex animadversis supra.

Eadem verò transformatio multò minus prætendi potest ex Incolarum exagerata indigentia circa spiritualia; Diximus enim, & constanter repetimus cum juratis Depositionibus decem septem Testium
368 Incolas omnes exclamare adversùs Eremitarum prætensionem, numerique augumentum, illisque sufficere unum Sacerdotum, quòd in rei veritate palpatur manibus, ex quo ex una parte in Vicinia Eremitorii non adsunt nisi sex Domus, quinque Piscatorum, & una Venatoris, ex alia vero reperiuntur tres Ecclesiæ, Sancti Jacobi nimirum, Sanctæ Margaritæ, & Sanctæ Annæ, in quibus in toto anni decursu multa celebrantur Anniversaria, fiunt Christianæ Doctrinæ expositiones, & omnibus festivis die-
369 bus celebrantur Missæ, itaut neque etiam in magis Civitatibus verificetur similis facilitas audiendi Sacrum, & interessendi Divinis Officiis, ut scilicet pro sex Domibus, seu verius Tuguriis, adsint in promptu sacrificia in tribus proximis Ecclesiis.

Pari infelicitate pro demonstrando vero Conventu recurritur, ad materialem Fabricam Eremitorii, quę eadem est hodie, quæ ab initio constructa fuit; Si
370 enim ab initio innegabile est, quòd fuit constructum simplex Eremitorium, & tale permansit, in sensu etiam contrarij Defensoris, usque ad exageratam Aggregationem, quali verisimilitudine prætendi potest ab initio verus Conventus ex sola materiali structura?

Observando ulteriùs, quod anno 1694. & sic post multos annos ab Eremitorii conductione, ex Oraculo hujus Sacræ Congregationis Eremitæ neque etiam poterant in Eremitorio collegialiter vivere; Implicat proinde manifestam, & palpabilem con-
371 tradictionem, quòd detur versus, & formalis Conventus, quòdque in illo moram facientes non possint vivere collegialiter, neque proinde sint veri Regulares, ut patet ad sensum, & ultrò admittitur in contraria Scriptura ubi prætenditur Eremitas fuisse effectos tales post prætensam Aggregationem. Sunt hæc adeòque clara, ut mirum certe videatur, quòd, adversùs omnem verisimilitudinem, omnem-
372 que probabilitatem, prætendatur qualitas formalis Conventus à novo genere probationis, innixæ materiali Fabricæ Eremitorii Præcipuè, quia, admittitur ulteriùs, quòd tempore constructionis Eremitorii illius Fundatrix intentionem habuit illud erigere pro duobus, aut tribus Eremitis.

Transit contrarius Defensor ad demonstrandam qualitatem formalis Conventus ex approbatione, seù Licentia Episcopi Frisingen. atque, tanquam ex Cathedra, ibidem loquens asserit, quòd Nos erremus in facto, & in Iure; In facto, negantes talem consensum; In Iure verò, asserentes, illum non solùm
373 debere esse expressum, sed ulterius debere præcedere Conventus erectionem, mordicus insistens in prętensione, & quod magis est gratis asserens, omnes Doctores concludere, satis esse Licentiam subsequi, atque admitti tacitam.

Videamus igitur, an hujusmodi magnificati er-
374 rores verificentur; Vel potius an manibus palpetur oppositum.

Pro eo, quod respicit errorem facti, categoricè respondet contrarium Summarium, in quo talis consensus, seu Licentia nullatenus legitur. In hac autem parte, ubi opus est factus, non juvat recur-
375 rere ad verba, & ad pias meditationes, juxta fatis nota principia apud *Barbos. axiom.* 222.

Respectu verò erroris Juris cum doctissimo Fagnagno, in his materiis versatissimo distinguendi sunt quinque tempora, ut ipse facit in *capitulo Non am-*
376 *plius a numero* 55. *usque ad numero* 71. *de Instit.* circa licentiam Apostolicæ Sedis, & Ordinariorum pro valida, & licita novorum Conventuum fundatione.

Primum tempus est illud Juris communis, quo attento procedunt exadversò consarcinata, quod sufficiat tacita Licentia Ordinariorum, quòdque ista pos-
377 sit subsequi Conventuum seu Monasteriorum fundationem.

Secundum tempus est illud Constitutionis Bonifacii VIII registratæ in *cap. unico de Excess. Prælator. in* 6. ubi præter illam Ordinariorum, pro funda- 378
tione novorum Conventuum determinatur, necessariam esse specialem Sedis Apostolicæ Licentiam.

Tertium tempus est illud Sac. Concilii Tridentini, quod in *cap.* 3. *in fin. sess.* 25. *de Regular.* statuit, Monasteria, & Conventus, tam Virorum, 379
quàm Mulierum, erigi non posse *sine Episcopi, in cujus Diœcesi erigenda sunt, licentia*, prius *obtenta* observando verbum illud *Priùs*, quod absque ulla glossa denotat Licentiam non posse subsequi.

Quartum tempus est illud *Constitutionis* 99. *Clementis VIII. & Constitutionis* 37. *Gregorii XV.* necnon *Constitutionibus* 27. *Urbani VIII.* in cuius §. Secundò *dicitur* — *nisi de* Expressa *Ordinariorum licentia*: Obser- 380
vandum etiam hic verbum illud *Expressa*, quod absque ulla glossa excludit litteraliter tacitam, & præsumptam Ordinariorum Licentiam.

Quintum denique tempus est illud *Constitutionis Instaurandæ* Innocentii X. in qua multa præscribuntur circa Conventus, jam erectos, & numerum Re- 381
ligiosorum, qui in illis morari possunt. Quæ tamen, ut observat *Fagnan ubi suprà à num.* 71. *in fin.* nondum egressa est fines Italiæ, & Insularum adjacentium.

Ex quibus palpatur manibus, quòd hodiè ad validam erectionem formalis Conventus Ordinariorum Licentia debet esse expressa, debet præcedere Conventuum fundationem, quod non probamus præsumptionibus, & coniecturis, sed authoritate illa, quam maxi- 382
mam, & necessariam vocat, *Cardin. de Luc. de Benefic. disc.* 89. *sub num* 2. *vers. sed meliùs*, & concordat *Rota in Legionen. Parochialis* 11. *Novembris* 1693. *§. Non obstante coram Pio, & in Mindonien prætensæ observationis Constitutionis prima Martii* 1706. *§. Verum ex hoc coram Ansaldo*, nempè ex Papali Constitutione, & ex Generalis Concilii Decreto, de quibus suprà.

Recursus autem ad Benedictionem primi lapidis, ad colorandam hujusmodi præcedentem Frisingen. Episcopi Licentiam, est somnus vigilantium, quia ille non regit in facto, ex probatis supra, Et non relevat in Jure, ex quo, ut sæpè, sed nunquam satis, 383
diximus, semperque opportunè repetimus, primus lapis fuit benedictus pro Eremitorio duorum Sacerdotum, & unius Fratris laici, seu Tertiarorum Sanctæ Theresiæ, non autem pro asserto Conventu Eremitarum, post multos annos à dicta Benedictione primi lapidis, & perfectæ Fabricæ, aggregatorum Congregationi B. Petri de Pisis.

Eò igitur ipso, quòd talis expressa, & præcedens Licentia in nostris terminis non ostenditur, remanent de subjecto non supponente omnia, exadversò exa- 384
gerata, & Doctores exadversò adducti, loquentes in terminis antiqui Juris communis, dici possunt allegati ad ornatum Urbis, ut ae rem lepidè observat *Sperell. dec.* 138. *n.* 57.

Idem verò *Fagnan. in dicto cap. Non ampliùs numer.* 66. *in fin. de Instit.* nunquam somniavit asserere, hodie esse inconcussam praxim hujus Sacr. Congregatio- 385
nis respondere pro validitate erectionis Conventus, jam erecti, etiamsi debitæ Licentiæ deficiant, ut gratis ubique dicitur exadversò. Sed loquendo de Jure antiquo, asserit sustineri erectionem Conventuum cum sola Licentia Ordinariorum, quod quantùm verum est, Jure antiquo attento, tantùm est hodie in- 386
subsistens, attentis dd. Constitutionibus Bonifacii, Clementis, & Urbani VIII. necnon Greg. XV. de quibus supra.

Aliæ piæ meditationes, & signanter retentio Venerabilis, nullam habent connexionem cum fundatione verorum Conventuum, neque verum est, *quòd talis retentio Venerabilis solis Ecclesiis parochialibus, & Regularium indulgeatur*, quod est adeò patens, adeòque evidens in omnibus Civitatibus, & præcipuè in Urbe, ut mirum certè videatur, quòd ad has extremitates habeatur exadversò recursus, ad colorandam veri Con-

ven-

ventus fundationem, seu ad transformandum Eremi-
388 torium in formalem Conventum, nullo concurrente, nulloque probato Requisito, ex omnibus illis, quæ, ad tenorem Apostolicarum Constitutionum, debent concurrere.

Circa Informationes, necessariò capiendas ab Episcopis, respectu congruæ manutentionis Religiosorum, qui de novo formalem Conventum erigere prætendunt, asseritur exadversò, illam non esse refrican-
389 dam hodie post lapsum annorum 25. à die, quo fundatus asseritur Conventus Eremitarum, sed hæc à Dialecticis vocatur petitio principii, quia de hac fundatione veri Conventus unicè hodie quærimus, & exclusio talis qualitatis ab annis 25. exadverso, ad nauseam usque inculcatis, & magnificatis, est adeò evidens, adeoque palpabilis, ut in pluribus locis contra-
390 riæ Scripturæ ultrò admittatur, dum in illa cubitalibus literis non semel asseritur, Eremitas ante Aggregationem non fuisse veros Regulares ex deficientia emissionis trium Votorum solemnium.

Respectu consensus, seu acclamationis Populi, & Incolarum, circa quam multa gratis ubique exadversò asseruntur, ultrò admittendo deficere talem consensum, & acclamationem Populi, prætendendo, illum potuisse suppleri ab Episcopo Frisingen. Dicimus ità discurrere, esse pulverem ante oculos projicere,
391 ne veritas triumphet. In facto enim constans est, quòd Incolæ, seu Habitantes propè Eremitorium, si paucos, ut ita dicam, excipiamus palmos Situs, circa quem constructum est, omnes subjecti sunt Celsissimo Episcopo Augustano, qui, eorum meritis ita exigentibus Eremitas à sua Diœcesi eliminavit, eorumque Eremitorium à fundamentis destruxit, quod practicarunt etiam Episcopi Tridentinus, & Brixinensis,
392 Quomodo igitur poterat idem Episcopus Frisingen. vel exquirere consensum Incolarum diversæ Diæcesis Augustanæ, ipso Episcopo Augustano invito, destruente Eremitoria, in sua Diœcesi jam fundata, vel supplere talem consensum, negatum ab illis, qui non erant sui Subditi?

Argumentum, fundatum in vera qualitate Regularitatis, ex qua prætenditur inferri, quòd implicet,
393 esse verè Regulares, & non habere verum Conventum, non subsistit in facto; & non relevat in Jure.

Non subsistit in facto, quia ex deductis circa primum nostrum Dubium, qualitas verorum Regularium non verificatur respectu Eremitarum, emittentium Professionem cum Constitutionibus, proprio mar-
394 te moderatis, & temperatis, non autem cum illis antiqui rigoris B. Petri de Pisis, cujus Congregationi fuerunt aggregati.

Neque relevat in Jure, quia per insubsistentem hypothesim admisso, sed nunquam concesso, quòd Eremitæ dicerentur veri Regulares, sat esset, quòd in unico tantùm Loco verificaretur qualitas formalis Conventus, quàm ipsi exagerant respectu unius in Loco
395 Kirchbach, & alterius in Loco Ortempurg, à Principe de Porzia pro ipsis fundatorum ut ipsi asseruerunt in eorum Responsione, huic Sacr. Congregationi distributa die 2. Septembris 1712. ubi adversus propositionem illum æternæ veritatis, quæ habetur Ecclesiast. 11.30. illa legitur curiosa propositio, quòd tales fun-
396 dationes sequutæ fuerint *non alia de causa, quam habendi corpus P. Honuphrii*; Semperque in hac parte urgerat illa reflexio, quòd videmus quotidie, & ubique multa Hospitia Religiosorum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, in quibus existunt veri Regulares, & tamen eadem Hospitia non sunt
397 veri Conventus. Igitur nihil concludi argumentum; Aliqui veri Regulares moram faciunt in aliquo Loco; Ergò Locus iste est verus Conventus.

Nimisque in hac parte stringere videtur innegabile illud Eremitarum factum, omnium oculis expositum in Comitatu Tyroli, & propriè in Loco, appellato Josephbergh in Vorst, Curiensis Diœcesis, ubi Eremitæ Congregationi Beati Petri aggregati anno millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, necnon emittentes Professionem per eadem numero verba, quibus illam emittunt Eremitæ in Loco Vallersee, atque viventes cum iisdemmet Constitutionibus, im- 398
pressis Monachii anno 1697. nunquam excitarunt prætensionem, vel somniarunt asserere, se esse veros Regulares, vel eorum Eremitorium esse formalem Conventum, sed habentur, & considerantur, uti simplices Eremitæ, juxta authenticum, & irrefragabile do- 399
cumentum, exhibitum in Summario. Igitur Aggregatio non habuit efficaciam mutandi Religiosos de Eremitis ad veros Regulares, multoque minùs transformandi Eremitoria in formales Conventus, idque ex diversitate Constitutionum, quas ad sui libitum temperarunt iidem Eremitæ.

Supplicantes hic præ oculis habere hanc essentialem facti circumstantiam, quia ex contraria prætensione illud verè intolerabile, ac monstruosum sequeretur absurdum, quòd unus ex Eremitis moram fa- 400
ciens in Eremitorio Vallerseæ esset verè Regularis, transiens verò ad Eremitorium Josephbergh desineret esse talis; E contra verò Eremita, moram faciens in Eremitorio Josephbergh non esset verè Regularis, esset verò talis, quando se poneret in itinere versus Eremitorium Vallerseæ; Quæ quantùm impropria sint, de se patet, quia hoc modo non solemnis Professio 401
in Religione, à Sede Apostolica approbata, faceret Monachum, sed solum, & merum accidens permanentiæ potiùs in uno, quàm in alio Loco, quo nihil exorbitantius dici, nihilque monstruosius potest excogitari.

Quoad tertium Dubium, concernens numerum Religiosorum in Eremitorio de quo disputamus. Videtur in hac parte superabundare fundatum Judicium 402
Celsissimi Episcopi, & duorum Augustissimorum Imperatorum, causa cognita, reducentium Eremitas ad ternarium numerum, juxta eorum replicata Juramenta.

Quo demum ad alia posteriora Dubia, circa ea, quæ respiciunt veram facti historiam Supplicantes illam desumere ex ingenua Relatione Celsissimi Episcopi Frisingen. sub die 26. Augusti 1712. in ejus secunda parte per totam in fine registrandam, idque ob illam magnam fidem quæ omni Jure meritò debetur in similibus Episcoporum Relationibus, sive attenta qualitate sacrosanctarum illarum Personarum, quas Spiritus Sanctus posuit regere suas Ecclesias; Sive verisimili illa notitia, quam in nostris terminis habent, per ea, quæ notant adducti in *Florentina Quartæ Funeralis* 1. *Decembris* 1704. §. *Tertiò coram* 403
Molines, *& in Pampilonen. Exemptionis* 25. *Junii* 1706. §. *Vel si ad omne cor. Ansaldo*; Circa verò ea, quæ concernunt insubsistentiam omnium contrariarum criticationum illa clarè desumitur ex hucusque animadversi,

EMINENTISSIMI PATRES.

URgente *conscientia*, *omni*, *qua par est*, *reverentia*, *ex officio humillimè comparet ante Eminentias Vestras Ordinarius Frisingensis*. Cùm enim jam ante aliquos menses ab Eminentiis Vestris ad instantiam Prioris, ut vocant, & Eremitarum ad Lacum Valerseæ Diocesis meæ, meo Vicario Generali fuisset commissum, ut in Causa inter Abbatem Magnum Ordinis Sancti Benedicti; & Conventum ejus Benedictoburanum ex una, & memoratos Eremitas ex altera parte, agitata, auditis prius Partibus, interesse habentibus, Informationem unà cum Voto suo, ad Eminentias Vestras transmitteret, *ipsique memoratam informationem, mi-* 404
nus tamen genuinam, & non auditis Partibus, nec actibus lustratis, me quoque inscio, transmisissent contra utrosque, tam Vicarium scilicet meum Generalem, quam contra Eremitas, Rescriptum Eminentiarum Vestrarum impetrantes, solemniter excipere, ac protestari æquum duxi. Contra Eremitas quidem, quòd nominatus in Libello eorum prior, una cùm P. Victorio à S. Augustino, eorumdem per Germaniam Procuratore Generali à Me *fuerint justè excommunicati, & publicè denunciati, consequenter ad impetranda Rescripta inhabiles, præsertim quia de Excommunicatione in suis ad Eminentias Vestras Precibus prorsùs nullam* fece-

fecerunt mentionem. Contra Vicarium meum Generalem verò, tum quia, dum hæc Causa in Curia mea ageretur, Partibus interesse habentibus, ex varia causa *non tantùm suspectum se redidit, sed etiam, dum, sententia ferenda esset, se absentavit*, indeque fecit, ut Ego in Persona, sententiam tulerim tum quia, uti dictum informationem suam non habitis, minus debitè lustratis Actis, (*fatetur enim in sua informatione, se Acta non habuisse, & rogat, quatenus mandetur, ut eidem tradantur*:) *& Partibus interesse habentibus*, *nec citatis*, *nec auditis*: (& si Eminentiæ Vestræ id ei mandarint:) Me quoque qui sententiam, ut Judex à quo tuli, inscio & inaudito *informationem suam minùs genuinam*, *utpote Actis*, *&* „ *factis per plura difformem*, *malè informatus dederit*. Ve„ rùm quia, ut *audio*, *Agens meus Abbas Lepori*, *repe*„ *titis seriis meis mandatis non ob temperans*: (cum quo „ propterea malè sum contentus:)*memoratas meas*, *easq*; „ *repetitas exceptiones*, *& protestationes Eminentiis Vestris* „ humillimè tradere omisit, indèque contingit, quòd alicui alteri, vel Nuntio vel viciniori Episcopo, vel mihi, tanquam Judici à quo informationis negotium, prout humillimè petebam, non fuerit commissum; *Hinc præfatas meas protestationes*, *& exceptiones*, *tam contra Vicarium meum Generalem*, *quàm contra Oratores Ere* „ *mitas hisce in omni debita juris forma repeto*, *& ut ali*„ *cui alteri negotium Informationis committatur denuò humillimè supplico*: Interea autem, ne ex sinistra mei Vicarii Generalis, & Eremitarum Informatione decisio, vel sententia aliqua gravissimo cum præjudicio Partium, interessę habentium, sequatur, veram, & genuinam facti speciem, ac informationem hisce ex officio transmittere præsertim, quia si pessimè utique „ *& dolo*„ *sè informantibus Eremitis*, *istis deferretur*, *non so*„ *lùm grandes confusiones*, *& perturbationes inter Re*„ *gulares ex his Germaniæ Partibus sequerentur*, *Au*„ *thoritas Ordinarii cum publico scandalo turpissimè prosti*„ *tueretur*, *& periculosi motus apud omnes Germaniç Ordi*„ *narios*, *S. R. I. Principes excitarentur*: *uti Eminentiç* „ *Vestræ ex decursu hujus veridico informationis*, *&* „ *annexa justificatione sententiæ meæ manifestæ colli*„ *gent*.

Ante omnia scire oportet, duplicem, eamque distinctam, & à se invicem independentem esse Causam,
405 quæ inter dictum Abbatem Benedictoburanum, ejusque Priorem, & Conventum ex una, ac PP. Hyeronimitanos Eremitas ad Lacum Vallerseæ, ex altera parte versatur.

Prima Causa in eo consistit, quòd dicti *Eremitæ sine consensu Reverendissimi Ordinarii*, & Partium interesse habentium, imò contra illius repetita Inhibitoria, necnon contra proprias reversales Litteras juratas ex
406 puro Eremitorio Conventum erigere, & numerum Fratrum augere attentarint, ob quę attentata memoratus Abbas illos legitimè convenit, ut infra.

Altera Causa concernit Molendinum, *quod ab istis Eremitis clam inceptam*, *ac vi continuatum*, mandante præfato Abbate violenter, ut vim vi à proprio Territorio repelleret, ex parte dirutum fuit, hinc, ut cla-
407 rè, & sine Causarum confusione procedatur, specialis de quavis Causa species facti subiungitur.

Substantialis, *& veridica ex Actis deducta facti species circa primam num. tertio positam Causam.*

F. Onuphrius à S. Vvolffgango, Tertiæ Regulæ S. Theresiæ Eremita, diu contradicentibus, tandem verò
408 ad urgentem, ac ineluctabilem, utpote severam repetitamque instantiam Serenissimæ Electricis Bavariæ, tunc temporis Marię, Antoniæ, ex indeclinabili necessitate consentientibus Partibus interesse habentibus, *obtinuit facultatem erigendi Eremitorium ad Lacum Vvalersee pro tribus Eremitis duobus videlicet Patribus*, *& uno Laico lit. A.* Illa tamen notabili cum circumstantia, quod una cum suo Co-Eremita F. Angelo à S. Augustino Partibus, interesse habentibus, per Litteras reversales jurato promiserit *se præfatum ternarium numerum non augere in æternum*, nec eleemosynan colligere velle nec permissurum, ut hoc unquam ab aliis fiat lit. D. sed non diu stetit promissis, nec diu manebat hoc statu, sed brevi, contra jurata, promissa, numerum suorum auxit.

Deinceps cùm successu temporis quædam Ordini Carmelitarum præjudiciosa moliretur, ac propterea 409
Causa Romæ examinata, habitu S. Theresiæ authoritate Apostolica privaretur, data tamen eidem facultate intrandi alium Ordinem, si suspiciatur, petiit, & obtinuit suscipi ad Tertiam Regulam Hyeronimitanorum, *postquam priùs apud alias Religiones suscipi frustra sollicitaverat* uti in notum in Curia Romana.

Ordine & habitu Tertię Regulę S. Theresię privatus & Hyeronimitanorum positus Fr. Onuphrius Eremita, cùm in Germaniam rediret, *quidam de sociis Eremiti novum institutum respuentes*, *non sine confusione ad sæculum* 410
redierunt, nonnulli verò idem fuere amplexati: qui brevi cæperunt directè ac indirectè laborare, ut numerum, quem, contra juratum suum promissum, propria authoritate jam transgressi erant, authoritate Ordinarii augere possent in suo Eremitorio, quod ut faciliùs obtinerent, ad Chorum, & alia se obtulerunt, assensumque ad hoc sub, & obreptitiè à Principe Territoriali obtentum, exhibuerunt; his conatibus primitus diu restitit; Tandem verò ad importunas quorundam instantias Partibus tamen interesse, & per juratam promissionem de non augendo numero ab istis Eremitis, sibi datam jus speciale jam habentibus, nec citatis nec auditis minùs assensum præbentibus, detulit tunc temporis Ordinarius, Reversalium in contrarium priùs juratarum vel ignaras, vel immemor, concedendo ut numero quinque, vel sex Eremitę Patres, & Fratres in dicta Eremo imposterum habitare possent, dummodo priùs per novas reversales Litteras serio promitterent, quòd numerum hunc senarium nulla ratione ampliùs augere vellent, quod ipsi promptè præstiterunt, minimè tamen observarunt.

Enim verò videntes Eremitæ, quòd primas juratas Reversales impunè transgressi sint, etiam secundas 411
transgredi attentarunt.

Ad iteratam hanc jurati promissi transgressionem serviebat eis, quòd, adepti Habitum Hyeronimitanorum, à Sede Apostolica petierint, & obtinuerint uniri Con- 412
gregationi B. Petri de Pisis, & pro futuro emittere Professionem regularem, in dicta Congregatione emitti solitam. Annuit enim petitioni Beata Sedes, data Commissione Illustrissimo Nuncio Apostolico Viennensi Tanara, ut veris existentibus narratis, Eremitas Oratores dictæ Congregationi aggregaret, ad quem finem etiam Capitulum Cathedrale Frinsingense; Sede tunc temporis vacante, dedit literas ad Illustrissimum Nuncium, addita tamen *protestatione*, *quod eos*; (utpote meros Eremitas in minori, quam duodenario numero, purum Eremitorium inhabitantes:) *à Jurisdictione sua intuitu aggregationes istius dimittere nullatenus velit*, *lit. C.*

Mandato Apostolico obtemperans Illustrissimus Nuncius, eos actu quidem, sed juxta tenorem Brevis Apostolici, & Oratorum petitionem simpliciter duntaxat 413
aggregavit, ita, ut hac Aggregatione penitus nullum Privilegium, nullaque potestas his fuerit attributa, vi cujus possent non servatis de Jure servandis, contra Constitutiones Apostolicas, vel in præjudicium aliorum, ex suo Eremitorio Conventum erigere, vel numerum Eremitarum contra juratam suam promissionem, necnon contra Jus Partibus, interesse habentibus, inde quęsitum, pro libitu augere: Imo contrarium in ipsa Aggregatione fuit statutum, & declaratum; dum Illustrissimus Nuncius Apostolicus in Aggregationis Instrumento eos nonnisi *Eremitas in Eremo*, & non in *Conventu* aut *Monasterio* habitantes, pronunciavit, & ut sequitur, decrevit: *Volumus autem*, *ut per hanc Aggregationem ab Ordinaria Jurisdictione Frisingensis*, *& Curiensis Episcoporum minimè exempti censeantur*: uti patet ex dicto Aggregationis Instrumento, lit. D. Hoc ipso enim, quòd declaret illos, tanquam *Eremitas*, & in *Eremo* habitantes, Jurisdictioni Episcoporum, non obstante Aggregatione, subiectos manere debere, manifestè indicat, eos sine vero Conventu, aut Monasterio, & sine numero duodenario, habitare oportere, eo quòd Regulares, alias exempti, Jurisdictioni Ordinarii nunquam subiiciantur, nisi in mino-

minori, quam duodenario numero, alicubi existant.

Nihilominus hac Aggregatione freti Eremitæ, sine omni præscitu & consensum Ordinarii, imò contra repetita expressa ipsius Decreta inhibitoria, necnon contra juratas reversales Litteras promissorias partibus,
414 interesse, & jus quæsitum jam habentibus, nec citatis, nec auditis, minùs consentientibus, ex puro suo Eremitorio ad Lacum Wallerseæ Conventum erigere & Fratrum suorum usque ad duodecim & ultra augere numerum propria authoritate attentarunt.

His, alijsque in grave aliorum præjudicium attentatis, in specie verò, *quod etiam Cerevisiam, superfluè praxatam secularibus in Eremitorio, quasi in popina, collocatis, copiosè, ac illicitè venderent*, nimiùm gravatæ Partes, interesse habentes, Abbas præsertim
415 & Monasterium Benedictoburanum, tam *apud Tribunal temporale, ratione damni causæ temporalis, quàm apud Me, utpote Ordinarium* Loci Instantiam fecerunt, petendo, ut hi Eremitæ; contra omnem Juris formam, in aliorum præjudicium multifariè procedentes, ad juris, & juratæ promissionis suæ observantiam adigerentur.

Cæsarea administratio, re maturissimè perpensa, & cautè examinatis, fundationis Literis meritò detulit, *decernendo, ut Eremitæ, juxta primævam concessionem, & fundationem, non nisi in numero ternario Eremum inhabitarent*, *lit. E.* Ego autem ex officio inquiri feci, &
416 verum inveni, quòd quærela proposuit, hinc etiam, tum ad Partium instantiam, tum ex officio, *mandavi Eremitis, ut excessivum numerum, & erectionem Conventus sine Ordinarij consensu, imò contra repetita Decreta ejusdem inhibitoria, consequenter contra formam Concilij Tridentini, & Constitutionum Pontificiarum, necnon contra repetitam juratam propriam fidem, cum præjudicio aliorum, attentatum, & inductum illicò reducerent.*

Cui mandato, cum minimè obedirent Eremitę, illud aliquoties etiam sub comminatione Censurarum repetij;
417 Verùm, nec his attentis, in sua inobidentia sub varijs prætextibus continuò perseveraverunt *Eremitæ, & pro sua manutenentia ad Imperatricem Viduam, ac Nuncium Apostolicum, & alios recurrerunt, indeque varias Recommendatitias mihi in sui favorem attulerunt; quibus, cùm sine læsione justitiæ, Concilij Tridentini, & Constitutionum Pontificiarum, & præjudicio aliorum, deferre non possem, ac propterea humillimè, prout debui, Me excusarem*, Eremitæ finalem, eamque sufissimam tradiderunt scripturam, qua apertè contestabantur, & prolixè probare conabantur, se numerum, quinque, vel sex Fratrum in posterum observare; nec velle, nec posse, consequenter nec teneri; Idque ideò precipuè, quòd per Aggregationem Religiosi jam effecti, saltem in numero duodenario, juxta Constitutiones Pontificias, convivere deberent; Ac propterea etiam non amplius tenerentur ad Juramentum, quod de non augmentando numero in favorem partium interesse habentium, prestiterunt, quam scripturam dum nomine omnium mihi traderet P. Victorius à S. Augustino, Procurator eorum Generalis Germaniæ, institit, ut eam tradere dignaret, non tantùm Ordinariis, meis Consiliariis sed etiam aliis Theologis, quibuscunque placuerit, dumodo non essent Benedictini; siquidem contentum se fore asserebat, quidquid alii Theologi, Causa, ac scriptura hac examinata, judicaverint. Huic petito ad abundantiam adhuc deferens traddidi memoratam scripturam una cum omnibus hujus Causæ Actis, *duob. Sac. Theologiæ, & Sac. Canonum Lectoribus jubilatis, addito mandato, ut Causam, seposito omni affectu, & respectu, indeferentissimè examinarent, & quod coram Deo sentirent, conscientiosè, ac veridicè aperirent*, qui Actis sedulò lustratis, totaque causa penitùs examinata, consideratisque considerandis, referebant, & fusè remonstrabant, manifestum videri, *Eremitas sine consensu Ordinarii contra propriam juratam fidem, ac in præjudicium interesse Habentium, eisque nec citatis, nec auditis, minùs consentientibus, ex pura Eremo Conventum erigendo, ac numerum excessivè augendo, contra formam, à Concilio Tridentino, ac Constitutionibus Pontificiis præscriptam, indeque nulliter egisse &c. lit. G.* Quo Theologorum Judicio recepto, & denuò ab aiiis examinato, & approbato, tandem Sententiam ferre decrevi; ad quam Partes citavi, & servatis a Jure servandis, in consueto Loco, propria Authoritate, & nomine, quia Vicarius meus Generalis Eremitis specialiter addictus, & abhorrens, præter morem, à Loco, & à ferenda Sententia, se absentavit:) præsentibus cunctis aliis meis Consiliariis, Sententiam tuli, & promulgavi, juxta copiam lit. H.

Vix percepta Sententia, P. Victorius à S. Augustino, Procurator eorum Generalis, illicò stante pede appellavit, & Apostolos petiit. Ego verò Appellationem 418
rejeci, allegata illa ratione videlicet, quòd *Appellationes in simili Causa essent prohibitæ à Jure, specialiter ab Urbano VIII. in Constitutione Romanus Pontifex*, ubi expressè præcipitur Locorum Ordinariis, ut formam, à Concil. Trid. & Constitutionibus Pontificiis, circa erectionem Monasteriorum, & Locorum Religiosorum, præscriptam, exactis observari facerent, *Contradictores, & Rebelles quoslibet per Censuras, Appellatione postposita, compescendo*, quam rejectionis rationem Procuratori Generali P. Victorio per scriptum Decretum indicavi, & prædictę Constitutioni conformiter sub comminatione Censurarum, & Excommunicationis in Superiorem Eremitorii, & dictum P. Victorium, ac Interdicti in Ecclesiam horum mandavi, ut, non obstante Appellatione, sub termino peremptorio 14. dierum Sententiæ latæ se accomodarent, *lit. I.* Cui cùm obedire rursus detrectarent, *& in sua inobedientia contumaciter perseverarent Eremitæ, hos tandem, trina adhuc vice etiam per ablegatum Commissarium monitos, servatisque de Jure servandis; publice excommunicavi, & Cathedra denunciari feci; Ecclesiam verò illorum Interdicto subjeci, juxta tenorem adjacentis Copiæ lit. K.*

Hæc est substantialis, & genuina facti species, ex qua utique clarè patet, quàm justè, Jurique communi, Conc. Trid. & Constitutionibus Pontificiis conformiter Sententiam tulerim, atq; contumaces censuraverim; E contra 419
quàm malè, & dictis Juribus difformiter egerint Eremitæ, ac tandem, quàm sinistrè, tam Eremitæ, quàm nimium adhærens his Vicarius meus Gener. informarint.

Nam, ut breviter adducatur justificatio Sententiæ, & Excommunicationis, à Me latæ. 420

Certum, & indubitatum est apud omnes, quòd Regulares quicunque tandem, etiam exempti, qui Conventum, vel Monasterium sine expresso consensu Or- 421
dinarii, vel Partibus, interesse habentibus, non auditis, erigere, vel in eo Religiosos pro suo libitu collocare attentant, contra formam, à Conc. Trident. & Constitutionibus Pontificiis, præsertim Clementis VIII. *Quoniam*. Gregorii XV. *Cùm aliàs* & Urbani VIII. *Romanus Pontifex* præscriptam, consequenter nulliter agant, ac propterea ad purganda, revocandaque attentata, & ad observantiam dictarum Constitutionum etiam per Censuras, non obstante, *sed postposita Appellatione*, compelli possint, ac debeant, uti clarè videre est in allegatis Juribus, præsertim verò in Constitutione Urbani VIII. ubi non tantùm expressè statuitur, ut forma, à memoratis Juribus præscripta, exactè quoad omnia servetur, sed etiam irritum, & inane declaratur, quidquid contra ea *scienter, vel ignoranter attentari contigerit*; Ac insuper præcipitur Ordinariis, ut dictam formam *ab omnibus & singulis exactè, & inviolabiliter observari faciant, contradictores quoslibet, & Rebelles per Censuras, & aliqua opportuna, Juris, & facti remedia, Appellatione postposita, compescendo.* Atqui rursùs certum, & indubitatum est ex facti specie, quòd PP. Hieronymitani Eremitæ ad locum Wallerseæ, *sine expresso Ordinarii consensu, imò contra repetita ipsius Decreta inhibitoria, & nec citatis, nec auditis, Partibus, interesse habentibus, consequenter contra formam*, à Concilio Tridentino, & Constitutionibus Pontificiis præscriptam, ex simplici suo Eremitorio Conventum erigere, ac in illo duodenarium, imò adhuc majorem Fratrum numerum propria authoritate collocare attentarent; Ergò denuò certum est, quòd nulliter egerint, & propterea revocandaque attentata, & observantiam dictarum Constitutionum, etiam per Censuras, *Appellatione postposita*, ab Ordinario Loci compelli potuerint, & debuerint.

Nec excusat hos censuratos Eremitas, quòd pro

defensione malæ suæ Causæ afferant dicentes: Imò, se consensum pro Conventu, seu Monasterio obtinuisse à Serenissimo Josepho Clemente, tunc temporis
422 Episcopo Frisingensi, ut probare nituntur ex Literis ab ejusdem Vicario Generali Vito Adamo PeleKhouen exaratis 5. Decembris 1689. *lit. L.* Nam contra est, quòd ex illis Literis præfatus consensus non tantùm nullo modo probari valeat, sed insuper ex iidem manifestè, & sole meridiano clarius pateat, *consensum ab altefacto Serenissimo Josepho Clemente neutiquam pro erigendo Conventu, vel Monasterio aliquo, sed dumtaxat pro Eremitorio datum*, & futuri Conventus etiam omnem spem abscissam fuisse. Nam dum ullo tempore (Testibus Actis) præfati Eremitæ consensum pro erigendi Conventu, seu Monasterio apud Serenissimum sollicitarent; Et is propterea *Partes, interesse habentes*, Constitutionibus Pontificiis conformiter *citaret, & audiret; Hæ verò omnes contra Conventum, vel Monasterium allegatis rationibus protestarentur, & exciperent, Serenissimus memoratus petitum pro Conventu consensum meritò negans, præcisè, & Eremitorium per quatuor, vel ad summum quinque Eremitas inhabitandum consensit, prout Vicarius Generalis in allegatis Literis expresse testatur illis verbis: Hac via, & etiam alia in erectionem Eremitorii* (nota *Eremitorii* non *Conventus*) *consentit Reverendissimus Ordinarius Dominus meus Clementissimus, una cum tribus Conventibus FF. S. Francisci Reformatorum, Monacensi videlicet, Tolzensi, & Vveillhaimensi &c.* quid clariùs contra hos Eremitas.

Nec quidquam facit pro Eremitis, quòd in allegatis Literis inveniantur etiam sequentia verba: *His innixus Reverendissimus, & Serenissimus Ordinarius Frisingen-*
423 *sis, Dominus meus Clementissimus indubitatè sperat, hujus novi Instituti Eremitas tamdiù sibi subiiciendos, dum crescente fundatione ad numerum duodecim Fratrum excreverint*, ex quibus verbis inferre volunt Eremitæ, consensum, saltem tacitè, sibi datum esse in futurum, quando nempè Redditus ipsorum pro duodecim crescerent, uti modò jam crevisse dicuntur. Nam rursùs contra est: Tum quia per hæc verba Serenissimus nullo modo dedit Eremitis consensum pro erigendo Conventu in futurum, sed præcisè reservavit sibi in Eremitas Jurisdictionem, donec crescentibus Redditibus, & concurrentibus aliis Requisitis, numerum duodenarium, & Conventum habere valeant, *qui Redditus, & alia Requisita num cum tempore adsint*, & an præjudicia aliorum, interesse habentium, absint, utique Reverendissimus Ordinarius denuò examinare, Partesque, interesse habentes, audire, ac tunc primùm inventis conformiter consensum dare, vel negare, debet.

Primò quòd Reverendissimus Ordinarius per illa verba
424 Eremitis consensum *in futurum tacite probare non intenderit, patet tum ex verbis statim subsequentibus, supra jam allegatis, quibus in solum Eremitorium pro quatuor, aut ad summum pro quinque consentit: Tum, & quidem specialiter, ex aliis*, ad finem relatis, quibus asseritur, quòd Eremitæ *nec spem quidem, pro Conventu in futurum erigendo, sine nota ingratitudinis, habere possint*, ex quibus utique manifestè patet, quòd Reverendissimus Ordinarius per supradicta verba Eremitis consensum pro futuro tacitè probare minimè intendit, sed potiùs in eventum jam negaverit: ut proin planè mirandum sit, quòd Literas has, sibi tam manifestè contrarias, pro se allegare non erubuerint Eremitæ.

Accedit, quòd si, dato, & non concesso, ex illis verbis consensus, tacitè datus, extorqueri posset, tamen Eremitis non suffragaretur, eò quòd ad erigendum Con-
425 ventum non sufficiat *tacitus*, sed *expressus* requiratur consensus, uti habetur in Constitutione Urbani VIII. *Rom. Pontif.* §. 2. ibi: *De expressa Ordinariorum Licentia.*

Accedit ulterius, quòd jam tunc protestati sint, & exceperint, sicut etiamnum de facto adhuc, & quidem *cum majoribus fundamentis solemniter protestantur contra intentatam ab Eremitis, & attentatam erectionem*
426 *Conventus, tres Conventus interesse habentes PP. Franciscanorum Reformatorum*, ut etiam ex hoc capite non potuerit, nec de facto possit Ordinarius præbere Eremitis consensum pro Conventu.

Pariter non possunt, prout volunt, extorquere consensum pro erigendo Conventu, seu Monasterio ipsis ex Literis recommendatitiis Capituli, sede vacante, datis 427
ad Nuncium Viennensem: quia uti ex Textu illarum patet *sub litera C.* Capitulum Eremitas illos præcisè commendavit pro Aggregatione, non autem pro erigendo Conventu; Imò contra hunc tacitè in iisdem Literis excepit, dum Jurisdictionem *in Eremitas hos, non obstante Aggregatione, sibi expressè, reservavit*, & hoc ipso indicavit, quòd eis Conventum, & numerum Fratrum, ad illum requisitum, concedere nolit; Cùm post Aggregationem in hos, tanquam Religiosos, vi Religionis suæ exemptos, ampliùs prætendere non posset Jurisdictionem, si verum Conventum haberent, ac in numero, ad illum requisito, duodenario videlicet, ibidem existerent.

Nec excusantur, nec causam suam malam justificant memorati Eremitæ, si dicant, se per Aggregationem, Congregationi B. Petri de Pisis factam, evasisse veros Regulares, & hoc ipso sine consensu Ordinarii, & reliqua forma, aliàs de Jure requisita, potuisse, imò 428
debuisse numerum Fratrum saltem usque ad duodenarium augmentare, & ex Eremitorio Conventum erigere; Cùm juxtà allegatam Constitutionem Gregorii XV. Conventus, & Loca religiosa inposterum erigi non queant, ubi non saltem duodecim Religiosi esse & sustentari valeant.

Nam contra est; Primo, quòd etsi per Aggregationem evaserint Regulares, tamen per eam minimè fuerint exempti à servanda forma, pro erigendis Conventibus per Concilium Tridentinum, & Constitutiones Pontificias præscripta; *Cùm, juxta jam dicta, per Aggregationis Breve nulla fuerit eis attributa facultas sine consensu Episcopi, & alia necessaria forma ex puro suo E-* 429
remitorio Conventum erigendi; Sed potiùs contrarium, positivè statutum, ac declaratum, ibidem reperitur, juxta dicta numero 9. & tenorem Brevis, atq; Decreti Aggregationis ad finem cujus copia est *sub litt. D.*

Contra est secundo: Quòd neque ad Fratres usque ad numerum duodenarium augendum, & Conventum erigendum, vigore Constitutionis Gregorii XV. fuerint 430
adstricti: *Tum, quia Locus eorum antè Aggregationem jam erat exstructus, & quidem ut purum Eremitorium, in quo etiam Regulares, tanquam Eremitæ, in minori, quàm duodenario numero, salva dicta Bulla, habitare queunt, dummodò Loci Ordinario subjecti maneant, prout varii Religiosi in minori, quàm duodenario numero in his Partibus Eremos, & alia hujusmodi Loca inhabitant*; Tum quia si, dato, non concesso, Bulla Gregorii XV. etiam de Eremitorio intelligenda foret, itaut in illis nonnisi duodecim Religiosi, sicut in Conventu, habitare possent; Tamen minimè vellet, ut sine consensu Ordinarii, & reliqua forma Juris præscripta id fieret; Cùm potiùs contrarium expresse statuat, decernendo, *ut sine consensu Ordinarii Conventus non erigatur*; Tum tandem, quia Innocentius XII. per Aggregationis Breve *lit. D.* expresse concessit, quòd, non obstantibus quibuscumque Constitutionibus Pontificiis, Eremitæ hi Eremitoria in minori, quàm duodenario numero tunc inhabitantes, aggregari, & ut aggregati *in Eremitorio suo*, ut *Eremitæ*, & Institutum *Eremiticum* hactenus habitare valeant, ita tamen, ut Jurisdictioni Ordinarij maneant subjecti, prout de Jure subjecti manere debent etiam, alii Regulares, qui minori, quàm duodenario numero alicubi perpetuò habitant.

Neque excusat, quòd ulteriùs obiicitur, dicendo, se per Aggregationem evasisse veros Regulares; Atqui Regulares etiam in Eremis, seu Eremitorio habitan- 431
tes possunt, absque omni consensus Ordinarii, & alia Juris forma numerum suorum pro libitu augere, & ex Eremo Conventum erigere, si Redditus eorum crescunt, & ad majorem numerum, Conventumque erigendum sufficiunt; Tum per Bullam Clementis VIII. concedi videatur omnis ille numerus, qui commode ali potest; Ergò &c. Nam rursùs contra est, quòd Clemens VIII. statuendo, ut is tantùm numerus Religiosorum in aliquo Loco esse debeat, qui commodè ali potest, non deroget Concilio Tridentino, & aliis Juribus, requirentibus insuper Ordinarii consensum, & alia: Imò, quia *par in*

parem

parem non habet imperium, non potuit derogare successorum Constitutionibus, in quibus *de forma, & sub clausula irritante* ad erigendum Conventum, & collocandum in eo necessarium numerum Fratrum præscribitur expressus Ordinarii consensus; adeò, ut etiamsi parata sit abundans fundatio, & abundantes assignentur Redditus ad erigendum Conventum, & sustentandos in eo duodecim, aut plures, Fratres, tamen erectio hujusmodi Conventus nulla, & irrita foret, si absque expresso Ordinarii consensu fieret, prout omnes fatentur.

Et profectò, si ex eo, quòd Eremitæ, in Eremo, & puro Eremitorio habitantes, aggregentur alicui Reli-
432 gioni, vel assumant etiam aliquam Religionem, statim possent sine omni consensu Ordinarii, & Partibus, interesse habentibus, non citatis, nec auditis, ex suo Eremitorio erigere Conventum, seu Monasterium, & Fratrum numerum secundùm libitum, vel sufficientiam Redditnum augere, *innumera in his Germaniæ Partibus (ubi Eremitoria copiosissima, & quidem in sola Bavaria ultra centum, ac fere in quolibet eorum Eremitæ Tertii Ordinis alicujus existunt) sequerentur absurda, & confusiones sine numero; Hoc ipso, quòd vel seculares, vel Eremitæ, vel Regulares, absque omni consensu Ordinarii, & vicinis Religiosis, vel aliis, interesse habentibus, nec citatis, nec auditis, eorumque Protestationibus, & contradictionibus minimè attentis, passim, & pro libitu Conventus, & Monasteria ædificare, & numerum Fratrum, ad id requisitum, ibidem collocare possent, dummodò Eremitæ aliquam Religionem proprio, vel aliorum instantia assumerent, & sufficientia media* (quo, vel à Regularibus, vel secularibus ipsarum Monasterium ambientibus facilè sæpè darentur, aut procurarentur) Haberent ergò &c.

Assecuro itaque Eminentias Vestras, quòd si Romæ
433 probaretur, & manuteneretur horum Eremitarum principale argumentum: *Modò sumus veri Regulares; Ergò in Loco, ubi eximus, possumus absque omni consensu Ordinarii, imò debemus verum Conventum, vel Monasterium erigere &c. Assecuro inquam, quò propter Communitates, & Clerum secularem, omnes consurgerent Germaniæ Ordinarii, S.R.I. Principes, & mecum causam communem facerent, ne cum inexplicabili confusione, & perturbatione etiam alii Regulares pari Jure argumentarentur; Etiamnos sumus veri Regulares, & habemus Redditus sufficientes: Ergo in Loco, ubi existimus, sine consensu Ordinarii possumus erigere integrum Conventum, seu Monasterium.* Veneror certè, venerantur, & alii Germaniæ Ordinarii Constitutiones Pontificias, & *in specie Gregorii XV.* indeque fatemur, ordinariè erigi non posse, nec debere Loca religiosa, ubi saltem duodecim numero Fratres comodè sustentari nequeunt: *Credimus autem, dictam Bullam non velle, quod si Eremo aliqua, vel alio Loco operationum spiritualium, vel Missionum, vel alia hujusmodi justa causa Regulares 2. 3. vel 4. V. G. admittuntur, & existunt, uti in Germania ob vicinos Hæreticos, & alias justas causas passim contingit, hoc ipso quia Regulares sunt, statim, & absque omni consensu Ordinarii Conventum erigere, & numerum augere possint; sed potiùs, quòd in minori, quàm duodenario, numero existentes sub Jurisdictione Ordinarii esse debeant, prout etiam sunt Eræmitæ in Vvallerseæ.*

Contra est ulterius; Quòd si etiam, dato, non concesso, Eremitæ Regulares effecti, sine consensu Or-
434 dinarii, & alia Juris forma possent ex Eremitorio Monasterium erigere, & numerum Fratrum pro libitu augere, tamen id neutiquam potuissent, nec de facto possunt facere Eremitæ Hieronymitani ad Lacum Vvallerseæ, *eo quòd obstet eorum Juramentum, seu juratæ Reversales promissoriæ per quas repetitis vicibus in erectione Eremitorii se adstrinxerunt, Partibus interesse habentibus quòd nullo tempore, nullaque ratione numerum suorum Fratrum ampliùs augere, consequenter nec Conventum erigere, velint*; Juramentum enim de re licita, præsertim in favorem Tertii, necessariò observari debet *per vulgaria Juris*.

Nec dicas, Juramentum Eremitarum de non augendo numero præstitum evasisse observatu illicitum,
435 consequenter observari non potuisse, minùs debuisse, postquam facti sunt Regulares utpote, qui nonnisi in numero duodenario alicubi existere possunt, juxtà Constitutionem Gregorii XV. Nam contra est, tum quia juxtà jam dicta *num. 25. extra Conventum, vel Monasterium in Eremis, vel Eremitoriis, vel etiam aliis Locis Missionum, vel operationum spiritualium, aut alia hujusmodi justa causa, præsertim his Partibus Regulares minori, quàm duodenario in numero sine læsione dictæ Constitutionis habitare omninò possunt, prout in iis de facto passim habitant. Tum quia, si, dato non concesso, quòd id, vetante allegata Constitutione, esse non posset, tamen respectu Eremitarum ad Lacum Vvallerseæ id fieri potuisset, ac etiamnum potest, ob speciale Innocentii XII. Breve Aggregationis, vi cujus concessum fuit eisdem, quòd, non obstantibus Constitutionibus Pontificiis in minori, quàm duodenario numero, Eremitoria tunc inhabitantes aggregari, & sic aggregati in Eremo, tanquam Eremitæ, Institutum Eremiticum amplexati habitare valeant, ita tamen, ut ordinariæ Jurisdictioni, utpote in minori, quàm duodenario numero, existente, esse debeant subjecti, videatur Aggregationis Instrumentum ad finem litera D.*

Nec excusat, si objicerent tertio dicendo: Saltem in illo Me errasse, & injustè gravasse Eremitas ad Lacum 436
Vvallerseæ, quòd per Sententiam ad numerum ternarium, juxtà primævam fundationem, & primas juratas Reversales, eos adstrinxerim, cùm ad instantiam illorum, tam ab Ordinariatu, quàm à Principe territoriali eis expresè fuerit concessum, quòd in numero saltèm quinario, aut senario Eremitorium suum inhabitare valeant, dummodò, prout Eremitæ ipsimet promiserunt, & hucusque servaverunt, etiam Chorum servarent, & Juventuti Doctrinam Christianam traderent &c. Ergo &c. Nam denuò contra est, quòd concessio illa ad augendum in Eremitorio numerum Fratrum, tam ab Ordinario, quàm Principe *Territorii, non citatis nec auditis, minùs consentientibus Partibus, interesse habentibus*, (quod per juratam Eremitarum promissionem, sibi facta, Jus contra illos jam quæsitum habebant) *Consequenter nulliter, & irritè fuerit facta*; Cùm nec Ordinarius, nec Princeps territorialis Eremitas à Juramento, in favorem aliorum præstito, absolvere, nec Partes, interesse habentes, Jure suo quæsito, sine consensu eorum, privare potuerint. *Arg. C. 2. de Constitut. & C. fine culpa de R. J. in 6. juncto Can. 1. dist. 22. cum Concord.*

Accedit, quòd nec Ordinarii, nec Principes seculares, nec ipse Pontifex suis Concessionibus, & Rescri- 437
ptis unquam censeantur, velle præjudicare Juri quæsito Tertii, prout cum communi benè docet *Fagnan. in C. Consultationibus de Clerico ægrotante* à num. 50. ubi etiam probat, quòd Concessiones, Rescripta hujusmodi, contra Jus Tertii acquisita, præsumantur per importunitatem, circumventionem, ambitionem, aut aliàs malè impetrata, ac propterea invalida esse, *arg. L. Nec damnosa 3. & l. Rescripta 7. C. de Precibus Imperat. offerendi & cap. si quando de Rescriptis*, ubi propterea dicit Papa: *Patienter sustinemus, si non feceris, quod prava fuerit nobis insinuatione suggestum*; Enim verò tam ecclesiastici, quàm seculares Principes subinde etiam non concedenda concedunt ex importunitate, vel circumventione Petentium, per Jura citata, *& cap. Tuæ fraternitatis, de Præbendis, & c. Si quando de Excomm. & l. 1. C. de Petitione Bonorum*, quapropter talia extorqueri debent de manibus Impetrantis *L. 3. C. de Officio committ. Sac. largit.* & ab omnibus Judicibus refutari *C. Rescripta cau. 25. 92.* præsertim verò quando (uti in casu nostro res se habet) hujusmodi Concessiones, & Rescripta dantur; Parte altera Jus quæsitum habente, non citata, uti ampliùs demonstrat *Fagnan. loc. cit. à num. 76.*

Alterius causæ num. 4. posit. facti species, ex Actis formata.

PP. Eremitæ propè Vvallerseæ, cùm tot repetitis severis Decretis, tum Cæsareæ Administrationis, tum 438
etiam meis, velut Ordinarii sui, de reducendo numero suorum FF. constanter sese opponerent, & Abbas Benedictoburanus, utpotè totius circumquaque adjacentis Territorii indubitatus Dominus, Molendini sui Tochensis usum ipsis non pro pluribus, quàm tribus Eremitis, conformiter Decreto Cæsareo, in suo Territorio conce-

deret, 1710. mense Julio ex comparatione fraudem lignis, & materialibus ex Fundo indisputabilis D. Abbatis, citrà omnem ejus requisitionem, & consensum sublatis, sine omni Jure, si sine omni sibi facta concessione, quam fieri potuit, *clàm*, seu *clandestine* intra, & supra Murum Horti Eremitici ædificare cæperunt Molendinum à Bobus trahendum.

Resciens hoc, imò ex Muro, jamjam altiùs surgente, oculis suis conspiciens, Molitor quidam accessit dictum D. Abbatem, utpote suum, & totius Territorii notorium Jurisdictionis Dominum, petiitque, ut
439 ob præjudiciosam novitatem dicti Molendini pro sua authoritate opem sibi ferret.

Delata ad se ejusmodi denunciatione, providit D. Abbas, quàm multiplex præjudicium ea res, non Molitoris tantùm, sed vel maximè Monasterio Benedictoburano, tum directè, tum indirectè allatura esset; Hinc præjudicia omnia prævertere studens, misit illius virum Jurisperitum, Serenissimorum Principum Electorum Coloniensis, & Bavariæ Consiliarius Offi-
440 cialem suum, qui Eremitis coram Testibus in forma Juris optima solemnissimam novi Operis Nunciationem, & Ædificii (etiam aliàs Eremitis minimè concess.) seriam Prohibitionem facere: id quod etiam cum omni solemnitate contigit.

Non attenta tam solemni novi Operis Nunciatione, PP. Eremitæ audacter, & citra omnem scrupulum multò alacriùs perrexere in absolvendo illo Æ-
441 dificio absque eo, quòd vel minimam clarissimorum Jurium dispositionem attenderent.

Quam ipsorum admirabilem audaciam non sine stupore advertens D. Abbas, post dies 12. aut 13. rursùs alium suum Officialem, Archi-Grammateum scilicèt, cum novis Testibus misit, hac altera vice novi Operis Nuntiationem pacificè, sed iterùm seriò facturum; Præstitit ex illa officium suum, & ut jussus fuerat minas addidit, quòd si ab hoc Ædificio, *clam*, incepto,
442 & *vi* continuato, Eremitæ desistere, clarisque Legibus reverentiam habere non cogitarent, vim vi à Territorio Benedictoburano, permittentibus omnibus Legibus, repellere, & præjudiciosum hoc, atque contra manifestam Jurium dispositionem continuatum Ædificium per Famulos, in eventum jam paratos, deiicere cogeretur.

Uti primæ, ita & secundæ huic novi Operis Nunciationi noluerunt acquiescere Eremitæ, hinc dictus Archi-Grammateus Benedictoburanus per memoratos Famulos, in eventum jam constitutos, Tectum Mo-
443 lendini, post primam novi Operis Nunciationem, spretis Legibus, superimpositum, statim & incontinenti à suis deiici fecit, vimque manifestam vi repulit in continenti.

His ita factis, PP. Eremitæ ad Tribunal seculare,
444 Administrationem nempè Cæsaream primitùs recurrerunt, ibique Libellum Accusationis contra D. Abbatem obtulerunt petentes, ut D. Abbas ex causa Spolii ad restitutionem in integrum, ante omnia faciendam, adigeretur. Tribunal verò memoratum, postquam ad Instantiam Eremitarum per Commissarios, & ocularem inspectionem informationem sufficientissimam acquisivit, petito ipsorum contrariam tulit Sen-
„ tentiam, vi cujus D. Abbas increpatus quidem, ad
„ reædificandum tamen, & petitam restitutionem
„ ex causa Spolii faciendam, minimè condemnatus;
„ sed potiùs econtrà judicatum fuit, videlicet, quòd,
„ nec ipsi Eremitæ illud ampliùs reædificare valeant,
„ nisi priùs de Jure ædificandi doceant. Contra quam
„ Sententiam minimè appellarunt, sed illam in rem
„ judicatam abire permiserunt PP. Eremitæ.

Intentione sua apud Tribunal seculare, quod ipsimet in hoc casu velut Judicem competentem agnoverunt, per Sententiam frustratis P. Eremitæ, in Tribunali meo ecclesiastico Frisingensi, Causam suam urserunt, pe-
445 tentes idipsum, quòd apud Tribunal Laicale petierant, nempè ut D. Abbas ad restitutionem in integrum, ante omnia faciendam, indeque ad destructum Molendinum, suis expensis reædificandum, cogeretur.

Tribunal meum ecclesiasticum Libellum hunc communicavit D. Abbati, addito mandato, ut exceptionem suam desuper transmitteret Mandato parens D. Abbas; exceptionem misit. Consilium verò Ecclesiasticum illam pro Replicis communicavit PP. Eremitis; Hi è contra 446
ratione Replicæ protestantes, conquesti sunt contra Tribunal meum ecclesiasticum, quòd D. Abbas, ante restitutionem in integrum faciendam, audiatur; atque ad defensionem, & exceptionem admittatur. Hinc loco Replicæ absolutè denuò petierunt, ut D. Abbas ad restitutionem, ante omnia faciendam, adigeretur. Verùm Protestatione, & instantia hac PP. Eremitarum non obstante, memoratum meum Tribunal D. Abbati spatium se defendendi, ac purgandi denuò concessit, decernendo, ut intra octo dies, vel petitam à Parte adversa restitutione ante omnia faceret, vel magis, quàm hactenus, probaret, quare ad illam non teneretur? Mandato huic rursùs obsequens D. Abbas, ampliùs remonstravit, quòd ad hanc restitutionem minimè teneretur, seque ad dilucidatione horum, quæ pro defensione sua allegabat, afferebat. Cùm autem Consilium meum, nec probationem pro defensione assertorum, nec articulorum oblationem demandaret, sicque ad probationem Illum non admittere videretur, ipse ultrò, & antequam concluderetur in Causa, obtulit Articulos defensionales, eisque posteà subjunxit Articulos additionales, cum addito tamen, quòd hæc omnia faciat præcisè in respectum mei, cùm de cætero, & exceptionem rei judicatæ, & Fori incompetentis identidem opponeret &c.

Interea, dum hic Frisingæ pro, & contra examinabatur Causa, & Ego Articulos defensionales pro relevantibus (salvo Jure impertinentium) & non admittendorum, 447
priùs judicatos, PP. Eremitis pro responsione, & exceptione eorum prout Juris, communicare vellem, illi insperatò, & ante omnem Sententiam appellarunt à Justitia denegata, nullam aliam Appellationis suæ allegantes causam, quàm, quòd in genere dicebant, Me contra omnia Jura egisse ex eo, quia juxta principalem eorum petitionem, in Libello propositam, ad restitutionem, ante omnia faciendam, definitivè hucusque non pronunciaverim. Quam Appellationem, utpotè ante definitivam, vel vim difinitivæ, habentem, & absque allegatione ullius justæ causæ interpositam, tanquam apertè frivolam, reiiciendam, & nonnisi Apostolos refutatorios impertiendos decrevi. Dum autem de Apostolis dandis, & expediendis deliberatio fit, PP. Eremitæ diebus 10. nondum elapsis, per Memoriale arguunt Tribunal meum novi gravaminis, quòd Apostolos hucusque non dederit; Quo recepto, iidem Apostolos quidem sed non nisi refutatorios, una cum Articulis defensionalibus, à D. Abbate oblatis, dedit, eisque mandavit, ut intra 14. dierum spatium exceptiones suas, si quas haberent, offerrent.

His receptis PP. Eremitæ, de novo appellarunt. Quorum Appellationem, utpotè priori similem, denuò, ut frivolam, rejeci: Indeque Apostolos refutatorios rursùs 448
dedi, & ad prosequendam Causam ulteriùs communicavi Articulos additionales, addito etiam termino peremptorio, ad respondendum præfixo: Quem cùm Eremitæ negligentes eos in eventum pro contumacibus in respondendo, ad Instantiam Partis declaravi, sub ea conditione, nisi intra terminum peremptorium 14. dierum moram suam purgarent. Eremitæ intra d. terminum aliquas pro mora purganda causas obtulerunt quidem, sed, quia principaliter innitebantur prioribus suis, jam rejectis, Appellationibus, vi quarum se à respondendo citatos fuisse, & etiamnum esse, asserebant, ac propterea respondere ad Articulos denuò recusabant, pro contumacibus eos absolutè declaravi; D. Abbati verò, ut ultimam suæ defensionis manum apponeret, mandavi, quod & fecit, offerendo conclusionem in Causa; Qua recepta, Sententiam Juri conformiter ferre decrevi. Verùm dum pro ea ferenda adhuc Acta lustrarem, & consideranda considerarem, venit ab Eminentiis Vestris Mandatum ad Vicar. meum Generalem, quo eidem injungebatur Informatio, danda, juxta Libellum supplicem, ab Eremitis oblatum, in Causa nulliter attentæ erectionis Conventus, in quo Libello, quia etiam aliqua inserebantur de hac Molendini destructi causa, dubitari, an non S. Sedes apposuerit manum, à Sententia abstinui, & etiamnum abstineo, sperans tamen, fore nulliter, & ante omnem Sententiam appellantes Eremitas, remittendos fore ad Me, tanquam legitimum Judicem

cem pro audienda Sententia: Contra quam dein, si se gravatos putant, pro libitu appellare poterunt. Ego interea, uti in priori, ità & in hac Causa, tam contra Vicarium meum Generalem, quàm contra Eremitas, in omni Juris forma protestor, & excipio ob causas, supra jam allegatas.

Porrò ut appareat, quàm immeritò Eremitæ ubique diffament D. Abbatem, ejusque Conventum, quasi verò summam injuriam summò, & horrendo
449 cum scandalo eisdem intulissent, violenter destruendo Tectum Molendini, cùm tamen à parte rei, si Jura, & facti species benè inspiciantur, Abbas injustam vim vi in continenti repellendo justè, & licitè egerit, consequenter nec Spolium commiserit, nec Excommunicationem incurrerit, nec ad restitutionem aliquam teneatur: E contra verò Eremitæ ipsi ad residuum, adhuc propriis expensis destruendum, obligentur. Quod ad insinuandum humillimam opinionem meam sequentibus breviter demonstro. Et quidem imum, quod licitè, & justè egerit, probatur sequenti syllogismo.

Ille nullum committit Spolium, sed justè, & licitè agit, qui injustam vim vi in continenti repellit; Atqui D. Abbas violenter demoliendo illam Mo-
450 lendini partem, quæ post novi Operis Nunciationem ædificata fuit, injustam vim vi in continenti repulit; Ergo nullum commisit Spolium, sed licitè, & justè egit. Major hujus syllogismi est certa, utpotè clarè decisa in utroque Jure, apertè cuivis concedente vim vi in continenti repellere, uti patet *ex cap. Si verò 3. de Sentent. excommun.* ubi Papa excusat illum, qui in continenti vim vi repulit, addita ratione illis verbis formalibus: *Cùm vim vi repellere omnes Leges, omniaque Jura permittant*. Quid clarius? Idem habetur *cap. Dilecti 6. eodem in 6.* ubi Papa approbat, quòd Decanus quidam vi temporali, & spirituali defenderit se contra Balivum, Bona ipsius violenter occupantem, allegata rursùs memorata ratione iisdem quasi verbis: *Cùm* (ait Textus) *omnes Leges, omniaque Jura vim vi repellere, cunctisque se defensare permittant, licuit utique ipsi Decano etiam contra illius violentiam, injuriamque se tueri*: Idem passim habetur in Jure Civili, *ut l. 1. §. 27. de Vi, & vi armata* -- ubi -- *Vim vi repellere licere, Cassius scribit, idque Jus naturale comparatur*, & sequitur unimus DD. adeò, ut Teste *Gail. de Pace publ. cap. 16. num. 8.* velit -- *Clericum, Sacra agere volentem, posse, Invasorem in Ecclesia impunè occidere, & postea cœpta Sacra perficere*. Statque semper præsumptio pro defendentibus se contra vim aliorum, donec contrarium probetur, ubi *loc. cit. numer. 11.* ulteriùs observat, & probat *Gail.*

Minor, in qua tota videtur esse difficultas, etiam manifestè probatur ex Jure *l. 1. ff. Quod vi, aut etiam*, ubi expressè declaratur, quòd inter alios etiam ille verè vim facere, vique ædificare censeatur, qui post
451 Prohibitionem Nunciatione novi Operis sibi facta, ædificat, vel ædificare pergit: *Vi factum videri* (inquit ibidem Textus) *Quintus Mutius scripsit, si quis contra, quàm prohiberetur, fecerit*, & mihi videtur plena esse Quinti Mutii definitio: *Sed, & si quis* (pergit Textus ab una ad alias denunciationis species) *jactu, vel minimi lapilli prohibitus facere perseveraverit, hunc quoque vi fecisse videri. Prodius, & Pomponius scribunt, eoque Jure utimur. Sed & si contra testationem* (idest, denunciationem coram Testibus, ubi dicit Glossa marginalis ibidem) *Denunciationem que fecerit, idem esse, Cassellius, & Trebatius putant, quod verum est. Item l. Vi facit 20. ff. eod.* ibi -- *Vi facit, tam is, quatenus prohibitus facit, quàm qui, quò minùs prohibeatur, consecutus est etiam; Prohibitus autem intelligitur quolibet prohibentis actu, idest vel dicentis, se prohibere, vel manum apponentis lapillum qui jactantis prohibendi gratia*. Quid clarius? Atqui Eremitæ isti post Nunciationem, etiam coram Testibus sibi factam, perseverarunt ædificare, ut constat ex Actis, & Articulis confessatis, imò ex ipsa evidentia facti: Ergo vim, & quidem illegitimam, & injustam, utpotè Juribus *ff. loc. cit.* & aliis apertè contrariam, fecerunt, quoad illam Ædificii partem, quam, Nunciatione sibi facta, extruxerunt; Consequenter D. Abbas ut continenti violenter demoliendo injusta vi ædificatam partem, injustam vim vi, & quidem in continenti, repulit, sicque, Spolium injuriosum non commisit, sed licitè, & justè egit cùm, qui utitur Jure suo, nulli faciat injuriam *per vulgaria*, nec aliquod committat delictum, quale tamen gravissimum semper est Spolium.

Neque obstat, quòd Ædificium illud cæptum sit in Loco sacro, sive immuni, nempè intra septa Eremitorii. Nam Nunciationi novi Operis subjecta sunt Ædificia, etiam in Loco sacro ædificanda, ut patet ex *Textu expresso l. 1. ff. 17. de Novi Oper. nun.* ibi -- *Vel in sacro, vel non religioso Loco*, imò ipsa quoque Ædificia sacra *arg. cap. 1. & 2. eod.* ubi etiam 452
Ecclesia, post Nunciationem novi Operis ædificata, destrui jubetur, deinde super hæc omnia negat D. Abbas Horto illi Eremitico ullam immunitatem competere, quippè cujus Spatium non à vero Domino, sed ab extraneo quodam clandestinè nulliter; & cum manifesta Monasterii Benedictoburani injuria Eremitis sit designatum, itaut, & concessio illa sit prorsùs invalida, & nulla, & consequenter qualitatem immunitatis neutiquam vel tribuat, vel admittat, ut hic non repetamus, quem supra diximus, nempè vim licere per omnia Jura vi repellere, etiam in Loco sacro.

Secundum, quòd videlicet nullam Excommunicationem contraxerit, sequitur ex præcedenti; Quia 453
certum est, cum nullius Reum esse Excommunicationis, qui justè, & licitè agit.

Tertium pariter sequitur ex primo; Quia, qui justè, & licitè agit, & utitur Jure suo, nulli facit injuriam, nec injustum causat damnum; Consequen- 454
ter nec tenetur ad aliquam restitutionem.

Quartum, quòd nempè ipsi Eremitæ teneantur adhuc ad residuum propriis expensis destruendum, sequenti demonstratur syllogismo. Quicunque vi, 455
aut clam, aliquid ædificat, tenetur illud propriis expensis demoliri, *l. 1. ff. Quod vi, aut clam, & l. Competit 16. §. 2. ff. eod.* ibi - *In summam, qui vi, aut clam fecit, si possidet, patientiam, & impensam tollendi Operis: Qui fecit, nec possidet impensam: Qui possidet, nec facit, patientiam tantùm debet*. Sive dein suo proprio Fundo, aut in eo, quem possidet, ædificet; Siquidem omnibus, quorum interest, etsi nec Proprietarii, nec Possessores sint, contra vi, aut clam, ædificantes, competit remedium, quod vi, aut *clam*, Textu claro *l. His, qui §. finali, & vers. Interdictum hoc non solùm Domino Prædii, sed etiam his, quorum interest, Opus factum non esse competit, l. Competit 6. ff. eod.* ibi -- *Competit etiam his, qui non possident, si modò eorum intersit*; nec excusat clam Ædificantem, si dicat, se Jus ædificandi habuisse, siquidem *parvi refert*, inquit *Textus citat. loc. l. 1. §. 2. ff. eod. utrùm Jus habuerit faciendi, an non: Sive enim Jus habuerit, sive non, tamen tenetur Interdicto, propter quod vi, aut clam, fecit*. Hoc ipso enim, quòd qui *vi*, aut *clam* ædificet, jam facit alteri injuriam, *cit. l. 1. ff. eod.* ad quam sicut, & ad calliditatem iniquam avertendam interdictum, *quod vi, aut clam* introductum est, *cit. l. 1. §. eodem*, ibi -- *Per hoc occursum est calliditati eorum, qui vi, aut clam aliquam. Citentur; jubentur enim ea restituere &c.* Atqui Eremitæ, *clam* ædificarunt supradictos, adhuc extantes, Muros, uti patet ex Articulis confessatis, & reliquis Actis, ex quibus juxtà speciem facti clarè habemus, quòd Eremitæ, meritò timentes, aut timere debentes, ne D. Abbas ædificationem Molendini, sibi, & subditis suis, quin & bono publico præjudiciosi resciens, Opus novum renunciando illam prohiberet, aut alias impediret, & Controversiam moveret, illam omni possibili modo celaverunt, utpotè Ligna, pro trabibus necessaria, sub alio prætextu fraudolenter propterea à D. Abbate expracticando, Lapides, & alia Materialia in Fundo illius certè proprio sine consensu, & præscitu illius clandestinè, & furtive abripiendos Operarios, ne tempore Ædificii prodirent, & illud mani-

manifestarent, prohibendo &c. uti patet ex specie facti, & ex Actis, ibidem registratis; Præcipuè verò ex Articulo, per contumaciam confessato, quòd *clam* ædificare inchoarint: hoc enim esse *clam* facere, & ædificare, manifestè constat ex Jure *l. prohibere 3. §. 7. & 8. quod vi, aut clam*, ibi -- *Clam facere, Cassius scribit, eum, qui celavit Adversarium, neque ei denunciavit, si modo timuit ejus controversiam, aut timere debuit. Idem Aristo putat; Eum quoque clam facere, qui celando habet eum, quem prohibiturum se intelligeret, & id existimat, aut existimare debet, se prohibitum iri*; & *l. 4. ff. eodem*, ibi - *Sævius etiam, eum clam facere, qui existimare debet, sibi controversiam futuram*; Debet enim in hujusmodi casu ædificare Volens priùs denunciare, vel indicare, qui det qualiter ædificare velit. Secùs enim *clam* facere censetur, Interdicto quod *vi*, *aut clam* indubitatè subiacet, *Textu expresso l. Aut, qui §. 1. ff. eod.* cum Concordantibus.

Ex quibus denuò sequens clarum argumentum facimus, qui in sensu Juris verè *clam* aliquid ædificat, tenetur ad Instantiam Partis illud propriis expensis destruere, & si dicat, & probare velit, se Jure ædificasse, per clara Jura citata. Atqui Eremitæ Vvaleer-
456 senses in sensu Juris verè *clam* ædificarunt memoratos Muros, & reliqua de Molendino diruto adhuc restantia, juxtà dicta, & clarè probata *num. præt.* ac D. Abbas pro demolitione illorum instat; Ergo propriis expensis illud destruere debent, etiamsi dicant, aut probare velint, se Jure ædificasse.

Nec quidquam contra Me pro Eremitis facit, quòd, durante hac Causa, ad Nuncium Apostolicum Eremitæ appellarint, à Justitia denegata. Nam contra est; Tum, quòd Appellationem suam sine allegatione ullius, causæ, denegatam Justitiam indicantis, consequenter nulliter interposuerint, *arg. cap. 1. & cap. Ro-*
457 *mana Ecclesia, de Appellat. in 6.* Tum quia nec verbo, nec signo, nec facto unquam offendi, quòd justitiam in Causa administrare, & ea, quæ Juris sunt, facere, aut Sententiam ferre non vellem; Imò contrarium verbis, & factis manifestè exhibui: Tum etiam, quia Appellationes ante Sententiam definitivam, vel vim definitivæ habentes, ad Nuncium, vel Metropolitanum interpositæ, sunt nullæ, & minimè attendendæ, juxta novissima à Clemente VIII. approbata Decreta S. Congregationis, prout etiam modernus Illustrissimus Nuncius dictam Appellationem minimè acceptavit.

Cæterum quòd utriusque causa species vera, & genuina sit, patet, tum ex allegatis Instrumentis, tum ex Actis judicialibus, in Curia mea Episcopali existentibus, quæ ad nutum Eminentiarum Vestrarum paratus existo tradere illi, cui pro danda informatione Causam committere Eminentiæ Vestræ resolverint.
458 „ Illud tamen interea humillimè simul etiam in omni „ debita Juris forma peto, ne Eminentiæ Vestræ ante „ plenè instructam Causam quidquam decisivè resolvant, quia ex Actis, & Instrumentis publicis ad „ oculum adhuc demonstrare cogito, & ex Officio, „ exigente justitia debeo, quòd Preces, & Informationes tam apud Eminentias Vestras, quàm Sanctissimum ab Eremitis porrectæ, sicut & Informatio, à „ malè informato Vicario meo Generali data, in pluribus etiam substantialibus punctis sub, & obreptitiæ, ac penitùs falsæ existant; Quamprimum rescriveronum Eminentiæ Vestræ alicui alteri, & cui Illustrissimo V. G. Nuncio, vel vicino Episcopo (ad „ quos omnes indifferentissimus, utpote solam veritatem, & justitiam desiderans, & in nullo lucem fugiens existo) Causam committere placuerit, quo dum „ ex Officio verissimè simul, & humillimè debitam Informationem propono, sub Sacræ Purpuræ Reverentialissimo Osculo, & perquam submissa mei re„ commendatione persevero.

Frisingæ 26. Augusti 1712.

Emm. & Rever. DD. Vestrarum.

Obsequentissimus

Jo: Franciscus Episcopus Frisingen.

Loco ✠ sigilli.

Quamvis fideli Agenti meo Angelo Quirici præterita Posta in mandatis jam dederim, ut omni, qua par est, reverentia, ac submissione Eminentiis Vestris summè debita, nomine nostro deponat gratias pro æquissimis, quas de integerrima, & exactissima EE. Vestrarum indubitatè sperabamus, justitia, Responsionibus, & Decisionibus propositorum Dubiorum; Nihilominus, quia grande Ecclesiæ bonum commune ne inde subsequens quotidie magis penetro, & majus 459
agnosco, ac propter idem bonum commune, minimè verò propter interesse aliquod proprium (quia prorsùs nullum in Causa habeo) consolatione majori jugiter afficior; Summè debita reverentia, & gratitudo, necnon zelus, & amor, atque cura ejusdem boni communis, verè urgent, ac necessitant Me, ut ipsemet gratissimam mentem, & quantopere præfatum Ecclesiæ bonum commune in his Partibus promoveant, malumque avertant, Dubiorum justissimæ Decisiones, Eminentiis Vestris reverentialissimè aperiam.

Verùm enim verò in Domino testifico, & sanctè assecuro, quòd supralaudatæ justissimæ Decisiones (præ- 460
cipuè autem de illegitima, & irrita erectione Conventus) pro authoritate Pontificia, & Ordinariorum, pro respectu, & observantia Sanctissimarum Constitutionum Pontificiarum, pro pace, & tranquillitate publica directè; & indirectè plurimùm conferant, utpotè per quas gravissima aliàs certè secutura scandala, confusiones, & perturbationes inter Episcopos, & Regulares, vilipensio, & contemptus, vel certè libera transgressio Sanctissimarum Constitutionum Pontificiarum, indeque sat grave præjudicium authoritatis Pontificiæ, & Ordinariorum, non tantùm evitantur, sed insuper alii Ordinarii pro zelanda debita observantia S. Concilii Tridentini, SS. Canonum, & Constitutionum Pontificiarum, efficaciter animantur, reliqui verò à transgressionibus, irreverentiis, & inobedientiis deterrentur; Dum in effectu omnes vident, quòd debitam Legum ecclesiasticarum observantiam zelantes Ordinarii, Romæ, non obstantibus quibuscumque recommendatitiis, potenter manuteneantur, Temerarii verò, & contumaces earundem Legum Transgressores, in Censuris per Ordinarios justè latis, usque ad satisfactionem, emendationem, & obedientiam debitam relinquantur. Qui recensiti optimi effectus eò majores sunt, quò magis famosa, & per magnam Germaniæ Partem notoria existens Causa, avidè ubique expectare fecit Decisionem, & Sententiam S. Congregationis.

Quare ob memoratum bonum commune gratias summè debitas, omni, qua par est, reverentia, humillimè repeto. Et quoniam supradictos boni communis ef- 461
fectus ob paritatem rationis etiam Decisio Dubii tertii secum trahet, eandem pro justitia, & veritate humillimè commendo, paremque, ob paritatem rationis, manutenentiam justæ Sententiæ meæ indubitatè spero; Cùm, sicut ex simplici Eremitorio Conventum erigere, ita etiam numerum Fratrum augere contra Constitutiones Pontificias, & proprias juratas Reversales nulliter attentarint Eremitæ; Utique sicut in uno, ita & in altero ad purganda attenta, & ad debitam observantiam, tam Legum Pontificiarum, quàm propriæ fidei juratæ, per Sententiam nostram justissimè sunt condemnati.

Nec minimè eisdem suffragari videtur, quòd Antecessor meus Eremitis consensum præbuerit, Eremitorium 462
saltem in numero quaternario, aut quinario inhabitandi, & ad id quidam vicini Regulares, videlicet PP. Reformati, consenserint: Nam contra eundem nihilominùs efficaciter militant sequentia fortissima argumenta.

Primò, quòd adversetur repetito Eremitarum Juramento, in favorem aliarum Partium, interesse habentium, & dissentientium, præstito, necnon earundem 463
Partium Juri inde quæsito.

Secundò, quia in præfato Juramento, de non transgrediendo numero ternario, præstito, nemo adhuc dispensavit, nec dispensare potuit, sine consensu dictarum Partium, Jus quæsitum habentium; Cùm nec 464
Summus Pontifex in Juramento, in favorem Tertii præstito, dispenset, sine consensu hujusmodi Tertii.

Ter-

Tertiò, quia memoratus Prædecessoris mei con-
sensus, pro quaternario, vel quinario datus, sub, &
obreptitiè procuratus manifestè apparet, cum de Ju-
ramento, numerum ternariam non augendi priùs
465 præstito, prorsùs nulla in eo fiat mentio, & multò
minùs de aliqua dispensatione illius, uti Legenti ap-
paret ex *Summario ipsorum Eremitarum Num. 6.*
Quartò, quia, dum in his Partibus Loca religio-
sa eriguntur, Partibus, interesse habentibus, ordi-
466 nariè dantur certæ Reversales, & promissoriæ Lite-
ræ, dictarum Partium præjudicium præcaventes, quas
reversales Literas, præsertim juratas, si absque con-
sensu Partium, Jus quæsitum per illas habentium,
violare liceret, ingens confusio, & perturbatio paf-
sim sequeretur.
Quintò, quia Potestas secularis, Administratio nem-
pè Cæsarea, recentissimè, videlicet 28. Februarii cur-
rentis anni 1713. de novo resolvit, & decrevit, quòd
467 majorem, quàm ternarium numerum, primævæ E-
remitarum Fundationi, & eorundem juratis Rever-
salibus conformem, concedere nullatenùs velit; ut
proin, præter supra jam enarratos, pessimos effe-
ctus etiam nova, eaque summè odiosa, & periculo-
sa Lis cum Potestate sæculari Cæsarea inchoaret, si
major, quàm ternarius numerus concederetur.
Quare pro observantia Constitutionum Pontificia-
rum, pro tuenda Authoritate Apostolica, & Ordi-
narii, pro conservanda tranquillitate publica, pro
468 servanda fide jurata, pro justitia, & veritate, tertii
Dubii de numero rursùs denuò humillimè commen-
do, & intuitu tam evidentium, ac Jurium, grande
bonum commune concernentium, de confirmatione
justæ Sententiæ meæ, etiam quoad hanc partem mi-
nimè dubito.
Cæterùm, si Eremitæ majorem, quàm ternarium
numerum desiderant, procedant via Regia, & pa-
rito priùs Judicatò, faciant apud Me, tanquam Or-
469 dinarium, legitimam Instantiam & patiantur, ut
juxta præscriptam formam Constitutionum Pontifi-
ciarum priùs citentur, & audiantur Partes, interes-
se habentes, ipsisque auditis, & causa, servatis ser-
vandis cognita, procedatur, forsan eveniet, quòd di-
ctæ Partes, interesse habentes, vel ad humiles pre-
ces ipsorum Eremitarum, vel ad nostram interposi-
tionem, ultrò cedant, sicque Eremitæ licito modo,
salvoque Jure, & justitia, obtineant, quòd iniquis
machinationibus, dolis, & technis, aliisque in huma-
na prudentia potiùs, quàm in Deo, & virtute, fun-
datis mediis, evincere non valuerunt. Porrò quò
nam, & qualiter discedere ex Eremitorio debeant
numerum ternarium excedentes Eremitæ, dispositio-
nem cum discretione faciam postquam Decisio, &
responsio pro eodem numero fuerit secuta.
Quæ dum absque ullo privato interesse, vel parti-
culari Partium affectu, & absque omni passione, &
vindicta, præcisè ex debita cura, & amore tam
grandis boni communis, supra enarrati, in verbo E-
470 piscopi humillimè propono, sub reverentialissimo Sa-
cræ Purpuræ osculo. Me demississimè commendans
persevero 17. Martii 1713.

EE. VV. Reverendissimarum.
(L. S.)

Obsequentissimus
Jo: Francisc. Episc. Frising.

Foris. Eminentissimis, & Reverendissimis Domi-
nis Dominis Sac. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, S.
Congregat. Netiis Episcoporum, & Regularium præ-
positis.

PRopositis infrascriptis Dubii à Cardinali Fabrono
in S. Congregatione, negotiis Episcoporum, &
471 Regularium præposita, D. Magnum Abbatem Mo-
nasterii Benedictoburani in Bavaria, & RR. PP. E-
remitas ad Lacum Vallersee, die 17. Februarii 1713.
Partibus acerrimè informantibus, resoluta fuerunt;
ut infra.

Dub. I. *An Tertiarii Sanctæ Theresiæ; vigore Aggre-
gationis Congregationi B. Petri de Pisis, sint vere Re-
gulares.* 472
Affirmativè.
Dub. II. *An constet de valida erectione formalis Conven-
tus, Seù potiùs de erectione simplicis Eremitorii ad La-
cum Vallerseæ, in casu &c.* 473
Negativè quoad primam partem; Affirmativè
quoad secundam.
Dub. III. *An, & in quo numero debeant in eo commorari
Religiosi, seu Eremitæ.* 474
Dilata.
Dub. IV. *An constet de devastatione Molendini; & qua-
tenus affirmativè.* 475
Constare.
Dub. V. *An, & ad quæ damna teneantur, & in quas
pœnas inciderint Devastantes, & Demandantes.* 476
Ad nihil teneri.
Dub. VI. *An constet de prohibitione vendendi res vena-
les, aliaque præstandi Eremitis pro eorum necessaria sub-
stentatione; Et quatenus affirmativè.* 477
Negativè.
Dub. VII. *An, & quas pœnas incurrerint Prohibentes.*
Provisum. 478
Repropositо verò dicto tertio Dubio in Congregatione,
habita die 6. Aprilis 1713. resolutum fuit, ut infra. 479
Dub. VIII. *An & in quo numero debeant in eo commorari
Religiosi, seu Eremitæ.* 480
Religiosos non debere excedere numerum trium, reli-
cta facultate Episcopo augendi dictum numerum, pro
suo arbitrio, & prudentia, auditis interesse Haben-
tibus.

DISCEPTATIO XXII.

Perusina Remotionis Oeconomi

PRO

Confraternitate Hospitalis Castri Rigonis

CUM

Promotore fiscali Curiæ Episcopalis Perusiæ

ARGUMENTUM.

*Appositioni Oeconomi in locum Officialium Confrater-
nitatis non est locus, antequam Confratres admini-
stratores reddant Rationem eorum Administratio-
nis. Minùsque in illis terminis, in quibus locus est
deputationi, potest deputari Persona extra gremium
Confratrum, sed deputandus est unus ex iisdem Con-
fratribus.*

A Duobus sæculis, & ultra in Castro Rigone, Peru-
finæ Diæcesis, duæ reperiebantur Confraternita-
tes, canonicè institutæ, una scilicet in Hospitali Pau-
perum, & altera in quodam Sacello, S. Mariæ Virgini
dicato, Incolarum devotione, & Piorum eleemosynis
in formam Ecclesiæ extructo, quod authoritate Cle- 1
ment. VII. anno 1531. applicatum, & incorporatum
fuit eidem Hospitali, ita ut ex dictis duabus Confrater-
nitatibus una, & eadem fuerit instituta Confraternitas,
cum omnimoda, ac independenti facultate, non so-
lùm regendi, & gubernandi Hospitale prædictum, pro-
ut antea ab antiqua, & usque tunc pacificè observata im- 2
memorabili consuetudine, sed etiam cum alia faculta-
te Ecclesiam prædictam, eorumque Fructus admini-
strandi per Rectores, & Administratores, aliosque Of-
ficiales, à Confratribus pro tempore deputandos, prout
apparet ex tenore Brevis hujusmodi Unionis, & Ere-
ctionis. In qua possessione absoluti Gubernii, & liberæ 3
Administrationis, pacificè continuavit à dicto anno
1531. usque in præsens dicta Confraternitas, & quidem
cum adeo diligenti, & exacta cura, ut additis Piorum
Largitionibus, & Dispositionibus, ac multorum Sta-
bilium

bilium emptionibus, a paucis annis citrà factis, ascendat annuus fructus ad considerabilem summam scut.
4 500. circiter, ut retulit Episcopus huic Sacræ Congregationi sub die 21. Martii 1718. & in præsenti ascendunt ad scut. 491. ut infra.

Hujusmodi diligens, & exactissima Administratio cum omni possibili attentione, commendabilique zelo, & charitate, gratis semper expleta per Officiales, quolibet anno deputatos, ex corpore Confraternitatis, fuit adeo nota, adeoquè perspecta Fidelibus, in eodem Castro degentibus, ut illos induxerit, non solùm ad disponendum favore Hospitalis, &
5 Ecclesiæ prædictæ, quinimò ad expressè demandandam Officialibus pro tempore Administrationem Bonorum, per ipsos relictorum, sub illa, æquè considerabili, & expressa conditione, quòd si daretur casus, quòd prædictum Hospitale, & Ecclesia non ad-
6 ministraretur ab eisdem Officialibus, onera Missarum, & alia Legata, pia, per ipsos relicta in Ecclesia prædicta, adimpleri deberent in aliis Ecclesiis ejusdem Loci, ut aliis omissis gratia brevitatis, id signanter apparet à Testamentis Thomæ, & Sacerdotis Andreæ de Fabris, qui erecta Cappellania cum onere Missarum, & Servitii in dicta Ecclesia, expressè demandarunt, ibi *Che occorrendo mai, che det-*
7 *ta Madonna Santissima fosse retta, e governata da altra Persona di qualsivoglia stato, grado, e condizione, il detto Cappellano non sia obligato, ne debba officiare d. Madonna, ma le Messe, che era obligato dire in detta Madonna, le debba dire.* Idem voluit Joannes Maria de Coppis, qui, instituta Cappellania perpe-
8 tua in dicta Ecclesia, mandavit, ibi -- *Caso, che detta Chiesa della Santissima Madonna non fosse amministrata, e governata dal sudetto Priore, & Officiali della detta Compagnia, & Ospedale, detto Testatore* ex nunc *vuole, & espressamente comanda, che detto Cappellano sia tenuto, & obligato celebrare tutte le sudette Messe nella Chiesa della Compagnia del Santissimo Sagramento di detto Luogo* -- Idem demandavit
9 Petrus de Totis, qui, erecta Cappellania in dicta Ecclesia cum annua conspicua dote scut. 50. præcepit, ibi -- *Et in evento, che detta Chiesa fosse impetrata da altre Persone, e che non fosse governata, ne amministrata dalli Priori, & Officiali di d. Ospedale, detto Testatore vuole, & espresamente comanda, che detto Cappellano sia tenutto, & obligato celebrare tutte le sudette Messe nella Chiesa della Compagnia del Santissimo Sagramento* -- Et demum, aliis omissis, Simeon Perini Sacerdos Congregationis Oratorii S.
10 Philippi Nerii nimis confisus sibi perspecto zelo, & ferventi charitate Officialium erga propriam Ecclesiam, relinquendo omnia Bona sua cum onere 30. Missarum quolibet anno, nominaverit Hæredes ipsosmet Priorem, & Confratres prædictæ Ecclesiæ, cum plena, & ampla facultate vendendi, cedendi, permutandi, alienandi in totum, vel in partem pro quacumque causa, eorum arbitrio utili, vel necessaria; Et timens casum impeditæ Administrationis
11 ita disposuit: *Che li suoi Beni non s' intendano, ne siano obligati ne sottoposti alla Chiesa, ne ammensati ad essa in modo alcuno, acciò li dd. suoi Eredi possino fare quanto si e detto di sopra.*

Nec frustratæ fuerunt eorundem piæ decedentium Voluntates, quia nostra Confraternitas hoc unum semper præ oculis habuit, eligendi scilicet in Priores, & Oeconomos Viros probos, optimæque famæ, habentes Dei timorem, facultatibus pollentes, & non vulgaris experientiæ circa curam, & diligentem Bonorum Administrationem, prout, omissa aliqua pe-
12 cude, effecta morbida antè annum 1695. constanter practicatum fuit cum omni possibili circumspectione post dictum annum 1695. usquè in præsens, seligendo semper Personas, moribus, & charitate insignes, & Bonis idoneas, ac experientia probatas, de quibus testantur novem Testes, & alii tres Cives Perusini, omni exceptione majores, & superlativam demonstrationem eorum ingenuæ fidei, & legalitatis,
13 ac exactissimæ Administrationis, per eos gestæ, satis apertè patefaciunt Acquisitiones factæ diversorum Stabilium ab anno 1699. usque in præsens in non parva summa scut. 368. cumulata ex a fructibus superextantibus, satisfactis omnibus, oneribus: Itaut eorum ingenuitas, optima fama, & diligentissima, ac fidelissima administratio, semper gratis, & mero in- 14
tuito pietatis, & charitatis expleta, notoria sit notorietate facti apud omnes Homines ejusdem Loci, omnia hæc videntes, manibusque palpantes, ut per modum supplicis Libelli id exponunt huic Sac. Congregationi sexaginta Homines, in exequutionem Conciliaris Resolutionis, captæ die 9. Novembri 1719.
Testantes ulteriùs, nostram Confraternitatem con- 15
stare in præsens: *di sette Sacerdoti, e di altretante Persone, e più Civili, di buonissima fama, e concetto, le quali essendo facoltose de proprii Beni di fortuna, e non mercenarie, e bisognose, hanno amministrate* gratis *l'Entrate della detta Chiesa, con utile grande della medema*: ut ex eodem supplici Libello, ab omnibus singulariter subscripto, & in forma recognito.

Non defuerunt tamen aliqui ex Hominibus d. Terræ, qui, assumpto nomine Communitatis, & Hominum ejusdem Loci, sub palliata specie zeli erga Locum pium, revera tamen interesse proprium curantes, occupationem scilicet Cappellaniæ, absque obligatione satisfaciendi onera, exposuerunt huic Sa- 16
cræ Congregationi, quòd dissipabantur Redditus nostræ Confraternitatis in Litibus satis dispendiosis contra Parochum, & contra quendam de Amatuccis, à quo venit sagitta, prout coactus exadverso scribens docere de legimo Mandato procuræ, illud exhibuit in manibus Card. Ponentis, confectum à R. Petro Philippo de Amatuccis, & nuper aliud à Jo: Baptista, ejus Patre; alia quamplura cumulantes, & 17
signanter omissionem Redditionis Rationis ab anno 1695. citrà, & hæc Sacra Congregatio maturè, ut solet, procedendo, audita Relatione Episcopi, ingenuè referentis, Recursum prædictum non fuisse factum, neque à Communitate, coadunata in corpore, neque ab illius Capitibus, seu Massariis, laudantis tamen necessitatem explendi Redditionem Rationis, per modum retrogradum, incipiendo scilicet ab 18
ultimis annis, sub die 31. Martii 1718. rescripsit: *Episcopo, qui provideat, & exigat Redditionem Rationis*, prout deputato Revisore Tancredo de Serbello, Priore Pregi, ac transmisso Ratiocinatore, fuit per Officiales reddita exactissima Ratio ab anno 1712. usque ad 1719. licèt Computa solidata non fuerint nisi usque ad annum 1717. ut ex epistola ejusdem Revisoris in Processu existen. scripta Reverendiss. Episcopo sub die 4. Decembris 1718. ibi -- *O rivisti, fatti stendere dal Computista, e saldati li Conti ancora dal primo Luglio* 1712. *sino al primo Luglio* 1717. Pro annis autem 1718. & 1719. Computa transcripsit in 19
Libro *Mastro*, sed non solidavit, non quia defecerunt Administratores dd. annorum exhibere fidelissimas, exactissimasque Rationes dati, & Accepti, sed quia ipsemet Episcopus ordinaverat, ne bonificarentur Expensæ cujusdam Litis cum quodam de Amatuccis, ut ipsemet Revisor retulit Episcopo in præcitata E- 20
pistola, ibi -- *E quest' anno scorso à amministrato per un tal Bonucci il Sig. D. Baldassarre Ricci, il quale in fine à depositato per gl' Avvanzi dell' Entrate &c. scudi sessanta &c. a cui non ò volsuto farli buoni, secondo gli ordini di V. S. Illustrissima, avendoli spesi nelle Liti* -- Et pari modo fuerunt extensa Computa anni 21
1719. sed non solidata, ut ex alia Epistola ejusdem Revisoris, data sub die 6. Octobris 1719. *Process. fol. 5. & 6.* ibi -- *Finalmente jersera mi riuscì terminare li Conti dell' Economia del Sig. Guerrieri, non avendo volsuto saldarli, anzi ne pure far pareggiare le Partite, per averne trovata una di sc. 18. 50. appartenente alla Lite Amatucci.*

Ecce igitur, quòd anno 1712. ad 1717. fidelissima fuit Bonorum nostræ Confraternitatis Administratio, dùm fuit reddita Ratio, fueruntque solidata Computa. De annis autem 1718. & 1719. æquè fidelissima fuit Administratio, & punctualissima reddita Ratio; Quamvis autem non fuerint solidata 22
Computa, hoc non evenit ex mala Administratione, sed quia Episcopus noluit, bonificari Expensas,

ſas, factas de ordine generalis Adunantiæ Confraternitatis in Lite cum Amatuccio, longè ante ab eodem introducta contra Confraternitatem, ut latiùs infra demonſtrabimus.

Ex hujuſmodi Redditione Rationis firmiter credebant Officiales noſtræ Confraternitatis, ceſſaſſe Recurſus, adeò clamoroſos, prout de Jure ceſſare debe-
23 bant; Cæterùm prædicti de Amatuccis infenſi noſtræ Confraternitati, omnibus viis ſuadere procurarunt Epiſcopo, ut iterùm ſub die 29. Julii 1719. (tacendo tamen expletas Redditiones Rationum per totum annum 1718. ut ex mox dicta Epiſtola Reviſoris, & quòd pro anno 1719. jam explebatur coram Reviſore, & Ratiocinatore, prout exitus demonſtravit) certioraret
24 hanc Sacram Congregationem, quòd ex reviſione Rationum meritò redargui debebant Officiales, uti doloſi Adminiſtratores, ex eo præſertim, quia omiſerant adnotare Eleemoſynas annuales, fieri ſolitas occaſione feſtivitatis Sanctiſsimæ Pentecoſtes; Taliter quòd niſi apponeretur Oeconomus, reduceretur Eccleſia ad extremas anguſtias: Quod tamen fuit æquè falſum, &
25 merum figmentum eorunndem de Amatuccis, quia ex ipſa Redditione Rationis ictu oculi apparebat, fuiſſe deſcriptas eaſdem Eleemoſynas, idque diſtinctè in ſingulos annos, & ulteriùs, fuiſse pariter deſcriptas minutiſsimas Partitas julii unius, ut ex Partitis, extractis de ordine hujus Sacræ Congregationis, datis in Summario.

Verum tamen eſt, quòd, relata Cauſa Congregatione, habita die 4. Auguſti 1719. non attenta eadem Informatione Epiſcopi, ob maximam inveriſimilitudinem, & æqualem incredibilitatem contentorum in ea, inaudita Confraternitate, ejuſque Officialibus nullatenùs citatis, ab hac Sacra Congregatione ſolita, & lau-
26 dabili maturitate procedendo, non aliter reſcriptum fuit, quàm ut idem Epiſcopus procederet prout de Jure, ibi -- *Proceda ſopra di ciò, conforme ſarà di ragione, e anche, quando ſtimerà eſſere eſpediente di un' Economo, lo deputi.*

Atque quia ex hujuſmodi Reſcripto deſperata erat appoſitio Oeconomi, ea ratione, quia præcedere debeat Proceſſus, prout de Jure, quatenus ſcilicet conſtaret de mala, & doloſa Adminiſtratione, & qua conſtare non poterat, imò conſtabat de bona, & fideli, ut ſupra di-
27 ximus. Attamen non de Jure, ut ſibi injunctum fuerat ab hac Sacra Congregatione, ſed de facto procedendo, nulla etiam prævia Citatione, ab eodem Epiſcopo more Belli deventum fuit ad deputationem Oeconomi in Perſonam cujuſdam exteri, & pauperis Sacerdotis de Burgo S. Sepulchri, & quod pejus eſt ſub diebus 16. & 19. menſis Octobris 1719. tradita eidem fuit poſſeſsio
28 cum Familia armata novem Satellitum, & Notarii criminalis, quæ deputatio Oeconomi, unacum ſucceſsiva poſſeſsione, ut ſupra eidem tradita, eò evidentiùs inordinata, nulla, de facto, & contra mentem hujus Sacræ Congregationis attentata fuit, quia omnia ſequuta fuerunt poſtquam clarè conſtiterat Epiſcopo in A-
29 ctis ſuæ Cancellariæ per Epiſtolas Reviſoris, & Ratiocinatoris, datas ſub diebus 4. Decembris 1718. & 6. Octobris 1719. fuiſſe expletam Redditionem Rationis, & ſolidata Computa uſque ad annum 1717. & pro aliis duobus annis non fuiſſe ſolidata, quia ipſemet Epiſcopus ordinaverat Reviſori, ne bonificaret Expenſas d. Litis, ut idem Reviſor id teſtatus fuit in dd. Epiſtolis, quas
30 unà cum ipſiſmet Libris Rationum jam produxerat Procurator fiſcalis, & ſuper illis fuit injuſtiſsimè fundata deputatio, ut legitur in Summ. ibi -- *Coſtandomi legitimamente, non tanto dalli Libri prodotti nella noſtra Cancellaria, quanto dalla Relazione, & Atteſtatione, ivi pure eſiſtenti, del Signor Priore di Preggio &c. della mala, impropria, anzi doloſa Amminiſtrazione* -- aſſertio undequaque inſubſiſtens, dum ex ipſis Epiſtolis, & Libris revera conſtabat de fideli Adminiſtratione, ut ſuprà diximus.

Quapropter, cùm fuerit de facto proceſſum ad appoſitionem Oeconomi, abſque ullo legali fundamento, poſt exactam, ut ſupra, fidelem Rationem, punctualiſsimè redditam, privando contra omne Juris principium Confraternitatem, & Officiales Adminiſtratione, ipſis de Jure debita, tam vigore Brevis Clem. VII. & 31
piorum Teſtatorum expreſſa voluntate, juncta innegabili obſervantia, pacificè continuata per duo Secula, de facto pariter removendus videtur ad preces Officialium noſtræ Confraternitatis, Communitas, & omnium Hominum Caſtri Rigonis, non ſolùm ex motivo proprii honoris, & famæ, quod ſemper cor premit, ut 32
experientia notum eſt, & obſervant *Giub. conſ.* 80. *num.* 1. *& ſeqq. & Mattheu. de Re crimin. controv.* 12. *numer.* 7. *& 27. cum aliis, citatis in Inſtit. crim. lib. 2. tit.* 5. *numer.* 390. quàm etiam ex cauſa utilitatis Loci pii, ac progreſſus, & augumenti pii Operis; Eodemque tempore eorum æquè humiles, atque enixas repetunt preces pro deputatione Judicis non ſuſpecti in Civitate Peruſiæ, ad effectum explendi Rationem aliorum annorum 33
ante annum 1712. comprehenſa Adminiſtratione Joannis Baptiſtæ Amatucci, Patris Oppoſitoris, ex cujus mala Adminiſtratione fuit impedita Redditio Rationis annorum ſubſequentium, ut infra demonſtrabimus.

Fuit ſiquidem inordinata, ac de facto practicata Oppoſitio Oeconomi, quia cùm præſeferat Rationem Adminiſtrationis, non poterant Officiales de facto privari eadem Adminiſtratione, & Confraternitas facultate deputandi alios Officiales, niſi ſervatis ſervandis, præcedentibus ſcilicet Citationibus, condemnatione, ac 34
data facultate defendendi, ita diſponente Jure canonico *in cap. Qualiter, & quando il 2. de Accuſat.* ibi -- *Illo ſemper adhibito moderamine, ut juxta formam Judicii Sententiæ quoque forma dictetur*, ubi ulteriùs advertitur, id eſse præceptum Evangelicum, & Divinum, ibi. *Legitur enim in Evangelio, quòd Villicus ille, qui diffamatus erat apud Dominum ſuum, quaſi diſſipaſſet Bona ipſius, audivit ab illo; Quid hoc audio de te, Redde Rationem villicationis tuæ*: Et in terminis Adminiſtrationis Hoſpitalis, quòd non poſsint illius Officiales privari, Adminiſtratione, niſi cum plena cauſæ cognitione, benè obſervat *Valez. conſil.* 58. *per tot.* & ſignanter *nu.* 21. *& ſeq.* & meliùs in noſtris præciſis terminis *Alexand. conſil.* 1. *num.* 3. *lib.* 7. 35 36

Ea ratione quia auferre alicui Adminiſtrationem eſt irrogare infamiam, *Text. eſt in l. Si verò §. Qui pro rei ſſ. Qui ſatiſd. cogant. l. Teſtamento* 51. & ibi *Gloſſ. verb. Negotio ibi -- Nota, eſse honorem adminiſtrare; & dedecus removeri -- ff. de Manumiſſ. teſtam. l. Fideicommiſsa in princ.* & ibi *Gloſs. verbo Rationis geſtæ ff. de Fideicom. libert. Franch. dec.* 8. *ſub nu.* 10. & ibi *Novar.* dicens, non eſse facilè indulgendum malitiis Accuſatorum, ſed prudenter, & temperate procedendum, cùm ſuſpenſiò ab 38
Officio famam eripiat apud probos Viros, & maximum dedecus inurat, & *Rota dec.* 242. *num.* 4. *par.* 5. *recent.* ibi -- *Cùm facultas adminiſtrandi honorifica reputetur, ejus autem remotio dedecus cenſeatur -- & dec.* 936. *num.* 2. *coram. Dunoz. jun. & in Romana Multiplicorum* 4. *Julii* 1698. *§. Ea quidem ratione verſis. Sed etiam irrogatur injuria cor. Molines.* 37

Et conſiderando ſupradictas piorum Benefactorum Diſpoſitiones, in quibus Adminiſtratio Bonorum, ab eis noſtræ Confraternitati relictorum, unicè commiſſa 39
fuit Officialibus pro tempore dictæ Confraternitatis, egregiè *Rota in d. Romana Multiplicorum* 4. *Julii* 1698. *§. Ea quidem coram Molines*, ubi ad rem conſiderat, in his terminis agi de commutatione Voluntatis, quæ nonniſi ex maxima cauſa permittitur, ibi: *Per remotionem &c.* 40
receditur à ſuprema Teſtatoris voluntate, quod à Judice permittendum non eſt, niſi maxima urgente neceſſitate, & concordant adducti per *Perez de Laura de Anniu. & Cappell. cap.* 13. *numer. primo, & ſeqq. lib.* 1. *& Fontanell. deciſ.* 548. *num.* 10.

Et propterea procedi non debebat, nec poterat ad appoſitionem Oeconomi de facto, nulloque ſervato Juris ordine, ſed priùs conſtare debebat evidenter, & per legitimas probationes de mala præſuppoſita doloſa Adminiſtratione; Ad hunc enim effectum exceſſus Adminiſtratoris debet eſſe gravis, quòd ſcilicèt non potuerit reddere Rationem, Textus eſt expreſsus in *dicto c. Qualiter, & quando il 2. de Accuſat.* ibi -- *Non ex odii fomite, ſed ex charitatis procedatur affectu, quatenùs, ſi fuerit gravis exceſsus, Adminiſtratione amoveatur omninò,* quod

quod est secundum sententiam evangelicam, a villicatione Villicum amoveri, qui non potest villicationis suæ dignam reddere Rationem, ubi latè *Fagnan. numer.* 2. *& pluribus seqq.* & hoc est, quod voluit hæc Sacra Congregatio,
42 injungendo Episcopo, ut procederet *conforme sarà di ragione*, ut scilicet procederet, non de facto, & manu armata, ad simplices exagerationes Amatucci, habentis Interesse ex causa prædictæ Litis, sed servata dispositione Juris, mox relata, quòd scilicet officiales cogeret ad Redditionem Rationis, & constito de illorum mala Administratione, quia scilicet non possent
43 reddere Rationem, procederet ad appositionem Oeconomi, ut notat *Gloss. in dicto cap. Qualiter, & quando sub verb. Redde Rationem in Addition. dicens: Nota duo: Primò, quòd ipse inquirendus, est priùs interrogandus; secundò, quò suæ excusationes sunt admittendæ*, cum Concordantibus, citatis ibidem à *Fagnan. num.* 5. *&* 6. Aliàs si voluisset hæc Sacra Congregatio committere simpliciter appositionem Oeconomi, omisisset illa ver-
44 ba, *conforme sarà di ragione*, & alia, *quando stimerà, essere espediente di un' Economo, lo deputi*, sed per ablativum absolutum demandasset appositionem Oeconomi, qui diversus rescribendi modus summa veneratione exequutioni demandandus erat ab Episcopo. Præcipuè, quia agebatur de apponendo Oeconomo postredditam de ipsius Mandato exactam Rationis Reddítio-
45 nem ab omnibus Officialibus, & postquàm illi ser. servandis solidationem Computorum reportaverant à Revisore, ab ipsomet Episcopo specialiter deputato, ex supra animadversis.

At esto millies, nunquam tamen concesso, quòd ob malam Administrationem potuerint meritò privari Officiales, anno præterito deputati, videtur imperceptibile, quomodo potuerit privari Corpus ipsum Confraternitatis, penès quam residet Administratio habi-
46 tualis, deputando in singulos annos Officiales, tam ex d. Indulto Apostolico, quàm ex fundationibus; Regulare enim est in his terminis, quòd ex delicto, culpa, vel negligentia particularium Personarum, non potest
47 puniri Universitas, Communitas, Collegium &c. ut latè probat *Farinaç. de Inquisit. quæst.* 24. *num.* 131. Debebat proindè in omnem casum cogi Confraternitas ad deputandum alios Officiales, non autem de facto deveniri poterat ad privationem ejusdem Confraternitatis, contra literale Indultum Apostolicum, & claram Fun-
48 dationem, nullatenus revocatam à *Concil. Tridentino sess.* 22. *cap.* 9. Ibi enim fuit dumtaxat dispositum circa exemptionem à Redditione Rationis, faciendæ coram Ordinario, quam non prætendimus, sed solùm dicimus, Administrationem spectare ad Confraternitatem ex privilegio, & fundationibus, apertè præservatis à Concilio.

Demonstrata igitur inordinata appositione Oeconomi, de facto nulloque Juris ordine servato ad praxim redacta, clariùs apparet illius insubsistentia, & manifesta injustitia; Quamvis enim fuerit omissa Redditio
49 Rationis ab annò 1695. usque ad annum 1718. quo emanavit primum Rescriptum hujus Sacræ Congregationis pro Redditione Rationis: Attamen ex hujusmodi omissione deduci nullo modo potest culpa aliqua, vel dolus, neque in Officialibus pro tempore, neque in ipsa Confraternitate, quia ante annum 1695. fuit Oecono-
50 mus Joannes Baptista de Amatuccis, Pater Oppositoris adhuc vivens, qui Rationes suæ Administrationis non posuerat in Libro *Mastro*, taliter, quòd neque sequentes Administratores potuerunt in eodem Libro apponere suas Partitas, suasque Rationes. Quia verò Episcopus non transmittebat Ratiocinatorem, prout solebat practicari quolibet anno, coacti fuerunt Officiales pluries supplicare eidem Episcopo, ut transmitteret Ratiocinatorem pro revisione Computorum dicti de Amatuccis, à cujus omissione promanabat absurdum omis-
51 sæ Redditionis Rationis per Officiales subsequentes, usquequò tandem de anno 1700. fuit deputatus P. Hieronymus Peronus, qui coegit eundem Jo: Baptistam de Amatuccis ad exhibitionem Rationum, illisque transcriptis in Libro *Mastro*, apparuit, remanere creditorem in sc. 95. Qua cognita illegali Administratione, no-
52 luit Confraternitas illam approbare, & opus fuit judicialiter agere in Curia Episcopali, una cum exhibitione Librorum, primo extrajudicialiter coram Canonico de Rampalibus, & subinde judicialiter in Cancellaria episcopali, ut constat ex Actis, gestis ab anno 1702. ad 1713. datis in Summario. Taliter, quòd ob adeò longam Litem Libri, fuerunt deperditi, & non reperti per 53
Cancellariam episcopalem, nisi post comminatam Excommunicationem ad instantiam Priorum, teste qualificato Sacerdote Joanne Baptista Laudadio, per cujus manus omnia hæc transierunt, ut videre est in Summario, qui Sacerdos ulteriùs testatur de incepta per ipsum descriptione annorum antecedentium, sed omissa, stante præciso ordine Episcopi pro revisione per modum retrogradum.

Posita hac veritate facti, nullus dolus, nullaque levissima culpa considerari potest in Officialibus ob omissam descriptionem Rationum in Libro *Mastro*; Quia an- 54
tè annum 1700. Amatuccius omiserat in illo describere suas Partitas, quæ omissio impediebat aliarum descriptionem, & post annum 1713. idem Liber fuerat asportatus in Civitatem Perusiæ, & exhibitus in Cancellaria episcopali, ab illo anno ad 1718. ignorabatur ubi esset. Non solùm autem abest quælibet culpa, imò est consideranda quælibet possibilis diligentia Officialium; 55
Curarunt enim, ut Episcopus committeret revisionem Computorum Amatucci, coacti dictum Librum asportare ad Cancellariam episcopalem, & posteà deperditum, reperire metu Excommunicationis; In eoque, jam reperto, curarunt describi Administrationes annorum antecedentium ex ordine, & fuisset terminata descriptio, nisi Episcopus mandasset Revisionem ordine retrogrado.

Quinimò tanta fuit diligentia, & fides Officialium ut impediti, ut mox diximus, describere proprias Partitas in dicto libro *Mastro*, quilibet ex illis curaverit con- 56
ficere Librum particularem pro anno suæ Administrationis, in eo distinctè, & separatim adnotando omnes Partitas Dati, & Accepti, Introitus, & Exitus, ad hoc, ut ad omnem minimam requisitionem essent semper parati reddere Rationem, prout de facto illam exactissimè reddiderunt ab anno 1712. ad annum 1717, in quibus à Revisore, & Ratiocinatore, ab Episcopo 57
de ordine hujus Sacræ Congregationis deputato, absque ullo scrupulo fuerunt solidata Computa, ut ipse Revisor retulit eidem Episcopo, ibi -- *O rivisti, fatti stendere dal Computista, e saldati li Conti dal* 1. *Luglio* 1712 *fino al* 1. *Luglio* 1717. Pro annis 1718. & 1719. sat esse videtur, simpliciter referre verba Ratiocinatoris, ad in- 58
stantiam Fisci examinati, quæ sunt sequentia: *Dal dì* 1. *Luglio* 1718. *per l' Economia &c. per Francesco Bonucci, questo portò registrata tutta l' Entrata, & Uscita in buona forma in un Libro*, & infrà -- *Siccome poi registrai la Scrittura dell' Economia del Sig. Guerriero Guerrieri &c dal* 1. *Luglio* 1718. *fino all' anno* 1719. *&c. che aveva esso posto tutto in Libro formale, che teneva appresso di se &c. & in tal' occasione da D. Carlo Volpi per parte di Don Antonio Bonucci mi fù dato in Nota tutta l' Entrata di Grano, e Mistumi fino alli* 20. *Settembre del corrente anno*: Compu- 59
ta autem non solidavit pro his duobus annis, quia noluit bonificare expensas Litis, de quibus infrà.

Ecce igitur exactissima diligentia, & fidelissima Administratio Officialium ab anno 1712. ad totum annum 1719. idest usque ad appositionem Oeconomi. Quomodo igitur redargui possunt fidelissimi Administratores, 60
tanquam negligentes, culposi, & dolosi, si exactissimam reddiderunt Rationem, & multò minùs possunt redargui ob omissam descriptionem in Libro *Mastro*, quia per ipsos non stetit, ut diximus, ob illius asportationem ad Civitatem Perusiæ, & exhibitionem in Cancellaria episcopali, & fuit repertus post tot, tantasque diligentias, per ipsosmet Officiales adhibitas. Constat proinde de illorum extraordinariis, magnisque diligentiis, citra obligationem adhibitis, quia satis erat Officialibus pro tempore, ut essent semper parati ad reddendam Rationem, quotiescumque fuissent requisiti, itaut per ipsos non stetisset, ad hoc, ut privari non potuissent Administratione, juxta magistralem doctrinam 61
Gloss. in Clement. Quia contigit. §. Ut autem de Religios. Domib. ubi *Panormitan. num.* 21. ibi -- *An isti Rectores Hospi-*

Hospitalium teneantur reddere Rationem, etiam non petitam, vide hìc bonam Gloss. in verb. Annis singulis, quæ concludit, satis esse, quòd requisiti Rationem reddant. quam Glossam benè notat Zabarell. ibidem num. 3. ubi ante *num. 4.* dicit, quòd benè faciunt offerendo Rationes, tamen si non offerunt, non sunt puniendi, quia dies nunquam interpellat ad committendam pœnam,
62 nisi sit in Jure cautum, quos omnes in nostri individualibus terminis sequitur *Alex. consil. 1. num. 4. lib. 7.* ibi — *Saltem quoad hoc, ut pœnam non incurrant hujusmodi Hospitalarii, satis est, quòd, quando requisiti sunt, Rationem reddant.*

Videamus modò, an saltem in annis antecedentibus, ab anno scilicet 1695. ad annum 1712. possit notari aliqua culpa, quamvis sit evidentissimum, quòd pro
63 culpa Antecessorum, quatenùs adesset, puniri non debebant Officiales Successores, ad Jura notissima de quibus *in Instit. crim. lib. 1. tit. 1. n. 14.* Et certe nulla, neque ideabilis considerari potuit; Quia ex facto, supra fideliter recensitu, & authenticis documentis com-
64 probato, satis constat, Joannem Baptistam Amatuccium, ob omissam descriptionem suæ Administrationis usque ad annum 1700. fuisse in causa, quòd neque Officiales successores potuerint eandem descriptionem explere, & postmodum facta asportatione Libri ad Civitatem Perusiæ, illiusque exhibitione in Judicio
65 agitato cum eodem Amatuccio usque ad annum 1713. tandem eodem Libro reperto metu Excommunicationis, fuit cepta descriptio ordinatim, juxta seriem annorum, impedita postmodum à moderno Revisore, qui voluit de ordine Episcopi tenere modum retrogradum: Nulla igitur negligentia, nulla culpa, nul-
66 lus dolus, imò summa fides, quia Officiales prædictorum annorum etiam ipsi confecerunt Libros, quilibet nimirum suæ Administrationis, & quod magis est, voluerunt reddere Rationem coram Revisore prædicto, & ipse noluit id facere, dicens, habere ordinem ab Episcopo non excedendi annum 1712. ut ipsemet Episcopus retulit huic S. Cong. sub die 21. Martii 1718.
67 dicens, commisisse Revisionem Computorum *precisamente per il settennio del mio avvenimento al Vescovato.*

Hodiè igitur iidem Officiales offerunt se promptos, & paratos ad reddendam Rationem coram quocumque Revisore, ab hac Sac. Congreg. deputando: Eodemque tempore suas humillimas reiterant preces pro
68 deputatione Judicis non suspecti in Civitate Perusię. Habent enim omnes dicti Officiales suos particulares Libros, compositos ea forma, qua fuerant descripti illi, confecti ab anno 1712. ad annum 1719. & super quibus fuit reddita exactissima Ratio, & solidata Computa, istique sunt Angelus Sanctes, qui fuit
69 pluries deputatus Officialis, Marius de Biscinis, Carolus Volpi, & omnes aliis, quotquot sunt adhuc viventes.

Ex quibus remanet manifestum, quòd etiam in prædictis annis detegitur summa diligentia, suntque omnes Officiales prompti, & parati reddere Rationem, & propterea injustissima fuit appositio Oeco-
70 nomi, & privatio Administrationis, quia, ut supra punctualibus authoritatibus demonstravimus, ad evitandam pœnam privationis satis erat, esse paratos reddere Rationem, eo tempore, quo ad illam reddendam interpellabantur.

Nec habet in facto subsistentiam prætensio Procuratoris fiscalis, qui coacervando Introitus ab anno 1712. ad annum 1718. facit illos ascendere ad scuta 3443.92.
71 & facta repartitione in annos singulos, dicit. annuum Inroitum ascendere ad sc. 491.98. Utinam enim tanti fuissent, & revera essent pro utilitate nostri Loci Pii; Hanc eamdem summam coacervando ab anno 1695. ad annum 1712. dicit, per annos sexdecim ascendere ad scut. 7881. 81. pro quibus gratis asserit, remanere Debitores Officiales dictorum annorum.

Breviter enim respondemus, quòd ante redditam
72 Rationem non datur neque Debitum, neque Creditum, ex vulgatis, de quibus *Rota decis. 223. n. 4. cor. Dunoz. sen. & decis. 169. n. 14. cor. Ottob. & decis. 382. n. 12. cor. Benincasa.* Permissumque sit nobis in hac parte petere, in Computis factis, & solidatis ab anno 1712. ad annum 1717. quos Officiales invenit culposos? Quosve condemnavit Revisor in illis sc. 3443.? 73
Neminem utique, quia nostra Ecclesia, sicuti habet Introitus, habet etiam Exitus, quorum quantitatem, saltem illam fixam, & invariabilem, debebat extrahere à Libris, sicuti extraxit Introitus, ita profectò 74
evenit in illis annis ab anno 1695. ad 1712. in quibus adest ille idem exitus ordinarius, & fortè etiam extraordinarius, quem si detraxisset Procurator fiscalis, proprio marte, & absque ulla facti assistentia non coacervasset utique dictam magnam summam scut. 7881. 81.

Deveniendo modò ad verum motivum, quod retardavit solidationem Computorum, & circa quod adeò magni clamores contra Officiales exadversò gratis ubique fiunt, illos appellando dolosos, Dissipatores Redditnum Loci pii, in duabus Litibus contra Parochum, 75
& contra Amatuccium.

Quoad Litem cum Parocho dicimus, quòd si Procurator fiscalis perscrutatus fuisset, ut debebat, Acta Cancellariæ episcopalis, ausus non fuisset, illam appellare calumniosam, injustissimam, & offendentem cum ma- 76
gno scandalo totum Populum. In ea enim Parochus prætendebat habere absolutum dominium, & dispoticum gubernium, tam nostræ Ecclesiæ, quàm Confraternitatis, & quia hujusmodi prætensio erat exorbitans, & contra literale Breve: Clementis VII. necnon contra dispositionem Juris, Sententiam contrariam 77
passus fuit in Curia episcopali, à qua coactus fuit appellare ad A. C. Quamvis autem idem A. C. revocaverit, & posteà Sac. Rota confirmaverit Sententiam A. C. revocatoriam alterius, latæ in Curia episcopi, prævia unica Decisione super bono Jure, & altera contemporanea super Manutentione, editis die 12. Decembris 1711. coram Ansaldo; Attamen assumptus ad Episcopatum modernus Episcopus, reco- 78
gnoscens insubsistentiam prætensionis Parochi, & Rotalis Decisionis, insinuavit Compromissum in Personam duorum insignium Jurisperitorum, qui suum Laudum protulerunt in omnibus favorabile nostræ Confraternitati, datum in Summ. quod Parochus solemniter acceptavit, dicens — *Sapendo, che il sudetto Lau-* 79
do sia stato fatto per benigna insinuazione di Monsignor Illustrissimo Vescovo, volendo la pace, e quiete de' Popoli alla sua spiritual cura commessi, quello accettò, & accetta secondo la mente di Monsignor Illustrissimo Vescovo — Ad quid igitur vexare Confraternitatem, & Officiales adeò acribus invectivis super hac Lite, si agebatur de omnimoda libertate Ecclesiæ, quam voluit conservare Episcopus antecessor per Sententiam fa- 80
vorabilem, & etiam modernus Episcopus conservavit de facto, mediante Laudo, ad ejus insinuationem prolato, & à Partibus solemniter acceptato? Remanet proinde manifestum, quòd contrariæ exclamationes in hac parte nullam omninò subsistentiam habent, 81
fueruntque unicè directè ad offuscandam bonam famam, & notoriam legalitatem Officialiam nostræ Confraternitatis, & ad expiscandam appositionem Oeconomi, illegalibus modis, & formis supra explicatis.

Respectu verò alterius Litis cum Amatuccio, Fratre Oppositoris, & Filio illius, qui, ut supra diximus, administravit ante annum 1695. & quia nolebat reddere Rationem, effecit, ut neque alii Successores Offi- 82
ciales potuerint transcribere in Libro Mastro eorum Computa, & tandem coactus de anno 1700. minùs fidelem reddidit Rationem, itaut transportatis Libris ad Civitatem in Cancellaria episcopali, fuerit Lis agitata ab anno 1702. ad 1713. & causam dederit absurdis fideliter relatis supra.

Isto Amatuccius prætensionem excitavit; se esse vocatum ad quamdam Cappellaniam, institutam ab Herculano de anno 1605. pro Filiis Fratrum, & Sororum ipsius Testatoris, qui tamen ob paupertatem non 83
possent ordinari ad titulum Patrimonii, subdens — *Il medesimo si possi fare per li Figli di quelli di Casa sua degl'Amatucci* — Prætendens igitur post centum, & ultra annos, se esse de Domo Amatuccia Testatoris exhibuit quamdam Arborem Descendentiæ, desumptæ à quondam Petruccio, sub supposito nomine de Amatuccis, revera tamen de Pignattaris, quem gratis ubique sup- 84
posui, nunquam tamen justificavit, fuisse Tritavum

Testatoris; Et quod magis est, Personæ insertæ in Arbore, & viventes de tempore Testatoris, non cognominabantur Amatucci, sed Maffucci. Noluit proinde nostra Confraternitas clausis oculis sibi præjudicium inferre in libertate nominandi, & canonizare Jus passivum in eodem Amatuccio, non descedente à Domo Amatuccia Testatoris, & habente ulteriùs Patrimonium, expectavitque in hac parte Judicium Sac. Rotæ, cui statim acquievit, renunciando
85 etiam Liti, Quid igitur mali fecerit, difficile est demonstrare; Non enim sermo erat de Lite, adeò clara, adeoque evidenti, ut Jura propriæ Confraternitatis defendentes Officiales, mereantur appellari dolosi Dissipatores in Litibus, quando ex debito sui Officii id tenebantur, facere, uti ipsis expressè demandatur à propriis Constitutionibus impressis, quas Episcopi pro tempore, neque etiam excluso moderno Episcopo, mandarunt, semper observari debere. Imò teneban-
86 tur etiam id facere ad evitandum incursum pœnarum *extravag. Ambitiosæ*, comprehendentis voluntarias cessiones Jurium, etiam incorporalium, ex animadversis per *Card. de Luc. de Jurisd. disc.* 24. *num.* 11. & 12. & *disc.* 30. *num.* 7.

Cæterum, quando etiam possent Officiales condemnari de proprio ad expensas hujusmodi Litium, quod non subsistit; attento quòd ad hunc effectum constare debebat de evidenti calumnia, quæ in articulo Juris dubii nunquam datur, Imò quotidie videmus in Collegialibus præsertim Tribunalibus, quòd sapientissimi Judicantes in diversas abeunt sententias,
87 experientia testes, & id observante *Card. de Luc. de Fideicom. disc.* 179. *num.* 3. cum aliis, citatis in *Instit. crimin. lib.* 2. *tit.* 10. *numer.* 69. & *seq.* Non tamen exinde poterat privari Confraternitas Administratione, apponendo Oeconomum, & gravando Ecclesiam salario, ipsi assignato, sed satis erat interdicere ulteriores expensas in Litibus, vel quòd istæ fieri non possent, nisi de licentia Episcopi, vel cum permissione hujus Sac. Congreg.

Ejusdem prorsu insubsistentiæ est magnus apparatus, qui in omissa reaptatione Ecclesiæ, Horreorum, Domorum, tam urbanarum, quàm ruralium, ac etiam in neglecta cultura Agrorum, & subrogatione
88 Animalium, necessariorum pro eadem cultura, & utilium in Fructu; Sufficeret autem adversus omnes hos prætextus respondere cum verbis Episcopi, solito candore referentis statum Bonorum nostræ Con-
89 fraternitatis huic Sacræ Congregationi sub die 21 Martii 1718. per hæc verba -- *Per il maneggio delli Effetti, che ascendendo annualmente a somma considerabile di sc.* 300. *in circa, come fu riconosciuto in Visita, esclude il supposto deterioramento de Capitali, consistenti per lo più in Terreni.*

At gaudent Officiales, quòd, data hac occasione, possint demonstrare eorum exactissimam curam, & superlativam diligentiam, continuò adhibitas pro
90 augumento, utilitate Confraternitatis juxta illud *Cassiodor. lib.* 4. *epist.* 44. -- *Sanctitatis vestræ animus non gravetur, nec se fallacibus verbis doleat accusatum, quia multo major est opinio purgata, quam si desinentibus querelis, non fuisset impetita* -- quem sequutus fui in *Instit. crim. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 12. Etenim, ultra acquisitiones Prædiorum, in notabili summa factas de tempore redargutæ illorum Administrationis, quæ non sunt reperibiles in annis antecedentibus, quoad Ecclesiam, & Domos, tam urbanas, quàm rurales, damus fun-
91 datum Judicium duorum, in Arte peritorum, qui, facta illarum diligenti recognitione, referunt optimum statum Ecclesiæ, & describendo Reaptamenta facienda, non de necessitate, sed pro majori utilitate, dicunt, ascendere posse ad sc. 11. ba. 20. Describendo autem Reaptamenta, facta à 12. annis citra,
92 referunt ascendere ad sc. 175. Et insuper recognoscendo Domus urbanas, & rurales, & describendo minutatim omnia Reaptamen, facta à 12. vel 15. annis citra, referunt, ascendere ad sc. 70. 74. Reaptamenta verò facienda, non de necessitate, sed pro majo-
93 ri commodo, & utilitate, ascendere ad sc. 15. circiter Et deponunt de optimo statu earundem Domorum, etiam ex dicto omnium Colonorum, concludentes superlativam vigilantiam omnium Officialium in faciendis Reaptationibus, juxta contingentias.

Quoad Prædia, ultra emptiones aliquorum, de quibus in Summario major vigilantia, & cura adhiberi non poterat, tam in emendo Animalia, juxtà necessitatem Prædiorum, quàm in illorum subrogatione, & augumento, itaut major numerus retineri non
possit: Quàm etiam in Plantationibus, ut uno ore 94
deponent omnes Coloni cujuslibet Prædii, enumerando singulariter quot Animalia anteà extiterant, quot aucta deinde fuerunt, quot existunt de præsenti, & alia circa promptam, & diligentem curam Officialium in Reaptationibus, Plantationibus, subrogationibus, Qui Testes Coloni, tanquam plenè informat, de facto proprio deponentes, superlativam faciunt probationem, ad effectum præsertim, de quo
agitur, ut sunt Jura notissima, & latè probat *Con-* 95
stantin ad Stat. Urb. adnotat. 46. *nu.* 69. & Poterant proindè omitti altissimæ illæ querelæ, relatæ huic Sacræ Congregationi, dum veritas aliter se habet, quia, constito de optimo statu, ex hucusque animad-
versis, palpatur manibus exactissima diligentia Of- 96
ficialium in Reaptationibus Ecclesiæ, & Domorum, ac in Prædiorum cultura, & augumento Fructuum.

Patet igitur evidentissimè, quòd fuit inordinata, violenta, & sine ullo legali fundamento appositio Oeconomi, quòdque cessant suppositæ causæ, quia Rationes ab anno 1712. ad 1719. fuerunt redditæ, ab anno 1691. ad 171 . est prompta Redditio: Imò renovant
preces Administratores, illam demandari, comprehen- 97
sa etiam Administratione Jo: Baptistæ Amatuccii; Cessant dissipationes Fructuum in Litibus, quia illa cum Parocho fuit justissima, ut exitus comprobavit; Illa autem cum Amatuccio omni Jure debebat defendi, eò quia agebatur de inducendo Jure nominandi passivo,
& irrogando Ecclesiæ perpetuo prejudicio; Et demum 98
cessat supposita negligentia in manutentione Ecclesię, conservatione Domorum, & Prædiorum, quia constat de eorum optimo statu, & ęquali cultura; Cessantibus proinde causa, & ratione, quibus innixa fuit appositio Oeconomi, debet etiam cessare ipsa Oecono-
mia, ut præter generalia Juris axiomata, de quibus 99
Rota decis. 582. *num.* 12. *cor. Dunoz. jun.* & *decis.* 274. *num.* 4. *part.* 17. *rec.* in nostris terminis firmavit eadem *Rot. cor. Cerr. decis.* 929. *num.* 9. & 10. & *in Romana Multiplicorum* 4. *Julii* 1698. *per totam cor.* Molines Attento præsertim, quòd eadem Oeconomia non est utilis, sed præjudicialissima, & multum damnosa Ecclesiæ, propter Salarium, de novo assignatum Oecono-
mo, quando administrabatur ab Officialibus gratis, 100
& ex mero pietatis intuitu, ut viva voce, & de certa scientia deponunt innumeri Testes. Et omnes Homines nostri Castri, conciliariter congregati Necnon propter Redditus illarum Cappellaniarum, qui ex cubitali præcepto piorum Benefactorum administrari de-
bent ab ipsismet Officialibus, Et propter alias con- 101
vincentes rationes, & congruentias, indicatas à Testibus, datis in Summ. & in forma supplicis Libelli; Enixè supplicant Communitas ipsa, conciliariter congregata, & sexaginta Homines, singulariter subscripti in Summ. Et per consequens ex hoc etiam capite de-
bet cessare Oeconomia, tanquam inutilis, damnosa, 102
& offendens universum Populum, ac destructiva parum Voluntatum, ut in specie animadverit *Rot. in d. decis.* 929. *num.* 9. *cor. Cerr.*

Non omittendo, quòd in Oeconomo, tanquam Persona extera, & mercenaria, considerari non potest illa naturalis affectio, & affectuosa diligentia, quam praxis demonstravit in Officialibus, electis de corpore Confraternitatis, qui ex mero impulsu pietatis, &
charitatis erga Locum pium, eorum Ascendentium 103
Facultatibus erectum, propriisque Redditibus auctum, illius Superintendentiam, & Administrationem gratis semper susceperunt: Magna enim differentia, quæ intercedere solet inter Mercenarios, & Dominos, ex hoc præsertim in dicto mercenario Oeco-
nomo in ipso initio suæ Administrationis apparuit, 104
quia Officialibus fiebat consignatio legali modo; in
fron-

fronte nimirum cujuslibet Dolii aderat adnotata quantitas cadorum Vini, & de illis tenebantur reddere strictam Rationem. In duobus autem ex illis, in quibus adnotata erat quantitas cadorum 80. fuit facta consignatio Oeconomo pro 69. Ex quatuor aliis,
105 quæ sunt capacitatis cadorum 60. fuit facta consignatio pro 40. *Processu. fol.* 13. Oleum fuit consignatum Oeconomo, non ad mensuram, sed ad numerum Lagenarum vulgo *delle Brocche*, ibi -- *Brocche piene di Oglio num.* 29. *e una Broccha più di mezza*: Idemque de Frumento non mensurato practicatum fuit, sed descripto ad oculum, ut deponunt Testes de visu Nostris autem Officialibus semper fuit facta consigna-
106 tio ad pondus, & mensuram, ut colligitur ex Epistola Revisori ibi -- *Ritratti da* 50. *Mezzolini di Oglio &c. l' anno passata in mia presenza misurato in maggior quantità*. Et etiam ex depositione Bonucci Oeconomi, examinati ad instantiam Fisci, ibi -- *Ebbi la consegna di* 90. *Mezzolini tre quarti, e dieci Libre d' Oglio, che stava ne Brocconi*: Differentia nimis considerabilis, & undique monstruosa, dum nostri
107 Oeconomi tenebantur reddere Rationem ad pondus, & mensuram, Oeconomus verò mercenarius ad numerum *delle Brocche*, & si in locum majorum apponet minores, adhuc optimam reddet Rationem; Quod videtur solita attentione ponderandum, quia non sunt ejusdem charitatis Mercenarius, & Pastor,
108 juxta monitum Evangelii, & ad propositum advertit *Card. de Luc. de Tutor. disc.* 22. *num.* 8.

Vindicata ex præmissis Administratione ab anno 1695. usque in præsens, legalissimè expleta ab Officialibus non culposis, nec dolosis, ut gratis asserere ausi sunt Recurrentes; Superest respondere prætensioni Procura-
109 toris fiscalis, seu illi Adhærentis, super nonnullis cassaturis, repertis in Libro Resolutionum nostræ Confraternitatis. Dicimus autem, quòd ex lectura verborum antecedentium, & subsequentium apparet, fuisse cancellata Homina nonnullorum Fratrum, &
110 hæc cancellatio fuit facta de ordine, dato à Secretaria Status, procurato à vigilantissimo Episcopo prædefuncto, prout, quatenus opus sit, justificabitur, estque notorium in nostra Terra, & tota Perusina Civitate, & Diœcesi.

Post expletam vexationem Officialium in genere, non omisit Procurator fiscalis, seu illi Adhærens, vexare etiam in specie personam Simonis de Totis super tribus actibus, cæteroquin laudatissimis: Et primò, quòd vendiderit quandam Olei quantita-
111 tem contra Prohibitionem Revisoris, & contra Constitutiones generalis Adunantiæ. Secundò, quòd, deputato in Oeconomum R. Antonio de Bonucciis, ipse de Totis, & de Guerreriis Priores voluerunt retinere Claves, & in se assumere totalem Admini-
112 strationem Bonorum Confraternitatis. Et tertiò, quòd absque Beneplacito Apostolico devenerint ad alienationem cujusdam Prædii, provenien. ab Hæreditate Herculani de Pinozzis.

Quòd ad venditionem Olei dicimus, illam factam fuisse pro indigentiis Loci pii, & pro pretio, tunc currente, & pro quo ipse de Totis volebat vendere proprium Oleum, ut deponunt iidem Testes, ad in-
113 stantiam Procuratoris Fiscalis examinati ibi -- *E mi aveva detto, che per detto prezzo di scudi tre il mezzolino voleva anco vendere un poco del suo proprio* -- Fecit igitur, quod facere poterat quilibet diligens Pater Familias, quia vendidit pro pretio currenti, & pro quo volebat vendere suum proprium, & utinam ven-
114 didisset totam quantitatem pro eodem pretio, certè quòd modernus Oeconomus non vendidisset postea idem Oleum minori pretio in evidens damnum Loci pii.

Prohibitio Revisoris non regit in facto; Ipse enim nil aliud fecit, quàm suggerere, melius esse vendi totam quantitatem Olei, potiùs quàm minutatim, dixit e-
115 nim *O suggerito, non sia bene vendere l'Oglio a poco a poco, ma tutto insieme* -- Non fuit igitur prohibitio, sed simplex consilium, oretenus datum eidem Officiali, quod non tenebatur sequi in præjudicium Loci pii.

Constitutio autem generalis Adunantiæ apparet facta de anno 1704. & pro illo anno, in quo ita fortè expe-
diebat, & quod magis est, ab illo tempore citra nunquam fuit observata, quia revera erat inobservabilis: Impossibile enim est, petere licentiam à generali Adunantia, constituta etiam ab Hominibus, degentibus in 116
Territorio, & per plura milliaria distantibus, toties, quoties reperitur Emptor, qui justo pretio emat. Et propterea nil mali fecit Officialis iste integerrimæ vitæ, illibatæque conscientiæ, & pro utilitate suæ Confraternitatis indefessus, ut optimè deponunt Testes, & ipsemet Bonuccius Oeconomus dicens, venditionem prædictam fuisse factam de ejus ordine à 117
Simone de Totis pro majori utilitate Ecclesiæ, quia est Persona satis idonea, & experta in pretiis rerum, & temporibus propriis, & cognita Emptoribus.

Hinc corruit secundum super volita Administratione, & retentione Clavium, quia ipse Bonuccius dicit, hoc spontè fecisse, imò illum enixè rogasse pro majori utilitate, & exactiori servitio Ecclesiæ, eò 118
quia ipse, tanquam degens extra Castrum Rigonis in distantia ferè duorum milliariorum, non poterat esse promptus servitio Loci pii, sicuti d. Simon de Totis, continuam moram faciens in eodem Loco.

Superest tertium, alienatio scilicet Prædii, provenien. ab Hæreditate Herculani de Pinozzis. Ad demonstran. verò illius insubsistentiam præmittimus, quòd idem pius Testator reliquit Hæredem universalem Cappellam, in Ecclesia nostræ Confraternitatis erigendam post obitum P. Antonii, ejus Fratris, eodem tem- 119
pore relinquendo Exequutorem testamentarium eundem Simonem de Totis, satis sibi perspectæ fide, & omnibus notoriæ integritatis, eoque nolente, & recusante pariter dicto ejus Fratre idem munus acceptare, Priori, & Oeconomo pro tempore nostræ Confraternitatis præcisè injunxit; *Che si vendano li Mobili, Grascie, e altre cose infruttifere*, & infra; *L'* 120
Avvanzo poi &c. voglio si rinuesta in compra di Beni stabili fruttiferi per l' infrascritta Capella, prohibens tantummodò alienationem medietatis Domus antiquæ 121
ejus Familiæ, ibi -- *E perchè fra gl' altri Beni vi è la metà di una Casa, posta dentro Castel Rigone, antica della mia Famiglia, e come tale bramo che si mantenghi in perpetuo perciò prohibisco, che detta metà di Casa non si possa mai per alcun' tempo, con qualsivoglia titolo vendere, alienare*,

Aderat autem in Hæreditate prædicta quoddam petium Terræ, situm in pertinentiis Cortonæ, longèque distans à Castro Rigonis, & nullius ferè fructus, ascenden. quodlibet anno ad solos julios duodecim, ut testa- 122
tur, de facto proprio nobilis Cortonen. Hoc petium Terræ vendidit Simon de Totis, semper magis intentus utilitati suæ Ecclesiæ, ac progressui Operis pii, tanquam Exequutor testamentarius, & Prior, & cum eo Bonuccius Oeconomus pro pretio scut. 100. quæ incontinenti 123
dedit ad censum personæ tutissimæ ejusdem Loci Castri Rigonis, ad rationem scut. quinque pro quolibet anno, ut in Facto innegabile est, & legitur in Proc.

Hoc posito, nullo modo redargui potest prædicta Venditio. Primò, quia, tanquam Exequutor testamentarius, habebat præceptum vendendi res infructiferas, inter quas, cùm non esset Jurisperitus, justa credulitate existimare potuit, compræhendi dictum petium Terræ valoris sc. 100. & in annuo fructu juliorum duo- 124
decim tantùm, & super quo nullam prohibitionem habebat, uti restrictam ad medietatem Domus; Ex quo applicatur generalis conclusio, quòd exceptio, & limitatio facultatis in certis casibus, & bonis, firmat regulam in contrarium, de qua *Card. de Luc. de Emphyt. disc.* 29. *sub. num.* 3. Addito præsertim, quòd ei notum 125
erat, talem fuisse præcisam mentem Testatoris, juxta juratum testimonium Religiosi strictissimæ observantiæ, æquè pii, & docti, Fratris germani Testatoris, datum in Summ.

In omnem verò casum, cùm innegabiliter constet de evidenti utilitate nostræ Confraternitatis; quia Terrenum reddebat solùm annuos julios duodecim, ultrà necessitatem reaptandi Domum, in eo positam, & de præsenti ex illius pretio investito, non ampliùs extrà Statum ecclesiasticum, sed in eodem Loco Castri Rigonis, habemus annuum fructum sc. 5. in omnem casum locus

esse ejus sanationi, concedi solita in his circumstan-
126 tiis à Sac. Congreg., juxta illius laudabilem praxim, & sigant. in *Tropcen. nono Januarii* 1692. de qua *in Tomo secundo part. prima discept. trentesima sesta per tot. & numer. vigesimo primo* ibi -- *Quatenus compererit, Contractus fuisse, & esse utiles Ecclesiæ, illos confirmet, sin minùs, revocet* -- Vel, si magis expedire credat Procurator fiscalis habere petiolum Terræ extrà Statum ecclesiasticum, annui dumtaxat
127 Fructus Juliorum duodecim, quàm Censum in eodem Loco annui Redditus scut. quinque, parati sunt Officiales prædicti recuperare Terrenum, ut supra venditum, & omnia in pristinum statum reducere, ad omnem nutum Sapientissimorum Iudicantium.

Cæterum hoc unum certum est, & indubitatum semper erit, quòd prætensio Procuratoris fiscalis circa incursum pœnarum, est omninò insubsistens, quia Officiales prædicti devenerunt ad venditionem sub omnimoda bona fide: Illi enim tanquam Exequutores testamentarii, cum amplissima facultate ven-
128 dendi res infructiferas, & pretium investiendi in Bonis fructiferis, restricta prohibitione ad medietatem dumtaxat Domus, à pio Benefactore relictæ, non sine aliquo fundamento crediderunt, in his circumstantiis ipsis, nedum esse permissam dictam venditionem, sed ab eodemmet Testatore fuisse demandatam; Attento præcipuè dicto considerabili Investimento, facto in adeo evidentem utilitatem Cappellæ erigendæ. Ex quibus certum est, excludi illum dolum verum, illumque contemptum, & teme-
129 ritatem, quæ requiruntur ad affectum incursus pœnarum *extravagantis Ambitiosæ*, ut latè probat *Cardin. de Luc. de Alienat. disc.* 51. *numer. tertio ad* 7. *vers. Et tamen*, ubi *numer. nono* benè distinguit nullitatem Actus ab incursu pœnarum, pro quibus evitandis sufficit quælibet causa, excusans à dolo, & termeritate, & inter alias justas causas numerat il-
130 lam magnæ utilitatis Ecclesiæ, & concordant *Redoan. de Rebus Eccles. non alien. quæst.* 76. *numer. trigesimo nono Farinac. de Contract. quæst.* 16. *numer.* 126. *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Alienatio Bonor. Eccles. n.* 50. *Bonacin. Oper. moràl. eodem tit. de Alienat. Bonor. Eccles. puncto* 5. *numer.* 1. *& Thesaur. de Pœn. Eccles. verb. Alienatio Bonor. Ecclesiæ vers. Secundò noto*. Ea viva ratione, quia Summus Pontifex
131 in *dicta extravagantis Ambitiosæ* utitur verbo illo *Præsumpserit*, quod de sui natura importat dolum, & contemptum (à casu præsenti prorsus alienum) ut observant *Card. Zabarel. in clement. prima quæst. trigesimo nono de Privileg. Barbos. in dicta extravag. Ambitiosæ numer. vigesimo tertio Dian. coordinat. tom. septimo tract. primo resolut.* 232. *numer. primo & Rota cor. Cavaler. decis.* 1. *num.* 2.

Die 6. Septembris 1720. relata Causa in Congregatione Episcoporum per Card. Corsinum nunc Summum Pontificem Clementem XII. rescriptum fuit --
132 *Reintegrato Administratore, remotoque Oeconomo, Episcopus procedat ad exigendam Rationem Computorum ab anno* 1695. *usque ad annum* 1712. *per Peritos, Partibus non suspectos*.

DISCEPTATIO XXIII.

Camerinen. Simulationis Contractus

INTER

Quiricum Antonium Blondum

ET

Nicolaum Stampettum

ARGUMENTUM.

Simulatio Venditionis, factæ inter Personas ecclesiasticam, & secularem, ex quibus probata dicatur; Illaque probata, non potest Persona ecclesiastica allegare incompetentiam Judicis laici immittentis in possessionem Prædii illius Laici, qui mediante Contractu simulato se constituit possidere pro Persona ecclesiastica.

VErificantur in hac causa initiativa illa verba *decis.* 222. *part.* 15. *rec. Lite major est quæstio, & de modico non modice dubitatur*, quod tamen non est novum in praxi, neque inauditum in forensibus Tribunalibus, præcipuè in illis terminis, de quibus sermo est in meis *Institut. Crimin. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 63. Mirumque videri non debet, quia *vis Judicii, & justitiæ non stat* 1
in Rerum controversarum valore, & importantia, sed in ipso jure distributivo, ad finem, ut jus suum unicuique tribuatur, sicut videmus, nedum super rebus minoris importantiæ, sed minimi, & exigui, nulliusque valoris, & consultos fuisse Prudentes, & Rescripta Cæsarum sæpiùs prodiisse, ut constat ex lege &c. sunt verba *Rotæ dec.* 27. *num.* 1. *cor. Ansaldo*.

Suntque in hac parte æquè curiosæ, ac punctuales *Sacræ Rotæ decis.* 819. & 820. *part.* 18. *rec.* anno 1680. initio meæ Curiæ forensis emanatæ in tertia Instantia, in quibus actum fuit de damno, quod Dominus asserebat inferri parieti propriæ Domus ab inexperto Auriga, occasione exitus Curri à Remissa cum 2
Temone; Cui similis est illa *Auximana, seu Anconitana Florum apud Post. de Manut. decis.* 416. in qua disputatum fuit dubium, concernens aliquos Florum fasciculos, solitorum exhiberi occasione Processioni Santissimi Corporis Christi; Nec non alia in *Callien. Synodi*, anno 1720. disputata in Congregatione Episcoporum, in qua fuit resolutum, revocandam esse 3
pænam excommunicationis, ipso facto incurrendæ, *contro Coloro, che buttassero Fiori sopra il Clero secolare, o Regolare, o Popolo, in occasione delle Processioni*, ut videre est *in Tom.* 5. *part.* 2. *discept.* 16. *num.* 71.

Supposita autem facti seriè, egregiè explicata in Voto Canonici Angeli Oliverii, necnon attentè consideratis omnibus facti circumstantiis, in illo expensis, aliisque Scripturis, mihi communicatis omnia considerando simul unita, prout in his terminis faciendum esse monet, & practicavit *Rot. in d. tertio numer. undecimo & seqq. part. nona & d.* 262. *numer.* 22. 4
part. 11. *recent. & in Anconitana Donationis* 27. *Januarii* 1648. §. *Quare ex prædictis, coram Corrado*, in ea sum opinione, quod contractus venditionis Terrulæ, sub vocabulo *di Mernaja* pro pretio scutorum septem, factus à Ludovico Morellio favore Parochi Franc. Stampetti, uti simulatus, & inter Partes confictus, perinde habeatur, ac si non fuisset stipulatus; simulatio enim hoc habet proprium, ut actus simulatus dicatur corpus sine Anima, & spiritu, juxta 5
phrasim *Sac. Rot. dec. quinta numer.* 10. *de sent. coram Falconerio*, & proinde omni jure inexequibilis dicatur, ad *Text. in leg. Simulate ff. de Rit. nupt.* cum concordantibus apud *Rot. dec.* 2. *num.* 3. *de Falsit. cor. Card. Falconerio, & in par.* 19. *rec. dec.* 13. *n.* 1. *&* 32. ubi quod actus simulatus dicitur talis in mera apparentia, 6
& Rot. in d. Anconitana Donationis 27. *Januarii* 1648. *per tot. cor. Corrado*, quæ non reperitur impressa, estque

in

in hac materia magistralis, in eaque duodecim expenduntur conjecturæ ad probandam simulationem.

Quamvis autem ad probandam simulationem satis sit unam, vel alteram adducere conjecturam, & ostendere causam simulandi verisimilem, & à Partibus opinatam, licèt illius veritas non appareat à parte rei, ex cumulatis *per Rot. dec.* 191. *num.* 7. *&* 8. *cor. Ottob. &* *d.* 218. *n.* 20. *cor. Benincas. & in par.* 7. *rec. d.* 11. *n.* 4. *&* 5. *& in part.* 16. *d.* 148. *n.* 2. *& in part.* 17. *d.* 54. *n.* 10. *& in d. Anconitana Donationis* 27. *Jan.* 16. 48. *§. Causa quidem cor. Corrado*, In nostro casu talis vera causa simulandi concludenter desumitur ex qualitate Venditoris ejusdem Terrulæ, multis debitis oppressi, qui ad fraudandum suos Creditores, atque ad effugiendam exequtionem Mandatorum contra ipsum expeditorum, ad d. simulatam venditionem devenit, ut patet ex ipsius confessione, nec non ex simili confessione Marthæ, ejus Uxoris, de quibus in *Processu coram Prætore Sarnani for.* 24.

5 Difficile siquidem est adducere meliorem probationem ejusdem causæ simulandi, *ad Textum in leg. Cum precum C. de Liberal. caus.* & in nostris terminis benè observant *Mantic. de Tacit. lib.* 8. *tit.* 25. *n.* 34. *Addez. ad Ludovis. d.* 157. *n.* 27. *vers. Dicta procedunt & firmavit Rot. d.* 388. *n.* 11. *part.* 9. *& d.* 49. *n.* 18. *coram Bich. & d.* 278. *num.* 14. *coram Emer. jun.*

Ex qualitate Venditoris; Homo siquidem multis debitis involutus, atque a creditoribus ad solvendum pulsatus coram Judice, facilè præsumitur colludere, & si-
6 mulare cum illis, cum quibus contrahit, ex animadversis per *Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 114. *num.* 27. *& seqq. Merlin. Pignatel. Centur.* 2. *controv.* 11. *nu.* 16. & firmatis *per Rot. dec.* 219. *n.* 12. *part.* 15. *rec.*

Quo verò ad conjecturas, simulationem comprobantes, posita dicta nimis verisimili causa simulandi, nemo dubitat, quod duabus dumtaxat concurrentibus conjecturis, illa concludentissimè probata dicatur, ex infra allegandis; Et tamen, non duæ dumtaxat, sed octo urgentes conjecturæ ad nostrum effectum egregiè expenduntur in d. Voto, & punctualibus authoritatibus in illo comprobantur; Circa quas proinde remissivè Me habeo
10 ad solidè deducta in eodem voto, in quo primo loco expenditur lapsus annorum triginta à die obitus Cecilie Miglioratæ, quæ reliquit heredem Ludovicum Morellum, ex Faustina Filia Nepotem, qui longus lapsus temporis facit præsumere solutionem eleemosynæ Missarum, in miserabili summa septem scutorum pro qua deventum fuit ad assignationem, seu venditionem dictæ Terrulæ, de qua conjectura latius infra redibit sermo.

Secunda ex quo Morellus post d. assignationem, seu dationem in solutum ejusdem Terrulæ, semper permansit in illius possessione, liberè percipiendo illius fructus, quæ circumstantia nimis considerabilis, est ad simulationem comprobandam, ex authoritatibus, ibidem allegatis, *§. secunda*, quibus addo Rota *decis.* 383. *n.* 8. *&* 10. *cor. Bich. & d.* 84. *n.* 27. *&* 28. *part.* 18. *& d.* 13. *num.* 22. *vers. septimo part.* 19. *rec.*

Tertia ex solutione Collectarum, & Decimarum d. petii Terrulæ, à Morello punctualiter facta Ministris
12 Communitatis, & ipsimet Parocho, eodem prorsus modo, quo semper fecerat ante d. simulatam venditionem.

Quarta, ex quo Stampettus, assertus Emptor, spatio duodecim annorum, quibus supervixit, titulo fructuum vel pensionum nec obulum exegit à Morello Venditore; Non enim verisimile est, quòd per tantum temporis spatium distulisset fructus exigere, si verè Terrulam titulo emptionis acquisivisset, & alteri locasset, egregiè *Rot. d.* 49. *num.* 21. *coram Bichio* ubi -- *Quia fructus post apocam semper fuerunt percepti nomine Felicis*.

Quinta ex clandestina celebratione Instrumenti, stipulati in Porticu Conventus Cappuccinorum, quod non ad alium finem factum præsumitur, quàm ad occultan-
14 dam simulationem, ut observat. *Rou. selectar. Jur. interpret. cap.* 46. *numer. decimo quarto &* 15. & faciunt firmata *per Rot. d.* 374. *n.* 13. *cor. Cerro, & d.* 7. *n.* 13. *cor. Dunoz. jun.*

Sexta elicitur ex tarditate in producendo Instrumentum d. emptionis nimirum post duas sententias, in Causa prolatas; Quæ tarditas una est ex vehementibus simulationis conjecturis, juxta clarum *Textum in leg. si quis* 15
forte §. 1. *ff. de Pen.* ibi -- *Non enim debebat tam magnam rem tandiu reticere* quem Textum didicisse *ab Oltrado cons.* 181. fatetur *Cravett. cons.* 148. *n.* 12. ut testatur *Rot. cor. Ansald. dec.* 26. *n.* 24. & in nostris præcisis terminis *eadem Rota d.* 175. *numer.* 15. *&* 16. *part.* 17. *& d.* 23. *numer.* 8. *&* 9. *& d.* 238. *num.* 13. *& decimo quarto part.* 18. *recent.*

Septima ex meliorationibus factis à Morello, de qua *in Process. Prætor. fol.* 11. *&* 25. quas in alieno Fundo nullatenus fecisset, juxta animadversa *per Rot. decis.* 148. *nu* 10. *part.* 16. *rec.*

Octava demum, aliis levioribus, gratia brevitatis omissis, desumitur ex eo quod Parochus Stampettus omnia Bona, per eum acquisita, reliquit Ecclesiæ S. Salvatoris, cujus in vita fuit Rector; Illius autem Hæres qui præsumitur optimè informatus de voluntate, ac bonis sui Authoris, qui erat etiam ejus Patruus, omnia dd. Bona successori Rectori consignavit, præter d. Terru- 17
lam, quam non amisisset pariter consignare eidem Ecclesiæ, si fuisset propria d. sui Authoris, ut Considerenti manifestum est.

Quibus addo nonam, quæ Mihi in facto constanter supponitur, quod scilicet Parochus Franciscus Stampettus erat nimis pauper, & Redditus illius Curæ non ex- 18
cedebant summam annuorum scutorum quindecim; Quibus attentis, videtur æquè improprium ac inverisimile, ut per annos triginta differre voluerit exactionem d. sui Crediti, ut considerando Debitoris inopiam, illumque pro vehementi conjectura præsumptæ solutionis extollentes observant *Mart. Medic. decis.* 85. *sub. num.* 19
5. *versicul. Concurrebat etiam, Andreol. contr.* 57. *num.* 12. *Card. de Luc. de Dot. disc.* 67. *num.* 6. *& disc.* 68. *num.* 5. *& Rot. coram Card Caprar. decis.* 687. *num.* 11. *& in part.* 10. *recent. decis.* 125. *à num.* 12. *& decis.* 87. *num.* 7. *&* 8. *part.* 11. *recent.*

Nec non addo pariter decimam, innixam facultatibus Debitoris, qui maxima facilitate dictam tenuem summam scutorum septem exbursare poterat, ex qua 20
opulentia Debitoris *oritur pariter alia urgentissima præsumptio solutionis*, sunt verba *Rotæ d.* 687. *numer. decimo coram Card. Caprara*, & concordant Authores illi, quos referunt, & sequuntur *Surd. decis.* 105. *numer. primo Franch. d.* 361. *numer. decimo septimo & Card. de Luc. de Dot. disc. sexantesima octava numer. quinto* cum aliis, citatis *in Tom. septimo part. secunda discept.* 32. *numer.* 31. *& sequent.*

Observando hìc, quod si probatio illa, quæ ex unione harum conjecturarum resultat, dicitur plena, & plenissima, nec non liquidissima, & concludentissima demonstratio solutionis cujuscumque summæ supra allegatis & multò magis id verum erit quando sermo est de æquè tenui ac miserabili quantitate scutorum septem, 21
juxta terminos nostri casus, ex punctualiter firmatis *per Rot. d. trentesimo numer. trentesimo tertio coram Bichio*, ibi -- *Ex multis præsumptionibus, una junctis, oritur plenissima probatio, & in parte nona recent. dec.* 262. *numer. trentesimo primo* ibi -- *Nam ex hujusmodi præsumptionibus, & conjecturis, simul concurrentibus, efficax resultat probatio, & hæc quidem dicitur evidens, & in Theatr. Card. de Luc. lib.* 6. *de Dot. decis. trentesimo septimo numer.* 6. ibi -- *Quæ ulterius remanet etiam concludenter justificata ex pluribus urgentibus conjecturis, & adminiculis, & d. trentesima octava numer.* 5. ibi -- *Receptum in Jure est, ex conjecturis, & præsumptionibus, veram, &*
realem solutionem probari, & apud Merlin de Pignor. d. 22
sexagesima tertia numer. decimo ibi -- *Ex cumulatis enim præsumptionibus; simul junctis, oritur plenissima probatio, & d.* 379. *numer. decimo tertio part. decima septima rec.* ibi -- *solutio enim, quamvis sit quid facti, ex præsumptionibus probatur, & dec.* 262. *numer. quadragesimo primo part.* 6. *recent.* ibi.

Eodem modo liberatur Debitor beneficio temporis, sive solvendo, primo modo, & præsumpta solutione, secundo vero modo per actum indubitatum solutionis.

Respectu autem illius conjecturæ, quæ deducitur ex lapsu triginta annorum, illa ad præsumendam solutionem cujuscumque crediti taliter efficax, talisque virtutis uno ore à Doctoribus reputatur, ut

23 *Capon discep. 179. numer. sesto* non dubitaverit affirmare; sunt ejus præcisa verba, *quod conjectura illa, quæ oritur ex silentio petendi Creditum, alia quacumque conjectura accedente, sufficit ad inducendam plenam probationem solutionis*, *scipio* verò *Theodor. conf. 78. numer. 19.* illam appellat vehementem, *Capyc. Galeot. contr. 14. n. 7. & 11. lib. 2.* eandem qualificat pro magna, *Roc. Disput. Jur. cap. 154. n. 3.*
24 solidè probat d. conjecturam, ex lapsu temporis deductam, esse magnifaciendam, *Caren.* demum *Resol. 108. numer. 4.* post turbam Doctorum, quos refert, & sequitur, *illam appellat fortem, vehementem, & violentam.*

Descendendo autem Doctores ad tempus, quo fuit dilata petitio crediti, ad hoc ut efficaciam habeat dicta conjectura, *Surd. decis. 105. numer. 4.* loquitur de lapsu solius decennii, ibi -- *Lapsum fuit decennium, & ultra, & non est verisimile, quod distulisset tanto tempore exactionem sui Crediti*, & de eodem tempore decennii loquuntur pariter *Mart. Medic. decis. 85. num. 5. Felic. alleg. 41. num. 7. & 11. part. 3. &* pleniſſimè *Andreol. contr. 57. num. 1.*

Et de lapsu annorum duodecim *Ansald. dec. 8. n.*
26 13. ibi -- *Potissima erat illa tarditatis &c. per spacium duodecim annorum.*

Et de silentio annorum quindecim *Rot. decis. 87.*
27 *num. 10. part. 11. rec.*

Et de silentio annorum sexdecim *Rota apud Zac-*
28 *ch. de oblig. camer. decis. 59. n. 4.*

Et de silentio annorum decem, & septem *Bertac-*
29 *chin. Vot. decis. 25. num. 5.*

Et de silentio annorum viginti *Rot. coram Benin-*
30 *cas. decis. 100. num. 8. & dec. 258. num. 11. & 12. & in Theatr. Card. de Luc. lib. 6. de Dot. decis. 37. numer. 6.*

Et de silentio annorum viginti quatuor *Rot. coram*
31 *Merlin. decis. 718. numer. 3. & 4. & cor. Emer. jun. decis. 11. num. 1. & decis. 118. num. 7.*

Et sequendo d. *decis. Surd. 105.* in qua totus est ad probandum, quod solus lapsus decem annorum superabundat ad præsumendam solutionem, punctua-
32 liter idem comprobant *Gratian. discept. 860. num. 6. Adden. ad Buratt. decis. 108. numer. 23. Fontanell. de Pact. nupt part. 2. claus. 4. gloss. unic. num. 77. Conciol. alleg. 11. num. 19. Bersan. de Ultim. Volunt. cap. 1. part. 5. num. 12. & part. 31. nu. 1. Cirocc. discept. 16. num. 54. Rocc. Disput. Jur. cap. 155. num. 3. Gob. consult. 60. num. 20. Ansald. de Commer. & Mercat. disc. 16. num. 17. Bertacchin. Vot. decis. 25. numer. 10. & Rot. decis. 181. num. 8. & decis. 456. num. 2. & 8. coram Ubald. & decis. 390. num. 6. coram Triol. & decis. 458. num. 5. part. 14. recent.* & magistraliter in *decis. 379. numer. 16. & 17. part. 17. recent.* ubi se-
33 quendo *Menoch. conf. 1267. num. 9.* una cum decem, & novem alios Doctores, ab eodem citatos, conjecturam hanc qualificat pro vehementi, & violenta, & respondet *decis. 184. numer. 14. & 15. coram* Celso, quæ potest in contrarium allegari Quanto igitur magis admittenda videtur in nostro casu, in quo lapsus temporis est annorum triginta, ut patet Consideranti.

Observando hìc, quod, si, posita causa simulandi alia quacumque conjectura accedente, cum silentio Creditoris, probata dicitur solutio, juxta authoritates supra citatas, Nec non juxta magistralem *Gloss. in leg. Excusantur verb. Legitimis ff. de Excus. Tutor.* in his circumstantiis duæ solæ conjecturæ sufficiunt, ibi -- *Sed duæ præsumptiones, etiam probationem fa-*
34 *ciunt*, *Bald. in leg. si quis numer. 4. ff. de Edend.* ibi -- *Istæ duæ species, simul junctæ, faciunt in civili efficacem probationem, quod est multum notandum*, *Menoch. de Præsumpt. lib. 1. part 40. num. 1.* ibi -- *Duæ præsumptiones sufficiunt in Causa civili ad faciendam plenam probationem*, *Felic. alleg. 41. numer. 3. part. 3.* ibi -- *Et quòd etiam duæ, vel plures præsumptiones Hominis ad probandum sufficiant, tradunt Mascardus &c. & n. 6.* ibi -- *In Causa civili quæ ardua non sit, duæ vel plures præsumptiones indistinctè su cientes sunt ad constituendam plenam probationem*, *Cravett. conf. 158. n. 11. lib. 1. Concil. alleg. 11. n. 15.* ibi -- *Et duas conjecturas sufficere scripserunt &c. & Rocc. Disput. Jur. cap. 155. numer. 2.* ibi -- *Asserens, quòd duæ sufficiant conjecturæ.* A fortiori videtur talem probationem facere dd. decem legales præsumptiones, & stringen- 35
tes conjecturæ, benè *Rota d. 491. n. 16. & 17. coram Benincasa* ubi quod nulla requiritur causa simulandi, quando multiplex conjecturarum cumulas urget ad credendum, contractum fuisse simulatum.

Quæ, si vera sunt etiam in illis casibus, in quibus de Jure, Statuto vel pacto, expresse cavetur, quod solutio probari debent mediante publico Instrumento, juxta theoricam *Bald. in leg. 1. num. 18. Cod. de* 36
Fideicom. ibi -- *Quæro quid si Statutum requirat probationem Instrumentalem, utrum sufficiat præsumptio? Respondet, quòd sic*, quam sequuntur *Tiraquell. in leg. si unquam verb. Donatione largitus Cod Revocand. Donat. n. 159. vers. Quibus adde, quod egregiè dicit Baldus Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 115. num. 6.* ibi -- *Ut non immeritò scripsit Baldus, hanc probationem ex conjecturis, eo etiam in casu sufficere, cùm instrumentalis probatio exigitur*, *Nevizzan. conf. 57. numer. 7. Felic. alleg. 41. num. 16. part. 3.* ibi -- *Etiam si debitum appareat per Instrumentum, & in part. 1. alleg.* 37
38. n 23. ibi -- *Et contra hujusmodi Instrumentum allegari potest præsumptio solutionis, cur tamdiu tacuerit Ludolph. Schrador. conf. 24. num. 25. seqq. Trat. Discept. forens. 8. num. 3. Capon. discept. eodem nu.* ibi -- *Verissima est Juris conclusio, præsumptiones, Jure approbatas, esse veras, & plenas probationes, easque sufficere, etiam ubi à Jure Instrumentalis probatio requiritur, & Gob. consult. 68. nu. 5. & 6.* ibi -- *Et hæc conclusio procedit, sive de debito appareat per publicum Instrumentum, sive etiam per Statutum, vel pactum cautum sit, quòd non aliter solutio probari possit, quàm per Instrumentum, ut latè probat &c.* de quibus in *Tom. 7. part. 2. discept. 31. num. 326. & seqq.*

Quantò magis locum habebunt in nostro casu, in quo hujusmodi rigorosa instrumentalis probatio nullibi præscripta reperitur, & agitur de verè misera- 38
bili, atque contemptibili summa scutorum septem, ut ampliando notant *Paris. conf. 137. num. 13. lib. 4. Tacian. conf. 113. num. 4. & seqq. Constantin. ad Stat. Urb. tom. 2. adnot. 48. num. 252. & Trat. discept. forens. tom. 3. cap. 8. num. 16.*

Ad evitanda æquivoca circa efficaciam d. conjecturæ, resultantis ex silentio Creditoris, advertendo hìc, aliud esse insistere in lapsu temporis ad præscribendum Creditum, quod in nostris terminis non allegatur aliud verò longè diversum ad comprobandam præsumptam solutionem, ut unum casum ab alio 39
magistraliter distinguentes, egregiè notant *Andreol. conf. 57. n. 3.* ibi -- *Nimis diversa sunt allegare præsumptionem solutionis, juxta terminos nostri casus & allegare præscriptionem; Præsumptio enim versatur circa rem, & actum dubium, ut scilicet solutio facta fuerit, nec ne; Præscriptio verò versatur circa certum, & Gob. consult. 68. num. 9. & seqq.* ibi -- *Nulla quidem addita distinctione, an taciturnitas Creditoris tandiu duraverit, quod interim lapsum fuerit tempus, sufficiens ad præscribendum; Quoniam aliud est quod contra Creditorem allegetur præscriptio, habens implicitam solutionis negativam; aliud verò, quod contra eundem exci-* 40
piatur de præsumpta solutione, ut benè distingunt Bertazzolus &c. Ad hanc enim inducendam temporis spatium communiter redactum est ad annos decem, vel duodecim cum aliis concordantibus, citatis *in Tom. 7. part. 2. d. 31. num. 316.* ac pluribus sequentibus.

Quæ omnia transeunt in evidentiam ex duabus Receputis Parochi Stampetti, prima sub die 24. Junii 1676 ibi: *Pagò Ludovico a buon conto delle Messe di Cecilia, sua Nonna, a Me Francesco Stampetti giulj quindeci*; secunda verò sub die 19. Julii ejusdem anni, ibi: *Il medemo Ludovico pagò per finale pagamento delle trenta Messe, lasciate da Cecilia, sua Nonna, a Me Francesco Stampetti giulj quindici.* Ex qui- 41
bus remanet evidens, non potuisse sine manifesta simulatione, & collusione Terrulam, de qua agitur, titulo venditionis transferri in Stampettum pro Credito

42 dito extincto, & non ampliùs existente in rerum naturam, juxta animadversa *per Rot. in Romana Immissionis super Expensis 7. Decembris 1705. in fin. coram Ansaldo.*

Et ex his, præcipuè simul unitis, cessare videtur omne legale fundamentum pensionis spolii, nullitatis, & attentatorum, ex parte Nicolai Stampetti adductis, quia, probata simulatione Contra-
43 ctus, illa impedit exequutionem cujuscumque, actionis, & obligationis, etiam in forma Cameræ, *Rot. cor. Bich. decis. 49. n. 1. & cor. Merlin. decis. 235. eod. n. & cor. Dunoz. jun. decis. 703. n. 6. ubi n. 17. quod simulatio unius Contractus inficit omnes alios, ab ipso dependentes, & in par. 12. rec. decis. 126. num. 42. & seqq.*

IN EADEM CAUSA.

ANno proximè elapso, requisitus de meo sensu, in ea fui opinione, quòd Contractus venditionis Terrulæ sub vocabulo *la Mernaja*, pro miserabili pretio scutorum septem factæ à Ludovico Morellio favore Parochi, Francisci Stampetti, uti aperte simulatus, nullam mereretur exequutionem, probando causam simulandi ex qualitate Venditoris, multis Debitis oppressi, qui ad illam devenisse præsumitur ad fraudandos suos Creditores, quorum aliqui contra ipsum Mandata exequutiva expediverant, juxta solitum Personarum debitis plurimis involutarum
44 de quo post multos concordantes testatur *Rot. decis. 219. num. 2. part. 15. rec.*

Non solùm comprobata, sed intra confines evidentiæ posita ejusdem Venditionis simulatione, ex decem conjecturis, in eadem Scriptura punctualibus authoritatibus roboratis; Prima nimirum ex longissimo temporis lapsu annorum supra triginta; II. Ex quo Venditor post Venditionem remansit semper in possessione Terrulæ, simulatè venditæ; III. Quia eo-
45 dem tempore idem Venditor solvit Collectas, & Decimas, titulo ejusdem Terrulæ debitas; IV. Quia simulatus Emptor per spatium duodecim annorum, quibus supervixit titulo pensionis, vel fructum neque obulum petiit, vel exegit à Venditore, & Possessore ejusdem Terrulæ. V. Quia Instrumentum Venditionis ejusdem clam, & in loco secreto stipulatum fuit. VI. Quia nimis tardè idem Instrumentum Ven-
46 ditionis lucem aspexit, dum fuit exhibitum, post duas Sententias, in Causa prolatas. VII. Ex meliorationibus in dicto Prædiolo factis ex propria Bursa à Morello, simulato Venditore. VIII. Quia Hæres Parochi Stampetti, simulati Emptoris, successori in Parochia omnia Bona, per suum Authorem possessa, consignavit, eadem Terrula *di Mernaja* excepta. IX. Ex magna paupertate Stampetti, propter quam non est verisimile, differre voluisse consequutionem
47 sui crediti. X. Demum, quòd simulatus Emptor facultatibus abundabat, & propterea non est præsumendum, quòd solvere distulerit pretium ejusdem Terrulæ in verè miserabili summa scutorum septem.

Concludendo, quod ex d. causa simulandi, unita cum eisdem decem conjecturis, resultabat talis probatio solutionis pretii, ac si adduceretur Quietantia,
48 seu Receputa, egregiè *Rot. decis. 30. num. 33. coram Bich. & decis. 262. num. 31. part. 9. rec.* cum aliis, citatis *supra n. 34.*

Judex de Partibus, non valens declinare vim prædictorum, concernentium Venditionis simulationem, transitum fecit ad aliam diversam exceptionem, con-
49 cernentem defectum Jurisdictionis Prætoris Sarnani Cum supposito, quod non potuerat declarare simulatum Contractum venditionis factæ ab ecclesiastica Persona, qualis erat Parochus Stampettus.

Objectum hoc est longè minoris subsistentiæ, ac
50 primum, ad quod demonstrandum, duo suppono; Unum in facto; Aliud in Jure.

In facto, quòd Stampettus simulatus emptor nunquam habuit actualem, & corporalem possessionem Terrulæ *de Mernaja*, sed illam deducit Ex clausula *Constituti*, in Instrumento simulato contenta. Ea contra verò Blondus reperitur in actuali, & reali possessione ejusdem Terrulæ vigore Mandati A. C. exequuti quidem à Prætore Sarnani, Judice laico, sed iste nullum omnino Decretum, vel aliquem actum judicialem fecit contra d. Stampetum, neque etiam nominatum in exequutione dicti Mandati.

In Jure verò, quòd simulatio Actus operatur, ut iste dicatur talis in mera apparentia, sed in rei veritate judicandus est, ac si in rerum natura non es-
set, ex animadversis per *Paris. cons. 52. nu 26. lib. 1. & Jas. cons. 170. num. 3. lib. 2. &* firmatis per *Rot. in part. 19. recent. decis. 13. num. 1. & 32. & coram Emin. Falconer. decis. 2. num. 3. sub tit. de Falsit.* ubi, quòd Actus simulatus dicitur Corpus sine Anima, & sine spiritu. 52

Quibus præmissis, cathegoricè respondendo, eidem objecto, dicimus, quòd ab hærede Stampetti non potest *prætendi Spolium vigore clausulæ Constituti, nisi da-
ta validitate Contractus, in quo illa apposita fuit*, sunt 53
verba punctualissimè decis. *Sac. Rot. 473. num. 3. cor. Cavaler.* ubi concordantes cum autem in nostro casu ex adductis, supra contractus venditionis, tanquam apertissimè simulatus nullo modo subsistat; neque etiam vim aliquam habet d. clausula *Constituti*, egregiè *Rot. decis. 282. à numer. 5. usque ad fin. cor. Millin.* quam sequitur *Barbos. de Clausul. claus. 31. nu. 30.* ubi pariter cumulantur concordantes & ubi, quòd hujusmodi clausula nullum operatur effectum in Contractu nullo, & à Jure reprobato.

Et in punctualibus terminis clausulæ *Constituti* appositæ in Contractu simulato, quòd simulatio inficiat, tollatque omnem vim ejusdem clausulæ *Constituti* illam-
que penitus inefficacem reddat per hæc numero ver- 55
ba firmavit *Rot. decis. 262. num. 11. par. 11. recent.* ubi sequitur aliam punctualiorem *decis. 11. num. 18. & seqq. part. 7. recent.* ibi: *Probata simulatione, omnes clausulæ, in Apoca positæ, sunt inefficaces, ac etiam ipsæ simulatæ, Coccinus &c. nec Juramentum obligat, quia stante simulatione, abest consensus, & præstitus est nullius momenti, Romanus &c. Nam Contractus simulatus dicitur pictus &c. & caret omni spiritu &c. ob quam rationem, sive Juramentum fuerit assertorium, sive promissorium, non attenditur, quia cum utrumque accedat ad Contractum, cujus nulla est substantia, Juramenta prædicta, sequentia eandem naturam, consensu carent, & non sunt obligatoria, Ruinus &c.*
& concordant alii, sequuti à *Rot. in decis. 14. num. 56
7. & 8. part. 29. recent.* ibi: *Nec ullum potest fieri fundamentum in clausula Constituti in Instrumento Donationis, apposita, quia, quamvis hæc clausula regulariter reputetur apta possessionem Constituentis in Constitutarium transferre, tamen hæc regula non potest applicari in præsenti casu, dum DD. jam firmarunt &c. Donationem non fuisse veram, sed simulatam, & fictam; Inde enim sequitur clausulam prædictam nihil posse operari, cùm & ipsa, tanquam accessoria eodem morbo simulationis, & fictionis laborare censeatur, Gabriel &c. & coram Coccin. decis. 222. num. 5.* ibi -- *Nec fecit dicta clausula Constituti, quia in Contractu Simulato nihil operatur Baldus.*

Ex quibus, demonstrata inefficacia d. clausulæ *Constituti*, laborantis eodem vitio simulationis, quo infectum est Instrumentum Venditionis, nullum omnino Jus habebat Stampettus super d. Predio *della Mernaja*, super quo proinde validè exequutum fuit Mandatum A. C. ad Instantiam Blondi ex propterea adversus illum Hæredi d. Stampetti nulla omnino potest competere actio reintegrationis seu Spolii quæ
nunquam datur legitimè non Possidenti ex firmatis 57
per *Rot. decis. 556. num. 1. part. 4. recent. & coram Cerr. decis. 434. eod. num. 1. & cor. Card. Falconer. decis. 3. nu. 5. tit. de Offic. Ordin.* ibi: *cum reintegratio supponat præcedentem possessionem, & non concedatur, nisi ei, qui antea legitimè se posedisse probaverit*, ibique Concordan-
tes cumulat; Et novissimè in Voto Cameræ, extenso 58
ab Illustrissimo Mosca in Ferrarien. Appaltus Concieriæ super Spolio 11. Decembris 1730. §. Minus.

Non possunt hæc in controversiam adduci, & propterea ad illorum vim declinandam dicitur, quòd cùm Stampettus in Partibus fuerit graduatus inter alios

lios Creditore Morelli pro affictu vigore Apocæ, in qua nullum specificatur Prædium, præsumi debeat af-
59 fictum respicere Terrulam *Mernajæ*, dum ex hac Parte non docetur, aliud Prædium datum fuisse in affictu Morellio à Stampetto.

Sed reflexio nullam habet facti assistentiam, quia Mihi pro constanti supponitur, quòd Apoca prætensi affictus non loquatur de Terrula *Mernaja*; Et propterea, eodem supposito cessante, cessant omnia ea, quæ cum eodem supposito extenso asseruntur, juxta
60 regulam, de qua *Rot. decis. 274. num. 11. part. 17. rec. & decis. 10. nu. 33. apud Prosper. de Territ. separat.* Prætendere autem, quòd eadem Apoca intelligenda sit de affictu Terrulæ *Mernaja*, dum ex hac parte non docetur de alio affictu, est divinari, quod in Jure permissum non est, *Bald. in cap. Ex transmissa sub*
61 *num. 2. de Restit. Spoliat. & Oping. cons. 7. vers. At cum. fol. Mihi 293.*

Cumque in d. affictu Terrulæ *Mernajæ* præcisè consistat intentio Hæredis Stampetti, ille non divinationibus, conjecturis, & præsumptionibus, sed concludentibus probationibus demonstrandus est, juxta
62 communiter receptam opinionem, de *qua Addent. ad Buratt. decis. 707. num. 10. vers. Nec sufficiunt, & Rot. decis. 109. numer. 15. part. 15. recent. & in Toletana Decimarum de Capilla 15. Januarii 1677. §. Primum coram Bourlemont*, ibi: *Quæ tamen concludenter probari debuissent, non autem per conjecturas, & præsumptiones, quæ ad fundandam intentionem non sufficiunt, & in Romana Pecuniaria 16. Junii 1679. §. Perperam cor. eod.*

Ex quibus nulla adest necessitas se divagandi circa inspectionem Jurisdictionis Judicis laici, declarandi simulatum Contractum, gestum à Persona ecclesiastica; Factum enim in hac parte non assistit, quia Judex laicus in nostro casu nullam omnino judicialem fecit declarationem simulationis d. Contractus Venditio-
63 nis, sed tanquam simplex Exequutor Mandati A. C. posuit in possessione Blondum Prædioli *de Mernaja*, realiter, & actualiter possessi à Morello laico, absque ulla oppositione Stampetti, qui si hodie prætendit vigore clausulæ *Constituti* possedisse d. Prædiolum, applicantur supra adducta, ipsam scilicet præcisè teneri, & obligatum esse in figura Actoris ostendere
64 validitatem Contractus Venditionis, a qua dependent vires accessoriæ clausulæ *Constituti*. Tantùm autem abest, quod in hac parte suas incumbentias adimpleat, ut ad omnem abundantiorem cautelam oppositum ex hac parte concludentissimè probavimus.

Incertus est Causæ exitus.

DISCEPTATIO XXIV.

Fulginaten. exequutionis Voluntates

PRO

Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis Fulginei

CUM

Capitulo, & Canonicis ejusdem Cathedralis.

ARGUMENTUM.

Canonici, relicti Exequutores testamentarii alicujus pii Operis, faciendi in Cathedrali Ecclesia, an teneantur exquirere consensum, & permissionem Episcopi; Vel potius, illo inconsulto, possint eorum munus adimplere.

JOseph Salvi Rosciolì instituit hæredem universalem in Testamento, quo obiit anno 1703. Altare majus, seu Cappellam nuncupat. *di mezzo*, dicatam Divo Feliciano Ecclesiæ Cathedralis Civitatis
1 Fulginei constructa à Dionysio Rosciolo ejus Patruo de quo habetur mentio *in tom. 3. par. 1. disc. 32. num. 1.* cum lege, quod omnes fructus, ascendentes quotannis ad sc. 700. circiter integrè per quindecim annos erogarentur in augumentum, & ornatum prædictæ Cappellæ, quibus annis elapsis medietas dictorum fructuum pariter erogaretur in eumdem ornatum Altaris, altera verò medietas in celebratione toti Missarum, relinquendo Executores testamentarios Capitulum, & pro tempore Canonicos ejusdem Ecclesiæ Cathedralis.

Anno 1718. attento lapsu dictorum 15. annorum Canonici testamentarii Executores supplicarunt Sac. Congregationi pro licentia erogandi omnes prædictos fructus in ornatum, & constructionem Chori ipsorum Canonicorum, & prævia favorabili tunc tempus Episcopi Relatione Licentiam obtinuerunt 26. Martii dicti anni 1718. non liberè, & absolutè ut fecerat Testator quoad ornatum Altaris, sed cum expressa conditione, ut Episcopus ipse ad hoc incumberet, & superintenderet ibi -- *Ita tamen ut* 2
Episcopus ipse, tam quoad Chori ornatum, quàm quoad expensas pro eo faciendas incumbat, & superintendat non & vigore huiusmodi resolutionis confecta fuit Planta prædicti Chori à Sebastiano Cipriani celebri, ac satis noto Architecto tàm Reverendæ Cameræ Apostolicæ, quàm etiam ipsiusmet Capituli, & iuxta illam in omnibus, & per omnia pars superior Absidis, seu in Tribunæ dicti Chori tam picturis, quàm statuis, aliisque plasticis, & auri Operibus tribus ab hinc annis ornata extitit, eo modo, quo demandaverat hæc Sacra Congregatio hoc est cum participatione, & assensu Episcopi, ut patet ex publicis Instrumentis desuper cum Artificibus, & Operariis, stipulatis, nempè anno 1719. ibi -- *Colla participa-* 3
zione, & assenso di Monsignore Vescovo -- Anno 1720. ibi -- *Con l'approvazione, e consenso di Monsig. Vescovo* -- Anno 1721. ibi -- *Sempre però con la riserva, e beneplacito di Monsignor Vescovo* Anno 1722. ibi -- *Con la participazione, e consenso di Monsignor Vescovo* -- Anno 1723. ibi -- *Con il consenso, & approvazione di Monsignor Vescovo* -- Anno denique 1726. ibi -- *Colla participazione di Monsignor Vescovo* --

Verùm quia requirebatur ad construendam partem inferiorem ejusdem Chori opera alterius Plastis, ut dicunt *Stuccatore*, devenerunt Canonici ad illius electionem, nedum absque solito consensu, & approbatione dicti Episcopi, sed prorsus illo dissentiente, & contradicente, nam licèt adesset in eadem Civitate Fulginei Joachim Grampinus, dictæ Artis Professor, satisque Operi idoneus, se promptum offerens Opus complere minori sumptu, adhùc tamen 4
quia nemo Propheta acceptus est in Patria, penitus inscio eodem Episcopo evocarunt Canonici à Civitate Ravennæ Antonium Martinettum, cum non parva impensa hæreditatis scut. 25. pro itinere, eoque adveniente, & ad licitandum admisso cum supradicto Grampino, pariter inconsulto dicto Episcopo, prima oblatio Martinetti clanculum porrecta in manibus Canonicorum fuit scut. 500. illa verò Grampini scut. 460. cum expressa protestatione, oretenus facta à dicto Grampino, velle audiri, quatenus Martinetus aliam minorem oblationem emisisset, sed contrarium factum fuit exadverso, nàm convocato Capitulo 26. Februarii anni 1728. undiquid spreta ne- 5
dum dicta Grampini protestatione, sed quòd plus est supra præmissa resolutione hujus Sacræ Congregationis inconsulto Episcopo admiserunt alteram minorem oblationem datam à Martinetto in summa scut. 450. unicoque contextu deliberarunt eius favore dictum Ornatum prorsus excluso, & inaudito Grampino, ne alteram oblationem dare potuisset, & hoc ad effectum omnino includendi dictum Martinettum, & excludendi Grampinum, ac insimul evitandi incumbentiam, & superintendentiam dicti Episcopi contra expressum præceptum S. Congregationis.

Attenta huiusmodi tumultuaria Capituli resolutione, statim Grampinus citatis, tam Canonicis, quam eodem Martinetto coram Vicario Generali, re adhuc integra, aliam oblationem scut. 400. emisit in Cancellaria Episcopali, & favorabile Decretum reportavit prævia circumscriptione dictæ Capitularis resolutionis

tionis & quia in oppositionibus, quæ fiebant pro parte Canonicorum tota eorum ratio consistebat in eo,
7 quod ipsi erant Executores testamentarii, sicque privativè quoad Episcopum ad eos spectabat deputatio Artificum, fuit à dicto Iudice demandatum, ut audiretur, & citaretur Procurator Fiscalis Curiæ Episcopalis, de cujus interesse agebatur.

Appellarunt Canonici ad Urbem Causaque fuit remissa ab Auditore Sanctissimi ad A. C. in cujus locum subrogato altero Iudice, non obstante, quod disputabatur purus articulus simplicis prælationis Artificis, ob maiorem vel minorem oblationem; quod agebatur de ornatu Chori, non verò altaris; Quodque Procurator Fiscalis non aderat in Causa, prorsus spreto, & neglecto Decreto Sac. Congregationis concessit dictus Iudex manutentionem Canonicis in quasi possessione administrandi, pro effectu mandavit confici Instrumentum cum dicto Martinello ab eis volito.

Habita notitia ejusdem Sententiæ à Promotore Fiscali, dùm in substantia per dictum Iudicatum de medio tollebatur tota incumbentia, & superintendentia Episcopi, & sic revocatio dicti decreti Sac. Congregationis, recursum habuit Auditorem Sanctissimi pro
8 remissione Causæ ad hanc Sacram Congregationem, sed ab eo fuit deputatus alter Index in gradu appellationis. Verùm non acquiescente d. Promotore Fiscali fuit iterum habitus recursus ad Successorem Sanctissimi Auditorem, qui, recognita veritate, posthabito, & undique neglecto dicto Iudicato A. C. seu Iudicis in ejus locum deputati, utpote emanato contra dictum Decretum, & Resolutionem Sac. Congregationis, remisit quoad omnia Causam ad hanc Sacram Congregationem sub die 19. Januarii 1729. ibi -- *Re-*
9 *misit Partes ad Sac. Congregationem Concilii quoad omnia* - scilicet - *tàm quoad declarationem Decreti anni* 1718. *quàm quoad prælationem Artificium.*

Concordatis itaque duobus dubiis de quibus in fine ista videntur resolvenda favore Episcopi.

Primum dubium -*An, quæ facultas intelligatur*
10 *Episcopo concessa in Decreto anni* 1718 - satis superque patet ex simplici lectura Decreti Sacræ Congregationis, ubi demandatur, quod episcopus omnimodam habeat incumbentiam, tàm quoad Expensas, pro eo faciendas, ex illis rotundis verbis, ibi --*Ità tamen ut Episcopus ipse, tàm quoad Chori Ornatum, quàm quoad Expensas pro eo faciendas, incumbat, & superintendat* -- Talis enim incumbentia, & superintendentia importat, ut exadverso nil peragi posset sine Episcopi prout semper ita Factum fuit in omnibus aliquo actibus in præteritum gestis, incipiendo à tempore facti decreti usque ad 1726. ex quibus ad evidentiam declaratur, incumbentiam, & superintendentiam Episcopi demandatam à S. Congregatione, importare omnimodum consensum, & approbationem dicti Episco-
11 pi ad Textum in *l. Asse toto ff. de Hær. instit. l. Ait Prætor. in princ. & ibi DD. ff. de Re iudic. Rot. decis.* 397. *num.* 2. *circa fin. & num.* 3. *part.* 1. *rec. & dec.* 345. *num.* 2. *in fin. parte* 2. *rec.*

Non juvante solito refugio, quod Canonici, uti Executores testamentarii, habebant plenam facultatem à testatore ad libitum Artifices eligendi, undè
13 Episcopi superintendentia intelligi debeat in casu, quo ipsi facultate abutentur ex animadversis per *Monacell. in formul. tit.* 5. *in formul* 15. *num.* 10. *cum seqq. tomo primo & Pignatell. consultatio* 15. *numero* 32. *tomo septimo.*

Monacellus enim loquitur in casu Officialium Locorum Piorum, ubi liberam habent facultatem administrandi, itaut valide contrahant sine licentia Episcopi, quoties contractus sit legitimè gestus, prout etiam *Pignatellus* loquitur in terminis Officialium Confraternitatum; habentium liberam facultatem à Testatoribus distribuendi eleemosynas, & ulteriùs optimè se gerant sine licentia Episcopi, qui non sunt ca-
14 sus nostri: In nostra sanè hypothesi adest præcisum Præceptum S. Congregationis, ut in Ornatu Chori, & Expensis, pro eo faciendis, per viam conditionis Episcopus ipse incumbat, & superintendat; Adeòut nil fieri valeat per Canonicos illo inconsulto, & non approbante, ut semper factum fuit in præteritum, ex supra probatis.

Facultas autem, quam habuerunt Canonici à Testatore, restricta fuit ad Ornatum solius Altaris, seu Cappellæ, facultas verò quoad Chori Ornatum, & quoad expensas, in illo faciendas, tributa eis fuit ab hac Sac. Congregatione cum positiva conditione ut Episco-
pus incumberet, & superintenderet per illa verba De- 15
creti hic opportunè repetenda, ibi: *Ita tamen, ut Episcopus ipse, tam quoad Chori Ornatum, quàm quod Expensis, pro eo faciendas, incumbat, & superintendat*, & proindè cum Canonici non habuerint à S. Congregatione liberam facultatem ornandi Chorum, & faciendi Expensas, ad eorum libitum, privativè quoad Episcopum, sed cum vera, & effectiva illius incumbentia, & superintendentia, facultas dicitur conditionata,
ut explicant actus post dictum decretum gesti *Rot. dec.* 16
289. *num.* 12. *par.* 11. *rec.* cum ibi allegatis.

Quod est adeò verum, ut iidem probè recognoscentes, ipsos facultatem à Testatore non habuisse quoad Ornatum Chori, supplicarunt pro ea obtinenda ab hac Sac. Congregatione, ut videre est ex eorum supplici Libello Quocirca cum ornatus Chori fieri deberet vigore Decreti Sac. Congregationis, quod est conditionatum, non poterant Canonici uti facultate, habita à Testatore privativè quoad Episcopum deputandi Artificem, sed
debebant omninò adimplere conditionem volitam à Sac. 17
Congregatione, ejusque jussibus parere juxta animadversa per *Gloss. in Clem.* 1. *in vers.* 3. *de Vit. & honestat. Clericor. Bart. in l. Non sunt liberi ff. de Stat. homin.* & firmata per *Rot. dec.* 435. *n.* 2. *par.* 2. *rec.*

Nullius est subsistentiæ, quod Chorus dici debeat quodammodò pars, & membrum Altaris, sicque dando Testator liberam facultatem Canonicis privativè quoad Episcopum ornandi Altare, eamdem pariter facultatem dederit quoad Ornatum Chori. Quia verba Testatoris sunt clara, nec ullam admittunt interpre-
tationem ibi: *Suam hæredem universalem &c. fecit &c.* 18
Ven. Cappellam, seu Sacellum, erectum, seu constructum in honorem Divi Feliciani piis eleemosynis qu. D. Dionysii Roscioli in Ecclesia Cathedrali S. Feliciani Fulginei in Altari majori, seu medio dictæ Ecclesiæ, Ex quo nec literaliter, nec interpretativè comprehendi potest Ornatus Chori, de quo agitur; Patet enim ad evidentiam, Testatorem solummodò respexisse ad Ornatum Altaris, seu Cappellæ S. Feliciani, à Dionysio ejus Patruo non parva impensa marmoreis, aliisque nobilibus Ornamentis constructæ, nulla habita consideratione ad Ecclesiam, illiusque Chorum, dum iste est diversus ab Altare Quamvis autem exadverso dicatur Altare Chori, nihilominus Altare stat de per se, prout etiam Chorus taliter ab eo distat, ut nullatenùs dici pos-
sit, quod Chorus sit pars Altaris. Istud enim est con- 19
structum sub Tholo ipsius Ecclesiæ ad instar Machinæ Confessionis SS. Apostolorum Basilicæ Vaticanæ, Chorus verò situs est in semicirculo Absidis, seu Tribunæ prædictæ Ecclesiæ, instar Cathedræ Principis Apostolorum eiusdem Basilicæ undè Chorus dici non potest Membrum, & pars Altaris, ut exadverso gratis ubique asseritur.

Sed quatenùs etiam per modum discursus dici vellet, quod Chorus fuerit pars Altaris, adhuc cum respectu istius expressè demandaverit Sac. Congregatio, ut Episcopus incumberet, & superintenderet, & ita semper in præteritum observatum fuerit, non poterat fieri electio Artificis, non adimpleta d. nova conditione, nempè adhibito consensu, & approbatione dicti Epi-
scopi, ut ultrà allegatos est *Text. in leg. Ità fuerit* 13. *ff.* 20
de Manumiss. Testam. firmavit *Rot. decis.* 107. *numer.* 5. *part.* 12. *recent. & decis.* 88. *numer.* 14. *part.* 14. *recentior.*

Posita favorabili resolutione primi dubii in consequentiam venit favorabilis resolutio alterius dubii, *An, & quæ Artificis electio substineatur*? quod scilicet substineatur illa Joacchini Grampini de Civitate Fulginei ad Opus, de quo agitur, idoneus. Cum enim ex præmissis Ornatus Chori, de quo agitur, non fuerit demandatus à Testatore, solùmque fiat vigore Decreti hujus

hujus Sacræ Congregationis sub conditione incumbentiæ, & superintendentiæ Episcopi, est in Jure certissimum, quod Canonici non poterant eligere Artificem Martinettum, absque consensu, & approbatione Episcopi; Conditio enim est omninò adimplenda, & cùm in nostro casu non fuerit adimpleta, actus electionis funditus corruit *Bald. in Authen. Ingressi num. 12. C. de Sacros. Eccles. Grat. disceptat. for. cap. 949. num. 6. & Rot. cor. Cerr. decis. 699. numer. 10.*
22

Quin subsistat, electionem Martinetti emanasse cum scientia, & consensu Episcopi. Siquidem nullibi probatur Partis assumptum, imò nunquam probabitur; Fuit enim ille à Canonicis clanculum evocatus à Civitate Ravennæ sumptibus hæreditatis Rosciolæ in sc. 25. pro itinere, & quia exindè abscondere non poterant illius adventum, non dubitarunt Canonici,
23 tam Episcopo, quàm ejus Vicario Generali asserere illum casu, & per accidens ad Civitatem Fulginei accessisse, sed revera compertum exindè fuit non casu, sed consultò fuisse illuc accersitum, dum mediante Capitulari resolutione, inscio Episcopo, commissum ei statim fuit, & injuncta perfectio operis, de opus, de quo agitur.

Corroboratur hæc veritas, dum Canonici tam in Partibus, quàm coram Judice Urbis, semper conati sunt repellere Grampinum, non attenta ejus oblatione in summa minori, ac præeligere Martinettum sub fundamento, quod ad ipsos privativè quoad Episcopum spectabat electio Artificis; Signum evidentissimum, quod nullum consensum, nullamque approbationem exquisiverint ab Episcopo, qui enim privati-
24 vè quoad Superiorem prætendit peragere aliquem actum, utique ostendit, nullum perquisivisse consensum, & approbationem ab eodem Superiore ut notant communiter Repetentes *in l. Pecuniam, quam ff. Si cert. pet. & in cap. Si pro te de rescript. in 6.* cum concordantibus sequentis à *Rot. dec. 20. num. 2. p. 6. recent.*

Nec dicatur, quod Martinettus majorem habet peritiam respectu Joachini Grampini. Quia habilitas, & idoneitas istius est omnibus notoria, ejusque Opera fuerunt approbata à Cipriano Architecto R. C. A. & ipsiusmet Capituli, Quinimò ad obturandum os loquentium insubsistentia, promptum se exhibet subire idem Grampinus quodlibet experimentum, tam judiciale, quàm extrajudiciale cum supradicto Martinetto.
25 Cessatque quilibet prætextus, ex quod in Opere, de quo agitur, cùm non adsint, neque Statuæ, neque alia difficilioris structuræ Ornamenta, non solum non requiritur maxima Artificum Peritia, sed exceptis Epistyliis, vulgò *Capitelli*, posset ab iisdem Fabris Murariis expleri Et tamen satis est dicere, quod in faciem loci recognovit dictus Ciprianus Architectus Capituli Opus, ab eo factum *nella Volta del Presbyterio dell'Al-*
26 *tare Maggiore della Madonna Santissima del Pianto, che era fatto con somma diligenza, & intendimento &c. essendo il lavoro non solo di Stuccatore, ma di Scultore, essendo stimabile, che un Stuccatore faccia anche Opera di Scultore, la maniera del quale saprà sempre accompagnare gl' intagli, e Cornici, con la Scoltura, onde concludo, che d. Mastro Gioacchino per quanto ho riconosciuto in d. Opera abbia tale abilità di potere riuscire ad Opere maggiori* Ultra quod Opus, de quo agitur, subjacere debet approbationi Peritorum, qui judicare debent, an fuerit facta juxtà regulas Artis,
27 & ad formam Typi, sicque insubstantia Grampinus nullam aliam habeat exceptionem, nisi illam, quam præmisimus, neminem Prophetam esse acceptum in sua Patria.

Hæc quoad resolutionem dubiorum respectu incumbentiæ, & superintendentię Episcopi quoad Ornatum Chori, nunc opere pretium est, aliquid subnectere
28 respectu incumbentię, & superintendentię Episcopi quoad Expensas pro d. ornatu, ne terminata una controversia, non deficiat alia.

Prætendunt enim Canonici ponere ad debitum Hereditatis pii Benefactoris Roscioli omnes Expensas, factas tam pro adventu Martinetti ad Civitatem Fulginei in summa sc. 25. quàm pro præsenti Lite, exadverso assumpta deputandi Artificem pro dicto Chori Ornatu, privativè quoad Episcopum, ascendentes 29
pro solis expensis hucusque factis hic in Curia ad sc. 109. 55. sub prætextu, quod comprehendantur sub expensis Chori.

Sed illas non deberi ab hæreditate Roscioli videtur respondendum. Etenim prædicta hæreditas nullum reportavit commodum ex dicto Litigio, sed evidens damnum, ex quo, quatenùs fuisset Opus adjudicatum Martinetto, cogeretur ei exbursare sc. 450. & versa vice Grampino solam summam sc. 400. esset enim inauditum, quod hæreditas propriis sumptibus teneretur sibi damnum quærere contra omnia Juris, & æqui- 30
tatis principia, idcircò ad tollendam omnem quæstionem videtur resolvendum ad tales expensas non teneri hæreditatem Roscioli, dum hoc pariter cadit sub primo dubio, ex quo Decretum Sac. Congregat. demandat incumbentiam, & superintendentiam Episcopi etiam Expensarum, & modò disputatur ad quæ se 31
extendat facultas Episcopi. Et hoc ne aperiatur via Canonicis assumendi injustas Lites *per impegno* cum Bursa hæreditatis Rosciolæ juxta casum, de quo *in Instit. crim. lib. 4. tit. 6. n. 63.*

Die 30. Aprilis 1729. propositis in Congregatione 32
Concilii duobus sequentibus Dubiis.

I. An, & quæ facultas intelligatur Episcopo concessa in Decreto anni 1718. in casu, & ad effectum, de quo 33
agitur.

II. An, & quæ Artificis electio sustinentur in casu &c. 34

Ad I. responsum fuit: *Capitulum non posse devenire ad aliquam resolutionem super contentis in Decreto Sacr.* 35
Congregationis nisi cum approbatione, & consensu Episcopi.

Ad II. Neutram sustineri, & ad Emm. S. Clementis juxta mentem, & Episcopus mandat omnino sibi reddi 36
rationem de Redditibus Legati, eorumque erogationibus, & certioret.

DISCEPTATIO XXV.

Januen. Restitutionis in integrum

PRO

Angela Maria Bielatis

CUM

Josepho Feliciano, & aliis de Bielatis.

ARGUMENTUM.

Restitutio in integrum adversus lapsum quinquennii quando concedenda sit; Sive quia Monialis in actu emittendæ Professionis non habuit animum se obligandi, comprobatum ex antecedentibus, concomitantibus, & subsequentibus actibus; Sive quia illa emissa fuit per vim, & metum, cadentem in constantem Virum.

Albertus Bielatus non inclinans quòd Angela Maria ejus Filia se daret carnalibus Nuptiis, vidensque illam esse prorsùs alienam ab assumptione status Regularis, post quàm blandis verbis plura 1
media inutiliter tentaverat ad hoc, ut prædicta ejus Filia in aliquo Monasterio se reciperet, animum suum ad minas, insidiasque convertit; Unde traducta dicta Angela Maria de Monasterio Sancti Bartholomæi, ad alterum Sancti Thomæ, illam de Anno 1694. magna præcipitantia coegit Monasticum habitum assumere Et licet infelix Filia omnimodam aversionem à Vita regulari propalasset, adeò ut integro Proba- 2
tionis anno singulos Actus Religionis non nisi coacta ab imperio Magistræ Novitiarum expleverit, eodemque anno Probationis effluo, non curaverit exquirere, ut moris est, in præfato Monasterio assensu

sensum à Monialibus ; ut Professionem emittere valeret ; Quinimo potiùs Deum deprecata sit , ut earum omnium suffragia essent negativa ; Nihilominus procuratis ob importunas dicti Alberti suasiones ex industria aliquarum Monialium Suffragiis, tandem
3 sub impulsu Paternæ authoritatis , ac ob timorem mortis pluriès comminatæ , contradicentibus cæteris Monialibus , optimè consciis de violentiis , per Patrem dictæ ejus Filiæ illaris anno 1695. in eodem Monasterio S. Thomę solemnem Professionem emisit, ut constat ex viginti , & ultra Testium De positionibus , fideliter , & per extensum recensitis in Spolio Processus de Partibus :

Quamvis autem prædicta Angela spatio plurium annorum in eodem Monasterio convixerit ; Attamen nunquam pro Moniali se gessit, semperque protestata est de vi , & metu sibi per Patrem incusso , quo deindè ab humanis erepto, Causam super
4 nullitate suæ Professionis cæpit instruere . Vndè, ex his sublato metu , petiit se ad pristinam libertatem restitui , atque ob id Recursum habuit ad Sanctissimum pro impretanda in Integrum restitutione attento obice conciliaris sanctionis, ob lapsum quinquennii remissione desuper Libello porrecto ad Sacram Congregationem , placuit rescribere pro informatione Eminentissimo Archiepiscopo Januen. compilatoque de ipsius mandato Processu cum citatione , omnium , Interesse habentium , ac Examine quam plurium Testium , illoque in publica forma in Se-
5 cretaria hujus Sacræ Congregationis , una cum Epistola responsiva dicti Eminentissimi Archiepiscopi Januen. exhibito in hodierno Consessu contigat disputari in fine registrandum ante , cujus discussionem .

Præmisso , quod hodiè formiter non est examinandus articulus nullitatis dictæ Professionis, sed tantummodò veniat removendum illud obstaculum, ex conciliari dispositione descendens , quod videlicet quis , lapso quinquennio , non audiatur adeoque ad hunc effectum non requiratur rigorosa , & concludens probatio, sed exuberet solus fumus, quo ostendatur Professionem fuisse emissam per vim & me-
6 tum, ut testatur *Barbos. in Collect. ad Concil. sess. 25. de Regular. cap. 9. & concordat Pignatell. consult. 77. nu. 6. tom. 7.*

Quo supposito ; metus in nostra hypotesi nequit clariùs , sive evidentius demonstrari ; siquidem ex Depositione dictorum Testium de quibus in Summario satis in aperto ponitur Angela Maria Profes-
7 sionem emisisse non sua sponte , sed per vim, & metum , cadentem in costantem Virum, in quibus terminis dicitur deficere libera voluntas, quæ est de substantia Professionis , ex quo ista nihil aliud est , quàm mutuus Contractus, quo Religiosus Religioni,
8 & Religio Religioso liberè obligatur ; ut post innumeros concordantes , notat *Panimoll. decis. 29. nu. 11. & seqq.* & firmavit. *Rot. dec. 930. nu. 5. cor Dunoz. Jun.*

Superlativè autem probata dicitur hujusmodi coacta voluntas, combinando ea, quæ probata habemus ante ingressum in Religionem occasione discessus à propria Domo quando pervenit ad Monasterium San-
9 cti Thomæ tempore Novitiatus , ante Professionem , & immediatè post illam : Omnia hæc unitim ponderato , & sub oculis habendo ; prout in nostris præcisis terminis faciendam esse , monent *Sperell. decis. 79. num. 30. Ciarlin. conf. 108. sub num. 68. Pignatell. consult. 173. num. 157. tom. 9. Barbos. Vot. dec. 77. nu. 11. & Rota dec. 491. n. 9. cor. Royas, & dec. 9. nu. 81. & seqq. cor. Arguell.*

Ante ingressum in dictum Monasterium Sancti Thomæ -- *Li suoi Genitori volevano Monacarla , ma che*
10 *essa non voleva in conto alcuno farsi Monaca spesso vi veniva detto suo Padre, il quale sempre diceva, che voleva , si facesse Monaca , e detta sua Sorella* hoc esse Angela Maria *piangeva dirottissimamente , quando li faceva tali discorsi , perche à avuto sempre in aborrimento lo stato Monacale, Voleva , si facesse Monaca , ciò lo diceva a det-*
11 *ta Sor Angela Maria , sua Sorella , la quale non rispondeva mai , anzi piangeva dirotissimamente , perche non poteva accomodarsi a farsi Monaca Li diceva , che pregasse Dio, acciò detto suo Padre non la violentasse a farsi Monaca , perche non haveva tal vocazione , e che voleva stare al secolo , che in modo alcuno non inclinava farsi Monaca vogliono , che mi facci Monaca , Io non mi ci voglio fare Li suoi Genitori l' importunavano a farsi Religiosa , ma perche ciò era contro la sua volontà si contristava* Huiusmodi autem repugnantiam, & aversionem statui Religioso magnificare solent Doctores, & magna Tribunalia ad probandum coactum animum profitendi , ut videre est apud *Ciar-* 12
lin. conf. 108. num. 48. Pignatell. consult. 180. num. 19. Tom. 9. Bertacchin. Vot. decis. 132. num. 6. Rot. coram Buratt. decis. 205. nu. 4. & coram Dunoz. Jun. decis. 930. num. 1. & coram Arguell decis. 9. num. 36. & coram Royas decis. 491. sub num. 1. ibi -- *Ex his enim cum appareat &c. habuisse avversionem à Religione &c. ex his resultare claram metus probationem , advertit Rota &c.* Talemque avversionem summopere consi- 13
deravit hæc Sac. Congregatio *in Aquem seu Arelaten. Restitutionis in integrum 29. Januarii , & 19. Februarii 1701. & in Provinciæ Bethicæ 11. Martii 1702.*

Perventa autem ad Monasterium, & ante Habitus assumptionem asserunt Testes -- *La viddi piangere tutto il giorno , quando si vestì , e la sera per di-* 14
vertirla la condussi sopra la Terrazza, e la viddi piangere prima della Vestizione Le genti l' andorono a dire , che sua Sorella haveva fatto disperazioni terribili nel prender l' Abito , perche si monacava contra sua voglia solo per volonta de Genitori .

Tempore Novitiatus continuò animum suum propalavit velle egredi à Religione, ut dicunt Testes ibi -- *Quando prese l' Abito di Novizia piangeva dirottissimamente , e da ciò s' avvide , & argùì , che si faceva* 15
Monaca malvolontieri , e per le minaccie del Padre -- Il giorno appresso della Vestizione di detta Sor Angela Maria si portò da detto Monsig. Arcivescovo , e che gli aveva detto heri ò vestito à San Tomasso la Figlia del Sign. Alberto, che Iddio le dia bene , perchè non à fatto altro, che piangere , e nell' anno del Noviziato , per quello ò posuto apprendere dall' Esterno , quello faceva lo faceva per forza -- *Nel tempo del Noviziato sempre le diceva , che non voleva Professare , e sempre à esclamato* , de quibus conquæstionibus , 16
tempore Novitiatus emissis , benè *Rot. decis. 189. nu. 4. coram Vbald.* & meliùs *Pignatell. consult. 173. nu. 142. To. 9.* ibi -- *Si quæ etiam præcesserint lacrimæ , querimoniæ , protestationes ante Novitiatum , & dum in eo permansit ;*

Ante Professionem , seu *vicino alla Professione* , quinimò etiam in ipso actu Professionis deponunt pariter Testes *Che essendosi fatto il Capitolo per Sor Maria Rosa Roverela , perche hebbe alcuni Voti negri , si pose a piangere , e detta Sor Angela Maria le disse ,* 17
che Lei averebbe fatto dire delle Messe per l' Anime del Purgatorio per avere tutti i Voti negri , e quando fece Professione la vidde piangere , e che sempre si è dolsuta di essersi fatta Monaca per forza -- Non à fatto operazione alcuna per essere ammensa alla Professione Nel giorno della Vestizione , e professione l' ò veduta sempre piangere , & essendosi fatto Capitolo , per un' altra Monaca , che ebbe qualche voto nero , detta Sor Angela Maria disse beata me se avesse tutti i Voti ne- 18
ri , Haveva fatto celebrare delle Messe all' Anime del Purgatorio, a fine che il Capitolo non l' accettasse alla Professione Dava in disperazione che in modo alcuno non inclinava a farsi Monaca , e quando professò fece il simile con piangere dirottamente, e quando l' andava a trovare al Monastero le diceva , che se doveva morire con l' Abito, morirà dannata.

Immediatè post Professionem ; *Et assai presto doppo fatta la professione andiede nella sua Stanza , come Priora , che era , & alla præsenza di molte Monache , che vi stavano , le disse , che Lei non sarà mai Monaca perche si era fatta per forza , e che così aveva volsuto suo Padre* , Quam circumstantiam in 19
nostris præcisis terminis egregiè considerat *Rota co-*

ram

ram Arguell. dicta decis. 9. nu. 26. ibi -- Nam bonus
19 spiritus non tam citò pertransit , & ex illa subito sub-
sequta conquestione repugnantia voluntatis arguitur .
Denique post Professionem uno ore concordant ,
omnes Testes ibi -- A intesso che spesse volte grida-
va , e dava nelle smanie, e per averli detto, che si quietasse e
li rispondeva , bona Christiana si ma Monaca mai, che
20 abbia detto alli Fratelli alle Gratie, che si era fatta Monaca
per forza &c. e che non voleva stare al Monastero per es-
sersi fatta Monaca per forza Sempre si è dolsuta d' es-
sersi fatta Monaca per forza , e che non intendeva es-
sere Monaca mai vi è stata un momento volentieri , e
piangeva lo stato in cui era ; due giorni dopo , che detta
sua Sorella aveva professato , le disse come aveva detto
a tutti , che era Monaca per forza , e sempre n' à re-
clamato , e sempre l' à veduta nello stesso umore sino al
presente giorno , & à cercato tutte l' occasioni per dover-
21 sene andare dal Monastero , Quæ quidem conquestio-
nes , solumodò emissæ cum domesticis , tam intra
quinquennium , quam post , exuberant ad effectum
obtinendi gratiam restitutionis in integrum , ut in
terminis primæ propositionis observant Barbos. ad
22 Concil. sess. 25. de Regular. c. 19. n. 10. Roderic. in Com-
pend. quæst. Regul. resol. 101. n. 71. Cyriac. consil. 37.
num. 37. Novar. in Lucer. Regular. verbo Professio nu-
mer. 31. Rota coram Arguell. dec. 25. num. 17. & 18.
Et in terminis secundæ, Rota dec. 627. num. 5. coram
23 Merlin. & dec. 211. num. 19. part. 13. rec. & resolvit
hæc Sacra Congregatio in Neapolitana 15. Decembris
1696. & 4. Maii 1697. & 12. Aprilis 1698. & in Catha-
cen. 23. Martii , & 20. Aprilis ejusdem anni 1697.
Potissimum quia hujusmodi conquæstiones etiam
pluries emisit coram Magistratum Monialium Januen.
ut deponunt iidem Testes ibi -- Con li superiori mo-
derni si è lamentato d' essere Monaca per forza , e che
vorrebbe uscire dal Monastero & essendo venuto al Mo-
nastero il Vicario Pino, li disse , che si era fatta Mo-
naca per forza , & il simile disse al Magistrato delle
24 Monache , & alli Vicarii Guerra, e Parmigiani, pro-
ut clarius apparet ex eorum Epistolis datis in Summ.
Quamobrem si ex superius insinuatis ad effectum re-
stitutionis in integrum sufficiunt etiam conquæstiones
intra Domesticos Parietes , quanto magis eundem
effectum operabitur dictus solemnissimus actus , ex-
25 pletus publicè , & palam, ac coram Testibus, om-
ni fide dignis , per ea quæ notat Farin. quæst. 156.
num. 156. Trat. respons. crim. 26. num. 4. & Rota in
Romana Primogenituræ de Bubalo 8. Maii 1706. §. 1.
coram Ansaldo.
Quæ omnia, unitim sumpta, potiori Jure rem con-
stitutum extra aleam cujuscumque dubitationis , si
sub septem aliis considerationibus ponderetur , qua-
rum prima desumitur à terribili , & feroci natura
26 Patris , incutientis Filiæ timorem , dum concordant
omnes Testes & signanter decimus , ibi -- Era un
Uomo rigoroso, e non dava ad alcuno ardire , o adito di
parlarli gran cosa : e sà , che faceva tremare tutte al
solo sentirlo parlare : Cum quo etiam cæteri conve-
niunt, atque ulteriùs specificant Personas , cum qui-
bus eædem violentæ practicatæ fuerunt , quam fero-
27 cem naturam Incutientis metum ad nostrum præci-
sum effectum , ponderant Felin. cons. 14. nu. 9. Hon-
ded. cons. 29. n. 36. lib. 1. Rota dec. 326. nu. 2. & dec.
374. num. 16. coram Ludovis. & dec. 98. n. 3. coram
Peutinger. & dec. 234. n. 5. cor. Ubald.
Neq; obstat, quòd Testes, inducti ad Instantiam Fra-
tris deponant Patrem , non fuisse ferocis, ac minan-
tiis naturæ . Ultra quod enim idem Frater procuravit
etiam alios subornare ad id deponendum quę quidem
circumstantia operatur , ut nullis aliis Testibus , per
28 eum adductis credi debeat , cum contra illos pari-
ter insurgat non modica subornationis suspicio , ut fir-
mat Rota in Capuana Jurispatronatus 10. Junii 1709.
coram Aldovrando , Urget responsio , quòd etiam si
hi omnes, Patris sevitiem excluderent, specificè de-
ponendo de libera voluntate præfatæ Angelæ Ma-
riæ , adhuc neque umbram facere possent in con-
cursum viginti , & ultra aliorum Testium , de vi-
sum , & auditum proprio deponentium de metum,
ad tradita per Farin. in Frag. part. 2. verb. Metus nu. 29
172. Ciarlin. dicta contr. 108. n. 67. Rot. dec. 326. nu.
46. coram Laudovis. , & dicta dec. 9. num. 65. coram
Arguell. ubi , quòd plus creditur duobus Testibus ,
deponentibus de metu, quam mille de spontanea vo-
luntate , ex Doctrina Innoc. in cap. Super hoc n. 2. 30
de Renunc.
Quinimò si sedulò contrariorum Testium deposi-
tiones perpendantur, illicò apparet , dictam Angelæ
Maria vi, ac metu sui Genitoris habitum monasticum
assumpsisse; Nam Testis, in ordine tertius, ingenuè 31
sub Interogatorio 187. fatetur ; Quello si sà commune-
mente per Genova da quel tempo , che è mal sodisfatta
di esser Monaca , qui sanè utpotè inductus ab eodem
Fratre De Bielatis , contra ipsum plenè probat , ad 32
notata per Farin. Test. quæst. 62. nu. 243. Gratian. dis-
cept. 552. n. 9. & Rota in Tarraconen. Insignium 11. De-
cembris 1702. §. & fortiùs coram Muto , & in Melevi-
tana , seu Portugallien. Commendæ 4. Aprilis 1710. §.
Quibus positis coram Scotto .
Primus verò deponit ad proprium commodum , quia
ad Interrogatorium pariter 137. fatetur timere a dicto
Fratre privari pingui Beneficio lib. 250. de Jure patrona-
tus Familię de Bielatis; Sextus pręcedenter promiserat, se
Examini subiicere favore Angelæ Mariæ super violentis
ab ipsa passis, ut Statum regularem assumeret, & mo- 33
do revoluto pallio, nedum cum pluribus mendaciis con-
trarium deponit, sed quod magis est, alios etiam pro-
curavit , ut id ipsum deponeret, pro ut de facto eve-
nit cùm ad ejus instantiam pariter deposuerit Maria
Hieronyma Pittaluga, Cæteri vel non exigua benefi-
cia receperunt ab eadem Domo de Bielatis , & si-
gnanter aliqua subsidia dotalia librarum 200. favore
sororum, vel particularem habent propensionem , &
affectum erga dictum Jo. Brunum Felicianum Bielati
ut ipsemet fateatur in Summar. Et denique postremus,
parum sibi constans , quo spiritu ductus nescimus, re-
tractat ex integro omnia ea, quæ super violentiis, re- 34
vera illatis in præcedenti examine deposuerat, sub fri-
volo prætextu quod eo tunc ratione morbi ingraves-
centis , nec ipse sciebat , quid deponeret, quando ip-
se Parochus ingenuè fateatur , illius primam depo-
sitionem recepisse in statu quo iam à morbo con-
valuerat . Undè nemo ex his sibi fidem promere-
tur , ut de Teste deponente ad proprium commo- 35
dum firmat Rot. dec. 697. num. 19. cor. Dun. Jun.
dec. 11. num. 20. de Teste alios alliciente ad secum
eadem contestandum , Farin. cons. 130. num 2. Rot.
decis. 194. n. 4. post secundum Volum. cons. ejusdem
& in Romana Affictus 30. Aprilis 1694. §. Alterum
coram Caprara de Teste deponente in gratiam alicujus
beneficii Thesaur. quæst. Forens. 63. num. 6. lib. 4. 36
cum aliis penes Raynald. Observ. Crimin. cap. 18. ad
§. 7. ad 15. num. 151. de habente particularem af-
fectionem , & longam amicitiam , latè Rocca disput.
Jur. select. cap. 175. num. 19. dec. 52. n. 19. part. 37
15. rec. Et de Teste , sibi vario , quòd sit standum
ejus primæ Depositioni cap. In tua de Testibus Rota
dec. 86. num. 26. & dec. 317. n. 6. par. 12. & dec. 38
58. nu. 12. part. 15. recent.
Secunda desumitur ab importunis persuasionibus qui-
bus continuò Pater urgebat Filia ad assumendum ha-
bitum regularem , dum tempore non proprio, ac ho-
ris intempestius eam invisebat in Cubili, unde -- ave- 39
va paura li facessero qualche gran cosa , mentre il detto
Padre l' andava a trovare in ore straordinarie in Came-
ra , e li diceva , che si facesse Monaca, ut deponit de-
cimus Testis, Qui profectò modus procedendi habet 40
vim coactionis ad irritandam Professionem, ut monent
Innoc. in cap. Petitio de Jure Jur. Soccin. cons. 263. num. 8.
lib. 2. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cons. 136. num. 2. Less. de
Just. & Jur. cap. 17. nu. 35. Rota dec. 326 num. 13. co-
ram Ludovis. & dec. 590. num. 1. & 2. coram Merlin.
& dec. 211. n. 7. part. 13. recent.
Tertia ab assiduis minis , & malis tractationibus
quas semper Pater exercebat erga dictam Filia quibus
etiam addidit verbera , ut deponit sextus Testis , 41
& concordant 8. 11. 12. 13. & 15. Quando autem
agitur de Patre , cujus respectu militat metus reve-
ren-

dè justus, & gravis metus evincitur, eoque magis, junctis verberibus, & sic cruciatu corporis afflictivo,
42 *Text. est in capit. Cùm dilectus vers. Neque cruciatum Corporis de His, quæ vi, metusque causa*, & ad affectum nullitatis Professionis hanc circumstantiam considerant, *Pignatell. consult. 173. num. 47. tom. 9, A Spiritu Sancto, consult. 63. sub num. 2. in fine, Portell. Dub. Regular. part. 2. cas. 32. num. 3. & Ciarlin. controv. lib. 1. c. 18. num. 32.*

Quarta à carceratione ejusdem Filiæ ibi -- *Serrò detta Sor Angela Maria in una Camera, perche voleva si facesse Monaca*, ut deponunt septimus Testis. *Sempre guardata, e suffocata dalle minaccie, & aversione*
43 *delli detti Genitori in una Stanza*. Qui quidem actus absque dubio metum inducit, etiam cadentem in constantem Virum, ut ex *text. in l. Interposita vers. Nec*
44 *tamen*, & ibi *Barthol. & Bald. n. 2. Cod. de Transact.* notant *Menoch. de Arbitr. centur. 136. numer. 4. & 5. Paris. cons. 53. num. 51. tom. 4. Rota decis. 506. n. 5. & seqq. coram Merlin. & dec. 212. nu. 3. 11. & 12. p. 16. rec.*

Quinta à morte, pluries comminata eidem Filiæ, dum Pater expressè protestabatur -- *Se non si faceva Monaca, suo Padre la voleva amazzare*, ut præ ceteris concordant quartus, & 9. Testis; Quia mortis
45 comminatio est omnium malorum terribilior, teste *Alex. in cap. Dilectus de His, quæ vi, metusve caus. fiunt*: Dicitur propterea, ipsam Filiam Professionem emisisse ob metum, cadentem in costantem Virum, quo concurrente, defectus consensus est patens, & nullitas Professionis apertissima, ut pluribus adductis,
46 concludunt *Sanch. de Matrim. lib. 4. disput. 4. num. 5. Rot. dec. 205. n. 10. cor. Buratt. & dec. 211, n. 6. p. 13. rec.*

Sexta à tenera ætate ejusdem Filiæ, dum tunc temporis erat annorum quindecim circiter, adeòque cum non esset perfectæ ætatis, superaddita etiam sexus imbecillitate, minor proinde metus requiritur ad ir-
47 ritandam Professionem, ut de Muliere docent *Gloss. & Doctor. in cap. Cùm locum de Sponsal. Innoc. in c. Causam Matrimonii de Offic. Deleg. Calder. cons. 1. vers. 3. tit. Quod met. Ancharan. cons. 24. numer. 7. Abb. cons. 4. num. 8.* Et de Minore comprobant *Pignatell.*
48 *consult. 173. num. 49. tom. 9. Ciarlin. contr. 108. nu. 30. & 31. Rot. decis. 9. num. 38. cor. Arguell. & dec. 234. num. 4. & 8. cor. Ubald. & dict. decis. 205. num. 21. & seqq. cor. Buratt. & dec. 411. n. 8. part. 13. rec.* ibi -- *Maxime, quia Emilius minas passus, tempore ingressus, decimum tertium, & Professionis decimum sextum annum agebat, ob quam teneram ætatem minor metus exigitur, quàm in maturæ, & provectæ ætatis.*

Septima demum à qualitate probationum, (sunt verba *Pignatell. consult. 173. num. 46. tom. 9.* ubi plures citat, & sequitur S. Rotæ decisiones) *Cùm metus sit difficilis probationis, propterea sufficiunt leviores proba-*
49 *tiones, immò indicia, conjecturæ, & præsumptiones, argumenta, & verisimilia, ut ponderat Rota.*

Quibus non adversatur longa permanentia Angelæ Mariæ in Monasterio, cum gestatione Habitus, aliis Monialibus communis, ex qua induci prætenditur tacita Professio; Cùm enim ipsa ab initio ingressus in Religionem, ac toto tempore, quò in Mona-
50 sterio permansit, incessanter lacrymis, suspiriis, & lamentationibus, semper protestata sit de violentiis, sibi per Patrem illatis, ac publicè, & palàm se declaraverit, nolle teneri ad observantiam Constitutionum, ut perspicuè deponunt omnes Testes, non attento quovis temporis lapsu, etiam considerabili, elisa remanet quæcumque præsumptio ratificationis, quia tales actus sunt penitùs incompatibiles, ac de diametro pugnant cum voluntate profitendi, & quam-
51 vis extrajudiciales, suffragantur ad excludendum consensum, à tacita ratificatione desumptum, juxtà singularem *Gloss. in cap. Tuarum Vers. Signatos de Priv.* quam uno ora sequuntur Doctores, ut videre est apud *Pignatell. d. consult. 173. num. 76. tom. 9.* ibi -- *Neque obstat, si fuerit lapsum quinquennium, quod susceperit Sacros Ordines, exercuerit actus Professorum &c. Quia cum constet de assiduis querimoniis, reclamationibus, ac protestationibus extrajudicialibus, ab ipsa, tam ante, quam post Professionem, factis &c. utique ex his tacita Professio omninò excluditur*, & concordant adducti per *Rota dec. dec. 189. num. 3. coram Ubald. & dec.* 52
206. numer. 24. coram Buratt. & decis. 628. numer. 7. coram Merlin. & decis. 9. numer. 33. coram Arguell. & decis. 34. numer. 11. part. 14 recentior. & decis. 229. num. 3. coram Carill. ibi -- *Nec d. Professio, sic nulliter emissa, ex cursu longissimi temporis, quo Francisca permansit in Monasterio, deferendo Habitum, &* 53
faciendo diversos actus, ad Professas pertinentes, potest dici saltem tacitè ratificata, quia per Testes, pro ea examinatos, constat de continuis lamentationibus, & protestationibus, ab ipsa, tam ante, quam post Professionem immediatè, & successivè omni tempore factis, ex quibus tacita Professio omninò excluditur, cùm expressus dissensus faciat cessare tacitum, & præsumptum, & melius *decis. 962. num. 25. coram Emerix. jun.*

Idque adeò est verum, ut procedat, etiamsi cum dicta præsumptione tacitæ ratificationis Professionis, 54
in radice nullæ, unitum sit exercitium Officiorum Monasterii, juxtà *magistralem decis. 9. à num. 2. coram Arguell.* aliasque sequutas *à Pignatell. d. consult. 173. num. 76. tom. 9.* ibi -- *Et sic suffragari ad excludendum consensum a tacita Professione, non obstante susceptione sacrorum Ordinum, & exercitio actuum & Officiorum Religionis, quantumcumque tempus post quinquennium elapsum fuerit*, & juxtà laudabilem praxim huius Sac. 55
Congregationis, de qua *in Sulmonen. 24. Aprilis 1694. lib. 44. Decret. fol. 173. à tergo*, ubi de officiis Religionis, exercitiis ab anno 1676. & in hoc sensu fuit etiam *Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium in alia Januen. Nullitatis Professionis 6. Julii 1696. Ponente Card. Colloredo*, ubi agebatur de Moniali, pro- 56
fessa de Mense Junii 1665. quæ, excepto Abbatissatu, omnia alia exercuerat Munera, & Officia proprii Monasterii.

Quæ tamen circumstantia exercitii Officiorum Religionis omninò exulat à nostris terminis, cùm Angela Maria, *li Officj, benchè maggiori, che li sono stati dati, non li à volsuti fare*, ut deponunt sextus Testis, Eandemque circumstantiam ad excludendam præsumptionem tacitæ ratificationis inspecie considerant 57
adducti per *Rot. decis. 952. num. 24. in fine cor. Emerix junior. & decis. 211. n. 12. par. 13. rec.* ibi -- *Quæ protestatio, & renitentia coadiuvant probationem metus, ut dicit Jo: Andreas.*

Eòque fortiùs, quia dicta non reclamatio ortum habuit ex eo, quia hoc medio tempore vixit Pater, qui fuit causa, ut invita ingrederetur Monasterium, ut deponunt *Testis XIV.* ibi -- *Ne à potuto reclamare,* 58
stante che viveva suo Padre, & Testis XVI. ibi. *Era stata sforzata collocarsi in esso per li mali portamenti de suoi Genitori, che, morendo li medemi, voleva sperimentare le sue raggioni in Giudizio, per fare annullare la Professione, fatta a forza*; In quibus circumstantiis nunquam inducta dicitur tacita Professio per quamcumque taciturnitatem, ea ratione, quia durante causa metus, tam ipsa taciturnitas, quam cæteri actus, acquiescentiam præseferentes, præsumuntur meticulosi, ac subest justus titulus ad impetrandam restitu- 59
tionem in Integrum, ex causa hujusmodi impedimenti, ut firmat, *Rota d. decis. 9. num. 4. coram Arguell.* ubi plures cumulat concordan. & loquitur in terminis taciturnitatis annorum 24. *& dec. 205. nu. 30.* ibique *Adden. num. 35. cor. Buratt. & decis. 189. num. 9. & decis. 267. num. 8. & 9. coram Ubald. & dec. 491. num. 16. cor. Royas*, ubi de taciturnitate per spatium 60
longissimi temporis, *& dec. 1166. num. 3. cor. Seraphin. & dec. 178. num. 6. & seqq. cor. Carill.* ubi de 61
taciturnitate annorum 24. quibus supervixit Pater, qui metum incusserat, *& in rec. decis. 175. num. 5.* 62
p. 1. & dec. 705. n. 1. & per tot. p. 2. & dec. 211. n. 25. p. 13. & dec. 373. n. 10. p. 18. & pluries resolvit hæc Sacr. Congregatio, & signanter *in Bononien. 17. Aprilis 1706. lib. 56. Decret. fol. 190.* ubi de taciturnitate annor. 29 & respondit *S. Congr. Episcop. & Regul. in d. Januen. Nullitatis Professionis 6. Junii 1696. Ponente Card. Colloredo*, ubi de taciturnitate annorum 31. cum aliis con- 63
cordantibus citatis, *in tom. 2. p. 1. disc. 1. à n. 43.*

Hactenùs deducta ad evidentiam demonstrant, Angela Maria coactè per vim, & metum emisisse Professionem, quæ propterea ex hoc capite non substinetur. Nihilominus ex abundanti superadimus, hujusmodi Professionem in hypothesi non subsistere ex innegabili defectu consensus interioris, ex voluntate non profitendi, nisi verbabiliter, & oretenus, quoties autem deest voluntas, deest substantia contractus,
64 in quo radicari debeat professio juxta communem sensum Theologor. & Canonistarum *in Can Præsens* 20. *qu.* 3. *& c. Venerabilem, qui filii sint legitimi, Sylvest. in Summ. Verb. Religio num.* 12. *Navar. cons.* 10. *lib.* 2. *Quod met. caus. Pellizar. de Monialib. cap.* 3. *sect.* 1. *num.* 28. *Tondut. Resol. benef. cap.* 38. *nu.* 12. *to.* 1. *Tambur. de Jur. Alb. dis.* 6. *qu.* 16. *n.* 4. *tom.* 3. *Pignatell. d. consult.* 173. *num.* 79. *tom.* 9 *Portell. Dub. regular. verb. professio n.* 11. *Donat. in prax. Regular. to.* 2. *tract.*
65 11. *de Profess. null. qu.* 13. *num.* 8. & ex Theologis *Cajetan.* 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 1 *sot. de Just. & Jur. part.* 1. *artic.* 3. *Azor. Institut. Moral. lib.* 12. *c.* 5. *Sanchez. de Matrimon. l.* 7. *disp.* 37. *num.* 4. *& Rot. decis.* 499. *per tot. par.* 14. *rec. ex latè Piton. tom.* 2. *disceptatio* 110. *per totam* & signanter *a n.* 11.

Et quamvis in foro esterno animus non profitendi debeat legitimè, & concludenter probari, & quidem ex
66 aliqua causa honesta, ut *ex text. in cap. Vidua de regular. probat Turrecremat. in Can. Quod interrogasti dist.* 27. *num.* 1. *vers. Non ea intentione*. Utrumque tamen extremum concurrit in nostra hypothesi: Etenim quoad primum, omissis actibus, Professionem antecedentibus, & subsequentibus de quibus latè supra, & ex quibus liquidò effulget internus dissensus; clariùs demonstratur assumptum in ipsomet actu profitendi, à quo nunquam recessit, siquidem hujusmodi consen-
67 sum unanimitèr excludunt omnes Testes & signanter 12. *Con tali violenze fù costretta ad ubbedire, e fare la Professione contro ogni sua volontà*, quæ nunquam postea supervenit, ut deponunt quintus Testis ibi -- *Vedeva, e sentiva, sì le minaccie, come li maltrattamenti, e perseguitarla, acciò si rendesse Monaca, come fece contro sua volontà, non avendo mai consentito a ciò* -- & meliùs testatur sextus ibi -- *Detto suo Padre era tanto crudo, che per timor del medemo è bisognato si sia fatta Monaca contro sua voglia, e che mai vi è stata un momento volentieri* -- Quoties autem constat de intentione Profitentis, quòd eam non fecerit animo se
68 obligandi, tunc nunquam induci valet valida Professio, ut sentiunt communiter *Canonistæ in d. cap. Vidua de Regul.* nempè *Innoc. num.* 5. *in fine*, *Hostien. n.* 10. *vers. Sed, & tales*, late *Turrecremat. in d. can. Quod interrogasti n.* 1. *in fine dist.* 27. ibi -- *Probare intelligo per Testes legitimos, vel per violentissimas præsumptiones Portell. in Dub. regul. verb. Professio n.* 11. *vers. Probatio verò, Passerin. de Stat. homin. q.* 189. *ar.* 10 *n.* 42. *& seqq & Rota d. dec.* 499. *num.* 3. *& seqq. part.* 14. *recent.*

Quò verò ad alterum extremum, nempè quòd causa dissentiendi fuerit honesta, probatur ex metu, concepto de paterna violentia, qui ex hucusque deductis remanent ad exuberantiam justificatus; De facto quid
69 aliud ostendunt continuæ lamentationes, & lacrimæ tam ante Professionem, quàm in ipso actu, & etiam post nisi vehementem animi passionem, tacita voce proclamantem, quod ipsa aliter sentiebat in cor-
70 de, quam quod tunc profitebatur in ore juxta illud Poetæ -- *Nam lacrymæ interdum pondera vocis habent* cum quo conveniunt *Ciarlin. contr.* 108. *sub. num.* 1. *&* 53. *Rota dec.* 301. *num.* 1. *coram Royas*, *& dec.* 9. *num.* 37. *& decis.* 25. *n.* 49. *coram Arguell.* & ta-
71 men ad hunc effectum, etiam timor, ex causa levi & levissima desumptus, excusabilem reddit fictionem, ut probat *Text. in dicto Canonici. Quod interrogasti verb. Eo finxit dist. vigesima septima* ubi ceteri Canonistæ.

Ceterùm quando adhuc aliqua superesset hæsitatio, nihilominus esset respondendum pro gratia, quia in dubio, se tenente ex parte consensus, non potest considerari favor Religionis, qui nunquam con-
72 currit, ut egregie ponderat, *Rota coram Arguell. dicta decis.* 9. *num.* 83. *& seqq.* ibi -- *Denique non obstat, quòd in dubio facienda sit Interpetratio, ut Professio substineatur, quia conclusio procedit, quando dubitatur de validitate ex alio capite, quàm ex defectu consensus, quo stante defectu, semper est facienda interpetratio pro libertate Personæ &c. Deus enim voluntarios sibi eligit Milites &c. coacta verò servitia contemnit &c.* in qua parte habemus Textum, id demandantem 73 *in can. jam verò* 23. *quæst.* 6. ubi ad rem expenduntur verba illa *Apostol. prima ad Corinth. Unus quisq; det prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut necessitate, hilarem enim Datorem diligit Deus*.

IN EADEM CAUSA.

Diximus probat, ex opportune repetimus, quòd ad obtinendam simplicem Restitutionem in integrum adversus lapsum quinquenii sine expressa, & judiciali reclamatione, necessaria non est rigorosa, & concludens probatio nullitatis Professionis: Sed sufficit illius fumus, cum verisimili spe talis probationis, quę Regula approbatur non solum à Doctoribus, sed etiam à plurimis Decretis hujus Sacræ Congregationis, præsertim quando cum fumo nullitatis, concurrunt Reclamationes, & Protestationes, etiam extrajudiciales, ut ex 74
mente Sacræ Congregationi Concilii, relatoque Decreto in celebri *Colimbricen. anni* 1630. probat *Barbos. ad Concil. sess.* 25. *de regul. cap.* 19. *num.* 9. *&* 10. *Pignatell. consult. can.* 173. *num.* 107. *tom.* 9. *Bordon. de Profess. regul. cap.* 22. *sub numer.* 15. *Capon. controv.* 14. *num.* 24. *Pasqualig. quæst. moral. juridic.* 296. *num.* 7. *Card. de Luca de Regular. disc.* 41. *sub num.* 113. *& Sac. Congregatio in Burgen.* 31. *Maii* 1631. in qua respondit, Oratorem debere dare fumum nullita- 75
tis, & Reclamationis extrajudicialis, quod confirmavit in alia *Anicien.* 21. *Junii ejusdem anni in Laurinen.* 23. *Februarii* 1669. *in Florentina* 13. *Julii ejusdem anni*, *in Mediolanen Patris Zoppæ* 10. *Maii* 1687. *in Neapolitana* 18. *Aprilis* 1692. *in alia Ordinis Sancti Basilii Magni* 8. *Augusti* 1693. *& in Sulmonen. seu Mediolanen.* 24. *Aprilis* 1694. *& in alia Januen. Professionis*, in qua licèt primo loco Sacra Rota consulta pro voto Sacr. Congregationis responderit pro denegatione dictæ Restitutionis in integrum, median- 76
te decisione Edita coram Molines 5. Julii 1702. adhuc postea Congregatio particularis, à Sanctissimo specialiter deputata *sub Cardinali Colloredo Ponente*, *pro dicta restitutione in integrum respondit die octava Aprilis* 1704.

Et tamen in præsenti sumus extra omnes difficultates Iuris dum, habemus in facto tales, & tantas demonstrationes nullitatis dictæ Professionis, ut de illa dubitandum non possit, quando etiam de illa principaliter dubitari contingет; Et quidem procedendo cum Theoricis approbatis, & magistraliter confirmatis in dicta *decis. Januen. Professionis tertia Julii mil-* 77
lesimo septingentesimo secundo, *sub §. In hypothesi*, *& sequentibus*, *coram Molines*, quòd scilicet nullitas Professionis promanare possit ex duplici capite, primo scilicet ex defectu consensus interni Profitentis, eò quia ipse licèt externis verbis, & signis Professionem emittere simulavit, adhuc in ejus interna intentione profiteri noluerit; Secundo autem ex defectu consensus liberi, eò quia, quamvis dictæ Professioni consenserit, adhuc ad id coactus fuit per vim, & metum; Quòdque uterque ex dictis defectibus, tam in Foro Poli, quàm in Foro Fori, sufficiens sit ad nullitatem Professionis, ut de primo, scilicet de consensu interno, admittunt communiter Doctores, Theologi, & Canonistæ, cumulati in dicta *decisione Molines sub* 79
§. Et exordienda, *& sequentibus*; Et de secundo, scilicet de consensu coacto alii, cumulati *in dicta decisione sub §. Exclusa*, *& sequentibus*, impressa apud *Piton. tomo quarto disceptatio* 110. *à numer.* 24. *usque ad finem*.

Unica disputationis ratio restringitur in probando, utrumque, vel alterum ex dictis defectibus, super cujus probationis exclusione unicè insistit *dicta decisio Reverendissimi Molines*; De quo in nostro

Casu

Casu dubitandum non videtur, ex his; quæ cumula-
ta fuerunt in Processu judiciali, authoritate hujus Sa-
cræ Congregationis per Curiam Archiepiscopalem
compilato, in quo præcipuè habetur Depositiones
82 viginti duorum Testium, & quidem omnium condi-
tionum, & qualitatum, scilicet plurium Monialium,
professarum in eodem Monasterio, Consanguinearum,
& sororum Angelæ Mariæ, Sacerdotum, & Regula-
rium, domesticorum, & Familiarium, quorum Depo-
83 sitiones ad hunc effectum relevantem dicunt *Rimi-
nald. jun. consil. 77. num. 44. inter Consil. Matrim. Pi-
gnatell. consult. 123. num. 44. tom. 9. Rota coram Lu-
dovis. disc. 205. num. 4. & coram Dunoz. jun. decis.
930. num. 1. & in recent. decisione 499. numero 2.
parte 14.*
Distinguendo autem dictos defectus, & inchoando è
primo, scilicet consensu interim, qui uti difficilis,
imò ferè impossibilis probationis directis, & undi-
que claris ex signis, & verbis externis arguitur, ut,
omissis generalibus, in his terminis animadvertunt,
84 *Sot. in 4. Sententiar. disputat. 27. quæst. 1. art. 3.
propos. 1. & quæst. 3. art. 3. col. 8 Sanch. de Matri-
mon. lib. 2. disput. 45. num. 4. & seqq.*
Nimis evidentia videntur verba, & signa; per An-
gela Maria in omnibus illi temporum circumstantiis,
85 consideratis *in dicta decisione Molines*, scilicet præce-
dentibus, concomitantibus, & subsequentibus dictam
Professionem, quas considerant etiam *Corrad. in Prax.
86 Dispensat. lib 5. cap. 14. num 7. Ciarlin contr. 108.
num. 49. & 53. Pignatell. consult 173. num 64. vers.
Et satis lib. 9. Rot. decis. 326. num. 43. coram Lu-
dovis.* In Præcedentibus enim habemus fixam aver-
sionem, quam ipsa semper, & ubique demonstra-
vit ad Statum monasticum, & regularem, ac inclina-
tionem ad Sæcularem, & sæpè sæpius declaratam apud
87 Sorores, Consanguineos, Amicos, & Familiares, quo-
rum Depositiones ad hunc effectum magni facit *Pigna-
tell. dicta consult. 173. n. 10. to. 9.* illasque admisit *Rot.
dicta decis. 205. num. 2. coram Buratto & decis. 930. an-
te num. 1. coram Dunoz. jun, & decis. 1356. num. 1.
ante med. & sequent. coram eodem.*
Junctis præsertim adminiculis, resultantibus ex ge-
stis pre patrem, qui, habita notitia talis aversionis, &
ad effectum illam superandi, intrusit Filiam primo lo-
88 co in Monasterio Sanctæ Bartholomæi, & ab inde illam
transtulit ad Monasterium Sanctę Thomæ, ut concor-
diter deponunt dicti Testes; quorum Depositio admi-
niculata ex dictis factis, non controvertibilibus, indubi-
tatam fidem meretur, ut ad propositum notat *Pi-
89 gnatell. dicta consult. 173. sub num. 69. tom. 9. Rot. di-
ctæ decis. 211. num. 12. part. 13. recent. & coram Ar-
guell. decis. 9. num. 27. & coram Carill. decis. 173.
num. 5. & sequentibus.*
Quanti verò ponderanda sit naturalis, & continua-
ta aversio, & perhorrescentia à Religione, & qua-
lem præstet vehementissimam præsumptionem simulati
actus externi in emissa Professione, cum dissensu inter-
90 no, benè probat *Rot. in dicta decis. 320. n. 7. coram Lodo-
vis. & in decis. 205. num. 4. coram Buratt.* ibi -- *Quæ
aversio, & repugnantia Renati, multùm confert ad me-
tum probandum &c.* Idemque expenditur *in dicta de-
91 cis. 9. n. 32. coram Arguell. & in dicta decis. 499.
n. 2. par. 14. recent.* ibi -- *Hæc autem defectio consen-
sus visa fuit resultare ex pluribus facti circumstantiis
annexis, præsertim à magno animi aversione erga Pro-
fessionem, constanter à Moniale antea semper expres-
sa &c.*
Pro concomitantibus autem urget duę notabilissi-
mæ circumstantiæ, prima scilicet, quòd non solùm
Angela Maria pro Professione facienda nullatenus ro-
gavit Moniales de eorum Voto, quòd concurrebat in
92 casu dictæ decisionis Molines, & refertur ibi sub §.
Ceterùm in comprobat onem: Sed potiùs rogavit pro
denegatione, & ad hunc effectum preces effudit
coram Deo, & dictis Monialibus, quæ, agnita tali
aversione forsam ejus desiderio annuissent, nisi ab Ab
batissa fuissent de hoc acriter objurgatæ, & prohibi-
tæ, ut referunt ipsemet Moniales in Summario. Altera
autem, quia in ipso actu Professionis, & coram ipso
Reverendissimo Archiepiscopo, omnibusque Adstanti- 93
bus, ac Abbatissa, & Monialibus, ipsa in diruptissimum
fletum irrupit, servatum etiam in omnibus illius acti-
bus, in quibus de Vita monastica, & professione ageba-
tur, quod etiam observatum fuit ab ipso Reverendissi-
mo Archiepiscopo pro signo talis coactionis.
Quòd autem tales lacrimæ junctę præsertim cum quę-
relis, & protestationibus, emissis in actu Professionis,
internam animi contradictionem, & defectum interio- 94
ris consensus demonstrant probant de lacrymis loquen-
res *Menoch. præsumpt. 4. num. 10. & seqq. lib. 3. Hon-
ded. cons. 29. num. 37. & seq. lib. 2. Ciarlin. dicta contr.
108. num. 48. Noverol. alleg. 29. nu. 67. Rot. dicta de-
cis. 779. num. 5. par. 3. recentior. & coram Buratt.
decis. 86. n. 17. & decis. 205. n. 4. & coram Ludovis. di-
cta decis. 326. sub num. 6. & 7. & coram Seraph. decis.
779 n. 5. & coram Arguell. dicta decis 9. num. 13.
& coram Peutinger. dicta decis. 98. num. 1.* Et de con-
questionibus, & protestationibus *Ciarlin. contr. 108.
num. 49. Panimoll. decis. 29. num. 190 Rot. coram Lu-* 95
*dovis. dicta decis. 326. n. 3. & n. 40. & coram Burat.
decis. 205. n. 15. & coram Ubald. decis. 234. n. 8. &
coram Dunozet. jun. decis. 930. n. 5. & coram Cerr. de-
cis. 351. n. 4. in recent. decis. 579. num. 4. part. 1. &
decis. 705. n. 3. part. 2. & decis. 733. num. 5. par. 4.
& decis. 211. num. 13. part. 13. & decis. 499. n. 2.
part. 14. & decis. 373. num. 12. part. 18.*
Ex quibus ad evidentiam excluditur possibilitas, ap-
probata in dicta decisione Molines, quòd scilicet Puel-
la, quæ ab initio aversionem habuerat ad Statum re-
gularem, potuerit illam dimittere, & posteà liberè,
& voluntariè profiteri; Ultra quòd enim contrarium
postea censuit Sac. Congregatio in Decreto, superiùs
indicato; Adhuc pro dicta mutatione Rota non ste-
tit in simplici possibilitate, sed consideravit verisimi-
litudinem à sex circumstantiis facti, relatis *in eadem* 96
decis. sub §. Cæterum, primò scilicet ex cessione antia-
nitatis vocis, & Loci monastici, à Commoniali pro-
curata, & reportata; Secundò ex voluntaria susceptio-
ne Habitus monastici, & exercitio operum charitatis;
Tertiò ex renunciatione Bonorum Paternorum, fa-
cta paucis diebus ante Professionem; Quartò ex ju-
stificatione, procurata super sua legitimitate, propter
cujus dubium suspicabatur ejus admissio ad Professio- 97
nem; Quintò ob Suffragia, procurata à Monialibus
pro admissione ad Professionem; Et sextò ob exitum,
& reditum ad Monasterium; Vndè cum in casu no-
stro, non solùm deficiant dictæ circumstantiæ, sed con-
trariæ concurrant, nullo modo videtur allegabilis di- 98
cta præsumptio mutationis voluntaris, quæ nec etiam
de Iure præsumitur, *cap. Scribam de Præsumption. Bar-
bos. tract. var. axiom. 230. numer. 7 Menoch. lib 4 præ-
sumption. 195. num. 2. Rot. cor. Duran. decis. 74. nume-
ro 46.*
Pro tempore autem successivo hoc est post vesti-
tionem Habitus, & Professionem habemus perpetuam 99
continuationem dictarum conquestionum, cum la-
crymis, suspiriis, & protestationibus, emissis apud om-
nes, cum quibus de hac materia accidebat sermo, &
cum univoca declaratione *Buona Christiana sì*; *Mo-
naca nò*, Cum reclamationibus, etiam replicatis a-
pud Magistratum Monialium; Habemus recusatio-
nem Officiorum regularium, quæ etiam majora, si-
bi oblata, eadem acceptare, & exercere recusavit,
quod pro indubitato defectu consensus interni pro 100
Professione, ejusque ratificatione ponderat *Pignatell.
consultat. 173. numer. 133. tom. 9.* & concordat *Gall.
cons. 66. sub n. 18.*
Imò, quòd ad hunc effectum admittantur etiam
præsumptiones, conjecturæ, & adminicula, sigillatim
minùs concludentia, sed unienda ad constituendam 101
perfectam, & concludentem probationem, tradit *Hon-
ded dicto cons. 29. num. 19. lib. 1.* & latè *Rot. cor. Arguell.
d. dec. 25. n. 47.*
Talis igitur primus defectus consensus interioris, ab
initio usque ad hodie per illas magis concludentes demon-
strationes, quę in hac materia dari possunt, &
sine ullo contrario signo, vel verbo, sufficiens videtur
ad intentum. Et tamen nec etiam deficit secundus 102

defectus, ſcilicet conſenſus liber, qui ſive conſideretur de per ſe ſive conſideretur, uti honeſta cauſa dicti conſenſus, ſimulatè, & fictè præſtiti in actu Profeſſionis, & ad excludendam veritatem ejuſdem,
103 ſemper nullitatem ejuſdem actus importat, ut admittitur, & probatur *in dicta Januen. Profeſſionis coram Molines ſub §. Quod autem in medio.*

Iſta autem cauſa conſiſtit in metu, illi incuſſo à Parentibus, & præſertim ab Alberto Patre, quem pro removendo dicto libero conſenſu, & per conſequens pro nullitate Profeſſionis, communiter admittunt Docto-
104 ctores, & Tribunalia, præſertim autem *Pignat. dicta conſult.* 173. *num.* 47. *tom.* 9. *Navar. conſ.* 89. *nu.* 2. *de Regular. l.* 2. *Rodriguez Quæſt. regul. tom.* 3. *quæſt.* 7. *art.* 18. *Dian. Oper. moral. part.* 3. *tract.* 2. *de Dub. regul. reſol.* 92. *Pont. de Matrim. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 14. *& pluribus ſequentib. Rot. deciſ.* 491. *num.* 6. *co-*
105 *ram Royas & deciſ.* 9. *num.* 85. *& ſeqq. coram Arguell. & deciſ.* 930. *num.* 2. *coram Dunoz. Jun. & deciſ.* 221. *num.* 3. *& ſeq. part.* 13. *& deciſ.* 499. *num.* 1. *& ſeq. part.* 14. *recent.*

Ex illa juſta, & rationabili ratione à priori, quia ſcilicet Deus exigit Milites voluntarios, & ſpontaneos, è contra autem Diabolus trahit coactos, de qua *Noal. conſ.* 28. *n.* 1. *Spad. conſ.* 96. *n.* 1. *lib.* 3. *Camerat.*
106 *reſponſ.* 1. *n.* 11. *&* 12. *Avendan. de Met. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 32. *Larr. deciſ. Granat.* 63. *num.* 15. *tom.* 2. *Panimoll. deciſ.* 29. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 1. *Cardinal. de Luc. de Regular. deciſ.* 44. *num.* 3. *Rot. coram Merlin. deciſ.* 590. *& deciſ.* 620. *Carill. deciſ.* 178. *& deciſ.* 229. *Ar-*
107 *guell. deciſ.* 25. *in omnibus num.* 1. *Dunoz. Jun. deciſ.* 930. *num.* 5. *Cerr. deciſ.* 351. *n.* 2. *& in rec. deciſ.* 94. *num.* 2. *& deciſ.* 211. *num.* 3. *part.* 13.

Itaut Quæſtio ſolùm remaneat in probatione talis metus, & illius qualitatis, ſufficientis ad effectum tollendi libertatem conſenſus, & inducendi illius coactionem; Ad quem effectum præmitto generales Juris regulas, quòd ſcilicet metus præfatus, uti incuti ſolitus inter domeſticos parietes, & conjunctas Perſonas, eſt
108 difficilis probationis, ideòque non requirit rigoroſas, & omninò concludentes probationes, ſed etiam conjecturis, plenè probatur, *Pont. conſ.* 54. *num.* 17. *Maſcard. de Probat. concluſ.* 1055. *num.* 3. *Cabrer. de Met. lib.* 1. *c.* 9. *Rot. coram Seraph. deciſ.* 771. *num.* 2. *& coram Ludoviſ. deciſ.* 326. *num.* 7. *& coram Arguell. deciſ.* 25. *num.* 46.

Quòdque in terminis, de quibus agitur, non eſt neceſſarius metus mortis, vel alias, cadens in Conſtantem Virum; Tum attenta qualitate Perſonę, cui metus incuſſus fuit, ſcilicet teneræ Puellæ, deſtitutæ
109 omni auxilio, & conſilio, quam ſolam teneram ætatem ad propoſitum conſiderant *Valenzvel. conſ.* 148. *n.* 46. *Calderin. conſult.* 1. *verſ. Tertio quid ſub t. Quod met. cauſ. Abb. conſ.* 4. *n.* 5. *l.* 1. *Ancharan. conſ.* 24. *n.* 7. *Suarez. de Relig. tom.* 3. *lib.* 6. *c.* 4. *nu.* 21. *& Rot. coram Arguell. dicta deciſ.* 9. *num.* 38. *& coram Carill. deciſ.* 178. *num.* 2. *&* 3.

Tùm attenta qualitate Perſonæ, à qua dictæ minę procedebant, ſcilicet à Patre, & quidem conſpirante cum Matre contra teneram, & omnino indefenſam Filiam, & Parentum arbitrio ſolùm expoſitum in qua ideò controverti non poteſt magnus reverentialis ti-
110 mor, ut in fortioribus terminis de Fratre minore reſpectu majoris ponderat *Cur. Jun. conſ.* 141. *n.* 11. *l.* 2. *Ruin. conſ.* 98. *n.* 24. *lib.* 1. cum aliis, quos refert, & ſequitur *Ciarlin. controv. foren. d. cap.* 108. *num.* 34. *&* 35.

In his autem Perſonis, in quibus cadit dictus metus reverentialis, non eſt neceſſaria qualitas alterius metus, cadentis in cònſtantem Virum, nec minę mortis
111 & ſimiles, nec ſolitum minas exequendi, ſed ſufficiunt quælibet minæ graves ex adductis per *Ciarlin. controv.* 108. *n.* 45. *verſ. Sic autem, & n.* 57. *Rot. coram Buratt. deciſ.* 205. *n.* 27. ibique *Add. lit. B. & coram Ludoviſ. deciſ.* 374. *n.* 3. *coram Merlin. deciſ.* 590. *n.* 4. 5. *&* 6. *& deciſ.* 620. *n.* 2. 3. *&* 4. *coram Peuting. deciſ.* 98. *n.* 9. *&* 10. *& coram Royas deciſ.* 491. *n.* 8. *in fin. & in rec. dec.* 105. *n.* 3. *& dec.* 379. *n.* 9. *part.* 10. Imò quod ſufficiant ſimul cum dicto metu reverentiali importunæ, & frequentes inſtantiæ, ac moleſtiæ; ex qui- 112
bus præoccupatur, & excluditur liber conſenſus Profitentis, benè ad propoſitum arguunt *Altrograd. conſ.* 50. *n.* 271. *l. primo*, *Valenzvel. conſ.* 29. *n.* 31. *Afflict. deciſ.* 69. *n.* 4. *Pont. de Matrim. dicto l.* 4. *c.* 12. *per tot. & c.* 5. *n.* 17. *Caſtill. Controverſ. Jur. l.* 3. *c.* 1. *n.* 154. *Gratian. diſcept.* 659. *n.* 9. *Rota coram Arguell. dicta deciſ.* 9. *num.* 17. *& coram Ludoviſ. deciſ.* 326. *num.* 13.

An autem tales circumſtantiæ verificentur in caſu noſtro, facilè poterit recognoſci ex ſerie facti fideliter, & diſtinctè ſupra comprobata, ac ex toto Summario, ex quo juſtificata apparet enixa voluntas Patris, quòd omnes Filiæ monaſticam Vitam aſſumerent, ſpecialiter autem apparent actus cum hac infelici Puella, geſti ob renitentiam, ab ea demonſtratam, 113
mediante ejectione à ſua Menſa, ac importunis, & imperioſis ſuggeſtionibus, & juſſionibus, in acceſſu ad ejus Cubiculum horis, & modis impropriis, & quod plus eſt mediantibus etiam verberibus, & minis mortis, de quibus deponunt plures Teſtes, in eodem Summario relati, quos actus ad hunc effectum ſuffi- 114
cientes dicunt *Sunch. de Matr. l.* 4. *diſput.* 5. *n.* 4. *Pont. eodem tract. l.* 4. *cap.* 4. *num.* 9. *Rota coram Arguell. dicta deciſ.* 9. *num.* 13.

In quibus terminis, etiam neceſſaria eſt probatio qualitatis metus, cadentis in conſtantem Virum, & qualitatis Minantis, ſoliti minas exequi ſed inſpiſci debet effectus ejuſdem metus incuſſi, cùm enim iſte ni- 115
hil aliud ſit, quàm mentis trepidatio præſentis, vel futuri mali, per *Tex. in leg.* 2. *ff. Quod met. cauſ. Maſcard. de Probat. concluſ.* 1055. *n.* 6. *Ciarlin. controv. Jur. cap.* 108. *n.* 45. Sufficit, quòd ex his, quæ extrinſeca apparent, adſit iuxta ſuſpicio timoris incuſſi ex adductis per *Sanchez. de Matrim. l.* 4. *diſput. prima num.* 17. *Ciar-* 116
lin. loco mox allegato num. 44. *Rot. coram Ludoviſ. deciſ.* 374. *ſub. num.* 17. Cùm etiam timoris ſuſpicio, in animo impreſſa, metum inducat, & liberum conſenſum tollat, *Bald. in l. fin. num.* 7. *Cod. de Jur. delib. Rimin. ſen. conſ.* 15. *num* 26. *Pariſ. conſil.* 60. *num.* 13. *Ciarlin. controv.* 108. *num.* 44. *Sanch. de Matrim. lib.* 4. *diſput.* 1. *num.* 17. *& coram Ludoviſ. deciſ.* 174. *num.* 18.

Et quòd metus, etiam præſumptus, annullet Profeſſionem, probant, *Spad. conſ.* 96. *n.* 2. *lib.* 3. *Camerat. reſp.* 1. *n.* 32. *Noal. conſ.* 28. *n.* 3. *Bardon de Profeſs. cap.* 29. *nu.* 35. *Pignatell. conſult.* 173. *n.* 149. 118
tom. 9. *& Rot. cor. Seraph. dec.* 771. *nu.* 1. *& coram Ludov. deciſ.* 326. *num.* 5. *& coram Merlin. deciſ.* 590. *n.* 6 *& coram Arguell. deciſ.* 9. *num.* 29. *& deciſ.* 25. *num.* 35.

Quòd autem, tam Veſtitio, quàm Profeſſio Angelę Mariæ proceſſerint ex tali cauſa, non poſſumus certiùs deſumere, quam ex geſtis, & dictis eiuſdem Puellæ, tàm ante, quàm contemporaneè, & ſucceſſive ad illas & quidem patefactis apud omnes Perſonas, cuiuſcunque gradus, conditionis, & qualitatibus, præſertim autem apud Moniales, quę Teſtes oculares quotidianæ, & qualificatæ de tali veritate dubitare non ſinunt ex 119
adductis per *Riminal. conſ.* 175. *num.* 2. *Rota deciſ.* 544. *n.* 7. *part.* 5. *& deciſ.* 338. *n.* 5. *part.* 6. *& deciſ.* 323. *num.* 30. *&* 31. *part.* 9. *recent.*

Ideòque ſuperfluam reddunt confutationem aliquorum Teſtium, exadverſo mendicatorum, pręſertim ad excludendam ferocem naturam Patris exequendi ſuas minas; Vltra quòd enim iſta etiam concluditur à noſtris Veſtibus, & nullatenùs excluditur à contrariis, 120
patientibus relevantiſſimas exceptiones; notatas ſupra, adhuc ſufficit nobis replicare, quòd quatenus per hypotheſim excludi potuiſſet in Patre dicta qualitas ferocis, & minas mortales exequi, excluderetur ad ſummum metus, ſufficiens in conſtantem Virum, non autem in Puellam tenerę ætatis, nec proprium, nec alienum robur habentem, & in Filia ſubiecta ſaltem metu reverentiali, ex quo non ſolùm potuit, ſed 121
evidenter apparet inducta ad Religionem ex tot, & talibus Teſtibus ſupra deductis, quorum Dicta omnino præferri deberent in concurſu cum aliis, exadverſo inductis ſolùm ad excludendam dictam ferocem naturam

turam Patris; Tum attento majors numero, de quo *Gloss. in canon. Si Testes 4. quæst. 3. Alex. cons. 64. num. 2. lib. 2. Rota decis. 322. num. 6. cor. Ludovis. & in rec.*
22 *decis. 520. num. 15. part. 19.* cum aliis concordantibus citatis *in tom. 4. p. 2. discept. 2. n. 133. & tom. 5. p. 2. disc. 20. n. 16.* Tum attenta illorum qualitate, omni exceptioni majori, tam in Personis, quàm in dictis ex animadversis per *Surd. cons. 429. num. 31. & Rot. dec. 47. n. 6. apud Post. de Subhast.*

Tum denique ex generali Regula, in hac materia communiter approbata, quòd magis creditur duobus Testibus, deponentibus affirmativè de metu, quàm mille illum negantibus, *Abb. & Innoc. in cap. 1. sub numer. 10. vers. Imò plus de His, quæ vi, metus caus. Guttier. cons. 14. num. 9. & cons. 16. num. 4. Rebuff. cons. 68. num. 33. Sanch. de Matrim. lib. 4. disput. 17. num. 1.*
24 *Rota dicta decis. 178. num. 10. post med. coram Carill. & dicta decis. 326. coram Ludovis. num. 46. cum numero præcedenti*, ubi, quòd, quando probatus est metus, difficile est, imò quasi impossibile probandi contrarium.

Ex his igitur constito ad evidentiam de defectu consensus interni, & quod plus est etiam de illius causa, scilicet de metu, ad hunc effectum sibi illato, nullatenus attendi merentur contrariæ conjecturæ, & circumstantiæ; Sufficeret enim generaliter respon-
125 dere, quòd illæ in his terminis nullatenus attenduntur, ut benè animadvertit *Nicol. Everard. cons. 4. n. 2. inter Consil. Matrim. Alex. cons. 99. n. 10. lib. 3. Gamm. decis. Lusitan. 346. num. 3. Rota decis. 216. num. 1. part. 2. diversor. & coram Arguell. dec. 9. nu. 7. & cor. Ludovis. dict. dec. 326. n. 45.*

Præcipuè autem nullatenus obstat continuatio seu perseverantia in Religione, etiam ultra quinquennium, post quod tempus inducitur à Sacro Concilio
126 Tridentino nova, & tacita Professio, quia pro tollendo hoc obstaculo hodiè petimus restitutionem in integrum adversus lapsum dicti quinquenni, quæ regulariter, stante probabili causa, solet benignè concedi ex authoritatibus, allegatis supra.

Tum; & fortiùs, quia etiam post dictum quinquennium continuarunt ambæ dictæ causæ nullitatis, ante Professionem, & in Professione verificatæ, scilicet defectus consensus interni, & illius causa, nem-
127 pè metus: Ille nimirum, dum constat, quòd ipsa semper continuavit reclamationem, eo modo, quo potuit; In tantùm enim denegatur reclamatio post quinquennium, ex quo præsumitur per quinquennalem taciturnitatem, quòd Professus voluntatem mutaverit, & quòd fecerat invitus, deinde voluntariè ratificaverit; At quia constat de continuatis conquestionibus, licet extrajudicialibus, cum ex eis appareat de continuata voluntate, Religioni aversa, &
128 propterea cesset dicta præsumptio, inde fit ut semper locus sit judiciali reclamationi, ut uno ore tradunt Doctores, & præ cæteris *Dec. in leg. In omnibus num. 13. ff. de Regul. Jur. Pignatell. dicta consultat. 173. num. 10. 26. & 101. tom. 9. Barbos. ad Concil. sess. 25. de regul. dicto cap. 19. num. 9. & seq.* & firmavit *Rot. coram Arguell. decis. 25. num. 16. & seq. & coram Carill. dec. 296. num. 13. & in decis. 705. numero quinto, part. 2. recent.*

Et quod plus est duravit causa, scilicet metus, qui non solùm duravit toto tempore, quo supervixit Pater, à quo metus processerat, quo tempore durabat coactio voluntatis, nec induci unquam potuit ex quibuscumque actibus libera ratificatio Professionis, nul-
129 liter emissæ ex animadversis per *Osasch. decis. 179. n. 12. Rota decis. 705. num. 1. part. 2. & decis. 739. nu. 11. part. 3. recent. & cor. Arguell. decis. 9. num. 4. & cor. Royas decis. 49. num. 6. & coram Peutinger. decis. 98. num. 16.*

Sed, etiam post ejus obitum ex doctrina *Bartol. in leg. 2. num. 10. ff. Quod met. caus.* quam sequuntur *Osasch. decis. 179. nu. 11. Rot. in dict. decis. 705. num. 2. part. 2. recent.*

Recepta est autem apud omnes propositio, quòd si post quinquennium, vel aliud legitimum impedimentum, ex quo nulliter Professus judicialiter reclamare non potuit, tunc, cùm perseverantia in Religione præsumatur cum eadem perhorrescentia, & reluctan- 13.
tia, & à priori titulo coacto, invito, & meticuloso, posterior formetur eventus, ideò semper permittitur reclamatio, non obstante lapsu cujusque temporis, ut ex mente Sacri Concilii *cap. 19. sess. 25. de Regular.* plenè probat *Pignatell. consult. 173. à num. 2. & sequentibus, tom. 9.* ubi respondet omnibus contrariis, 132
& concordant *Corrad. in Prax. Dispensat. lib. 5. cap. 14. num. 41. & seq. Donat. rer. Regular. tom. 2. tract. 12. de Reclamat. Profess. quæst. decima quarta, num. secundo, Mirand. in Manual. tomo primo, quæst. trigesima artic. primo, vers. Unde de his, & Paximoll. dec. 19. à num. 44. ad 47.* ubi quamplures idipsum affirmantes cumulat.

Die decima Februarii millesimo septingentesimo decimo quarto, proposito sequenti Dubio in Sacra Congregatione Concilii; *An sit concedenda restitutio in integrum*; Responsum fuit *Negativè*.

DISCEPTATIO XXVI.

Auximana Divisionis

PRO

Felice de Laviniis

CUM

Josepho, & Philippo de Laviniis

ARGUMENTUM.

In Tribunali R. Fabricæ duæ Sententiæ habent vim trium, quando respiciunt intereße R. Fabricæ, seu exequutionem piorum Relictorum; Secus, quando Lis est inter ejus Patentatos pro intereße, distincto à Juribus R. Fabricæ; In illis pariter terminis, in quibus agitur de intereße ipsius R. Fabricæ, id verum est, quando Sententiæ sunt validæ, & justæ; Secus verò, quando constat de illarum nullitate, & injustitia. Divisio Bonorum quomodo facienda sit, ut juxta dicatur, latè hic exprimitur; Prout etiam agitur de inspectione, quando illa fieri possit per sortes, vel Judicis arbitrio.

IN meo Compendio Privilegiorum R. Fabricæ impresso *post Tom. 1. discept. Eccles.* sequendo *Const. 95. S. Pii V. in Bullar. nov. tom. 2.* probavi, in illius 1
Tribunali, & Causis, coram ipso pendentibus, duas Sententias habere vim trium, nec adversus illas signandam esse Commissionem cum alias clausula, quàm *sine præjudicio duarum conformium.*

Quia verò in pluribus Causis, coram eodem Tribunali pendentibus, multoties scripsi pro obtinenda Commissione suspensiva adversus etiam duas conformes, quæ, dato magno fumo illarum nullitatis, vel injustitiæ, aliquando concedi solet, teste *Rota* quæ id practicavit *in Romana Hæreditatis 16. Februarii 1680. in princ. & per tot. coram Albergat.* Idemque practicavit etiam eadem Congregatio *R. Fabricæ in Roma-* 2
na Locorum Montium super Applicatione Fructuum 28. Aprilis 1717. cum Rescripto: *Emin. Præfecto R. Fabricæ, cum Voto Sac. Congregationis, & cum clausula: Constito de duabus*; Ideo volui hic apponere alium casum, in quo similem Commissionem obtinui post tres Sententias conformes, qui est unus ex magis extravagantibus, quos in Foro expertus sum, ut utar phrasi *Card. de Luc. de Fideicomm. disc. 93. in princ.* cujus facti series hæc est.

Anno 1699. Joseph maior, ac Felix, & Philippus minores, omnes Fratres de Laviniis, ad sedandas controversias, quæ regulariter contingunt inter Fratres, in

in communi viventes, devenerunt ad Divisionem provisionalem Bonorum in communi, ac pro indiviso possessorum valoris sc. 53000. circiter mediante opera Pauli Bessij Agrimensoris, & Æstimatoris, à quo facti tribus Partibus, Josepho prædicto obvenit Portio melior, magisque fructifera, & signanter quoddam Casale, positam in Contrada *Monte Polesco* æstimatur sc. 6590. 15. Facta declaratione, quòd hujusmodi provisionalis Divisio, facta fuerat, quoad culturam, & Fructuum perceptionem; donec maturiori consilio -- *devenirent ad*
3 *realem Divisionem etiam proprietatis eorundem Bonorum, quam decreverunt remittere arbitrio Domini Odoardi Bonani, eorum Consanguinei.*

Pervento antedicto Philippo ad majorem ætatem, agnoscendo, quòd Portio supradicti Josephi erat melior, Monitorium Anno 1707. expedivit coram A. C. Cerro super reali Divisione omnium Bonorum paternorum, sed reassumpta Causa per R. P. D. Sinibaldum, Judicem R. Fabricæ, propter Fori Privilegium, competens memorato Felici Patenter ejusdem R. Fabricæ, prædictus Judex, ut de Jura, & ea quotidiana praxi fieri debet, subdelegavit in Judicem in Partibus, Vicarium Generalem Auximanum, cum facultate eligendi Peritos, ac faciendi veram, & formalem Divisionem, juxta formam consuetudinis Terræ Montis Philoptrani, comunis Patriæ, ac recipiendi
4 probationes super meliorationibus, & respectivè deteriorationibus, ut prætenditur hinc inde factis, reservata sibi cognitione quoad electionem Partium eorundem Bonorum, per eosdem Fratres de Laviniis faciendam, ad formam dictæ Consuetudinis, & per Sententiam diffinitivam absolvit supradictum Philippum à petita Divisione per sortem, vel arbitrio Judicis.

Ab hujusmodi Judicato non reclamavit dictus Felix secus autem Joseph, qui habito Recursu ad dict. Congregationem, obtinuit Causam Appellationis committi cum clausula: *De appellatione*, directaque com-
5 missione R. P. D de Gentilibus hodiè S. R. E. Cardinalis colludentes inter se supradicti Joseph, & Philippus, ambo Adversarii (Joseph enim consensum præstitit, ut assignaretur Philippo quædam Portio supradicti Casalis in *Contrada Monte Pollesco*, & versa vice Philip-
6 pus declaravit, ac consensum præstitit, quòd Divisio fieret arbitrio Judicis) nemine comparente, nec deducente Jura Felicis, obtinuerunt contumacialem Sententiam, in qua iidem Fratres cœca fide procedendo, absque ulla subdelegatione Judicis in Partibus, ad effectum recognoscendi Bona, & faciendi Partes æquales, aliaqua peragendi, quæ de Jure, & praxi fieri debebant, divisit ipse proprio arbitrio hic in Urbe omnia dicta Bona, in Partibus existentia, ingentis valoris scut. 53. mil. circiter, in tres Partes, assignando Josepho primam, in qua adest dictum Ca-
7 sale *di Monte Pollesco* (excepta parva portione, assignata Philippo ad formam dictæ collusionis) Secundam, conflatam nedum ex Bonis sterilibus, & infructiferis, sed quod notandum ex Bonis propriis Felicis, & priùs per eum emptis, eidem Felici; Et tertiam demum, consistentem, partim in dicta Rata Casa-
8 lis *di Monte Pollesco*, & partim in aliis corporibus fructiferis, & melioratis ab eodem Felice, & signanter in Prædio, denominato *Fraschetale*, Philippo.

Ab isto contumaciali Judicato, & de directo contrario Sententiæ R. P. D. Sinibaldi primi Judicis, interposita per d. Felicem Appellatione, Causaque commissa Eminentissimo Cardinali Albano, supradicta Sen-
9 tentia R. P. D. de Gentilibus remansit confirmata, absque tamen peremptoria decisione omnium Controversiarum, inter Fratres vertentium, & peremptoriali definitione Litium.

Adversùs hoc Judicatum novum Recursum interposuit dictus Felix ad hanc Sacram Congregationem,
10 instando Causam suæ Appellationis alteri committi cum pari clausula *de Appellatione*, seu saltem cum clausula *Consilito de duabus*, ex ejus preces videntur exaudiendæ.

Versamur enim in Causa, in qua de Jure bis licet appellare, adeout neque fuisset necessarium recurrere ad hoc Supremum Tribunal pro Appellatione: eo quia actum fuit in Judicio ordinario, scilicet *Communi di- 11*
vidundo, prævio Monitorio, exadverso *expedito*, in quibus terminis, attento præcipuè, quod agitur de dividendis Bonis non pauci, sed magni valoris scut. 53. milli, & ultra, certum omninò est, & in Jure tritissimum, semper bis concedi facultatem appellandi ad 12
Text. in leg. Properandum Cod. de Judic. Sous. de Revis. cap. 23. num. 2. & seqq. Altimar. de Nullit. rubr. 5. qu. 1. num. 81. cum seqq. Scaccia de Appell. quæst. 17. limit. 1. num. 42. Rot. Ansaldo dec. 64. n. 19.

Fortiùs, quia adest Sententia R. P. D. Sinibaldi, è diametro opposita, nempè absolutoria à petita Divisione arbitrio Judicis & insuper ultima Sententia est etiam difformis ab alia R. P. D. de Gentilibus; Nàm prima assignat Felici pro sua Portione Domum, nuncupatam *Hostaria*, cum Horto. Ista verò secunda mandat, pretium ejusdem Domus solvi eidem Felici; Qua, 13
stante difformitate, eò facilius Appellatio concedi solet, ex deductis *per Mans. consult. 4. nu. 5. & Scacc. de Appell. qu. 17. limit. 1. nu. 36.*

Non obstat, quòd in Tribunali Fabricæ duæ Sententiæ habent vim trium, & faciunt rem judicatam *ex Constitutione S. Pii. V. la 95. in Bullar. nov. tomo 2.*

Quoniam hujusmodi Privilegium habet locum dumtaxat, quando Controversia est super Bonis, ac pecuniis, ad pias causas relictis, ac super Bonis, ac Juribus, ad Fabricam ipsam spectantibus, & quando emanarunt dictæ duæ Sententiæ favore ejusdem Fabricæ, ut literaliter disponitur in prænarrata Constitutio- 15
ne §. 1. & 2. ibi -- *Accepimus nuper, quòd tenores Bonorum, & pecuniarum, ad pias causas relictorum, ac Bonorum ecclesiasticorum, male alienatorum, & aliorum quorumcumque Jurium, ad Fabricam ipsam spectantium, in consignationibus hujusmodi Bonorum, & solutionibus faciendis, adeò sunt morosi, ut illam quantùm possunt subterfugere nitantur, Fabricam exinde expensis, & laboribus frustrando &c. Nos præmissis opportuna remedia adhibere volentes, &c. duabus, pro se reportatis, Sententiis conformibus &c. exequutionem paratam habeant &c. atque exequutioni debitæ demandentur.* -- & notat *Vespigan. in Compend. Trivil. R. Fabric. fol. 8.* ibi *Sententiæ duæ conformes, pro Fabrica latæ, habent vim trium, & faciunt rem judicatam, Card. de Luc in Relat. Rom. Cur. disc. 20. n. 2.* ibi -- *Atque duas Sententias 16*
ad favorem Fabricæ emanatas, vim trium habere, postmodum indulsit Pius V. Secus autem in nostra hypo- 17
tesi, dum agitur de Bonis, ad Fabricam spectantibus neque ulla emanavit Sententia favore Fabricæ, sed dumtaxat adest in Causa Felix, qui habet Literas patentibus, concedi solitas, passim, ac indefinitè cuilibet generi Personarum, illas petentium, ut est notissimum. Quapropter cùm prædicta Constitu-
tio Piana loquatur duntaxat in casu, quo agitur de 18
Bonis, ad pias causas relictis, ac Juribus, ad ipsam Fabricam spectantibus, & emanarunt duæ Sententiæ conformes favore Fabricæ, extendi non potest ad præsentem casum, toto cælo distantem à verbis, & sensu dictæ Constitutionis, ex Iuribus vulgatis.

Posita itaque appellabilitate hujus nostræ Causæ ex ipsamet natura Iudicii supervacaneum est descendere ad demonstrandam competentiam Appellationis ex capite gravaminis, nullitatis, & injustitiæ; Et ni- 19
hilominùs utraque concurrit in casu nostro quod operatur, ut nova detur revisio, egregiè *Rot. in Rom. Hæreditatis 16. Februarii 1680. in princ. coram Albergato*, confirmata *in dec. 627. p. 19. rec.*

Nullitas resultat ex eo, quòd vigore Patrii Statuti Montis Philoptrani dispositum habetur, quòd Causæ, vertentes inter Conjunctos, cognosci, ac terminari debeant per viam Compromissi, ut *ex Rubric. 22. e- 20*
jusdem Statuti. Vndè non poterat R. P. D. de Gentilibus in Causa procedere; sed cogere debebat Collitigantes ad compromittendum, ut ex dicto Statuto, ibi -- *Hoc jure permittitur, ut Attinentes, seu Conjuncti &c. habentes, vel promoventes aliquam Li- 21*
tem &c. possint, & debeant realiter, & personaliter

cogi

cogi Juris remediis opportunis ad compromittendam ipsam Causam &c. in aliquos communes Amicos &c. -- Quotiès autem Lex muncipalis mandat, cogi Partes ad compromittendum, non potest illius dispositio declinari; Aliàs Judex absque Jurisdictione procedit, &
22 sic nulliter., ex Doctrina *Bald. in l. Si quis numer. 6. C. Si quacumque prædit. potest. Blanc. de Compromiss. part. 6. numer. 2. Lancellott. de Attent. part. 2. cap. 16. num. 184. & Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. lib. 3. rubr. 15. num. 16.*

Et sinè difficultate, quia Partes sese conformando dispositioni dicti Statuti, per publicum Instrumentum, initum anno 1699. omnes eorum differentias super tali divisione Bonorum compromiserunt in O-
23 doardum Bonannum in eorum Arbitrum, seu Arbitratorem cum amplissimis clausulis, à dicto Statuto præscriptis electam. Quapropter cùm iidem Fratres jam devenerint ad Compromissum, illudque expiraverit per mortem Judicis compromissarii, deveniendum erat ad novum Compromissum, & electionem novi Arbitri; Quamvis enim inspecto Jure communi, nemo invitus cogatur compromittere, vel renovare Compromissum, jam expiratum, attamen ubi, prout hic, viget Statutum, mandans, Lites, &
24 Controversias inter Conjunctos compromitti debere, utique illud est servandum, & Compromissum, semel initum, & postea expiratum, iterum est ineundum usquequo sortiatur effectum, & Laudum proferatur, ad differentiam Compromissi, initi, non
25 ex necessitate Statuti, sed ex voluntate Partium, ex latè congestis *per Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. rubr. 27. num. 19. Pigant. ad Statut. Ferrar. rubr. 22. num. 82. versic. Præterea, Constant. ad Statut. Urb. adnot. 20. artic. 3. num. 297.* cum aliis, plena manu cumulatis per *Rot. in Ravennaten. Compromissi 23. Junii 1692. §. Quamvis enim cor. Caprara* inter alias hodiè impressas Coram eodem *la 130. numer. primo, & sequent.*

Deveniendo ad injustitiam contrariorum Judicatorum, hæc videtur manifestissima: Etenim procedendo cum supposito, quòd divisio fieri potuisset arbitrio
26 Judicis, illud tamen regulari debet à Jure, nec valet Judex vi sui arbitrii immutare ea, quæ à Jure, vel consuetudine sunt inducta, & absque dubio in casu, ubi agitur de magna divisione plurium Bonorum, ascendentium ad ingentem summam scut. 53. mil. &
27 ultra, super qua omninò est necessaria Peritorum relatio, ut ex *Bartol. in l. Ambitiosa num. 9. ff. de Decret. ab Ordinar. faciend.* notat *Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæst. 15. à num. 1. ad 15.* & in his terminis *Felician. de Societat. cap. 39. num. 90. & seqq. Corradin. de Prælat. Jur. quæst. 53. num. 14.* In presenti autem Judices prædicti nullatenùs servarunt ea, quæ de Jure vel consuetudine erant servanda; Nam stylus in Curia est inconcussus, ubi Bona dividenda sunt in Partibus, ibidem Judicem subdelegandi, cum facultate
28 eligendi Peritos Agrimensores, aut alios Peritos in arte ad effectum æstimandi res illas, quæ sunt dividendæ, qui, compilato Processu, factisque partitionibus, illum ad Subdelegantem transmittit; Isteque, re maturè discussa, & Partibus auditis, suo arbitrio approbat, aut reprobat partitiones, à Judice subdelegato in Loco factas, ubi Bona sunt sita, ut est notorium, & ita quoque practicatum fuit in illa *Romana de Ar-*
29 *mis coram Ubaldo*, exadverso allegari solita, in qua fuit à Rota subdelegatus Vicelegatus Bononiæ ad ef-
30 fectum faciendi divisiones, ut in *dec. 450. in princ. cor. d. Ubaldo.*

Praxis autem ista, nec inconsultò, nec ex particulari stylo irrepsit in Curia, sed inhærendo dispositioni Juris fuit introducta; Nam cùm propter Locorum distantiam, Judex adesse nequeat, ubi facienda est divisio, per alium facit, quod ipse facere tenetur, sed
31 explere non potest, nam Delegatus constitutus in Loco quæstionis per probos, & expertos, à Partibus communiter electos, Viros, recognitis Bonorum situatione, cohærentia, natura, ac divisibilitate, procurat fieri rei dividendæ portiones, & si quæstio sit inter Parte super electione, eam suo arbitrio dirimere potest, ut in dicta *decis. 450. numer. 18. coram Ubaldo*, vel per sortem seu per Cartellos, juxta sensum *Fonta-* 32
nell. de Pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. part. 2. numer. 46. vers. In hac divisione, qui magis securus dividendi modus existimatur, cùm non detur ab eo reclamatio, nec Appellatio, *Merlin. Pignatell. centur. prima contr. 57. num. 25. & seqq. Capon. discept. 112. numer. 34. 37. &* 33
38. Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 101. numer. 15. Zaul. ad Statut. Favent. lib. 7. rubr. 26. numer. 33. Constan. ad Stat. Urb. adnot. 21. num. 89.

Crescit in immensum Injustitia prædictorum Judicatorum, nam divisio, de qua agitur, facta fuit à prædictis Judicibus, nulla præcedente æstimatione præsentis valoris Bonorum divisorum, à Peritis omninò facienda ex adductis à *Constant. d. adnot. 21. num. 65. & seq. Morqueq. de Bonor. division. lib. 1. cap. 4. numer.* 34
21. & seq. & admittit *Rot. in d. dec. 450. coram Ubald.*

Non relevante Pacto, contento in Instrumento Divisionis provisionalis factæ de anno 1699. his verbis -- *Pacto pariter adjecto, quòd in divisione, noviter, ut supra, facienda, attendi debeat in omnibus, & per omnia æstimatio Bonorum, ut supra in præsenti provi-* 35
sionali facta per D. Bessium, quam æstimationem Partes prædictæ attendere, eique stare promiserunt in casu prædicto.

Quoniam dicti Fratres in hoc eodem Instrumento convenerunt, & promiserunt Divisionem provisionalem continuare, ibi -- *Donec, & quousque vera, & realis Divisio, nedum super Fructibus, verùm etiam super proprietate, & totali dominio eorundem Bonorum* 36
sortiatur effectum, & adhoc, ut faciliùs eveniat dd. DD. germ. Fratres de Laviniis cum solemnitatibus respectivè, de quibus supra unitim, & concorditer Divisionem prædictam, & modum eam consequendi cum omnibus suis Juribus &c. remiserunt, & compromiserunt in dictum D. Odoardum Bonannum, eorum Consanguineum &c. tanquam in eorum Arbitrum, Arbitratorem, cui potestatem &c. dederunt dictam Divisionem &c. suo arbitrio faciendi &c. cui Divisioni per d. D. Odoardum, ut 37
suprà facien. dd. DD. germani Fratres de Laviniis cum solemnitatibus &c. stare &c. promiserunt.

Ac propterea cùm Divisio facta non fuerit à D. Odoardo Bonanno, sed à Judice, seu veriùs ab eisdem duobus Fratribus Felicis alterius Fratris, nemine contradicente, nec deducente Jura coram dicto R. P. D. de Gentilibus, æstimatio Bessii nullatenùs est attendenda, quia clara, & limitata est Partium conventio attendendi dictam æstimationem in casu, quòd Divisio fieri deberet à Bonanno, ut clarè indicant il- 38
la verba -- *In Divisione, -- noviter, ut supra, facienda* -- cum dictio: *Ut supra*, referatur ad omnia præcedentia cum omnibus suis qualitatibus, *Urceol. consult. 86. n. 8. & 25. Rot. coram Dunoz. jun. decis. 3. num. 10. & seq. & coram Merlin. dec. 93. num. 4.* & clariùs ex aliis subsequentibus -- *Quam æstimationem Partes prædictæ attendere, eique stare promiserunt in casu prædicto* -- Nam verba *In casu prædicto* Pactum limitant ad 39
causam Divisionis, faciendæ per Bonannum, qui supra fuerat expressus, *Rot. cor. Coccin. dec. 1086. numer. quinto & duobus sequent. & decis. 272. numer. 7. part. 6. recent.*

Verbis tam claris additur, quòd cùm omnia Pacta, in Instrumento apposita, censeantur inter se cor- 40
respectiva, *Rot. coram Dunoz. jun. decis. 703. numer. 9. & coram Priol. decis. 442. numer. 11. & in Romana Dotis 28. Junii 1680. §. Quibus tamen coram Rondinino*; Hinc eveniente casu, quòd Divisio fieri non possit à Bonanno, vel Substituto ab eodem, corruere quo- 41
que Pactum debeat standi æstimationi Bessii ex adductis per *Mans. consult. 179. num. 44. Bonden. collect. legal. 25. num. 20. & Rot. dec. 34. num. 6. & seq. par. 6. & dec. 138. num. 12. part. 10. recent.*

Eòque libentiùs germanus iste, & clarus intellectus Pacti debet admitti, dum à die stipulationis prædicti Pacti elapsi sunt anni 17. & ultra, Cùm enim post lapsum decennii valor de Jure præsumatur mutatus, *Ro-* 42
ta in Asculana Dotis 22. Junii 1699. §. His positis cor. Scotto, & in Romana Fideicommissi de Avila super Fru-
ctibus

tilus 16. Maii 1707. *§. Absque eo , quòd , & 13. Januarii* 1708. *§. Minusque coram Ansaldo* , *Ac* potiùs diminui, quàm augeri soleant , *Rot. decis.* 128. *numer.* 21. *apud Posth. de Subhast. & decis.* 1186. *numer.* 3. *cor. Emer jun. & in Adrien. prætensæ Læsionis* 11. *Martii* 1711. *§. In hypothesi* , *coram Caffarello* -- Et mutatio
43 contingere potest, tum ab extrinseco , ob deteriorationes, vel meliorationes , & ex bona, vel mala cultura, juxta *Text. in lib.* 3. *§. Sed ex aliis infin. ff. de Jur. Fisc. Possidon. de Empt. & Locat. lib. tertio dub. vigesimo primo num.* 26. *Posth. resol.* 124. *numer.* 12. *Rota coram Seraphin. decis.* 1073. *numer.* 9 *& decis.* 249. *numer.* 10. *part.* 16. *rec.* tum ab intrinseco ex natura Bonorum, cùm possint esse talis qualitatis, quæ , vel citiùs, vel
44 seriùs, consenescant; Tum ratione publici commercii, quod etiam regulatur juxta naturam , & qualitatem Bonorum in emptionibus , & venditionibus eorundem, non recognito statu, natura, & qualitate Bonorum, nullo modo potuit ad Divisionem procedi sub cœca fide æstimationis illorum , factæ tredecim ab hinc annis, cùm promissiones, & conventiones factæ semper
45 intelligantur , rebus in eodem statu permanentibus, *Adden. ad decisionem* 523. *num* 58 *par.* 4. *tom.* 3. *& dec.* 145. *num.* 8. *& seq. par* 8. *rec. Thomat. decis.* 35. *numer.* 51. *& seqq*

Quin refragetur, quòd Bona, in Divisione provisionali obventa Felici, fuerint ab ipso deteriorata; Et viceversa alia, Josepho, & Philippo assignata, sint meliorata, Tum quia si Pactum standi æstimationi Bessii jam evanuit, ut clarè supra fuit ostensum, nil refert inquirere , an Bona sint deteriorata , vel meliorata ,
46 quia deficit æstimatio, sine qua nullo modo Judex potest ad Divisionem procedere; Tum fortiùs, quia nullatenùs assertio Partis in facto subsistit , cùm de diametro contrarium probent nostri Testes , nempè Felicem notabiliter meliorasse Bona , ei in dicta Divisione provisionali obventa; Versaque vice dicto &c.
47 ejus Fratres eorum portiones notabiliter deteriorasse , Ex qua Testium contrarietate resultat evidens argumentum improbandi Divisionem , à Judice factam, quia si status Bonorum , nec ex Testium depositionibus argui potest, dum invicem colliduntur, evidenter apparet, inevitabilem , ac omninò necessariam fuisse electionem Peritorum , qui verum Bonorum statum in faciem Loci recognoscerent , alias procedi non po-
48 terat ad Divisionem , nam in ea facienda Judex advertere debet, ut læsio quæcumque , etiam possibilis, evitetur ex adductis à *Constant. ad Statut. Urb. adnot. vigesimo primo numer. nonagesimo quinto* & firmatis per *Rota decis.* 310. *numer. nono & decimo part. decima nona recent.*

Non attenta replicatione, quòd R.P.D. de Gentilibus in Sententia reservaverit Partibus Jura quoad dicta Melioramenta, & deteriorationes. Hoc enim non est Lites terminare, mediante Divisione; sed illis fomen-
49 tum præbere , & dare ansam novis Litibus, eo tempore, quo prætenditur illis imponi finis per Divisionem, quod improbat *Sac. Rota dec.* 388. *num.* 4. *in fin. cor. Emerix jun.*

Non omittendo, quòd æstimatio, facta dicto anno 1699. occasione Divisionis provisionalis , est evidenter erronea, & injusta ; Siquidem Palatium , positum in Contrada *Monte Polesco*, fuit æstimatum solùm scu-
50 ta mille; Et tamen est valoris scutorum 2000. & ultra Insuper prædictus Bessius æstimator assignavit Josepho in Divisione provisionali sex Corpora , componentia dictum Casale, nuncupatum *Monte Polesco* sub erroneo supposito , quòd essent dumtaxat cannarum
51 118034. quæ ad rationem cannarum 960. pro qualibet salma , faciunt salmas 122. ; Quando sunt salmæ 136. nam tota Tenuta est salmarum 201. ut constat ex partita Catastri, data in Summ ex quibus detractis salmis 65. in Dotem assignatis Portiæ sorori , remanent sal-
52 mæ 136. adeoque Joseph habuit plus salmas 13. ascendentes ad notabilem summam scutorum 1700. circiter; Quo stante, est indubitatum , controversam æstimationem in nulla habendam esse consideratione.

Cæterùm non ex solo defectu æstimationis Bonorum constat, Divisionem fuisse factam absque causæ cognitione, & ad suggestionem Josephi, & Philippi inter se colludentium, sed clariùs evincitur ex Planta, in qua Bona dividenda fuerunt exadverso delineata, dum hu- 53
jusmodi Planta fuit R.P. D. de Gentilibus extrajudicialiter ostensa, & ab eisdem Fratribus proprio marte confecta, absque citatione, & Decreto; Cùm enim nulla fides præstanda sit dictæ Plantæ, non Judicialiter exaratæ, necessariò sequitur, ut cœca fide fuerit ad Divisionem processum, & alterum deficiat essentiale Requisitum ad illam perficiendam , quod consistit in scienda , tam situatione Bonorum , ne Divisio fiat per saltum , singulos Agros dividendo , cùm Partes debeant uni assignari in una parte, & alteri in 54
alia , ut monent *Michalor. de Fratr. part.* 3. *cap.* 38. *num.* 26. *Fontanell. de Pact. nupt. claus.* 4. *Gloss.* 9. *par.* 2. *num.* 47. *& Zaul. ad Stat. Favent. lib. septimo rubric.* 26. *numer. octavo tom. secundo* Quàm in cognoscenda eorundem Bonorum cohærentia, ut unicuique assigne- 55
tur ea portio , quæ suis Bonis cohæret ex animadversis &c. *Card. de Luc. de Dot. disc.* 188. *numer. decimo tertio & de Hæred. disc.* 30. *numer. decimo tertio Rot. decis.* 278. *numer. quinto part. decima nona rec. & in Romana Divisionis stabilium* 7. *Junii* 1709. *§. Hoc themate* propè fin. *coram Caffarello.*

Crescitque vis reflexionis, quia ex inspectione ejusdem met Plantæ extrajudicialis, & ad proprium commodum exadverso factæ, patet ad oculum , ad divisionem verè fuisse processum per saltum , & absque cohærentia , dum Prædium *di Fraschetale* fructiferum, 56
& à Felice melioratum cohærens Prædiis *della Fontana* , & *Imbrecciata*, destinatis pro eodem Felice, fuit assignatum Philippo , & loco illius Felici assignatur *Troscione delle Vacche Mongane* , malæ qualitatis , & longe à prædictis duobus Prædiis dissitum, ut ex sola visura d. Plantæ remanet manifesta.

Et quod est notandum , ex confrontatione facienda cum Divisione provisionali, ab omnibus Fratribus acceptata , cùm nova à duobus Fratribus composita , clarè patet, parùm fuisse variatum à prædicta Divisione provisionali in portionibus à dictis Josepho, & Phi- 57
lippo prælectis , multùm verò in portione , Felici assignata , qui dicti dum Fratres sibi meliores pinguioresque partes attribuerunt , ossibus verò relictis eidem Felici,

Hinc non obstat, quòd per Nos , sit probanda læsio ultrà dimidiam ; Quia non versamur in Divisione, facta à Partibus de consensu, & exinde ab ipsis acceptata , nec in Divisione, facta per Sententiam Judicis, quæ transitum fecerit in rem judicatam, in quibus terminis loquuntur authoritates quę in contrarium ad- 58
duci solent, sed sumus in Divisione, inordinatè gesta & ab illa petimus Appellationem , semper admittendam, quotiès (ut in presenti) Sententia detegitur injusta; Eoque certiùs in subjecta materia, dum constat, quod Judex processit absque causæ cognitione , sibi non constito de valore, de statu, de qualitate, de situatione, de cohærentia Bonorum divisorum , quinimo cum errore manifesto assignando Felici Domum , 59
nuncupatam *Ostaria* cum Horto, quam ille præcedenter emerat, In quibus terminis , quando etiam supra enunciata non concurrerent, quæ rem ponunt extra controversiam, læsio sufficeret etiam in modica parte 60
ex animaversis &c. *Urceol. de Transact. quæst.* 46. *num.* 20. *Balduc. Rer. Judic. tit.* 3. *dec.* 13. *num.* 20. Signanter quando ut hic verificatur error irrepsit, *Coral. Anton. de Luc. ad Gratian. discept.* 788. *num.* 4. *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 67. *numer. decimo quinto* & multò fortiùs , si studiosè , & scienter error emerserit, ut in casu nostro, nam dicti Joseph, & Philippus non ignorabant , quod Domus prædicta , quam Felici assignari curavit , ab eodem Josepho præcedenter fuerat eidem Felici vendita , quod cùm redoleat dolum manifestum , ex hoc tantùm Divisio 61
retractari deberet , juxta *Tex in l. Majoribus , Cod. Com. utrique Judic.* ibi -- *Majoribus, quod inæqualiter gestum esse constiterit , in melius reformabitur , maximè , si aliquid perperam in ea factum inveniantur* -- quem sequuntur *d. Carolus Antonius de Luc. ad Gratian discept.* 788. *numer. quarto versic. Ad hæc, & Zaul.* ad

ad dictam rubric. 26. numer. 32. ad Statut. Favent. tom. 2. lib. 7.

Deveniendo modo ad confutationem contrariarum Scripturarum, dicimus, Privilegium à *S. Pio Quinto in*
62 *ejus constitutione 95. in Bullar. nov. to.* 2. concessum Reverendæ Fabricæ, ut duæ sententiæ habeant vim trium respicere favorem ejusdem Fabricæ, ut præter allegatos, supradeclarando eandem Pianam constitutionem, egregiè advertit *Cherubin. in illius comment. schol.* 1. his
63 verbis: *Decernit favore dictæ Fabricæ in ejus Causis, duas Sententias conformes, pro ea latas &c. paratam habere exequutionem, Partesque, inde appellantes, non audiri*: Et proinde extendi nullatenùs potest ad Causas, nullo modo, nulloque colore concernentes favorem ejusdem Reverendæ Fabricæ, sed particulare commodum, & restrictum Interesse illius Ministrorum, seu Patentatorum.

Omissis autem aliis exemplis, facili negocio cumulandis, videmus hoc quotidiè practicari cum Ministris Congregationis Sanctissimę Inquisitionis, quorum Causę servatis servan. agitantur coram illius Assessore, non autem ad terminos illorum Privilegiorum, quæ eidem
64 Sacræ Congregationi à diversis Summis Pontificibus concessa sunt, ut est notorium, & advertit *Cardinalis de Luca in Relat. Romanæ Curiæ forens. discur.* 14. *numer.* 12. *&* 13.

Sed quando adversùs rei evidentiam ageretur in præsenti Causa de proprio commodo, atque individuali interesse ejusdem Reverendæ Fabricæ, adhùc denegari
65 non posset Appellatio, attentis nullitate, & injustitia Sententiarum, illarumque evidenti gravamine ex punctualissimè firmatis *per Rotam in Romana Hæreditatis 16. Februarii 1680. in principio coram Albergato*, confirmata *in dec. 647. part. 19. rec.*

66 Quoad nullitatem earundem Sententiarum, satis dictum est supra.

Respectu verò Injustitiæ, seu gravaminis, hoc est adeò manifestum, adeòque evidens, ut ipsimet Joseph, & Philippus, ultrò illud agnoscentes, & clarè admittentes, etiam post favorabiles Sententias procuraverint illius reparationem, rogando, observandoque, mediantibus duabus Epistoli, Petrum Aloysium Spe-
67 ranzinum, insignem Agrimensorem, nimisque in his materiis versatum, & quod magis, est, apprimè informatum de individualibus qualitatibus Bonorum, de quibus agitur, ut accederet ad Terram Montis Philoptrani pro faciendis partibus æqualibus, ad eun-
68 dem effectum, eidem ulteriùs mittendo Equos, ut faciliùs ad controversiæ Locum se posset conferre, ut concludenter justificamus in Summ & ingenuè testatur dictus Speranzinus.

Cùmque juxta æquè notoria, ac vera Juris axiomata, Partis confessio omnibus aliis considerationi-
69 bus, conjecturis, & Testium Depositionibus præfertur, *Cravett. cons. 61. numer. 3. Gabr. de Testib. conclus. 4. num. 75. Rota decis. 317. num. 8. coram Buratt. & in Colonien. Illegitimatis 6. Maii 1653. §. Quorum, coram Verospio*; Neque potest excogitari concludentior probatio, ac fit illa, quæ ex hoc innegabili facto Josephi, & Philippi, necnon ex illorum confes-
70 sione resultat: *Non enim exoptari potest major comprobatio, quàm ea, quæ descendit ab ipsius Partis agnitione*; *& confessione*, sunt verba *Rotæ in decis 53 nu. 4. coram Ansaldo*, & concordantes cumulat *d. Angel. de Confession. lib. 3. quæst. 11. num. 5.* nil aliud addendum super ex pro obtinenda suspensivam Causæ commissive,

Et contrarium asserendo, verificaretur ad hominem inconveniens illud, his verbis impiobatum à *Div. Gregor. homil. 37. in Evangel. Nunquid aliud Ju-*
71 *dex nunciat*; *Aliud Præco clamat*, quia scilicet in nostris terminis Judices nunciant. seu declarant, Divisionem esse æqualem, & subsistentem; E contra verò exclamant ipsæmet Partes, quorum favore emanarunt dictæ Sententiæ, illam esse iniquam, & in-
72 subsistentem, omnibusque proinde modis procurantes eandem Divisionem nostrorum Bonorum reduci debere ad æqualitatem.

Cæterum, ut manibus palpetur dictum verè intolerabile gravamen, observandum est huic, quòd ex utrinque admissis, remanet manifestum, nos versari in terminis Divisionis Bonorum insignis quantitatiss scut. 52900. factæ, ut ità dicam, super digitis, seu mediante circino super Chartis, ac si per Chartas 73
geographicas mensuranda esset distantia unius Civitatis ab alia, nulla omninò habita ratione qualitatis eorundem Bonorum, atque nullatenùs præcedente illorum æstimatione de tempore factæ Divisionis, idque adversùs omnia Jura, omnemque congruentiam, ut, sequendo plures textuales sanctiones, in terminis advertit *Michalor. de Fratr. par. 3.* 74
cap. 38. numer. 27. ubi, quòd in Divisionibus inspicienda semper est omnium utilitas, & commoditas, non autem unius tantùm ex Dividentibus, *& Rota decis. 268. num. 9. coram Celso*, ibi -- *Nam objectum posset procedere, si Credita, & Bona, unicuicuique assignata in Divisione, essent ejusdem valoris, & bonitatis &c. Hoc enim casu dicta Divisio, tanquam* 75
manifestè læsiva, & præjudiciali, non subsistit, sed debet reduci ad æqualitatem, habito respectu ad valorem, & bonitatem corporum assignatorum, non autem ad quantitatem, ut benè declaravit &c. Et meritò.

Sive enim Divisio facienda sit Judicis arbitrio, sive per Sortes, sivè ad terminos particularis alicujus consuetudinis, juxta ea, quæ, discurrendo de primo modo, advertunt *Jason. in leg. Si duobus in princ. Cod. Commun. de Legat. Lar. de Anniver. & Ca-* 76
pellan. lib. 1. cap. 7. à numer. 59. Altimar. de Nullitat. rubr. 1. part. 2. quæst. 29. numer. 44. Tartagl. de Reservat. statutar. art. 60. numer. 35. & Rota decis. 850. num. 18. coram Ubago; Et de secundo observant *Ca-* 77
gnol. in leg. 1. numer. 195. ff. Si cert. pet. Felin. in cap. Capitulum numer. 49. de Rescript. Ciarlin. controvers. 118. num. 25. & seqq. Gande decis. Frisiæ lib 4. tit. 11. definit. 1. per tot. & latè *Ansald. in Addition. ad de-* 78
cis. 95. numer. 3. & seq. Et de tertio *Roman. consil. 471. in fine, Ruin. consil. 29. versic. Circa tertium lib. 5. Tiraquell. de Jure Primogen. quæst. 60. num. 14. Michalor. de Fratrib. part. 3. cap. 38. num. 37. Tartagl. de Reservat. statutar. artic. 60. num. 40. in fine, & Zaul. ad Statut. Favent. tom. 2. lib. 7. rubric. 26. num. 5.*

Semper indispensabiliter de tempore Divisionis præcedere debet æstimatio Bonorum dividendorum, atque præ oculis habenda illorum qualitas, ne Divisio monstruosa sit, atque pro possibili omnis excludatur Partium læsio, ut, sequendo punctualem *decis. 310. num. 9. & 10. part. 19. rec.* per hæc verba ob- 79
servat *Constantin. ad Stat. Urb. tom. 2. adnot. 71. artic. 2. de Commun. rer. divis. num. 95.* & concordat adducti à *Ciarlin. controv. 118. numer. 9. & 10. & Tartagl. de Reserv. statutar. art. 6. num. 33.*

Idemque practicandum est etiam in illis casibus, in quibus Divisio fit per Sortes, quia modus iste dividendi neque etiam includere debet inæqualitatem, ut in 80
terminis advertit *Zaul. ad Stat. Favent. tom. 2 lib. 7. rubr. 26. num. 13.* ibi - *Constitutis verò æqualibus partibus, tunc controversia &c. per sortem est dirimenda.* sed solùm importat electionem potiùs unius, quàm alterius partis cum altera æqualis, non dependere ab arbitrio Judicis, vel alterius Personæ, Dividentibus 81
amicæ, sed à solo eventu, seu Judicio Sortis, semper tamen cum illo indispensabili presupposito, quòd partes, per sortes dividendæ, æquales sint, æqualitate desumpta à Peritorum Judicio, vel ab ipsomet Judice dividente, & recognoscente Bona, ut egregiè 82
observat *Filliuc. Oper. moral. tom. 2. tract. 37. de Contract. in quib. loc. habet. fortun. cap. 3. num. 39.* & meliùs *Ansald. in Addition. ad decis. 95. num. 35.* ibi -- *Inæqualitas referri non debet ad injuriam Sortis, quantumvis cecæ, sed potiùs ad irrationabilem, ab initio factam, Partium divisionem, & quidem, si antequam ad sortem referrentur eædem partes inæquales, & læ-* 83
sivæ, posset reclamari de injustitia ejusdem inæqualitatis, etiam fieri potest post sequutum sortis judicium, quod sanare non potest id, quod erat læsivum, & injustum, & firmavit *Rota in decis. 850. num. 19. coram Ubald.*

Non negantur hæc exadverso, sed respondetur, limitari

mitari in nostris terminis ex speciali Pacto, inter Partes inito anno 1699. occasione provisionalis Divisio-
84 nis, tunc factæ, *quòd in Divisione, noviter facienda, attendi debeat in omnibus, & per omnia æstimatio Bonorum, in præsenti provisionali Divisione facta, quam æstimationem Partes prædictæ attendere, eique stare promiserunt*; Inferendo exinde, quòd nulla alia præcedere debebat æstimatio, eo quia per tale Pactum notus erat Judici dividenti Bonorum dividendorum valor.

Responsio autem nullam habet subsistentiam, quia idem Pactum non potest, nec debet aliter interpretari, & intelligi, quàm cohærenter ad Jus commune ne dicamus esse repositum in Partium placito Iuri communi derogare, taliterque operari, ut Leges in suis
85 Dispositionibus locum non habeant, adversùs Textum literalem *in leg. Nemo potest* 58. *ff. de Leg.* 1. cum aliis apud *Surd. decis.* 62. *num.* 18. *Monet. de Commut. ultim. Volunt. cap.* 6. *nu.* 304. *& seqq. Rot. dec.* 1944. *num.* 16. *cor. Cocc.*

Jure verò communi attento stabilium valor, à Partibus determinatus, recognitus, & quomodocumque canonizatus, per decenii cursum mutatus præsumitur, itaut à valore eorundem ab annis decem retrò nulla ratione, nulloque colore inferri possit ad verum valo-
86 rem de præsenti, ut præter supra adductos recognosci potest apud Doctores illos, quos referunt, & sequuntur *Vrceol. cons.* 3. *n.* 26. *Pacion. de Locat. c.* 19. *n.* 153. *& Rota cor. Ansald. decis.* 91. *n.* 14. ubi, quòd hæc conclusio passim recepta est in supremis Tribunalibus.

Hujusmodi autem Juris præsumptio transit in evi-
87 dentem demonstrationem in nostris terminis ex probationibus, exhibitis in Summario, ex quibus mutatio talis valoris redditur innegabilis.

Nec dicatur, quòd hæc procedant respectu mutationis valoris ex causa particulari, cui occurrerunt Sententiæ, mediante reservatione Jurium, Felici com-
88 petentium, non autem ex causa universali, quia (sunt verba contrariæ Scripturæ) *Augumentum, sive decrementum valoris, proportionabiliter cadens super universalitate ipsorum Bonorum, ea omnia ad invicem parificat.*

Hujusmodi enim, & similes discursus nullo modo tollunt magnam inæqualitatem nostræ Divisionis,
89 quia, ex quocumque capite proveniat talis valoris mutatio, semper verum est, quòd Divisio, sine certitudine veri valoris facta, est inæqualis, in qua inæqualitate consistit insigne gravamen, nobis illatum.

Præterea, si valoris mutatio provenit ex causa particulari, iniquum est, talem veri valoris diminutionem, ex particulari accidenti in uno Prædio sequutam, refundere in unius tantùm Dividentis præjudi-
90 cium; Si verò ex causa universali, non minùs iniquum est, talem universalem causam æqualiter non afficere omnes Dividentes, sed restrigendum esse ad unius tantùm incommodum, & præjudicium, ut patet ad sensum.

Neque subsistit contrarius discursus compensationis valoris decrementi unius Prædii, cum præsumpto augumento alterius; Sunt enim istæ meræ ideæ, & piæ meditationes, cum quibus non possunt, neque debent procedere Judices, quando volunt facere bonas, ju-
91 stas, & æquales Divisiones, sed ad illas debent procedere *postquam per probos, & expertos, per Partes communiter electos, factæ fuerunt æquales rei dividendæ portiones*, ut per hæc præcisa verba observat do-
92 ctissimus, & versatissimus in judicando *Fontanell. de Pact. nupt. claus.* 4. *part.* 2. *gloss.* 9. *num.* 46. subdens, *quòd Judex nullo alio modo magis justè, & æque cum Partium satisfactione, & propriæ conscientiæ exoneratione procedere potest*, & terminans discursum his ver-
93 bis: *Ego, si Judex essem, qui dividere deberem &c. nunquam nec latum quidem unguem ab hoc partiendi modo recederem.*

Ecce igitur, quòd non regit in facto contrarium assumptum, quòd ex dicto Pacto notus erat Judici dividenti verus valor Bonorum dividendorum, eo quia agebatur de æstimatione, facta ante tredecim annos,
94 & ex una parte docemus de insignibus deteriorationibus eorundem Bonorum, factis à Iosepho, & Philippo in Bonis, sibi assignatis in provisionali Divisione; Ex alia verò parte probantur considerabilia melioramenta, facta à Felice in sua portione.

Minùs replicetur, quòd tales deteriorationes, & melioramenta, vel non probentur in facto ex Depositionibus aliquorum Colonorum, exadverso exhibitis, ex quibus prætenditur potiùs demonstrari, deteriorationes, sequutas fuisse in portione Felicis Vel in 95
omnem casum tales deteriorationes, & melioramenta retardare non potuisse Divisionem ex alio pacto, in provisionali Divisione inito, quòd unicuique licitum esset quævis Melioramenta utilia in Bonis, cuilibet respectivè obventis, facere, illorumque valorem Bonificandum esse in Divisione perpetua, prout fa- 96
cere se declararunt Judices, reservando in Sententiis talium melioramentorum, & deteriorationum recognitionem, & compensationem, faciendam tamen post exequutionem ejusdem Sententiæ.

Talis enim reflexio, & retorquetur ad hominem, 97
& gravamen potiùs auget, quàm minuat.

Retorquetur ad hominem, quia sive deterioratio Bonorum verificetur respectu Bonorum, in provisionali Divisione obventorum Josepho, & Philippo, juxta probationes, ex hac parte adductas, sive respectu Bonorum, in eadem provisionali Divisione Felici assignatorum, juxta contrariam prætensionem, 98
semper verum est, quòd valor Bonorum hodiè non est certus neque verus in illa quantitate, quæ à tredecim annis retrò admissa fuit à Partibus, & consequenter inæqualitas Divisionis remanet evidens, quia illa regulata fuit à dicto antiquo valore, qui de Jure præsumitur, & de facto hinc indè ab utraque 99
Parte collitigante, vel asseritur, vel comprobatur, mutatus.

Auget verò gravamen eadem reflexio, quia processum fuit eadverso cum æquivoco manifesto, quando in utraque Sententia reservata fuerunt Jura Fratribus dividentibus quòad deteriorationes Bonorum, *juxta Pactum, initum in Divisione provisionali* (sunt 100
verba contrariæ sententiæ) In provisionali enim Divisione nullum omninò legitur pactum circa deteriorationes Bonorum, sed illud unicè respicit melioramenta utilia, de novo ex integro facienda, ut patet ex d. Summ. ubi potiùs respectu deteriorationum legitur illarum cubitalis exclusio, mediante obligatione omnium Fratrum dividentium, Bona, sibi 101
obventa, custodire, & conservare, atque nullatenus deteriorare.

Quomodo igitur excusari poterunt ab evidenti injustitia contrariæ Sententiæ sub fide Josephi, & Philippi, attribuentes Felici portiones Bonorum, nedum infructiferorum, sed ab eisdem deterioratorum, cum inutili æquè, & dispendiosa illa cautela reservationis suorum Jurium pro resarcitione dictorum damnorum, & deteriorationum; Hoc enim non est finem Litibus imponere, mediante Divisione dictorum Bonorum, juxtà notam indolem, & naturam Divisionis, 102
ex firmatis per Rot. *in decis.* 388. *num.* 4. *in fin. coram Emerix jun.* sed potiùs ansam, fomentumque dare perpetuis Litibus, terminandis per tres conformes, circa hujusmodi deteriorationes, & hoc modo obli- 103
gare unum ex Dividentibus, qui ex propria industria, propriisque laboribus Bona melioravit, manibus vacuis in Judicio prosequi id, quod pacificè possidebat.

Ultrà quod semper urgere videtur reflexio illa, quòd in omnem casum hujusmodi Pactum, quibuscumque clausulis munitum, uti productivum inæqualitatis inter Fratres dividentes, nullo modo substinetur, ut egregiè probat *Felic. de Societ. cap.* 39. 104
numer. 97. ubi -- *Vbi autem inæqualitas ex tali pacto insurgeret; dicendum est, quòd non valeat &c.* & concordant antiquiores Doctores, latè expensi *à Cravett. cons.* 173. *per tot. lib.* 2. & sequuti *à Rot. in Romana Divisionis* 11. *Januarii* 1700. *§. Domini præcisive coram Olmo* ibi -- *Vnde, hac causa, adeò rationabi-* 105
li, superventa, dubium non est, quin Partes valeant ab eodem Pacto resilire, juxta theoricam &c. loquente in terminis pacti, etiam juramento firmati, ut se declarat in fine dicti paragraphi.

Non

Non obscurè, & plusquam tacitè admittuntur hæc
in contraria Scriptura, in qua asseritur, quòd si in
contrariis Sententiis assignata fuerunt Felici Bona ste-
rilia, & infructifera, non exinde ejus portio dici
106 debet inæqualis, eò quia id evenit pro prætio mino-
ri illo, quo æstimata fuerunt alia Bona, magis fru-
ctifera, assignata Josepho, & Philippo.

Responsio autem nullam meretur animadversionem
quia discursus iste digito ostendit, in nostra Divisio-
ne quod superabundat ad illius rescissionem ex firmatis
per *Rota d. 268. num. 9. coram* Celso, cum illo maxi-
107 mo inconvenienti assignationis omnium ferè Bono-
rum fructiferorum Josepho, & Philippus, omnium-
que sterilium, & infructiferorum Felici, itaut iste non
habeat *dove raccogliere il Vino, & Oglio, ne dove pos-
si governare sufficientemente per la sua Casa Anima-*
108 *li*; Et e converso Fratribus assignati fuerint *tutti li
Terreni fertili, buoni, copiosi di Alberi, diverse Viti,
Olive &c.* juxta verba informatissimi Periti, & insi-
gnis Agrimensoris in ejus Attestatione, data in Sum-
mario Verificaturque proinde id, quod improbat *Di-*
109 *vus Paulus I. ad Corinth.* 11. 22. quia Joseph, & Phi-
lippus abundant illis rebus, quibus eget Felix pro
simplici, & necessaria suæ Domus manutentione.

Difficile autem erit ostendere, sanoque intellectui
colorare pro justa, & rationabili hujus farinæ Divi-
sionem, etiamsi admittamus, illam repositam esse
in Judicis arbitrio, quia istud semper regulandum est
tam à qualitate Bonorum dividendorum, quàm à qua-
litate Habentium Interesse in Divisione, neque po-
test idem Judex immurare ea quæ de Jure, vel con-
110 consuetudine in Divisionibus servanda sunt, ut, se-
quendo *Bartol. in Extravag. Ambitiosæ num. 9. ff. de
Decret. ab Ordin. facien.* in nostris præcisis terminis
egregiè advertit *Felic. de Societ. cap. 39. numer. 9. &
seqq.* & meliùs *Coradin. de Jur. prælation. quæst.* 53.
111 *num.* 14. & 15. ubi, quòd Lex non reliquit arbitrio
Judicis ea, quæ in Divisionibus ad inducendam æ-
qualitatem, vel de Jure, vel ex consuetudine, ser-
vanda sunt.

Reflexio illa, quòd aliqua Bona assignata fuerint
Josepho, eò quia sita sunt propè Civitatem Auximi,
ubi ille moram facit, comprobat potiùs inæqualita-
tem nostræ Divisionis, quia sicuti habita fuit dicta
consideratio in hujusmodi accidentali cicumstantia fa-
vore ejusdem Josephi, ita prætermitti non debebat
alia substantialis reflexio respectu Felicis, assignando
112 eidem aliqua ex Bonis fructiferis, vineatis, & Felicis
ad hoc, ut saltem posset -- *raccogliere tanto Vino, &
Olio, che potesse governare sufficientemente per la sua
Causa &c.* uti, solidè discurrendo, observat idem Pe-
ritus subdens quòd ad hoc, ut Divisio dicatur æqua-
113 lis, debet -- *dare, & assegnare a ciascun di Loro la
parte, e porzione del buono, e del cattivo*, Quòdque in
his terminis *è solito praticarsi nelle Divisioni di aver
sempre riguardo alla quantità, e qualità de Frutti de Be-
ni, che si dividono*; Quæ omnia prorsus neglecta fue-
114 runt in contrariis Sententiis, itaut illarum grava-
men remaneat innegabile, ergegiè *Felic. de Societ. c.
39. & Petr. de Ubald. de deob. Fratrib. qu.* 11. *sub n.* 13.
Cyriac. contr. 514. *num. primo* & 5. loquitur in termi-
nis Divisionis, factæ à Partibus, qui non sunt nostri,
ex quo sumus in terminis Divisionis, extortæ à Ju-
dice, in quibus quælibet inæqualitas attenditur ad re-
scindend. Divisionem; Ad differentiam Divisionis,
115 factæ à Partibus, quando locus est resarcitioni solius
damni, ut, unum casum ab alio distinguentes, egre-
giè advertunt *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 67.
numer. 16. & *seqq. de Luc. ad Gratian. discept. for.* 778.
numer. 4. & *Zaul. ad Statut. Favent. tom.* 2. *lib.* 7. *rubr.*
26. *num.* 27. ibi -- *Quælibet læsio de Jure communi suf-*
116 *ficit*, & meliùs *Tartagl. de Reservat. Statutar. art.* 60.
num. 37. ibi -- *In hac vero Divisione etiam ob modicam
læsionem potest appellari &c. ad differentiam Divisionis
voluntariæ &c.*

Et ex his nullius remanet efficaciæ alia reserva-
tio, quæ legitur in secunda contraria Sententia pro
pretio Domus, seu Cauponæ cum Horto, assignatæ
in portione Felicis, qui illam pacificè possidebat, vi-
gore publici documenti, exhibiti in Summario us-
que ab anno 1705. quando illam emerat à Josepho, 117
uno ex ejus Fratribus; Postquam enim coram eodem
secundo Judice concludenter justificavimus, eandem
Cauponam, cum Horto, emptam fuisse à dicto Jose-
pho Fratre, ista demenda erat ab ejus portione, non
autem attribuenda erat Felici, ut patet ad sensum.

Nulla demum vis fieri potest *in decis.* 850. *per tot.
coram Ubald.* exadversò, uti punctuali, allegata;
Quamvis enim ex tribus modis dividendi, indicatis
supra, Sacra Rota approbaverit illum, qui pendet à 118
Judicis arbitrio, id firmavit cum illo necessario præ-
supposito, quod ante talis arbitri interpositionem, Ju-
dex instructus sit de æqualitate Partium, unicuique
ex Dividentibus competentium, deque illarum ve-
rò valore, resultante, vel à Relationibus Peritorum,
vel per ocularem Judicis inspectionem, ut cubitalibus 119
literis se declarat in fine *dict. decis.* ibi -- *Debet tamen
fieri æstimatio, vel à Judice, vel judicio Peritorum &c.
quæ æstimatio dicitur hic facta &c.* Nos autem firmi-
ter subjungimus, quòd in nostris terminis à Judice di-
vidente, mediante Peritorum judicio, nullo modo de-
mandata fuit talis æstimatio, multòque minùs ab eo-
dem recognitus fuit verus valor Bonorum, & proin-
de etiam ad terminos hujus decisionis semper redu-
cenda videtur ad æqualitatem nostra Divisio, uti fa- 120
cta, non præcedente scientia veri valoris, & negle-
cta qualitate rerum divisarum, ut, sequen. eandem
decisionem, notat *Zaul. ad Stat. Favent. tom.* 2. *lib.*
7. *rub.* 26. *num.* 12. & concordat *Sanz. Morqueque de
Divis. Bonor. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 6. & *seq.* & *lib.* 2.
cap. 10. *num.* 3.

Quatenùs igitur in hac Causa procedi velit cum
eadem *decis.* 850. *coram Ubald.* circa modum dividen- 121
di Judicis arbitrio, non potest hoc aliter ad praxim
reduci, quàm prævia æstimatione Peritorum, ut cu-
bitalibus literis se declaravit eadem S. Rota in finali-
bus verbis ejusdem decisionis, quæ non possunt esse
magis clara, magisque literalia, ibi -- *Quamobrem con-
cluserunt DD. Divisionem in præsenti casu esse faciendam
per assignationem arbitrio Judicis*, Prævia æstimatione 122
peritorum, quæ repetita sunt *in decis.* 879. *num.* 17.
coram eodem, & utramque sequitur *Zaul. ad Stat. Fa-
vent. lib.* 7. *rub.* 26. *num.* 12. ibi -- *Assignationem, fa-
ciendam arbitrio Judicis, prævia æstimatione Peritorum.*

Omnia hæc, ex se sufficientia ad obtinendam revo-
cationem contrariarum Sententiarum, multò magis
videntur superabundare pro obtinenda simplici revi- 123
sione earundem Sententiarum in suspensivo, ad hoc,
ut quilibet ex Dividentibus suam habeat æqualem par-
tem Bonorum dividendorum.

Et tamen subjungimus, illam nobis denegari non
posse ex alio separato motivo, quòd ex se solùm vi-
detur ponere falcem ad radices, dum ostendit mon-
struosam inæqualitatem nostræ Divisionis ad quam 124
manibus palpandam observandum est, quòd Bona,
de quibus agitur, non proveniunt solùm à Pompo-
nio de Laviniis, communi Genitore, qui sua Bona
perpetuo supposuit Fideicommisso, sed pro considerabi-
li quantitate proveniunt à Josepho seniore, & à Por- 125
tia Gentilona, eorum Avo, & Avia, ut justificamus
mediante altero Testamento, condito à dicto Pom-
ponio & mediante Testamento, condito à dicta Por-
tia, ex quibus ictu oculi remanet ulteriùs manife-
stum, eadem Bona subjecta esse diversis pariter vin-
culis, & Fideicommissis.

Cùmque in provisionali Divisione cubitalibus lite-
ris conventum extiterit, ibi -- *Præmissa expressa pro-
testatione, quæ habeatur, & sit apposita, & repetita* 126
*in principio, medio, & fine, ac qualibet parte præsen-
tis Contractus, quòd per præsens Instrumentum, & in
eo contenta quæcumque, non censeatur, nec sit in ali-
quo præjudicatum, nec aliquod præjudicium illatum Dis-
positionibus per olim DD. Josephum seniorem, & Por-
tiam seniorem à Pomponio de Laviniis, eorum Avo,
& Patre respective.*

Monstruosa inæqualitas Divisionis, de qua agitur,
remanet evidens, quia nulla omninò habita fuit ra-
tio hujusmodi vinculorum, dictorumque Fideicommis-
sorum

sorum in assignatione portionum, sed omnia Bona
127 considerata fuerunt, uti libera, & exempta ab omni vinculo, & quocumque Fideicommisso, ut ex sola lectura contrariarum Sententiarum remanet manifestum; Igitur gravamen, & injustitia Sententiarum in hac parte innegabiles sunt, & proindè evitari nullatenùs potest reductio dictæ Divisionis ad æqualitatem, assignando unicuique portionem Bonorum liberorum, & aliam portionem ex illis, quæ
128 dictis vinculis, & Fideicommissis subjecta sunt, in terminis egregiè *Rota in Romana Divisionis* 11. *Januarii* 1700. §. *Quia etiam coram Olmo*, ibi -- *Cùm enim nonnullæ ex illis, quæ Fideicommissis obnoxiæ sunt, assignatæ fuerint Archangelo; Aliæ verò, quæ sunt liberæ, ad alios duos Fratres pertransiverint, nova utique effectuum repartitione res ad æqualitatem,*
129 *in Divisionibus semper servandam reducenda est*, & concordant adducti *in decis.* 171. *nu.* 18. *apud Torr. de Pact. futur. successs. & in Bononien. Divisionis* 10. *Maii* 169. §. *Absque eo coram Muto*.

Quibus non adversatur, sed potiùs retorquetur ad hominem *decis.* 436. *num.* 3. *coram Coccin.* firmans,
130 Fratri, non reclamanti, assignari posse in Divisione Bona, Fideicommisso subjecta; Alteri verò Fratri Bona libera; Quia in nostris terminis Felix nedum reclamat, sed exclamat, sibi fuisse illatum gravamen in sua portione, mediante assignatione majoris partis Bonorum, subjectorum dictis arctioribus Fideicommissis, neque eidem præjudicare potest consensus, seu liga aliorum duorum Fratrum, quia cùm in
131 his terminis agatur de interesse singulorum Fratrum dividentium, unius tantum dissensus sufficit, juxta firmata *per Rotam in dicta Bononien. Divisionis* 10. *Maii* 1697. §. *Demum urgere, vers. Quo enim in casu consensus omnium requiritur, nec sufficit majoris partis, coram Muto.*

Neque juvat hic recurrere ad dictum Pactum, in provisionali Divisione contentum, de attendenda æstimatione Bonorum, tunc temporis facta; Ultra enim ea, quæ supra adduximus adversus talem prætextum, aliam subnectimus cathegoricam responsio-
132 nem, desumptam ex cubitalibus verbis dictæ provisionalis Divisionis, ut scilicet illa intelligi deberet *quoad commoditatem culturæ Bonorum, & perceptiones Fructuum ex Bonis dividendis, ac liberæ eorum administrationis tantùm*, considerando dictionem hanc *Tantùm*, bis repetitam in eadem provisionali Divisione, atque digito ostenden. Pactum prædictum restrictum esse ad valorem, ut ita dicam, materialem,
133 eorundem Bonorum, atque simplicem quantitatem Fructum, ex iisdem Bonis percipiendorum, per ea, quæ notant *Donad. de Renunciat. artic.* 47. *num.* 145. *Mans. consultat.* 592. *num.* 5. *&* 6. *& Ansald. decis.* 57. *num.* 7. ubi, quòd hujusmodi dictio *Tantùm* penitùs interdicit, & excludit omnem, & quamcumque extensionem.

Idque ex ea unica reflexione remanet evidens; quia scilicet Bona, de quibus agitur, æstimata fuerunt
134 à simplici Perito Agrimensore, nullo addito Perito Curiali, vel in Jure versato, qui posset distinguere vincula, & Fideicommissa, atque ab intrinseco Bonorum valore detrahere in, quod importabant illorum onera, & vincula, sine quorum detractione, & attenta consideratione, impossibile est, fieri posse æqualem Divisionem, cum sola notitia materialis valoris,
135 & æstimationis restrictivè, factæ *quoad commoditatem culturæ Bonorum, perceptionis Fructuum ex Bonis dividendis, atque liberæ eorum administrationis tantùm* juxtè præcisa verba dictæ provisionalis Divisionis In qua ulterius literaliter conventum fuit, ut Divisio proprietatis earundem.

Bonorum fieri deberet, prævio Jurisperitorum consilio; Ex quo literali Pacto infertur, ipsosmet Fratres dividentes agnovisse necessitatem examinandi qualitatem Bonorum, necnon vinculorum, & onerum, quibus erant subiecta ad hoc, ut divisio posset dici juxta, & æqualis.

IN EADEM CAUSA.

AD sedandas Controversias, quæ ferè connaturales sunt inter Fratres, in communi viventes, devenerunt anno 1699. Joseph major, ac Felix, & Philippus minores Fratres de Lavinijs ad Divisionem provisionalem Bonorum, in communi possesso- 136
rum, valoris sc. 53. mil. circiter, mediante opera Pauli Bessii, Periti Agrimensoris, & Æstimatoris expertissimi, à quo, factis tribus Partibus, Joseph prædictus, tanquam ætate major, magisque sagax, reique domesticæ instructissimus, meliorem partem habere curavit, nempè unitam, magis fructiferam, magisque nobilem, ibi -- *Palazzo di Monte Polesco scudi* 137
1000. *Monte Polesco con Palombara sc.* 6590. 15. *Ponte Murato nella sudetta Contrada scudi* 5470. 75. *Cortina sotto la Chiesa di Monte Polesce &c. scudi* 1341. 95. *Cortina sotto Monte Polesco scudi* 946 15. *Cortina presso Pomarolo scudi* 689. 23. *Cortina sotto Monte Polesco sc.* 946. 55. *&c. somma in tutto scudi* 17826. 15. -- ; Addita tamen declaratione, quòd hujusmodi provisionalis Divisio peragebatur, quoad culturam, & Fructuum perceptionem, & donec maturiori consi- 138
lio devenirent ad realem Divisionem, etiam proprietatis eorundem Bonorum: quam remiserunt arbitrio De Odoardi Bonanni, eorum Consanguinei.

Postquam verò Philippus alter ex dd. Fratribus ad majorem ætatem pervenit, agnoscens, quòd portio, assignata Josepho, Fratri majori, superabat alias, tam in valore, quàm in quantitate rubrorum 13. circiter, & per consequens pinguior erat in summa scutorum 2000. & ultrà; Monitorium anno 1707. expedivit co- 139
ram A. C. pro ineunda reali Divisione omnium Bonorum; Sed reassumpta Causa per R. P. D. Sinibaldum, Judicem R. Fabricæ propter Fori privilegium, competens Felici, alteri ex dd. Fratribus, prædictus Judex subdelegavit in Partibus Vicarium Generalem Auximanum, cum facultate eligendi Peritos, ac faciendi formalem Divisionem, juxtà immemorabi- 140
lem consuetudinem, vigentem in Terra Montis Philoptrani, communi Patria, necnon recipiendi probationes super Melioramentis, & respectivè deteriorationibus, hinc inde factis; Reservata tamen sibi cognitione, quoad electionem portionum, & partium eorundem Bonorum, per eosdem Fratres faciendam, ad formam dictæ consuetudinis, &. per Sententiam diffinitivam absoluit prædictum Philippum à petita Divisione per Sortes, vel arbitrio Judicis.

Acquievit huic Judicato Felix non autem d. Iosepho Frater major, qui justa formidine dubitabat, ne dictam ulteriorem, & pretiosiorem portionem tem- 141
pore minoris ætatis aliorum Fratrum occupatam, compelleretur dimittere, proindeque Appellationem interposuit, & Causa fuit commissa cum clausula -- De Appellatione -- R. P. D. de Gentilibus, curavit que se concordare cum dicto Philippo, altero Fratre reclamante, qui spem præbuit acquiescientiæ, dummodò illi consignaretur aliqua rata portionis, à dicto Josepho retentæ in dicta conspicua Tenuta *de Monte Polesco*: sub qua spe dictus Philippus consensum præstitit, ut Divisio fieret arbitrio Judicis hic in Urbe, absque ulla subdelegatione Judicis in partibus, & re- 142
cognitione Bonorum, qualis ad constituendam partium æqualitatem erat necessaria, adeout in maximum Felicis damnum, ei fuerint assignata omnia Bona sterilia, infructifera, & deterioris qualitatis, necnon ab utraque portione disjuncta; Et quod omnem superat credulitatem, nedum aliis Fratribus assignata noscuntur illamet Bona, quæ ingenti impensa fue- 143
rant ab ipso meliorata, sed ipsi, uti communia, assignata fuerint Bona, quæ erant ejus propria, nec sub Divisione cadebant, tanquam ab ipso solemniter acquisita, mediante emptionis Contractu, nempè -- *Osteria, con l' Orto annesso* -- Non est autem mirum, si omnia hæc in Urbe nimia facilitate peracta fuerunt, eò quod Sententia fuit obtenta in contumaciam dicti Felicis dum nemo ad deducendum ejus Jura comparvit.

Ab

Ab hujusmodi contumaciali Judicato, ex diametro contrario Sententiæ R.P.D. Sinibaldi, primi Iudicis, provocante dicto Felice Causaque commissa Eminentissimo D. Cardinali Albano, confirmatum il-
144 lud remansit, absque tamen peremptoria definitione Controversiarum, & Litium, inter Fratres vertentium, quæ fuerunt ulteriori decisioni reservatæ.

Adversus hoc Iudicatum, aliam Commissionem obtinuit Felix cum clausula -- *Constito de duabus* -- directam Eminentissimo, D. Card. Columnæ, qui dd.
145 Sententias exequi mandavit. Adversus quam videtur locus novæ revisioni cum clausula Constito de tribus.

Est locus novæ Appellationi, tam ex nullitate, quam ex injustitia Iudicatorum; Nullitas promanat, ex quo vigore Patrii Statuti Montis Philoptrani ex-
146 pressè cavetur, quòd Causæ, vertentes inter Conjunctos, cognosci, & terminari debeant per viam Compromissi; Quoties autem Lex municipalis mandat, cogi Partes ad compromittendum, non potest
147 illius dispositio declinari, aliàs Iudex absque Iurisdictione procedit, & sic nulliter, ex doctrina *Bald. in leg. Si quis num. 6. Cod. Si quacunque prædit. potest.* cum aliis apud *Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. lib. 3. rubr. 15. num. 16.*

Absque ullo dubio, quia Partes ipsæ, obsecundantes dispositioni dicti Statuti, per publicum Instrumentum, celebratum occasione Divisionis provisionalis, factæ de anno 1699. omnes differentias, super reali Divisione Bonorum emersuras, compromiserunt in dictum Odoardum Bonannum eligendo illum in Ar-
148 bitrum, ibi -- *Cui potestatem &c. prædictæ Partes dederunt* -- Non refragante, quòd dictum Compromissum expiraverit, per mortem prædicti Odoardi; Nam ut adimpleatur finis dictæ statutariæ Sanctionis, Compromissum, semel initum, & postea expiratum, iterum est ineundum, usquequò sortiatur effectum, & Laudum proferatur: Ad differentiam Compromissi,
149 initi, non ex necessitate Statuti, sed ex voluntate Partium juxta latè congesta *per Conciol. ad Stat. Eugub. l. 2. rubr. 27. nu. 19. Pigant. ad Stat. Ferrar. rubr. 22. numer. 82. vers. Præterea*, cum aliis supra citatis.

Progrediendo ad injustitiam dictorum Judicatorum, hæc est adeò evidens, ut, licèt adessent mille Sententiæ, adhuc semper esset admittenda nova Appel-
150 latio; egregiè *Rota in decis. 168. num. 1. apud Constant. ad Stat. Urbis*, ibi -- *Non posse easdem Sententias veluti nullas, & injustas, exequutioni demandari, quamvis essent tres, ac etiam mille* -- & meliùs *in Imolen. Bonorum, seu Reintegrationis 25. Novembris 1705. §. Nihilominus coram Ansaldo*, cum aliis, à Me citatis *in Tractat. de Livellis §. decimo nono, numer. undecimo.*

Procedendo & enim cum sensu Partis, anthumantis, Divisionem fieri potuisse arbitrio Judicis, non autem ad formam Judicati R.P.D. Sinibaldi, hujusmodi tamen arbitrium semper erat regulandum à
152 Jure, ut advertit *Felic. de Societ. cap. 39. n. 90. & sequentibus*; De Jure autem expressè sancitur, ut in Divisionibus semper æqualitas præ oculis habeatur,
152 & servetur, *Auth. Æqualitas Cod. de Pact. convent. Menoch. consilio 34. nu. 11. Cardin. de Luca de. Regal. disc. 134. num. 5. & Rot. decis. 295. num. 12. coram Buratt.* In cujus exequutionem quotidianus stylus, & Curiæ praxis docet, quòd, ubi Bona dividenda, reperiuntur in Partibus, semper subdelegatur Judex, ad hoc, ut eligat Peritos, in arte expertos, pro recognoscendis rebus illis, & Bonis quæ dividendæ
153 sunt, deindeque constituat partes æquales, unicuique assignandas, accuratè perpensis Bonorum quantitate, qualitate, natura, Fructu, divisibilitate, alisque omnibus circumstantiis secundùm justitiam distributivam contemperantem bonum cùm malo, & compilato Processu, illum ad Subdelegantem transmittat, qui deinceps, rematurè perpensa, & Partibus auditis, suo arbitrio approbat, aut reprobat dd. portiones, à Ju-
154 dice subdelegato constitutas, prout ita servavit *Rota in illa Romana de Armis cor. Ubald. decis. 450. in princip.* in qua fuit à Rota subdelegatus Vicelegatus Bononiæ, ad effectum faciendi Divisiones.

Praxis autem hæc, ad tramites Juris, fuit laudabiliter, introducta; Cùm enim propter Locorum distantiam Judex adesse nequeat, ubi ineunda est Divisio, per alium facit, quod ipse facere tenetur, & per absentiam 155
non potest; Proindeque Judex subdelegatus, constitutus in Loco quæstionis, per probos, & expertos Viros, à Partibus hinc inde electos, mandat fieri, neque de pejoribus, rerum dividendarum portiones; Et si quæstio sit inter consortes super constitutarum portionum electione, eam vel suo arbitrio dirimere potest, *ut in dicta decis. 450. num. 18. cor. Ubald.* Vel per Sortem cum 156
schedulis, juxta sensum *Fontanell. de Pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. parte 2. numer. 46. vers. In hac Divisione*, qui tutior dividendi modus existimatur, cùm non detur ab reclamatio, nec Appellatio, *Merlin. Pignatell. centur. 1. controv. 57. nu. 25. & sequentibus, Capon. discept. 112. num. 34. 37. & 38. Fenzon. ad Stat. Urbis lib. primo cap. 101. num. 15. Zaul. ad Statut. Favent. lib. septimo rubr. 26.* 157
numer. 33. & Constantin. ad Statut. Urbis adnot. 21. numer. 89.

Cùmque Divisio, de qua agitur, diversimodè facta fuerit à tribus Judicibus, nulla scilicet præcedente Relatione Peritorum super qualitate, situatione, cohærentia, natura, bonitate, divisibilitate, ac præsenti valore Bonorum, Judicata omnia nimis injusta noscuntur, dum Felici ut supra innuimus, fuerunt sublata illa Bona quæ magno sumptu melioraverat, imò, & quæ ære 158
proprio comparaverat, nempè -- *L'Ostaria con l'Orto* -- eique fuerunt assignata alia Bona, undique sterilia, & infructifera, quæ non placuere aliis duobus Fratribus Josepho, & Philippo, & inter se concordibus.

Præmissa autem Iudicis subdelegatio eò magis in casu nostro erat necessaria, dum non agebatur de unico dividendo Prædio, sed de Divisione plurium, & diversorum insignium Fundorum, & Bonorum valoris sc. 159
159 53. mil. quæ si non considerentur in illorum situ, & quantitate, & oculis corporeis non recognoscantur à Peritis, impossibile prorsus est, illa benè regulato arbitrio dividere.

Non relevante, quòd in Instrumento Divisionis provisionalis, expletæ de Anno 1699. dictum fuerit, quòd quatenùs posteà ad effectivam Divisionem deveniretur 160
deberet attendi æstimatio, tunc facta per Bessium.

Objectum enim multipliciter removetur; Primò, quia in eodem pariter, Instrumento sub pacto expresso conventum fuit: *Divisionem provisionalem continuare donec, & quousque vera, & realis Divisio, nedum super Fructibus, verùm etiam super proprietate, & totali dominio eorundem Bonorum sortiatur effectum, & ad hoc, ut* 161
faciliùs eveniat, dicti Domini germani Fratres de Laviniis cum solemnitatibus respectivè, de quibus supra, unitim, & concorditer Divisionem prædictam, & modum eam consequendi cum omnibus suis Juribus &c. remiserunt, & compromiserunt in dictum D. Odoardum Bonannum, eorum Consanguineum &c. tanquam in eorum Arbitrum, & Arbitratorem, cui potestatem &c. dederunt 162
dictam Divisionem &c. suo arbitrio faciendi &c. Cui Divisioni per dictum D. Odoardum supra faciendæ, dicti Domini germani Fratres de Laviniis cum solemnitatibus &c. stare &c. promiserunt.

Dum igitur Divisio facta non fuit à dicto Odoardo Bonanno in faciem Loci, de quantitate, qualitate, & natura Bonorum instructo & instructissimo sed à Iudicibus absentibus, hìc in Urbe morantibus, dicta æstimatio Bessi anno 1699. confecta, nul- 163
latenùs est attendenda, cùm non aliter actum inter Partes fuerit de attendenda dicta æstimatione, quàm in casu, quo Divisio fieret à dicto Bonanno, ut perspicuè indicant illa verba -- *In Divisione noviter, ut supra, facienda* -- Quæ dictio -- *Ut supra* -- refertur ad omnia præcedentia cum omnibus suis qualita- 164
tibus, *Urceol. consult. 86. numer. octavo & 25.* & clariùs ex subsequentibus, ibi -- *Quam æstimationem Partes prædictæ attendere, eique stare promiserunt in casu prædicto* -- Nam verba -- *In casu prædicto* pactum limitant ad casum Divisionis, faciendæ per Bonannum, qui supra fuerat expressus -- *Rota coram Coccino*

cino decis. 1086. *numer.* 5. *& seq. & in recent. decis.* 272. *n.* 7. *part.* 6. Potissimùm, quià cum omnia pacta, in In-
165 strumento apposita, censeantur inter se correspectiva, ex firmatis per *Rot. cor. Dunozett. jun. decis.* 703. *n.* 9. Hinc eveniente casu, quòd Divisio fieri non poterat à dicto Bonnanno, vel à Substituto per eundem, corruere de-
166 bet quoque pactum standi æstimationi Besi, ut notant *Mans. consult.* 179. *n.* 44. *Rota decis.* 34. *n.* 6. *& seq. part.* 6. *& decis.* 188. *num.* 13 *part.* 10. *rec.*

Secundò respondetur, quòd cùm à die stipulationis prædicti Contractus, anno scilicet 1699. die 15. Februarii, elapsi sint anni 15. & ultra, utique dicta æstimatio Besi attendi non potest, ex indubitata Juris regula, quòd per lapsum decennii Bonorum valor semper præsu-
167 mitur mutatus, juxta firmata per *Rot. in Asculana Dotis* 22. *Junii* 1699. *§. His positis cor. Scotto, & in Romana Fideicommissi de Avila super Fructibus* 16. *Maii* 1707. *§. Absque eo quò, &* 13. *Januarii* 1708. *§. Minusque cor. Ansaldo*; Imò præsumptio Juris est, ut valor per dictum lapsum decennii non auctus, sed diminutus semper præ-
168 sumatur, ex firmatis per *Rot. dec.* 128. *n.* 21. *apud Posth. de Subhast. & decis.* 1186. *num.* 3. *cor. Emerix jun. & in Adrien. prætensæ læsionis* 11. *Martii* 1711. *§. In hypothesi cor. Caffarello.*

Quin obstet, quòd à dicto anno 1699. usque ad annum 1707. quo à Philippo, altero ex Fratribus, transmissum fuit Monitorium super reali Divisione coram A. C. non effluxerat decennium, sed solummodò intercesserant anni octo; Cùm enim omnia Acta, gesta post antedi-
169 ctum Monitorium, & signanter Iudicatum R. P. D. Sinibaldi, acceptata fuerint per Felicem, spectari debet tempus alterius Sententiæ R. P. D. de Gentilibus, latæ dicto anno 1699. à quo tempore usque ad dictam diem alterius Sententiæ, latæ die 27. Junii 1712. effluxi sunt
170 anni 13. circiter; Ex quibus ad evidentiam patet, quòd in nostro casu concurrit lapsus decennii, & ultra, & per consequens tempus, sufficiens ad præsumendam mutationem valoris Bonorum dividendorum, ex supra allegatis.

Tertiò denique, admisso, & nunquam concesso, quòd sit procedendum cum æstimatione antiqua Besi, facta anno 1699. adhuc illa non erat attendenda, dùm in Divisione non attenditur dumtaxat valor Bonorum, sed insuper est inspicienda qualitas, bonitas, natura, cohærentia, & præsens status eorundem Bonorum tum ab extrinseco, hoc est, ob deteriorationes, vel meliorationes, &
171 ex bona, vel mala cultura, juxta *Text. in leg.* 3. *§. Sed ex aliis in fine ff. de Jur. Fisc.* & animadversa per *Post. resp.* 124. *n.* 12. *Rot. cor. Seraph. dec.* 1073. *n.* 9. *& in rec. decis.* 249. *n.* 10. *par.* 16. Tum ab intrinseco ex natura Bonorum cùm possint esse talis qualitatis, ut vel citiùs, vel seriùs consenescant; Tum ratione publici commercii, quod re-
172 gulatur juxta naturam, & qualitatem Bonorum in emptionibus, & venditionibus eorundem; Ex quo sequitur, quòd, non recognitis novo statu, natura, bonitate, & qualitate Bonorum, nullo modo poterat ad Divisionem procedi sub fide antiquæ æstimationis illorum, cum promissiones omnes, & conventiones factæ semper
173 intelligantur, rebus in eodem statu permanentibus, *Adden. ad decis.* 523. *num.* 58. *part.* 4. *tom.* 3. *& decis.* 145. *num.* 8. *& seq. par.* 8. *recent. cum aliis apud Thomat. decis.* 85. *num.* 81. *& seq.*

Minùs subsistit, quòd Bona, in Divisione provisionali obventa Felici, fuerint ab ipso deteriorata, & viceversa alia, ibidem assignata Josepho, & Philippo, meliorata existant; Etenim, cùm pactum standi æstimationi Besii jam evanuerit, ut supra ostendimus, nil
174 sanè refert inquirere, an Bona sint deteriorata, vel meliorata, dum iterum erat dicta æstimatio facienda.

Cæterum ad Hominem retorquetur reflexio, nam si Bona, quæ fuerant assignata eidem Felici in provisionali Divisione, fuerant deteriorata, cur Joseph, & Philippus tot adhibent conatus, ut dicta Bona ab eo tollantur, eique assignentur alia Bona, quæ ex adverso vigore dictæ provisionalis Divisionis possidentur? Si nostra Bo-
175 na sunt deteriorata, relinquant illa penes prætensum Deteriorantem, & sic absoluta Lis erit; sed veritas est, quòd Felix notabiliter, & mediantibus magnis impensis, melioravit dicta Bona, sibi anno 1699. assignata, ut concludenter probatur in Summario; Versaque vice Philippus, alter ex Fratribus, notabiliter ejus portionem deterioravit; Ex hujusmodi autem diversitate nemo non videt, efficax, resultare motivuum improban- 176
di Divisionem, arbitrio Judicum factam, esseque patenter injusta Judicata superventa, quia si verus status Bonorum, qualis sit, hinc inde controvertitur etiam hodie, nec argui potest ab æstimatione antiqua Besii, con- 177
sequenter inevitabilis, ac omninò necessaria erat electio Peritorum, qui verum Bonorum statum in faciem Loci recognoscerent, nec aliàs procedi poterat ad Divisionem, ex convincentissima illa ratione, quòd in ea facienda Judex advertere debet, ut quæcumque læsio, etiam possibilis, excludatur, ex animadversis per *Con-* 178
stantinum ad Statutum Urbis adnotat. vigesima prima numer. nonagesimo quarto & firmatis per *Rotam decis.* 310. *numer. nono & decimo part. decima nona rec.*

Sed adhuc clariùs evincitur Injustitia novæ Divisionis, quia inter cætera infructifera Bona fuit assignata Felici ejus propria Domus, propriis pecuniis empta, quæ nuncupatur *l'Osteria coll'Orto annesso, stimata scudi* 179
456. Cùm tamen ista non caderet, nec unquam cadere posset sub Divisione communium Bonorum, tanquam Jure dominii, & peculiari titulo spectans ad eundem Felicem; In quibus terminis, sicuti læsio superlativè augetur, ita simul crescit necessitas recognoscendi Judicata, ad quem effectum exuberaret probatio erroris, 180
etiam in modica parte, ex animadversis per *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. disc.* 788. *numer. quarto & Conciol. ad Statut. Urbis lib. secundo rubr. sexagesima septima numer. decimo quinto* & multò fortiùs, dum dictum Josephum non latebat, quòd Domus prædicta, quam Felici assignari curavit, præcedenter fuerat ab eodem Jo- 181
sepho eidem Felici vendita; Hujusmodi autem innegabile factum, quod dolum manifestum redolet, videtur superabundare pro retractione prætensæ novæ Divisionis, juxta Textum clarum in *leg. Majoribus Cod. Com. utrique Judic.* ibi -- *Majoribus, quod inæqualiter gestum esse constiterit, in melius reformabitur, maxime si aliquid perperam in ea factum inveniatur*, quem, aliis cumulatis, sequuntur *dictus Carolus Antonius de Luca ad* 182
disceptat. 768. *numer. quarto versic. ad hæc, & Zaul. Statut. Favent. rubric. vigesima sesta numer. trigesimo secundo lib.* 7. *tom.* 2.

Non attenta replicatione, quòd in contrariis Sententiis fuerint reservata Jura Partibus quoad dicta Melioramenta, & Deteriorationes, & quoad Hortum; Hoc enim non est Lites inter Fratres mediante Divisione terminare, quæ ideò fuit introducta, ut inter illos Controversiæ, & Discordiæ finiantur, ad quod Judices debent semper, & præcipuè reflectere, sed est illis fomentum præbere, & dare ansam novis jurgiis, eo ipso tempore, quo illorum finis per Divisionem procuratur ut 183
exclamat *Rota decis.* 388. *numer. quarto in fine cor. Emerix jun.*

Accedit, quòd dicta antiqua æstimatio, facta de anno 1699. tempore minoris ætati Felicis, & occasione Divisionis provisionalis, fuit etiam evidenter erronea, defectuosa, & injusta ferè in omnibus partitis, ut liquet ex Summario, & quod gravius est, in portione, tunc assignata Josepho, adest excessus in scutis tribus millibus circiter; Siquidem Palatium, positum in contrada 184
Monte Polesco, fuit duntaxat æstimatum in scutis mille & tamen erat, & est valoris scutorum duorum millium, & ultra; Insuper prædictus Besius Æstimator assignavit eidem Iosepho sex Corpora, componentia Tenutam seu Casale, nuncupatum *Monte Polesco*, sub erroneo supposito, quòd essent solummodo cannarum 118034. quæ ad rationem cannarum 960. qualibet salma, conflant salmas 122. & tamen effectivè sunt sal- 185
mæ 136. nam tota; Tenuta erat salmarum 201. ut constat ex Catastro, de quo in Summario, necnon ex confessione ejusdem Partis occasione assignationis, quam dictus Joseph fecit de dictis Bonis, ex quibus si detrahantur salmæ 65. in Dotem assignatæ dictæ Portiæ Sorori, remanent salmæ 136. adeòque 186
dictus Joseph habuit majorem quantitatem Bonorum in salmis 13. & ultra, quæ ascendunt ad alteram notabilissimam summam scutorum duorum millium circiter;

citer; Quamobrem, detecto dicto considerabili excessu, manifestum, indubitatumque remanet, æstimationem illam, tot vitiis scatentem, nullo numero habendam esse.

Cæterum, quod prædicta nova Divisio expleta fuerit ad suggestionem Josephi, & Philippi, mutuò colludentium in fraudem Felicis, non ex dictis solùm depræhenditur, sed etiam ex quo Bona, dividenda in Partibus, fuerunt hic in Urbe delineata in Map-
187 pa, quæ extrajudicialiter absque Citatione Felicis, & Judicis Decreto fuit exadverso confecta; Quapropter cùm nulla fides præstanda esset dictæ Mappæ, judicialiter non exaratæ, collabescere necesse est ipsa etiam Judicata, quæ illius Mappæ fundamento innixa sunt, resurgitque clarior æqui, bonique ratio, non patiens tantam in fraterna Divisione inæqualitatem
188 ad tradita per *Michalor. de Fratr. part. tertia cap.* 38. *num.* 26. *Fontanell. de Pact. Nupt. clauf.* 4. *gloss.* 9. *part.* 2. *num.* 47.

Præterea ex ipsa recognitione, & inspectione ejusdem Plantæ extrajudicialis, proprio Marte exadverso confectæ, apparet, non eam dividendi rationem fuisse servatam, quæ servari solet, & debet, nimirùm assignando Prædia non disjuncta, sed simul cohærentia; Nam Prædium fructiferum, & à Felice
189 melioratum, cohærens Prædiis -- *della Fontana*, & *Imbrecciata*, pro eo destinatis, fuit assignatum Philippo, & loco illius assignatur Felici alterum Præ-
190 dium, nuncupatum *Troscio -- ne delle Vacche Mongane*, deterrimę qualitatis, & longè à prædictis duobus Prędiis dissitum.

Fuerunt itidem assignata Felici prædicta Prædia, nuncupata *Fontana*, & *Imbrecciata*, necnon alterum *Cimignano*, prorsùs sterilia, & infructifera, ut constat ex Summario necnon ex depositione trium insignium
191 Peritorum, versaque vice stabilia, assignata dd. Josepho, & Philippo sunt undiquè fructifera, & Vitibus, Oleis, aliisque Arboribus referta,

Rursùs, facta collatione Bonorum, assignatorum in Divisione provisionali, & descritorum in Summario cum Bonis, assignatis in nova Divisione, constat, parùm, aut nihil fuisse variatum à prædicta Divisione provisionali quoad portiones Josepho, & Philippo præelectas; Multùm verò quoad portionem, di-
192 cti Felici assignatam; Nam quicquid boni erat, sibi ipsis adjudicari studuerunt; Quicquid autem deterioris erat, Felici attribuerunt.

Hinc non obstat, quòd per Nos probanda sit læsio ultrà dimidiam; Quia non versamur in nova Divisione, facta à Partibus de consensu, & hinc indè ab omnibus acceptata; in quibus terminis loquuntur au-
193 thoritates omnes, quæ videntur contrariæ; sed sumus in Divisione, inordinatè gesta, ab eaque petimus Appellationem, semper admittendam, quoties, ut in præsenti, Judicata injusta deteguntur.

Omnia hæc, per se clara, clariora redduntur ex innegabili facto Josephi; Ille enim post emanata duo Judicata ipsi, & Philippo favorabilia, congnoscendo maximum gravamen, illatum Felici, eique medelam
194 adhibere volens, ne jurgia vehementiùs exardescerent, sub die 12. Februarii anni elapsi, & sub die 22. ejusdem expressum misit Nuncium ad Civitatem Æsinam, ad effectum invitandi Petrum Aloysium Speranzinum, Peritum omnimodæ integritatis, ut accederet ad Terram Montis Philoptrani pro facienda
195 ex integro nova Divisione inter ipso fratres ut concludenter probantur fuit in Summ. nulla habita consideratione, prorsùsque neglecta Divisione, hic in Urbe per geminas Sententias demandata, & ea adducta
196 optima ratione, quia Judices -- *Per non aver veduti li medemi Terreni, e stato delle cose, avevano riguardato solo il valore, e non la qualità di essi, mentre nell' assegnare al Signor Felice la sua parte per il valore di scudi* 17471. 14. *per il valore di scudi* 11507.61. *gli vengono assegnate tre Possessioni, cioè di* Fontana, Imbrecciata, *e* Cimignano, *tutti Terreni sterili, inculti, e privi di ogni sorte d' Alberi, e con pochissime Viti, che si può dire quasi*
197 *niente, e null' altra parte si vedono descritti per la porzione di detti Signori Fratelli tutti li Terreni fertili, buoni, copiosi d' Alberi diversi, Viti, Olive, & altro, Sicchè &c. detto Sig. Felice in detta Divisione resti sommamente gravato, non avendo il medemo, dove raccogliere Vino, & Oglio &c.* -- Subjungendo ulteriùs, quòd nova
Divisio, hic in Urbe, ut supra, extorta, multis, iisdem- 198
que gravissimis, scatebat erroribus, tam circa quantitatem, quàm circa valorem Bonorum divisorum.

Observando hìc quòd præfatus Peritus Speranzinus erat illemet, qui fuit vocatus ab Odoardo Bonanno,
in cujus arbitrium fuerat reposita præsens Divisio, 199
quando fuit facta altera provisionalis de anno 1699. Sicquè erat plenissimè de omnibus edoctus, habebatque Folia, tunc temporis confecta, Ideò autem non potuit perfici Concordia, quia Philippus alter ex Fratribus à suo proposito recessit sub speciofo motivo, quòd sicuti ipse per diuturnum tempus, ab anno sci-
licet 1699. possederat portionem provisionalem, ita 200
pariter erat illa modò posidenda à Felice; Quæ sola inepta ratio magis, magisquè ponit in claris intolerabile gravamen, d. Felici illatum, quod venit nova admissione Appellationis reparandum.

IN EADEM CAUSA.

Retenta facti serie, latè supra expressa, commit-
tenda omninò videtur præsens Causa, prævio 201
recessu à decisis sub die 12. Decembris, cum clausula -- *Constito de tribus*.

Quandoquidem cùm agatur de totali Bonorum omnium hæreditariorum Divisione, facienda cum irre-
vocabili propriæ portionis assignatione unicuique ex 202
Sociis, ut dixit *Rota decis.* 87. *numer.* 1. *part.* 1. *divers.* & *decis.* 38. *numer.* 1. & 8. & *decis.* 40. *num.* 3. *post Constant. ad Stat. Urb.* & *decis.* 273. *numer.* 3. *apud. Palm. Nep. tom.* 3. & *in Bononien. Divisionis* 10. *Maii* 1697. *§. Quò enim coram Muto*, & in ejus confirmatoria 23. *Martii* 1700. *§. Neque ad suadendum coram Scotto* & *in Romana Divisionis* 28. *Novembris* 1710. *§. Partito qui-*
dem cor. Kaunitz, ea regulari non valet inter sangui- 203
ne conjunctos, & præsertim inter Fratres, sub eo rigoroso modo, qui adhiberetur inter Extraneos, sed potiùs alter magis expediens, & æquior servari debet, qui fraternæ charitati, & vissisitudini sit, accomodatior, ut videlicet Major dividat, & partes disponat; Minor verò eligat, & optionem habeat, jux-
tà exemplum, quod habetur in *Sac. Genesi cap.* 3. 204
ubi Abraham Terram, quam ei Deus dederat possidendam, divisit unacum Loth ejus Fratre, eique divisæ portionis electionem dedit, tanquam Minori; atque ita etiam Concilium Aphricanum, relatum in *cap.* 1. *de Paroch.* perpetuam, & omni ævo firmam normam Nobis reliquit servandam, etiam in rebus, & inter
Personas profanas, ut unanimi consensu tradunt 205
Scribentes in *dicto cap.* & præcipuè *Host. Butr. Ancharan. Abb.* & *inter modernos Barbos. Fagnan.* & *Gonzal. in cap. primo de Major.* & *obed. numer. undecimo in*
fin. &, innumeris DD. cæsarei Juris Professoribus al- 206
legatis, materiam prosequuntur *Molphes. ad Consuetud. Panorm. cap.* 56. *numer.* 12. & 13, *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 67. *numer.* 7. *Constant. ad Stat. Urb. adnot.* 21. *art.* 2. *numer.* 71. *tom.* 1. *Zaulus ad Stat. Favent. rubr.* 26. *lib.* 7. *numer.* 9. *tom.* 2. *Capy. Latr. dec. Neap.* 28. *numer.* 1. ibique *Adden. numer. decimo quarto* & *seq. Rota*, antiquioribus omisis, *in Romana Divi-* 207
sionis 11. *Januarii* 1700. *§. Quò verò admodum cor. dell' Olmo*, & *in Sorana Divisionis* 26. *Junii* 1702. *§. Quò verò coram Lancetta*.

Justa quidem ratione, quia in hisce Divisionibus, faciendis inter sanguine Conjunctos, & potissimè in-
ter Fratres, major urget ratio evitandi jurgia, & simul- 208
tates, ut advertunt *Merlin. Pignatell. contr. for. cent.* 1. *c.* 57. *num.* 2. *Alex. de Concord. Fratr. c.* 25. *Michalor. de Fratrib. par.* 3. *c.* 38. *n.* 10. *Capon. discept.* 117. *n.* 35. *Guillel. Forner. l.* 5. *Rer. quotid. c.* 22. *Tartagl. de Reserv. Stat. art.* 60. *n.* 17. Prout etiam partes Judicis sunt dirimere dd. dissensiones, animorumque ægritudines, exortas inter
Fratres, absque strepitu, & figura Judicii, *§. Quædam* 209
vers. In quibus Instit. de Act. leg. Majorib. Cod. Com. utriusq; Judic. Pacian. conf. 16. *nu.* 18. *Cyr. cont.* 558. *n.* 15. *tom.* 4.

Michalor. de Frat. d. c. 38. n. 18. Grat. discep. forens. c. 160. num. 19. Zaul. ad Statut. Favent. rubr. vigesima sexta lib. tertio numer. 6. tom. 2.

Id autem assequi non potuit Sententia R.P. D. de Gentilibus, quæ Divisionem aliter ineundam statuit non sine patenti vitio nullitatis, & injustitiæ; Nullitas enim emergit ex quo d. Divisio decreta fuit mediante consensu, in Actis solummodò præstito per D.
210 Philippum Adversarium, ibi -- *Inhærentes declarationi factæ per dictum D. Philippum de Laviniis, ac consensui, per ipsum præstito, quòd fiat Divisio nostro arbitrio* -- Proindeque non poterat Judex citra evidentem nullitatem procedere ad hujusmodi Divisionem non constito de uniformi consensu Felicis; Nam quę pendent à placito, & consensu duorum, explicari ne-
211 queunt cum solo consensu unius, præsertim in præjudicialibus, ad *Text. in l. Repet. ff. de Condit. ob caus. Alciat. cons. 1. n. 16. tom. 7. Decian. cons. 21. n. 1. & 2. to. 2. Rot. dec. 90. n. 13. par. 13. rec. & decis. 671. n. 29. & 30. par. 19. rec.* Et in terminis Divisionis *decis. 309. n. 2. par. 14. recent.*

Injustitia verò depromitur in primis ex particulari consuetudine, vigente in Terra Philotrani, communi Patria, quòd nempè Frater, ætate major, dividat Bona ruralia, & minores eligant; Et è conversò minor natu faciat partes Bonorum urbanorum, & mobi-
212 lium, & major natu partem, sibi benevisam, eligat, Unde cùm servatus non fuerit dictus modus, qui tantummodò discriminatur respectu Bonorum urbanorum, & mobilium à generali consuetudine, quæ juxta præmissam opinionem Canonistarum ubique ferè Locorum invaluit, ut tradunt, de tali consuetu-
213 dine, vigente in Civitate Barensi, *Naxilla ad Consuetud. ejusdem Civitatis rubr. Si Fratres num. 10. pag. mihi 311.* in Sabaudia, *Saber. in suo C. lib. 3. tit. 27. definit. 4.* in Civitate Gratianopolitana, *Guidopap. decis. 289.* in Principatu Cathalon. *Fontan. de Pact. nupt. claus. 4. gl. ff. 9. num. 36. part. 2.* in tota Germania *Mynsiger. cent. 4. observ. 37.* & quòd eadem sit to-
214 tius Orbis consuetudo, animadvertunt *Emil. Ferret. resp. 1. per tot. Hieronym. Calà de Restitut. in integr. Minor. deneg. quæst. 45. numer. 13. Merlin. Pignattell. Controv. for. cap. 57. num. 2. cent. 1. Constant. ad Stat. Urb. adnotat. 21. art. 2. num. 71. tom. 1. Tartaglia de Reservat. Statut. art. 60. num. 15.* Divisio verò, aliter facta, prout est præsens, dicitur injusta propter resistentiam, tam generalis, quàm particularis con-
215 suetudinis Terræ Montis Philoptrani, quam indubitanter attendendam esse in hac materia docent *Bertrand. cons. 117. num. 3. vers. Sed quidquid sit lib. 2. Michalor. de Fratrib. part. 3. cap. 26. nu. 17. Fachin. Contr. Jur. lib. 6. cap. 37. lit. B. vers. Ego consuetudinem, Capyc. Latr. d. decis. 28. num. 21. Rota in Sorana Divisionis 26. Junii 1702. §. Faciliùs cor. Lancetta, & in Tolentina Divisionis 20. Aprilis 1708. §. Præcipuè cor.*

Sed hoc amplius, accedit inæqualitas partium, cum qua processit Divisio, decreta à dicto R. P. D. de Gentilibus, & successivè in illius Sententiæ confirmationem ab Eminentissimis DD. Albano, & Colum-
216 na; In portione enim, assignata dicto Josepho, adest excessus in conspicua summa scut. duorum millium, cùm Palatium, eidem assignatum, quod est situm, & positum in contrada *Monte polesco* fuerit æstimatum in scutis mille, quando ejus valor erat, & est scutorum trium millium, & ultra, prout in Summa-
217 rio concludenter justificatur Quemadmodùm non obscurè depræhenditur alter excessus in assignatione Tenutæ pariter *di Monte Polesco*, quoad salmas terrarum tredecim, quæ ingentem pecuniarum summam conflant scut. duorum millium, ut videre est in Summario Undè, probata dicta inæqualitate, eadem reduci debet ad æqualitatem, & quidèm non alio medio, quàm nova Divisione, cujus particularis natura
218 est, ut partes sint æquales, ad *Text. in leg. 3. C. Com. utriusque Jud. Peregrin. cons. 19. n. 47. Cyr. controv. 191. num. 28. & controv. 478. num. 49. cum seq.*

Hæc autem reductio fieri debet; etiamsi inæqualitas non esset ultra dimidiam, ex doctrina *Bart. in leg. Societ. §. Arbitror n. 25. Pro Socio*, communiter probant *Fachin. Controv. Jur. lib. 8. c. 36. vers. Quare ergo, Andreol. contr. 265. nu. 1*, aliisque relatis, firmat *Gobb.* 219
cons. decis. 7. n. 6. Quoniam inæqualitas ultrà dimidiam tunc requiritur, quando agitur de rescindenda Divisione ritè, & rectè facta de consensu Condividentium, in quo sanè casu necesse est, ut ille, qui d. Divisionem rescindere intendit ex capite læsionis, probet, se verè 220
læsum esse ultrà dimidiam, juxtà authoritates, exadversò cumulatas; At verò quando agitur, prout in præsenti, de retractatione, seu emendatione Divisionis, factæ absque consensu unius ex Condividentibus, tunc non requiritur læsio ultra dimidiam, sed sufficit, quòd in ea aliquis irrepserit error, ut scilicet talis erronea Divisio retractetur, mediante alia Divisione, quæ utriusque Partis indemnitati prospiciat, *l. Si post Divi-* 221
sionem, ubi Bald. alijsque Scribentes, Cod. de Jur. & fact. ignor. Paul. de Castr. in leg. fin. §. Item quæsitum sub num. 2. ff. de Cond. indeb. Abb. cons. 420. nu. 4. & cons. 748. num. 3. latè *Menoch. cons. 91. ex num. 26. & cons. 320. num. 11. cum seq. Mangil. de Evict. quæst. 116. per tot. Gobb. d. consult. decis. 7. num. 8. Rota in rec. part. 11. dec. 148. sub. num. 3. cum seqq.* Idque procedit, sive error, qui causam dedit inæqualitati, fuerit Juris, sivè Facti; Nam in dicto casu, in quo ser- 222
mo est de damno evitando, utriusque generis error attenditur, *Bursatt. cons. 30. num. 56. & cons. 329. n. 12. Mangil. de Evict. d. quæst. 116. num. 6. Gobb. d. consultat. decis. 7. num. 11. Rota d. decis. 148. num. 4.* Itaut etiamsi inter Dividentes stipulata fuerit perpetua Divisio, cum amplissima Jurium renunciatione, Juramento communita, adhuc emendationi, & retractationi aditus præclusus non sit, ut, pluribus relatis, 223
prosequitur egregiè *Gobb. d. consult. decis. 7. num. 12.* & meliùs *Rota in rec. part. 11. d. decis. 148. numer. 5.*

Et Jure quidem, meritòque, attenta natura, & indole Divisionis, quę cùm nil aliud sit, quàm mutua inter Fratres rerum communium computatio, hinc quotiès dicta Divisio reperta fuerit erronea propter inę- 224
qualitatem, fit locus emendationi damni, quod est diminutio Patrimonii *l. 3. & l. Proculus in fin. ff. de Damno infecto*, ut ad rem ponderat *Gobb. d. consult. decis. 7. sub numer. 14.* omniumque præmissorum illa solet assignari convincens ratio, quia Hæreditatis Divisio habetur loco institutionis, juxta originale Di- 225
ctum *Bald. in l. Quoties num. 1. Cod. Famil. ercisc.* Data autem inæqualitate Divisionis, censerentur Filii inæqualiter instituti, contra dictamen rationis, & 226
expressam voluntatem Testatoris, ut materiam enucleando exemplificat *Bald. in l. Ea, quæ, & l. Inter Filios C. Famil. erciscund.*

Non refragante proptera pacto, apposito in provisionali Divisione inita sua anno 1699. ubi conventum extitit, quòd deveniendo Partes ad effectivam Divisionem Bonorum hæreditariorium, stare deberent æstimationi, eo tempore factæ, pro regulanda dicta perpetua Divisione: Quandoquidem dicta Divisio 227
licèt efflagitata fuerit propè finem decennii, in cujus temporis decursu evenire non potuit, ut prætenditur, ex Juris præsumptione variatio valoris Bonorum demandata tamen illa fuit à Judice, elapso jam decennio, per cujus intervallum cùm pretia rerum, & præcipuè Bonorum stabilium, sint variationi obnoxia, ut observant *Mascard. de Probat. conclus. 1174. numer.* 228
2. *Afflict. decis. 23. num. 2. Rota in Romana Casalis Massæ 12. Decembris 1712. §. De intricatione, coram Scotto*, æqui, bonique ratio exigit, ut nova Bonorum æstimatio conficiatur, mediante electione Peritorum, ad æqualitatem inter Filios servandam, con- 229
fovendamque inter illos concordiam, *l. Inter Filios Cod. Famil. erciscund. l. prima Cod. Undè Liber. l. Ut Liberis Cod. de Collat.* Etiamsi recedendum esset à regulis Juris, & à consueta praxi Tribunalium, eorum- 230
que stylo, ut in comprobationem nostri assumpti ad nonet *Cyriac. Tom. quarto contrav. 558. numer. decimosecundo* ibi -- *Æqualitas*) loquitur de Divisionibus, faciendis inter Fratres) *est inductiva, nutritiva, confirmativa, & consolidativa Concordiæ, & propter eam servandam recedendum est à regulis omnibus, & consuetis.*

Ad

Ad hunc itaque effectum omninò requirebatur præcedens electio Peritorum, ut non solùm segregari possent Bona, quæ titulo particulari emptionis spectant ad Condividentes, sed etiam ut secerni valeant melioramenta, facta à Felice in Bonis, sibi assignatis anno 1699. utque eodem contextu reintegrari possit de impensis, hac de re factis in meliorandis dd. Bo-
231 nis, proportionabiliter ad quantitatem, & qualitatem eorundem melioramentorum ad *Text. in l. Paulus §. Domus ff. de Pignor.* ubi Repetentes communiter, *& in l. Domus 61. ff. de Legat. primo Peregrin. de Fideicom. art. 50. numer. 55. Rota decis. 317. numer. primo part. decima octava & decis. 380. numer. 38. & decis. 614. nemer. primo part. decima nona recent. & in Reatina Fideicommissi de Severis super Melioramentis 15. Aprilis 1713. in principio, coram Ansaldo.*

Quia relevet clausula, Jurium præservativa, apposita in contrariis Sententii, quia cùm agatur de Divisione, facienda inter Fratres, in cujus actu omnimoda desideratur æqualitas, permitti non potest, quòd Joseph, & Philippus, qui rem, sine propria, aut cura, aut impensa, melioratam obtinere conten-
232 dunt, cum aliena jactura locupletentur, juxtà *Text. in l. Fundo vers. Et si plus ff de Rei vindic. Card. de Luca de Emphyt. disc. 72. numer. 9. Rot. cor. Emer. jun. decis. 103. nu. 10. & decis. 443. num. 2. & decis. 1290. num. 9. & in rec. decis. 313. num. 23. part. 11. & in dicta Reatina Fideicommissi de Severis super Melioramentis 15. Aprilis 1713. §. Et altera cor. Ansaldo*; Quòdque è converso Felix cogatur pro sua portione recipere, nedum Bona deteriorata, verùm etiam steri-
233 lia, infœcunda, & deterrimæ qualitatis, ut videre est in Summario Quamombrem cùm assignatio fieri debeat, neque de pejoribus, neque de melioribus Bonis, sequitur exequutioni demandari non posse dictam Divisionem, ne Felix immensum subeat detrimen-
234 tum, & utilitatem maximam consequantur, *Peregrin. de Fideicomm. art. 36. numer. 73. Melin. de Legitim. lib. quinto tit. tertio quæst. octava numer. 41. Card. de Luca de Feud. disc. decimo nono numer. decimo secundo & de Legitim. disc. 16. numer. decimo tertio Rota dicis. 96. numer. decimo coram Priol. & decis. 234. numer. nono part. decima quinta recent. & in Romana Divisionis stabilium 27. Aprilis 1711. §. Et Bona Viani, coram Kaunitz.* Et sanè, quòd in id colliment dictorum Josephi, & Philippi Vota, perspicuè etiam pandunt comminationes, per eos factæ Petro Tar-
235 tufari, publico Agrimensori Civitatis Maceratæ, occasione, qua se contulit anno 1712. ad dictam Terram Philioptrani pro æstimandis dictis Bonis ruralibus hæreditariis.

Minùsque urget replicatio, quòd à Nobis deducta procederent, ubi injustitia Divisionis esset evidenter erronea, & palpabiliter injusta; Secùs verò, dum illa prætenditur exadversò excludi, saltem cum tali
236 qualitate evidentiæ, & palpabilitatis, in quibus terminis adversus tres conformes Sententias non soleat concedi nova Commissio, præsertim ab hac Sacra Congreg. in cujus Tribunali duæ conformes constituunt Rem judicatam.

Enim verò quid magis justitiæ repugnans potest excogitari, vel supponi in subjecta materia Divisionis, quàm Bona adeò uberioris valoris assignare Josepho, & Philippo pro pretio, longè minori, quàm fertiliora Bona illi dare, steriliora autem Felici, pro-
237 ut tot Periti, ac Testes deponunt; Ac rursùs in ejus portionem imputare Cauponam, proprio ære ab ipso comparatam,

Augeturque vis nostri discursus, dum, nulla habita ratione lapsus decennii, per quem præsumitur mutatus Bonorum valor, nulla præhabita scientia veri valoris rerum dividendarum, nullaque demùm præcedente recognitione qualitatis, & quantitatis Bono-
238 rum, in Civitate, & Diæcesi Auximana existentium, divisio Patrimonii excedentis summam sc. 50. m. expleta fuit hìc in Urbe ad dictamen, & suggestionem Josephi, & Philippi, sub insubsistenti supposito, ab illis insinuato apud R. P. D. Gentilibus, primum Judicem, quòd Felix omnium esset conscius. Et hæc est ratio, cur idem Judex non fuerit sollicitus de habenda judiciali notitia quantitatis, & qualitatis Bo- 239
norum dividendorum, quia scilicet processit cum eodem supposito, quòd omnes Fratres dividentes consensum præberent illi Divisioni, quam per Sententiam approbavit; Cùm autem suppositum hoc evidentissimè corruat, corruere etiam debent omnes Sententiæ, eidem supposito innixæ, juxtà regulam, de qua *Rot. dec.* 240
584. n. 12. cor. Dunoz. jun. & dec. 274. n. 11. par. 17. rec.

Posita itaque hujusmodi injustitia, atque erroneitate Sententiarum, non est facienda vis, neque in illa- 241
rum numero, neque in semper, & ubique veneranda qualitate Judicum, qui illas protulerunt.

Non in Sententiarum numero, nam Sententiæ erroneæ, & injustæ, etiamsi essent non tres, sed mille, nunquam exequutioni demandari debent, ut affirmat 242
Rota in decis. 168. n. 1. apud Constant. ad Stat. Urb. & in Imolen. Bovorum, seu Reintegrat. 25. Novemb. 1705. §. Nihilominùs cor. Ansaldo. Ea ratione, quia Sententiæ erroneæ, & injustæ nec etiam nomen Sententiæ merentur, *Text. est literalis in l. 2. C. Quando provoc. non* 243
est necesse, & concordant adducti *in decis. 233. n. 4. cor. Priolo, & decis. 186. nu. 8. cor. Otthobon. & in Romana Hæreditatis de Ruspolis 2. Martii 1705. §. Et in terminis cor. Molines.*

Quantùm verò attinet ad insignes illos Judices, qui pronunciarunt in hac Causa, utique eximia eorum Sapientia pollicetur, illos aliter fuisse judicaturos, si il- 244
lis innotuissent ea, quæ posteriùs deducta fuerunt nomine Felicis.

Cæterum in terminis etiam durioribus, & in quibus non adeò clara profectò erat inæqualitas Divisionis, prout est in casu nostro, aliàs vidimus indultam revisionem, etiam trium Sententiarum ab Eminentiss. DD. Cardinalibus latarum, ut in specie similis Divisionis inter Fratres de Ginettis videre est in *decis. 1472. cor. Emer. jun.* in qua priùs judicavit Cardinalis Vicecomes, deinde Cardinalis Otthobonus, qui fuit Alexand. VIII. tertio loco Cardinalis Cybo, & tandem commissa fuit quarto loco Cardinali Spadæ, cum Voto Rotæ, in qua ad procurandam omnimodam æqualitatem dictæ 246
Divisionis sub die 2. Maii 1692. dictum fuit: *Dilata, & eligatur Peritus*, ut refertur in dicta *decis. 1472. in principio*; Et in terminis pariter trium Sententiarum, latarum à tribus aliis Eminentiss. Cardinalibus, nempè Albano postea Clement. XI. Paracciano, & Ca- 247
prara, recognosci potest ex Decisionibus, editis *in Melevitana Deprædationis 8. Maii 1711. cor. Molines, & 22. Februarii 1712. cor. Priolo.*

Videmus pariter, hoc etiam contingere in Causis, decisis, non ab uno, vel altero ex Eminentiss. DD. Cardinalibus Sacrarum Congregrationum, sed à plena Congregatione, ut, respectu Sacræ Congregationis Boni Regiminis contigit in Æsina Collectarum prima Junii 1714. commissa Sacræ Rotæ post tres Sententias, solemniter ab eadem Sacra Congregatione promulgatas; Respectu Sacræ Congregationis Episcoporum, & 248
Regularium recognosci potest in *decis. 5. part. 13. rec.* Respectu Sacræ Congregationis Concilii *in decis. 952. coram Emerix junior.* Respectu demum Sacræ Congregationis Rituum in *decis. 21. principio, apud de Prosper. de Territor. separat.*

Neque omittimus observare, quòd ipsamet Partis Adversæ reluctantia, & impedimenti præstatio, ne paternorum Bonorum Divisio ad æqualitatem reducatur, plusquàm satis convincere videtur magnam, imò maximam inæqualitatem ejusdem Divisionis; 249
Ex una enim parte non solùm potest dari, sed nec etiam excogitari magis justa, magisque congrua Instantia, quàm illa Felicis, unicè insistentis pro obtinenda æqualitate Divisionis; Ex alia verò parte vix potest assignari magis injusta, magisque absona oppositio, quàm illa Josephi, & Philippi, quæ est impeditiva ejusdem æqualitatis. Si enim prætenditur 250
exadversò, quòd Bonorum valor non sit mutatus, quòd Divisio sit justa, quod sit æqualis, quòdque demum nullum contineat gravamen, nullumque præjudicium; Ad quid igitur tot, tantaque adducere, inculcare, repetere, non ad alium finem, quàm ad impediendum

ne veritas elufcefcat ? Nevè tandem aliquando per ocularem infpectionem, vel per fidam Peritorum relationem, ponantur in claris quantitas, & qualitas adeò infignis Patrimonii, ad cujus æqualem participationem omnes Fratres ipfius quafi naturæ imperio vocantur.

Unica infpectio hujus Caufæ refidet in recognitio-
252 ne juftitiæ, vel injuftitiæ Divifionis, demandatæ in Sententia primi Judicis à duobus aliis deinde confirmata.

Ad palpandam verò manibus ejufdem Sententiæ manifeftam injuftitiam, monftruofam quæ inæqualitatem, atque ad evidenter demonftrandum, quòd
253 Divifio, in dicta Sententia demandata, facta fuit fuper digitis, vel Chartis, nulla præcedente æftimatione præfentis valoris Bonorum diviforum, præmitto textualem conclufionem, in qua concordant omnes Doctores, & communiter amplexam à Supre-
254 mis Tribunalibus, quòd fcilicet valor ftabilium per decennium præfumitur mutatus, itaut à volore eorundem ab annis decem citra, nullo modo, nullaque ratione inferri valeat ad valorem de præfenti, ut fe-
255 quendo *Textum in l. Pretia rerum §. finali ff. Ad leg. Falcid.* advertunt *Natt. conf.* 353. *numer.* 3. *Adden. ad Ludovif. d.* 553. *numer.* 15. *Urccol. confult.* 3. *num.* 26. *Pacion. de Locat. & conduct. cap.* 19. *num.* 153. aliique, ab his citati, cùm fit conclufio, nullum habens in Ju-
256 re Contradictorem, illamque firmavit *Rota d.* 91. *nu.* 14. *coram Anfaldo*, ubi quòd conclufio hæc paffim recepta eft in fupremis Tribunalibus.

Hujufmodi autem Juris præfumptio tranfit in evidentem demonftrationem in noftris terminis ex authenticis Juftificationibus, quæ exhibentur, & ex quibus mutatio talis valoris redditur innegabilis, cum il-
258 lo duplici amaro addito; Primo, quòd eadem mutatio valoris, feu deterioratio ftabilium in confiderabili parte evenit ex culpa unius ex noftris Oppofitori-
258 bus, devaftantis portionem, fibi affignatam, tam mediante incifione Arborum fructiferarum, quàm ex negligentia refarciendi Domus & omiffione necefsariæ culturæ Bonorum Stabilium; fecundo verò, quòd portio, affignata Felici ex ipfius folertia, & indu-
259 ftria notabiliter meliorata fuit, ut deponunt Teftes de vifu, atque de facto proprio, dum fuerunt illius Coloni, quibus proinde omnis in hac parte adhibenda eft fides, juxtà puntualem *Gloff. in cap. In literis*
260 *verb. De familia de Textib.* quam fequuntur *Alexand. conf.* 58. *numer.* 14. *lib.* 7. *Gratian. difcept.* 293. *num.* 4. *Caroc. de Locat. & conduct. quæft.* 1. *num.* 3. *& Pation. eodem tract. cap.* 27. *num.* 182. *& feqq.*

Hoc præmiffo, nunquam falvari poterit ab evidenti injuftitia ac à monftruofa in æqualitate, Divifio, exadverfo in contumaciam hujus Partis cum falfis fuppofitis extorta, quia in illo Judex proceffit cum valore Bonorum, à Peritis æftimato de anno 1699. & fic ab annis tredecim retro, in quibus terminis in eo-
262 dem antiquo valore nullo modo figi pofsunt pedes pro æqualitate, & juftitia Divifionis de præfenti, ex fupra allegatis, quibus addo punctualem decifionem *Sac.*
263 *Rotæ in Romana Domus* 4. *Julii* 1696. *§. Minus relevat verf. quia venditio evenit poft decennium coram* Capprara, inter alias, hodiè imprefsas *coram eodem la* 312. *numer.* 18.

Nec dicatur, quòd omnia hæc, folidè fundata in Juris difpofitione, limitentur in noftro cafu ex pacto, inter Dividentes d. anno 1699. convento, quòd
264 quandò fieret perpetua divifio attendi deberet æftimatio, anno 1699. de Confenfu Partium à Perito facta,
265 ibi -- *Quòd in Divifione, noviter facienda, attendi debeat in omnibus, & per omnia æftimatio Bonorum, in præfenti provifionali Divifione facta, quam æftimationem Partes prædictæ attendere, eique ftare promiferunt.*

Ad falvandum enim hujufmodi pactum an evidenti iniquitate, dicendum eft, illud effe intelligendum, quatenùs Divifio fequuta fuiffet intrà breve tempus vel ad omne pejus intra decennium, quo tempore
266 Bonorum valor non præfumitur mutatus; Secus verò poft decennium, quia tunc involveret manifeftam monftruofitatem, ex fupra animadverfis, ad quam evitandam omnis capienda eft interpretatio, per ea, quæ in proximis terminis advertunt adducti *per Anfald. in Addit. ad decif.* 72. *numer.* 14. *atque à Rota in* 267
d. 762. *num.* 6. *coram Cerro. & d.* 678. *numer.* 11. *coram Emer. jun.*

Comprobatur hoc ex refervatione dictæ perpetuæ Divifionis, quam Fratres dividentes nedum remiferunt arbitrio Odoardi Bonarini, eorum Confanguinei, fed ad arbitrium etiam alterius, ab eodem fubftituendi, effectu fubfequuto in perfona Marcelli Geraldini; Signum plufquam evidens, quòd ad illam brevi tempore, & longè ante decennium devenire 269
volebant, ut Confideranti notum eft, Præcipuè, quia paulò antè exprefsè declararunt eorum animum deveniendi ad dictam provifionalem Divifionem -- *quoad commoditatem culturæ Bonorum, ac perceptionis Fructuum ex Bonis dividendis, & liberæ eorum adminiftrationis tantùm, & non alias &c.* Quæ omnia manife- 270
ftè oftendunt intentionem Dividentium, nullatenus fuiffe multo tempore (quale eft illud plufquam decem annorum) differendi perpetuam Divifionem Bonorum, 271
de quibus agimus.

Et ex his nulla remanet neceffitas immorandi in infpectione, de qua latè *Alderif. de Hæredit. action. quæft.* 2. *cap.* 6. *à num.* 36. cum caterva Doctorum, ab ipfo allegatorum, & latiùs *Fontanell. de Pact. nuptial. clauf.* 4. *Gloff.* 9. *part.* 2. *à numer* 34. *& Caroc. d.* 273
135. *per tot.* an Divifio facienda fit per fortes, feu Judicis arbitrio; Vel demum ad terminos Confuetudi- 274
nis, vigentis in Terra Montis Philoptiani, ut Major faciat partes, & Minor eligat quæ in cafu duorum, volentium dividere eft etiam de Jure, ex allegatis 275
per Cirocch. difcept. 67. *art.* 86. *in fin. Alderif. de æred. action. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 37. *&* 41. *& Bar. Tract. obferv. centur.* 2. *obferv.* 12. *num.* 2. Imò illam admifit, 276
& practicavit Sacra Rotam in cafu etiam trium Fratrum decidentium *in Romana Dicifionis* 11. *Januarii* 1700. *per tot. & fign. in fine Coram Olmo.*

Quocumque enim modo res fe habeat, femper indifpenfabiliter præcedere debet æftimatio Bonorum di- 277
videndorum, ut divifio inæqualis, & monftruofa non fit, utquè omnia cum æqualitate, & convenientia fiant, itaut excludatur pro poffibili omnis Partium 278
læfio, ut, fequendo punctualem *decif.* 310. *num.* 9. *&* 10. *part.* 19. *rec.* per hæc præcifa verba obfervat. *Conftantin. ad Statut. Urb. tom.* 2. *adnot.* 21. *art.* 2. *de Commun. rer. divif. num.* 95. & concordant *Ciarlin. controv.* 118. *n.* 9. *&* 10. *& Tartagl. de Refervat. Statut. art.* 279
60. *num.* 33. ubi, quòd proprium Divifionis eft æqualitatem continere.

Idemque dicendum, quando etiam Divifio facienda effet per fortes, quia ifte modus dividendi, neque etiam includere debet inæqualitatem inter Dividentes ut in terminis advertit *Zaul. ad Statut. Favent. tom.* 2. 280
lib. 7. *rubr.* 26. *num.* 13. ibi -- *Conftitutis verò æqualibus partibus, tunc controverfia &c. per fortem eft dirimenda &c.* Sed folum importat electionem potiùs unius, 281
quàm alterius partis, cum altera æqualis, non dependere ab arbitrio Judicis, vel alterius perfonæ; Dividentibus amicæ, fed à folo eventu, feu judicio fortis, 282
femper tamen cum eo indifpenfabili præfuppofito, quod partes, per fortes dividendæ, equales fint, equalitate defumpta à Peritorum judicio, vel ab aliquo alio modo in Jure approbato, ut egregiè difcurrendo 283
obfervat *Filliuc. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 37. *de Contract. in quibus locum hab. fortun. cap.* 3. *num.* 39. ubi illam adducit bonam, & convincentem rationem, 284
quòd Dividentes aliquid per fortes æquale Jus habent in eadem re, & confequenter non debent pati diminutionem ejufdem Juris Indeque uno ore afferunt Doctores, quod conftito de inæqualitate, quocumque modo fiat Divifio, femper illa refcindenda venit, & 285
ad æqualitatem reducenda, ut in fortioribus terminis Divifionis, communi placito à Filiis initæ, cum ampliffimis & efrænatis Claufulis, quòd, iftis non obftantibus, neque attentis, reducenda fit ad æqualita- 286
tem, funt Textus aperti *in l. Cùm putarem ff. de Famil. ercifcund. & in l. Si poft. Divifionem C. de Jur. & fact. ignor.*

ignor. quos referunt, & sequuntur *Capon. discept.* 112. *num.* 30. *& seqq. Rota decis.* 600. *à num.* 1. *par.* 5. *recent.* ubi de Divisione pacificè observata per spatium an-
287 norum undecim, & egregiè *Cardin. de Luc. de Praeeminent. disc.* 5. *num.* 13. ubi, quod cuicumque Divisioni taliter connaturalis est æqualitas, ut si illa quocumque tempore detegatur inæqualis, semper rescindi de-
288 beat, & ad æqualitatem reducenda, & *Zaul. ad Stat. Favent. tom.* 2. *lib.* 7. *rubr.* 26. ubi illam convincentem adducit rationem, quòd Dividens non habet animum donandi, vel amittendi aliquid de suis Juribus, sed æ-
289 qualem portionem pro suo Iure in Bonis divitiis consequendi, & propterea nil mirum, si quælibet inæqualitas sufficit ad rescindendam Divisionem.

Inæqualitas autem nostræ Divisionis, ultra dictos intrinsecos defectus Bonorum divisorum; nulla præceden-
290 te veri valoris cognitione, nec non multarum Domuncularum, quæ proximam minantur ruinam assignatarum in Portione Felicis, resultat etiam ab extrinseco ex eo, quia facta fuit per saltus, adversus Iuris dispositio-
291 nem, de qua *Michalor. de Fratr. p.* 3. *cap.* 38. *n.* 26. cum ibi cumulatis, quod ictu oculi resultat ex Planta, Fidelibus oculis subjecta, ex qua patet, quòd inter alia Cor-
292 pora, subjecta Divisioni, in parte, ab aliis communi separata, in se ipsis tamen contigua, seu unita, reperiun-
293 tur tria Prædia, vulgò dicta *Fontana imbrecciata*, *e Fraschetale*, & tamen duo ex eisdem, omninò sterilia, & prorsùs infructifera, nempe' *la Fontana*, *e l'Imbreccia-*
294 *ta*, quæ in provisionali Divisione attributa fuerunt Philippo in dicta prima sententia, assignata fuerunt Felici, & aliud *di Fraschetale*, in dicta provisionali Divisione
295 attributum eidem Felici, assignatum fuit Philippo, cujus portiones longè distant, uti positæ ex alia opposita, seu diagonali parte.

Crescitque injustitia dictæ Divisionis ex eo, quod
296 idem Prædium appellatum *Fraschetale*, in Divisione provisionali assignatum Felici, ab eodem insigniter melioratum fuit. Si igitur in hac Territorii parte volebat ibi assignari aliquod Prædium, vel debebat ei relin-
297 qui antiquum vel ad omne pejus addi debebant contigua, non autem idem antiquum Prædium, ab ipso melioratum, assignari alteri Fratri: Contigua verò Prædia, notabiliter deteriorata, ex integro assignari Felici, ut ad
298 rem advertunt *Petr. de Vbald. de duob. fratrib. p.* 11. *num.* 19. *vers. Et est animadvertendum*, *& Michalor. de Fratr. p.* 3. *c.* 38. *n.* 25.

Omni pariter consideratione digna est inæqualitas illa Bonorum divisorum, quæ provenit à vinculo Fideicommissi perpetui, cui obnoxia est major pars illorum Bono-
299 rum, quæ Felici attributa fuerunt in d. prima Sententia ad differentiam vinculi temporalis, cui subjecta sunt Bona, assignata Josepho; & Philippo, ut concludenter probatur in Summario.

Hujusmodi autem reflexio absque ullo dubitationis
300 principio, ex se ipsa dumtaxat apta est ad reformandam, & ad æqualitatem reducendam, d. Divisionem, per
301 ea, quæ nervosè probat *Ciarlinus*, pro veritate scribens, *in contr.* 117. *per tot.* & firmavit *Rot. in Romana Divisionis* 11. *Januarii* 1700. *§. Quin ea, cor. Olmo* -- ibi -- *Cùm enim nonnullæ ex illis, quæ Fideicommissis obnoxiæ*
302 *sunt, assignatæ fuerint Archangelo, aliæ verò, quæ sunt liberæ, ad alios duos Fratres pertransierunt, nova utique effectuum repartitione res ad æqualitatem, in Divisionibus semper servandam, reducendam est.*

Non negantur hæc exadversò, quia revera sunt Sole clariora, sed respondetur, inæqualitatem in nostro casu non esse talem, ut contineat enormen læsionem,
303 in quibus circumstantiis prætenditur sola refarcitio damni, non autem rescissio seu reiteratio Divisionis. Quidquid autem sit, quando sermo est de Divisione, concorditer facta à Partibus, juxtà terminos, in
304 quibus loquitur *Cyriac. controv.* 514. *n.* 1. *& seqq.* exadversò citatus; hoc unus est indubitatum, quòd quandò agitur de Divisione, facta à Judice, tunc quælibet inæqualitas attenditur ad illam rescindendam, ut, unum casum ab alio distinguentes, egre-
305 giè advertunt *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 67. *num.* 13. *& seqq. De Luca ad Gratian. discept. forens.* 778. *nu.* 4. *& Zaul. ad Stat. favent. tom.* 2. *lib.* 7. *rub.* 26. *nu.* 27. ibi -- *Quælibet læsio de Jure communi sufficit*; *Tartagl. de Statut. reserv. art.* 60. *num.* 37. ibi -- *In hac ve-* 306
rò Divisione, etiam ob modicam læsionem potest appellari &c. ad differentiam Divisionis voluntariè &c.

Quibus nedum non adversatur, sed prædicta omnia mirabiliter comprobat magistralis *decis.* 850. *per tot. cor.* 307
Vbald. exadversò uti punctualis, allegata; Quamvis enim ex tribus modis dividendi, indicatis supra.

Sacra Rota in d. casu approbaverit illum, qui pendet à Judicis arbitrio, id firmavit cum necessario præsuppo- 308
sito, quòd ante talis arbitrii interpositionem, Judex instructus sit de æqualitate partium à relationibus Peritorum, ut se declarat in fine d. decisionis ibi -- *Debet ta-* 309
men fieri æstimatio, vel à Judice, vel judicio Peritorum, ut per Menoch. &c. quæ æstimatio dicitur hic facta &c. Nos autem firmiter & constantissimè dicimus, atque subjungimus, quod talis æstimatio in nostris terminis à 310
Iudice dividente, seu approbante partes proprio marte factas, à Iosepho, & Philippo, nullo modo demandata fuit multoque minùs ab eodem Iudice considerari potuit, 311
& proindè etiam ad terminos hujus Decisionis reducenda videtur ad æqualitatem d. Divisio, non præcedente scientia veri valoris, & certi pretii verum divisarum, ab ultimo Iudice demandata, ut sequendo eandem Deci- 312
sionem notat *Zaul. ad Statut. Favent. tom.* 2. *lib.* 7. *dub.* 26. *n.* 12. ibi -- *Prævia tamen æstimatione, vel ab ipso Judice, vel facienda judicio Peritorum*, & concordant *Lanz. de Divis. Bonorum lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 1. *& seqq. & lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 3.

Neque recurri valet ad antiquam æstimationem anno 1699. ut suprà diximus, factam, quia, ut probavimus supra, & oportunè repetimus per lapsum decenii valor 313
rerum præsumitur de Iure mutatus, & in nostro casu concludentibus probationibus talem ostendimus demonstrando, portionem Felicis fuisse notabiliter meliora- 314
tam; Altera verò portionem Iosephi fuisse insigniter deterioratam.

Non attenta replicatione, quòd Iudex in Sententia reservaverit Partibus Iura quoad dd. Melioramenta, & deteriorationes; Hoc enim non est Lites terminare, mediante Divisione, sed illis fomentum præbere, & dare ansam novis Litibus eo tempore, quo prætenditur illis 315
imponi finis per Divisionem, quod improbat *S. Rot. in dec.* 388. *n.* 4. *in fine coram Emer. jun.* his verbis -- *Domini, sequendo æquitatem &c. ad dirimendas Lites conclu-* 316
serunt, Divisionem, ut suprà, esse faciendam -- Nos autem possumus subjungere quòd in nostro casu divisio, fa- 317
cta per Iudicem, non habet pro fine terminationem Litium, sed illarum principium, tam super dd. deteriorationibus in portione Iosephi, quàm super meliorationibus in portione Felicis, quàm super vero valore, dimi- 318
nuto ob vinculum Fideicommissi perpetui, quàm demùm super Caupona, unacùm Viridario in prima sententiam assignata pro sc. 456. Felici loco suæ portionis, eo tempore, quo superlativè docemus de antecedenti dominio ejusdem Cauponæ cum Viridario annexo, titu- 319
lo emptionis à septem annis retro à Josepho reportatæ.

Concludendo igitur in hac gravi Causa, inter Fratres magno calore excitata, & majori prosequuta, sequendum videtur æquè fundatum, ac legale Consi- 320
lium magni J.C. & insignis practici, atque in judicando versatissimi *Fontanellæ*, qui *Tract. de Pact. nu-* 321
ptial. claus. 4. *p.* 2. *gloss.* 9. *num.* 46. ad rem advertit -- *Nullo alio modò* -- sunt ejus verba præcisa *Judex magis juste, & æquè cum Partium satis factione, & propriæ conscientiæ exoneratione, in his procedere, quàm &c. per probos, & expertos, per Partes communiter electos, faciat fieri æquales rei dividendæ portiones, &* 322
si quæstio sit inter Partes &c. ea sorte dirimat per Cartellos &c. Ego si Judex essem, qui dividere deberem &c. nunquam nec latum quidem unguem ab hoc partiendi modo recederem, quia non video quid absurdi ex eo aliquando oriri posse, & concordant *Tartogl. de Reserv.* 323
Statut. art. 60. *num.* 38. ubi quàm solidè observavit, modum dividendi arbitrio Judicis esse magis subjectum Litibus, subjungit, quòd ad illas tollendas, factis per eundem Judicem, Peritorum opera æqualibus partibus, omnia sorte terminanda sunt, ibi: *Judicium* 324
sortis

fortis est magis rationabile, -- ea forsan rationem, quòd in his terminis nemo conqueri potest, quia,
325 ut dicit *Baldus in l. si duobus in princ. C. Commun. de Legat. Judicium sortium appellatur Judicium fortunæ, cujus Dux est Deus.*

Sententiæ emanatæ in eadem Causa.]

Decretum R. P. D. Sinibaldi

Rev. Fabrica S. Petri R. P. D. Sinibaldo -- De Augustinis.

Citetur D. Julius Brunellus, exadversò Procurator ass. DD. Josephi, & Felicis de Laviniis, exadversò Principalium, ad videndum expediri Instrumentum Decreti pro subdelegatione Judicis in Partibus, &
326 Decretum &c. ad p. d Instante D. Philippo de Laviniis, Principali sivè &c.

Relatione facta comparvit D. Hilarius de Amicis Procurator petiit &c. ut supra.

Ex tunc Illustrissimus Dominus mandavit expediri Instrumentum Decreti subdelegationis Judicis de Partibus, nempè Reverendissimi Domini Vicarii Generalis Civitatis Auximi, ad effectum faciendi Divisionem veram, & formalem Bonorum, de quibus agitur, juxtà formam consuetudinis Montis Philopitrani, firmo tamen, ac servato eorumdem Bonorum valore, juxtà æstimationem, jam factam, ac insertum in Instrumento Divisionis temporalis, seu provisionalis cum facultate recipiendi probationes super melioramentis, & respectivè deteriorationibus, ut prætenditur, hinc in de factis, tam per Testes, quàm per Peritos liquidan. seu extiman. & cum facultatibus necessariis, & opportunis, etiam deputandi alium Judicem, quatenus Partes in eo non consentiant, etiam ex officio, & electionem partium dd. Bonorum, ab eisdem dd. Fratribus juxta formam ejusdem consuetudinis facien. fieri mandavit coram ipso Illustrissimo Domino omni &c.

Sententia R. P. D. de Gentilibus hodiè S. R. E. Cardinalis.

Christi nomine invocato: Pro Tribunali &c. per hanc nostram definitivam Sententiam, quam de Jurisperitorum consilio in his scriptis ferimus in Causa, & Causis, quæ primo, & prima coram R. P. D. Sinibaldo Judice Tribunalis Reu. Fabricæ S. Petri,
327 secundo, & in secunda, seu alia veriori coram Nobis versæ fuerunt, & vertuntur Instantia inter Illustrissimum D. Philippum de Laviniis, Actorem ex una Illustrissimos DD. Josephum, & Felicem pariter de Laviniis, Reos conventos, Partibus ex altera, de, & super Divisione formali, & reali Bonorum communium inter prædictos Fratres, rebusque aliis &c. inhærentes declarationi, factæ per dictum D. Philippum de Laviniis, *ac consensui per ipsum præstito*, quòd fiat Divisio arbitrio nostro, sublato de medio Judicato prædicti R.P. D. Sinibaldi super Divisione regulanda per partes, faciendas à Fratre majore, & electione, facienda à Fratre minore, prout ex Folio authentico hujusmodi consensus, in Actis coram Nobis producto, dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac definitivè sententiamus, prævia, quatenùs opus sit, in firmatione, & revocatione Judicati prædicti R. P. D. Sinibaldi Bona omnia stabilia, communia inter dd. DD. Philippum, Josephum, & Felicem, Fratres de Laviniis, esse dividenda in tres infrascriptas partes æquales, arbitrio nostro factas, & in calce præsentis nostræ Sententiæ describendus, juxtà valorem eorumdem Bonorum, firmatum per Peritum, communiter electum in Divisione provisionali, ad tempus facta sub die 11. Februarii anni 1699. ex Instrumento, rogato per Acta Caroli Fausti Frontonii Notarii, & Cancellarii Episcopali Auximi, unacum valore Animalium, & semoventium, aliàs divisorum, ut ex præcitato Instrumento, ac unacum rata, & portione debitorum, unicuique Parti adscriptorum; dictasque partes assignamus, unicuique ex dd. Fratribus, nempè primam partem D. Josepho de Laviniis, secundam partem D. Felici, tertiam partem D. Philippo, & juxta hujusmodi partes faciendam esse Divisionem realem, & formalem Bonorum communium, firma remanente conventione, inita in dicta provisionali Divisione quoad annua Legata pia remaneant sub communi obligatione, & unusquisque ex dd. Fratribus teneatur pro sua tertia parte ad illorum annuam solutionem, prout Nos ità dividi Bona prædicta volumus, atque mandamus, ac Instrumentum Divisionis cum pacto reciproco evictionis, & liberationis à molestiis, necnon cum clausula Constituti, & Precarii, Juramento, & obligatione Camerali, aliisque cautelis necessariis per Acta Notarii præsentis Causæ confici, & stipulari pro diebus, & hora certis intimandis, alias quoad non Comparentes per se, vel mediante legitimo Procuratore Instrumentum, ut supra confici, & stipulari per Nos ex officio volumus, atque mandamus, & pro præmissis omnibus, & pro exequutione Instrumenti Divisionis, ut supra stipulandi, quæcumque Mandata de associando, & quatenùs opus sit, de immittendo, & alia quæcumque necessaria, & opportuna decernenda fore, & esse, prout decernimus, & relaxamus, citra tamen innovationem, aliasque Segetes colligendas in messe, nunc imminente, quas per prædictos DD. Fratres de Lavinis percipiendas esse declaramus, atque mandamus ex Bonis, hactenus possessis, juxta Divisionem provisionalem, reservatis Juribus singulis Fratribus quoad melioramenta, & respectivè deteriorationes Bonorum, juxtà pactum, initum in Divisione provisionali deducen coram Nobis post exequutionem præsentis sententiæ, Victosque Victori in expensis pro duabus ex tribus partibus condemnamus quarum taxationem Nobis, vel Cui de Jure inposterum reservamus; Et ita &c. Non solùm &c. sed, & omni &c.

Lata die 27. Junii 1712.

Sententia Emminentissimi, & Illustrissimi D. Cardinalis Albani.

Christi Nomine invocato. Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram difinitivam Sententiam, quam de Juris peritorum consilio in his scriptis ferimus in Causa, & Causis, quæ primo, & in prima coram R. P. D. Sinibaldo, Judice Tribunalis Reverendæ Fabricæ Sancti Petri, secundo, & in secunda coram R. P. D. 328
de Gentilibus, tertio, & in tertia coram Nobis versæ fuerunt, & vertuntur Instantia inter D. Philippum de Laviniis, Actorem ex una, & D. Felicem de Laviniis, ejus Fratrem, Reum conventum, nec non D. Josephum de Laviniis, alterum Fratrem, citatum in Causa, & à Sententia prædicti R. P. D. de Gentilibus non reclamantem, de, & super confirmatione, seu infirmatione dictæ sententiæ R.P.D. de Gentilibus, ac respectivè super Divisione formali, & perpetua Bonorum communium inter dictas Partes, rebusque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & difinitivè sententiamus malè fuisse appellatum pro parte dicti D. Felicis de Laviniis, & benè judicatum per præfatum R. P. D. de Gentilibus, Judicem à quo, & proindè illius Sententiam confirmandam, & approbandam fore, & esse, prout confirmamus, & approbamus in omnibus, & per omnia, & pro confirmata, atque approbata haberi volumus, & mandamus, & sic juxta partes, assignatas in dicta Sententia R. P. D. de Gentilibus, aliasque dispositiones, in eadem Sententia contentas quoad debita, & annua Legata pia faciendam esse Divisionem realem, formalem, & perpetuam Bonorum communium inter dictos Fratres, prout Nos ita dividi Bona præfata, volumus, atque mandamus, nec non Instrumentum Divisionis cum clausula Constituti, & Præcarii, Juramento, & obligatione Camerali, aliisque clausulis necessariis,

sariis, & opportunis per acta Notarii præsentis Causa confici, & stipulari pro diebus, & horis certis intimandis, alias quoad non Comparentes per se, vel mediante legitimo Procuratore, Instrumentum, ut supra, confici, & stipulari per Nos, seu quem de Jure ex officio volumus, & mandamus; Et pro præmissis omnibus, & pro exequutione Instrumenti Divisionis, ut supra, stipulandi, quæcunque Mandata de associando, & quatenus opus sit, de immittendo, & alia quæcunque necessaria, & opportuna decernenda, & relaxanda fore, & esse, prout decernimus, & relaxamus; Reservatis Juribus singulis Fratribus quoad prætensa melioramenta, & respectivè deterioramenta Bonorum, deducendis coram Nobis, seu quo de Jure post sequutam Divisionem, necnon reservato Jure D. Felici de Laviniis agendi, prout de Jure, contra D. Josephum de Laviniis, alterum ex dictis Fratribus, pro pretio Domus, seu Ædificii, nuncupati *Ostaria con Orto*, quatenus justificabitur pro parte dicti D. Felicis ass. emptio, per ipsum facta post Divisionem provisionalem, ad effectum pro pretio ejusdem Ædificii cogendi prædictum D. Josephum ad accollandum in se pro intranti quantitate ratam debitorum communium, assignatam ipsi D. Felici in eadem Divisione provisionali; Victumque Victori in Expensis condemnamus, quarum Taxationem Nobis, vel cui de Jure in posterum reservamus. Et ita non solùm &c. sed & omni &c.

Ita pronunciavi Ego A. Cardin. Albanus Ju. Commiss.

Lata die 3. Februarii 1713.

Cujus exequutionem per Decretum demandavit Emminent. Card. Columna.

Die 28. Maii 1713. proposita Causa in Congregatione R. Fabricæ, responsum fuit: *Consulto de duabus, & ampliùs*.

330 Repropofita verò die 12. Decembris 1714. responsum fuit: *Sine prejudicio*.

331 Tandem repropofita die 8. Maii 1715. responsum fuit: *In decisis*, cum addito, ut Causa ampliùs non proponeretur.

Terminata hoc modo Causa per tres conformes sententias cum Rescripto Sacr. Congregationis *Sine*
332 *præjudicio*, & confirmato cum alio: *In decisis*, nec non cum illo, æquè duro, ac amaro addito, ut in eadem Sac. Congregatione Causa ampliùs non proponeretur, non sine lacrymarum profusione petiit à Me Cliens, an aliquod aliud superesset extraordinarium remedium, quòd omnibus modis ad praxim reducere volebat. Æquali claritate, ac candore ei dixi, quod supererat Recursus ad Auditorem SS. qui poterat novam Causæ revisionem indulgere; sed cum eadem magna lachrymarum continuatione respondit,
333 frustrà illud tentasse, ex quo in repetitis Instantiis, coram ipso factis, semper rescripserat *Petiit*, & in ultima demandaverat, Citationes ampliùs non recipi. Et quia non cessabat lacrymas lacrymis addere, intima compassione motus, dixi, velle facere aliud experimentum, eidem injungendo, ut post duos dies iterum rediret, prout punctualiter fecit.

Hoc brevi tempore sequentem composui Scripturam, restringendo palpabilia gravamina ad quinque capita, præcisè ei demandando, ut, licet eadem Scriptura distribui deberet uni tantùm Judici, adhuc cu-
334 raret, illam imprimi facere, ad hoc, ut faciliter legi posset, illiusque bonum Jus faciliùs evulgari.

Obtenta deindè ab eodem Auditore SS. facultate legendi aliam Citationem, quæ attenta Causæ gravitate & ex quo agebatur de ultimo Vale, dando eidem Causæ, quæ trito vocabulo in Curia dicitur *Poterit legi*, eodem tempore, quo data fuit scriptu-
335 ra Iudici, data etiam fuit multis ejus Amicis, tam Prælatis, quàm Curialibus ad hoc, ut in familiaribus discursibus possent de Causæ meritis, vel interrogati respondere, vel à se ipsis sermonem introducere, idque felici, faustoque eventu; Superata enim illa impressione, quam fuerat numerus Sententiarum, excelsa qualitas Iudicantium, & notorius stylus Tri-
336 bunalis, juxta nobilem animadversionem *S. Joann. Crisost. epist. prima, ad Corinth. hom. 7. post med. Magna vis est præoccupatæ opinionis*, post plura acerrima Contradictoria, tandem in eo fuit sensu, & in eodem firmiter, commendabilique constantia semper stetit, ut pro nova Causæ revisione exquirendum esset Votum, vel Signaturæ Gratiæ, expectando tempus, quo illa fuisset coadunata coram SS. vel Signaturæ Iustitiæ loco ejusdem Signaturæ Gratiæ. Acceptata 337
verò hac secunda parte à Defensore Josephi, & Philippi, in illa die 18. Julii 1715. ab R. p. d. Fossombruno proposita fuit Causa, & distributa illamet Scriptura supra impressa, & ex duodecim Votantibus, undecim convenerunt in Rescripto *Alteri Rev. Car-* 338
din. qui ad legitimam, cum Voto Rotæ; Post quod Rescriptum Causa fuit terminata per Concordiam, non sine omnium trium Fratrum satisfactione, & renovatione pristini fraterni amoris.

Præsens Causa una est ex illarum numero, in quibus, etiam volens, non valeo captivare intellectum 339
replicatis contrariis Judicatis, quia revera ista non unum, sed multa continent manifesta Gravamina, à quibus sublevamen expectamus à solita justitia Illustrissimi Domini mei, & firmissimè exaudiri confidimus. Illius autem Epilogus talis est.

Tres Fratres de Laviniis post mortem eorum communis Patris, non valentes tunc commodè inter se dividere paterna Bona insignis quantitatis valoris supra 340
50. mil. scutorum, die 11. Februarii 1699. devenerunt ad temporalem eorundem Bonorum Divisionem, cum sequenti restrictione, quater in Instrumento Divisionis repetita; *Quoad commoditatem culturæ eorundem Bonorum, & perceptionis Fructuum ex Bonis dividendis, & liberæ eorum administrationis tantum, & non aliàs, donec, maturiori consilio Jurisperitorum, devenire valeant ad realem Divisionem etiam proprietatis eorundem Bonorum*.

Realem verò, seu perpetuam eorundem Bonorum Divisionem remiserunt arbitrio Odoardi Bonanni, eorum Consanguinei, cum hoc, quòd prædicti Fratres tenerentur stare Divisioni, per eundem faciendæ, ei- 341
demque acquiescere promiserunt, atque ab illa nullatenus reclamare.

Convenerunt etiam, & per Pactum expressum promiserunt, quòd, antequam fieret dicta Divisio perpetua, *unicuique liceret quævis Melioramenta utilia in Bonis, respectivè obventis, facere, quæ Melioramenta, quatenus fiant, in casu novæ Divisionis, cedere debeant* 342
commodo Meliorantis; Remittendo pariter arbitrio ejusdem Bonanni valorem dictorum Melioramentorum.

Obiit paulò post dictus Bonannus, nec ampliùs cogitatum fuit de facienda Divisione quoad proprietatem dictorum Bonorum, usque ad annum 1707, quando ad instantiam dictis tribus Fratribus, expeditum fuit Monitorium super eadem perpetua Divisione; 343
Sed, ob Fori privilegium, reassumpta Causa à R. p. d. Sinibaldo Judice Reverendæ Fabricæ, iste, ad hoc, ut nullus ex Fratribus de inæqualitate posset conqueri, subdelegavit in Partibus Vicarium Generalem Auximanum, cum facultate eligendi Peritos, nec non recipiendi probationes super Melioramentis; Idque co- 344
hærenter ad dd. duo Pacta Instrumenti Divisionis temporalis, ut scilicet realis, & perpetua Divisio maturiori Jurisperitorum consilio fieri posset, utque Melioramenta cedere valerent commodo Meliorantis.

Non placuit Decretum hoc Josepho, Fratri majori, quo mediante facili negotio in claris remansissent quantitas, situs, & cohærentia Bonorum dividendorum, nec non melioramentorum, ab unoquoque Fratre in propria portione factorum, eò quia ipse tempore provisionalis Divisionis majorem, melioremque partem fuerat consequutus, atque loco meliorandi, multas fecerat deteriorationes in aliquibus Corporibus, 345
sibi obventis in dicta provisionali Divisione, & propterea Recursum habuit ad Congregationem Fabricæ, à qua commissa fuit Causa R. P. D. de Gentilibus.

Curavit deindè idem Joseph se concordare cum Philippo, altero Fratre, atque ambo in Curia præsentes,

sentes, supposuerunt eidem Judici, quòd omnes tres Fratres erant concordes in facienda Divisione perpetua juxta Folium, quod illi exhibuerunt, quodque cum dicto supposito fuit ab eodem Judice per Sententiam approbatum sequendo forsan dispositionem Textus *in leg. Si convenerit ff. de Re judi-*
346 *cat.* ibi -- *Si convenerit inter Litigatores quid pronuncietur*, *non abs re erit*, *Judicem hujusmodi Sententiam proferre*, quem sequitur *Rot. decis.* 24. *num.* 38. *coram Ansald.*

Detecta machinatione ejusdem Divisionis, qua mediante dd. duo Fratres Joseph, & Philippus, prius inter se Collitigantes, & postea uniti ad opprimendum Felicem, sibi fecerunt partes ad proprium libitum, relinquendo eidem illa Bona, quæ ipsis non placebant, Recursum habuimus ad Congregationem Reverendæ Fabricæ, à qua commissa fuit Causa E-
347 minentissimo, Domino Cardinali Albano, à quo, prævia reservatione Jurium favore Felicis pro multis Partitis, pro quibus gravamen erat luce meridiana clarius: confirmata fuit prior sententia R. P. D. Gentilis.

Reclamante iterum eadem Felice, commissa fuit Causa Eminentissimo Domino Cardinali Columnæ cum clausula *Constito de Duabus*, cujus Auditor sub illo unico motivo, quòd vigore ejusdem clausulæ deberet cùm illis Juribus procedere, quæ ducta fue-
348 runt coram aliis Judicibus, quòdque proinde non poterat aliis probationibus viam aperire, statim Causam expedivit, priora Judicata confirmando, neque etiam permittendo, ut semel tantùm coram Ipso possemus Felicis Jure deducere.

Hinc novus habitus fuit Recursus ad eandem Congregationem, suitque nobis denegata ulterior Appellatio sub duplici motivo; Primo, quia Causa pendet in Tribunali Fabricæ, in quo duæ Sententiæ ha-
349 bent vim trium; Secundo verò, quia cùm simus inter Fratres, illorum Causæ celeriter terminari debent, neque proinde post tria Judicata, quocunque modo emanaverint, danda est ulterior Appellatio.

Id autem, quod Felicis infortunia summoperè auget, illud est, quòd religiosissimi illi, & doctissimi Judicantes, qui Nobis novam Appellationem denegarunt, ultrò admittunt gravamina, nobis illata per dicta tria Judicata, quæ revera sunt palpabilia; Sed
350 in ea fuerunt opinione, quòd reparari possint in aliis congruis Judiciis, de novo incipiendis pro consequutione Jurium, nobis, competentium, vigore præservativarum, quæ appositæ fuerunt in contrariis Sententiis.

Cùmque in hoc maximum, verèque intolerabile consistat gravamen, non in uno tantùm, sed in pluribus capitibus, videtur omninò Concedenda nova revisio dd. Sententiarum, mediante remissione nostræ Instantiæ, vel ad Signaturam Gratiæ, vel, il-
351 lius loco, ad aliam Signaturam Justitiæ, quæ cùm frequenter haberi soleat, nullum sentire in hac parte possunt præjudicium Joseph, & Philippus à longa dilatione, sed brevi tempore poterunt omnia terminari.

Primum, maximumque gravamen, nobis illatum, residet in eo, quòd vigore Instrumenti Divisionis provisionalis Melioramenta, à Felice facta in Bonis, in illa assignatis, sunt ejus propria, ejusque commodo cedere debent; Et tamen in dictis Sententiis illa
352 assignantur Iosepho, & Philippo, una cum Bonis, in quibus facta fuerunt, *reservatis Principali Juribus quoad melioramenta*, *deducen. post exequutionem Sententiarum*, juxtà illarum præcisa verba.

Ego autem fateor ingenuè meam imbecillitatem, percipere non valeo, quomodò eædem Sententiæ in hac parte excusari possint ab evidenti injustitia, in eo consistens, quod illarum vigore, de facto tollitur, à Felice, quod suum est, quodque propriis sudo-
353 ribus, & expensis fuit ab eo acquisitum, mediantibus dictis Melioramentis, cum hoc, quòd possit deinde in alio Judicio insistere ad recuperandum id, quod hodie pacificè possidet, & vigore cubitalis pacti suum est, proprioque commodo cedere debet.

Nec dicatur, quòd hodie eadem Melioramenta non sunt clara, sed dubia, eò quia prætenditur exadverso, quod non sint concludenter justificata; Ultra quod enim hoc in facto non subsistit, dùm plures adduximus concludentes probationes eorundem melioramentorum; Strictè respondemus, quòd contra- 354
ria responsio auget potiùs, quàm minuat, gravamen, à dictis Sententiis Felici illatum; Quia defectus iste limpidæ, & claræ probationis dictorum Melioramentorum non potest nobis attribui, sed Josepho, & Philippo Fratribus, qui nullum reliquerunt modum, omnemque viam nobis præcludere tentarunt, ne possemus digito ostendere dicta indubitata Melioramenta; Semper enim instetimus, & usque ad ultimum vitæ spiritum exclamabimus, quòd ante Di- 355
visionem realem, & perpetuam, faciendam maturiori Jurisperitorum consilio, recognoscendi erant, & sunt, vel per Judices, vel per Peritos, ab eis deputandos, status, cohærentia, qualitas, & situs Bonorum; nec non valor melioramentorum, sine qua præcedenti notitia, Divisio, facta super digitis, cum quibuscunque præservativis, erit semper injusta, inæqualis, & læsiva, nec apta erit Litibus finem imponere, juxta illius propriam naturam, sed erit Seminarium tot Litium, quot sunt Capita reservationum Jurium, & præservativæ actionum, ut absque ulla glossa omnia hæc manifesta sunt Consideranti, 356
& advertunt adducti à *Sacra Rota in decis.* 388. *num.* 4. *in fine coram Emerix jun.*

Secundum gravamen consistit in quantitate Bonorum, & quidem non contemptibili, sed salmarum tredecim in unico tantùm Prædio, seu Tenuta *di* 357
Monte Polesco, assignata Josepho, ultra alias, minoris quidem quantitatis, sed simul sumptas, majorem importantes excessum, quæ ad oculum patet, tam ex authentico Catasto, quàm ex aliis probationibus ex hac parte adductis, & ad oculum demonstrantibus partium inæqualitatem, de quibus in Summario.

Adversus quam non credimus repetendam eandem responsionem, quòd iste excessus non sit concluden- 358
ter probatus, quòdque in alio Judicio, juxta præservativas Sententiarum, potest idem excessus emendari, & ad æqualitatem reduci; Replicatio enim in promptu est, quòd scilicet exageratus defectus non concludentis probationis ejusdem excessus, quatenùs talis sit, provenit Josepho, & Philippo, qui nolunt permittere, ut veritas detegatur, & quidem incutiendo etiam metum Agrimensoribus, cadentem in constantissimos Viros, ne pedes ponant in Prædiis controversis ad illa mensuranda, Et proindè in eorum odium, impedientium dictam recognitionem, nostræ probationes haberi debent, ac si essent per- 359
fectissimæ, etiamsi aliquid deficeret, juxta firmata per *Rotam in decis.* 22. *num.* 14. *coram Ansaldo*, & in terminis Recusantis permittere recognitionem veri valoris per Peritorum relationes, egregiè *in decis.* 360
294. *n.* 21. *cor. Priolo.*

Et in hac etiam parte Ego captivare non possum intellectum ad credendam æqualem illam Divisionem, in qua respectu Rei, consistentis in decem, & septem partibus ex. gr. uni dividenti assignantur 361
decem partes, alteri verò septem, cum præservatione Jurium favore istius, ut in alio Judicio instet pro reducenda ad æqualitatem Divisione, seu pro recuperatione aliarum trium partium, quæ deficiunt in propria portione.

Crescitque exorbitantia contrariæ prætensionis, observando, quòd, non stetit per Felicem, quin à principio Litis, seu coram primo Judice R. P. D. Sinibaldo omnia ponerentur in claris, dum obtinuit ob eodem Judice subdelegationem alterius in Partibus, cum facultate recipiendi probationes super Melioramentis, & spectivè deteriorationibus Bonorum divi- 362
dendorum, necnon cum aliis facultatibus necessariis, & opportunis, ad hoc, ut clarè constare posset de quantitate, qualitate, situ, fertilitate, cohærentia, & aliis Bonorum qualitatibus, sine quarum antecedenti perfecta notitia impossibile est, posse dari Divisionem

sionem æqualem, justam, & nullatenus deficientem;
363 Itaut inculcare hodie eundem defectum non claræ probationis quantitatis, & qualitatum nostrorum Bonorum, atque insistere in præservativis Jurium, Felici competentium ad consequendum in alio Judicio, quod hodie possidet, & suum est, nihil aliud sit, quàm exgaerare contrarias strenuas operationes, unicè directas ad impediendum, ne veritas, ab initio Causæ detecta, triumpharet. Præcipuè quia ex rotundo pacto,
364 quo Deus ipse ligatur, ut ait *Baldus in Rubric. de Const.* sequutus *a Rocca select. inter cap.* 78. *nu.* 6. recognitio Melioramentorum separari non poterat à Dividente, & aliud Judicium remitti, sed fieri debebat ab il-
365 lomet, cujus arbitrio remissa fuit perpetua Divisio, ibi -- *Et quoad valorem eorundem Melioramentorum concorditer remiserant arbitrio, ut supra d. Bonanni.* Et propterea cum præservatio Melioramentorum, seu illorum recognitio, in alio Judicio facienda, post Sententia-
366 rum exequutionem, opponatur ex diametro concordi voluntati omnium Fratrum, gravamen earundem Sententiarum adeò grave, adeòque intolerabile in hac parte remanet, ut majus neque etiam de mero possibili valeat excogitari.

Tertium gravamen consistit in eo, quòd Felici assignata fuit, tanquam res communis, Caupona, cum sua Domo, & annexis, indubitati valoris scut. 456. cùm tamen esset innegabiliter propria, quod non pro-
367 bamus conjecturis, & argumentis, sed mediante authentico, & solemni Actu, quod neque etiam exadversò controvertitur, vel in controversiam deduci potest. Et hæc sola reflexio superabundat ad retractandam assertam perpetuam Divisionem, juxta catervam
368 Doctorum, in punctualissimis terminis nostri casus sequutorum *à Gobb. consult.* 7. *num.* 27. *& per tot.*

Respondetur exadverso, quòd vigore præservativæ Sententiarum potest Felix petere tantundem ex Bonis communibus, absque eo, quòd valeat retractari Divisio, uti inæqualis ex hoc capite, juxtà illa verba
369 contrariarum Sententiarum, *reservato Jure D. Felici de Laviniis agendi prout de Jure, &c. pro pretio Domus, seu Ædificii, nuncupati* Ostaria, &c.

Cæterum Ego conceptum hic retinendo sermonem, non possum non compati, non Felicem, sed infelicem Principalem; Cùm enim dividi deberent inter ipsum, & duos alios ejus Fratres Res communis Genitoris, ad hoc, ut inter eosdem cessent in radice omnes Lites, omnesque controversiæ, loco assignandi
370 eidem suam portionem in Bonis communibus, assignantur illi Bona propria, tanquam communia; Et deinde prætenditur, ut in alio Judicio insistat pro habendo æquivalenti. Si hæc vocatur Divisio Bonorum communium, quomodo verificari potest in Bonis propriis; Aut ego ista non capio! Aut oportet novum imponere nomen Divisionibus Rerum communium!

Quartum gravamen consistit in qualitate Bonorum, dum in dicta Divisione Felici assignata fuerunt Bona, vel in totum sterilia, vel parum fructifera; Josepho autem, & Philippo assignata fuerunt alia optimæ qualitatis, ut dicunt Testes, omni exceptione majores, & loquentes ex propria experientia, ibi --
371 *Al Sig. Felice assegnati Terreni incolti, sterili, lamativi, di pochissimo frutto, e senza alcun Albero fruttifero &c.* & ibi -- *Alli detti Signori Fratelli tutti Terreni fertili, buoni, copiosi di Alberi, Quercie, Viti, & altro &c.*

Non negatur hoc exadverso, sed respondetur, quòd cum habitus fuerit respectus ad valorem eorundem Bonorum, tanti valent Bona sterilia, æstimata ex. gr.
372 decem millibus scutis, quanti Bona fructifera ejusdem valoris; Et cum hac apparenti responsione supponitur exadverso, quòd gravamen nullius remaneat ponderis.

Veritas tamen est, quòd illud remanet adhuc intolerabile, ea viva ratione, quia contraria responsio procederet, quando divideretur Bona ad effectum illa statim vendendi, Tunc enim; sive quis habeat Bona sterilia, sive ad delicias destinata, eò ipso, quòd illa
373 vendendo, potest consequi tantam quantitatem: quantam consequitur alter, qui habuit Bona fructifera, non habet, de quo conqueri possit, & in istis terminis loquuntur omnes exadverso allegabiles authoritates.

In nostro autem casu res diversimodè se habet, quia tres Fratres, dividentes Bona communis Genitoris non habent aliundè vivere, nec possunt illa vendere ad effectum emendi alia, magis fructifera, pro manutentione proprii Status, & Familiæ, nisi cum maximo præjudicio, ut de se patet.

Ponamus casum practicum in Divisione, facienda in Urbe, respectu duorum Fratrum, quorum Patrimonium consistat, & in Locis Montium, & in Domibus, seu Vineis; Si uni Fratri assignaretur portio, consistens in Locis Montium; Alteri verò assignaretur portio, consistens in Vineis, vel Domibus (cum supposito, quòd nulla adesset differentia circa pretium, 374
tam Domorum, & Vinearum, quam Locorum Montium) nunquam dici posset æquali Divisio ratione 375
qualitatis Bonorum, sed tunc diceretur talis, quando unicuique ex Fratribus assignaretur congrua portio Domorum, & Vinearum, necnon etiam Locorum Montium, juxta quotidiana exempla, quæ passim in Urbe videmus, omniumque oculis exposita sunt.

Ita in nostris terminis, quidquid sit de valore Bonorum, eò ipso, quòd ista non sunt æqualis bonitatis, absque evidenti injustitia non potest dici æqualis, 376
saltem ratione qualitatis Bonorum, illa Divisio, qua mediante uni assignantur omnia sterilia; Alteri verò omnia fructifera, ut de per se patet.

Quia verò deerant tot Bona sterilia, & infructifera ad constituendam integram portionem Felicis, consistentem in scut. 17519. 35. eò quia in toto Asse hæreditario, consistente in scut. 52558. 05. non aderant tot Bona adeò infelicis qualitatis (notetur quæso aliorum Fratrum ingenium) in dicta Divisione loco Bo- 377
norum sterilium, quæ in tanta quantitate non aderant, portioni Domorum, sibi assignatarum in Divisione provisionali, ferè correspondentium Domibus, aliis etiam Fratribus assignatis, addiderunt Domos pro summa scut. 700. & ultra, quæ nemo ignorat, in Oppido Montis Philoptrani reputari in eadem classe Bonorum sterilium, dum, vel non habentur ibidem de 378
facili Conductores, vel pro tenuissima pensione locari solent; Ex alia autem parte addiderunt propriis portionibus tot Bona fructifera, quæ correspondent valori eorundem Domorum.

Quintum denique gravamen, aliis levioribus gratia brevitatis omissis, consistit in situ Bonorum divisorum, ad quod demonstrandum præmittimus, cum *Rota in Amerina Divisionis* 8. *Maii* 1713. §. *Quo verò cor. Crispo, quòd Judex facti, & Personarum qualitate inspecta, ita Bona dividere debet, prout magis expedire cognoscit*, quod prorsus neglectum fuit in no- 379
stris terminis, in quibus nulla habita fuit ratio naturæ, divisibilitatis, situs, contiguitatis, & cohærentiæ Bonorum respectu Felicis, sed illi per saltum as- 380
signatæ fuerunt portiones, quantùm inter se pares ratione sterilitatis, & infelicitatis, tantùm inæquales ratione distantiæ, & incohærentiæ, ut justificamus in Summario. In hoc autem dividendi modo maximum consistere gravamen respectu illius, cui assignantur 381
partes, inter se nullatenùs cohærentes, observant *Fontanell. de Pact. nuptial. clauf.* 4. *gloss.* 10. *part.* 2. *num.* 40. *fol. mihi* 246. *Barz. decis. Bononien.* 100. *nu.* 17. *& Capyc. decis.* 42. *num.* 1. *&* 2. *& Rota in dec.* 450. *num.* 22. *& per tot. cor. Ubaldo.*

Quæ omnia ad effectum, de quo agitur, unitim præ oculis habenda sunt sub illa consideratione, quòd ex Partium cubitali pacto, in Instrumento provisionalis Divisionis apposito, Divisio proprietatis nostro- 382
rum Bonorum fieri debebat commendabili maturitate, seu, ut ibi dicitur, *maturiori Judicio Jurisperitorum*, quod idem importare videtur, ac attentè ponderatis omnibus aliis qualitatibus, & circumstantiis. Ex hucusque autem animadversis remanet manifestum, illam fuisse factam, nedum acerbiori, sed acerbissima 383
præcipitantia, non docto de præcedenti eorundem Bonorum quantitate, qualitate, situ, cohærentia, aliisq; notitiis, necessariò præmittendis, ad hoc, ut Divisio dici

dici posset æqualis, utque esset terminus, non autem principium Litium inter Fratres, idque adver-
384 sus omnia principia, de quibus *Constant ad Stat. Urb. tom. 1. annot. 21. num. 94. Rot. decis. 310. nu. 9. & 10. par. 19. rec. & in Romana Fructuum Census 18. Decembris 1705. §. Verum, coram Ansaldo.*

Ad evitanda igitur hujusmodi inconvenientia, laudabilis illa inolevit praxis, quòd cùm propter Locorum distantiam Judex adesse nequeat in Loco, ubi est facienda Divisio, per alium facit, quod ipse facere tenetur. Proindeque subdelegatur Judex: exi-
385 stens in Loco Controversiæ, qui per probos, & expertos Peritos, à Partibus hinc inde electos, mandat fieri neque de melioribus, neque de pejoribus Bonorum portiones, & subinde transmisso Processu, Judex subdelegans, quatenus emergat aliqua Quæstio inter Condividentes super constitutarum portionum electione, eam dirimere potest, vel suo arbitrio,
386 ut egregiè observat *Rota in dicta decis. 450. num 18. coram Vbald.* vel per sortem, cum schedulis juxta sensum *Fontanell. de Pact. nuptial. claus. 4. gloss. 9. par. 2. num. 16. vers. In hac Divisione*, qui tutior dividendi modus existimatur, adeout ab ea non detur nec reclama-
387 tio, *Merlin. Pignatell. centur. 1. contr. 57. num. 25. & sequentibus Capon. discept. 112. numero 34. 37. & 38.*

Præfata autem judicis subdelegatio eò magis, magisque in casu nostro erat necessaria, dum non agebatur de unico dividendo Prædio, sed de Divisione plurium, & diversorum insignium Fundorum, & corporum ingentis valoris sc. 53000. & ultra, quæ si fidelibus Peritorum oculis non subiiciantur, impossibile
388 omnino est, illa benè, & regulato arbitrio per Judices, hic in Urbe existentes, nil videntes, nihilque recognoscentes, dividere.

Quibus non adversatur reflexio, quòd potuerint Judices omnia ista negligere, nostrasque preces non exaudire, eò quia vigore alterius Pacti, in eadem provisionali Divisione adiecti, conventum fuit, quòd in rea-
389 li, seu perpetua Divisione, arbitrio dicti Bonanni facienda, attendi deberet æstimatio Bonorum, facta occasione Divisionis temporalis, quòdque eidem æstimationi Partes dividentes stare promiserint.

Objectum enim dupliciter tollitur.

Primò, quia pactum prædictum non se extendit ultra æstimationem eorundem Bonorum; Et propterea per modum simplicis discursus, & falsæ hypothesis, admisso contrario ratiocinio, semper inegabiliter remanent absque ullo colore alia gravamina, concernentia Melioramenta, quantitatem, qualitatem, situm, cohærentiam, & assignationem Bonorum proprium, ac si essent communia, de quibus supra, quorum unum sufficiens esset ad ostendendam inæqualita-
390 tem dictæ perpetuæ Divisionis, illiusque retractationem juxta rotundum *Text. in leg. Majoribus C. Comm. utriusque Judic.* cum aliis apud *de Luc. ad Gratian. discept. 768. num. 4. & Zaul. ad Stat. Favent. tom. 2. lib. 7. rubr. 26. num. 32.* Multò igitur magis, dum ea-
391 dem motiva, seu præjudicia, & læsiones concurrunt unita, *ad Textum in leg. Instrumenta Cod. de Probation.*

Secundò, quia prædictum pactum conventum fuit cohærenter ad Arbitrium dividendi, datum Odoardo Bonnano, communi Consanguineo, & illis Partibus commoranti, ubi Bona dividenda existebant, ad praxim reducen. mediante perpetua Divisione, paulò post
392 maturiori Judicio Jurisprudentium facienda; Et sic non potest extendi ad eandem Divisionem, nedum faciendam à Judicibus, moram facientibus in Urbe, sed peractam anno 1712. & sic post duodecim, & ultra annos, in quibus valor Rerum de Jure præsumitur mutatus, ex adductis per *Mascard. de Probat. conclus.*
393 *1174. nu. 22. Rota dec. 1186. num. 3. cor. Emerix Jun. & Romana Casalis Massæ 12. Decembris 1712. §. De intricatione coram Scotto & in Perusina Dotis, & Frutuum 6. Maii 1713. §. At frustra coram Aldrovando.* Et de facto mutatum insigniter fuisse, concludenter probamus in Summ.

Respondetur exadverso, quod ista legalis præsumptio, quæ in rei veritate est innegabilis, & uno ore à Doctoribus admissa, non magis verificetur res- 394
pectu Bonorum, obventorum Felici, quàm Iosepho, & Philippo, Igitur, vel non est habenda in aliqua consideratione, vel compensatur cum illa mutatione, quæ potuit evenire etiam super Bonis, assignatis aliquis Fratribus.

Responsio autem nullam habet subsistentiam, nedum quia hoc modo dividere non est facere Divisionem *cum maturiori Consilio Jurisperitorum*, sed clausis oculis, seu fortuito, vel omnia tribuendo casui; Sed 395
etiam, quia contraria detorsio ad summum verificatur in illis mutationibus, quæ proveniunt ex causa universali. Nos autem diximus, & constanter repetimus, quòd ultra dictam causam universalem, resultantem à solo lapsu temporis, juxta punctuales authoritates, supra allegatas concurrunt in nostro casu aliæ particulares rationes, resultantes à facto Iosephi, & Philippi, qui Bona, de quibus agitur, deteriora fecerunt, 396
Arbores amputando, aliaque præjudicia faciendo, juxta probationes, adductas in Summario de quibus non potest discurri cum generalitatibus, nec occurri potest cum reservationibus Jurium, sed agendum erat maturiori consilio ante Divisionem perpetuam, juxta æque rotundum pactum, ac innegabilem con- 397
sensum omnium Fratruum, egregiè *Honded. cons. 31. à n. 5. lib. 1.* & meliùs *Rot. decis. 249. n. 9. & 10. p. 16. rec.*

Reflexio verò, quod melioratio non verificetur respectu portionis Felicis, sed potius respectum alterius Iosephi, & Philippi, quodque è converso exadverso probentur deteriorationes in portione Felici, obventa in Divisione provisionali, juxta extraiudiciales Fides, pen- 398
dente Lite exadverso expiscatas, retorquetur ad hominem, & facit manibus palpare gravamina: Si enim de solo possibili apparentiam haberent hujusmodi contrarii discursus, quare DD. Iosephi., & Philippus, tali, tantaque obstinatione insistunt pro habendis Bonis deterioratis, & relinquendis aliis, ab ipsis melioratis? Præ- 399
sumptio hæc adversus cubitalem *Textum in leg. Cùm de indebito ff. de Probat.* talis est efficaciæ, talisque naturæ, ut incredibilem reddat deteriorationem in Bonis; quæ tanto studio quæruntur, & æqualiter incredibile reddat desiderium earundem Felici dandi Bona, ab ipsis meliorata.

Sigillantur autem omnia hujusmodi gravamina ab innegabili facto Josephi, Fratris maioris, qui post duas sententias in Urbe, ut supra obtentas, conscientia ductus, ad reparandum præjudicium innocenti Fratri illatum ab inæquali Divisione, diebus 12. & 22. Februarii 1713. per expressum Nuncium cum commoditate Equi, vocare fecit Petrum Aloysium Speranzinum, illum scilicet æqualis integritatis, ac intelligentiæ Peritum Agrimensorem, qui fecit æsti- 400
mationem Bonorum, occasione Divisionis provisionalis, ut accederet ad Terram Montis Philoptrani pro facienda ex integro nova, & æquali Divisione Bonorum communis Patris, ut justificamus cum epistolis ejusdem Iosephi, necnon ex solemni Attestatione ejusdem Periti Agrimensoris.

Si autem veritatem ammamus, fateri cogimur, quòd non potest Felicis meliori, concludentiorique probatione demonstrare intolerabilia gravamina, sibi illata per sententias ut supra obtentas, quàm mediante illa specie demonstrationis, quæ vocatur probationum regina, consistente in seria, & clara confessione illiusmet, cujus favore prolatæ fuerunt dictę 401
sententię, per ea, quæ firmavit *Rota in dec. 464. nu. 2. coram Priolo*, & albi quotidie.

Et ex his nulla potest fieri vis, nec in numero Sententiarum, nec in qualitate Tribunalis, coram quo emanarunt. Non in numero, quia sententię, evidenter iniustæ, quales demonstravimus illas, de quibus agitur, etiamsi essent mille, non tres duntaxat, nunquam exequutioni demandari debent, juxta catervam Authoritatum, allegatarum *Rota in dec. 168. n. 1. apud* 402
Constantin. ad Stat. Vrb. cui addi possunt aliæ, à Me citatę, & sequutæ *in Instit. Crim. lib. 2. tit. 10. nu. 72.* & ab eadem *Rota in Imolen. Bonorum, seu Reintegra-*

grationis 25. Novembris 1705. §. Nihilominus cor. Ansaldo. Et ratio convincens illa est, quia sententiæ injustæ, non solùm non debent habere effectus, sed
403 nec etiam nomen sententiæ merentur, Textus est literalis *in leg. 2. Cod. Quando provocar non est necesse*, cum aliis à Me Allegatis *in Tract. de Livell. cap. 1. §. 19. n. 11.*

Minus fundamentum fieri valet in qualitate Tribunalis; Aut enim loquimur de dignissimis illis Judici-
404 bus, qui Sententias pronunciarunt, & illorum eximia sapientia pollicetur, illos aliter fuisse judicaturos, si coram ipsis permissum Nobis fuisset ea deducere, quæ hodie concludenter probamus.

Nec omittimus reverenter insinuare, quòd non semel in terminis etiam Divisionis, non adeò evidenter injustæ, vidimus indultam revisionem etiam trium Sententiarum, ab EE. DD. Cardinalibus latarum,
405 ut in specie similis Divisionis inter DD. Fratres de Ginettis videre est in *decis.* 1472. *coram Emer. jun.* in qua priùs judicavit Cardinalis Vicecomes; Deinde Cardinalis Ottobonus, qui fuit Alexander VIII. Tertio loco Cardinalis Cybo; Et tandem commissa fuit quarto loco Card. Spadæ, cum voto Rotæ, in qua ad procurandam omnimodam æqualitatem dictæ Divisionis sub die 2. Maii 1692. dictum fuit *Dilata, & eligatur Peritus*, ut refertur *in dicta dec.* 1472. *in principio*. Et in terminis pariter trium Sententiarum, latarum à tribus aliis DD. Cardinalibus, nempè Al-
407 bano postea Clem. XI. Paracciano, & Caprara, recognosci potest ex Decisionibus, editis *in Melevitana Deprædationis* 8. *Maii* 1711. *coram Molines*, & 22. *Februarii* 1712. *coram Triolo*.

Videmus pariter, hoc etiam contingere in Caussis, decisis, non ab uno, vel altero ex Eminentissimis DD. Cardinalibus Sacrarum Congregationum,
408 sed à plena Congregatione, ut respectu Sacræ Congregationis Boni Regiminis contingit *in Æsina Collectarum prima Junii* 1714. commissa S. Rotæ post tres Sententias, Solemniter ab eadem Sacra Congregationis Episcoporum, & Regularium recognosci po-
409 test *decis.* 5. *part.* 13. *recent.* Respectu Sacræ Congregationis Concilii *in decis.* 952. *coram Emerix jun.*
410 Respectu demum Sacræ Congregationis Rituum *in decis.* 21. *in principio apud de Prosper. de Territ. separat.*

Aut verò loquimur de qualitate Tribunalis, & observandum, est quòd præsens Causa non est de illarum numero, quæ tangat Rev. Fabricæ Interesse, in quibus terminis proceditur cum omni rigore in admittendis Appellationibus, cum præjudicio illarum
411 Animarum, quæ Suffragia expectant à terminatione Litium; sed reperitur introducta ratione qualitatis Collitigantis, patentati ejusdem Tribunalis, in quibus circumstantiis eorundem Patentatorum Causæ regulari solent ad instar aliarum indifferentium Civilium Causarum, quæ in aliis Urbis Tribunalibus quotidie agitantur.

Quod nedùm practicatur in dicto Tribunali Reverendæ Fabricę, & aliis similibus Tribunalibus Urbis, sed etiam in tremendo illo Tribunali Sanctissimæ inquisitionis, in quo Causæ civiles Patentato-
412 rum non tractantur cum illis regulis, cum quibus deciduntur inspectiones, concernentes Catholicam Fidem, aliasque materias, proprias dicti Tribunalis, ut est notorium.

Minus credimus insistendum in eo, quòd cùm Nobis denegata fuerit ulterior Causæ Commissio ab eodem Tribunali Rev. Fabricæ, quòd habet in ventre Signaturam, non sit ampliùs locus Recursui, & Appellationi, ab alio Judice concedendæ. Nos enim recurrimus ad Oppressorum, & Gravatorum Sublevatorem, nempe ad Sanctissimum Dominum nostrum, cujus respectu non potest reperiri motivum, nec assignabilis est causa, quæ possit impedire grava-
413 minis, & oppressionis recognitionem, juxta punctualiter firmata per *Rotam in decis.* 21. *num.* 16. & 17. *apud Novar. in Summ. Bullar.* & in durioribus terminis expressi, & literalis Privilegii, quòd à gravamine cujusvis qualitatis non possit à quacumque Persona admitti appellatio, quod, tali amplissimo Pri-

vilegio non obstante, non possit impediri Recursus 414
ad Papam, probat egregiè *Card. de Albic. de Incost. in Judic. quæst.* 42. *per tot.* ubi, quòd Quæstio hæc acerrimè agitata fuit tempore Venerabili Dei Servi Innocentii XI. in Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis, fuitque affirmativè resoluta, quam sequutus fui *in Institutionibus criminalibus lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 415
21. & *seq.*

Et in terminis Recursus, admissi à Tribunali Reverendæ Cameræ Apostolicæ, quod habet pariter in ventre signaturam, omissis aliis exemplis majori otio facilè allegan. ultimo loco hoc practicatum fuit in 416
Causa Romana de Zinagis post Cameræ solemne Judicatum, & solemniorem rejectionem Appellationis, ab ea factam loco Signaturæ remissam particulari Congregationi quinque Prælatorum, qui solent intervenire in dicta Signatura Gratiæ.

Non possumus don demum omittere sequentem reflexionem, & rixè rogare Illustrissimum D. ut dignetur observare, quod ipsamet Partis Adversæ reluctantia, & impedimenti præstatio, ne paternorum, Bonorum Divisio ad æqualitatem reducatur, plusquam satis, convincere videtur magnam, imò maximam inæqualitatem ejusdem divisionis. Ex una enim parte non 417
solùm non potest dari, sed nec etiam excogitari magis justa, magisque congrua Instantia, quàm illa Felici, unicè insistentis pro obtinenda æqualitate Divisionis. Ex alia verò parte vix potest assignari magis injusta, magisque absona oppositio, quam illa Iosephi, & Philippi, quæ est impeditiva ejusdem æqualitatis. Si enim prætenditur exadverso, quòd Bonorum valor non sit mutatus, quòd Divisio sit justa, quòd sit æqualis, quòdque demum nullum contineat gravamen, nullumque præjudicium; Ad quid igitur tot, tantaque adducere, inculcare, repetere, non ad alium finem, quàm ad impediendum, ne veritas elucescat? Neve 418
tandem aliquando per ocularem inspectionem, vel per fidam Peritorum Relationem, ponantur in claris & quantitas, & qualitas adeo insignis Patrimonii, ad cujus æqualem participationem omnes Fratres, ipsius quasi naturæ imperio vocantur.

Omnia hęc videntur superabundare pro obtinenda etiam revocatione contrariarum Sententiarum, juxta egregiè, & latè animadversa per *Felic. de societ. cap.* 10. *n.* 3. & *plurib. seqq.* & *Gob. cons.* 7. *per tot.* Unde 419
multò magis ex eisdem, præcipuè simul junctis, speramus obtinere simplicem Remissionem ad Supremum Tribunal Signaturæ Sanctissimi, vel, illius loco, ad aliud Signaturæ justitiæ, ad quem effectum ex animadversis per *Card. de Luc. in Relat. Roman. Cur. disc.* 30. *num.* 28. solus fumus gravaminis sufficere vide- 420
tur, remissa pleniori cognitione multorum nostrorum, vere intolerabilium preiudiciorum, & gravaminum integerrimo Judicio ejusdem supremi Tribunalis.

Die 18. Julij 1715. proposita Causa in Signatura Gratiæ per Fossombrunum rescriptum fuit: Alteri, qui ad legitimam, cum Voto Rotæ, ut retuli in tom. 1. in Compend. Privil. R. Fabricæ num. 41.

DISCEPTATIO XXVII.

Ordinis Cappucinorum Provinciæ Basilicatæ

PRO

Cappucinis Provinciæ Basilicatæ

ARGUMENTUM.

Memorialia anonyma nullam merentur attentionem, et propterea Sac. Congregationis solent in his casibus rescribere: Recurrentes se subscribant, & postea supplicent.

Specioso nomine *delli Cappucini zelanti della Provincia Basilicata* reperitur porrectum huic Sac. Congregationi Memoriale, tria continens; Primum, *che in*

R virtù

virtù del Decreto di questa Sagra Congregazione si vede eletto in secondo Custode della medesima Provincia il P. Benardino di S. Antimo della Provincia di Napo-
1 *li , quale elezzione è contro le Costituzioni dell' Ordine , le quali vogliono , che il Custode debba permanere o nel luogo Custodiale , o in un' altro della Custodia .* Secundùm verò , *che tal' elezzione è ingiuriosa alla medesima Provincia di Basilicata ; che in tal caso da a conoscere , non abbia Sogetti da Promovere al Custodiato , che uno di aliena Provincia .* Tertium denique , quod dictus Custos *per il suo focoso procedere , mala condotta , & altre debolezze , fù deposto dal Provincialato , ed ultimamente non è stato conosciuto nè meno degno del Discretato nella sua Provincia di Napoli .*

Pro adequata responsione eidem potiùs famoso, quam supplici Libello , sat esset sola reflexio , quòd illud , uti anonimum , & sub falso nomine *de Capuccini zelanti , della Provincia di Basilicata* , dicitur ha-
2 bere pro Authore Dæmonem , nomine , *Beemoth. in Gloss. in Can. Principium litt. P. de Pœnit. distinct. secunda* ibi -- *Beemoth , idest Diabolus* , ut latè probat Card. Casinus , interpretando verba illa *Iob. 40. 10. Ecce Beemot. sub umbra dormit , in secreto calami* , ut videre est *nella Prædic. 71. num. 9. & per tot.* ubi egregie suo more materiam hanc latè explicat , & ad probandum , quod nulla habenda sit ratio anonymorum Memorialium adducit verba illa
3 *S. Gregor. lib. 5. Epist. 30. Oportet , ut publice exeat , & quæcumque in contestatione sua loqui præsumpsit , ostendat* , ibique prosequitur observando , quòd D. Gregorius dixit *Ostendat* , non dixit ; *Esaminate l' esposto , guardate bene , se ha fondamento da farne capitale , informatevi , ed informateci disse , e scrisse , obligate à smascherarsi , comparire , e provare* , in qua parte concordant *Textus literalis in leg. unic. Cod. de famos. Libell.* cujus aurea verba sunt hæc : *Si quis devotionis suæ , ac salutis publicæ custodiam gerit , Nomen suum profiteatur , & quæ per famosum Libellum pro-*
4 *sequenda putaverit , ore proprio edicat , itaut absque ulla trepidatione accedat , sciens , quòd , si assertionibus suis veri fides fuerit opitulata , laudem maximam , & præmium à nostra clementia consequetur .*

Ex quibus , & aliis , lato calamo , à d. Car. Lanno nella *d. præd. 71. num 13.* concludit quod in hìs casibus *due parole devono servire di formulario alle Sagre Congregazioni di Roma per fare Rescritti à Memo-*
5 *riali , che non anno Nome* : Oportet , ut publice exeat , il che in sostanza concorda con la formola solita *rescribendi Sac. Congregationum : Se Subscribant , & denique habebitur ratio* , ut practicavit , *in Tertii Ordini Sancti Francisci 17. Novembris 1718. Ponente Card. Corsino hodie Sanctissimo Domino Nostro* Idque , *benchè le Instanze* (sunt verba ejusdem *Card. Casini nella d. predica 71. num. 14.*) *siano a nome d' intiere Religioni* , subiungens ; *Credete voi , che siano tanti Evangeli , a quali non si possa sospendere la credenza ? Se non provano ciò , che dicano , Voi non dovete credere ciò , che denunciano , atteso che quel nome stre-*
6 *pitoso di Tutti suole essere finto dalla perfidia di pochi .* Omniumque prædictorum bonam assignat rationem -- *D. Gregor. d. lib. 5. Epist. 30.* sequentibus aureis verbis : *Quisquis veraciter loquitur , semet ipsum innotescere non debet formidare .*

Posset hic terminari Scriptura , nihilominus ad omnem abundationem cautelam dicimus , quod nullam habet subsistentiam primus prætextus , non solùm quia electio dicti P. Bernardini à S. Antimo ser. omnibus ser. à pleno Capitulo facta fuit ; sed etiam quia P. Se-
7 raphinus à Theate , qui præsidebat electioni pro parte Materæ , illam solemniter publicavit , ex Vocalibus eidem præsentibus , nemine penitus , penitusque se conquerente , contradicente , vel appellante ; Imò omnibus illam laudantibus , & acceptantibus . Ex quo duo sequuntur ; Primum quòd dd. zelantes , sub quorum nomine cantat anonimum Memoriale , non interfuerunt Capitulo & consequenter non sunt Religiosi Provinciæ Basilicatæ ; Secundum verò , quod , qua-
8 tenus velimus per falsam hypothesim asserere , illos fuisse ex dicta Provincia , non possunt hodiè impugnare , quòd eis semel placuit *cap. Quod semel. de Regul. Iuris n. 6. & Surd. decis. 265. n. 25.*

Minorem habet subsistentiam secundus prætextus , quòd electio ejusdem Custodis facta fuerit contra Ordinis Constitutiones . Si enim istæ permittunt , ut Provincialis , possit esse ex diversa Provincia , iuxta illa verba *Const. cap. 8. fol. 41 §. Esi ordina finito , che aurà il triennio , non si possa eleggere , nella medesima Provincia &c. Tutta volta se sarà eletto in un' altra Provincia , potrà esercitare tale Officio per altri tre anni .* Quod enim Capiti Provinciæ , seu Provinciali , per Ordinis Constitutiones permittitur , non sine magna improprietate Custodi ; qui est Membrum ejusdem Provinciæ , denegatur *ad Text. in authent. Multò ma-* 10
gis Cod. de Sacros. Eccles. egregiè *Rota coram Ansald. dec. 89. num. 14.* Vltra quod Constitutiones , seu Capitula generalia , loquentia de Custodibus Provinciæ , loquuntur de illis , qui eliguntur à solo Provinciali , ut videre est in illarum *cap. 8. fol. 43. §. Quanto al Capitolo .* Nos autem sumus in terminis Custo- 11
dis , qui eligitur pro Capitulo Generali , à toto Corpore Capituli , cujus Officium durat pro illo brevi tempore , quo moram facit in Vrbe occasione electionis Generalis , qua peracta , statim redit ad propriam Provinciam .

Omnium debilissimus est tertius prætextus , quem sub speciosa maschera zelantium Cappuccinorum colorarunt verbis supplicis , licèt in veritate famosus Libelli , quod d. P. Bernardino à S. Antimo *per il suo focoso procedere , mala condotta , ed altre debolezze fù deposto dal Provincialato ;* Hoc enim est solemne mendacium , nam veritas in hac parte hæc est , quod P. Procurator Generalis , tunc temporis Vic. Generalis Ordinis , mediante Pontificio Brevi toto conatu suas adhibuit operas , ut electio Provincialis sequeretur in persona alterius Religiosi , ut factum fuit ; Vbi 12
autem Summus Pontifex disponit , non solum pauperes Religiosi Cappuccini , sed nemo dicere potest , cur ità facis ? egregiè *Rota dec. 18. num. 15. de Probat. coram Falconer.*

Non meretur autem ullam attentionem , quod neque etiam fuerit electus Discretus in sua Provincia Neapolitana ; Iste enim unus est effectibus indignationis Superiorum Generalium , seù Capitum Religio- 13
nis , quibus se uniformare solent Membra , ad tradita per *Gratian. discept. 845. nu. 48.*

Pro quorum faciliori admissione observandum est , quòd non sumus in terminis Eligendi , sed ser. omnibus ser. dignissimi Religiosi Exprovincialis , iam electi ad Officium custodis , & propterea applicari videtur vul- 14
gatum illud *Turpius eijcitur , quam non admittitur Hospes* , approbatum *ab Innoc. III. in cap. Quemadmodum de Iurejur.* qe quo *Card. de Luc. de servit. disc. 4. n. 6.* quod convenit etiam Religiosis strictissimæ observantiæ , ut notant *Amen. in Prax. crim. tit. 3. sub unm.*
93. ubi , quod similes privationes sunt pœnæ gravissimæ , & Religiosi , adversus quos practicantur , famæ iacturam patiuntur ; *Samuel. de Elect. controv. 16. tractat. 3. conclus. 8. num. 21.* ubi , quòd in hac parte Religiosi non debent esse pejoris conditionis , quàm sint cæteri Homines , *& Passerin. in Tribunal. Regular quest. 32. artic. unic. num. 32.* Quorum omnium bonam assignat rationem *Rot. coram Ansald. decis. 76. num. 7.* sequentibus verbis : *Omnia Iura , & præsertim Ecclesiastica , semper exigunt , ut quantum fieri potest honori , ac famæ Proximi consulatur.* 15

DIS-

DISCEPTATIO XXVII.

Auximana Præcedentiæ

PRO

Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Auximi

CUM

Canonico Paulo Alphonso de Rubeis

ARGUMENTUM.

Loco subnectantur sequentia Dubia.

I. *An Canonico Ecclesiæ Cathedralis Auximi Vicario Generali Episcopi ejusdem Civitatis, competat præcedentia suprà Dignitates, & Canonicos ejusdem Cathedralis, tam in Choro, quam extrà in casu &c.*

II. *An eadem præcedentia competat dicto Vicario, intervenienti in habitu talari in publicis Accademiis, Conclusionibus, Concionibus, & cæteris functionibus, in quibus (juxtà morem Regionis) Dignitates, & Canonici intervenire, & sedere solent in loco, & scamno separato, unà cum Vicario in habitu simili.*

III. *An idem Vicarius, Sacris Vestibus indutus, præcedere valeat dicto Capitulo eisdem Vestibus parato.*

IV. *An eidem Canonico Vicario Generali liceat in eodem die festo intervenire in Choro sub diversis figuris, idest ad Matutinum, & alias Horas in habitu Canonicali, ad Missam verò, & Processionem in habitu Vicariali.*

1 EXortis nonnullis controversiis circa præcedentiam inter Canonicos Ecclesiæ Cathedralis Auximi Paulum Alphonsum de Rubeis, ejusdem Cathedralis Canonicum, ac Episcopi Vicarium Generalem recursum habuerunt iidem Canonici ad hanc Sac. Congregationem pro earumdem controversiarum determinatione, prævio supplici Libello, porrecto de mense Junii anni 1730. Habitaque desuper ejusdem Episcopi Informatione fuerunt concordata prædicta Dubia, quæ resolvenda videntur favore Canonicorum.

Quoad primum Dubium, si illud consideretur in suis puris terminis præcedentiæ, debitæ Vicario Generali supra Dignitates, & Canonicos Cathedralis, nulla
2 cadit disputatio, quia ex hac parte non controvertitur, quod Vicario Generali, induto habitu Vicariali, in concursu Canonicorum competat talis præcedentia, juxtà resolutiones hujus Sacræ Congregationis, citatas à *Piton. in Collection. pro Vicariis fol. 113. numer. 369. & in Collect. de Sacris Ritib. fol. 210. nu. 678.* Difficultas tamen consistit in hoc, quod in nostro casu idem Vicarius Generalis est etiam Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, & Civis nostræ Civitatis, in quibus terminis notoria est in Ecclesia Auximana consuetudo, nedum antiquissima, sed immemorabilis, juxtà quam Vicarii Generales, Cives, & Canonici (& sic de corpore nostri Capituli) nunquam talem præcedentiam habuerunt, sed semper in omnibus functionibus, tam in Choro, quàm extrà illum, permanserunt in proprio stallo, & in loco suæ receptionis, ut testantur novem qualificati Testes, dati in Summ. quibus tanquam æ-
3 tate gravibus, & Nobilitate, Sacerdotio, atque Ecclesiastica, & Seculari Dignitate qualificatis, omnibus præstanda est fides, ut notant communiter Repetentes in *cap. In nostro de Test. & in leg. 2. ff. eod. tit.* & firmavit *Rota cor. Arguell. dec. 110. num. 21. & coram Falconer. dec. 14. nu. 7. tit. 3. de Benef. tom. 1.* & in *Leodien. Manutentionis 30. Aprilis millesimo septingentesimo trigesimo primo. Sigillatim in fine coram Rezzonico.*

Cujus veritatis superlativum perhibet Testimoni-
4 um de ipsomet D. Canonico de Rubeis Episcopus in Relatione huic Sacræ Congregationi transmissa, ibi: *Nullum tamen in Choro, & aliis actibus, in quibus Canonici Veste utuntur Canonicali, præcedentiam acquisivit, nec habuit* — Posita autem dicta antiquissima consuetudine, & immemorabili observantia, certum est, præcedentiam non deberi, quia in materia præcedentiarum totum facit consuetudo, legitimè inducta, & ab antiquissimo tempore observata, ut generaliter probant *Gratian. discept. 106. num. 8. cap. 8. § 1. num. 12. Ansald. in addition. ad decis. 25. num. 26.* & sæpè firmat *Rota*, ut videre est *cor. Seraphin. decis. 402. num. 1. & decis. 716. sub num. 17. & decis. 964. num. 1. & seqq. & cor. Emer. jun. decis. 1025. n. 4. & in p. 18. recent. dec. 304. num. 26. & post Card. de Luc. ad mat. Jurisd. tom. 3. decis. 27. num. 2. & seqq.* 5
& in dicta *Leodien. manutentionis 30. Aprilis 1731. §. Testium cor. Rezzonico.*

Et in punctualibus terminis præcedentiæ debitæ Vicario, habemus individualem authoritatem *Cærem. Episcopor. lib. 1. cap. 13. in fine* ibi: *Vicario Generali da-* 6
bitur locus, ubi habere solet pro consuetudine diversarum Ecclesiarum, quod Ceremoniale vim legis habet ex animadversis per *Card. de Luc. de Jurisd. disc. 31. numer. 5.* & firmatis per *Rot. decis. 4219. apud Novar. in Summ. Bullar. & in part. 4. tom. 3. rec. dec. 647. numer. 3.*

Hæc autem consuetudo, & observantia, passim pro lege ab hac Sac. Congregatione considerata in decidendis Controversiis præeminentialibus, fortiùs attendi debet in casu præsenti, in quo dubitari nequit de scientia, & patientia omnium Vicariorum pro tempore, eo ipso, quod ipsimet Vicarii Canonici ità absque ulla reclamatione pacificè observarunt, & per sæculum, & ultrà semper practicarunt, nunquam sibi assumendo Habitum Vicarialem, quo præcederent, semper utendo Habitu Canonicali, cum quo in loco suę receptionis inter Canonicos permanserunt; Itaut dubitari nequeat de longissima observantia, ab ipsismet Vicariis Canonicis scienter, ac uniformiter, absque ulla, nec minima reclamatione, practicata, ex 7
firmatis per *Rot. coram Coccin. decis. 436. num. 9. & cor. Buratt. decis. 129. numer. 7. & in rec. decis. 328. numer. 6. part. 4. tom. 1. & decis. 697. num. 17. parte 3.*

Quidquid sit de illa inspectione, an potuissent iidem Canonici Vicarii, dimisso Habitu Canonicali, assumere Habitum Vicarialem, & præcedere. Quod si non fecerunt non ideò amiserint facultatem præcedendi, de Jure sibi competentem; Respondemus, quod respectu Vicarii non Canonici, neque Civis fortasse vera est talis reflexio, sed in Vicario Canonico, & Cive indubitata est propositio contraria, ex supra animadversis; Quod autem etiam ex non facto in- 8
ducta dicatur observantia, & consuetudo latè probant adducti per *Spad. consil. 54. numer. 38. lib. 1. & consil. 94. numer. 8. & 9. lib. 2.* & firmavit *Rot. decis. 291. num. 10. & 11. & dec. 389. num. 7. p. 9. rec. & decis. 613. num. 25. & seqq. par. 18. & cor. Bich. dec. 660. num. 17.* Eodem modo, quo Doctores discurrunt de Privilegiis, quæ per non usum ammittuntur, ut notant *Ancbar. cons. 260. in fine Gabriel. cons. 162. per tot. lib. 1. Lotter. de Re Benef. lib. 2. par. 7. num. 23.* & firmavit *Rota cor. Seraphin. dec. 1410. num. 27. & cor. Cels. decis. 311. num. 5. & 6.* & *coram Ottobon. decis. 175. numer. octavo, & coram Crispo dec. trecentesima septuagesima octava in fin.*

Quibus additur, quod Canonicis Civibus, quales fuerunt multi ex præcedentibus Vicariis, & qualis est 9
Canonicus de Rubeis, de Jure prohibitum est Officium Vicarii in propria Patria exercere, ut observant *Foller. in Prax. cap. 1. par. 1. num 117 Sbrozz. de Offic. Vicar. lib. 1. quæst. 34. num. 1. Pignatell. consult. 162. per tot. tom. 9. Card. de Luc ad Concil. disc. 4. num. 8.* cum quibus procedere solet hæc Sac. Congregatio juxta innumeras resolutiones à Me citatas in *tom. 3. p. 2. disc. 8. per tot.* & signan[illegible] *n. 11.*

In qua parte habemus nobile documentum S. Caroli 10
Borromæi, quem ejus pastoralis solicitudo gloriosum red-

11 didit, de quo hęc scribit in ejus vita Carolus à Basi-
lica Sancti Petri *lib. 7. cap. 36. Hos verò, nempe Vica-
rium Generalem, & duos alios, qui cum ad civilia, tum
ad criminalia deputabantur, adhibere exteros solebat,
ne forte amicitia, propinquitate, gratia, aut metu ad-
ducti, Ius aliquo modo aliquando violarent, minus-
que libere dicerent*, & novissimè decisum fuit in *Con-
cil. Roman. tit.* 10. *cap.* 2. ibi -- *Episcopi in Vicarios
Generales suos Fratres, aut Nepotes, aut propriæ Epis-
copalis Vrbis Cives, non eligant*,

Quę omnia, uti respicientia Vicarium, simplicitèr
12 Civem, seu oriundum duntaxat, juxta terminos præ-
dictor. Authorum; absque ulla prorsus difficultate pro-
cedunt in nostro casu, attento, quod dd. qualitatibus Ci-
vis, & oriundi, in nostris terminis unitur tertia cir-
cumstantia hoc est Canonici nostræ Cathedralis, ut am-
pliando prædictam communem conclusionem notat
Nicol. in Flosc. verb. Vicarius num. 30. *vers. Potest autem*
ubi quòd ità resolvit hæc *Sac. Congreg. in Tragur.* 3.
Sept. 1601. *& in Messanen.* 23. *Junii* 1603. solumque
ex speciali Gratia habilitari aliquando solent Cives,
& oriundi ad Vicariatus exercitium per aliquod bre-
ve tempus, idque vel ob angustiam redditiuum Men-
sæ Episcopalis, vel ex aliqua alia justa causa, jux-
ta notoriam praxim Sacrarum Congregationum ut
de Canonico de Rubiis halito ad annum à Sac. Con-
gregatione Concilii -- *Non ostante che sia Citadino* ex-
13 tat Rescriptum, obtentum die 19. Augusti anni 1730.
datum in Summario & fatetur Episcopus in sua Re-
latione, ibi -- *Me reportasse Indultum, ut prædictus
Canonicus Rubeus, & si in d. Civitate natus, in nu-
mero Vicarii Generalis mihi deservire posset*.

Ex quo infertur, quod vel Canonicis Civibus sic
dispensatis, & habilitatis ad exercitium Vicarii, non
dicitur concessa habilitatio ad praeminentiam supra
14 Capitulum, nisi in actibus merè Iuris, & strictè ve-
niat interpretanda, nec admittat extensionem; non
solum ex identitate; sed neque ex maioritate ratio-
nis, egregie *Hostiens. in cap. Postulasti in fine de Res-
cript.* & meliùs *Fagnan. in cap. Quia in tantum num.*
20. *de Præbend. Corrad. in prax Dispens. lib.* 1. *cap.*
5. *sub num.* 2. *Addend. ad Ludovis. dec.* 87. *num.* 17.
& Rocca selectar. interpret. cap. 191. *num.* 21. Vel re-
manet saltem dubium, an fuerit una cum exercitio
Jurisdictionis concessa præminentia, & in hac hy-
pothesi fuit legitimè inducta præscriptio contra Vi-
carios Canonicos, & Cives adversus prætensum jus
præcedendi; Sivè per non usum ab immemorabili ob-
15 servatum, ut supra probavimus; Sivè quia quando
non est clarum, an actus sit merè facultativus, da-
tur contra non Vtentes manutentio, ex adductis
per *Post. de manut. observat.* 53. *num.* 16. *&* 17. *Ad-
den. ad Ludovis. dec.* 162. *lit. C. vers. Hoc autem est
Bich. dec.* 522. *num.* 4. *& seq. & dec.* 542. *num.* 3.
cum aliis apud *Card. de Regal. disc.* 145. *num.* 6. Si-
vè quia etiam contra dubiam dispositionem Iuris ad-
mittitur observantia interpretativa ex firmatis per
Rot. coram Put. dec. 15. *num.* 4. *lib.* 3. & post *Salgad.
in Labyr. Cred. dec.* 81. *num.* 9. & in dividualibus ter-
minis præcedentiæ est punctualis decisio Sacræ Ro-
tæ coram *Seraphin. decis.* 664. *numer.* 1. *&* 2. ibi --
*Fuit resolutum constare de bono Iure Rectorum, quia
in hac materia præcedentiæ solemnus præcipue deferre
consuetudini, etiamsi talis consuetudo repugnaret Juris
16 dispositioni, quia ubi viget consuetudo, cessant omnia;
Magis in casu isto, in quo non agitur de absoluta præ-
cedentia, sed tantum in quibusdam Actibus, quibus
Jus commune assistit potiùs, quàm resistit*; Quodque
faciliùs detur, vel omittatur præcedentia in uno,
vel altero casu particulari, quàm generaliter, & per
viam regulæ, observant adducti per *Rotam in dec.*
560. *numero* 17. *part.* 19. *recent.* ibi -- *Non enim in-
decens videtur, nec Juri repugnat, ut inferior in cer-
to loco & tempore magis dignum præcedat*, quibus ad-
do alios, citatos *in tom.* 5. *parte prima disceptatio pri-
ma numero sexagesimo tertio, & sexagesimo quar-
to*.

Et re vera non impugnant Dignitates, & Canonici
omnimodam præcedentiam suo Vicario Generali,
non Canonico sed solum in uno, vel altero parti-
culari casu illam controvertunt Vicario Generali Ca-
nonico, & Civi, in Choro scilicèt, & in functio-
nibus, in quibus Canonici Collegialiter interveniunt,
& cœteri Vicarii Canonici, & cives consueverunt
ab immemorabili intervenire, uti Concanonici, non
tanquam Vicarii, cum Jurisdictione, & præemi-
nentia ipseque de Rubeis semper in præteritum in-
tervenit, uti Concanonicus, ut ex eadem relatio-
ne Episcopi ibi -- *Nullam tamen in Choro, & in a-* 17
*liis actibus in quibus Canonici Veste utuntur Canonica-
li, præcedentiam requisivit, nec, habuit*: ibique se-
quentem assignat rationem *eo quia tunc nullum habi-
tum ab iis distinctum gestavit*, solummodo post obten-
tum ab ipso Episcopo Privilegium Protonotarii hanc
præcedentiam habere procuravit, titulo, seù præ-
textu Mantellette, & Rocchetti, ut ex eadem Re-
latione ibi -- *Qua de re putans; sibi haud licere sui
muneris Insignia derelinquere, imò Iuribus, & Præ-
rogativis eidem annexis, etiam in Choro, gaudere,
privilegium Protonotarii à me obtinuit, & hoc novo* 18
*charactere insignitus, cum Rocchetto, & Mantellet-
ta per binas vices ad Ecclesiam Cathedralem se con-
tulit*.

Impugnatur itaque solummodò depositio habitus
Canonicalis, & assumptio habitus Protonotarii, ad
solum effectum obtinendi præcedentiam supra Cano-
nicos, habitu Canonicali indutos in Choro, & in
Sacris functionibus de qua novitate in nostra Ecclesia
non extat exemplum, ideoque non videtur hodiè per- 19
mittenda, novitates enim semper fuerunt, & sunt o-
diosæ *nihilque magis animos perturbat, quam innova-
re, & à consuetudine alienum facere* juxta præcisa
verba *S. Ioann. Chrisost. Epist.* 1. *ad Corinth. homil.* 7.
sequuti à Rota in decis. 19. *in fin. apud Antonell. de Iu-* 20
rib. Clericor. cum aliis concordantibus, sequutis in *Fri-
sing.* 24. *Martii* 1713. *§.* 1. *coram Ansaldo*.

Præcipuè quia Canonicis assistit Jus non autem re-
sistit, eo ipso; quod habitus Protonotarii per se sum-
ptus, absque qualitate Canonicatus, non dat locum
in choro, neque supra Canonicos, si Protonotarius est
etiam ipse Canonicus, & proinde tunc sedere debet
in loco suæ receptionis, juxta magistrale *consil. Na-
var.* 4. *de Maior. & obed. per tot*, & signanter *num.*
1. ibi -- *Protonotarius, qui est Canonicus Ecclesiæ Ca-
thedralis, præcedit Canonicos, & Dignitates in acti-* 21
*bus, in quibus dd. Canonici, & Dignitates non sedent,
nec incedunt Collegialiter, sed singulariter tantum, non
autem cùm manent, vel incedunt Collegialiter, vel Ca-
pitulariter, & Navarrum* sequuntur *Pignatell.. con-
sult.* 88. *sub num.* 2. *tom.* 4. juxta Romanam impressio-
nem *Barbos. de Canonic. cap.* 18. *num.* 34. *& de Jur.
Eccles. lib.* 1. *cap.* 23. *de Protonotar. num.* 23. ibi -- *Præ-
cedunt Cathedralis Canonicis non Collegialiter inceden-
tibus, & Gavant. in Manual. verb. Præcedentia à
num.* 31. referens, ita decisum ab hac Sacra congre- 22
gatione ibi -- *Protonotarii Apostolici non participan-
tibus debent cedere locum Canonicis, Collegialiter in-
cedentibus*,

Non attenta qualitate habitus Protonotarii; Quia
(sunt verba *Pignatell. consult.* 76. *num.* 4. *tom.* 4. jux-
ta Romanam impressionem) *uti Protonotarius nullum
Ius habet ad distributiones, & actus capitulares, sed
reputatur tanquam extraneus, & ideò debet interve-
nire, uti Canonicus, vel Dignitas, quando autem in-* 23
*tervenit, uti Canonicus, vel Dignitas, debet uti habi-
tu qui, uti tali, ei competit*.

Videmus hoc quotidie practicari in Vrbe in Sa-
cra Rota, Signatura, inter Advocatus Consistoria-
les &c. inter quos antiquiores non Prælati præce- 24
dunt Prælatos posteriores, ut observant *Pignatell.
consultatio* 104. *numero quinquagesimo quinto tomo pri-
mo* iuxta Romanam impressionem, & *Cardinalis
Petra ad Constitut. Apostol. tomo primo ad Constit.
prima S. Leonis Magni num.* 69.

Nec replicetur, quod in istis terminis Protonotarius
Canonicus, volens assistere cum habitu Protonotarii;
præ-

præcedentiam habere debeat, amittendo ſolas diſtributiones.

Objecto enim punctualiter occurrit *Pignatell. conſ. 76. num. 5. d. tom. 4.* ſequendo individualem reſolutionem hujus Sac. Congregationis in *Aſculana* ibi -- *Neque ſatis eſt pœna amiſſionis diſtributionum &c. quia Sacr. Congregatio utentem habitu Protonotarii, non ſolum priant diſtributionibus, ſed reputat extraneum, & tanquam talem denegat ei locum inter Canonicos, & Dignitates, ut in allegata Aſculana &c.* cujus aurea verba ſunt hæc. *Quid ſi voluerit in habitu Protonotarii in functionibus, quibus intereſſe debet, uti Archidiaconus, intervenire, nihil de fructibus, & diſtributionibus participare poterit, eique aſſignandus erit lo-*
26 *cus, non ſupra, neque inter Canonicos, ſed poſt Abbates, ut in Cæremoniali Epiſcoporum lib. 1. capit. 13. ad fin. & tanquam extraneus reputabitur* verba pariter d. Cæremonialis ſupra adducta, & opportunè hic repetenda ſunt hæc -- *Vicario Generali dabitur locus, ubi habere ſolet pro conſuetudine diverſarum Eccleſiarum Protonotarii Apoſtolici non participantes poſt Abbates.*

Ex quibus remanet manifeſtum, quod cùm Vicario nihil omninò addat habitus Protonotarii in Actibus Capitularibus, in iſtis gaudere non debeat aliqua præeminentia, ſed indutus Canonicali habitu ſedere debet in loco ſuæ receptionis, tanquam Canonicus, calcando viam illam quam ſumma pace, & non ſine laude calcarunt omnes alii anteceſſores Vicarii Concanonici, reducendo ad praxim celebre il-
27 lud Ariſtotelis conſilium, de quo *Patrit. de Repub. l. 3. tit. 1. Civitatis Statum diligant, & contentique eo, nihil moliantur, nihil agitent, quod alienum, novumque ſit, ſed eam viam ire pergant, quam Majores inſtituerunt, quæque aliorum veſtigiis attrita ſunt*, cum aliis apud *Card. Sacripant. in Defenſ. Juriſdiction. Eccleſ. c. 14. n. 24.*

Secundo dubio, in quo quæritur; *An eadem præcedentia competat dicto Vicario intervenienti in habitu talari in publicis Academiis, Concluſionibus, Concionibus; & cæteris functionibus, in quibus (juxtà morem Regioni) Dignitates, & Canonici intervenire, & ſedere ſolent in loco, & ſcamno ſeparato, una cum Vicario in habitu ſimili*, negativè pariter reſpondendum vi-
28 detur; Ad quem effectum præmittimus, quod in Civitate Auximi ex conſuetudine, cujus initii memoria non extat, habentur Conciones tempore Quadrageſimæ in Eccleſia Cathedrali, & in Eccleſia S. Franciſci PP. Minor. Conventualium, alternatim tamen uno ſcilicet anno in Eccleſia Cathedrali, & altero in Eccleſia S. Franciſci, in qua intervenit Epiſcopus, Capitulum, & Magiſtratus, eo modo, quo interveniunt in Eccleſia Cathedrali, cum hac ſola differen-
29 tia, quod Capitulum intervenit non in Habitu Canonicali, ſed in Veſte talari, & ſic induti Dignitates, & Canonici expectant Epiſcopum in Sacriſtia, ubi idem Epiſcopus indutus Cappa, præcedente Magiſtratu, induto cum Rubonibus, accedit ad audiendam Concionem, ſequentibus Dignitatibus, & Canonicis, in Habitu talari.

Poſtquam autem omnes pervenerunt ad propria loca, Epiſcopus ſedet in ſua Sede Epiſcopali, Magiſtratus ſedet in proprio ſcamno ſeparato, & Canonici in alio ſcamno, pariter ſeparato una cum Vica-
30 rio Generali, ut admittitur in Informatione Epiſcopi ibi -- *In Quadrageſima anteacta cauſa intereſſendi Sacris Concionibus, quæ in Eccleſia S. Franciſci Ordinis Minorum Conventualium habebantur, ubi Canonici in habitu tantum talari ſedent in ſcamno ſeparato, & etiam Vicarius Generalis pro tempore ibidem ſupra Dignitates, & Canonicos ſedet; Idemque practicatur in publicis Accademiis, Concluſionibus, & cæteris functionibus, quibus juxtà morem Regionis tam Vicarius Gene-*
31 *ralis pro tempore, quàm Dignitates, & Capitulum intervenire ſolent in Habitu oblongo.*

In his Concionibus, aliiſque publicis functionibus, non eſt quæſtio præcedentiæ Vicarii Generalis ſupra Dignitates, & Canonicos, uti ſingulos, ſed uti Corpus dum Canonici interveniunt uti Capitulum, ut

admittitur in dict. Relatione Epiſcopi ex verbis illis 32
mox relatis -- *Dignitates, & Capitulum intervenire ſolent: ſedent in ſcamno ſeparato;* Nec quæſtio eſt cum Vicario Generali; non Canonico, ſed cum Vicario Generali Canonico, & Cive; cui controvertitur à Capitulo in his functionibus publicis præcedentia ſub eiſdem efficacibus rationibus, & ſolidis fundamentis, ſupra adductis circa primum Dubium. Nunquam enim Vicarii Generales Canonici hanc præcedentiam ab immemorabili ſibi in præteritum attribuere tentarunt, ſed ſemper ſederunt in loco eorum receptionis, ut probamus ex ſolemni Atteſtatione multorum nobilium Teſtium, tam Eccleſiaſticorum, quàm Secularium, ſeu de Magiſtratu data in Summario ibi.
Abbiamo conoſciuto molti Canonici di queſta Catedra- 33
l, che hanno eſercitato in diverſi tempi l' Officio di Vicario Generale, quando ſono intervenuti alle Funzioni col ſuo Capitolo in Corpo, non hanno mai avuta la precedenza ſopra la Dignità, ne ſopra li Canonici più anziani di loro, ma ſono ſempre ſtati nel luogo, loro competente, tanto in Coro con l' Abito Corale, quanto nell' altre funzioni, come Prediche, Concluſioni, & altre ſimili, nelle quali li Canonici ſono intervenuti capitolamente con l' Abito Eccleſiaſtico talare, ne mai abbiamo inteſo, che alcuno di eſſi Canonici Vicarii abbia mai preteſa la precedenza ſopra il Capitolo eccettuato che al preſente il Signor Canonico Paolo Alfonſo Roſſi Pro-Vicario.

Obſtat proindè prætenſioni Vicarii circa contenta in hoc ſecundo dubio antiquiſſima conſuetudo, & pacifica obſervantia, quæ ſola pro lege habenda eſt in determinatione præſentis controverſiæ ex ſupra ad-
ductis quibus addimus alios citatos in *Adrien. Præ-* 34
minentiarum 17. Februarii 1710. §. Præter, & per totam coram Aldovrando, ubi quod in hac materia tantam vim habet conſuetudo, ut potiùs ſit habenda ratio poſſeſſionis, quàm tituli.

Nec deeſt rationabilis cauſa, & rationabilior congruentia non præcedendi in his Sacris Functionibus, ſemper in præteritum ante oculos habita à Canonicis Vicariis pro tempore, ne ſcilicèt aſſiſtendo una cum Capitulo in eodem ſimili Habitu talari, non diſtincto à cæteris Concanonicus, videretur ſibi præcedentiam aſſumere, tanquam Canonicus, vel uti prima Dignitas, omninò ſibi indebitam, tam, uti Canonico, quàm tanquam primę Dignitati, quàm non obtinebant, licèt debitam, uti Vicario in Habi-
tu tamen diſtincto, & Vicariali, quę ratio initur 35
illis legalibus principiis, ſub quibus hęc Sac. Congregatio ſemper determinavit, præcedentiam Vicariorum in Choro cum Habitu tamen Vicariali, non cum Habitu Canonicali, cum illo demandando Vicarios præcedere debere, ſecundo verò attento, debere ſedere in ſuo Stallo juxta ſuam receptionem ad hoc ſcilicet, ut ex Habitu diverſo diſcriminetur perſona Vicarii; quæ præcedit Canonicos à Perſona Canonici, qui ſedere debet in ſuo loco, & eſt regula, quod præcedentia in actibus, qui fiunt extrà Eccleſiam regulanda venit juxtà præcedentiam in acti-
bus, qui fiunt in Choro, & intrà Eccleſiam, ut be- 36
nè advertit *Scarfanton. ad Ceccoper lib. 1. tit. 10. numero decimoquinto*, cum autem niſi Canonicus Vicarius in his functionibus publicis utatur Veſte diſtincta Vicariali, ſed utatur eadem Veſte talari, ut cæteri Canonici non diſcriminetur ejus perſona, uti Vicarius, ſed reputetur tanquam Canonicus, ſtringens ratio, cui initur antiquiſſima obſervantia non præcedendi hæc eſt, ne Vicarius Canonicus, indutus eadem Veſte, qua induti ſunt, & ſedent Dignitates, & alii Canonici, uti Corpus, videatur præcedere, tanquam Concanonicus, non tanquam Vicarius quod eſt maximum abſurdum. *Gratian. diſcept. 298. n. 65.* ubi egregiè probat, quod cum Habitu ſuæ Dignitatis incedere debet, quæ vult conſociis præcedere & concordat *Cherubin ad Conſtit. 84. Gregor. XIII. ſchol. 1.*
Obſervando præcipuè qualitatem ſupranumerariam, 37
ſeù ſimpliciter honorariam ſui Protonotariatus; Eſt enim uno ore receptum inter Canoniſtas; quod *ſi Canonici Collegialiter, ſive capitulariter incedant, tunc*

R 3 *Pro-*

Protonotarii ſupranumerarii , iis locum cedere debent , ſunt verba *Fabr. de Protonot. Apoſt. cap. 8. numer. 3.* concordantes cumulat , idque advertit etiam *Leo in Prax. For. Eccleſ. lib. 1. cap. 9. ſub num. 4. verſ. Secundo ampliatur* ibi -- *Quapropter Canonicos, & Dignitates non Collegialiter incedentes præcedunt &c. & Gavant. in manual. Prælat. verb. Præcedentia n. 31.*

Quibus non adverſatur, quod Epiſcopus in ſua Informatione teſtetur de antiqua conſuetudine ex illis verbis , *ubi Canonici in habitu tantum oblongo ſedent in ſcamno ſeparato, & juxta antiquam conſuetudinem, etiam Vicarius Generalis pro tempore ibidem ſuprà Di-*
34 *gnitates, & Canonicos ſedes*; Hæc enim conſuetudo de qua loquitur Epiſcopus , reſpicit Vicarios Generales non Canonicos, quibus non impugnamus præcedentiam; & proindè nullo modo poteſt extendi ad Vicarios Canonicos, de quibus non loquitur Epiſcopus, & contrà quos adducimus ſolemne juratum Teſtimonium Dignitatum, & Canonicorum noſtræ Eccleſiæ, inter quos aliqui conſtituti ſunt in ætate octuagenaria, teſtimonium perhibentes de iis, quæ propriis oculis ſubjecta fuerunt , itaut de illorum atteſtationibus verificentur ea , quæ de ſe ipſo ſcripta reliquit *S. Joannes Apoſtol. Epiſt.* 1. ibi -- *Quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contracta-*
35 *verunt teſtamur, & annunciamus.* Proindeque ex eadem Relatione inferri non poteſt concludens probatio conſuetudinis in caſu præſenti, longè diverſo, cùm obſervantia ad hoc ut attendatur, debeat probari in caſu præciſo , & individuo , ex generaliter firmatis per *Rot. dec. 65. num. 17. coram Arguell. & deciſ. 327. num. 7. coram Royas, & deciſ. 227. num. 9. part. 18. rec.* & in noſtris terminis præcedentiæ nimirum prætenſæ à Vicario Generali latè *Scarfant. in animadverſ. ad Ceccoper. lib. 1. tit. 10. num. 17. Rot. poſt Cardin. de Luc. tit. de Juriſd. deciſ. 29. n. 15. & 16.*

Minus relevat Cardin. Atteſtatio quatuor, aut quinque Sacerdotum , contraria; Quia illi auſi non ſunt, nec minimum verbum facere de præcedentia Vicariorum Canonicorum, qui fuerunt ante Canonicum de Rubeis , minuſque de conſuetudine non præcedendi, ab immemorabili introducta, ſed eorum dictum reſtrinxerunt ad præcedentiam ab ipſomet de Rubeis
36 volitam à menſe Maii 1728. uſque ad primum diem menſis Decembris 1729. & propterea eorum Atteſtatio non opponitur, ſed potiùs concordat cum noſtris Teſtibus, ſeriò deponentibus de prædeceſſoribus Vicariis Canonicis qui nunquam petierunt præcedentiam ; Quatenùs autem deponunt de præcedentia , volita à Canonico de Rubeis in actibus, geſtis intra dictum recentiſſimum tempus, à menſe Maii 1728. ad menſem Decembris 1729. ſupplicamus advertere, quod hi ſunt illi actus, qui tanquam novi dederunt
37 cauſam diſſentionibus, & ſcandalis, quia dictus Canonicus non intervenit amplius Concioni, & Capitulum non intervenit Concluſionibus, & Academiis , & dederunt cauſam præſenti liti mediante præſenti recurſu 1. Notorium autem eſt, quod actus, qui dederunt cauſam liti, nullum in omni materia tribuunt Jus conſiderabile , atque in nulla prorſus conſideratione habentur ut quotidiè firmavit *Rota* , & videre eſt in *deciſ. 4. nu. 2.* ibique *Adden. litt. A. coram Ludov. & deciſ. 649. num. 2. cor. Cavaler. & deciſ. 475. numer. 5.*
38 *apud Poſt de Manut. & deciſ. 53. num. 49. par. 5. & dec. 331. n. 12. par. 15. rec.*

Multò minus attendenda venit paritas, deſumpta à præcedentia debita ſupra Canonicos in Choro, & extra, Archipresbytero, & Archidiacono, quæ ſunt duæ Dignitates in Cathedrali Auximana , licèt hæ Dignitates quandoque non habeant Præbendam Canonicalem, vel ſi habeant, ſint ultimo receptæ; Magna ſiquidem intercedit diſparitas inter Dignitates , habentes Præbendam Canonicalem, & Vicarium Canonicum; illæ enim in ipſo momento aſſecutionis Dignitates habent ſtallum in Choro ſupra omnes Canonicos, ratione Dignitatis induunt veſtem Canonicalem in Choro, & ratione ejuſdem Dignitatis præcedunt in Choro , & extra Chorum, ſive habeant Præbendam Canonicalem, ſive non habeant, At Canonicus factus Vicarius, nullam in Choro, & extra habet præcedentiam, uti Canonicus, & Veſte Canonicali indutus, ſed tenetur (ſi vult præcedere tanquam Vicarius) aſſumere Habitum Vicarialem, diſtinctum ab habitu Canonicorum, ne videatur eſſe , 39
vel Canonicus Decanus in abſentia Dignitatum, vel (ipſis præſentibus) altera nova Dignitas , ultra Archipresbyterum, & Archidiaconum; Nulla proindè currit paritas quoties noſtri termini ſunt diverſi, & ſeparati, à diverſis enim non poteſt fieri illatio, ſicuti ex ſeparatis nihil infertur, quia ſeparatorum ſeparata debet eſſe determinatio , ex cumulatis per *Barboſ. axiom. 205. n. 1. & 2.*

Et revera non videtur ſubeſſe congrua ratio, quare totis viribus prætendatur exadverſo præcedentia in Habitu diſtincto Protonotarii in Choro, & functionibus Sacris, reſiſtente antiquiſſima contraria conſuetudine in Vicariis Canonicis, & Civibus, juxtà ani- 40
madverſa in primo Dubio ; & nolit adhiberi idem Habitus diſtinctus Protonotarii in his functionibus publicis extra Chorum, in quibus Canonici, & Dignitates nil aliud dicunt, niſi ut ſedeat cum ſuo Habitu diſtincto, vel Vicariali, vel Protonotarii, quando præſertim Epiſcopus in Concionibus extra Cathedralem ſedet cum Cappa, eo enim tempore ipſi Vicario honorabilibus eſt ſedere ſupra Capitulum in Habitu Vicariali , vel cum Mantelletta , & Rocchetto, quàm in ſimplici talari Habitu Clericali, cum illo quidem magis aſſimilatur ſuo capiti, imo congruentius unum corpus facit cum Epiſcopo, ratione ejuſdem Juriſdictionis. Cum Habitu verò talari, magis diſcedit, & ſeparatur à Capite, & plus aſſimiliatur Membris, quales ſunt Dignitates, & Canonici , & proindè quando ratione Juriſdictionis, quàm habet à ſuo Epiſcopo, vult præcedere Capitulo, congruum quoque eſt, ut utatur Habitu proprio, repræſentante Perſonam Vicarii cum Juriſdictione cujus intuitu 41
datum eſt Vicariis poſſe præcedere, præſente Epiſcopo, quia ſcilicet ratione Juriſdictionis unum corpus faciunt cum Epiſcopo , ſicuti faciunt unum Tribunal, juxta animadverſa per *Pignatell. conſult. 63. numero undecimo , duodecimo, & decimotertio, tomo tertio Ricc. in prax. part. quarta, reſolut. 390. numero octavo Scarfant. ad Ceccoper. lib. 1. titul. decimo, numero vigeſimo, & ſeqq. & Rot. poſt Cardinal de Luc. ad mat. Juriſd. tom. 3. deciſ. 29 numer. 5. & 6.* & juxta reſolutiones hujus Sacræ Congregationis relatas à *Joanne Baptiſta Pitton. in Conſtitut. Pro Vicariis numer. 93. fol. 38.*

Deſcendendo ad tertium dubium : *An idem Vicarius Sacris Veſtibus indutus, præcedere valeat dicto Capitulo, eiſdem Veſtibus, parato*, difficultas, quam illud 42
continet , non verſatur circa uſum Sacrarum Veſtium, competentium eidem Vicario , uti Canonico , quod nunquam ſomniarunt impugnare Dignitates, & Canonici, dummodò ſedeat in Choro in loco ſuæ receptionis , eundemque ordinem ſervet in Proceſſionibus , neque credimus illum uti Vicarium velle ſibi aſſumere uſum Sacrarum Veſtium, & cum illis præcedere Dignitatibus, & Canonicis paratis, eo quia certiſſimum eſt, quod cum Habitu Vicariali, vel cum 43
Mantelletta, & Rocchetto eſt prohibitum Vicariis Generalibus præcedere Canonicis , Capitulariter ſedentibus, vel incedentibus, Sacris Veſtibus indutis , non attenta quacumque contraria conſuetudine, quæ abuſus ſæpè declarata fuit , ut ex innumeris Reſolutionis hujus Sacr. Congregationis ſequutis à *Barboſ. de Canonic. cap. 18. num. 29. & in Summ. Apoſtolic. deciſ. collect. 714. num. 9. 11. 16. 18. Pignateil. tom. 3. conſult. 64. num. 16. & 17.* ibi -- *Neque allegatam conſuetudinem, imò veriùs abuſum ſuffragari* aliaſque reſolutiones refert, & ſequitur *Jo. Bapt. Piton. in Conſtit. circa Sac. Ritus num. 99. fol. 32. & fol. 65. num. 200. & fol. 135. num. 468.* ibi. *Præcedentia, & competit Dignitatibus Canonicis paratis ſupra Vicarium Generalem , neque conſuetudo, imò veriùs abuſus ſuffragatur, ut cenſuit Congregatio Rituum &c.*

Quod ultro ipſe admittit in ſua Scriptura ad hanc Sac. Congregationem per Epiſcòpum tranſmiſſa , in qua

44 qua respondendo ad tertiam petitionem, factam à Capitulo in supplici Libello sic inquit -- *Resta ora brevemente a discutere la terza istanza rispetto alla precedenza in Coro, quando tutti li Canonici sono vestiti con gl' abiti Sagri; lo ametto per certissima la conclusione, tante volte fermata da Dottori, ed approvata con molte risolutioni, dalla Sag. Congregazione che al Vicario Generale non competa alcuna precedenza, mentre, che il Canonici assistono parati in Abiti Sagri, il che molto più deve procedere, se il Vicario è ancora Canonico.*

Difficultas ergo in eo residet, quod Canonicus intendit posse uti Paramentis sacris, non uti Canonicus, sed tanquam Vicarius, & sic indutus, præcedere Dignitatibus, & Capitulo, eisdem Paramentis sa-
45 cris pariter indutis, innixus non dispositioni Juris communis, minusque resolutionibus Sacrarum Congregationum, quas admittit, sibi esse contrarias, sed facto novissimo, breviter enarrando, quod est sequens.

De anno 1726. dum regebat Ecclesiam Auximanam Card. Pipia, quidam exterus tunc Vicarius Generalis, & Protonotarius Apostolicus honorarius, Rocchetto, & Mantelletta indutus, cæpit prætendere præcedentiam supra Dignitates, & Canonicos Sac. Vestibus indutos. Obstupuerunt Canonici audita hæc insigni novitate, sed ne viderentur se opponere menti Cardinalis, suo Vicario adhærentis, vulgato quodam falso supposito nescio cujus individualis resolutionis hujus S. Congregationis permittentis Vicario Generali usum Sac. Vestium, inhærendo eidem
46 falso supposito, absque ulteriori veritatis, & subsistentiæ dictæ assertæ resolutionis indagatione, Canonici Capitulariter congregati satiùs, ac prudentiùs tunc duxerunt, in exequutionem dictæ assertæ resolutionis hujus Sac. Congregationis obsequi Episcopo, & præcedentiam suo Vicario Generali permittere, vestito tamen Indumentis Sacris, ut ex eadem resolutione Capitulari data in Summario.

At postmodum defunctis dicto, & ejus successore Pipia, Radicato, sub cujus Episcopatu nunquam tale quid fuit attentatum, ac demum translato ad Ecclesiam Auximanam moderno Episcopo, cùm Canonicus de Rubeis eandem præcedentiam cum Indumentis Sacris tentasset, non omiserunt Canonici exactis-
47 simas injungere diligentias in Secretaria hujus Sac. Cong. in qua inter alias resolutiones datum fuit invenire illam in Adiacen. sub die 2. Decembris 1690. transcripta in Summario in qua usus Sacrarum Vestium totundè denegatus fuit Vicario Episcopi, cui punctuali resolutioni notificatæ Canonico de Rubeis iste non acquiescat negativè huic dubio respondendum videtur.

Habemus siquidem legem ab hac S. Congregatione promulgatam *in d. Adiacen.* in qua disputato formiter sequenti Dubio: *Cuinam competat præcedentia, Vicario ne Generali? an Canonicis ubicumque paratis, & signanter in Processione SS. Corporis Christi, & an aliquid afficiat in eo Casu, quod Vicarius sit de Corpore vel extra Corpus Capituli, S. Cong. Respondit: Vicario Generali nunquam (scilicet neque in Choro, neque in Processionibus) competit præcedentia supra Canonicos sacris*
48 *vestibus indutos, nec usus sacrarum Vestium, nisi sit de gremio Capituli, & in eo casu stare debet in loco suæ receptionis juxta alias resolutiones* -- Quid clariùs pro decisione nostri Dubii adduci potest? dum habemus in terminis terminantibus, quod Vicario, uti Vicario, non competit usus sacrarum Vestium, tanquam Canonico vero ille competit quidem, sed in hoc casu stare debet in loco suæ receptionis; Resolutiones enim hujus Sacrosancti Senatus tanquam leges ab
49 omnibus indistinctè servandæ sunt, ut de se ipsa testatur *Sac. Rota cor. Ansald. decis. 72. num. 4. & in Perusina Præeminentiarum 2. Decembris 1711. §. Fortiùs cor eodem, & in Montis Falisci Cantus figurati 13. Junii 1729. in fin cor. Rovault de Gamaches, & in Passavien. Visit. 26. Februarii 1731. §. Eoque certius cor. Rezzonico.*

In cujus resolutionis conflictu nullùm omninò fundamentum fieri possit in prædicta Resolutione Capitulari.

Primò, quia illa emanavit ex errore manifesto sub falso supposito, quod adesset Resolutio hujus Sacræ Congregationis usum sacrarum Vestium permittens
Vicario, quæ reverà non aderat, imò ex hac parte 50
afferuntur resolutiones hunc usum omninò denegantes, & improbantes, quo casu neque voluntas Capituli, neque consensus deduci potest ex hujusmodi actu erroneo, cùm nihil sit tàm contrarium consensui, quàm error, ex adductis per *Valenzuel. cons. 158 numer. 1. ad plur. seq. Gratian. discept. 501. num. 1. & seq. Posth. resolut. 126. nu. 1. & seqq.* ubi quod error statim probatus dicitur, quando apparet rem aliter se habere, *Rot. cor. Merlin. decis. 573. numer. 3. & cor. Ludovis. decis. 179. numer. 5. & decis. 79. numer. 4. cor. Cels.*

Secundo, quia cum d. defectu consensus, & errore voluntatis, concurrit defectus potestatis, quia cùm jam extarent hujus Sacræ Congregationis Resolutio-
nes, & signanter prædicta *Adiacen.* de anno 1690. 51
in qua allegantur aliæ præcedentes, ibi -- *Juxta alias Resolutiones* -- non solùm non erat in potestate Capituli, sed neque etiam Episcopi concedere, usum sacrarum Vestium Vicario, quem usum per viam legis universalis denegaverat hæc Sacra Congregatio. Non enim est in potestate inferioris abrogare leges superioris, nec potest Subditus tollere legem Domini sui, ad *Textum in Can. Inferior. distinct. 61.* ibi -- *Qui minoris authoritatis est, non potest quidquam eum, qui majoris potestatis est judiciis suis addicere, aut propriis definitionibus subjugare* -- & *Clem. Ne Romani de Elect.* ibi -- *Lex Superioris per Inferiorem tolli non potest* -- & proindè non potest allegari, neque non
usus, neque contraria consuetudo, tanquam absur- 52
dissima, itaut neque per mille annos extinguatur ejus vis per contrarium usum, ut per totidem verba observat *Lotter. de Re Benefic. lib. 3. quæst. 25. n. 40.* & firmavit *Rota cor. Cavaler. decis. 85. per tot.*

Superest quartum Dubium -- *An eidem Canonico Vicario Generali liceat in eodem festo intervenire in Choro sub diversis figuris, idest ad Matutinum, & alias Horas in Habitu Canonicali; Ad Missam verò, & Processionem in Habitu Vicariali* -- quod negativè pariter videtur resolvendum ex hac sola animadversione, quatenùs omnia alia legalia fundamenta defice-
rent, quia continet insignem novitatem, non am- 53
pliùs visam in Civitate, neque auditam in Populo Auximano, ut dicunt multi graves, ac omni fide digni Testes in Summario, ibi -- *Attestiamo parimente, che questa nuova pretensione del Sig. Cononico Rossi, e la publica comparsa, che più volte à fatto nel medesimo giorno in Coro, e nelle Processioni con diverse figure ora di Canonico, ora di Vicario, è stata biasimata dalle Persone di senno, come novità odiosa; che è stata occasione di sconcerti, e altri mali* -- videtur proindè habere speciem magni exempli, quod non videtur permitten. juxta nobilem animadversionem illius nimium noti Authoris, quem tacito nomine refert, & sequitur *Rota decis. 308. nu. 20. cor. Dunoz. Sen. & Add. ad d. 431. à num. 35. d. 4. tom. 3. rec.*
Et proptereà omninò interdicenda videtur duplex 54
hæc figura in una, eademque die, & sub una, eademque magna solemnitate, sub oculis totius Populi egregiè *Rota in Burgent. Præeminentiarum coram Seraphin. decis. 402. num. 2.* ibi -- *Esset enim res mali exempli, si secus fieret, & nimis durum est immutare ea, quæ longo temporis cursu servata sunt*, juxtà verba ejusdem *Rotæ in decis. 212. num. quarto part. 13. recent.*

Cæterum hujus Dubii resolutio pendere videtur à negativa resolutione primi; Si enim EE. PP. dignabuntur declarare, non competere Vicario Canoni-
co, & Civi præcedentiam supra Dignitates, & Ca- 55
nonicos, capitulariter sedentes, vel in Processionibus ambulantes, in exequutionem antiquissimæ consuetudinis non præcedendi, vigentis in Cathedrali Auximana in hac parte concordantis cum clara dispositione

positione *Cæremonialis Episcopor. lib.* 1. *cap.* 13. *in fi-*
ne, ibi -- *Vicario Generali dabitur locus ubi habere*
solet pro consuetudine diversarum Ecclesiarum -- su-
blata remanebit omnis occasio repræsentandi dupli-
cem figuram in una, eademque solemnitate, interes-
sendi scilicèt uti Canonicus ad Vesperas, ad Matu-
tinum, & alias Horas, immediatè præcedentes Mis-
sam solemnem; Ad dictam verò Missam solemnem;
& Processionem, relicto Canonicali Habitu, com-
parendi, ut Vicarius in Habitu Vicariali, vel in Man-
telletta, & Rocchetto, ità pariter sublato usu Sa-
crarum Vestium ex negativa resolutione tertiis Du-
56 bii, sublata pariter erit occasio prætendendi præce-
dentiam in concursu Dignitatum, & Canonicorum
sacris etiam Vestibus indutorum.

In omnem verò casum semper verum esset, quod
hujusmodi sacrarum Vestium mutatio in una, ea-
demque solemnitate, ad unicum finem præcedendi
(qui non videtur laudabilis) tanquam inaudita præ-
tensio, & *miranda novitas*, juxta phrasim *Gloss. in*
leg. 3. *verb. Licere ff. de Verb. obligat.* nunquam vi-
detur permittenda, ut notant communiter *Repetent.*
in Extravag. 1. *de Privileg.* ibi -- *Plerumque pariunt*
novitates discordiam, præsertim dum ab eo, quod diù
57 *æquum visum est receditur, nec quare recedatur utili-*
tas evidens subest. Imò quod etiam quando aliquam
affert utilitatem novitas adhuc permittenda non sit
notabiliter scriptum reliquit *Divus Augustinus epist.*
128. *cap.* 5. his verbis -- *Ipsa mutatio consuetudinis*,
etiam quæ adiuvat utilitate, novitate perturbat -- quem
sequitur *Rota in Motulen. super bono jure* 27. *Janua-*
rii 1708. § *Cæterum cor. Ansaldo.*

Posita autem hujusmodi incompatibilitate diversi-
tatis, & mutationis Vestium sacrarum, nil aliud fa-
cere poterit ille Canonicus, qui eodem tempore Vi-
carius est, quàm plena libertate eligere illam figu-
ram, quam facere vult in aliqua festivitate, an sci-
licèt in illa velit assistere uti Vicarius, vel tanquam
58 Canonicus, & facta electione, comparendi uti Vi-
carius, semper illa die reputandus erit uti Vicarius;
Sicuti semper est reputandus Canonicus, quatenùs
eligat figuram Canonici, nec facta electione Personę
Vicarii poterit variare ad Personam Canonici, sicu-
ti facta electione in Persona Canonici non poterit
redire ad illam Vicarii, cum hæc sit natura duo-
rum incompatibilium, ut non electo, non de-
tur variatio, & regressus ad aliud, ad *Textum li-*
teralem in leg. finali Cod. de Codicil. ibi -- *Ab ipsis*
intentionis exordiis utrum velit eligendi habeat potesta-
tem, sciens se unius electione, alterius sibi aditum præ-
59 *clusisse*, quem multis adductis concordantibus, & exem-
plis, exornat, & sequitur *Rox. de Incompat. part.* 6.
cap. 1. *num.* 3. & *per tot.* & *cap.* 2. *num.* 13. 14. & *seq.*
ubi bonam illam adducit rationem, quia omni Jure
prohibitus est concursus, & cumulatio duorum incom-
patibilium.

Absque ulla prorsùs difficultate, quando (ut in præ-
senti verificatur) per electionem unius fuit Jus alteri
quæsitum; Si enim Vicarius in una festivitate eligit in-
tervenire, & præcedere, uti Vicarius, quæritur Jus
Dignitatibus, & Canonicis super distributionibus; Si
autem eligit interesse uti Canonicus, quæritur eisdem
Jus super præcedentia, quia tunc non considerant ad-
stantem, præsentemque Concanonicum, uti superio-
rem; Cui Juri, in uno vel alio casu quæsito, ex suo
voluntario facto sine justa causa variando non potest
60 Vicarius præjudicare, ut benè prosequitur *Roxas di-*
cta par. 6. *cap.* 1. *num.* 9. & *seqq. cap.* 2. *num.* 8. &
cap. 4. *num.* 21. & firmavit *Rota decis.* 79. *n.* 22. *co-*
ram Ansald.

Nec valet consideratio, quod officium illius diei
ut distributum in plures Horas, in unaquaque ex il-
lis debet esse in facultate Canonici, & Vicarii com-
parendi, uti Vicarius, vel uti Canonicus. Omnes
61 enim partes Officii se habent per modum vnius qui
dies unicus est, officium est unum, & una est so-
lemnitas, omnesque Horæ tendunt ad complemen-
tum, & perfectionem unius diei, unius Officii, &
unius solemnitatis; ideoque attento fine, seu affe-
ctu, qui est unus, semper remanet eadem ratio in-
compatibilitatis non permittendi variationem, ut cu-
mulatis concordantibus benè advertit *Rox dicta par.*
6. *cap.* 2. *num.* 7. ibi -- *Altera sit conclusio, quod in re-*
mediis, sive actionibus contrariis, & incompatibilibus,
origine, & effectu, aut effectu tantùm, seù exercitio, 62
una actione electa, consumitur alia, & non valet re-
dire ad aliud remedium, & meliùs *cap. tertio nu.* 13.

Videmus hæc quotidiè practicari in illis Religio-
sis familiis, quibus promissa est electio viæ, vel ho-
ræ, faciendi Processiones, Una enim via electa, vel
hora determinata, non est permissum anno sequen-
ti viam, vel horam variando, mutare, ut referen- 63
do plures resolutiones hujus Sac. Congregationis no-
tant *Pignatell. consult.* 63. *numer.* 6. *tom.* 6. *Monacell.*
in Formul. tom. primo tit. 5. *formul.* 7. *numer.* 31. &
Matthæucc. in Offic. cur. Ecclef. cap. 40. *num.* 10. Cu-
jus communiter receptæ conclusionis solida ratio his
verbis adducitur in *clem.* 1. *de Renunciat. Cùm illusio,*
& *variatio in Personis Ecclesiasticis maximè sint vitan-*
dæ, & concordant adducti per *Fagnan. in cap. Cùm*
olim num. 4. *de sent.* & *re judic.* & *Card. de Albic. de* 64
Inconstant. in Judic. in præfat. num. 13.

Respondemus pariter, quod in nostro casu agitur
quidem de Horis, inter se distinctis, sed immediatè
præcedentibus Missam, & Processionem, itaut Ho-
ræ Missa, & Processio sint continuata recitatio Of- 65
ficii, & Missæ Celebratio, absque ulla temporis con-
siderabili interruptione, Posita verò hujusmodi Offi-
cii, & Missæ continuatione, permitti non debet
quod in publica Ecclesia, tempore magnæ solemni-
tatis, ex motivo solius præcedentiæ (quod, ut di-
xi supra, & repeto) non videtur laudabile in cir-
cumstantiis nostri casu qualificata Persona Ecclesia-
stica ad Horas intersit uti Canonicus in Habitu Ca-
nonicali, ad Missam verò, & Processionem uti Vi-
carius, cum Mantelletta, & Rocchetto, reducendo
ad praxim mirandam novitatem scissuræ Sacrarum
Functionum, ex variatione, seu illusione, omnibus
Ecclesiasticis interdicta, uti res mali exempli ut fir- 66
mata *Rota coram Seraphin. decis.* 402. *num.* 2. & asse-
runt multi qualificati Testes in Summario ibi -- *E sta-*
ta biasimata dalle Persone di senno, come novità odio-
sa, che è stata occasione di sconcerti, & altri mali.

IN EADEM CAUSA.

Quod Vicario Generali Canonico semper, &
ubique competat præcedentia in concursu Con-
canonicorum explorati quidem Iuris non est, sed id
verum est dumtaxat, quando, vel Vicarius non est 67
Canonicus vel Concanonici considerantur sigillatim;
Secus verò quando isti incedunt, vel moram faciunt
collegialiter, quia tunc, Jure communi attento, præ-
cedentia debetur Canonicis, *Navarr. cons.* 4. *de Ma-*
jorit. & *obed. Gavant. in Manual. verb. Præcedentia*
num. 31. *Pignatell. consult.* 88. *sub numer.* 2. *tom.* 4.
Leo in Prax. for. Ecclef. lib. primo cap. 9. *sub nu.* 4.
Fab. de Protonot. Apostol. cap. 8. *numer.* 3. & *Barbos.*
de Canon. cap. 18. *num.* 34. & *de Jur. Ecclef. lib. primo*
cap. 23. *num.* 23. Quod verum est etiam si Vicarius
Concanonicus sit Protonotarius honorarius, quia in 68
Capitulo, uti talis, reputatur extraneus, & propte-
rea in illo non potest, nisi suum locum, tanquam
Concanonicus occupare, ut probavimus. Supra, ubi
etiam concludenter probavimus cum d. Iuris disposi-
tione concordare etiam antiquissimam consuetudinem
nostræ Cathedralis, necnon dispositionem *Cæremonial.* 69
Episc. lib. 1. *cap.* 13. *in fin.* ibi -- *Vicario Generali dabi-*
tur locus, ubi habere solet pro consuetudine diversarum
Ecclesiarum.

Oppressi autem contrarii Defensores à soliditate, &
efficacia harum legalium reflexionum, ad eam ex-
tremitatem devenerunt, ut in dubium revocare ten-
taverint dictam antiquissimam consuetudinem, me-
diante simplici, affectata Fide cancellarii Episcopalis,
data in contrario Summario.

Quan-

Quantùm autem voluntaria, quantùmque insubsistens sit dicta effectata Attestatio, docemus in præsenti Summario. In illo enim septem qualificati Testes, cum omni candore, & veritate specificant nomina novem Canonicorum, qui fuerunt Vicarii, & pro Vicarii Episcoporum pro tempore, affirmantes, *che*
70 *nessuno de sopradetti ha mai avuta la precedenza di Vicario, tanto in Coro, quanto nelle altre funzioni, nelle quali è solito intervenire il Capitolo, e li Signori Canonici in Corpo, ma ciascuno di essi è stato sempre nel luogo, che li conveniva, come Canonico*, qui Testes, tam ratione qualitatis, quàm numeri præferri omni Iure debent dicto unico Testi, *Parlador. Quotid. quæst. lib. 3. quæst. 9. numer.* 10. *Rot. coram Cels. dec.* 19. *num.* 7. *& in Pampilonen. Præminentiarum* 27. *Junii* 1701. *§. Et in omnem coram Olmo*.

Horum qualificatorum Testium dicta intra evidentiæ sinu posuerunt contrarii Defensores, asserentes:
71 *Nil mirum si Canonici pro Vicari non curarunt pro brevissimo tempore præcedentiam, de qua agitur*, imo neque etiam somniarunt illam prætendere à Capitulo in Corpore, quam nec etiam requisivit, vel habuit modernus Vicarius in illis actibus, in quibus uti Concanonicus intervenit, & alii Canonici Canonicali veste usi fuerunt, ut per hæc numero verba id dixit Episcopus in ejus Relatione, data in Summario.

Reflexio autem illa, quòd in evenerit pro brevissimo tempore, non subsistit in facto, nec relevaret in Iure; Non subsistit in facto, quia dicti nostri Testes probant id practicatum fuisse multis annis; Minus re-
72 levaret in Iure, quia vis non stat in maiori, vel minori tempore, quo quis in possessione præcedentiæ permanet, ex quo illa unico etiam actu acquiritur egregiè *Rot. dec.* 419. *num.* 13. *par.* 9. *& dec.* 320. *num.* 14. *part.* 12. *& decis.* 148. *numer. octavo part.* 14. *recent.* cum concordantibus in dictis punctualibus decisionibus cumulatis.

Observando præcipuè multiplicitatum novem Vicariorum, qui dictam præcedentiam nunquam habuerunt; Non enim est præsumendum, quod omnes sibi præjudicium voluerint in hac parte inferre, ut considerando minorem numerum Personarum observat
73 *Rot. coram Triol. decis.* 408. *numer.* 10. *& coram Merlin. dec.* 135. *num.* 7.

Et hac reflexione patet responsio adversus alium prætextum, quod iidem actus, gesti à Vicariis Concanonicis, uti facultativi præjudicare non potuerint Successoribus in Munere Vicariatus, Ultra quod enim toties multiplicata facultas à novem Vicarii Conca-
74 nonicis non præsumitur, exanimadversis per *Lagun. de Fruct. part.* 1. *cap.* 33. *§. unic. à num.* 19. & firmatis *per Rot. in Urgellen. Servitutum* 15. *Martii* 1697. *§. Tertio quoq; coram Ursino*, ibi -- *cùm toties continuata Gratia, & voluntas non præsumatur*, Præcipuè in præjudicium dd. Vicariorum, ut ampliat *Rot. in Romana Alimentorum* 23. *Junii* 1698. *§. Plura cor.*
75 *eod.* ibi -- *Spatio quindecim circiter annorum, quæ suapte natura totiès continuatam Gratiam non præsumit in actibus, involventibus præjudicium facientis*.

Respondemus, gratis ubique asseri exadverso, præcedentiam in dd. casibus à Vicariis Generalibus attributam Concanonicis unitim consideratis, fuisse materiam facultativam, quia si revera in dictis actibus præcedentia debita fuisset Vicariis Generalibus
76 ratione proprii officii, non erat in eorundem facultate proprio Muneri præjudicare, juxtà punctualem authoritatem *D. Gregor. lib.* 6. *ad Anastas.* ibi -- *Omnia debent ordinari, ut in suis Officiis unusquisque contineatur, nec ab ipsis habilitatis prætextu minui, aut locum cedere possit, ne sui Officii ignarus esse dicatur, & suæ potestati injuriam inferat*, & concordat *Telosan. de Repub. lib. quarto cap. decimo numer. decimo secundo Pilaja dec. septimo numer.* 105. *Franc. de Eccles. Cathed. cap. trigesimo tertio numer. septimo & Rot. in Romana Præcedentiæ* 5. *Maii* 1710. *§. Hujusmodi coram Crispo* inter ejus impressas *la* 238. *numer.* 18. ibi -- *Qui majorem gerit Dignitatem, nec suæ humilitatis prætextu*
77 *minori locum cedere potest, ne sui officii ignarus reputetur, & ei, cujus gerit potestatem, injuriam unquam inferre dicatur* cum aliis cumulatis *in Tom.* 6. *part.* 2. *discept. vigesima sexta num.* 107.

Respectu secundi Dubii insistitur exadverso in prætensa consuetudine præcedendi, juxtà quam Vicarii in actibus, comprehensis in eodem Dubio, habuerunt præcedentiam, sed exadverso Scribentes non distingunt Vicarios Canonicos à non Canonicis; Nos enim ultro admittentes, quod Vicarius non Canonicus in his terminis præcesserit, diximus, & conclu- 78
denter in Summario probavimus, id verum non fuisse de Vicario Concanonico, qui sunt termini nostri Dubii.

Disparitatis autem ratio, æquè solida, atque legalis in hoc consistit, quod non accedente Habitus distinctione, Vicarius non Canonicus non sine maxima confusione, & Populi admiratione, non distingueretur à Vicario Canonico, ex quo iste haberet præcedentiam ignorando titulum, seu motivum, hoc est an uti prima Dignitas, vel tanquam Canonico- 79
rum Decanus; *Confusiones autem in Ecclesiasticis Functionibus omninò vitari debent*, sunt verba *Rotæ*, cumulantis concordantes *in dec.* 1014. *numer. sesto coram Emerix. Jun. & coram Cerro decis.* 584. *numer.* 3. ibi -- *Aliàs resultaret confusio Ordinum in Populo, quæ vitanda est, ex traditis &c.*

Circa tertium Dubium exadverso scribentes commendabili candore admittunt illius maximam exorbitantiam, asserentes, prætensam contrariam consuetudinem alienam videri à recto ordine Sacrorum Rituum; Nos verò subdimus cum *Pignatell. consult.* 80
63. *numer. decimo sesto, talem prætensam consuetudinem veriùs esse abusum*, & cum *Piton. in constitut. circa Sac. Rit. fol.* 135. *numer.* 468. *Præcedentiam competere Dignitatibus, & Canonicis paratis supra Vicarium Generalem, neque consuetudo, imò veriùs abusus, suffragatur, ut censuit Congregatio Rituum &c.* & propterea respectu hujus Dubii nihil superest addendum supra deductis.

Remanet quartum Dubium, quod superare videtur exorbitantiam tertii, eo quia ex illius affirmativa resolutione in Sacris Functionis daretur locus il- 81
lis vanis apparentiis, & duplicatis Personæ Repræsentationibus, quæ quantùm propriæ, jucundæ, & solitæ sunt in Theatris, tantùm opponuntur majestati, decori, & serietati Functionum Ecclesiasticarum: Cum illo addito, omni consideratione ad nostrum effectum digno, quod sine Populi admiratione est ex probatis in Summario -- *Questa nuova pretensione del Signor Canonico de Rossi, e la publica comparsa che più volte à fatta nel medemo giorno in Coro, e nelle Processioni con diverse figure, ora di Canonico, ora di Vicario, è stata biasmata dalle Persone di senno, come novità odiosa, ed è stata occasione di* 82
sconcerti, ed altri mali, non alio fine practicari exadverso prætenditur, quam ad acquirendam, mediante uno Habitu illam præcedentiam, quæ cum alio Habitu non debetur eidem Personæ, quod, an sit laude dignum, & Sacris Functionibus decorosum, aliis relinquimus judicandum.

Causa non fuit proposita in Congregatione Rituum, Ponente Cardinal. Lercario, quia Partes con- 83
cordarunt.

DISCE-

DISCEPTATIO XXIX.

Anglonen. Ordinationis

PRO

Clerico Thoma Simonetto

ARGUMENTUM.

Quando requirantur Literis testimoniales Ordinarii, ut quis validè possit Ordines suscipere ab Episcopo Domicilii.

Clericus Thomas Simonettus, natus in Oppido Cracii, Diœcesis Tricaricen. & ab anno 1719. Domicilium habens in Oppido S. Martini, Diœcesis Anglonen. insignis illarum Partium Juris Consultus, mortua Catharina Vitali, eius dilectissima Uxore, unica, virgine, cupiens S. Ordinibus insigniri, ab Episcopo Anglonen. eius proprio Ordinario ratione Domicilii, supplex petiit à Tricaricen. Episcopo originis Literas testimoniales, in exequutionem notoriæ Constitutionis Innocentii XII. quæ incipit *Speculatores*, impressa in eius *Bullariolo la* 53.

Quia verò eius petitio surdis auribus recepta fuit à dicto Episcopo Tricaricen. coactus extitit Recursum habere ad Congregationem Concilii. Cùmque idem Episcopus Tricaricen. nimis differret obedire Præceptis dicti Sacrosancti Senatus, priùs necesse habuit prædictus Clericus Simonettus eidem præsentare secundam Epistolam eiusdem Congregationis per ma-
2 num publici Notarii, qui id testatur in Summ. Crescente autem eius contumacia in non respondendo, novas preces dicet Clerici Simonetti eadem Congregatio die 14. Novembris 1732. rescripsit. *Dentur Literæ urgentiores, & consignentur Agenti.*

Post duos; & ultra menses tandem aliquando die 20. Januarii 1733. suam transmisit Relationem, datam in Summ. in qua cùm multa insubsistentia gratis ubique exagerata fuerint, ad novas preces Simonetti Congregatio die 26. Martii 1733. rescripsit: *Audiatur Episcopus Anglonen. super Relatione, Episcopi Tricaricen.* qui commendabili punctualitate paulò post suam Relationem transmisit, datam in Summario Cùmque die 15. Maii eiusdem anni 1733. nemine comparente pro Simonetto pro, rescriptum fuerit: *Orator recurrat ad Ordinarium Tricaricensem pro Literis dimissorialibus*, prævio recessu à decisis, videtur rescribendum, Episcopum Tricaricensem teneri, & obligatum esse concedere solas Literas testimoniales vigore *d. Constit. 53. Innocentio XII.* non autem Literas dimissoriales.

Ad quem effectum præmittimus, quod Clericus, mortua Uxore unica, & virgine, potest reassumere Habitum clericalem, absque ulla licentia Episcopi, si-
3 ve Originis, sive Domicilii, ut post mults concordantes, probat *Panimoll. decis.* 14. *per tot.* ubi *numer.* 23. refert punctualem Resolutionem Congr. Immunitatis in una *Orien.* 18. *Augusti* 1654. cujus verba sunt hæc -- *Instante Donato Antonio Gioja, velle reassumere Habitum, attento abitu Uxeris virginis, eadem Sac. Congregatio censuit, Pratori licere reassumere Habitum clericalem, etiam absque ulla alia licentia Episcopi*, quam refert, & sequitur *Ricc. in Synops. verb. Clerici quoad Habitus reassumptionem nu.* 3. & in præcisis terminis
4 alterius Clerici Coniugati nostræ Diœcesis, idem resolvit aadem *Congr. die* 19. *Augusti* 1698. *in alia Anglonen.* ut videre est *in lib.* 2. *Decretor. Valleman. fol.* 169. *à tergo*.

Quod ampliant Doctores etiam in casu (qui longè distat à nostro,) quando scilicet Clericus expresse renunciavit Clericatui, ut latè probat *Monacell. in Formular. tom.* 1. *tit.* 5. *form.* 9. *numer.* 35. sequendo punctuales Resolutiones *hujus Sac. Congregationis in*
5 *Aquipendii* 18. *Aprilis* 1692. *Ponente Card. Millino, & in Aversana* 13. *Junii ejusdem anni, Ponente Card. de Abdua.*

Præmittimus secundò, quòd Episcopus Originis non potest denegare Literas testimoniales, sine justa causa, ea viva ratione, quia aliàs esset facultate eiusdem Episcopi, impedire Ordinationis, de Jure competentes Episcopis propriis ratione Beneficii, Domicilii &c. quàm adducit *Monacell. in Formular. tom.* 1. *tit.* 4. *form.* 9. *num.* 10. sequendo punctuales Re- 6
solutiones *Sacræ Congregationis Concilii in Neapolitana, seu Hieracen.* 27. *Junii* 699. *& in alia Neapolitana, seu Scalen. Ordinationis* 19. *Februarii* 1701. necnon aliam Resolutionem *hujus Sacræ Congr. in S. Severini* 13. *Maii* 1701. Et in præcisis terminis, quod Episcopis non liceat denegare Literas testimoniales, nisi adducant congruam rationem, & subsistentem causam eorum negativæ, resolvit *Sac. Congr. Immunitatis in Tranen.* 2. *Decembri* 1692. *lib.* 1. *Decretor. Vallerman. fol.* 8.

Videamus modò quas, & quales adducat causas Episcopus Tricaricen. pro colorandæ hujusmodi denegatione Literarum testimonialium; Ait enim -- *In discarico della mia conscienza, devo riferire all' EE. VV. che quantunque il medemo* (hoc est Principalis) *prendesse Moglie in Diecesi di Anglona, la condusse subito nella di lui Patria nella Terra di Craco, mia Diocesi, dove si è trattenuto, e si trattiene nella Casa paterna, non essendo detto Beneficio, che asserisce aver conseguito dal Vescovo di Anglona, che un semplice colore (per non dare altro titolo) di estorquere le Or-* 7
dinazioni contro li Decreti della Sacra Congregazione del Concilio &c. O' creduto le medeme esseguire, per non aprire una strada, facile ad essere seguita da molti, con Beneficio di pochi carlini &c. per essere ordinato da Vescovo alieno &c.

Mirum enim in rei veritate est, quod tali, tantaque intrepiditate *in discarico di conscienza* huic Sacrosancto Senatui asserantur ea, quæ nullam habent facti assistentiam, nullumque à parte rei fundamentum, Dum non regit in facto, quod Episcopus An- 8
glonen. contulerit Simonetto *un Beneficio di pochi carlini*; Quod idem Simonetti statim ac duxit Uxorem in Oppido S. Martini, Diecesis Anglonen. se contulerit ad Terram Cracii, dum ad illam rediit post annos quinque, non animo ibidem commorandi, sed invisendi Consanguineos, Quod in illa moram fecerit, & faciat in Domo paterna; quorum insubsistentiam concludentissimè probamus ex solemni Attestatione Syndici, & Electorum Terræ Cracii Nec non ex alia simili Attestatione Syndici, & Electorum Terræ S. Martini Diecesis Anglonensis cum ju- 9
ramento testantium, quod Simonettus -- *nella Terra di S. Martino a fatto, e fa Domicilio, con Casa formata, dove presentemente abita, e domicilia; Che à pigliato in Dote in detta Terra di S. Martino molti Stabili, con la compra di alcuni Territorii ed una Vigna, da Lui fatta, che à confermata la sua Abitazione, e Domicilio in detta Terra, e tuttavia à mantenuta, e mantiene detta sua Casa in esse Terra, con l' usufruttuarsi li suoi Stabili, e mantenersi le industrie delle Vacche, e da questa Università di S. Martino è stato catastato nel Catasto della Colletta, come ogni altro Cittadino, e se li è data la Porzione del Sale, anche da Cittadino, essendo stato da tale stimato, come al presente si tiene.*

Videtur autem vim facere cuicumque sano intellectui reflexio, quod omnes dd. qualificati Testes, nempè Syndici, & Electi dictorum Oppidorum Cracii, Diæcesis Tricaricensis, & S. Martini, Diœcesis 10
Anglonen. voluerint in hac parte, absque ullo proprio commodo, vel utilitate, mentiri in præjudicium propriarum Animarum, quod ferè impossibile visum fuit *Roland. cons.* 38. *num.* 38. *lib.* 1. ubi; quòd, licèt plura sint genera delictorum, ad nullum patrandum solet quis, absque lucro, vel utilitate, moveri, quodque hoc patet ratione naturali, quam solam allegare sufficit, & concordant innumeri alii classi Authores citati *in Tract. de Livell. cap. primo* §. 4. *num.* 4.

Præcipuè quia iidem Syndici, & Electi, tam Terræ Cracii, quàm S. Martini, testantur de factis, & rebus

rebus notoriis in eorum Patriis, ita ut augendam illorum fidem verificentur de iisdem ea, quæ de se
11 ipso scripsit *Sancti Joann. epist. prima in princ.* ibi -- *Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostræ contrectaverunt &c. & testamur, & annunciamus* -- Necnon illa, quæ leguntur *in epist. Sancti Petr. secundo, primo, decimo octavo. Et hoc audivimus cùm essemus cum ipso*. Et proindè in conflictu illorum juratarum attestationum, nullum fundamentum fieri potest in contraria Relatione Episcopi Tricaricen. nullam adducentis probationem suæ gratuitæ assertionis, ex adductis per *Piton. discept. 66. numer. 52.* ibi -- *Testimonium Ordinarii, in solo ejus verbo consistens, non potest prævalere publicis Documentis*, & firmatis per *Rot. decis. secunda numer. tertio tit. de Sponsal. & Matrim. coram Falconer. tom. tertio* loquentem in durioribus terminis Relationis Electoris, & Celsissimi Archiepiscopi Trevirensis, *& in Placentina Jurispatronatus prima Decembris* 1704. *§. final. cor Omanna*, ibi --
12 *Neutiquam attenta Relatione Ordinarii Placentini, directa Sacræ Congregationi &c. Ultra quod enim dicta Relatio manifestè erronea convincitur &c. & in Sagonen. Plebaniæ* 10. *Decembris* 1706. *§. Quin attendenda sit Informatio per Episcopum facta in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, coram eodem, & in Osnabrugen. Canonicatus* 10. *Junii* 1718. *§. Hinc parum coram Crispo*, ibi -- *Prout inutiliter etiam efferuntur dicti Episcopi Paderbonon. & Monasterien. Depositiones; Quia nec quidem fidibus Supremorum Principum in Judicio defertur in præjudicium*
13 *Tertii, ut in consimilibus terminis alterius Archiepiscopi dixit Rota in Colonien. &c. coram Molines, & in Romana Primogenituræ de Lodron &c. coram Aldrovando*, quas refert, & sequitur *Pompejus Ursaya meus filius in tom. 2. Miscellan. lit. R. verb. Relationes Episcoporum num. 21.*

Observando ulteriùs, quòd sunt nimis frivoli, & æqualiter insubsistentes duo illi contrarii prætextus, adducti in dicta Relatione. Primus in Jure, quod non possit Clericus conjugatus, mortua Uxore, reas-
14 sumere habitum clericalem, sine licentia Episcopi, ut enim latè probavimus sup. id nullatenus subsistit; Prout etiam est merus prætextus sine ullo fundamento à parte rei reflexio illa, quod *l'Indugio della mia riverente Risposta all' EE. Loro, è stato cagionato dal Simonetti, che non à presentato, se non che tardi la Lettera, a me diretta*, Dum in Summario concludentissimè probavimus, illam per manus publici Notarii fuisse eidem præsentatam quinque mensibus antea, hoc est die 1. Septembris 1732.

Quibus non adversatur reflexio, quòd Simonettus antequam Uxorem duxisset in Terra S. Martini uno, vel altero anno moram fecerit in illa, tanquam Agens, seu Gubernator Domini temporalis; Ultrò enim admittimus, quòd pro d. brevi tempore, quo occasione ejusdem muneris habitavit in d. Terra Sancti Martini, in illa non acquisiverit Domicilium; Negari tamen non potest, quòd postquam in illa Uxorem duxit, Lares fixit, Filiosque procreavit &c. verum Domicilium in eadem acqui-
15 siverit, *ad Textus literales in leg. secunda in fine Cod. ubi Senat. vel Clariss. & in leg. Cives Cod. de Incol. lib. decimo de Angel. de Offic. Baron. cap. sexagesimo secundo num. quarto* ibi -- *Attenta dispositione Juris communis, eo ipso quod quis in aliquo Loco habet Domum propriam, & ducit Uxorem, efficitur verè Civis Rocc. disput. Juris cap. 83. numer. primo Cardinal de Luc. de Jurisdict. discept. quadragesimo sexto numer. nono versic. Demum & de Præminen disc. trigesimo septimo numer. tertio* egregiè *Ansald. de Commerc. & Mercat. discept. decimo numer. decimo secundo & pluribus seqq. & disc. vigesimo primo numer. tertio* ubi quod quando aliquis habitat in illo Loco, in quo Uxorem ducit, Liberosque suscipit, veram, & perfectam civilitatem, & domicilium in eodem Loco acquirit.

Neque in hoc casu requiritur decennalis habitatio, sed sufficit sola animi declaratio, juncto habitationis facto, punctualiter *Rota*, post multos concordantes, *in decis. 71. numer. decimo sexto part. decima nona recent.* Videmus hoc quotidiè practicari in Urbe, in qua eo ipso, quod ab una ad aliam Parochiam Parochianus se transfert, statim in secunda 16
Parochia, ad omnes Juris effectus Domicilium acquirit, ut disponitur *in Statuto Cler. §. tertio de Jure eligen. sepult. §. decimo secundo in addition.* & latè probavi *in tom. secundo mear. part. prima discept. 10. numer. 8. & 9.*

Non attento, quod post Matrimonium per paucos dies moram fecerit in Terra Cracii; Id enim non fuit factum *con animo di permanervi, ma per quivi ordinare li di Lui proprj Interessi, e poi ritornarsene a guidare la sua Fameglia, onde se ne ritirò subito qui medemo*, ut testatur Episcopus Anglonen. in dicta Relatione & uno ore concordant. Syndici, & Electi, tam Terræ Cracii, quàm Oppidi Sancti Martini, quibus omnis adhibenda est fides ex punctualiter firmatis per *Rot. in decis. 797. numer. vige-* 17
simo secundo & vigesimo tertio coram Millin. & decis. 1339. numer. quarto coram Emer. junior. & decis. 210. numer. vigesimo quarto coram Caprara, quæ præcisissimè loquitur de attestatione Syndici, & Electorum Communitatis, & ad effectum probandi Domicilium in illa habitantis. Domicilium enim probatur concludenter ex possessione Bonorum in aliquo Loco, ex adductis per *Rot. decis. 193. numer. 5. coram Priolo*. Ex descriptione in Cathalogo Civium, & supportatione onerum, Civibus Communium, *Rota coram Merlin. decis. 797. numer. vigesimo secundo & vigesimo tertio, & decis. 42. à numer. 56. apud Scarfanton. ad Ceccoper.* Ex emptione Bonorum consi- 18
derabilis valoris in Loco, in quo inhabitat, moramque facit, *Rota decis. 94. numer. decimo & undecimo apud Constantin. ad Statutum Urb.* Præsertim si eadem Bona sint stabilia, *Rota dicta decis. 94. numer. decimo secundo apud Constantin. ubi supra*. Quæ omnia superlativè probatur in nostro casu ex d. Attestatione Syndici, & Electorum Terræ Sancti Martini.

Ad solius demum materiæ ornatum, & præter ullam connexionem cum nostro casu, subdimus, quod, quatenus per falsam hypothesim supponere velimus, quòd Simonettus duplex habeat Domicilium, unum scilicet in Terra Cracii aliud verò in 19
Terra Sancti Martini, semper haberet locum conclusio, communi placito DD. recepta, & in collegialibus Tribunalibus quotidiè canonizzata, *quòd si quis duo habeat Domicilia sub diversis Episcopis, in quibus, licèt non aquis mathematice temporibus inhabitet, potest indifferenter ab his duobus Episcopis ad Ordines promoveri, quia ratione utriusque Domicilii, utrique Episcopo efficitur Subditus*, sunt verba *Panimoll. decis. decima quarta adnot. secunda numer. 59.* ubi refert, & sequitur innumeros concordantes, & signanter *Molphesium Præpositum, Sanchez, Dianam, Torreblancum, Ugolinum, Aversam, Barbosam &c.* cum aliis citatis *in tom. secundo part. prima discept. decima numer. 21.*

Incertus est exitus

DISCE-

DISCEPTATIO XXX.

Nullius Tudelæ, seu Tirasonen.

PRO

Josepho Antonio Junguitu

CUM

Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Tirasonen.

ARGUMEMTUM

Prima Dignitas Ecclesiæ Cathedralis sivè Collegiatæ quando puniri possit à Capitulo, seu Canonicis, & qua pœna injustè Carcerato quando debeantur damna, & expensæ ab eo, qui d. carcerationem procuravit.

JOseph Antonius Junguitu anno 1718. obtinuit à
Clemente XI. Canonicatum cum Thesauraria in
Collegiata Ecclesia Tudelæ postquam Philosophiæ,
Theologiæ, & utriusque Juris Studia non sinè lau-
de expleverat, Sacrorum Canonum Baccalaureus, &
Licentiatus declaratus fuerat, & ad Canonicatus Do-
ctorales, & ad Pænitentiariam Ecclesiæ Conchen.
1 fuerat approbatus Curam Animarum exercuerat, &
ab Ordinario commendatus extiterat, Summarii jux-
ta verba multorum qualificatorum Testium, formi-
ter examinatorum coram Nuntio Hispaniarum, qui
2 addunt *essere un Ecclesiastico molto virtuoso, e Zelante del Culto Divino, e Servigio della sua Chiesa, e Capitolo &c.*

Zelus iste, quem Josepho fovebat, non admodùm
placuit. Accepta enim à prædicto Thesaurario qua-
dam Epistola Serenissimi Hispaniarum Regis, post
paucos dies à possessione suæ Dignitatis, sequuta die
3 28 Septembris dicti anni 1718. circa nonnullas Ci-
viles discordias inter Decanum, ejusque Asseclas, ex
una parte, nec non inter Canonicos Arnedum, &
Perez, aliosque eis Adhærentes ex altera, ad hoc,
ut unusquisque via judiciaria sua Jura experiretur,
& pax servaretur, idem Thesaurarius, uti Præsens
4 convocare fecit Capitulum, ad finem notificandi
omnibus Regiam mentem, ac voluntatem, & con-
sequenter etiam convocari curavit dictos Canonicos
Arnedum, & Perez, quamvis à Capitulo præceden-
ter isti mulctati fuissent pœna *Modicæ*, ut vocant;
Præsertim, quia dicto Thesaurario, uti Capiti, ac
Præsidi ex Actis apertissimè constabat, eosdem Ca-
5 nonico injustè fuisse expulsos, Nec alter modus neu-
tralis, sive magis aptus, ad intentum conducens,
supperabat eidem Thesaurario, de recenti ad Civi-
tatem Tudelæ pervento. Verùm oppositorum ani-
mos taliter hæc convocatio exacerbavit, ut unus de
Capitulo non dubitaverit coram omni Populo ver-
bis contumeliosis Thesaurarium afficere ibi -- *Al bordello puol andare à comandare* -- Alter verò non eru-
6 buit palàm exclamare -- *Che indegno Presidente ci à mandato Sua Santità* -- Tertius demùm adeò effer-
buit, ut nisi retentus fuisset, violentas manus in di-
ctum Thesaurarium injicere paratus erat. Hi fue-
runt primordiales amplexus, nec non humanitatis,
ac respectivè obsequii priora officia, quibus Provi-
7 sus Apostolicus Caput; & Præses Capituli, Vir æquè
Nobilis, ac doctus à Canonicis exceptus fuit.

Adversus hujusmodi irregulares operationes Cano-
nicorum Thesaurarius id praxim reduxit ea, quæ le-
guntur *Prover.* 15. 1. eisdem leniter suadendo, ut
quilibet Capitularium quiesceret, & in scriptis sen-
sum proferret, verba illa sæpè repetens -- *Le Cose*
8 *della Chiesa non devono discenderfi more Castrorum;* Sed
de aliqua violentia, & oppressione prudenter timens,
ad illam præcavendam, per breve tempus à Tude-
la recessit, & Matritum contendit, redeundo men-
se Novembri ad nostram Ecclesiam; Et de facto da-
ta occasione possessionis cujusdam Cappellaniæ Joan-
nis Antoniis Mena de mense Januarii subsequentis
anni 1719. quamvis hic actus ad dictum Thesaura- 9
rium unicè spectaret & in Ecclesia reperiretur, re
integra, non autem post factam functionem, fuit
nihilominùs idem Thesaurarius in nulla considera-
tione habitus à Cantore, dum iste de mandato Ca-
pituli possessionem dicto Cappellano tradidit, in evi-
dens præjudicium, & æquale vilipendium Dignita-
tis Thesaurarii, qui videns dictum Cappellanum An-
tonium Mena se accingere die 14. d. mensis ad fe-
rendas Sac. Reliquias, & sic faciendum actum, de- 10
notantem prætensam legitimam immissionem in pos-
sessionem d. Cappellaniæ, nunciari fecit d. Mena, ut
non accederet, uti Cappellanus, ad faciendam d.
functionem, sed reluctante alio Canonico simplicem
protestationem Jurium suæ Dignitatis præservativam
emisit; & ex hac protestatione, quæ nemini dene-
gatur, ac si aliquod grave delictum perpetrasset, d.
Thesaurarius à Capitulo, magno fastigio, altum Do-
minium, merumque Imperium sibi adscribente, ibi
-- *Usando il loro Diritto Sovrano* ad primam *Modicam*
exilii à Capitulis, Choro, & Ecclesia, per bime- 11
stre, & solutionem duorum ducator. ad commodum
d. Capituli, æquali injustitia, ac præcipitantia con-
demnatus fuit.

In his circumstantiis nescimus videre, ubi reside-
at delictum Thesaurarii, sub obtentu perturbationis
Divinorum Officiorum ut exadverso prætenditur, ad
colorandam injustitiam d. pœnæ Modicæ, ac vio-
lentiarum dùm è contra Thesaurarius, qui Jure suo
uti voluit, non solùm fuit mulctatus, sed etiam pri-
vatus Jure præsidendi in d. functione, in qua alter
Canonicus de facto, fastuque inaudito, se fecit Præ- 12
sidentem, & Thesaurarium verbis æquè incivilibus,
atque injuriosis publicè, & palàm contensit -- *Vada à comandare à Casa sua.*

Ex hoc innegabili facto detegitur manifestum æ-
quivocum; exageratum exadverso quod perturbatio
primi Capituli, sequuta die 18. Octobris 1718. non
processerit ob convocationem Canonicorum Arnedi,
& Perez, cum supposito, quod altercatio cum Ga-
stelu sequuta fuerit in dicto Capitulo die 14. Jan. &
primo Capit. 16. Oct. non subscripserint d. Canonici
Arnedo, & Perez, dum incontrovertibilis veritas
fuit, & est, quod Canonicus Gastelu in primo Ca- 13
pitulo conatus fuit Thesaurarium factis lacessere, in
secundo verò verbis, & usurpatione Jurium, ut su-
pra diximus, & iidem Arnedo, & Perez primo Ca-
pitulo interfuerunt, sed ne appareret intervenisse,
non obstante Mulcta, à Capitulo inflicta, fuerunt
dicta nomina omissa, proùt testari potest dictus Pe-
rez, in Urbe degens.

Huic præjudicio Thesaurarii successit secundum in
Capitulo, habito die 12. Maii anni 1719. quo pari-
ter. Canonici privarunt Thesaurarium Iure traden- 14
di possessionem alterius Cappellaniæ Francisco Ca-
stelruiz, delegando ad prædictum actum Canonicum
Rada.

Videns propterea idem Thesaurarius, se exponi
magno periculo hujusmodi Consessibus Capitularibus
interveniendo, die 19. ejusdem Mensis censuit ex-
pedire, se abstinere ab eodem Capitulo, rotundis li-
teris asserendo Secretario ejusdem Capituli, qui ver-
baliter eundem vocaverat, ut in scriptis notificatio- 15
nem ferret sed iterum, & pro secunda vice, & sub
prætextu, quod in dicto Capitulo de Regio inte-
resse (quod revera non aderat) tractari deberet,
mulctatus fuit pęna Modicæ, quæ pariter eviden-
tis injustitiæ, & nullitatis nota laborat.

Primo, quia respondendo, ut in scriptis sibi noti-
ficaretur motivum Capituli, nullam præbuit cau-
sam offensionis, nullumque prætextum dederat ei- 16
dem Capitulo ad eum mulctandum.

Secundo, quia ex antecedenter sequutis, & præ-
sertim in dicto Capitulo 12. Maii, quod fuit ulti-
mum, veritus fuit, & non sine probabili fundamen- 17
to dubitavit, aliquod malum, sive præjudicium posse
sibi

sibi imminere juxta nobilem animadversionem *Card. Pallavicini nell' Istoria del Concil. lib. decimo octavo cap. quarto numer. decimo sesto* ibi -- *Dalla memoria del preterito, e dalla cognizione del presente, si genera la providenza del futuro.*

Tertio, quiam, etiamsi intervenire debuisset dicto Capitulo, pœna non interventus, quatenus ille fuis-
18 set sine legitima causa, erat obulorum quinque, & pro obulis quinque non poterat mulctari in duobus ducatis, & exilio duorum Mensium à Choro, & Capitulis.

Quarto, quia cùm Thesaurarius sit Præsidens Capituli, nullatenus poterat idem Capitulum sibi ipsi Jus dicere, & mulctare proprium Caput, & legiti-
19 mum Præsidem ipsius, juxta animadversa per *Io. Ferrer. de Appellat. lib. 2. cap. 5. num. 138. Scacc. eodem Tract. quæst. 1. num. 8. & 9. & Barbos. tract. var. axiom. 124. num. 1. & 4.* quodque Thesaurarius
20 sit Præsidens, liquet etiam ex antiquis Actis Redecimæ ibi -- *Nel qual Capitolo intervennero &c. l' Illustr. Signori D. Navarno Pasamar Tesoriero della d. Collegiata, e Presidente del detto Capitolo.*

Jure igitur Thesaurarius noluit se habere pro expulso, & proinde accessit ad Chorum, & interfuit Vesperis ejusdem diei, sed Ad Canonici, publicè, & palam etiam cum Mandato Vicarii Generalis eijci, & ad Domum loco Carceris dictum Thesaurarium
21 respectivè remitti curarunt, Data insuper per Capitulum facultate, ut criminaliter contra ipsum agere posset in Tribunali Decani, mediante Mandato pro-
22 curæ in personam D. Canonici Rada.

In hoc rerum statu undique angustiis oppressus Thesaurarius, attenta unione, & confœderatione dicti Decani cum Capitulo, & Canonicis adversus eundem, cui jam constabat de prædicto Mandato procuræ ad eum criminaliter querelandum, ad præcavendas novas violentias, contra quas cęteroquin
23 protestari non desinebat, satiùs duxit ipsi expedire potiùs se absentare à servitio Ecclesiæ per aliquod tempus, quàm illi intervenire, ad dictum effectum obtentis etiam Literis Commendatitiis Vicarii Capitularis Tirasonensis sede vacante.

Quapropter idem Thesaurarius, expleto tempore dictæ Modicæ, & collectionis, seu repartitionis fructuum dictæ Ecclesiæ in Civitate Corellæ, se occupando in servitio Capituli, eo modo, quo poterat, Matritum adivit, inveniendi gratia aliquod remedium pro sedandis antiquis, & impediendis novis
24 controversiis, sed abessente ab Hispaniarum Regnis Apostolico Nuncio, post paucos dies rediit Tudelam, & allegatis causis non residendi coram dicto Decano in Judicio, Criminali, iam exadverso instructo, se transtulit subinde ad vicinam Villam Balterræ, à qua fuit per dictum Decanum revocatus sub
25 promissione, quod sibi exhiberi fecisset omnes Libros, Bullas, & Scripturas Archivii Capituli ad suam Dignitatem spectantes; quodque omnia cum Capitulo componere paratus erat.

Sub clypeo hujusmodi verborum dictæ qualificatæ Personæ Decani nostrę Ecclesiæ sperabat Thesaurarius posse aliquam reliquiem suis tribulationibus invenire, ad quem effectum Tudelam rediit, sed omnia, vana fuisse agnoscens, & propterea non sine majori fundamento metuens, ne aliquid sibi mali infer-
26 retur, Patriam remeavit, redeundo Tudelam 3. Augusti, qua coram Vicario Generali dicti Decani, se præsentavit repetendo causas abessendi à Choro, & Capitulo, sed spretis allegationibus per eum factis, Vicarius nulliter, & injustè protulit contra Thesaurarium, suam Sententiam privationis omnium fructuum Dignitatis, & Canonicatus unius anni, quæ postmodum ab Hispaniarum Nuncio, tunc temporis Matriti moram faciente, revocata fuit.

Non acquievit Capitulum huic Sententiæ revocatoriæ, sed ab ea interposuit appellationem; Cùmque Commissio in suspensivo fuisset à Nunciatura ei denegata, ad Regium Consilium Matriti con-
27 fugit, & istud re maturè perpensa, solemniter declaravit Nuncium, nullam vim intulisse.

Regresso Thesaurario ad residentiam, post acerrimas concertationes, quas passus fuit super solutione fructuum Thesaurariæ, & Redecimæ, ac reformatione Sententiæ, primo loco favore Thesaurarii à Nuncio latæ; Nec non super exhibitione Instrumentorum, ac Bullarum erectionis, & aliorum Jurium, ad suam Dignitatem spectantium, tam in dicto Tribunali Decani, quàm Nunciaturæ, iterùm 28
& tertiò die 5. Junii 1722. Capitulum condemnavit Thesaurarium ad novam pœnam Modicæ sub prætextu, quod occupasset Locum, sibi non competentem.

Omni autem observatione dignum est, quod hic non dicitur, quod Thesaurarius innovaverit, videlicet, quod occapasset Locum, quem antea non habuerat, eo quia ex authentico documento, desumpto à Libro Punctaturarum sub die decimo Novembris 1721. habetur, dictum Thesaurarium rediis- 29
se undecimo Junii 1721. ad residentiam, ibi -- *In fin à undecimo Giugno che ritornò alla sua Residenza ad ora di Vespero, e non consta, che sia mancato più in fin' al presente*, & concordant alii Testes dati in Summario. Et post dictam diem decimo Novembris 1621. usque ad diem quintum Iunii 1722. non affertur exadverso aliqua punctatura contra Thesaurarium, quia semper resedit, & punctaturæ solum tran- 30
scribuntur tempore absentiæ, ut est notorium, Quapropter dicendum est, eundem Thesaurarium dicto tempore antecedenti, quo resedit, intervenisse Processionibus, Choro, aliisque functionibus, Cùmque Capitulum nunquam alias conquestum fuerit circa assertuum Locum occupatum; palam fit, fuisse novum Adiventum ad eum perturbandum, & deprimendum, & mulctandum pro tertia vice, faciendo insuper illum à Choro extrahi opera duorum Notariorum, non obstante, quod expositum fuisset Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesia; idque non sine manifesto scandalo, & magna admiratione omnium Adstantium, postquam præceden- 31
ter eundem Thesaurarium descripserant in publica Tabella horaria cum ultimo Portinario Castelruiz.

Malè igitur exadverso imputatur Thesaurario, prout transcriptum fuit in apostilla contrarii Summarii, scandalum, & perturbatio, quæ asseritur in dicto actu exorta, sed benè adscribenda est Canonicis, dum Thesaurarius ad scandalum potiùs evi- 32
tandum egredi non detrectavit, ibi -- *Et il detto Tesoriere rispose, che il Capitolo non avea giurisdizione &c. e che ciò non ostante a scusare lo scandalo, stando il Santissimo patente, sarebbe uscito* -- prout de facto exiit. Et in hac parte æquè mysteriosa, ac captiosa est Attestatio Notarii, data in contrario Summario, ubi quod non invenit Tabellam ad Sacristiam affixam, dum aliud est, quod de tempore, quo ille fecit diligentiam, eadem Tabella non adtuerit, & aliud est, quod nullatenus adfuerit, dum veritas est, quod Thesaurarius oraverat cum ultimo Portionario in hoc publico, & patenti actu, & Tabella steterit affixa, sed postmodum amota, uti præseferens etiam notam Capitu- 33
li, æquando Caput infimo Membro ipsius non sine magna in choerentia juxta animadversionem *Divi Hieronymi*, sequuti à *P. Segnarii nel Christ. instruit. part. prima raggion. septima numer. septimo* ibi -- *Quando minora majoribns coæquantur, minoris comparatio, majoris injuria est.*

Post tot Mulctas, quæ in substantia sunt tot Sententiæ privationum fructuum Dignitatis ad tempus, deventum fuit de Mandato Decani, & prævia intelligentia, insufflatione, & consensu Canonicorum, ut infra demonstrabitur, etiam ad districtionem personalem Thesaurarii, qui summo, mane regressus propriam domum ab Ecclesia, in qua Sacrum peregerat in principio mensis Martii 1723., & eodem momento, quo præ manibus habebat corticem pani ad Chocolatis, potum sumendum, quodque sorbere nec ei licuit, ligatis mani-

manibus, Vestibusque talaribus laceratis, ac non
34 sine cubitalibus impulsibus, vulgò *Urtoni*, ductus fuit ad Carceres, hoc modo non sine magna ignominia transeundo per publicas Vias, itaut nec etiam commoti fuerint ob hujusmodi scandaloso excessus Executores minusque ad lacrymas, & clamores ejus germanæ Sororis exteræ in Civitate Tudelæ, Et pro
35 solatio ejusdem pauperis carcerati fuit ei transmissum 18. dicti mensis Martii Dux Satellitum, vulgò *Caporale*, dicti Tribunalis, ad ei notificandum Mandatum executivum, à Decano relaxatum pro prætenso Credito Reliquatus, debiti Capitulo,

Injustitia huiusmodi carcerationis, quæ perduravit per quinque circiter Menses, in Carceribus formalibus, & per alios circiter sex in Civitate Tudelæ, nulla tergiversatione velari potest, pro ea eternim coloranda transcriptum fuit exadverso Folium Inquisitjonis, in quo tanta, & talia consarcinantur, quæ vel non pertinent ad criminalem coercitionem, vel Thesaurarium non tangunt, vel dici possunt extra Mundum, quia Testes ad ea probanda, in Processu non extant, & multa Folia sunt in albo, ut exadverso controverti non potest. Ideo de huiusmodi
36 Processu nihil omninò dicendum remanet, solumque Thesaurarius in hac parte uti potest verbis illis *D. Augustin. adversus liter. Petilian. cap. 59. inter Oper. tom. 7. fol.* 140. *De me nihil legitur, nisi quod, aut omnino falsum est, aut culpandum non est, aut ad me non pertinet.*

Quod autem ad dictam Carcerationem collimaverint Decanus, & Capitulum, palpatur manibus; Primò, quia devenit Decanus ad dictam carcerationem absque interventu Conjudicum, in præiudicium illius
37 Juris, quod in similibus casibus prætendit habere idem Capitulum, quodque in illis Partibus mordicùs substinetur, & idem Capitulum, nullatenus reclamavit.

Secundò, quia Conjudices deputati, quique die 3. Martii accesserunt ad Carceres, fuerunt duo ex eisdem Canonicis Imò, cùm alter ex ipsis Tudela discesserit,
38 nempe Canonicus Arnedo, die 8. Aprilis dicti anni 1723. fuit à Capitulo in eius locum subrogatus Bernardus Torrano.

Tertiò, quia Capitulum se fecit expressè admitti ad Causam, & dedit Mandatum procuræ ad prosequenda Jura, etiam criminaliter contra dictum The-
39 saurarium, & sic ratificavit omnia antecedenter gesta, & totum Factum dictæ injustæ carcerationis, & retentionis Thesaurarii.

Quartò, quia in eadem conclusione Capitulari, in qua resolutum fuit, esse mulctandum Thesaurarium tertia Modica, occasione prætensæ occupatio-
40 nis Loci hæc leguntur -- *Contravenendo a quella, userà V. S.* (videlicèt Capitulum,) *degli Ricorsi, che gli convengono, e fossero più conformi a mantenerlo* (videlicèt Thesaurarium) *nella moderazione dovuta &c.*

Quintò, quia idem Capitulum tempore secundæ Modicæ, inhærendo Voto Canonici Doctoralis, dedit mandatum ad querelandum criminaliter dictum
41 Thesaurarium, Cùm igitur inter Capita essartorum Excessuum ejusdem Thesaurarii, numerentur recusatio Decani, uti suspecti allegati in Causa Computorum, necnon occupatio Loci in Processionibus, contra prætensam designationem Capituli, aliaque ejusdem Thesaurarii Jura, nemo non videt, manibusque palpat, dictam carcerationem fuisse effectum, seù partum omnium illarum minarum, & actuum antecedentium, quibus pauper Thesaurarius exadverso opprimi curabatur.

Sequuta liberatione à Carceribus formalibus de ordine
42 dine Nuncii, versùs finem mensis Julii, seu initium Augusti 1723. accessit iterum Thesaurarius ad Ecclesiam, & Chorum, sed transactis nonnullis diebus sub prætextu, quod non incederet in Loco, sibi à Capitulo assignato, die 21. Augusti 1722. & noviter intimato 13. Augusti 1723. pro quarta vice pena Modicæ mulctatus fuit diæ 16. dicti mensis Augusti.

Expleto bimestri hujus quartæ Modicæ, denuò Thesaurarius adiit Ecclesiam, eique pariter inservire non potuit, nisi per paucos dies, eo quia sub repetito prætextu, quod non se contineret intra Locum, sibi præfixum, spreta etiam appellatione ab eo præcedenter interiecta, cum expressa protestatione dam- 43
norum, ob molestias, & gravamina, quibus mediantibus opprimebatur, non ampliùs ad duos, sed ad sex menses fuit mulctatus quinta Modica, quæque proindè nimis improriè appellatur *Modica*, cum potiùs nomine magnæ nuncupari mereatur.

Diximus supra Thesaurarium resedisse in anno 1721. & modò addimus die 3. Augusti 1722. con- 44
vocasse Capitulum ad notificandam Epistolam Hispaniarum Nuncii Quamobrem tam mense Augusti dicti anni 1721. quàm altero mense Augusti sequentis anni 1722. non dereliquit ipse Thesaurarius Lo- 45
cum consuetum, non obstante pretensa designatione, facta à Capitulo die 21. dicti mensis Augusti 1721. & ita continuavit usque ad annum 1723. & hoc medio tempore nunquam exadverso dictum fuit, præfatum Thesaurarium mutasse Locum, eo quia Canonici in Actis Capitularibus statim transcribi fecissent, quod dictus Thesaurarius jam paruerat Decreto Capituli, juxta notificationes, sibi intimatas, & contra quas idem Thesaurarius, reiteratas prote- 46
stationes emiserat ibi -- *Disse, che l' Atto, che se gli notificò del detto giorno 21. d' Agosto nelli 31. di d. Mese si ritrova protestato dal Rispondente, dicendo la Protesta, non aver facoltà il Capitolo a toglierli qualsivoglia preminenza e dritto, che l' appartenga per propria autorità del Capitolo.*

Dicendum igitur est, quod Canonici conculcare conabantur Thesaurarium, ei assignando proprio marte, seu Jure cervellotico, Locum diversum ab illo, quem ab initio residentiæ, nullatenus contradicentibus Capitularibus, semper retinuit, quique suis Antecessoribus in Dignitate datus fuit, videlicet primus Locus, prout ex depositione Secretarii, ejusdem 47
Capituli Petri Francisci Hernandez doctum fuit in Summario.

Cùmque ex hujusmodi facti serie, non aliud concludatur, nisi quod in casu nostro agatur de unione Canonicorum adversùs Thesaurarium, illorum Ca- 48
put, ad quem effectum non per partes tantùm, sed unitim totum Causæ complexum perpendendum videtur.

Deveniendo modò ad primum Dubium, his verbis conceptum: *An constet de Excessibus Capituli contra Junguitum Provisum Apostolicum*, Affirmativè meritò resolutum die 22. Novembris 1727. consta- 49
re de Excessibus Capituli ratione quinque Modicarum, ad quas injustè, & nulliter devenit, tam ex defectu Jurisdictionis, quàm ex defectu causæ.

Ex defectu Jurisdictionis, dum exadverso non docetur de asserta immemorabili consuetudine; Pauci enim actus, exhibiti in contrario Summ. incipiunt 50
ab anno 1674. & desinunt in annum 1687. & unicus tantùm casus concernit personam Thesaurarii, nedum æquivocus, & ineffectuatus, sed contradictus, & consequenter inhabilis ad inducendam in Capitulo prætensam facultatem, & Jurisdictionem mulctandi pænis exilii à Choro, seu Ecclesia, & Ca- 51
pitulis, ac etiam pecuniariis ex firmatis per *Rot. decis.* 154. *numer.* 60. *part. quarta & decis.* 228. *num. vigesimo sesto part. quinta & decis.* 52. *numer. septimo part.* 16. *recent.*

Præsertim contra Caput, & Præsidem ejusdem Capituli, in quibus terminis esset potiùs corruptela, & abusus, non sequendus, neque canonizan- 52
dus, sed penitus eliminandus ex adductis in *decis.* 354. *numer. quarto & quinto coram Cardinal. Caprara*, ubi quod consuetudo irrationabilis, tanquam corruptela sperni debet, *& in Tranen. Præminentiarum* 19. *Novembris* 1717. *§. Quibus coram Ansaldo* ubi, quod corruptelæ, & abusui nulla suffragatur consuetudo.

Et fortiùs, quia Jus muletandi residebat penes Præsidentem, & Caput Capit. & ideo non poterat per Cap. exer-

exerceri, erga eundem Thesaurarium illius caput, ne detur in eodem subjecto actio, & passio; Neque Membrum se erigat supra Caput, illudque judicet, & puniat adversus omnia Juris principia.

Parum relevantibus depositionibus affectatorum
55 Testium, absque citatione Thesaurarii ad dandum Interrogatoria, & sine eisdem Interrogatoriis, examinatis super dicta prætensa facultate Capituli, & aliis articulis; Regula enim communiter in hac parte recepta hæc est, ut non admittantur Testes in
56 iis, quæ per Scripturas haberi possunt, *Rota decis. 306. num. 4. part. 8. rec. & decis. 30. num. 71. coram Ansald.* ubi, quod probatio per Scripturam sincerior, & expeditior est.

Ex defectu causæ, dum nulla adfuit legitima causa deveniendi ad dictas Mulctas, prout percurrendo, sive nostrum, sive contrarium Summarium, liquidò constat, & etiam ex Attestatione Secretarii
57 Capituli, ibi - *Che detto Capitolo à imposto differenti pene, chiamate Modiche, alli Capitolari, e Trebendati di detta Chiesa, per eccessi, e delitti, commessi, giustificandoli prima &c.*; Sed ubi sint prætensa delicta, & excessus, exadverso non fuit instificatum in præterito, neque justificatur in præsenti.

Nec replicetur quod Hispaniarum Nuncius eas in Sententia reformatoria approbare videatur, Sive enim idem Nuncius illas approbaverit, sive non,
58 certum est, quod hodie, quo Causa super toto Negocio principali coram hoc Sacrosanto Consessu revidetur, constito de earum injustitia, nulla ratio de eisdem habenda est, & in integrum venit Thesaurarius restituendus, Et eò magis attentis etiam in-
59 stantiis, factis, & appellationibus respectivè per eundem postea interpositis coram dicto Tribunali Nunciaturæ, sive quoad executionem decreti, sui favore lati die 15. Martii 1721. sivè quoad remotionem sequestri, & reliqua in Actis contenta, & omnia sibi præjudicialia.

2. Constat de excessibus ratione violentiarum in prolatione Sententiæ privationis fructuum Thesaurariæ, ad Instantiam Capituli per d. Decanum prola-
60 tæ, ut liquet ex altera Sententia, revocatoria facta per Nuntium, quæ dicitur probatio probata.

3. Constat de excessibus vigore injustæ, & ignomi-
61 niosę carcerationis per decem, & ultra menses, absq; ulla imaginabili probatione prætensorum delictorum.

4. Constat de denegatione exhibitionis Instrumentorum, ac Bullarum ad nostram Thesaurariam attinentium semper, & usque ad nauseam ex hac par-
62 te petitæ sive coram Decano, sive coram Hispaniarum Nuntio, prout, etiam super solutione fructuum, legitimè Thesaurario competentium, dum nec etiam Pars adversa denegavit existentiam dictarum Bullarum, & Jurium, sed acriter, & Mordicus, semper se opposuit nostris petitionibus. Instetit enim Thesaurarius coram d. Decano, ut petitiones fructuum fierent clarè, & distinctè, & obligaretur Capitulum etiam per Censuras ad exhibendam Bullam erectionis Thesaurariæ, Concordias, & Executorias, sine quibus fieri non poterat liquidatio fru-
63 ctuum, & dictus Decanus decrevit, quod Secretarius Capituli - *Cavi Resulta*, videlicet, quod faceret restrictum dictorum fructuum. Iterum Thesaurarius coram eodem Decano petiit, exhiberi omnes Libros, Bullas erectionis, & ut ponerentur in loco oppor-
64 tuno, ad hoc, ut possent inspici, & Decanus decrevit 23. Decembris 1722. - *Atto, & adempiscasi col proveduto* -- videlicet - *che il Segretario Cavi Risulta.*

Insuper idem Thesaurarius uti novus, & exterus in Civitate Tudelæ, instabat, ut secum deferre posset Advocatum, seu Personam in ratiociniis, ac aliis
65 materiis versatam, sed Decanus, sequens Decretum interposuit -- *Non stà in stato*, scilicet non esse locum petitis.

Exclamabat ulteriùs Thesaurarius coram dicto Decano, quod de tempore in tempus exadverso impetebatur variis Decretis, quæ in substantia ad idem tendebant à mense Octobris 1722. & in illis præsertim temporibus, in quibus Ecclesiæ servitio interesse debebat, & propterea efficaciter, apud eundem Decanum instando enixè eum rogabat, ut decerneret, prout quæsiverat in aliis petitionibus, & responsionibus, quæ pro majori ejusdem indemnitate, subscriptæ erant sua propria manu, & in casu contrario protestabatur de expensis, & damnis, iterum repetens, quod sibi non expediret recurrere sine aliqua 66
Persona, de qua confidere posset, & Decanus respondebat - *Atto, e si unisca con quelli di questa Causa, e s'adempisca col proveduto da Noi nell'atto di questo dì* -- quod Decretum in substantia idem significat, *ac Lectum, seu Uniatur*, & quod Secretarius faciat Restrictum, &. demum in Sententia, lata die 20. Februarii 1723. per dictum Decanum super prætensa 67
liquidatione fructuum non aliud dicitur, quoad petitam exhibitionem Bullarum nisi selvis Juribus Thesaurarii.

Easdem instantias fecit Thesaurarius in Tribunali Nuntiaturæ, & pariter Capitulum se opponebat, prout constat etiam ex Documentis exhibitis in Summ. Itaut tandem Thesaurarius à denegatione hujusmodi exhibitionis cum reservatione omnium Jurium, sibi 68
competentium, appellaverit ad Sanctam Sedem.

Quod autem adsint hujusmodi Instrumenta, non est hæsitandum, dum idem Decanus ad revocandum Thesaurarium à Loco Balterræ, ei promisit (licèt effectu frustrato, ut supra diximus) *Che li farebbe mostrare tutti li Libri, Bolle, e Scritture dell' Archivio* 69
del Capitolo, spettanti alle sue Dignità.

Ad dignoscendum verò, quod hujusmodi Jura sint necessaria etiam ad legitimam liquidationem fructuum, ad Dignitatem Thesaurariæ spectantium notandum est dictam Dignitatem habere Bona propria & Redditus, distinctos à Massa communi, ex quo antiquitus, & ex ejus primæva Institutione non erat 70
residentialis, & participationem dictæ Massæ cum onere residendi, Horisque Canonicis interessendi provenire ex applicatione portionis fructuum dictæ Massæ vigore specialis Bullæ Summi Pontificis, expeditæ quatuor Sæculis circiter post Sæcularizationem, & erectionem Ecclesiæ Collegiatæ, mediante extinctione, & suppressione quinque Canonicatuum, ex quorum Bonis erectæ fuerunt quinque Portiones cum eodem onere residendi, assignata Portionariis medietate fructuum dictorum Canonicatuum, & altera medietate tribus Dignitatibus, videlicèt Thesaurariæ pro dimidio medietatis, & pro altero dimidio 71
Dignitatibus Cantoriæ, & Scholasteriæ, & ideò in primis, & ante omnia exhibendæ veniunt Bulla erectionis Thesaurariatus, cum descriptione Bonorum, Redditüum, ac Prȩheminentiarum, & altera applicationis partium, & fructuum Massæ communis, factæ eidem Dignitati cum onere residendi, ex quo Thesaurarius nedum gravatum se sentit in redditibus ad dictam Thesaurariam separatim assignatis, quibus non gaudet, sed etiam in repartitione fructuum ratione Massæ communis in Summa excedente 30. Duplas Hispanicas.

E contra verò gravatur ad solvendum Ducatos 30. 72
argenteos intuitu dictæ Dignitatis, ac etiam ad solvendum certam quotam pecuniariam in actu possessionis, quæ deponitur in Archivio Capituli ratione conservationis Instrumentorum, ac Jurium ad dictam Dignitatem spectantium, prout faciunt alii, & practicavit idem Thesaurarius, necnon fateri potest dictus Canonicus Perez cui omnia hæc probè nota sunt.

Nec ad dictum effectum attendi merentur Computa exadverso exhibita per annos 25. Quia hujus- 73
modi partitæ non fuerunt extractæ citato Thesaurario, neque cum Decreto Nuntii, & proindè non est eis deferendum, ex adductis in *decis.* 344. *nu-* 74
mer. decimo secundo & decis. 419. *numer. sexto decis.* 14. *rec.* & *cor. Card. Caprara decis.* 65. *num.* 17.

Ulteriùs in eisdem Partitis, seù Computis, non adsunt, neque adesse possunt partitæ Redditüum ad 75
Thesaurariam seorsim spectantium, ut supra diximus, veluti quid diversum, & distinctum à Massa communi.

Et demum, quia in eisdem Partitionibus dicitur quid lucrati fuerint Thesaurarii, & Canonici ibi -- *Guadagnò -- lucrò -- toccorono à detta Dignità* -- quæ verba sunt æquivoca, dùm aliud est, quod talis, & tanta fuerit portio ad Singulos pertinens & spectans, & aliud, quod tantùm lucrati fuerint ratione præsentiæ, seù interessentiæ, cùm potuerint pro medietate anni abesse, & sic pro sola medietate lucrari, ut patet Consideranti.

Prout æquivoca etiam est Attestario, quæ cum Iuramento dicitur exadverso facta per Procuratorem
77 Capituli ibi -- *Non sà abbia in potere di detto Capitolo, sua parte, nè de suoi individui altri Istromenti, che quelli, che à esibiti, conducenti alla liquidazione de Conti, che si domandano* -- Ignorantia enim alicujus facti non probat non existentiam ejusdem facti, vulgatis Iuribus. Ultrà quod pro dicto Iuramento per dictum Procuratorem, ut prætertur, præstito, non fuit citatus Thesaurarius, nec iste id petiit, ut non benè supponitur in petitione Augustini de Ichaso, sed
78 benè instabat, ut in primis, & ante omnia compelleretur Capitulum sub censuris, & iuratis declarationibus, aliisque remediis iuridicis ad Bullas exhibendas.

Minusque relevat altera Attestatio Notarii, & Secretarii dicti Capituli circà perquisitionem, factam in Archivio eiusdem Capituli Anno 1726. post recursum habitum per Thesaurarium ad hanc S. Congreg.
79 quæ scripsit Episcopo Tyrasonen. Quia idem Episcopus mandavit, ut traderentur Francisco Gante Procuratori Thesaurarii documenta, respicientia Iura, Redditus, & Præheminentias suæ Dignitatis, & ideo præfata extractio facta per Franciscum Iordan, non citato dicto Gante, non fuit legalis, & in nul-
80 la consideratione haberi debet ex supra allegatis, quibus addo *Gait. de Credit. cap. 3. tit. primo à numer. 927. Ansald. de Commerc. & Mercatur. disc. 76. numer. vigesimo secundo & Rot. decis. 350. numer. quinto coram Dunoz. jun. & dec. 419. numer. 6. & 7. par. 14. recent.*

Quapropter cùm exhibitio dictorum Jurium fuerit mordicus per Capitulum impugnata, imò etiam fuerint dicto Thesaurario necessaria alimenta denegata, ex quo aliquam summam in causam declarandam non semel, sed pluries petiit, & ab hac denegatione
81 etiam appellaverit, dicendo - *Per il che mi trovo solo esposto alla Providenza &c.* ac etiam petiit remotionem sequestri, facti super fructibus Thesaurariæ de mandato Decani, qui non legitur processisse ad instantiam aliorum assertorum Creditorum, sed uti Commissarius, quem se facere voluit Literarum executorialium Hispaniarum Nuntii in causa
82 Capituli quæ tamen non erant ipsi, dumtaxat, sed omnibus directæ: Quo verò ad dicta alimenta, sive subministrationem alicujus summæ, in causam declarandam, tam Nuncius, quàm hæc Sacra Congregatio iteratò demandavit ex Voto etiam Card. de
83 Bellaga, & præcisa die 20. Maii 1726. ibi - *Quandoquidem obstare non possunt, quæ à Capitulo allegantur, vel allegari valeant, ut alimenta, Jure naturæ debita, huic Sacerdoti pauperrimo, & indignitate constituto, & Litem gravem substinenti, juxtà ejus qualitatem denegentur* - Et tamen nullatenùs consequi potuit à dicto Decano, & versa vice ad fovendas Lites Capitulum sibi licitum fecit etiam ab Archivio, & interdum ex Capitalibus piorum Operum pecunias extrahere de quo irregulari facto non semel Thesaurarius protestatus fuit de quo; Indeque fit, ut The-
84 saurarius, in obscuris existens, denegatis alimentis, sequestratis fructibus, in Carceribus obtrusus, & exilio per quinque vices mulctatus, undequaque oppressus extiterit, itaut innegabiles undique sint excessus Capituli, de quibus in primo dubio.

Quibus præsuppositis, in necessariam venit consequentiam, quod eidem debeantur omnes fructus, Redditus, & Distributiones, de quibus in secundo Dubio, ea clara, & convincenti ratione, quod fuerit
85 impeditus residere ex facto Capituli ex animadversis per *Barbos. de Canon. cap. vigesimo quarto numer. 41. & Ventrigl. in Trax. adnot. decimo nono §. secundo tit. de resid. numer. sesto* & firmatis per *Rotam coram Seraphin. decis. 1090. numer. 5. & coram Put. decis. 373.* Impeditus autem ex facto alterius actum aliquem explere, perindè est, ac si illum explevisset *Rot. decis. 51. numer. 13. part. 15. recent. & coram* 86
Ansald. decis. 62. num. 3. & 4. ibi -- *Barbarum enim foret, & inhumanum, quod quis, non ex propria socordia, sed ex aliena impeditus culpa, vel injustitia, caderet à jure suo*. Quod autem idem Thesaurarius 87
etiam anno 1723. fuerit à Capitulo impeditus ad inserviendum suæ Ecclesiæ, & Missarum oneribus satisfaciendum, concludenter probatur ex facto carcerationis, & Mulctarum & conquestionibus repetitis in comparitione coram dicto Hispaniarum Nuntio Præ- 88
sertim in casu nostro, tuendo Jura suæ Dignitatis *Barbos. lib. 3. tit. de Dist. quot. cap. 18. numer. 54.* & quod injustè carcerato etiam distributiones debeantur 89
est communis opinio Canonistarum, ex allegatis per eundem *Barb. ubi suprà nu. 68.* & probat *Monacell. in Formul. tom. primo tit. secundo formul. septima num. decimo sesto*, ubi quod ita resolvit Congregatio Episco- 90
porum *in Lucerina decima septima Augusti 1696. ad relationem Card. de Abdua, cum aliis apud Antonel. de Regim. Eccles. lib. 3. cap. 16. num. 16.*

Retentoque eodem themate dictorum excessuum videtur ulterius declarandum eidem Thesaurario esse resarcienda omnia damna, & interesse, passa ratione molestiarum, & Litium ex causa Capituli inductarum, juxtà ea, quæ continentur in tertio Dubio; Cùm enim supradicta omnia in unum collecta, speciem monopolii, conjurationis, spolii, & vis privatæ præseferant, hinc reficienda veniunt omnia damna, & interesse ex dicta causa passa; Iniustè enim Carcerato reficiendæ sunt, & resarciendæ omnes expensæ quibus subiectus fuit ob iniustam carce- 91
rationem, ut omissis generalibus, de quibus latè *Ansald. de Commerc. & Mercatur. disc. trigesimo sesto num. 44. & disc. trigesimo septimo numer. tertio & quarto & Card. de Luc. de Dot. disc. 203. numer. 7.* pluries decisum fuit à Sacris Congreg. ut respectu huius Sac. Congregationis ita resolvit *die 18. Novembris 1702.* 92
in Januen. Jurisdictionis, de qua *in lib. 52. Decret. fol. 618.* Ita etiam resolvit *in Comen. 9. Septembris ejusdem anni. Eod. lib. 52. Decret. fol. 528.* illamque refert, & sequitur *Monacell. in Formul. tom. secundo fol. 159. numer. decimo primo* Et respectu Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium ita respon- 93
dit in *Bisinianen. 14. Decembris 1708. Ponente Cardin. de Abdua* cum Rescripto - *Processum cum omnibus indè sequutis non sustineri, & Curiam Episcopalem esse condemnandam ad expensas, & Damna.*

Neque exadverso repetatur, non potuisse in Processu inseri dicta Testium circà causas, & motiva carcerationis Thesaurarii, ob angustiam temporis; Conjudices enim non solum tempus plusquam congruum, & opportunum habuerunt, sed ulteriùs interpellati fuerunt ex parte ejusdem, qui ad magis magisque 94
patefaciendam suam innocentiam, & iniustitiam retentionis in Carceribus instabat, ut sibi daretur locus ad faciendas probationes, & noluerunt illius preces exaudire, faciendo interim Decreta dilatoria data in Summario.

Et sanè res penitùs inaudita est, ab utroque Jure improbata, ut procedatur ad publicam carcerationem Sacerdotis, Viri nobilis, & in Ecclesiastica Dignitate constituti, quivè ulteriùs strictissimè detineatur non per unam, aut aliam diem, vel hebdomadam sed per quinques menses, absque eo quod præcedat Processus informativus circa probationes illorum delictorum, pro quibus Carceribus mancipatur, eo tempore, quo Sac. Canones etiam contrà simplicem Clericum mandant esse nimis circumspectè proceden- 95
dum ad actum irretractabilem carcerationis, ut videre est apud *Diaz. in Trax. Crimin. Canon. cap. 122.* ibi - *Non passim neque pro quocumque levi crimine decet, Clericum in carcerem truditum propter sui ordinis Dignitatem, tum etiam quia in eis non sic facile fuga timeri solet.*

Præsertim quia deventum fuit ad Constitutum prætensi

tensi Rei die 12. Aprilis 1723. & sub juramento respondere coactus fuit ad viginti quinque Interrogatoria, inter quæ numerantur factum assertæ usurpationis Loci in Processione infrà Octavam Festivitatis Sanctissimi Corporis Domini, & alia nonnulla capita undique insubsistentia, & æqualiter impropria cum in
96 Iure caveatur non deveniri debere ad constitutum Rei, sine depositionibus Testium in scriptis redactis ex animadversis per *Farinac. quæst. vigesima septima numer.* 113. *& seqq.* cum caterva Doctorum ibidem allegatorum.

Absque ulla prorsus difficultate in præsenti, attento quod Hispaniarum Nuntius, ad quem recursum habuerat Thesaurarius, die 12. Martii antecedentis mandaverat in libertatem poni, si fuerat carceratus causam Computorum, si autem ex alia causa, intra quindecim dies determinari, & substantiari, & 5.
97. Aprilis pariter mandaverat, ut novus Judex, & Adiuncti causam determinarent, prout fuerat mandatum; & nihilominùs acta fuerunt transmissa ad Nuncium, qui demùm mandavit excarcerari præstita fidejussione, prout practicatum fuit versùs finem Iulii, seu initium Augusti; Et tamen Thesaurarius commoratus fuit Tudelæ, usque ad mensem Ianuarii, seù initium Februarii 1724. & Causa nunquam fuit expedita, & proindè ob denegationem probationum faciendarum per Thesaurarium, & eo quia uti Canoni-
98 ci Conjudices interesse in Causa habebant, eos recusare, & appellare etiam à denegatione Appellationis respectivè coactus fuit, prout constat ex Processu originali *à fol.* 43. *ad* 53. Nemo igitur negabit, fuisse dictam carcerationem nullam, & iniustam, & conse-
99 quenter teneri Capitulum ad damna, & interesse ex supra allegatis.

Quod demum ad quartum dubium pariter in decisis persistendum videtur, quoties enim absque Instrumentis, & Bullis ad Dignitatem Thesaurariæ, & Canonicatum spectantibus, non potest Thesaurarius
100 sua Iura prosequi, & pro eis conservandis Capitulum exigit certam quotam à Provisis, tenetur ad ea exhibenda, dum alias in sua potestate esset eum spoliare Iuribus, & præheminentiis suis, prout hactenus facere procurarunt.

Ad quem finem etiam Cardinalis Belluga, pro eo, quo pollet zelo, & prudentia in Voto edito 26. Maii 1726. censuit, esse reiterandas Literas hujus S.
101 Congregationis ad Nuncium, ibi -- *Censeo renovari debere Literas ad Reverendissimum Nuncium Hispaniarum directas, ut omnibus remediis Juris &c. procedat contrà prædictum Decanum, & Capitulum, usque dum copiam præfati Processus* (nempè Criminalis) *seù Criminalium per manus suas mittant, adhuc, & transumpta Instrumentorum, quæ ab Oratore determina-*
102 *tè fuerint assignata, ut in Archivio dictæ Ecclesiæ existentia &c.*

Die 22. Novembris 1727. propositis in Congreg.
103 Concilii sequentibus Dubiis.

I. *An constet de excessibus Capituli contra Junguitum, Provisum Apostolicum, quod fuit rosolutum*
104 *Affirmative.*

II. *An, & à quo tempore eidem Junguito debean-*
105 *tur Fructus, Redditus, & Distributiones in casu &c. Deberi à die possessionis, excepto primo anno, solvendo Hæredibus Defuncti.*

III. *An eidem debeantur per Capitulum omnia dam-*
106 *na, passa ex causa molestiarum, & Litium, nomina Capituli inductarum. Affirmative.*

IV. *An, & sub quibus pœnis cogendum sit Capitu-*
107 *lum ad exhibenda omnia Instrumenta, quæ respiciunt Redditus, præeminentias, & Jura Dignitatis Thesaurariæ, & Canonicatus in casu &c.* Cogendum esse sub pænis pecuniariis in quantitate arbitrio Nunciis, & in subsidium suspensionis à Divinis.

Repropofita verò die 13. Martii 1728. sub Dubio:
108 *An sit standum, vel recedendum à decisis*, responsum fuit: *Ad Emminentissimum D. Card. Bellugam qui authoritate Sac. Congregationis Partes inducat ad Concordiam, & quatenus concordare renuant, eam faciat ex officio, in Sac. Congregatione referendam.*

Repropofita die 13. Augusti 1729. rescriptum fuit: *In decisis juxta modum, præscriptum à Sac. Con-* 109 *gregatione & ab Emminentissimo Prefecto declarandum, & pro exequutione, tam præsentis Decreti, quàm ab ipso in futurum dependentium, Episcopo Tyrasonen. cum facultatibus ejusdem Congregationis.*

Qui modus declaratus fuit in Folio Congregationis habitæ *die* 30. *Septembris* 1730. quando fuit rescriptum: *In ultimo loco decisis, & ad mentem,* 110 *& ampliùs Causa non proponatur*, quæ mens declarata fuit, hoc est juxta Votum Card. Bellugæ.

DISCEPTATIO XXXI.

Congregationis Lateranensis Eligibilitatis

PRO

Procuratore Generali Congr. Lateranensis

CUM

Aliquibus Canonicis ejusdem Congregationis

ARGUMENTUM.

In Congregatione Lateranensi an possit Procurator Generalis, immediatè terminato suo Officio, eligi in Abbatem Generalem. Novæ Constitutiones Religiosorum præferendæ sunt antiquis, præsertim quando cum illis incompatibiles sunt. Transitus ab oneribus ad honores semper permittendus est, nunquam verò permittitur immediatus transitus ab honoribus ad honores.

Attento quod sub præsupposito servandæ vacationis post absolutum Officium Procuratoris Generalis, & pro majori cautela cum expressa clausula *quatenus opus sit*, consueverunt aliqui ex Procuratoribus Generalibus Congregationis Lateranen. dispensa- 1 tionem impetrare super eorundem habilitatione, & ad hoc, ut, quocumque cessante impedimento, eligi possent in Abbates Generales, statim post dictum absolutum Officium Procuratoris Generalis, Licet autem clarum videtur ad normam, & tenorem Constitutionum d. Congregationis, hanc non adesse necessitatem impetrandi dispensationem, sed nullo obstante impedimento Procuratores Generales pro tempore eligi possint in Abbates Generales, immediatè post dictum absolutum Officium Procuratoris Generalis, hinc nè diutiùs res maneat in incerto, & ad firmandum statum, utrum scilicèt necesse sit, vel nè impetrare similes habilitationes ex parte moderni Procuratoris Generalis quæritur.

Primò, *an Procurator Generalis, immediatè terminato Officio, possit in futuro Generali Capitulo eligi in Ab-* 2 *batem Generalem*, & quatenùs negativè.

Secundò, *an sit concedenda Dispensatio.* Videtur autem declarandum.

Procuratores Generales, eorum finito Officio Procuratoris Generalis, liberè eligi posse in Abbates Generales, absque alia Apostolica dispensatione super vacatione, seù saltem, sibi concedendam esse dispensationem à tali vacatione, eo modo, & forma, quo aliis hucusque concessa fuit; & sicuti quoad primam partem petitionis respondendum videtur, nullam esse necessariam vacationem, nullamque requiri dispensationem, sed Procuratores Generales in premium laudabiliter expleti laboris eorum finito Officio liberè eligi posse in Abbates Generales, sic etiam quoad secundam annuendum saltem videtur justæ petitioni.

Circa primam inspectionem, in facto prænotandum

dum venit, quod juxtà tenorem antiquarum Con-
stitutionum Rector, seù Abbas Generalis, cujus Re-
gimen annale erat, post absolutum Rectoratum va-
care habebat per integrum septennium, ut expressum
4 legitur *in cap. 14. part. 3. d.d. Constitut.* ibi - *Ipse verò
Rector durabit tantummodo in suo Rectoratu per annum,
quo finito eligi non possit ad idem Officium, sed per se-
ptennium integrum vacet*, sic etiam Visitatoribus in-
dicta erat vacatio triennalis, ut in *Cap. 11. eadem
part. 3. dictarum Constit.* ibi: *Qui autem Officio Visita-
tionis, vel Diffinitoratus functi fuerint, vacabunt à
prædictis Officiis per tres annos, in quibus eligi non
poterunt*, Quò vero ad Procuratorem Generalem,
non aliter in prædictis Constitutionibus considera-
tus legitur, quàm veluti simplex Officialis, cui cer-
5 tæ prærogativæ reservatæ leguntur, videlicet; *Quod
eligi posset in Præpositum Monasterii S. Mariæ de Pace
Quod libere confiteri posset cui vellet; Quod in omnibus
Locis sedere haberet supra Vicarios Monasteriorum;
Quod vocem haberet in Capitulo Generali sicut cæteri
Patres; Et quod alicui subiectus non esset, quàm Re-
ctori Generali; sicuti ipsi Monasteriorum Patres*, &
nullibi, post suum expletum Officium, eidem indi-
cta legitur vacatio à quocumque alio Generali Of-
6 ficio, Rectoris scilicet Generalis, seu Visitatoris, ut
in *cap. 17. dictarum Constitut. part. 3.*

Quod harum Constitutionum vigore annale erat,
ad triennium, prorogavit Gregorius XIII. atque post-
modum supervenit prima Constitutio Pauli V. evul-
gata anno 1606. in qua sub præsupposito aptioris
gubernii Congregationis, statutum fuit, ut divisa
Congregatione in quinque Provincias, ex unaqua-
que Provincia unus assumeretur Visitator, itaut tot
essent Vota in novo Diffinitorio, quot erant Pro-
vinciæ, ita; & taliter, ut junctis simul quinque Vo-
tis pro tempore existentium Abbatis Generalis, &
Visitatorum, cum aliis quatuor antiqui Diffinitorii,
7 numerus novem Votorum Diffinitorum semper con-
stitueret, ibi: *Quæ quinque Vota Diffinitorium no-
vum constituant, & simul cum quatuor votis Diffini-
torii antiqui novem Votorum numerum constituant*, De-
cretum pariter fuit, ut sub divisa Congregatione in
duabus partibus, ex una parte pro uno triennio eli-
geretur Abbas Generalis, & ex alia Procurator Ge-
neralis, tali servata alternativa, ut ex ea parte, ex
qua in uno triennio fuerat Generalis, eligeretur in
8 subsequenti triennio Procurator Generalis, ibi: *Pro-
curator verò Generalis, qui in Romana Curia residere
solet, & insimul Abbas Monasterii B. Mariæ de Pace
de Urbe ex stit, semper eligatur pro uno itidem trien-
nio ex altera parte duarum supradictarum, ex qua di-
cto triennio Abbas Generalis eligi non debet &c.* Et
demum indicta fuit vacatio tiennalis Abbati Gene-
rali, Procuratori Generali, & Visitatoribus, itaut
Abbas Generalis in Procuratorem, seu Visitatorem
Generalem, & Procurator Generalis, & Visitatores
in Abbatem Generalem eligi non possent immedia-
9 tè eorum finito Officio, ibi: *Præterea non moder-
norum Abbatis, Visitatorum, ac Procuratoris Genera-
lium causa &c. Sed ut hæc nostra Constitutio in ipsa
Congregatione de cætero perpetuo observanda, hoc tem-
pore, sine alicujus exceptione initium sumat, volumus,
& pari motu, & authoritate statuimus, ut neque Ab-
bas Generalis, qui pro tempore fuerit finito ejus Offi-
cio &c. ad Officium Generale, videlicet Visitatoris, aut
Procuratoris Generalis, neque item e converso Procu-
rator Generalis pro tempore in Abbatem Generalem,
nisi absoluto triennio post peractum respectivè utrum-
10 que Officium eligi possit, utque etiam nullus ex Visi-
tatoribus Generalibus finito triennio sui Officii Visitato-
ris Generalis in Abbatem Generalem pro sequenti im-
mediato triennio eligi valeat.*

Non diu tamen duravit exequutio hujus Constitu-
tionis, verùm agnita, ut probabile est, contradi-
ctione, quæ in eadem Constitutione continebatur,
ut inseriùs demonstrabitur, paulò post è medio su-
blata fuit per aliam ejusdem Pontificis Constitutio-
nem ad supplicationem Congregationis evulgatam an-
no 1615. & in hac posteriori Constitutione, abro-
gata dicta bipartiali divisione, cum qua decretum
fuerat, ut precederetur in electione Abbatis, & Pro- 11
curatoris Generalis, decrevit Summus Pontifex, ut
electio utriusque fieret per Turnum in unaquaqne ex
quinque Provinciis, itaut ex una Provincia esset Ab-
bas Generalis, ex alia verò Procurator Generalis, eli-
gendus semper ex illa Provincia, ex qua præceden-
ter fuisset Abbas Generalis, ne ex eadem Provincia
unquam essent Abbas, & Procurator Generalis, ibi: 12
*In electione autem Abbatis Generalis infrascriptus Tur-
nus servetur, ut Ecclesiastica Provincia præcedat; quæ
quia ad præsens Abbatem Generalem habet, suum Tur-
num habuisse, & complevisse censeatur &c. semperque
hæc forma servetur, itaut unaquæque ex quinque Pro-
vinciis prædictis toto integro triennio suum habeat Ab-
batem Generalem, Procurator verò Generalis ex illa
Provincia, ex qua immediatus Abbas Generalis defi-
ciens extiterat, adeout nullo unquam tempore Abbas,
& Procurator Generalis ex eadem Provincia sint.*

Supervenerunt non longè post novissimæ Constitu-
tiones anno 1627. de mandato Urbani VIII. sub am-
plissima facultate quoad hoc concessa Cardinali Ubal-
dino in Præsidem pro futuro Generali Capitulo ele-
cto, & sub authoritate R. P. D. Falconerii compila-
tæ ad obviandum confusioni, quam causabat multi-
plicitas tum Apostolicarum Constitutionum, tum De-
cretorum, in Generalibus Comitiis emanatorum, ut
expressum legitur in præfatione ad easdem novissi- 13
mas Constitutiones, ibi: *Idque potissimùm quinquagin-
ta circiter ab hinc annis factum deprehenditur, quibus
ob Decreta à Sede Apostolica edita, & ob nonnullas Con-
stitutiones in Generalibus Comitiis emissas, antiqua Or-
dinis Statuta, partim abrogata, partim novis Decretis
aucta, adeò fuerunt, ut novam omnino Reformationem
expostularent, & necessariò ipsi eam adhibendam esse
Patres cuncti in Generalibus Comitiis judicaverint.*

In istis novis Constitutionibus, juxta facultatem
Congregationi concessam à Martino V. plura fuerunt
moderata, & addita, necnon plura desumpta, ut
dicitur in eadem præfatione: *Vel ex Summorum Pon-* 14
*tificum Decretis, vel ex Constitutionibus in Generalibus
Comitiis editis, & in actis publicis registratis*, & ad
vitandam ulteriorem multiplicitatem Constitutionum
abrogatæ, & cassatæ fuerunt illæ, quæ in prædictis
novis Constitutionibus impressæ non reperirentur, ut
in *part. tertia dictarum Constitut. cap. vigesimo septimo*
ibi: *Quia nihil humanæ Reipublicæ magis perniciosum
esse dignoscitur, quàm superflua, inutilisque legum mul-* 15
*tiplicitas, ac immutatio, primùm quidem statuimus, ut
post præsens Volumen Constitutionum &c. nulla nova
Constitutio aliquam vim obtineat &c. Aliæ quoque Con-
stitutiones &c. quæ in præsenti Volumine non comprehen-
duntur, cassatæ, & abrogatæ intelligantur.*

Sic factum est, ut quoad numerum Votorum in
Diffinitorio servari deberet id, quod statutum fuerat
à Paulo V. in dicta sua prima Constitutione anni
1606. ut in *cap. nono part. tertia §. Ut in Diffinitorio*, 16
ibi; *Ut in Diffinitorio æqualitas Votorum respectivè om
nium Provinciarum, & Nationum servetur &c. ex qua-
libet Provincia unus Diffinitor assumatur &c. qui simul
cum quatuor Diffinitoribus anni præcedentis numerum no-
vem Diffinitorum constituent, & totum Diffinitorium
complebunt.*

Quò verò ad electionem Abbatis, Visitatorum, &
Procuratoris Generalium, retenta est turnaria electio
præscripta in dicta posteriori Constitutione. Pauli V. 17
ut colligitur ex dispositis in *cap. decimo part. tertia di-
ctarum Constitut.* ubi præscribitur modus eligendi Vi-
carium Generalem, & disponitur, ut eligatur *illius
Provinciæ, ex qua Abbas Generalis assumendus erit*,
Itidem ex *cap. 12.* ubi Visitatores eligi debere manda-
tur *ex singulis Provinciis, ea excepta, ex qua Abbas
Generalis assumendus erit*, & in *cap. decimo octavo* ubi
statuitur, *ut eligendus in Procuratorem Generalem ex
ipsa Provincia, ex qua Abbas Generalis triennii im-
mediatè præcedentis extiterat &c. assumatur.*

Eidem Procuratori Generali, ad formam antiqua-
rum Constitutionum, non aliter considerato, quàm
veluti simplici Officiali, prærogativæ aliquæ fuerunt
ser-

servatæ, aliæ verò diminutæ; Siquidem reservatæ fuerunt omnes illæ prærogativæ, quæ ut supra dictum est, illi competebant vigore antiquarum Constitutionum, & potissimùm habendi Vocem in Capitulo Ge-
19 nerali, sicuti cæteri Prælati, ut in *cap. 3. part. 2.* ibi: *Ad Generale Capitulum semper accedere debebit Officio suo renunciaturus, & etiam ad Dietas, & in eodem Capitulo Generali, sicut cæteri Prælati, Vocem habebit.* Diminuta verò illi fuit prærogativa in eo, quod vigore, tam primæ quàm secundæ Constitutionis. Pauli V. esse debebat pernecesse Abbas S. Mariæ de Pace, & in recompensationem istius Monasterii, Provincia illa, de qua erat Procurator Generalis, tenebatur tradere Provinciæ Ecclesiasticæ aliud æquivalens
20 Monasterium; ut in prima Constitutione, ibi: *Et simul Abbas Sanctæ Mariæ de Pace de Urbe existit &c.* & in secunda ibi: *Quia verò Procurator Generalis Monasterii Sanctæ Mariæ de Pace de Urbe, quod inter alia Monasteria Provinciæ Ecclesiasticæ annumeratur, Abbas esse solet, ne dicta Provincia Ecclesiastica ex hoc aliquod detrimentum patiatur, volumus quod Provincia illa, ex qua Procurator Generalis eligi debet, Monasterium suæ Provinciæ Monasterio S. Mariæ de Pace hujusmodi æquivalens eidem Provinciæ Ecclesiasticæ assignare teneatur*, & vigore novissimarum Constitutionum sublata fuit hujusmodi necessitas eligendi Procuratorem Generalem in Abbatem dicti Monasterii, & reassumpta quoad hoc dispositione antiquarum Consti-
21 tutionum, relictum fuit sub arbitrio Congregationis eum, in talem Abbatem eligere, vel ne eligere, ut in *part. 2. cap. 3.* ibi: *Ipse verò Procurator Generalis in Monasterio nostro S. Mariæ de Pace suam ordinariam residentiam habebit, & si Congregationi videbitur ejusdem Monasterii Abbas esse poterit.*

Respectu verò vacationis, etsi fuerit ex iisdem Constitutionibus indicta Abbati Generali Visitatoribus, & Diffinitoribus, qui Votum tulerint in Diffinitorio, ut in *cap. 9. part. 3. §. Nullus verò*, ibi: *Nullus verò,*
22 *qui aliquid prædictorum Officiorum Generalium, Abbatis scilicet Generalis, Visitatoris, & Diffinitoris, in Diffinitorioque juxta Ordinis Constitutiones suffragium tulerit, possit immediatè iterum, & de novo ad aliquod prædictorum Officiorum, & ad Vota ferenda in prædicto Diffinitorio eligi, & admitti, nisi postquam aliquod prædictorum Officiorum exercuerit, & Vota ut supra in Diffinitorio tulerit, per sex annos immediate subsequentes à Voto ferendo in Diffinitorio vacaverit*, & quoad ipsum Abbatem Generalem fuerit etiam specificè prohibita
23 ejus immediata electio in Procuratorem Generalem, ut in *dict. cap. 18. part. 3. Constitut.* ibi: *Eligendus in Procuratorem Generalem &c. debebit esse Sacerdos &c. qui saltem per triennium fuerit Prælatus alicujus Monasterii &c. qui Triennio immediatè præcedenti Abbatis Generalis Officio minime functus fuerit* nullibi tamen vacatio indicta legitur Procuratori Generali, ne illicò
24 post absolutum Officium Procuratoris Generalis eligi posset in Abbatem Generalem, uti patet ex lectura *c. 3. par. 2. & c. 9. & 18. p. 3. dd. Constitut.*

Post has Constitutiones evulgatas, ut dictum est, anno 1627. atque præscribentes Turnum, inter Provincias servandum in electione Abbatis, & Procuratoris Generalis, juxta præscriptum dictæ secundæ Constitutionis Pauli V. ad supplicationem Congregationis idem Urbanus VIII. aliam particularem edidit Constitutionem anno 1635. in qua facta explicita mentione dictæ secundæ Constitutionis Pauli V. & sic Turni, servandi in prædictis electionibus, eam abrogavit, & de cætero voluit, ut Abbas, & Procurator Generalis eligi deberent ex toto corpore Congregatio-
25 nis, servata in reliquis dispositione Constitutionum, & Literarum Apostolicarum desuper emanatarum, ut in Constitutione ibi -- *De cætero perpetuis futuris temporibus, tàm Abbas Generalis, quàm Procurator Generalis, de toto corpore Congregationis hujusmodi, servata aliàs in omnibus, & per omnia Constitutionum d. Congregationis Apostolica auctoritate confirmatarum, Literarumque, ac Constitutionum Apostolicarum desuper emanatarum forma eligantur.*

His ita se habentibus, facile est coniicere ad tenorem Constitutionum, vacationem nullam indictam esse Procuratoribus Generalibus, propter quam impediantur, nè possint eligi in Abbates Generales, immediatè eorum finito Officio Procuratoris Generalis, absque Apostolica dispensatione super vacatione; Siquidem ex vacatione, ubi indicta est, resultat illa inhabilitatio, seu privatio Vocis passivæ, propterquam quis redditur ineligibilis ad Dignitates, & consequenter in ipsa vacatione continetur privatio ista eligibilitatis, quæ alias apud Doctores durissima vocatur, Teste *Passerin. de Election. Canon. cap. 25. nu. 619.* 26
ubi optimè expendit, maximam pœnam esse Dignitates assequi non posse, quandoquidem nil magis desideratur, quam Dignitatum consecutio, itaut plurimi sint, qui Dignitates potiùs, quam divitias appetant.

Et quamvis permittatur privatio hæc eligibilitatis, imò de Jure indicta sit talis vacatio ab honoribus ad honores, uti dispositum habetur in *l. 2. C. de Muner. & honor non continuandis*, & latè exornant *Franc. dec.* 27
210. num. 2. & 3. & decis. 274. per tot. ubi *Carol. Anton. de Luc. in observat. numer. 1. & Capiblanc. in suis pract. quæst. super pragmat. 11. de Baron. cap. 72. numer. 22.*

Animadvertendum tamen est; quod sicuti dicta vacatio indicta est ad bonum, optimumque finem, ne 28
scilicet perpetuentur Dignitates in una, eademque persona, uti in *d. l. 2.* ibi -- *honoribus ad honores eosdem, quinquennii datur vacante, triennii verò ad alios. Legationem autem perfunctis, triennii vacatio concessa est &c. &* concordat allegati à *Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 23. num. 1. 2. 3. & 4.* ubi quod ideò prohibita est honorum continuatio, quia admodum vexarentur Subditi ex perpetuo unius Magistratus Dominio.

Sic etiam distinguendum venit, prout de Jure distinguitur inter illas Dignitates, sive Officia, quæ verè Dignitates sunt, quia nullum habent annexum o- 29
nus, atque præstant simplicem Universitatis administrationem, in qua verus consistit honor *Text. est in l. Honor. 14. in princ. ff. de Muner. & honor.* ibi: *Honor municipalis est administratio Reipublicæ cum gradu Dignitatis &c.* & notat *Gloss. in l. Sicut honores C. de Mun. & honor non conting. lib. 10.* ibi. *Honor municipalis est administratio Reipublicæ cum Dignitates gradu &c.* & illas Dignitates, quę potiùs sunt onera publica, quàm Dignitates, quia, etiamsi potiantur aliqua prærogativa nil tamen præseferunt, quàm quod habent anne- 30
xum onus, ità enim distinguit *Text. in d. leg. Honor §. Munus*, sequitur *Gloss. in dict. leg. Sicut honores in princ.* & notat *Franc. in d. decis. 264. n. 2. vers. dicebatur &c.* tales enim de Jure sunt Dignitates, vel quę solam personalem assistentiam poscunt, vel quę solam impensam, vel quæ utrumque requirunt, ad *Text. in l. Munerum 28. ff. de Muner. & honor.* ibi. *Personalia sunt, quæ animi provisione, & corporalis laboris intentione,* 31
sine aliquo gerentis detrimento pertractantur, & sequitur *Gloss. in d. leg. Honor. verb. Cum sumptu*, ubi Concordantes allegat.

Quando agitur de istis Muneribus publicis, sive realibus, sive personalibus, sive mixtis, eorum continuatio sicuti prohibita non est in eadem persona, quatenus continuationi consentiat, dùm vacatio indicta est in favorem ejusdem Personæ, ne diutiùs gravetur *ad Text. in leg. sponte 17. ff. de Muner. & honor.* observat *Carol. Ant. de Luca in observat. ad Franc. decis. 264. num. 2.*
Ità nec præseferunt illam vacationem, quæ alias in- 32
dicta est ad impediend. continuationem ejusdem, vel alterius meræ Dignitatis in eadem persona; Siquidem vacatio de Jure dari debet ab honoribus ad honores, sicuti à muneribus ad alia munera ex eadem pariformi ratione, videlicet, nè inter paucos continuentur honores, quorum continuatio Universitatibus perniciosa redditur, dum pauci Regimini publico apti redduntur, & alias interest Universitati, non paucos, sed plures noscere ejusdem Universitatis Statum, 33
atque conditionem, uti expendit *Mastrill. de Magistr. d. cap. 23. numer. 10. & 11.* & ne pauci etiam graventur oneribus, quorum æqualis fieri debet inter omnes distributio, *d. l. Sicut honores.* Hujusmodi ergò cessante

sante ratione, non continuandi honoris, seu oneris, in eadem Persona, nec intrat vacatio, propter quam fiat ineligibilis ad honores, qui præ-
34 cedenter publica substinuit onera, uti explicando *Text. in d. leg. Sicut honores tradit* ibi *Glos. princ.* dicens, *à prædictis excipit Decurionatum, quia quamvis sit, ab aliis non præstat vocationem, Item quod de Munere subiicit de mixto dicit, Item, & de merè personali &c.* Unde palam est, quod de Jure vocationem non præstat honor, quando importat personale Munus, quia vacatio datur solummodò ab honoribus ad honores, non autem à muneribus ad honores.

Hoc posito, inde etiam animadvertendum venit, quod in qualibet Religione tria sunt genera Officiorum, Primi generis Officia habent adiunctam superioritatem, cum Jurisdictione fori externi, & interni, & hujusmodi sunt Officia Generalatus Provincialatus, & similium, qui habent conjunctam cum solo Officio superioritatem, administrationem, & Jurisdictionem,
35 & non solum habent regimen rerum Ecclesiasticarum Religionis, aut Monasterii, sed etiam Regimen animarum, & curam Religiosorum, sibi subiectorum; Secundis generis Officia excludunt superioritatem, & Regimen animarum, includunt tamen quandam prerogativam, & excellentiam, per quam dicuntur dignificati, & magis honorati aliis, carentibus Officio, hujusmodi sunt Officia Consultoris Procuratoris Generalis, & similium, & vocantur Personatus in
36 Religione, quæ sunt potiùs laboris, quam Dignitatis. Tertii demum generis Officia sunt meri laboris, & oneris servilis, excludentia, non solum superioritatem, sed etiam dignitatem, & personatum, cujusmodi sint Officia Procuratoris Localis, Syndici, & similium, uti distinguunt *Portell. vers. Officia Ordin. in Add.* & ex eo *Bordon. var. resol. tom. 2. resolut. 12. à num. 24. ad 27.*

Hinc Officium Procuratoris Generalis, etiamsi certam præseferat prærogativam, attamen in sui substantia non est, nisi merum Officium, Superioritate, Regimine, & quavis exercibili Jurisdictione carens, & potiùs est Officium laboris, quam dignitatis,
37 uti sequitur idem *Bordon. d. tom. 2. resol. 26. numer. 46.* ubi tale vocat Officium deambulatorium, quia ubiq; accedere debet, juxtà exigentiam Religionis, & no-
38 tant etiam *Peyrin. qu. Regul. tom. 1. de Subditis c. 27. quæst. 1. in primo notabili, & Donat. Rer. regular. tom. 1. par. 2. tract. 9. qu. 12. num. 4.* ubi quod Procuratores Generales nullam habent Jurisdictionem, sic etiam Prælatura carent, quæ consistit in cura, cum authoritate, & Jurisdictione Ordinaria in Subditos, & sequi-
39 tur *Donat. Rer. regular. tom. 2. par. 1. tract. 9. quæst. 3. num. 1.* & dum nil aliud exercent, quàm onus, quod personalem requirit curam, & sollicitudinem, verè cadit hujusmodi officium sub illa specie munerum, de
40 quibus loquitur *Text. in d. leg. Munerum* ibi -- *Personalia sunt, quæ animi provisione, & corporalis laboris intentione, sine aliquo generis detrimento pertractantur.*

Idque liquidò constat ex tenore, tum antiquarum, tum innovatarum Constitutionum nostræ Congregationis: In antiquis enim *Constitut. d. cap. 17.* non aliter disponitur, quàm quod eligatur unus ex Canoni-
41 cis, non autem unus ex Prælatis ibi - *In Capitulo Generali eligi debet &c. ex Canonicis nostris unus Procurator totius Ordinis.* Sic etiam in novis Constitutionibus *dict. cap. 3.* eligendus dicitur aliquis Canonicus ibi: *Eligatur per Capitulum Generale juxta antiquam Ordinis Consuetudinem aliquis Canonicus*, & de facto tali sic electo Canonico sub certis Requisitis designato, quia ille non aliter in Constitutionibus consideratur, quàm veluti Officialis, non autem tanquam Prælatus, ideòque illi, quia non existenti Prælato competere non possent, specificè reservantur supra enun-
42 ciatæ prærogativæ, aliàs ex ipsa Prælatura, scilicet ex administratione, & Jurisdictione competentes omnibus Prælatis, Iurisdictionem, & Gubernium habentibus, *Quod in omnibus Monasteriis sedere habeat suprà Locorum Vicarios; Quod non sit alicui subjectus, Quod sibi eligat Confessarium; Quod ad Generale Capitulum accedere debeat sicuti ad Dietas; & quod in eodem Capitulo Generali, sicut cæteri Prælati vocem habeat.*

Hæc autem specifica reservatio prærogativarum per se demonstrat, quod in suo esse, & seclusis hujusmodi prærogativis, specialiter reservatis, Officium Procuratoris Generalis in Congregatione Lateranen. prout in aliis Religionibus, non est, nisi Munus, & consequenter, quod attentis prædictis prærogativis in tantùm in hujusmodi Officio continetur honor, 43
quia habet annexum onus, & sic quod honor datur propter onus, & quod in tali Officio non verè, & propriè, sed impropriè dicitur collatus honor, dum is dignitate, & Prælatura caret, quia Gubernio, & administratione caret.

Quod magis etiam manifestatur ex dispositis *in c. 8. par. 3. dd. noviss. Constit.* Ibi enim designatur modus sedendi in Capitulo Generali, & in digniori Locorum assignatione, nulla mentio habetur de Pro- 44
curatore Generali ibi: *In primo, & digniori Loco stabit Abbas Generalis, tanquam Pater, & Caput totius Congregationis, post Abbatem Generalem stabunt quatuor Visitatores, duo à dextris ipsius Abbatis Generalis, & duo à sinistris, juxta ordinem majoritatis &c. deinde alii omnes Prælati, inter quos majoritas ex sola prioritate susceptionis Habitus Religionis attendi debet, post Prælatos stabunt Privilegiati, non Prælati, post Privilegiatos sedebunt cæteri, in ipso Generali Capitulo Votum habentes.* Quamobrem si mentio nulla hic habetur de Procuratore Generali, indè evidentissimum 45
remanet, quod nullibi in Constitutionibus, is consideratur veluti Dignitas, sed ratione Muneris decoratur solummodò aliqua prærogativa, & potissimum, *ut Vocem habeat in Capitulis Generalibus, sicuti cæteri Prælati*, & propter hanc reservatam prærogativam, nisi aliundè esset Prælatus, Procurator Generalis, nonnisi sedere haberet, quam post omnes Prælatos, etiam Privilegiatos, quia sedere non posset, nisi inter eos, qui ex speciali Privilegio votum habent in 46
Capitulo, ut ex dicta dispositione ib -- *Post Privilegiatos sedebunt cæteri, in ipso Generali Capitulo Votum habentes &c.*

Quod si ita est, quod Procurator Generalis ratione Officii nullam habeat Dignitatem, quia nullam omnino Jurisdictionem habet, etiamsi aliquo fruatur honore, propter illud, quod habet in se collatum onus, hinc mirum non est, si Constitutiones, tum antiquæ, tum recentiores, procedendo ad normam Juris, & cum necessaria distinctione inter honores, qui verè sunt honores, quia regimen, & gubernium habent, cum Jurisdictione in sibi Subditos, uti ex su- 47
pra notatis ex *Bordon. d. resol. 12. num. 24.* & honores, qui impropriè sunt honores, dum potiùs habent annexum onus ex *dict. Bordon. d. resolut. 12. numer. 25.* non aliter vacationem inducunt, quam pro illis 48
Dignitatibus, quæ tali fruuntur vero, & proprio honore; Sic antiquæ Constitutiones, vacationem inducunt Rectori Generali, & Visitatoribus sicut, & novæ Constitutiones vacationem imponunt, non aliis, quam habentibus Regimen, & administrationem ibi: *Nullus verò, qui aliquod prædictorum Officiorum Generalium, Abbatis scilicet Generalis, Visitatoris, & Def- 49
finitoris, in Deffinitorioque juxta Ordinis Constitutiones suffragium tulerit.* Verba hæc clarè exprimunt, qui vacare habent, illi scilicet, qui potiuntur regimine, & Jurisdictione, *qui in Deffinitorio suffragium tulerint*, apud hos enim remanet verus honor, quia habent ad- 50
ministrationem Congregationis, cum gradu Dignitatis ad dicti *Text. in dict. leg. Honor. ff. de Muner. & honor.*

At de Procuratore Generali, cujus honor est onus, & nulla habet Dignitatem, nullamque Prælaturam, quia regimine, & administratio ne caret, nihil dicunt, nec tale quid dicere Jure potuissent, dum non is est, qui in Deffinitorio Suffragium ferat, & qui propterea habeat Dignitatem, cum regimine, & administratione, sed is est, qui honorem habet in quantum primò, & principaliter fert onus, & sic verè exercet onus, & quatenus eligatur in Abbatem Generalem, illicò post 51
ter-

terminatum Officium Procuratoris Generalis, non ideò in eo continuatur eadem, vel similis Dignitas, sed in remunerationem expleti oneris ad Dignitatem promovetur, & transit non ab honoribus ad honores, sed te muneribus ad honores, & cum agatur de eligibilitate præservanda, vel ne, hoc unum sat est, quod Constitutiones eum non reddant ineligibilem, propter aliquam ei indictam vacationem, & quod ratione Officii, nec implicitè cadat sub eo genere Officialium, quibus indicta est vacatio, ut eligi possit absque alia impetranda dispensatione super vacatione; Constitutiones enim omninò conformes sunt dispositioni Juris; dum prohibent
52 continuationem honorum, & vacationem indicunt ab honoribus ad honores ibi -- *Nullus verò, qui aliquod prædictorum Officiorum Generalium Abbatis scilicet Generalis Visitatoris, & Deffinitoris in Deffinitorioque juxta Ordinis Constitutiones Suffragium tulerit, possit immediatè iterum ad aliquod prædictorum Officiorum, & ad Vota ferenda in prædicto Deffinitorio eligi.*

In eo igitur quod imponunt vacationem, neque implicitè compræhendunt Procuratores Generales, qui quatenus eligantur ad Generalatum, sic ad Dignitatem, habentem Regimen, & Jurisdictionem, & ferentem Votum in Deffinitorio, non continuatur in aliqua Dignitate, quæ præcedenter Votum tulerit in Deffinitorio, sed promoventur ab uno Officio, carente quacumque Dignitate, ad ipsam Dignitatem, & sic promoventur ab honere ad honorem, quod sicuti fieri
53 potest de Jure, à quo Constitutiones ipse Juri conformes suam recipiunt interpretationem *Becc. cons.* 96. *num.* 8. *Mascard. ad Stat. interpetr. conclus.* 2. *num.* 1. & 2. & *Surd. decis.* 132. *num.* 24. magis fieri potest juxta literam earumdem Constitutionum, quæ dum ad vitandam continuationem honorum, & sic ad bonum optimumque finem, reddunt ineligibiles, & privant Voce passiva certas Dignitates, *Abbatis scilicet Generalis, Visitatoris, & Deffinitoris*, eos, qui in Deffinitorio Votum tulerint, hoc est, qui Congregationis regimen, & gubernium habuerint, omnes alios reddunt
54 eligibiles, juxta id, quod passim dicimus, exceptionem firmare regulam in non exceptis *leg. Nam quod liquidè §. fin. ff. de Pæn. legat. l. Cum Prætor ff. de Judic. Alex. cons.* 125. *num.* 5. *lib.* 2. *Surd. cons.* 262. *num.* 14. *Mans. consult.* 31. *num.* 13. *tom.* 1. *Rota cor. Burat. decis.* 547. *num.* 1. *ad fin.* & *cor. Cerro decis.* 131. *num.* 10 & *seq.* Quod fortius dicendum venit in subiecta materia, in qua cùm tractetur de non impedienda eligibilitate per viam servandæ vacationis, ea ineligibilitas, quæ de jure non adest, nec ex litera Constitutionum censeri potest in dicta, quàm pro illis specificè, de quibus loquitur Constitutio, ne aliàs ipsa Constitutio, quæ conformis est, reddatur correctoria Juris communis, contra receptissimam regulam, per quam dicimus particulares Constitutiones, ita semper intelli-
55 gendas esse, atque interpretandas, ut ex ipsa interpretatione reducantur ad Jus commune ex animadversis *in tom.* 3. *p.* 1. *discept.* 11. *num.* 22. & *tom.* 6. *p.* 1. *disc.* 31. *num.* 149.

Ultrà quam quod nemo non videt, quod Procuratori Generali sat est dicere, quod Constitutiones in eo, quod vacationem indicunt certis designatis Dignitatibus, de eo non loquuntur, Cui enim non con-
56 veniunt verba dispositionis, nec ipsa nocet dispositio, ut probant *Mans. consult.* 241. *numer.* 15. & *Cabal. cons.* 7. *num.* 12. *lib.* 11. & firmavit *Rot. cor. Merlin. decis.* 143. *num.* 2. & cum agatur, ut dictum est, de eligibilitate, sicque de re gravissima, ad excludendam ineligibilitatem in Procuratore Generali vigore dictæ Constitutionis, attenta d. particulari designatione Dignitatum vacare habentium, facta sub
57 illa taxativa dictione *scilicet* ibi -- *Nullus verò, qui aliquod prædictorum Officiorum Generalium Abbatis, scilicet Generalis, Visitatoris, & Deffinitoris* &c. quæ dictio *scilicet*, cùm adhibita sit post expressionem generis, dispositionem restringit ad species dinumeratas ut advertunt *Fulgos. cons.* 141. *num.* 2. *Barbos. de Diction. dict.* 537. *num.* 1. *Rot. decis.* 749. *num.* 6. *par.* 18. *recent.* & de consimili dictione *videlicet* eadem *Rot. coram Lu-*
58 *dovis. decis.* 286. *num.* 9. & *decis.* 126. *num.* 13. *part.* 7. *rec.* satis, superque suffragatur receptissima regula de expressis, & non expressis, itaut intret adagium, quod pro his, in quibus Statuentes vacationem voluerunt, expresserunt, tacuerunt autem ubi noluerunt absque eo quod lex extendi valeat de casu ad casum, ad notata per *Passerin. de Elect. cap.* 5. *p.* 2. *n.* 15. & 18. utrobique in fine *Layman. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 59
18. *num.* 9. *Rot. decis.* 212. *num.* 4. & *decis.* 547. *num.* 2. *coram Buratto* & *decis.* 131. *num.* 9. & *seqq. cor. Cerr.* & *decis.* 188. *num.* 2. *circa med. part.* 1. & *dec.* 410. *num.* 36. *par.* 19. *rec.*

Attenta maxime diversitate rationis, quæ prorsùs diversa est in Abbate Generali, & in aliis, qui regimen, & administrationem habent, in quibus daretur continuatio honoris, si ad alios transirent honores, at in Procuratore Generali, qui semper, ac eligatur in Abbatem Generalem, non promovebitur, nisi ab oneribus ad honores, & hac stante rationis diversitate, meritò inter utraque diversa censeri debet inducta dispositio, itaut ab honoribus vacare habeant in Constitutione designati Superiores; non autem Pro- 60
curator Generalis in illis non nominatus ex firmatis per *Rot. cor. Manzaned decis.* 350. *num.* 5. & *decis.* 165. *n.* 12. *p.* 19. *rec.*

Nec refert, quod ante evulgatas has novas Constitutiones Procuratori Generali iam indicta esset ineligibilitatis ad Generalatum, statim post expletum officium Procuratoris Generalis *in d. pr. Constit. Pauli V.* In Constitutionibus etenim, & statutis vulga- 61
tissimum est, quod posteriora derogant Prioribus, ut tradunt *Alex. cons.* 88. *num.* 3. & *lib.* 4. *Mans. consult.* 40. *num.* 60. Cum aliquo citatis in *tom.* 5. *part.* 1. *discept.* 7. *num.* 61. *a discept.* 10. *num.* 41.

Quapropter cùm in subsequenti Constitutione, ab eodem Pontifice emulgata anno 1615. alterata fuerit illa bipartita electio, quam indixerat in dicta prima Constitutione, in qua pro regulanda electione Abbatis, & Procuratoris Generalis Congregationem in duas partes diviserat, & in dicta posteriori Constitutione mandaverit, electionem fieri per Tur- 62
num in unaquaque ex ab eo distributis Provinciis, sub hac unica servanda lege, ne ex eadem Provincia essent Abbas, & Procurator Generalis, atque Constitutio hæc edita fuerit pro consulendo prosperiori, & tranquilliori regimini ejusdem Congregationis; pernecessè sequitur, quod per hanc posteriorem Constitutionem fuerit præcedenti derogatum, per inductionem novæ dispositionis, diversam formam 63
præferentis, ut constat ex utriusque Brevis lectura *ad Tex. in l. Derogatum* 102. *ff. de Verbor. signif.* ibi derogat. legi, cui pars detrahitur, & tradunt *Lezzana in Summa Verbo Leges regul. num.* 33. *Rota coram Dunozzet. jun. decis.* 565. *num.* 7. & *in rec. decis.* 205. *num.* 13. & *decis.* 288. *numer.* 23. *part.* 6. & *decis.* 440. *num.* 8. *seq. part.* 13. *rec.*

Tantòque magis dictæ primæ Constitutioni per secundam derogatum dici debet, quia nullo modo ad concordiam reduci possunt, attenta earundem incompatibilitate, nam ad tenorem primæ electio Abbatis Generalis, & Procuratoris Generalis distributa erat inter duas partes, vicissim conflatas ex omnibus quinque Provinciis, in secunda verò dispositum fuit, ut electio per Turnum circumiret per singulas Provincias, quapropter cùm ex adeò variata forma. Constitutiones sint invicem incompatibiles, per 64
posteriorem eò magis derogatum censetur anteriori *Bero. cons.* 147. *numer.* 212. *vers.* & *licet lib.* 3. *Rot. cor. Dunoz. jun. d. decis.* 565. *num.* 7. & *cor. Merlin. decis.* 832. *num.* 24. & *cor. Bich. decis.* 629. *num.* 15. & 16. & *decis.* 213. *num.* 5. & 6. *part.* 11. *rec.*

Imò attenta dicta incompatibilitate, derogatio primæ Constitutionis certa est, quamvis in secunda non legatur expresa, quoniam in subjecta materia derogatio sufficiens oritur, data incompatibilitate inter 65
unam, & aliam dispositionem ex animadversis per *Bald. cons.* 495. *lib.* 5. *Gratian. cap.* 300. *num.* 8. & firmatis per *Rot. decis.* 15. *num.* 3. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.* & *coram Bichio decis.* 629. *num.* 15. & 16.

Nec sine ratione prædictæ primæ Constitutioni ab

eodem Paulo V. derogatum fuit, aderat enim in ea-
dem Constitutione implicantia, & contrarietas, Nam
post divisam Religionem in duas turnarias partes,
& explicitè decretam vacationem Procuratoris Ge-
neralis per triennium, in eadem Const. disponeba-
tur, ne Abbas, & Procur. Generalis essent de eadem
parte, sed Procurator generalis eligeretur de parte,
in qua in immediato antecedenti triennio fuisset Ge-
neralis, & consequenter Procurator Generalis, ante-
quam eligi posset in Abbatem Generalem, nedùm
66 vacare habebat per triennium, juxta vacationem
explicitè in Constitutione indictam, sed per sexen-
nium juxtà vacationem, quæ implicitè resultabat à
demandata turnaria elect. Durante siquidem primò
immediato triennio, ei erat indicta vacatio, hoc
elapso, electio Generalis vigore Turni revertebatur
ad eam partem, in qua jam extiterat in præceden-
ti immediato triennio Generalis, & de qua non e-
rat Procurator Generalis, & consequenter ex impli-
cita dispositione is eligi non poterat in Generalem
per duo triennia, & sic invicem contrariabantur
67 vacatio implicita, & indicta vacatio explicita, un-
dè nil mirum, quod Congregatio ab hujusmodi Con-
stitutione reclamaverit, & quod Pontifex ad suppli-
cationem ejusdem Congregationis, & pro istius pro-
speriore, & tranquilliore gubernio, prædictam pri-
mam aboleverit Constitutionem, utpotè quæ præse-
ferebat manifestam implicantiam, & contradictio-
nem, & dum in secunda Constitutione nihil dixit
de dicta servanda vacatione, sicuti consultò censeri
68 debet omissum, quod non legitur à prima Constitu-
tione in secundam translatum, ut monet *Rot. in de-
cis. 569. in fine part. 4. divers. & coram Merlino decis.*
461. *num.*9. *& coram Bichio decis.* 647. *num.* 8. *&* 10.
coram Buratto decis 22. *num.* 18. Sic pro inducenda
nunc servanda vacatione nulla vis fieri valet in d.
69 præcedenti Constitutione, quæ utpotè correcta, &
abrogata, nullo pacto est attendenda ad *text. in l. De
quibus ff. de Legib.* & animadversa per *Suarez de Legi-
bus lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 2. *ad med. Rot. coram Coccin.
decis.* 1292. *in princ. & decis.* 1539. *num.* 53. *&* 54.
& coram Merlino decis. 1132. *num.* 24. *vers. Nec sta-
tutum, & in decis.* 323. *num.* 9. *part.* 14. *rec. & in Sa-
lisburgen. juris Metropolici 26. Movemb.* 1691. *§. Ex qui-
bus actibus confirmata* 13. *Februarii* 1693. *§. contra
hanc cor. Priolo.*

Præter quam quod ad effectum, de quo agitur
nihil curandum foret de utraque Paulina Constitu-
tione, Earum enim cessavit effectu, & antiquata re-
mansit dispositio, postquam fuerunt evulgatæ anno
1627 aliæ Constitutiones de mandato Urbani VIII.
compilatæ, & in quarum compilatione, sicuti fuit
habita ratio vitandi multiplicitatem, jam editarum
Constitutionum, tùm Apostolicarum, tùm Capitu-
70 lorum generalium, quæ antiquis Constitutionibus
confusionem ingerebant, ut exprimitur in d. supra
relato proæmio, seu præfatione ibi -- *Ob Decreta à
S. Sede Apostolica edita, & ob nonnullas Constitutio-
nes in Generalibus Comitiis emissas, antiqua ordinis
Statuta partim abrogata, partim novis Decretis au-
cta adeò fuerunt, ut novam omninò reformationem ex-
postularent* Sic etiam eadem Apostolica authoritate
abrogatæ fuerunt omnes illæ Constitutiones, quæ in-
71 sertæ non reperirentur in ipsis novis Constitutioni-
bus, ut in supra relato *cap.* 27. *par.* 3. *Const. sub rubr.
de Vitanda Constit. multiplicitate* ibi -- *Aliæ quoque
Constitutiones, quæ in præsenti Volumine non compre-
henduntur, cassatæ, & abrogatæ intelligantur.*

Et revera id factum est in compilatione harum
Constitutionum novissimarum, ut nonnulla desum-
pta fuerint à dictis Paulinis Constitutionibus, atque
translata in hisce Constitutionibus novissimis, nam à
prima Constitutione anni 1606. desumpta fuit regu-
72 latio Votor. pro Definitorio, & ex secunda anni
1615. desumptus fuit Turnus, In reliquis ergo iisdem
Constitutionibus derogatum censeri debet, nec præ-
ter has novissimas aliæ sunt modò allegandæ Consti-
tutiones; Nam attentis amplissimis facultatibus ab
Urbano VIII. Concessis Cardinali Ubaldino, & R.
P. D. Falconerio, hujusmodi novissimæ Constitutio-
nes, habendæ non sunt tamquam Capitulares ordina- 73
tiones, sed utpotè Pontificiæ Constitutiones, ut mo-
net *Rot. decis.* 115. *num.* 9. *part.* 6. *rec.* & in *Ferra-
rien. Decimarum super Jure universali decimandi* 8. *Ju-
nii* 1696. *§. & Adaugent. cor. Ursino.*

Si quod igitur Statuentes servandum censuerunt ex
dictis Paulinis Constitutionibus, id transtulerunt in
novis compilatis Pontificiis Constitutionibus, & de
cætero sub authoritate Apostolica reliquas omnes Con-
stitutiones abrogarunt, citra difficultatem, est de di-
ctis abrogatis Constitutionibus rationem nullam ha-
bendam fore, nam tritissimum est. Statutum anti-
quum per novum censeri sublatum, nec tale Statu- 74
tum ampliùs allegari posse *tex. est in l. Sed, & poste-
riore ff. de Legib.* & tradunt *DD. in l. Omnes Populi ff.
de Just. & jur. Rot. Lucens. apud Mans. consult.* 31. *nu.*
18. *&* 19. nec dubitari potest, quin ex dictis novis-
simis Constitutionibus satis, superque derogatum cen-
seri debeat ipso primo Brevi Paulino, juxtà ea, quæ 75
relato *Socin. sen. in cap. Sicut venire num.* 105. *in fin. de
Excess. Prælat.* advertit *Card. de Luc. de Benef. disc.* 45.
num. 11. *&* 12.

Potissimum quia dictæ novissimæ Constitutiones
nil ultrà faciunt, quàm tollere è medio ea, quæ con-
fusionem ingerebat, propter multiplicitatem Consti-
tutionum utque redirent cuncta ad observantiam an-
tiquarum Constitutionum, ut legitur in dicto Proæ-
mio ibi -- *Præcipue tamen advertentes, ut nihil de Con-
stitutionibus antiquis hactenus in Congregatione servatis
omitteretur.* Ex hac ergo consideratione, quoad novæ
Constitutiones compilatæ fuerunt pro innovandis an-
tiquis Constitutionibus, magis coniicitur, fundamen- 76
tum nullum fieri posse super dictis sic, ut supra abro-
gatis Constitutionibus Pauli V. quod ea, quæ non le-
guntur translata, & expressa in dictis novis, ab Ur-
bano VIII. approbatis Constitutionibus; Istæ namq;
veluti ordinatæ sub dispositione antiquarum Constitu-
tionum, ab ipsis antiquis Constitutionibus declarari
debent in his, quæ dubia forent, juxta regulam, per
quam dicimus, Statutum novum in iis, in quibus con-
trarium non est declarationem recipere à Statuto anti-
quo, itaut novum intelligatur, & declaretur per anti-
quum juxta animadversa per *Cravett. consil.* 70. *nu.* 15. 77
Corn. cons. 199. *num.* 67. *& Rota Lucens. apud Mans. d.
consult.* 31. *nu.* 20. Procurator autem Generalis ad for-
mam antiquarum Constitutionum vacare non habebat
post absolutum Officium, & antequam eligi posset in
Rectorem Generalem, & viceversa vacare habebant
Rector ipse Generalis, & Visitatores Generales, sicu-
ti vacare habent etiam ad formam dictarum novissima-
rum Constitutionum & proinde in novissima Constitu-
tione nulla censeri debet indicta vacatio Procuratori ge-
nerali, nullumque eidem causarum obstaculum, propter 78
quod absque dispensatione, sic volente Congregatione,
eligi non possit in Abbatem Generalem immediatè post
absolutum Officium Procuratoris Generalis, interpre-
tando novas Constitutiones ad normam antiquarum
Constitutionum.

Maximè quia sicuti in utrisque Statuentes vacationem
expresserunt, ubi voluerunt, sic dicendum est, ubi ta-
cuerunt, noluisse juxta supra relatam regulam Textus
*in leg unic. §. Sin autem ad deficientis Cod. de Caduc. tol-
lend.* cum concordantibus citatis *in Tom.* 6. *par.* 2. *discept.*
60. *n.* 59. *& n.* 121. Quibus attentis indubitanter dici
potest, quod ideò Procuratori generali vacationem non
indixerint dictæ novissimæ Constitutiones, ut se se 79
conformarent cum dispositione Juris, vacationem in-
dicentis ab honoribus ad eosdem, vel similes hono-
res, non autem ab oneribus ad honores, interpretan-
do sic Constitutiones ad normam juris, & admitten-
do propterea, quòd dici non debeat simpliciter omis-
sa obligatio vacandi, quàm præter dispositionem Ju-
ris habebat Procurator Generalis vigore prædictæ pri-
mæ Constitutionis Paulinæ, sed studiosè abrogata, ut 80
firmat *Rota in d. dec.* 569. *in fin. p.* 4. *divers. cum concor.*
de quibus supra & ferè in præcisis terminis resolvit
hæc Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium
in Romana Præcedentiæ inter Generalem Ordinis Ser-
vorum

vorum B. Mariæ & Procuratorem generalem sub die
25. Januarii, & *28. Martii 1686.* Ponente *Card. de*
Lauræa.

Tantoque fortiùs hæc sumenda est interpretatio,
ut in dictis novis Constitutionibus dicatur consultò
abrogata obligatio vacandi in Procuratore Genera-
li, quia cùm agatur de materia, unicè pendente à
81 voluntate Legislatoris, nil magis, quàm ejus verisi-
mili voluntas spectanda est *ad text. in leg. Nominis*
& rei §. Verbum ff. de Verb. signific. Repetentes Com-
muniter in cap. fin. de Regul. jur. in 6. Oldrad. cons.
103. num. 5. Layman. lib. part. tract. 4. cap. 18. num.
4. & 9. vers. Id autem Gratian. discept. 300. numer.
decimo quinto Tasserin. de Election. quæst. 2. num. 12.
vers. Nam ad illum.

Nulla verò major urget verisimilitudo, quàm quod
Statuentes in dictis compilandis novissimis Constitu-
tionibus ad formam dictarum antiquarum Constitu-
tionum voluerint, nedùm dictas reassumere antiquas
82 Constitutiones, ut explicitè, testati sunt in Præfa-
tione, & supra sint latè ostensa. Verùm etiam,
quod se conformare voluerint cum consuetudine, &
usu aliarum Religionum, in quarum nulla ferè hæc
viget prohibitio, nè Procurator Gener. statim post
absolutum Officium Procuratoris Generalis eligi pos-
83 sit in Generalem, sic enim sæpissimè electos fuisse
Procuratores Generales in Priores Generales in Or-
dine Prædicatorum testatur *Tasser. in de Election. cap.*
35. quæst. 1. num. 14. & notissimus est aliarum Re-
ligionum universalis stylus, in dubiis summoperè at-
84 tendendus pro indaganda mente Legislatorum ad
text. in cap. Cùm olim 6. de Consuet. & monet *Rot.*
decis. 214. numer. 5. part. 4. tom. 2. & decis. 786. n.
6. part. 18. rec. & in proximis terminis *Cardin. de*
Luca de Regular. disc. 2. num. 13.

Nec dici potest quod ideò Statuentes in dictis no-
vissimis Constitutionibus nihil expresserint de va-
catione, servanda à Procuratore Generali, quia de
eo non cogitaverint, & consequenter hisce casus
omissus, & non cogitatus remanserit sub anteceden-
ti prohibitione primæ Constitutionis Paulinæ; Obie-
ctum, enim nullo modo subsistit; tùm quia prima
85 Constitutio Paulina, ut dictum est, jam recesserat
ab Aula per evulgationem secundæ Constitutionis,
cum prima porsùs incompatibilis, & sic præsuppo-
ni non potest, quod quandò omnes abrogabant Con-
stitutiones, voluerint Statuentes eam præservare,
quæ præ cæteris magis abolenda erat, utpotè con-
tinens supra expressam implicantiam, & contradi-
ctionem, & quæ jam ab eodem Paulo V. abrogata
fuerat. Tùm quia casus non expressus tunc dicitur
à Statuentibus non præcogitatus, quandò illius non
cogitatio est verisimilis, sed cùm suaderi non pos-
86 sit in præsenti, quod Statuentes non cogitaverint
de Procuratore Generali, quandò loquuti sunt præ-
cisè de vacatione danda Officiis Generalibus indè
sequitur, quod si cogitarunt de tali vacatione, dan-
da ab honoribus ad eosdem, vel similes honores,
& quod plùs est, cogitarunt etiam de vacatione
danda Abbati Generali, ne posset immediatè eligi
in Procuratorem Generalem nec tamen è conver-
so prohibuerunt, nè Procurator Generalis eligi pos-
set in Generalem, non ideò dici potest, quod om-
nia non cogitaverint, & sic casus dici non potest
oscitanter, & per negligentiam sed consultò, omis-
87 sus, & ex animi positiva deliberatione ex firmatis
per *Rot. coram Cerro decis. 131. num. 12. & coram*
Manzanedo decis. 350. à num. 6. ad finem, Absque ul-
la prorsus difficultate attenta præcisa illa ratione
motiva inducendi vacationem, nè videlicet inter
paucos perpetuaretur Gubernium Religionis, perpe-
tuando Officia Generalia, habentia annexum Regi-
men cum Jurisdictione, quod quia verificari non po-
terat de Procuratore Generali, ideò nec ei censetur
indicta vacatio, ex germana mente Statuentium ad
88 *Text. in leg. Si ità ff. de Manumiss. testam.* cum plu-
ribus concordan. apud *Barbos. Tract. var. axiom. 136.*
num. 9. & axiom. 197. num. 5. & 12. Marc. Anton.
var. resolut. lib. 2. resol. 32. numer. 8. Tasserin. de
Elect. d. quæst. 2. num. 17. & 19. latè *Tiraquell. in*
tract. Cess. causa verb. Legis numer. 130. & Rot. de-
cis. 410. numer. decimo tertio cum seqq. part. decima
nona recent.

Et sanè duo ponderanda sunt, quæ potissimè osten-
dunt Constitutiones novissimas Procuratori Generali
nullam vacationem imponere, primo scilicet, quod
in *cap. 3. part. 2.* Procurator Generalis quoad Vocem
habendam in Capitulo Generali assimilatur cæteris
Prælatis ibi -- *& in eodem Capitulo Generali Vocem*
habebit, sicut cæteri Prælati. Illa enim dictio *sicut*
omnimodam similitudinem importat *Noguerol. alleg.* 89
9. numer. 69. Rot. coram Coccino decis. 2121. num. 23.
& decis. 16. num. 7. part. 15. rec. unde sicut cæteri
Prælati, illis tantùm exceptis, de quibus specifica
mentio habetur omnes tàm activam, quàm passivam
Vocem habent, sic ad sensum Constitutionum Pro-
curator Generalis, sicuti cæteri Prælati, utramque
vocem habere debent, ratione d. assimilationis ex 90
animadversis per *Noguerol. alleg. 3. num. 69. & Cy-*
riac. contr. 203. num. 23. tom. 2.

Secundo verò reflectendo, quod cùm in iisdem
Constitutionibus demandetur, ut electio Generalis
fieri debeat de Persona prudentia, ac rerum geren-
darum experientia optimè probata, utique dictæ qua-
litates in nullo alio meliùs verificari possunt, quàm
in Procuratore Generali, cui ratione Officii, com-
missa est totius Religionis cura, & sollicitudo in
promovendis in Romana Curia omnibus ejusdem
gravioribus negociis, concernentibus Gubernium tam 91
spirituale, quàm temporale, itaut nimis asperum es-
set, quod qui diù pro Religione tulit onus, absque
ullo formali honore, scilicet absque Regimine, &
Jurisdictione, primatus remaneret possibilitate asse-
quendi præmium in immediata consequutione Ge-
neralatus, & loco præmii eidem debiti, pænam po-
tiùs, seu privationem, & inhabilitationem, licèt
temporaneam, subire cogeretur, quod nullatenus est
permittendum, utpotè ab omni communi Juris dis-
positione, & æquitate alienum, quæ potiùs stante
illius concursu, etiamsi contraria lex resisteret, eam
exigeret interpretationem, propterquam lex redde- 92
retur æquitati conformis ex animadversis per *Calvin.*
de Aquit. lib. 1. cap. 15. num. 19. & cap. 95. num.
38. nec æquitas patitur, ut præter Juris dispositio-
nem Officium gerenti debeat esse damnosum ad *text.* 93
in l. Sed si quis ff. Quem ad testam. aper. & monet
Rot. decis. 333. num. 9. part. 17. rec.

Constat igitur ex hucusque dictis, quod vigore
dd. novissimarum Constitutionum, vacatio nullo mo-
do dici valet indicta Procuratori Generali, itaut ad
formam antiquarum Constitutionum nostræ Congr.
& juxta stylum aliarum Religionum, eligi non pos-
sit in Abbatem Generalem, atque ejus eligibilitas
faciliùs demonstrata remanet ex d. posteriori parti- 94
culari Constitutione Urbani VIII. in qua, sublato
Turno, quem novissimæ Constitutiones desumpse-
rant, ut dictum est ex dicta secunda Paulina Con-
stitutione, mandavit electionem Abbatis, & Procu-
ratoris Generalis fieri debere de toto corpore Con-
gregationis Sublato enim Turno quoad electionem
Abbatis, & Procuratoris Generalis, cuncta redeunt
ad formam antiquarum Constitutionum, & conse-
quenter cessat quævis possibilis dubitatio.

Non refragante, quod in dicta Urbanum Consti-
tutione dicatur, electionem fieri debere de toto cor-
pore Religionis -- *servata aliàs in omnibus, & per*
omnia Constitutionum d. Congregationis Apostolica au- 95
thoritate confirmatarum, Literarumque, ac Constitutio-
num Apostolicarum desuper emanatarum forma. Sub
hac enim clausula *servata &c.* non potest dici quod
Pontifex intellexerit, ut servaretur forma prædictæ
primæ Constitutionis Paulinæ, & consequenter quod
voluerit præservare Procuratori Generali in eadem
Constitutione indictam vacationem; Talis etenim in
tellectus nimiam involueret implicantiam, & instan-
taneam contradictionem, nam si servanda esset ta- 96
lis prima Paulina Constitutio, utpotè in indicta va-
catione Procuratori Generali contraria, tùm anti-
quis,

quis, tùm innovatis, & ab eodem Urbano approbatis Constitutionibus, nullam vacationem ab aliis assequendis Dignitatibus Procuratoris Generali indicentibus, utsupra probatum est, dum considerant Procuratorem Generalem, uti Officialem, non veluti Prælatum, & in præeminentiali Regimine, & gubernio constitutum, nullo modo servari possent hujusmodi Constitutiones, quas alias Urbanus ibidem servari mandat, & quæ si servandæ sunt, modo servari potest tùm in dicta secunda Constitutione ejusdem Pauli V. tùm in ipsis Constitutionibus jam abrogata Constitutio, nemò verò præsumi-
97 tur velle inter se contraria disponere ex animadversis per *Mans. consult.* 621. *numer.* 18. quapropter attenta dicta contradictione, quæ resultaret à dicto intellectu, indè fit, ut prorsus reijciendus veniat, à mente Pontificis absonus reddatur similis intellectus, per quem talis daretur implicantia, & contradictio vitanda semper omni, & quacunque possi-
98 bili interpretatione *Mans. consult.* 101. *numero* 69. *Consult.* 129. *numer.* 7. & cum alii, citatis *in Tom.* 1. *part.* 2. *discept.* 16. *num.* 85.

Vitatur autem contradictio quælibet sit intelligitur prædicta Urbani Constitutio, ut ex ea dicatur, non aliud Urbanum exprimere voluisse, & intelligere sub dicta Clausula *Servata &c.* quam quod in ipsa electione, facienda ex integro corpore Religionis, ea servaretur forma, quæ alias præscripta erat in Constitutionibus, aliisque ex post, emanatis Lit-
99 teris Apostolicis, tàm circa modum electionis, quàm circa qualitates eligendi, Hoc enim retento intellectu, cessat omnis contradictio, & omnia sunt in pace composita, nam, uno sublato Turno, in reliquis firma remanet Constitutionum dispositio, tam quoàd solemnitatem electionis, quàm circa qualitates eligendi, & sic liquidò constat, quod is retinendus est intellectus, per quem, nedum vitatur instantanea correctio, sed ulteriùs ipsa Urbani Constitutio redditur minus exorbitans ab æquitate, & à dispositione Juris, nequaquam vacationem indicentis ab oneribus ad
100 honores, sed ab honoribus, ad eosdem vel similes honores, ad *Text. in cap. Cum dilectus de Consuet.* & post concordantes tradit *Rot. in decis.* 494. *num. fin. par.* 18. *rec.* ubi quod ille sequendus, & amplectendus est intellectus, qui minus exorbitat ab æquitate, & dispositione Juris.

Constito autem ex prædictis, quod ad tenorem Constitutionum in rei veritate nulla indicta est vacatio Procuratoribus Generalibus, eisque nullum causatum obstaculum, quod egeat dispensatione, ut fiant eligibiles ad Generalatum, statim post eorum expletum officium Procuratoris Generalis, itaut attentis suprà ponderatis, nec possibilis sit articuli dubietas, quia clarè loquitur Constitutiones, & vacationem expri-
101 munt, ubi volunt, tacent autem, ubi nolunt non obstat quod pro majori cautela dispensationem impetraverint aliqui ex Procuratoribus Generalibus cum clausula -- *Quatenùs opus sit &c.* Nam similes dispensationes, veluti impetratæ ad cautelam, non sunt apta firmare statum, adversativum dispositioni Juris, & Constitutionum, & inducere observantiam, quæ con-
102 traria sit suprà ponderatis Constitutionibus *Bartol. in leg. prima num.* 2. *ff. de Condit. & demonstr.* quem sequitur *Rot. cor. Ubald. decis.* 750. *num.* 18. *coram Coccino decis.* 203. *num.* 14. *& decis.* 650. *numer.* 25. *cor. Dunoz. Juniore, & decis.* 516. *numer.* 13. *part. decima octava recent.*

Imò negari non potest, quod ex petitione ad cautelam non eliciatur, quod Petentes crediderint ea non indigere simpliciter, ut ponderat *Rot. coram Ludovis.*
103 *decis.* 267. *num.* 3. Quapropter ad summum dici posset, casum esse dubium, & sic intraret propositio. quod in dubio respondendum foret pro exclusione vacationis, interpretando hoc modo Constitutiones ad
104 normam Juris *Rot. cor. Pamphilio decis.* 20. *num.* 7. *& decis.* 278. *num.* 5. præsertim ad coercendam extensionem vacationis odiosæ, & Juris dispositioni oppositæ
105 *Barbos. tract. var. axiom.* 193. *num.* 8. *& axiom.* 297. *numer.* 6. ubi in fortioribus etiamsi adesset eadem ratio, idemque probat *Passerin. de Elect. c.* 5. *quæst.* 2. *num.* 19. & firmavit Rot. coram *Buratt. decis.* 22. *numer.* 2. *& decis.* 15. *num.* 24. *par.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 18. *num.* 15. *&* 16. *par.* 19. *rec.*

Patet igitur, quod etiam de Juris rigore Officium Procuratoris Generalis sub prætensa vacatione inclusum non est, sed quando aliqua remaneret dubietas subintrat secunda pars petitionis, in qua præsens Pro- 106
curator Generalis humiliter supplicat, ut ei benignè concedatur ea habilitatio, quæ ab omnibus ejus Antecessoribus, qui illam petierunt obtenta fuit. Ad quem effectum subnectimus, quod licet concessio gratiosa extraneo fulcro, opus non habeat, cum tota sistat in be- 107
neficia Principis elargientis ut notat *Rom cons.* 369. *num.* 29. *vers. Hoc secundo* & firmavit Rota *in decis.* 210. *num.* 3. *&* 4. *par.* 2. *rec.* quia tamen sacrosanctus iste Consessus, etiam gratiosas dispensationem non nisi magna cum prudentia distribuit, præstò est in hoc 108
casu summa rationabilitas causæ concedendi, qua stante illa deneganda non videtur, ut in simili ponderavit *Rot. decis.* 367. *num.* 74. *&* 75. *par.* 11. *& in Rom, seu Januen. Legati prima Julii* 1697. *coram de la Tremoille* §. 1. *& per tot.*

Ad efformandam talem rationabilitatem conspirant Juris dispositio, & consuetudo hactenus observata; Juris enim dispositionem nostræ petitioni conformem suprà probavimus, dùm non agitur de continuandis honoribus, præfata verò consuetudo obtinendi similes individuas dispensationes, non impugnatur, ex quo constans in facto est, quod quando, prout hic, dispensatio petitur ad submovendum tantammodò impedimentum accidentale, cui jus non assistit, & cui 109
consuetum fuit derogari, faciliùs tali petitionis veniat annuendum ex animadversis per *Card. de Luc. de Regal. disc.* 4. *sub num.* 11. *vers. & Quamvis,* & in similibus terminis firmatis per *Rot. decis.* 492. *nu.* 1. *& per tot. par.* 9. *& dec.* 213. *par.* 11. *rec.*

Ceterum magis quàm consuetudo, & Juris conformitas, hanc gratiam exposcit causæ defectus, ob quam probabiliter posset denegari; Cùm enim, utsuprà diximus, Procurator Generalis Vocem in Diffinitorio non habuerit, sed fuerit simplex Executor eorum, quæ à Gubernantibus Religionem sibi commis- 110
sa fuerunt, quemadmodum cessat causa finalis hujusmodi Vacationum, obvians perpetuationi successivæ Jurisdictionis, atque Gubernii, ita, illa cessante, æquitas dictat, ut Procurator Generalis, ex quo per sexennium sine Jurisdictione, & Gubernio in servitio Religionis, cùm non modico labore se exercuit, sic Voce passiva ad quascumque suæ Religionis Dignita- 111
tes privandus non sit, per ea, quæ monent *Calvin. de Æquitat. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 19. *& cap.* 95. *num.* 38. *& Passerin. de Elect. cap.* 5. *par.* 2. *num.* 28. *in fin.* aliique relati in *decis.* 357. *nu.* 74. *&* 75. *par.* 17. *rec. & dicta Romana, seu Januen. legati coram de la Tremoille.*

Parumque urgere assertum præjudicium, cum enim illud sit prorsus insubsistens, attendenda non venit 112
aliquorum nimis rigida oppositio ad tradita per *Alex. consil.* 216. *nu.* 24. *vers. Subdit etiam lib.* 2. quem refert & sequitur *Rot. cor. Coccino decis.* 1330. *num.* 23. & consonant relati per *Rot. decis.* 492. *num.* 2. *part.* 9. *d. dec.* 113
357. *num.* 77. *part.* 16. *rec. & in d. Romana, seu Januen. Legatis* §. *Nec summum Jus.*

Cessatio cujuslibet præjudicii est manifesta, quia simplex habilitatio Procuratoris Generalis, nihil detrahit libertati Vocalium, quorum in libera facultate est dare suffragium, cui velint, & aliàs universæ Religionis expedit, ut augeatur numerus Eligibilium, ut suppetat magis diffusa facultas eligendi Digniores, per ea, quæ ponderant relati per *Bich. in dec.* 647. *num.* 4. ubi in durioribus, quod non est at- 114
tendendum præjudicium libertatis Vocalium, quandò dispositiones dirigentur in utilitatem Ecclesiæ, quidquid esset, quandò ageretur de præjudicio ipsius Ecclesiæ.

Imò quandò vice veræ utilitatis supra probatæ, subsisteret etiam ex adverso figuratum prejudicium, de illo, quandò est eventuale, & remotum, Principes Su-

pre-

115 premi curare non ſolet, adeout in illorum Gratiis,
nec obreptionem, nec ſubreptionem, nec aliquod a-
liud impedimentum ſoleat cauſare, ut benè in pro-
poſito ponderat *Paſſerin. de Elect. capit.* 14. *par.* 8.
ſub numer. 60. & ſignanter *circa finem verſic. Nunc
enim ſufficit*, & confert *Rotam deciſ. trecenteſima quin-
quageſima ſeptima, numer. ſettanteſimo tertio, &* 103.
par. 11. *rec.*

Quæ ſi procedunt, Jure communi attento, multò
magis videntur admittenda ex gratia, dum ferè om-
nes anteceſſores Procuratores Generales ſimilem Di-
ſpenſationem obtinuerunt, egregiè *Lotter. de Re be-
neficiat. lib.* 2. *qu.* 9. *num.* 10. ibi: *Duplex eſt Gratia*,
116 *una ſcilicet generalis, ſeu abſoluta, quæ nimirum pendet
à mero arbitrio Superioris; Et alia ſpecialis, quæ dici-
tur debita ex juſtitia, non quod non poſſit per Superio-
rem denegari abſolutè, & præcisè, ſed quod non poſſit
denegari citra quandam injuriam Petentis, & quin De-
negans dicatur facere injuſtitiam*, in qua parte habe-
117 mus *Textum literalem in leg.* 1. *§. fin. ff. de Aqua quo-
tid. & æſtiv.* ibi: *Nec eſt beneficium, ſed injuria, ſi quis
fortè non impetravit, Gloſs. in cap. Poſtulationem verb.
Nullum de Poſtul. Prælat.* ibi: *Et licet Gratian. ſolam
debeat petere, tamen injuriam ei facere videtur, ſi non
admittit, & Rot. apud Poſt. de Manuten. deciſ.* 283. *nu.*
118 3. ibi: *Non ſolùm videtur fieri injuria, & injuſtitia,
quæ committitur quando non fit, quod ſolet fieri.*

Die 11. *Martii* 1700. *propoſita Cauſa in Congregatio-
ne Epiſcoporum Ponente Cardin. Petruccio*, reſponſum
fuit *Procuratore Generalem non eſſe eligibilem, niſi ex-
plèto triennio; Quo verò ad diſpenſationem Dilata* Quæ
reſcribendo formula quoad 2. parte eſt modeſta, &
eodem tempore honeſta negatio Gratiæ.

DISCEPTATIO XXXII.

Romana Aperitionis oris, & Fontis
baptiſmalis

PRO

Parocho SS. Blaſii, & Caroli ad
Catinarios

CUM

Parocho SS. Laurentii, & Damaſi

ARGUMEMTUM

*Oris aperitio quando deneganda ſit. Fons baptiſ-
malis reſtitui debet illi Eccleſiæ, ceſſante cau-
ſa temporali, propter quam ab illa ablatus
fuit, circa quod adducuntur plura exempla
in Urbe. Qualitas Eccleſiæ filialis compatibi-
lis eſt cum retentione Fontis baptiſmalis.*

PArochus, & Clerici Regulares Sanctorum Blaſii,
& Caroli ad Catinarios, certa ſpe confidunt,
quòd deguſtatis hujus Cauſæ meritis, clarè agno-
ſcant, inutilem fore aperitionem Oris, à Parocho
1 Sanctorum Laurentii, & Damaſi petitam adverſus
Breve Benedicti XIII. qui ſua ſponte, mediante ſpe-
ciali Motu proprio, Fontem Baptiſmalem eidem Ec-
cleſiæ Sanctorum Blaſii, & Caroli reſtituere digna-
tus fuit, & proindè reſcribere *Nihil de aperitione O-
ris*, inſtantiæ pro aperitione Oris adverſus dictum Bre-
ve dignentur alterius Brevis ejuſdem Summi Ponti-
ficis, adverſus quod petebatur ſimilis Oris aperitio,
2 me ſcribente, meritiſque Cauſæ deguſtatis, noviſſi-
mè illam denegavit *Congregatio Concil. in Vilnen.* 21.
Junii 1732. *ad* 1. *Dub. cum Reſcripto Nihil de aperitio-
ne Oris.*

Facti fidelis hiſtorica narratio hæc eſt; Anno 1569.
Cardinalis Jacobus Sabellius, Urbis Vicarius, ſeriò
obſervans, in quamplurimis Urbis Eccleſiis, ob Po- 3
puli in frequentiam, & earundem Eccleſiarum pau-
pertatem, minùs decenti cultu, & non congruo or-
natu, pro rei ipſius ſanctitate, ſalutare noſtræ Rege-
nerationis Sacramentum miniſtrari, illud ad inſignio-
res, & primarias Eccleſias Urbis transferre cogitavit,
reſtringendo Baptiſmales Fontes ad inſigniores Urbis
Eccleſias, juxtà proemialia verba ejuſdem Edicti, per 4
extenſum impreſſi *à Ciampin. de Vicecancellar. ejuſque
Muner. fol. mihi* 207.

Habito proindè vivæ vocis Oraculo à Sancto Pio
Quinto nominatim viginti quatuor inſignioribus Ec-
cleſiis, omnes alias Urbis Eccleſias Parochiales at-
tribuit, ſubjecitque quoad Jus miniſtrandi Baptiſ-
mi Sacramentum dumtaxat, firmis remanentibus 5
cæteris Juribus Parochialibus apud Parochos om-
nium aliarum inferiorum Eccleſiarum; Cùmque
inter dd. Inſignes Eccleſias annumerata fuerat illa
Sanctorum Laurentii, & Damaſi, ideò illi attribu-
tæ, & ſubjectæ fuerunt Parochiales minorum Ec-
cleſiarum Sancti Blaſii de Anulo, Sanctæ Barba-
ræ, Sancti Martinelli, Sancti Benedicti, & mul-
tæ aliæ, quæ ſigillatim deſcriptæ ſunt in eodem E- 6
dicto, tunc promulgato à prædicto Cardinali Sabel-
lio, quod per extenſum impreſſit *Ciampin. ubi ſu-
pra fol.* 207. & de illo mentionem quoque fecit *Rot.
in parte decimanona recentiorum, deciſ.* 524. *numero
decimo.*

Quia verò anno 1575. dicta Eccleſia Sancti Blaſii
de Anulo, una cum ejus Populo, & Cura, à Gre-
gorio XIII. conceſſa fuit Clericis Regularibus San-
cti Pauli, eademque Cura anno 1612. à Paulo Quin-
to translata fuit in Eccleſiam Sancti Caroli, paulò
ante à fundamentis baſilicè ædificatam in illo loco,
quam occupabant multæ humiles Domus, magnum 7
incendium paſſæ dicto anno milleſimo ſexcenteſimo
decimo ſecundo referentibus *Pancirol. in Libro*, cui
titulus *Teſori naſcoſti* 245. *Ludovico Toto nella Roma
Modern. pagina* 181. ubi loquitur de noſtra Eccleſia,
*Piazza nelle Opere pie di Roma tract. nono, capit.
decimo, fol. mihi* 708. *& Franciſco Poſterula nella
ſua Roma Antica, e Moderna fol. mihi* 500. exindè
factum eſt, ut eadem Parochialis Eccleſia ab indè
citra nuncupata fuerit Sanctorum Blaſii, & Caroli
ad Catinarios, eidemque per ſucceſſores Summos 8
Pontifices diverſis temporibus unitæ fuerunt quin-
que aliæ minores Parochiales Eccleſiæ Sancti Mar-
tinelli nimirum, Sanctæ Barbaræ, Sancti Benedicti
in Clauſura, Sancti Nicolai de Molinis, & San-
ctæ Mariæ in Cacaberis, referentibus eiſdem Au-
thoribus in locis, ſupra citatis itaut noſtris tem-
poribus effecta fuerit, una ex inſignioribus Paro-
chialibus Eccleſiis Urbis, tali devotione à Popu-
lo frequentata, talique veneratione ab ejus digniſ-
ſimis Religioſis exhibita Auguſtiſſimo Euchariſtiæ 9
Sacramento, præcipuè quando illud defertur In-
firmis, ut, remota omni exageratione, à nulla a-
lia Eccleſia Parochiali Urbis in hac parte ſupe-
retur, idque facti notorietate toti Urbi notum
eſt.

Quæ cùm devenerint ad aures piiſſimi Summi
Pontificis Benedicti Decimi tertii, unita cum alia
notitia magni numeri Miſſarum, quæ in illa quo-
tidiè celebrantur, necnon quotidianæ adminiſtra-
tionis Sacramentorum Penitentiæ, & Euchari-
ſtiæ, voluit idem Summus Pontifex ſuo proprio 10
Motu eidem Eccleſiæ aliquod ſuæ benevolentiæ pi-
gnus, ejuſque notoriæ beneficentiæ memoriam re-
linquere, cogitando de ei reſtituendo antiquum
Fontem Baptiſmalem, quem ab Eccleſia Sancti Bla-
ſii de Anulo (in cujus locum, Curam, & Jura
fuerat ſubrogata) citatum Edictum Cardinalis Sa- 11
bellii obſtulerat, eo quia ceſſavit motivum illud,
propter quod ab illa Baptiſmalis Fons ablatus fue-
rat, juxtà exempla multarum ſimilium Eccleſia-
rum, quibus reſtitutus fuit Fons Baptiſmalis,
poſtquam illæ ad eam pulchritudinem redactæ fue-
rant, quæ hodiè omnium oculis expoſitæ ſunt, ut
gratia exempli videmus in Eccleſia Sanctæ Mariæ
Trans-

Transpontinæ, SS. Vicentii, & Anastasii in Triviis,
12 Sancti Francisci de Paula in Montibus, S. Andreæ
è Fractis, & similibus, quæ licèt in eodem Edicto
Cardinalis Sabellii subjectæ legantur, quoad Fontem
Baptismalem Ecclesiis Sancti Petri in Vaticano, S.
Marcelli, S. Martini in Montibus, omnes tamen
hodiè suum distinctum Fontem Baptismalem reti-
nent.

Et propterea in Festivitate Sancti Andreæ Apo-
stoli anni 1728. ex improviso idem Summus Ponti-
fex personaliter se contuli ad nostram Ecclesiam an-
te cujus Ianuam vocatis P. Generali, & Curato,
13 qui non erant in Collegio, accessit ad illum P. A-
gliodolce, unus ex Assistentibus d. P. Generali, cui
nedùm aperuit ejus beneficam voluntatem restituen-
di nostræ Ecclesiæ dictum Fontem Baptismalem,
sed eidem alta voce demandavit, ut quam citissi-
mè illum erigere curarent, eodem tempore ei præ-
scribendo præcisam formam, seu Archetypum, hoc
est ad instar illius, quem ipsemet Summus Ponti-
14 fex paulò antè construi fecerat in Ecclesia Sanctæ
Mariæ supra Minervam, prout dictus P. Agliodol-
ce, omnesque alii Religiosi, ibidem præsentes, ea
qua par erat, reverentia, & obsequio promptos se
exhibuerunt Pontificiis parte mandatis.

Longioris deindè moræ impatiens post paucos
dies, hoc est die 13. subsequentis mensis Decem-
bris idem Summus Pontifex à nostris Religiosis ex-
quirere fecit modulum ejusdem Fontis in charta de-
lineatum, quo paulo post eidem exhibito, in si-
gnum Pontificiæ complacentiæ, & approbationis,
summa benignitate, illud propria manu sequenti-
bus verbis approbare dignatus fuit -- *Approviamo*
15 *questo dì* 13. *Decembre* 1728. Post quinque autem
dies, hoc est die decimo octavo ejusdem mensis
iterùm personaliter ad nostram Ecclesiam accessit,
volens recognoscere locum, in quo Fons Baptis-
malis erigi debebat, quem attentè recognitum, ap-
tum existimavit, approbavitque, prout hæc om-
nia, nedum nota sunt omnibus nostris Religiosis,
omnibusque Parochianis, sed ignorari etiam non
16 potuerunt Parocho SS. Laurentii, & Damasi, ne-
dùm ob dictas triplicatos accessus Papæ ad no-
stram Ecclesiam intra paucos dies, associati ab uno
ex Canonici Sancti Laurentiis, Jurium ejusdem Ec-
clesiæ acerrimo Defensore, & augumenti ejusdem
redditunm Insigni Promotore, sed etiam ob publi-
cam evulgationem fixæ voluntatis ejusdem Summi
Pontificis restituendi nostræ Ecclesiæ antiquum Fon-
tem Baptismalem.

Cùmque nostri Religiosi distulissent dispendiosum
Opus incipere antequàm Rescriptum pro dicto re-
stitutione Fontis ab eodem Summo Pontifice obti-
nuissent, humillimas porrexerunt preces eidem Sum-
mo Pontifici, ut dignaretur ad dictum effectum hu-
jusmodi facultatem concedere, à quo rotundum ne-
17 gativum reportarunt responsum, Papam nimirùm
exoptatum Rescriptum nunquam fore concessurum,
nisi in exequtionem ejus expressæ voluntatis dictus
Baptismalis Fons totaliter perfectus esset, & ex om-
ni parte completus, ut constat ex Billietto Cardi-
nalis Lercarii tunc temporis Secretarii Status.

Undè multiplicatis Artificibus, nec sine majori
impensa, die decimo Martii 1729. Fonte Baptis-
mali completo, & in tota sui perfectione termi-
nato, ut idem Summus Pontifex præordinaverat,
18 tunc speciali Rescripto, nedùm Gratiam concede-
re dignatus fuit, sed successivè de mense Augusti
ejusdem anni, mediante particulari Breve, Motu
proprio expedito, inviolabile robur eidem Gratiæ
addidit, illud muniendo solitis clausulis salutaribus,
& Decreto irritanti, cujus virtus est destruere om-
nia ea, quæ contrà ipsum attentantur, omnia-
que posteriora taliter inficere, ut nec effectum,
19 nec Iuris fomentum habeant ex adductis per *An-
tolin. de Privileg. Pistor. numer. quatrocentesimo se-
ptuagesimo quinto & Calcagnino de Emphyteus.*, *&
Feud. observat. decima tertia à num. nonagesimo octa-
vo*, & affirmavit *Rota decis. 666. numer. secundo
part. quarta divers.*

Omnia hæc in Urbe notoria, uti publicè, & pa-
làm peracta in nostra Ecclesia non potuerunt esse
ignota, æquè attentissimo, atque diligentissimo Pa-
rocho Sanctorum Laurentii, & Damasi, habenti 20
suam Parochiam non multùm distantem à nostra Ec-
clesia, & tamen vivente eodem Summo Pontifi-
ce, ac vidente Parochianos nostræ Ecclesiæ publi-
cè, ac palàm in ista Baptizari, non fuit ausus ali-
quem judicialem actum intentare adversùs exequu-
tionem expressæ voluntatis dicti Summi Pontificis,
itaut usquè quo dictus Pontifex fuit in humanis, no-
ster Parochus pacificè exercuerit Ius baptizandi, eo- 21
dem prorsus modo, quo ab antiquissimo tempore po-
tiebatur eodem Iure Ecclesia Sancti Blasii de Anu-
lo, eidem unita, cuius Cura ad eam fuerat, ut su-
prà, translata.

Postquàm verò idem Summus Pontifex è vivis
ereptus fuit, necnon postquàm eius Ecclesia succu-
buit in alia notoria controversia cum Archiconfra-
ternitate Sanctissimæ Conceptionis in illa fundatæ,
circà quam adsunt Decisiones sub titulo *Romana Re-* 22
integrationis diebus decimo secundo Martii, *& secun-
do Julii* 1731. *coram Aldrovando* insurrexit contra
nostram Ecclesiam, petendo Oris aperitionem ad-
versus dictam Gratiam Benedicti XIII. eiusque Con-
firmatorium Breve.

Quamvis autem inter utrumque casum nulla om-
ninò adesset similitudo, sed apertissima dissonantia,
cum in prima agebatur de Gratia, mediantibus fal-
sis suppositis ab eodem Summo Pontifice, median-
te eius passiva deceptione, extorta, ut videre est 23
in dd. Decisionibus; In nostro autem sermò est de
expressa, & spontanea voluntate eiusdem Summi
Pontificis ad se trahentis illam nostri Parochi, qui
pro execuutione specialis Pręcepti eidem iniuncti ab
eodem Summo Pontifice Fontem baptismalem in
nostra Ecclesia non sine considerabili impensa con-
struxit, in exequtionem nimirum præcisi mandati
unius ex illis, quos Sanctus *Bernardus de Conside-
rat. ad Eugen. lib. primo cap. nono* vocat *potestate
Petrum*, *& unctione Christum*, quemvè *in cap. quar-
to de Translat. Prælator non puri hominis*, *sed veri* 24
Dei vices in Terris gerere dicitur, propter quod pro-
fundissimus Theologus, & egregius Canonista *P.
Gruther. de Arte benè desiderand. resol. decima quin-
ta §. nono numer.* 177. *fol.* 336. scriptum reliquit,
Puros nutus, *& umbras voluntatis Summorum Pon-
tificum esse festinanter*, *& inoffenso pede exequutioni
mandandos*, *& adorandos*.

Attamen Defensore nostrorum Religiosorum in
facto scribente, febre tunc laborante, & ex d. iu-
stissima causa brevissimam dilationem enixissimè pe-
tente usque ad primam tunc proximam Signaturam
omninò indefensis nostris Religiosis, SS. Laurentiis,
& Damasi Parochus R. Parochus exaudiri meruit,
mediante Rescripto: *Prævio aperitione Oris ad Sac.
Congregationem Visitationis Apostolicæ*: Unde cogi-
mur hodie instare ut relicto cortice exceptionum 25
obreptionis, & subreptionis, quæ regulariter exa-
gerari solent adversus illa Brevia, quæ medianti-
bus falsis expressionibus extorta fuerunt, dignetur
sub eorum oculis benignè habere Causæ merita,
necnon substantiam Gratiæ concessionis nostri Fon-
tis, quæ verè, & propriè dicitur restitutio, seu re-
integratio antiquissimi Iuris retinendi d. Fontem;
Nec non plenam, atque spontaneam voluntatem
d. Summi Pontificis, qui solitus erat ad praxim re- 26
ducere id, quod his verbis observavit *Cassiodor. lib.
decimo secundo Epist cap. vigesimo primo Taliter dili-
gentior potius est in rebus alienis, quam in propriis,
ut non admonitus faciat, quod alter vix rogatus im-
pleret*: Ideoque rescribere pro exequutione dicti Bre-
vis Benedict. ut resolvit *Sac. Congregatione Concil.
in d. Vrnen.* punctualem dando exequutionem al-
teri Brevi eiusdem Summi Pontifici Benedicti De-
cimi tertii.

Ad

Ad quem effectum videtur superabundare prædicta Facti series ex qua præsupposita amplissima potestate Summi Pontificis, quæ inter Catholicos innegabilis est, remanet manifestum dubitari, non posse de
27 Papæ spontanea voluntate, pro cujus punctuali exequutione omnia Jura clamant, ex firmatis *per Rot. decis. 231. à num. 1. usque ad 8. part. 5. recentior. & in Papien. Rectoriæ 11. Maii 1724. §. Omnia coram Cakagnino*, ibi -- *Nulla admittenda est exceptio propter potestatis, & voluntatis plenitudinem*, & in terminis aliorum duorum Brevium ejusdem Summi Pontificis
28 *in Insulana Primiceratus 12. Martii 1728. §. Placuit coram de Valentibus*, ibi -- *Cùm enim de potestate non dubitetur, voluntas, satis certa, resultat ex verbis relatis, quæ omnem in his terminis submovent quæstionem, & in Hispalen. Decimarum 4. Maii 1721. §. Resolutio coram Gamaches*, ibi -- *Dum nulla cadere poterat diffi-*
29 *cultas super amplissima potestate Summi Pontificis, DD. putabant, esse quoque incontrovertibilem ejus voluntatem; & hisce concurrentibus, non posse denegari ipsius Pontificiæ concessionis exequutionem, ad Jura notissima.*

Præcipuè quando Summus Pontifex ex juxta causa aliquid injungit per viam motus proprii; *Exclamant enim*(sunt verba *Piton. discept. Eccles. 100.num. 19.*)
30 *Universa Canonistarum Schola, quod quidquid Papa disponit in Motu proprio, præsumitur factum ex causis justis, quas inquirere, censurare, & redarguere non est Subditorum*, ibique innumeros cumulat Concordantes.

Hujusmodi autem justæ causæ in nostro casu innegabiles sunt, quia, Jure communi attento, in qualibet Ecclesia parochiali, in qua cum necessaria decentia, & congruo ornatu retineri potest Fons baptismalis, erigendus semper est, ut omnium primus docuit
31 Canonistarum Pater *Innocent. in cap. Dilectis num. 4. de Cappell. Monach.* quem sequuntur *Fagnan. in Cap. Cum contingat numer. 59. de Decimis Bonacin. Oper. moral. tom. 1. titul. de Sacramentis disput. 2. punct. 2. num. 2. & sequ. Mecad. in libr.* cui titulus: *El perfecto Confessor, y Cura de Almas lib. 3. par. 1. tract. 2. document. 5. num. 1. & libr. 4. par. 2. tract. 2. documen. 9. Bellet. Disquisit. Cleric. part. 2. titul. de Pœnis Clericor. §. 32. numer. 1. Felix Potestas in Exam. Eccles. titul. de Baptism. capitulo secundo, numer. 2983. Gavant. Oper. Moral. verb. Parochorum munera in Addition. numer. secundo, Pitton. in Constitutionib. Apostol. spectan. ad Parochum numer. 533. fol. mihi 88.*
32 ubi, quod ita resolvit Sacra Congregatio *in Oriolen. Tambur. de Jur. Abbat. tom. 1. disputat. 4. quæst. prima numer. secunda*, ubi sequentem adducit bonam rationem, quia per Baptismum recipiuntur homines in Ecclesia, & fiunt ejus membra, decet autem, ut vis, & potestas admittendi Homines ad Ecclesiam sit penes Pastores illius Ecclesiæ, qui curam suorum Pa-
33 rochianorum habeant, quam adducunt etiam *Sot. in 4. distinction. 4. quæst. unic. articul. tertio, numer. secundo, Suarez, in tertiam par. D. Thomæ tom. tertiò, disputat. vigesima tertia, section. secunda, Murg. de Benefic. sect. secunda, numer. 475. & sequent. Card. de Albic. in discursu de Jurisdiction. Cardin. in Eccles. Titular. impresso apud Card. de Luc. de Jurisdict. discur. 6. in princip. Card. Petra in Constitut. Apost. to. 4. ad Consit. 2. Gregor. X. num. 14.* ibi -- *Cùm enim per Baptismum Homo fiat Christi membrum, ac in Congregationem Ecclesiæ Universalis præcipuè illius Com-*
34 *munitatis Diæcesanæ, seu Parochialis in qua Baptismum suscipit, admittatur, congruum est, ut hæc admissio non fiat, nisi ab ipsis, qui Diæcesis, & Parochiæ curam habent*, & firmavit *Rota decis. 102. num. 7. coram Peutingerio.*

Idque fuisse demandatum à S. Carolo, quem ejus Pastoralis sollicitudo gloriosum reddit, legitur *in Actis Ecclesiæ Mediolanen. fol. 8.* & antiquitus fuisse pariter sancitum *in Concilio Meldensi capit. 7.* refert *Franc. de*
35 *Eccles. Cathedral. cap. 19. num. 5.* & novissimè resolvit hæc Sacra Congregatio, Partibus acerrimè informantibus in Fulginaten. Fontis Baptismalis 24. Februarii, & 22. Junii millesimo septingentesimo vigesimo à me secuta *in Institution. Criminal. tertiæ Venetæ Impressionis lib. 1. titul. 10. §. 2. num. 193.* quandò dubio -- *An substineatur erectio fontis Baptismalis facta in Ecclesia Parochiali Sanctæ Mariæ novæ Castri Se-* 36
ronis, in qua nunquam in præterm. adfuerat,) respondit: *Affirmativè*, cum addito, *ut Causa ampliùs non proponeretur* & post hæc scripta contra eundem Ecclesiam Sancti Laurentii *Rota in Romana Juris baptizandi 12. Januarii millesimo septingentesimo trigesimo tertiò, per totam* coram Samminiato, quæ uti magistralis imprimitur in fine præsentis Disceptationis.

Quæ si vera sunt de nova erectione in illa Parochiali Ecclesia, in qua nunquam fuit juxta terminos, in quibus loquuntur aliquæ allegatæ authoritates, multo magis videtur admittenda in casu nostro observando, quod sermo est de restitutione Fontis in illa Ecclesia, in qua in præteritum adfuit, & à quo ablatum fuit ex illo motivo, quod hodie non amplius viget, ut infra latiùs videmus; Quælibet etiam res facile redit ad suum principium & pro tali reditu omnis capienda 37
est favorabilis interpretatio Textus est literalis *in leg. Sinus §. Paulus ff. de Pact.* cum concordantibus, sequutis *à Gratian. discept. 544. num. 31. ac Rot. decis. 350. num. 15. coram Cerro.*

Nec adversus d. Breve, pro sola confirmatione restitutionis Fontis obtentum, allegari valet præjudi- 38
cium Ecclesiæ SS. Laurentii, & Damasi pro obtinenda revocatione Gratiæ.

Ultra quod enim cùm in Taxa Innocentiana, impressa apud *Lantusc in Theatr. Regul. in supplem. fol.* 39
865. & à Pascucc. ad Pignatell. tom. primo fol. 259. §. Parimente per una regola generale, expressè cautum sit, ne Parochi possint aliquid recipere pro collatione Sacramenti Baptismi, nullum ex inde præjudicium infertur dictæ Ecclesiæ, vel si de mero possibili aliquod minimum præjudicium irrogari posset, illud uti veniens in necessariam sequalem Gratiæ restitutionis vovi Fontis, uti à Papa precognitum, & in radice, volitum in nulla prorsus consideratione ha- 40
bendum esset, ut notant communiter *Repetentes in leg. prima ff. de Author. & consens. Tutor.* & firmavit *Rot. decis. 1410. num. 23. coram Seraphin. & decis. 85. nu. 24. coram Ansaldo, & in Melevitana Nullitatis Brevis 20. Junii 1727. §. At revera coram Cornelio.*

Sed etiam, quia tale minimum, & consequutivum præjudicium abundè compensatum dici posset cum aliis Gratiis, ab eodem Summo Pontifice Ecclesiæ 41
Sanctorum Laurentii, & Damasi generosissimè factis, unionis nimirum Ecclesiæ Sancti Blasij de Fovea, cujus Redditus excedebant annuam summam scut. 400. nec non applicationis scut. 80. ex Redditibus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Monterone, teste *Bovio*, uno ex Collegio Pænitentiariorum ejusdem Ecclesiæ *in Libro*, cui titulus *la Pietà trionfante*, *fol. 154.* ubi, quòd ex istis in specie assignatæ fuerunt sub Curato sc. 18. annua, quæ priùs exolvebantur à Curato, ita ut cum omni Sermonis proprietate dici possit, quòd 42
si de mero possibili unum dici posset eventuale præjudicium recepisse, centuplicata Beneficia anticipatè receperat à generositate Summi Pontificis.

Ex quibus remanet abundè responsum regulæ, quod non præsumitur, Papam Juri Tertii præjudicare voluisse; Illa enim communiter limitatur, quando Gratia de sui natura præjudicialis est, & quando (prout hic) Papa eidem regulæ expresè derogare voluit, quod in nostro casu practicatum fuisse in facto in- 43
negabilia est & de Jure fieri posse egregiè observant *Card. de Luc. de Præm. disc. 6. numer. 4. & 12. & disc. 9. num. 4. & 5.* & firmavit *Rot. coram Seraphin. decision. 1445. numer. 4. & sequent. & coram Coccin. decis. 1148. eisdem num.* ibi -- *Neque videtur sufficiens causa, quæ deducitur ex eo, quòd Indultum tollat omne jus crediti Virginiæ, unde resultet, nedum defectus intentionis, sed etiam causa legitima aperitionis Oris, quia Princeps non intelligitur voluisse tollere, Jus Tertii. Nam fuit responsum, quòd fundamen-*

*fundamentum est verum in dubio; Secus autem quando con-
stat de clara voluntate Papæ*, & in *Melevitana nullitatis
Brevis prima Julii 1726 & coram Cero, & 20. Junii
1727. §. Siquidem coram Cornelio.*

Certiùs, quia sumus in terminis actus, quem qui-
libet Episcopus explere potest in sua Diæcesi, nòn at-
tento bursali præiudicio alterius Parochi, ut unifor-
mi calamo probant Theologi, & Canonistæ, alle-
gati supra, & propterea nimis durum, & æqualiter
amarum videtur, prætextu densi luti, juxta phra-
45 sim *Abacucc. 2. 6.* denegare summo Pontifici per
viam justitiæ, seù restitutionis, id quod Sac. Con-
gregatio Concilii per viam novę Gratiæ posse face-
re Episcopum *Fulginaten. resolvit in Fulginaten Fon-
tis baptismalis citata supra.*

Ultra iustam causam innegabilis pariter est in no-
stro casu Summi Pontificis, quæ spontanea, atque
enixa voluntatis; Ut enim supra innuimus, & repe-
tere iuvat, ipsemet Pontifex anno 1728. ex improvi-
so personaliter accessit ad nostram Ecclesiam in fe-
46 stivitate S. Andreæ, vocavit PP. Generalem, &
Parochum, & in illorum defectum iussit P. Aglio
dulci, uni ex Assistentibus, Fontem citò erigi; sibi
transmitti modulum juxta Archeticum ab eo præs-
criptum, erectum approbavit, nec Gratiam obsigna-
re voluit, nisi Fonte totaliter perfecto, & tandem
per speciale Breve confirmavit opus illud, quod in
exequutionem ejus præcisæ, & enixæ voluntatis con-
structum fuerat, & quidem considerabili impensa
sc. 400. & ultra. Ex quo indubitato facto est omni
47 observatione dignum quòd non fuit Parochus no-
stræ Ecclesiæ is, qui malis artibus, vel importunis
precibus à Summo Pontifice, reluctante, vel male
informato, extorsit erectionem novi Fontis baptisma-
lis in sua Ecclesia, sed ipsemet Papa expresse jussit
nostris Religionis, ut Fontem Baptismalem in eo-
rum Ecclesia erigerent; In quibus circumstantiis ne-
mo non videt, quantùm extranei sint termini obrep-
tionis, & subreptionis in nostro casu, in quo pro-
inde nil aliud quærendum venit, nisi An Papa po-
tuerit ordinare nostri Fontis Baptismalis restitutio-
nem, cujus negativa responsio Sacrilegium in Jure
48 involverat. Et ex firmatis per *Rotam* contra ipsam-
met Ecclesiam SS. Laurentii; & Damasi *in Romana
Reintegrationis 12. Martii, & 2. Julii 1731. coram
Aldrovando* ita ut, posita pro indubitata ex supra
animadversis illius spontanea, a præcisa voluntate,
nec non innegabili potestate, exulet, quicumque de-
fectus intentionis concedentis, & sileant omnes re-
gulæ, quæ aperitioni Oris viam aperiunt ex defe-
49 ctu intentionis Summorum Pontificium, ex punctua-
libus authoritatibus supra citatis, & infra citandis,
& in specie loquentibus de aliis Brevibus ejusdem Sum-
mi Pontificis Benedicti XIII.

Fortiori autem Jure particulariter spectanda est in
nostro casu eadem Summi Pontificis clara voluntas,
quia dignoscitur plusquam indubitata justitia, suadens
restitutionem nostri Fontis, ex quo liquido constat
de illius antiqua possessione penes d. Ecclesiam S.
50 Basilii de Anulo, deinde ad nostram S. Caroli Pon-
tificia authoritate translatam, & de cessatione fun-
damentalis causa propterquam nostri Fontis Baptis-
malis translatio facta fuit ad Ecclesiam SS. Lauren-
tii, & Damasi; Quibus concurrentibus de Jure
nunquam denegatur restitutio, seu integratio, juxta
51 firmata per *Rota coram Emerix Junior. decision. mi-
lesimo trecentesimo quingentesimo primo numero primo
& in Corduben. Pensionum decimo sexto Januarii mile-
simo sexcentesimo nonagesimo quinto §. coram Ursino.*

Quòd autem constet de anteriori Possessione no-
stri Fontis Baptismalis penes dictam antiquam Ec-
clesiam Parochialem S. Blasii de Anulo (quæ pro-
indè suffragatur etiam Ecclesiæ S. Caroli in illius Ju-
52 ribus, atquè locum subrogatæ, juxtà firmata per
*Rotam in dec. 33. numero decimo secundo coram Cerro
in Vicen. Jurisdictionis vigesimo sexto Januarii milesi-
mo septingentesimo tertio §. Ratio sic decidendi coram
Scotto*, ubi plures allegantur concordantes) nedùm
resultat ex ipso actu privationis Fontis, & respecti-
vè translationis ad alterum Sanctorum Laurentii, &
Damasi, quia ille per necessarium antecedens sup-
ponit existentiam dicti Fontis in eadem Ecclesia San- 53
cti Blasii, juxtà regulam *Textus in leg. Nec utilem
ff. Ex quibus Causis majores*, quàm exornant *Posthum.
de Manuten. observat. vigesima nona, numer. octavo cum
sequentibus, & Rota post eumdem decis. vigesima pri-
ma, numer. tertio, & decis. 467. numer. secundo, cum
sequent. & in Imolen. Vocis activæ, & passivæ, vige-
sima sexta Junii millesimo sexcentesimo nonagesimo ter-
tio, §. Moti quia coram Molines* inter ejus novissimè
impressas 293. n. 6.

Sed etiam ex pervetusto Codice ejusdem Ecclesiæ
Sancti Blasii, exhibito in manibus Decani, ubi re-
cognosci potest longus Cathalogus Baptizatorum us-
que ad tempus dicti Cardinalis Sabelli, neq; dubium
est in his casibus Parochorum Libris, absque alio ad-
miniculo probationis, omnimodam fidem præstandam
esse, ut præcisè de Libro Baptizzatorum notant ad-
ducti per *Francesc. de Eccles. Cathedral. capit. decimo* 54
*nono, & de Font. Baptismal. numero secundo, & 152.
Rota coram Coccino decis. 2360. numer. quarto, & co-
ram Merlino decis. 488. numer. quinto, & coram Cel-
so decis. 214. numer. tertio, & in parte decima nona
recentiorum, decis. centesima, numer. trigesimo* & apud
*Pompejum Ursayam meum Filium in fine Miscell. tom.
2. d. 37. per tot.*

Quodque insuper constet de cessatione causæ prin-
cipalis, atque finalis translationis hujusmodi Fontis
à dicta Ecclesia Sancti Blasii ad Ecclesiam Sanctorum
Laurentii, & Damasi, nec pariter revocari potest
in dubium; Ex lectura siquidem memorati Edicti
Cardinalis Sabelli translativi hujusmodi Fontium à
dictis Ecclesiis minoribus ad vigesima quarta prima- 55
rias, & insignes Ecclesias Urbis, impressi per ex-
tensum apud *Ciampin. de Vice Cancellar. fol.* 207.
clarè colligitur Cardinalem præfatum ex oraculo
Sancti Pii V. id dedisse in mandatis unicè motum
ad hanc translationem, ex quo manibus tetigerat,
dictos Fontes Baptismales in Ecclesiis minoribus pa-
rùm decenter, & absque debitis cultu, & ornatu
retineri, itaut necesse fuerit eos pro rei ipsius San-
ctitate ad dictas Insignes Ecclesias transferre, quæ
ratio principalis, atque motiva hujusmodi Transla-
tionis cessavit in nostra Ecclesia Sancti Blasii, atque
Caroli, cum nemini lateat hodiè eam esse de In- 56
signioribus, & pulchrioribus Ecclesiis Urbis, tam ra-
tione materialitatis, seu structuræ Fabricæ, & Pictu-
rarum, quàm etiam in ordine ad effectus spiritua-
les, nempè concursus Populi, frequentiæ Missarum,
cum quadraginta, & ultrà qualibet die ibidem ce-
lebrentur, officiaturæ Chori exactissimè gestæ, præ-
dicationis Verbi Dei temporibus Adventus, & qua-
dragesimæ, Lectionis Sacrę Scripturæ singulis diebus
festivis de Præcepto, cum expositione deindè Vene-
rabilis, continuæ assistentiæ ipsorum magni numeri
qualificatorum Religiosorum in Sedibus Confessiona-
libus, & Curæ Animarum ad duo millia, & ultrà
ascenden. necnon ob quamplurima alia pietatis ope-
ra, & devotionis exercitia, quæ omnium oculis quo- 57
tidiè in illa exposita sunt, quæve recensentur per
*Pancirol. de Tesori nascosti dell' Alma Città di Roma
impress. Romæ millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, fol.
mihi 744. per Ludovic. Tot. nella Roma moderna fol.
mihi 181. ac per Barthol. Piazz. dell' Opere Pie di
Roma cap. decimo nono delle Confràternite fol. mihi 643.*

Ex quibus in facto innegabilibus cessat omninò
potissima, & finalis causa, propter quam remotus
fuit Fons Baptismalis ab Ecclesia Sancti Blasii de
Anulo, in cujus locum fuit subrogata Ecclesia San-
cti Caroli, & per consequens denegari nequit reinte-
gratio ejusdem Fontis nostræ Ecclesiæ Parochiali,
cùm in omni materia præscriptum de Jure habeamus,
quod si cesset ratio finalis alicujus dispositionis, cessa- 58
re quoque debeat illius effectus, ut disponit *Textus
in capitulo Cùm cessante de Appellat.* & notant *Tira-
quel. in Tractatu cessan. caus. part. 1. num. 180. Rot. cor.*

Cerr.

*Cerr. decis. 929. numer. 9. & 10. coram Emerix Jun.
decis. 1351. numer. 2. & in part. 17. recentior. decis.
274. numer. 11. & in Cervien. 14. Martii millesimo
septingentesimo trigesimo secundo. §. Quod autem coram
Nunez, & alibi quotidie* cum sit propositio, nullum
habens contradictorem. Et in præcisis terminis u-
59 nionis, & Translationis *Gloss. in cap. Post translatio-
nem verb. Cessante de Renunc. Rebuff. in prax. titul. de
Revoc. union. numer. 1462. Garz. de Benefic. part. 12.
cap. 2. num. 305. cum seq. & Rot. cor. Coccino dec. 1412.
num. 3.*

Quæ omnia indubitantissimè procedunt in nostro
casu, dum multa habemus specialissima, atque indi-
vidualissima exempla restitutionis hujusmodi fontis
Baptismalis ex eademmet ratione cessationis hujus
Causæ finalis in Ecclesiis Sanctorum Vincentii, &
Anastasii, Sancti Andreæ de Fractis, Sancti Franci-
sci de Paula, & Beatæ Mariæ de Transpontina per
60 Urbis Vicarium, & per Sacram Congregationem
Visitationis, & respectu dictæ Ecclesiæ Sanctæ An-
dreæ de Fractis, Et dum hæc scribimus Sanctæ Ma-
riæ in Monticellis; Imò patet præfatæ Ecclesiæ S.
Mariæ de Traspontina promulgatam fuisse Senten-
tiam reintegrationis in contradictorio Judicio con-
tra Capitulum Vaticanæ Basilicæ; Itaùt nedum hu-
jusmodi reiteratæ declarationes deserviant etiam no-
stræ Ecclesiæ sub eodem Edicto Cardinalis Sabelli
61 contentæ, sed etiam faciant statum invariabilem
quoad omnes, vulgata *leg. Ingenuum ff. de stat. Ho-
min.* cùm aliis concordantibus, citatis in *decis. 50.
numer. decimo, coram Falconerio titulo de Jurepatronat.
tom. 2.*

Absque ulla prorsus difficultate, dum ex supplici-
bus Libellis Rectorum, seu Parochorum dictarum
Ecclesiarum ad oculum constat, unicè fundatam fuis-
62 se eorum petitionem in eo, quod cessaverit dicta
causa finalis præfati Edicti Cardinalis Sabelli, ob mu-
tatum in melius Statum suarum Ecclesiarum, quo
mediante eædem effectæ fuerint capaces Fontis Ba-
ptismalis ut ex illorum lectura manifesta est, Adeout
ratio restitutionis non sit tribuenda Gratiæ, sed me-
ræ Justitiæ, quia in dictis petitionibus exposita a-
pertè declarant, quid Papa, ac Cardinalis Vicarius
63 decere voluerint ex firmatis *per Rota coram Priolo
decis. 214. num. 9. & cor. Bichio decis. 407. num. 7. cum
seqq.*

Quibus non obstat reflexio, quod Ecclesiæ San-
ctorum Laurentii, & Damasi tanquam matrici de-
bita fuerit talis retentio Fontis, atque Jus ministran-
di Baptismum privativè quoad Ecclesias filiales, ut
sancitum fuisse prætenditur favore ejusdemmet Ec-
64 clesiæ Adversariæ, per Honorium Tertium *in
Capitulo His, quæ de Majoritat. & obedient.* Pro
adequata etenim responsione præmittimus, quod du-
plici modo Ecclesia aliqua dici potest Matrix. Pri-
mò nimirùm, quando Ecclesię inferiores nullam Pa-
rochialitatem distinctam habentes, sed ob multitu-
dinem Populi pro majori commoditate, ac facilio-
ri exercitio curæ constitutæ fuerint Adjutrices Ec-
65 clesię Principalis, unicæ Parochialis, & secundò,
quando aliqua Ecclesia habet sub se plures Ecclesias
Parochiales, sed eædem non solùm sunt distinctæ
per certos, & distinctos limites, sed etiam ha-
bent (prout est nostra Ecclesia Sanctorum Blasii,
atque Caroli, quæ suos habet certos limites) jus se-
pulturæ, administrationem Sacramentorum, ac Po-
pulum ad duo millia Animarum numerum ascen-
den. juxta distinctionem hujus duplicis speciei ma-
66 tricatis, quam ad propositum facit *Rota coram Prio-
lo decisio trecentesima sexagesima quinta, numer. decimo
tertio, cum sequent. & coram Ansald. decis. 55. nu-
mer. decimoquarto, & in Recentior. decis. septima,
numer. nono, cum sequentibus, part. 18. & in Bisi-
nianen. Præheminentiarum 16. Januarii millesimo se-
ptingentesimo decimo primo. §. Quodque proindè coram
Ansaldo, & in Cassanen. Jurium Parochialium 6. Ju-
nii millesimo septingentesimo septimo, §. finali coram Cas-
farello.*

Quidquid autem sit de prima specie proprię matri
citatis, qua attenta Ecclesia matrix habet forsan in-
tentionem fundatam retinendi privativum Fontem
Baptismalem, administrandique Baptismum, cætera- 67
que Sacramenta Parochianis Ecclesiæ Parochialis su-
balternæ; Secùs est in altero casu, in quo versamur
illarum Ecclesiarum, quæ suos particulares, & distin-
ctos fines habent, quia tunc eędem respectu admi-
nistrationis Sacramentorum, cæterorumque Jurium
Parochialium, nullam habent dependentiam ab Ec-
clesia Matrice, nam eo ipso, quod Ecclesia licèt fi-
lialis Parochialis est, habet jus independens mini-
strandi Sacramenta, neque per hoc desinit esse filia-
lis, ut firmavit egregiè *Rota decis. 104. numer. quar-* 68
*to, versicul. Nec proindè dicta Ecclesia desinit esse fi-
lialis parte decima septima recentior.* & observat *Pitton.*
referens ita decisum *in Constitut. Pontific. spectantibus
ad Parochus num. 1257. fol. mihi 256.* ibi - *Ecclesia ex
eo, quod retinet fontem Baptismalem, non desinit esse fi-
lialis* - In quibus circumstantiis Ecclesia Matrix so-
lam superioritatem consistentem in mero jure hono- 69
rifico prætendere potest, ut explicando eumdemmet
Textum in d. cap. His quæ de Majoritat. & obedient.
firmavit *Rota in dicta decis. 7. num. 11. part. 18.* &
in Causa S. Catharinæ de Rota ab illius Parocho pro-
mota cum ipsomet Capitulo SS. Laurentii, & Dama-
si & in qua adsunt decisiones *in Romana Præeminen-
tiarum 16. Junii 1679. §. Constito cum seqq. & 13.
Junii 1681. §. final. cor. Rondinino*, quarum prima est
impressa *in recent. dec. 524. num. 2. part. 19.* & eis- 70
dem decisionibus allegatis, observavit *eadem Sac. Ro-
ta in decis. 14. num. 12. cor. Ansaldo*, ubi quod Sa-
cri Canones non præscribunt certam normam circa
subjectionem Ecclesiarum filiarum matrici, sed solùm,
quod in Ecclesia filiali congruus honor pro facultate
loci Matrici Ecclesię detur.

Indeque videmus, quod licèt antiquitus unicus fons
Baptismalis in unaquaque Civitate, vel Oppido con-
stitutus fuisset, ut colligitur ex Concilio Antisiodo-
rensis sub Pontifice Deus dedit, & ex Sancto Gre-
gorio *Turonensi libr. quinto Historiarum capit. undeci-* 71
mo, quæ consuetudo, in quampluribus Civitatibus ad-
huc servatur, & præcisè in *Parmen., Bononien., Pi-
sana, Florentina*, & aliis, ut observat *Francesc. de Ec-
clesi. Cathedralib. cap. 19. de Font. Baptism. numer. 23. &
24.* Postmodùm tamen ex præscripto *Concilii Melden.
cap. 7.* assignatus fuit Fons cuilibet Parochiæ, ut pro- 72
sequitur *Francesc. ubi supra num. 25.* adeòut eo ipso,
quod Ecclesia est Parochialis, certisque finibus distin-
cta, habet hoc Jus retentionis Fontis Baptismalis, nec
non administrandi suis Parochianis Sacramentum Ba-
ptismi, juxtà notata per *Paurin. de Visitation. part.* 73
*secunda, questio tertia, numero trigesimo tertio, Fusch.
eodem tractat. libr. primo, capitul. septimo, numero de-
cimo sexto, Crispin. in sua Visit. Pastorali part. secun-
da, §. tertio, de Visitation. Baptister. seu Fontis Ba-
ptismalis, numero secundo, & tertio*, ubi in compro-
bationem adducit verba Visitationis Apostolicæ Pla- 74
centinæ cum aliis à me citatis *in Institution. Crimi-
nali tertiæ Venetæ Impressionis lib. 1. tit. 10. §. 2. nu-
mer. 193.*

Licet autem in præcitato *Capitulo His, quæ de
Majorit. & obedien.* Honorius III. præcipiat, quod 75
Presbyteri Ecclesiarum, seu Cappellarum filialium
accedere debeant ad ipsam Ecclesiam Sanctorum
Laurentii, & Damasi pro Scrutinio, Baptismo, &
Capitulo celebrandis, temporibus consuetis, & ad
recipiendam correctionem ipsius Cardinalis Titula-
ris, hic tamen Papa non intelligit (ut exadversò
malè prætenditur) quod exindè Fons Baptismalis,
taleque jus ministrandi Sacramentum Baptismi priva- 76
tivè spectare debeat eidem Ecclesiæ Sanctorum Lau-
rentii, & Damasi, sed solùm quod illarum Cappel-
lani, necnon Rectores Ecclesiarum Filialium accede-
re debeant ad dictam Ecclesiam Matricem pro sole-
mni benedictione Fontis, quæ bis in anno fieri solet,
hoc est in Sabbatho Sancto, & in Sabbatho Penteco- 77
stes ad formam Catechismi Romani, cum quo concor-

dant disposita in Concilio Gerunden., & determinata à S. Gelasio Papa in Can. de Catecumenis, & Can. Baptizandi de Consecrat. dist. 4. & ex mente etiam Congreg. Episcop. & Regular. latè explicat Pignatell. consult. can. 20 tom. 4. per tot. & præcisè, quod in circumstantiis dicti Textus nil aliud demandatum fuerit, nisi solus accessus ad Ecclesiam pro solemni benedi-
78 ctione Fontis, observat Rota in dicta decis. 14. num. 18. confirmata in decis. 55. coram Ansaldo, ubi præcisè declarat eamdem decisionem emanatam favore Ecclesiæ SS. Laurentii, & Damasi in dicta Romana Præeminentiarum 16. Junii 1679. cor. Rondinino impressa in Rec. decis. 125. num. 2. part. 19. & in qua speciali animadversione dignum est, quod in his præcisis, & restrictis terminis loquitur mandatum de manu-
79 tenendo favore dictæ Ecclesiæ S. Laurentii relaxatum à duobus Prælatis Flisco, & de Totis seniore, quæ decisio confirmata postea fuit coram eodem Rondinino anno 1681.

Istaque veritas clarior evadit ex observantia subsecuta tùm generali, tùm etiam speciali nostræ Ecclesiæ; Ex observantia generali, cùm ex eodemmet e-
80 dicto Cardinalis Sabelli apud Ciampin. de Vice Cancell. fol. 207. clarè appareat, quod antè illius publicationem omnes Ecclesiæ Parochiales Filiales Urbis retinebant suum Fontem Baptismalem distinctum, & respectu S. Catherinæ de Rota citra dubium filialis Ecclesiæ SS. Laurentii, & Damasi, quod ipsa ante dictum Decretum retineret fontem Baptismalem appa-
81 ret ex dicta decisione 524. num. 12. par. 19. atque dictas Ecclesias SS. Vincentii, & Anastasii, & Sancti Andreæ de Fractis Filialis Ecclesiæ S. Marcelli, necnon Ecclesiam B. Mariæ de Transpontina Filialem Vaticanæ Basilicæ pariter antiquitus usque ad diem dicti Edicti Cardinalis Sabelli retinuisse Sacrum Fontem Baptismalem, eisdemque postmodum fuisse restitu-
82 tum, & signanter Ecclesiæ S. Andreæ de Fractis per Sacram Congregationem Visitationis Apostolicæ, & alteri Ecclesiæ B. Mariæ de Transpontina in Contradictorio Judicio per Cardinalem Vicarium patet ex Decretis datis in Summario. Ex observantia speciali, dum nostra Ecclesia S. Blasii de Anulo, licèt fuisset Filialis, retinebat tamen Fontem Baptismalem il-
83 liusque Parochus actu Baptismum suis Parochianis ministrabat, ut fuit concludentissimè probatum in Summario.

Ex his remanet manifestum, dispositionem dicti Textus Cap. Hisque de Major. & obed. non se extendere ad privativum Jus retentionis Fontis baptismalis, ministrandique omnibus Parochianis Ecclesiarum filialium Sacramentum Baptismi, sed restringi in hac parte ad simplicem accessum pro benedictione Fontis, temporibus consuetis, ex observantia etenim
84 subsequuta datur intelligi, quid in Pontificiis Constitutionibus injunctum fuerit, ex firmatis per Rotam coram Dunoz. Junior. decis. 966. num. 17. & in rec. dec. 300. num. 430. par. 12. & decis. 266. numer. 1. part. 15. & decis. 12. num. 24. apud Prosper. de Territor. separ. & decis. 24. num. 8. & 9. cor. Emerix juniore & in Calaguritana Canonicatuum de Victoria 7. Decembris 1731. §. Ex hac autem cor. Crescentio.

Non attento præjudicio illo quod asseritur exadverso resultare Ecclesiæ Sancti Laurentii ex restitutione nostri Fontis Baptismalis; Ultrà enim ea, quæ suprà adduximus ad exclusionem ejusdem præ-
85 judicii; Dicimus cum Rota in Melevitana Nullitatis Brevis 20. Junii 1727. §. Siquidem coram Cornelio, quòd Licet Princeps per Gratias, quas facit non soleat Tertiis præjudicium inferre, adhuc quando constat, quod etiam virtualiter præjudicare voluerit, & ex natura ipsius Gratiæ præjudicium certò consequitur, istud non est unquam allegabile, vel ad Gratiam infringendam, vel ad eam redarguendam de vitio obreptionis Rota &c. Multò magis, quando (ut in præsenti verificatur) nedum agitur de tenuissimo præjudicio, sed istud est merè consecutivum, & secundarium, quòd proindè in nulla prorsùs consideratione (etiamsi in facto verificaretur) habendum esset, adnotata per Gloss. in capit. Quamvis verbo Detrimentum de Pact. in sexto, cum concordantibus apud Rotam in recentiorum, decis. trecentesima septuagesima secunda, numero quinto, part. secunda, cum aliis supra citatis Prout in his præcisis terminis ex hoc motivo in nul- 86
la consideratione simile præjudicium secundarium, & consecutivum habitum fuit in dictis quatuor Restitutionibus Fontium demandatis favore Ecclesiarum Beatæ Mariæ de Transpontina, S. Andreæ de Fractis Sancti Francisci de Paula, & Sanctorum Vincentii, & Anastasii, & Sanctæ Mariæ in Monticellis.

Considerando præcipuè ex una parte idem tenuissimum præjudicium Ecclesiæ Sanctorum Laurentii, & Damasi in conflictu illius longè majoris præjudi- 87
cii, quod infertur Curæ Animarum nostræ Ecclesiæ ob carentiam Fontis Baptismalis; Id enim de per se solum superabundaret pro concessione Fontis, cum ex eodem magis consulatur commoditati Populi, & provideatur Curæ Animarum, quod præponderare debet simplici interesse bursali, seù honorifico Ecclesiæ, ut sancitum fuit in Concilio Provinciali Mediolanen, 3. relato per Crispinum in sua Visitation. Pastoral. part. secunda Paragrapho tertio de 88
visitat. Baptism. numer. primo, & secundo. Neque ad hunc effectum requirebatur derogatio Regulæ de jure quæsito non tollendo, ut prosequitur eadem Rota in dicta Melevitana Nullitatis Brevis §. Neque de hac, ibi — DD. arrisit responsio, quod tunc requiritur derogatio Regulæ de Jure quæsito non tollendo, quando actus, & Gratia ita habet annexum Tertii præjudicium, ut quemadmodum unum sine alio stare 89
non possit, & præjudicium necessario Gratiam subsequatur, tunc cùm Papa illud ignorare non valuerit, nulla requiritur derogatio de jure quæsito non tollendo, ut optimè firmant &c.

Adversus quæ non relevat reflexio, quod cum ex hac Parte non fuerit narrata Summo Pontifici. Lis 90
introducta in Congregatione Visitationis Apostolicæ, istiusque resolutio favore Ecclesiæ Sancti Laurentii, & Damasi, necnon illius confirmatio, obtenta à Clemente Undecimo Gratia prædicta salvari non possit ab evidenti nullitate, & proinde adversus illam de facili concedi debeat Oris apertio.

Ultra enim ea, quæ suprà adnotavimus, propter quæ in nostris terminis procedendum non est cum generalibus regulis obreptionis, & subreptionis, quia 91
nihil ex hac parte tacitum, vel narratum fuit Summo Pontifici pro obtinenda Gratia restitutionis Fontis, sed omnia processerunt ex ejus proprio Motu, & spontanea voluntate.

Cathegoricè respondemus, communem famam esse, vulgatamque opinionem, eidem Summo Pontifici usque ad minutias narrata fuisse prædicta omnia, necnon Jura, quæ militabat favore Ecclesiæ 92
Sancti Laurentii, tàm ante, quàm post concessionem nostræ Gratiæ ab uno ex Canonicis Ecclesiæ Sancti Laurentii, tunc temporis ejus intimo actuali Familiare, qui eum semper associatus fuit, quando ad nostram Ecclesiam accessit, iisque omnibus non attentis, nec obstantibus, eundem Summum Pontificem spontaneitate commendabili nobis concedere voluisse Gratiam, & majori constantia illam 93
revocare noluisse, quibuscumque non obstantibus; Ex quo sequitur, quod hujusmodi contraria reflexio ad nostrum effectum in nulla prorsus habenda sit consideratione, egregiè Rota præcisè respondendo hujusmodi objecto, & demandando punctualem executionem alteri Brevi ejusdem Summi Pontificis Be- 94
nedicti XIII. in Romana Assignamenti 3. Martii millesimo septingentesimo trigesimo primo §. Inspectio coram Nunez, ibi — Ad excludendum defectum intentionis Pontificis sat erat supplex Libellus, quem post emanat Chirographum porrexit eidem Pontifici D. Princeps, in quo exposuit excessivitatem Assignamenti, & qualitatem Fideicommissorum ascendentalium, ac transversalium, & hoc non obstante Papa preces rejecit, & Chirographum

graphum exequi voluit, *ex quo arguitur constans*, *& determinata intentio ipsius Concedentis*, *juxta ea*, *quæ dixit Rota in Aversana Cappellaniæ super bono Jure 15. Maii 1722. §. Neque cor. R. P. D. de Gamaches* -- cum
95 qua punctualissima decisione, me scribente processit *Congregatio Concilii in dicta Vilnen. Aperitionis oris 21. Junii proxime præteriti* ad primum dubium, cum rescripto -- *Nihil de aperitione oris*, neque Nobis profuit exclamare in *Restrictu §. 14. & 17. Necessarium duxit Adversarius taliter operari*, *ut omnia in abscondito essent*, *in nullo actu citato certo*, *& notorio Procuratore Monasterii &c* & ibi -- *Ad nostrum effectum videtur superabundare illegalis modus*, *ex adverso ad praxim redactus non citandi Procuratorem certum Monasterii*, *præcedenter in omnibus actibus semper citatum*
96 *&c.* -- omnia comprobando inter alias authoritates cum punctuali decisione *Sacræ Rotæ decis. 769. num. 3. part. 18. recent.* ibi -- *Ne Jura Actorum*, *quin in dictis actibus non fuerunt citati*, *remaneant indefensa*, *& inaudita*, *arbitrium pro aperitione oris non debet denegari* -- Quia eadem Sac. Congregatio, Causæ meritis degustatis, inexorabiliter rescripsit -- *Nil de Aperitione oris*, cum addito, ut *Causa amplius non proponeretur.*

Omniumque prædictorum sequens allegari solet viva ratio, quia sivè Summo Pontifici nota sint antè, sivè potest Gratiam ea, quæ in illam influere possunt, ipsiusque animum inclinare, vel pro Gratiæ
97 non concessione, vel pro illius revocatione, postquam concessa fuit, semper verum est, quod cessat præsumptio illa, quod si Summus Pontifex in scivisset, vel Gratiam non concessisset, vel cum majori difficultate, quodque Pontificia spontanea voluntas fixa, & determinata stat pro Gratiæ exequutione, quæ, unita cum ejus innegabili maxima potestate, operatur effectum illum, ut nulla in his circumstantiis admittenda sit exceptio, egregiè *Rota in Ta-*
98 *pien. Rector. 11. Maii 1724. §. Omnia coram Caleagnino*, ibi -- *Nulla admittenda est exceptio propter potestatis*, *& voluntatis plenitudinem*, & loquendo præcisè de aliis Gratiis, ab eodem Benedicto XIII. concessis *in Insulana Primicceriatus 12. Martii 1728. §. Placuit coram de Valentibus*, ibi -- *Cùm enim de potestate*
99 *non dubitetur*, *voluntas satis certa resultat ex verbis relatis*, *quæ omnem in his terminis submovent quæstionem*, *& in Hispalen. Decimarum 4 Maii 1731. §. Resolutio coram Gamaches*, ibi -- *Dum nulla cadere poterat difficultas super amplissima Potestate Summi Pontificis*, *DD. putabant*, *esse quoque incontrovertibilem eis voluntatem*, *& hisce concurrentibus non posse denegari ipsius Pontificiæ concessionis executionem*,

Cum quibus punctualissimis decisionibus ut supra diximus, & opportunè repetimus concordant duæ aliæ emanatæ contra ipsammet Ecclesiam S. Laurentii sub titulo *Romana Reintegrationis 12. Martii*, *& 2. Julii 1731. coram Aldrovando*, in quibus Sacra Rota pro fundamentali præliminari, præmissis irrefragabili Summi Pontificis potestate disponendi de Bonis, & Juribus Ecclesiasticis eo modo, quo sibi videtur, & placet, invito etiam Rectore, aliqua Bona, & Jura
100 auferendo ab una Ecclesia, & alteri dando juxtà *Gloss. in Can. Ecclesiæ 16. quæst. 1. verb. Ut novis* ibi -- *Privilegium solius Papæ est uni auferre*, *& alii dare*, difficultatem unicè restringit ad concursum legitimæ, & sinceræ voluntatis eorumdem Summorum Pontificum, qua concurrente, pro indubitato admittit, semper exequendas esse Summorum Pontificium Placita; In nostro autem casu de concursu dictæ legitimæ, spontaneæ, & sinceræ voluntatis
101 Benedicti XIII. ex huc usque animadversis nullus relinquitur dubitandi locus; Et proinde nimis durum, & æqualiter amarum videtur, non sinè manifesta diminutione Pontificiæ potestatis, demandare destructionem operis, in una ex principalioribus Urbis Ecclesiis, constructi, & ab annis quatuor omnium oculis expositi, denegando Benedicto XIII. Summo Pontifici per viam juridicæ restitutionis illam facultatem nostræ Ecclesiæ retinendi Fontem
102 Baptismalem, quam Congreg. Conciliis, Partibus acerrimè informantibus resolvit per viam novæ Gratiæ competere Episcopo Fulginaten, nulla habita ratione bursalis præjudicii Parochi Ecclesiæ verè, & propriè matricis.

Pro quorum faciliori admissione opportunè repetimus, quod sumus in terminis considerabilis Operis, magna impensa incæpti, & majori præcepti *unius ex illis*, *qui non puri Hominis*, *sed veri Dei vices gerit in* 103
Terris sunt verba *Text. in cap. Quando de Translat. Prælat.* Itant si unquam aliàs, sanè in præsenti ad praxim reducendum videtur vulgatum illud, *Turpius ei-* 104
icitur, *quam non admittitur hospes*, approbatum ab Alexandro III. *in cap. Quemadmodum de Jure jurando*, de quo *Alexander cons. 213. num. 3. lib. 6. Surd. consil. 64. num. 7. Monacell. in formulario tom. 1. tit. 11. formul. 42. num. 33.* & ad nostrum præcisum effectum *Card. de Luc. de Servit. disc. 17. num. 6.* ibi -- *quia faciliùs impediuntur facienda*, *quam destruantur jam facta*, *& turpiùs eiicitur &c.* & post hec scripta in terminis terminantibus Rota in *Rom. Juris Baptizandi 12. Januarii 1733. coram Sanminiato*, impressa *in fine præsentis Disceptationis* Præcipuè quando destrui deberet opus, bona fide constructum, & depræciso mandato Summi Pon- 105
tificis destinatum pro administratione primi ex septem Ecclesiæ Sacramentis, quod Sacramentum, nedum dignum, & justum, sed æquum, & salutare esse ad- 106
ministrari Parochianis à proprio Parocho ad rem nostram egregiè observant adducti per *Cardin. Petra tom. 4. ad Const. Gregor. XI. nu. 4.* ubi ulterius subdit, quod si alienus Parochus Baptismum sine proprii Parochi licentia alieno Parochiano ministret, nedum peccet, sed graviter puniri potest, imo si id faciat animo usurpandi proprio Parocho suam Iurisdictionem, incurrat Censuras, latas contra Iura Ecclesiæ usurpantes.

IN EADEM CAUSA.

Agnoscitur exadverso, quod nostræ causæ momentum unicè residet in spontanea voluntate Papæ, unita cum illius maxima potestate, cùmque hanc non valeant in controversiam adducere, om- 107
nem conatum adhibent negando d. spontaneam voluntatem; Illa enim probata denegari non potest eius executio ex punctualibus Sac. Rot. decisionibus, quarum verba registravimus supra quibus addimus *docis. 29. num. 3. & seq. cor. Ubald. & dec. 36.* 108
a num. 13. cor. Ansaldo quæ in hac materia sunt magistrales.

Non possumus autem neque melius, neque brevius intra evidentię fines ponere d. Summi Pontificis spontaneam voluntatem, quàm prę oculis habendo verba illa Memorialis Summo Pontifici porrecti -- *Rappresentano alla S. V. come in esecuzione de'* 109
di Lei veneratissimi comandi, *anno fatto erigere nella d. loro Chiesa il Fonte Battesimale*, *alla forma di quello fatto fare dalla S. V. nella Chiesa della Minerva* -- Si enim Fons Baptismalis in nostra Ecclesia erectus fuit in executionem *de' veneratissimi comandi* Benedicti XIII. nemo non videt, quod nulla omnino ex parte nostrorum Religiosorum facta fuit antecedens supplicatio, & consequenter possunt poni ad partes omnes illę regulares conclusiones, quæ in impugnandis Pontificiis Brevibus à Doctoribus expenduntur, insistendo, vel in narratione falsi, vel in taciturnitate veri, quæ prorsus alienę sunt ab illis, quę per viam motus proprii à Papa demandantur benè *Piton. post turbam DD. disceptat. Eccles. 100. numer. 17.* ibi -- *Impro-* 110
prii sane, *& erronei sunt termini subreptionis*, *& obreptionis*, *quibus non subjacent Motus propriis Sedis Apostolicæ*, *ubi Papa procedit ex se* -- & meliùs *Rot. d. 227. num. 1. coram Card. Caprara.*

Et tamen factum hoc ęterne veritatis superlativè comprobantur à iurata Attestatione qualificati Religiosi, & quatuor aliorum Testium, qui ab ore Summi Pontificis idem præceptum propriis auribus audierunt, quivè proinde in hac parte uti possunt verbis illis *Epist. primæ S. Joan. in principio* -- *Quod audivimus*, 111
quod vidimus oculis nostris, *testamur & annunciamus* --

necnon

necnon aliis quæ leguntur *in epist. prima D. Petri 1. 8. -- Et hanc vocem nos audivimus allatam , cum essemus cum ipso.*

Observando quod non potuisset cadere in mentem sani hominis narrare Summ. Pontifici ejus preceptum clarissimis illis verbis opportune repetendis: *in essecuzione de di Lei veneratissimi comandi*, paucis
112 diebus antea ab eo dactum , cum illa præcisa circumstantia *alla forma di quello fatto fare dalla S.V. nella Chiesa della Minerva* , si factum aliter se habuisset, ad quod clariùs probandum non indigemus authoritate Doctorum , quia *in quei casi , in cui la ragione naturale si scorge aperta , non richiedesi altra legge, ne altro Dottore , che il lume impresso negl'animi dalla natura* sunt verba *Card. Pallavicini nell'*
113 *Istor. del Conc. lib. 3. cap. 3. n. 8.* & tamen addimus punctualissimam Sacræ Rotæ discisionem, post hæc Scripta emanatam in *Romana Juris Baptizandi* 12. *Januarii* 1733. *§. Quod autem coram Sanminiato*, impressam in fine præsentis Disceptationis.

Non solum poterant, sed omninò debebant omitti verba illa contrariæ scripturæ *Religiosi S. Caroli curarunt expiscare per medium ass. Rescripti Cardin. Coscia facultatem erigendi Fontem Baptismalem in eorum Ecclesia* -- Pro adæquata siquidem responsione
114 iidem nostri Religiosi utuntur verbis illis *S. Fransc. Salesiii nelli Discorsi delle sagre controversie disc. 5. part. 2. fol. 74. -- Perche voi non allegate in prova di ciò, che una vostra semplice affermativa, senza alcun riscontro particolare, io vi sodisfarò con una mia assoluta negativa* -- Veritas enim in hac parte hæc est , & in æternum erit , quod omnia transierunt per illibatum canalem Cardinalis Lercarii ut patet ex Summario.

Verum est etiam, quod Breve, adversus quod petitur exadverso Oris aperitio , expeditum fuit ad preces nostrorum Religiosorum ,sed istæ porrectæ fuerunt Summo Pontifici in executionem, ejus præviæ præcisæ voluntatis, quem idem Cardinalis Lercarius
115 asseruit *aver ritrovato assai fermo nella risoluzione di non volere, che si faccia il bramato Rescritto nel loro Memoriale , fintanto che il Battistero non sia del tutto perfezionato* -- Quibus attentis non defuerunt ex nostris Religiosis, qui eumdem Cardin. Lercarium enixe rogarunt; ut in allocutione cum Summo Pontifice pro obtinendo dicto Brevi uteretur verbis illis
116 *S. August. serm. 39. de Verbis Domini -- Fecimus quod jussisti, da quod promisisti* , & in effectu idem Summus Pontifex, audita terminatione Fontis Baptismalis punctualiter rescripsit per medium semper ejus-
117 dem illibati Canalis Cardin. Lercarii -- *Ad D. Card. Oliverium pro expeditione Brevis ut petitur .*

Vera pariter est regularis illa propositio , quod cùm Oris aperitio non sit directa ad tollendum jus Parti , sed solùm ad illam habilitandam ad dicendum de nullitate gratiæ , sed æque vera est limitatio, quam declarando in specie authoritates , exadverso allegatas , & dando punctualem executionem
118 alteri Brevi ejusdem Summi Pontificis secuta fuit *Rot. in Colonien. Canonicatus super aperitione Oris 27. Apr. 1731. §. Alterum verò coram Crescentio . Quod ad d. effectum (sunt verba Sac. Rotæ) non sufficit quælibet in contrarium proposito exceptio , probabili etiam destituta fundamento justitiæ , sed ea exigitur causa, quæ de bono jure Petentis edoceat, vel saltem dubium ingerat circa vitium subreptionis, cui gratia pro-*
119 *bari possit obnoxia , ne alioquin arbitrium regulatum a jure , atque ad hoc unice interponendum , ut viam faciat ad justitiam , injuriis potius , atque inutilibus Litibus viam aperire contingat* -- quod observant &c. adducti *in decis. 707. num. 3. part. 18. rec.* ibi -- *Maxime ubi agitur de suscitandis novis litibus , quas interest Reip. quam citius finiri, ne Litigantes consumentur expensis & jurgiis.*

Quæ omnia indubitanter procedunt in nostro casu triplici attenta circumstantia, prima quod Lis est adversus Breve summa pace executioni demanda-
120 tum; egregiè *Rot. d. 485. numer. 19. & 20. part. 4. tom. 2. rec.* ibi -- *Non est aperiendum os , ubi agitur de suscitandis litibus , quas interest Reipublicæ quam citiùs finiri, præsertim post factam executionem Brevis Apostolici.*

Secunda quia sumus in terminis Religiosorum, & Personarum Ecclesiasticarum , quas non decet circa Litium sollicitudines occupatos detinere, Textus est 121
literalis in *Auth. Apud quos oportet causas dicere. §. Sed & accelerari Lites* ibi -- *Ut non mens eorum circa Litis sollicitudines occupetur , sed velociter liberati , sacris operibus obsecundent.* Quem sequitur *Rot. d. 33. nu. 2. cor. Priol. & d. 301. nu. 1. part. 18. rec. & in Neapolitana 22. jun. 1707. §. Final. cor. Omanna , & in Cracovien. Præcedentiæ 15. Febr. 1715. §. 1. cor. Card. Scotto* . Idque ad hoc ut illorum facta concordent 122
cum præcibus , quæ quotidie in illorum ore resonant. *Extingue flammas Litium : Ne Litis horror insonet* quas ad nostrum effectum ponderat Laicus *Urceol. de Transact. in proem. n. 6.*

Tertia tandem, quia sumus in terminis Litis, tanto strepitu agitatæ propter pugillum hordei & fragmen partis, juxta phrasim *Ezech. 13. 10.* dum agitur *di poche Candelette*, eo quia est indubitatum, quod, tam vigore Faxæ Innocentianæ , quam vigore specialis præcepti Clementis XI. injuncti Parocho Ecclesiæ SS. Laurentii , & Damasi , iste pro administratione Sacramenti Baptismi nihil petere potest.

Nec repetatur ampullosois prætextus Territorii Baptismalis competentis d. Ecclesiæ in Ecclesiis filiali- 124
bus.

Diximus enim , & constanter repetimus quod, præscindendo a qualitate Matricitatis Ecclesiæ S. Laurentii, de qua hodie non disputamus, de jure nulla omnino adest repugnantia ut Ecclesia filialis non desinat esse filialis per hoc, quod retineat fontem baptismalem, egregiè *Rot. dec.* 104. *num 4. & 5. part. 17. rec.* Immo ante Edictum Card. Sabeliis omnes Ec- 125
clesiæ parrochiales & filiales Urbis suos obtinebant Fontes Baptismales, ut probavimus supra.

Concludimus proinde, quod præsens casus videtur decidendus cum longe diversis regulis , cum quibus procedi solet, quando agitur de Brevi, vel mediante passiva deceptione, vel præviis , falsis suggestionibus à Pontifice extorto , quia nos sumus in casu restitutionis Fontis Baptismalis à Summo Pontifice 126
per viam Motus proprii demandatur, quo casu ipse potest dicere: *Amice non facio tibi injuriam . Nonne licet mihi quod volo facere ? Matth. 20. 13.* subditis autem, & præcipue Ecclesiasticis non est permissum 127
dicere *Cùr ita facis ?* ex adductis per *Piton. discept. 100. num. 19.* & firmatis per *Rot. d. 18. num. 16. cor. Falconerio tit. de Probatio.*

Et ex suis remanet abunde satisfactum prætextui, quod per nos Summo Pontifici narrata non fuerit Lis, necnon Resolutio Sac. Congregationis, & Breve confirmatorium : Clementis XI. omnia enim ista excludit qualitas Motus proprii . Textus est lite- 128
ralis *in cap. Si motu proprio de Præbend. in 6.* cujus aurea verba sunt hæc -- *Si motu proprio alicui aliquod Beneficium obtinenti conferamus, aliud, de illo non habita mentione non ob hoc collatio hujusmodi , quæ de nostra meram liberalitate processit , invalidam volumus reputari .* -- ubi *Glos. verbo Ob hoc , & Fagnan. in cap. super literis nu 37.* de rescript. -- *Nisi literæ* 129
fuerint obtentæ motu proprio Papæ , quia tunc subreptio, etiamscienter facta non vitiat, & hoc propter virtutem motus proprii ipsius Principis , quæ omnem subreptionem excludit .

Die Martis 9. Septembris 1732. proposita Causa in Signatura Gratiæ non fine Votorum scissura res- 130
ponsam fuit: *In decisis*, hoc est pro remissione Causæ ad Congregationem Visitationis Apostolicæ . Verum tamen est , quòd Parochus SS. Laurentii , & Damasi, agnoscens duram provinciam obtinendi revocationem Motus proprii Summi Pontificis pro restitutione Fontis Baptismalis nostræ Ecclesiæ , præci- 131
puè postquam succubuit in alia simili Instantia , ab eo promota contra Parochum S. Mariæ in Monticellis, ut videre est in sequenti Decisione Sac. Rotæ, nihil ampliùs in Causa fecit , & meritò , quia in

eadem Decisione egregiè, & solidè respondetur omnibus omninò motivis, contra Ecclesiam S. Caroli adductis, ita ut mutato solo, nomine Ecclesiæ San-
132 ctæ Mariæ in Monticellis, subrogatoque illo S. Caroli ad Catinarios, eadem Decisio emanat dici possit favore d. Ecclesiæ S. Caroli. Quantam autem habeant authoritatem Sacræ Rotæ Decisiones, quæ S. Canonibus æquiparantur, pluribus in locis nostra-
133 rum Disceptationum ecclesiasticarum demonstravimus, & signanter *in tom. 4. part. 1. discept. 2. num. 23. & 24.*

℞. P. D. de Sanminiatis Romana Juris Baptizandi.

Lunæ 14. Januarii 1733.

INter plures Ecclesias Parochiales, quibus anno 1569. Edicto Cardinalis Sabelli, Vicarii Summi Pontificis sa. mem. Pii V. interdicta fuit Sacramen-
134 ti Baptismatis administratio, quòd ob Populi infrequentiam haud satis decenter in iis ageretur, adfuit etiam vetus licèt, & insignis Ecclesia S. Mariæ in Monticellis inter filiales Ecclesiæ SS. Laurentii, & Damasi jamdudum adscripta, quæ proindè tali Decreto, sive Edicto, usque ad hæc termè tempora obsequentissimè paruit.

At novissimè, anno scilicèt 1729. sa. mem. Benedictus XIII. dictam Ecclesiam S. Mariæ, quam pau-
135 lò anteà Congregationi PP. Doctrinæ Christianæ regendam commiserat, adeò exoptavit restituere antiquo Juri Baptizandi Infantes suæ Parochiæ, ut non solùm erectionem Sac. Fontis oretenùs demandaverit, sed ipse suas pecunias ad eam faciendam contulerit; Utque hujus rei solemne extaret monumentum, speciali Rescripto ad supplicationem eorundem PP. signato, Supremam hujus Gratiæ executionem mandavit Cardinali Vicario, qui, omnibus ritè peractis, pro executione pronunciavit, & consequenter Ecclesia Sanctæ Mariæ in Monticellis ad antiquam Iuris Baptizandi possessionem fuit reintegrata, atque in ea pacificè permansit, usquequò post triennium insurrexit Capitulum, & Vicarius Curatus Ecclesiæ Matricis SS. Laurentii, & Damasi, obtinuitque à R. P. D. Auditore Sanctissimi Clementis XII. feliciter nunc Regnantis facultatem contradicendi dicto Rescripto. Cùmque Causa commissa fuerit huic Sac. Auditorio, præviis duabus Decisionibus, omnium RR. PP. suffragio absolvenda, in vim hujus commissionis Dubium hodie proposui -- *An erectio Fontis Baptismalis sustineatur* -- & responsum fuit -- *Affirmative*.

Constitit enim, erectionem d. Fontis factam fuisse ex voluntate Summi Pontificis sa. mem. Benedi-
136 cti XIII. qui, ut supra expositum fuit, illam oretenùs demandavit, & adeò anxiè exoptavit, ut pecuniam ad opus perficiendum subministraverit. Quamobrem dubitandum non erat de ejus voluntate, nedum verbis quæ sufficerent, sed factis, quæ magis valent, patefacta *Cap. Dilecti filii*, ubi *Gloss. in Verbo Facto de Appellat. Rot. dec. 1399. numer. 71. coram Coccino, & dec. 691. num. 4. coram Cerro, dec. 3. num. 8. tit. de Sen. Consult. Vellei. coram Emminentissimo Falconerio.*

Quòd autem res ità se habuerit, suasum fuit DD.
137 tam ex dicto Rescripto, quàm ex Decreto Cardinalis Vicarii Executoris; Ex Rescripto quidem, nàm cum ad Libellum, in quo dd. PP. Doctrinæ Christianæ Pontifici supplicabant pro ultima executione Gratiæ erectionis Fontis Baptismalis, quem, ajebant ipso oretenùs mandante, & pecuniam subministrante, constructum fuisse, cùm, inquam, ad istum Libellum idem Summus Pontifex rescripsisset -- *Ad Cardinalem Vicarium pro Expeditione* -- Utique hoc ipso visus agnovisse, & approbasse veritatem narratorum in Libello, nempè Gratiam erectionis Fontis à se oretenùs concessam fuisse, nam aliàs non rescripsisset pro executione, quæ est sequela, & accessorium Gratiæ, jam perfectæ, & absolutæ *Cap. 2. Ne Sede Vacante, Cap. Pastoralis de Privil. Cap. Si super Gratia de Rescr. in 6. Rebuff. in Prax. benef. de Miss. in possess. num. 7. Lotter de Re Benef. lib. 3. quæst. 29. num. 27. & seq. Ros. de Execut. Litter. Apostolicarum part. 1. cap. 6. & cap. 13. utrobique in princ. Rot. coram Bich. dec. 678. numer. festo cumpluribus seq.*

Certiùs, quia Cardinalis Vicarius, inspectis omnibus, quæ pro sui muneris ratione erant inspicienda, 138
non dubitavit ad exequutionem procedere, & in actu, tàm serio, apertissimè testari, Fontem Baptismalem sumptibus Papæ fuisse constructum; At verò neque hæc affirmasset, neque Gratiam executioni mandasset, nisi pænovisset voluntatem Pontificis & veritatem Precum; Quippè, & si non cognitio, sed executio mandetur, de veritate Precum inquiri oportet, ut monet *Text. in l. Etsi C. si con. Jus, vel utilit. public.* & si dubium aliquod occurrit de voluntate Principis, ipsemet Princeps est consulendus ad *Text. in Cap. Si quandò de Text. l. Rescripta Cod. de Precibus, Imp. offer. Cardinalis de Luc. de Pens. disc. 76. num. 12. & de Regal. disc. 148. num. 3. Rot. in Romana Reintegrationis 2. Martii 1731. § In primo cor. Reverendissimo Aldrovando Decano.* Idque præsertim factum presumitur à Cardinali Vicario, qui habet oraculum Papæ, & est organum ejus voluntatis, *de Luc. de Regal. disc. 32. numer. 11. & de Relat. Cur. disc. 4. num. 8. & disc. 13. num. 2.*

In summa cùm gratia fuerit executioni demandata, & ampliùs sub oculis Papæ, nec non Capituli, & Vicarii Curati Ecclesiæ Matricis per triennium 139
observata, dubio procul præsumitur justificata, omniaque exposita pro veritate haberi debent, *Rot. dec. 842. num. 4. coram Buratto, dec. 154. num. 25. coram Ottob. dec. 396. numer. 2. cor. Celso, & in Recen. dec. 456. num. 7. part. 13.* Etiamsi pro justificatione Gratiæ aliquid actum non appareat, nam cùm in Rescripto nulla fuerit adjecta clausula, quæ judicialem cognitionem importet, potuit Executor etiam extrajudicialiter se informare, *Imol. in cap. fin. numer. 13. de Præsumpt. Rot. dec. 155. num. 3. cor. Manzanedo, & d. dec. 396. num. 3. cor. Celso.*

His consequens erat, ut mirum non esset, cur Summus Pontifex, processerit per viam simplicis 140
Rescripti, demandantis executionem Gratiæ; Cùm enim Gratia esset perfecta ex præcedenti voluntate Papæ, oretenùs significata *Can. Institutionis, & ibi Gloss. V. Præsentia 25. quæst. 2. Clementina Dudùm §. Nos etenim de Sepult. & ibi Gloss. Mandos. ad reg. 8. Cancell. quæst. 11. numer. 1. & per tot. Gonzalez. ad eamdem reg. gloss. 12. in num. 46. & seq.* Nil ampliùs ad Gratiam perfectam addi poterat, quàm Rescriptum pro ejus executione. Tantò magis, quia sola executio, non nova concessio, petebatur in supplici Libello, quarè Rescriptum fuit congruum Petitioni, quin esset referendum ad alteram Gratiam, in eodem supplici Libello petitam, prò expeditione Brevis ex filiationis Ecclesiæ S. Mariæ in Monticellis ab Ecclesia SS. Laurentii, & Damasi; Nam Rescriptum quo committitur mera executio, magis congruit Gratiæ, jam perfectæ, quàm de novo faciendæ, & ideò, si Cardinalis Vicarius de expeditione Brevis inter locutus non fuit, optima id egit ratione, quinimmò ex hoc colligitur, quanta se gesserit maturitate, ut propterea ejus factum censeri debeat secundùm voluntatem Pontificis, & præcognitam veritatem Gratiæ *Jo: Andr. in cap. Capitulum num. 29. de Rescr. Rot. coram Ægidio dec. 568. & coram Manzanedo d. dec. 155. num. 5. & coram Merlin. dec. 418. num. 3.*

Cùm igitur erectio Fontis Baptismalis facta fuerit ex certa, & constanti voluntate Pontificis, parùm 141
interérat, Ecclesiam S. Mariæ in Monticellis esse filialem Ecclesiæ SS. Laurentii, & Damasi, eique subjectam in Scrutinio, & Baptismo, ut cavetur antiquissima Bulla Urbani III. anno 1186. necnon Decretali Honorii III. *in Cap. His, quæ de Majorit. & obed.* generaliter loquente de Ecclesiis filialibus SS. Laurentii, & Damasi, quibus congruunt aliæ sanctiones SS. Canonum, prohibentium, ne sub unica terminatione

ne plures adſint Eccleſiæ Baptiſmales *Con. Plures 16. quæſt.* 1.

Etenim, prætermiſſa quæſtione, an hæc verè obeſſent erectioni Fontis Baptiſmalis, cùm de cæ-
142 tero non obſtitiſſent ante Ædictum Cardinalis Sabelli, quo ſolùm, ut infra dicetur, Eccleſia S. Mariæ in Monticellis hoc Jure privata fuit, & diſpoſitio *Textus in d. Can. Plures* intelligitur de duabus Eccleſiis Baptiſmalibus, æque Parochialibus, vel Matricibus, non autem de duabus Eccleſiis, quarum altera ſit filialis, altera matrix ex rationibus, allatis in *eo Text. per Archid. num.* 4. *& Bellarm. num.* 16. *Rot. dec.* 104. *num.* 6. *part.* 17.

His inquam prætermiſſis, quælibet ceſſabat dubitatio, cum hęc omnia perſpectiſſima fuerint Sum-
143 mo Pontifici: Perſpecta ſiquidem qualitas filiationis, & Bulla Urbani VIII. nam utraque diſertè expoſita fuit in ſupplici Libello; Perſpecta Sacrorum Canonum diſpoſitio, cùm Papa ea, quæ Juris ſunt, præſumatur habere omnia in ſcrinio pectoris *cap.* 1. *de Conſtit. Felin. in cap. Inquiſitionis num.* 8. *de Recuſat. Gomez. ad reg. Cancell. de Impetr. Beneſic. vivent. quæſt.* 1. *§. fin. Rot. in rec. deciſ.* 498. *num.* 1. *&* 2. *part.* 19. *& dec.* 319. *coram Cerro, & diciſion.* 71. *num.* 4. *dec.* 758. *num. pariter* 4. *cor. Molines*: Quamobrem, ſi non obſtante omnium ſcientia, conſtans fuit in propoſito concedendi Gratiam erectionis Fontis Baptiſmalis, non eſt cur poteſtas Pontificis in dubium revocetur *Fagnan. in cap. Relatum, Ne cleric. vel Monach. à num.* 16. *cum ſeq. Innoc. in cap. Cùm ſuper numer.* 3. *de Cauſ. poſſeſſ. & propriet.* cum aliis, latè deductis per *Rot. in Romana Celebrationis Miſſarum* 13. *Junii* 1702. *§. Ea præſertim cor. R. P. D. meo Calcagnino.*

Maxime, quòd erectio d. Fontis non fuit nova Gra-
144 tia exorbitans, aut irrationabilis, ſed potiùs reintegratio ad antiquum jus quo olim Eccleſia S. Mariæ in Monticellis antè Conſtitutionem S. Pii V. & reſpective Edictum Cardinalis Sabelli, ejus Vicarii, gaviſa fuerat, uti conſtitit ex monumentis hiſtoricis, relatis à Ciucciolo, ex codice Baptizatorum, ex Viſitatione, peracta à dicto Cardinali Sabello, & demùm ex ejuſdem Edicto, quo tali Fonte privata fuit Undè fit, ut Gratia Pontificis, per quam res reducebatur ad antiquum ſtatum, & conſuetudinem, cenſeri non poſſet exorbitans, aut irrationabilis ad *Text. in l. ſi unus §. Pactum ff. de Pact. Gloſſ. in cap. Statutum verb. Numerandum de Præbend. in* 6. *Felin. in cap. Cùm acceſſiſſent col.* 2. *de Conſtitut. Oſaſch. dec.* 147. *num.* 20. *Rot. poſt Manſ. conſ.* 399. *numer.* 68. *& deciſ. vigeſima ſecunda numer. quarto de Dot. cor. Emminentiſſimo Falconerio.*

Quin imò ſummam habuit æquitatem, & congruentiam; tum quià convenientiſſimum eſt, omnes Eccleſias Parochiales ſuum habere Fontem Ba-
145 ptiſmalem, cum ita fiat, ut ſuus cuique Paſtor Sacramenta adminiſtret *Can. Placuit* 7. *quæſt.* 1. *Can. Nullus Can. non invitatis* 13. *quæſt.* 1. *Fagnan. in cap. Cùm contingat num.* 59. *de Decim.* ubi refert reſolutionem S. Congregationis, Tum etiam, quià obſtaculis Bullæ Urbani, Decretalis Honorii, & qualitatis filiationis contrariò Jure, & conſuetudine ſemel remotis, & abrogatis, unicum, quod erectioni Sac. Fontis opponi poterat impedimentum, erat d. Conſtitutio S. Pii V. & Edictum Cardinalis Sabelli, Cùmque hæc Conſtitutio, & Edictum cauſam habuerit non perpetuam filiationis, vel Bullæ Urbani III. ſed merè temporaneam, & accidentalem, nempè infrequentiam Populi, ibidem expreſſam, iſtaque Cauſa hodiè prorſus ceſſaſset, æquiſſimè quidem, & congruenter Summ. Pontifex, certior factus de tenore Edicti, juſſit, ei derogari, providitque, ut, ceſſante cauſa Edicti, ceſſaret etiam illius diſpoſitio ad *Text. in cap. Poſt translationem*, ibique *Gloſſ. in verb. Ceſſante de Renunc. cap. Cùm ceſſante de Appellat. Rot. dec.* 412. *numer.* 3. *coram Coccino, dec.* 1351. *num.* 1. *cor. Emerix.*

Accedebant exempla aliorum Pontificum Præde-
146 ceſſorum, qui, hac moti ratione, ſimilem reintegrationem conceſſerant aliis Eccleſiis Parochialibus SS. Vincentii, & Anaſtaſii, S. Andreæ de Fractis, & S. Franciſci de Paula in Montibus, quæ vi ſupradictæ Conſtitutionis eamdem jacturam Fontis Baptiſmalis, ob Populi infrequentiam paſſæ fuerant, & quod eſt animadverſione dignum, ejuſmodi Gratias ſimili prorsùs modo per organum Cardinalis Vicarii ſinè ſtrepitu, & figura Judicii plerùmque expediverunt. Negari autem non poteſt, quin maximam æquitatis, & congruentiæ ſpeciem præſeferat illa Gratia, quæ ſolito, & exemplo aliorum Pontificum eſt roborata ad *Text. in cap.* 1. *de Re judic. ubi Geminian. & Franch. leg.* 1. *§. Caſum ff. de Poſtul. Cepoll. conſ.* 18. *Oldrad. de Liter. & Mandat. Princ. prælud.* 5. *num.* 38. *Rot. in Colonien. Indulti* 4. *Novemb.* 1730. *§. Eòque magis coram Reverendiſſimo P. D. meo Aldrovando.*

Nec ſubſiſtere viſum fuit, quòd poſſeſſio Juris Baptizandi, in qua antiquitùs fuerat Eccleſia Sanctæ Mariæ, cenſenda eſſet ex titulo uſurpationis, & hac de cauſa 147
emanaverit conſtitutio Piana pro cauſa privationis Juris Baptizandi infrequentiam dumtaxat Populi expreſſerit non eſt ſuggerenda alia cauſa, & multò minùs illa uſurpationis, nunquàm præſumendæ; Præcipuè, quia nulla affertur, vel minima conjectura, qua dici poſſit, Eccleſiam SS. Laurentii, & Damaſi ullo unquàm tempore fuiſse in hac poſſeſſione Baptizandi Infantes Parochiæ Sanctæ Mariæ; E contrariò autem, cùm Eccleſia Sanctæ Mariæ ab antiquiſſimo tempore, & antè Bullam Urbani III. eſſet Parochialis, cum Populo, ſibi ſubjecto, ut enarratur in dicta Bulla, profectò poſseſſio, quam habuit Juris Baptizandi, ad hanc cauſam, undiquè honeſtam, & rationabilem non autem ad cauſam illicitæ uſurpationis, referri debet *Honded. conſil.* 58. *num.* 17. *lib.* 2. *Alb. Mandell. conſil.* 109. *num. decimo octavo Rot. in Romana Reſtitutionis Hæreditatis ſuper executione Mandati vigeſimo ſeptimo Martii* 1719. *§. Nec argumentis cor. bo. me. Cerro.*

Quibus ita ſe habentibus, Domini eò difficiliùs ſe inducere potuerunt, ut crederent, Gratiam, adeò congruè, & enixè imperritam, nullam vim obtinere debere, ſive, uti reductam ad viam Juris ex De- 148
creto Commiſsionis Cauſæ Auditoris Sanctiſsimi, ſivè, uti ſubreptitiè impetratam. Non quidem ex primo Cap. Nàm ſupradictum Decretum, in cuius vim Commiſsio Cauſæ ſignata fuit, nullum verbum facit de reductione Gratiæ, ſeu Reſcripti ad viam Juris, ſed hoc ſolùm concedit, ut, Reſcripto non obſtante, Cauſa committatur, quæ verba cùm non tangant ſubſtantiam Reſcripti quoad omnes effectus, ſed ſolum quoad illum, ut, remotis obſtaculis clauſularum, Judex prout de Jure de Gratiæ defectu ratione obreptionis, vel ſubreptionis, poſset inquirere, ideò non aliud præſeferunt, quàm ſimplicem Oris aperitionem ad bene tradita per *Card. de Luc. de Jud. diſc.* 30. *numer.* 13. *§. Secus, & de Relat. Cur. diſc.* 30. *num.* 18. *Rot. deciſ. octava numer. primo & dec.* 15. *numer. quinto poſt Marcheſ. de Commiſs. aperit. Oris.*

Nec magis Reſcriptum corruebat ex altero capite ſubreptionis, vel obreptionis; Nàm omnia, quæ erectioni Fontis Baptiſmalis aliquo colore opponi po- 149
terant, ſivè Bulla Urbani III. ſive Conſtitutio S. Pii V. & Edictum Cardinalis Sabelli, ſivè qualitas Filiationis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Monticellis, omnia fuerunt Summo Pontifici præclariſsimè expoſita; Quod autem nec expoſita fuerit filiatio cum ea qualitate, quod eſset nativa, & non ex conceſſione, neque reſolutio Sac. Congregationis Viſitationis contrà aliam Eccleſiam filialem Sancti Caroli de Catenariis, ſimilem reintegrationem petentem, neque Decretalis Honorii III. & Bulla conceſsionis, vel unionis eiuſdem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Congregationi PP. Doctrinæ Chriſtianæ, ab ipſomet Benedicto XIII. expedita cum expreſſa præſervatione Jurium, Eccleſiæ Matrici competentium, nihil ex iis aptum fuit ad inducendam obreptionem.

Et primùm opus non erat mentionem facere de qualitate, quòd filiatio Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, uti 150
con-

constructæ in adiutorium Ecclesiæ Ss. Laurentiis, & Damasi, esset nativa, & non ex privilegio; Quoniam de hac qualitate nullum allatum fuit legitimum documentum; Et quod erat prorsùs ignotum, exprimi non oportebat, rursùs quęlibet fuerit filiatio, non erat hæc, quæ resisteret erectioni Fontis, nàm Ecclesia Sanctę Marię, filiatione non obstante, suum Fontem Baptismalem antiquitùs habuerat, sed erat Constitutio S. Pii V. & Edictum Cardinalis Sabelli, cui propterea satis est derogatum fuisse, cùm derogatio non fiat, nisi ad contraria *Clem. Dudum §. Nos etenim de Sepult. Fagnan. in cap. Nuper numer. vigesimo septimo de Decim.*

Resolutio autem adversùs Ecclesiam Sancti Caroli ad Catenarios non erat obstaculo Ecclesię Sanctę Marię in Monticellis, cum exploratissimum sit, Sen-
151 tentiam inter alios Tertio non nocere *Leg. Cùm quæritur* 12. *& duabus seq. ff. de Exceptione rei judic. leg. prima, & seq. Cod. Quibus res judicata nocet*, aliisque pluribus Iuris locis, quę refert, & adnotat *Rot. dec.* 31. *num.* 18. *de Dot. cor. Emminentiss. Falconerio.*

Potissimùm, quòd ab ea resolutione impetrata fuit nova Revisio ex causa tunc omissę legitimę defen-
152 sionis, nec satis constet, an utraque Ecclesia eodem Iure censeri possit, & tamen, etiamsi de hoc constitisset, minimè ad rem pertineret, nàm dum Iura utriusque erant paria, & ęqualia, Sententia, adversùs aliam pro Iure suo lata, alteri non prejudicat *Leg. Levè ff. de Re judic. leg.* 1. *& leg. Si cum uno ff. de Excep. rei judicatæ*, cum aliis, latè adductis per *Peregr. de Fideicomm. art.* 53. *numer.* 40. *&* 44. *de Franch. decis.* 523. *num.* 16. *& seq. & decis.* 524. *in princ. Rot. in rec. decis.* 77. *numer.* 4. *part.* 9. *& decis.* 550. *numer.* 4. *cor. Bich.*

Eoquè minùs exprimere oportuit, vel Decretalem Honorii III. *in cap. His, quæ de Majorit. & obed.* Quoniam hęc, quatenùs obstitisset, nihil ultrà adiicie-
153 bat ad Constitutionem Urbani III. quam propterea sufficit fuisse narratam, *Rot. coram Caprar. decis.* 616. *num.* 5. Vel oppositam Bullam Unionis, nam ejus tenor nemini erat notior, quàm ipsi Benedicto XIII. qui illam concesserat, nec indigebat aliqua speciali derogatione, quià cùm hac Bulla solùm præservata fuissent Iura Ecclesię Matricis SS. Laurentii, & Damasi, nihil exindè dispositum fuit, quod induceret novum obstaculum Ecclesiæ filiali, novumque Ius Ecclesię Matrici, cui foret derogandum ad *Text. in leg. Idem fuit circa princ. ff. de Testam. tutel. Aym. consil.* 29. *num.* 8. *Rot. in rec. dec.* 277. *num.* 13. *part.* 17. *& dec.* 74. *nu.* 4. *cor. Caprara, & dec.* 17. *num.* 12. *in lib.* 5. *ad ornat. Card. de Luca.*

Demùm opponebatur, nullam habitam fuisse mentionem de prejudicio Parochi Ecclesiæ Matricis, eò
154 magis æstimando, quod ex Bulla Sancti Pii V. Anni 1572. omnia Emolumenta, ab administratione Sacramentorum provenientia, in partem Congruæ dicti Parochi adsignata fuerant. Verùm de hoc præjudicio, Jure quidem, meritòque ratio habita non fuit; Tùm quià generali Decreto, seu Taxa Innocen. XII. adversùs omnes Parochos, constitutum est, ex administratione Sacramenti Baptismi non licere percipere aliquod Emolumentum, idque Decretum Edicto Clementis XI. specialiter adversùs Parochum Ecclesiæ Ss. Laurentii, & Damasi, in dicta pœna aureorum 10. renovatum fuit; Tùm etiam, quia modicum præjudicium, si quod adesset, tam respectu Emolumenti Parochi, quàm respectu Iuris Ecclesiæ Matricis, attendi non debet, cùm fuerit cognitum Summo Pontifici, & necessariò sequatur ex Gratia restitutioni Fontis, suaptè natura præjudiciali, ut est communis Sententia Canonistarum, & sæpè dixit hoc Sac. Tribunal, præsertim *in Romana Cappellaniæ* 7. *Novembris* 1703. *§. Fin. coram clar. mem. Cardinali Scotto, Calaguritana Decimarum de Liqueissia* 28. *Februarii* 1716. *§. Et de facto cor. bon. mem. Ansaldo, Melevitana Nullitatis Brevis* 26. *Junii* 1727. *§. Siquidèm, & seq. cor. bo. mem. Cornelio.*

Et hinc plana erat responsio ad exceptionem omissæ
155 Citationis Gratiæ, à Cardinali Vicario pronunciatæ; Ex quo enim constabat, Papam scivisse omnia Iura, quæ à Parocho Ecclesiæ Ss. Laurentii, & Damasi contra Gratiam pręd. opponi poterant, & adhùc voluisse ei pręjudicare, necessaria non erat Citatio Parochi, cui adversùs voluntatem Papę non alia competebat defensio, *Bald. in leg. Ea quidem num.* 43. *de Accusat. Roman. consil.* 369. *numer.* 29. *& seq. Dec. cons.* 498. *num.* 32. ibi -- *Secundò respondetur, quòd ex quo apparet, quòd Papa voluit. Tertio præjudicare, alia Citatio non requiritur -- De Luc. de Jud. disc.* 9. *num.* 29. *Rot. cor. Merl. dec.* 683. *num.* 6. *& coram Bich. dec.* 589. *num.* 13. Maximè, quòd Summ. Pontif. hoc ità statit justa de causa, ob cessatam scilicèt rationem Edicti Cardinalis Sabelli, remque Executori commisit, extrajudicialiter expediendam, quo pariter casu Citatio non requiritur, *Felin. in cap. Cùm olim de Re judicata, Roman. ubi supra, Rot. cor. Bich. d. doc.* 589. *num.* 11.

Et denique cùm ageretur de Iuribus Spiritualibus, in quibus Papa summam habet Potestatem, locum sibi vindicat regul. *Text. in leg. Quiinvitis ff. de Regul. Jur.* nempè, ut, qui potest invitis aliquod age- 156
re, multò magis, & ignorantibus, & absentibus, ut in specie ponderant *Abb. in cap. Inter quatuor in secundo notab. de Majorit. & obedien. Roman. & Dec. locis supracitatis, Oldrad. de Liter. & Mand. Principum prælud.* 26. *num.* 46.

Et ità, suffragantibus omnibus DD. & utraque Parte informante.

Hanc magistralem Decisionem sequuta fuit Sac. *Congr. Concilii in Fabrianen. Fontis Baptismalis* 6. *Februarii* 1734. ut videre est in Folio, d. die distributo, ibi: *Visum fuit, expedire, ut, sublata etiam contraria consuetudine, quisque Parochus, habens Fontem Baptismalem, Infantes, in sua Parochia natos, Aqua salutis respergat, adeòque ut singuli Pastores suas cognoscant Oves, quæ per primum Baptismi Sacramentum in Christi Domini Gregem cooptentur, & in Eccle-* 157
siæ Unum excipiantur, quemadmodum advertit Rot. in Romana Juris Baptizandi 12. *Januarii* 1733. *coram Sanminiato; Id etiam suadente, tum ea ratione, quòd Parochis propriis faciliùs compertum esse potest, quinam ex justis Nuptiis procreati sint, & tanquam tales in parochialem Librum referri debeant; Tum & alia, quòd ab eis vigilantia adhiberi major valeat, ne à Pa-* 158
rentibus procrastinetur delatio Infantium ad Ecclesiam, in qua spiritualem regenerationem sunt assequuti.

DISCEPTATIO XXXIII.

Fabrianen. Juris Baptizandi

PRO

Ecclesia Parochiali S. Blasii Fabriani

CUM

Capitulo S. Venantii Ejusdem Civitatis

ARGUMENTUM.

Fons Baptismalis erigendus est in unaquaque Ecclesia Parochiali, tam de Jure communi, quàm vigore Concilis Tridentini, & ex aliis congruentiis, de quibus in hac Disceptatione, non obstante, quòd in præteritum id non fuerit prakticatum, & non attentis contradictionibus Ecclesiæ Matricis.

QUidquid sit de asserta matricitate antiquæ Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Venantii Fabriani, nostris temporibus erectæ in Cathedralem, de qua matricitate, uti non contenta in nostris dubiis, nulla ratione haberi potest in præsenti, nisi illa conclu- 1
denter probetur cum qualitate, ut verè & propriè sit talis, demonstrando, nostram Ecclesiam erectam fuisse

fuisse in adiutorium Ecclesiæ S. Venantii, prævia dismembratione partis antiquæ Parochiæ, cum Iure nominandi Rectorem, reservato favore illius Ecclesiæ, quæ prætenditur verè, & propriè Matrix, ut ad probandam veram matricitatem esse simpliciter necessa-
2 rium, ferè per hæc præcisa verba firmavit *Rota in Bisinian. Præeminentiarum* 16. *Januarii* 1711. §. *Quodque proindè coram Ansaldo*, cum aliis concordantibus, sequutis *in dec.* 365. *num.* 13 *& sequen. coram Priolo & in Cassanen. Jurium Parochialium 6. Junii* 1707. §. *final. coram Caffarello*.

Hoc unum certum est, quòd qualitas filiationis alicuius Ecclesiæ Parochialis, etiam in illis terminis (qui longè distant à nostris) in quibus respectu inferioris Ecclesiæ non controvertitur qualitas Ecclesiæ filialis, hæc non impedit, quin in eadem Ecclesia filiali erigi possit fons Baptismalis, ut, omissis generalibus, in no-
3 stris punctualibus terminis observat *Pitton. in Constitut. Pontific. spectan. ad Paroch. num.* 1237. *fol. mihi* 256. ibi -- *Ecclesia ex eo, quod retineat Fontem baptismalem, non desinit esse filialis* -- post multos concordantes firmavit *Rota in magistrali decisione* 104. *per totam part.* 17. *rec.*
4 & signanter *num.* 4. ibi -- *Nec proinde dicta Ecclesia desinit esse filialis*.

Videmus hoc practicari in multis Ecclesiis filialibus Urbis, quæ non solùm recognoscebant in Matrices Ecclesias Sancti Petri in Vaticano, Sanctorum Laurentii, & Damasi, Sancti Martini in Montibus, & Sancti Marcelli, sed præcisè, & particulariter à Summo Pontifice
5 S. Pio Quinto quoad Fontes baptismales subiectæ fuerunt dictis Ecclesiis, ut videre est in Edicto Cardinalis Iacobi Sabellii Vicarii eiusdem Sancti Pii V. impresso in Libro Ciampini, cui titulus -- *Peculiaris enarratio de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Vicecancellario fol. mihi*
6 208. ibi -- *Ecclesia Sancti Petri in Vaticano habeat limites inter Parochias subsequentes -- Sanctæ Mariæ Transpontinæ &c. -- Ecclesia Sancti Martini i in Montibus habeat limites intra Parochias subsequentes -- Sanctorum Sergii, & Bacchi*, cuius Cura deindè translata fuit ad Ecclesiam Sancti Francisci de Paula, Teste *Posterula nella Roma Sagra, e Moderna fol. mihi* 94. ibi -- *Riducendovi la Parochia de Santi Sergio, e Bacco -- Ecclesia Sancti Laurentii in Damaso habeat limites intra Parochias subsequentes -- Sanctæ Mariæ in Monticellis; Ecclesiæ Sancti Blasii in Anulo*, in cuius situ, & loco adest
7 hodiè, structura, devotione, & Fidelium frequentia insignis Ecclesia Sancti Caroli ad Catinarios, ut notorium est in Urbe, & observat *Posterula nella Roma Sagra, e Moderna fol. mihi* 501. -- *Ecclesia Sancti Marcelli habeat limites intra Parochias subsequentes -- Sancti*
8 *Andreæ de Fractis*; Et tamen in omnibus isti Ecclesiis filialibus reperitur hodiè Fons baptismalis, absque ulla incompatibilitate cum matricitate dictarum Ecclesiarum Sancti Petri, S. Laurentii in Damaso, & S. Martini in Montibus, ac S. Marcelli.

Posset proinde hic terminari scriptura, quia dicta Sacra Rotæ Decisio, firmans, non esse incompatibilem qualitatem Ecclesiæ filialis cum subordinatione ad Ecclesiam Matricem, nec non cum facultate erigendi Fontem batismalem, tanquam Sacri Canones, atque le-
9 gum dogmata servanda est, iuxta præcisa verba *Cardinalis de Albic. in Addition. ad Pamphilium decis.* 43. *numer.* 9. & 10. & concordant *Ursell. in congress. leg. congress.* 8. *num.* 20. & *de Rubeis in epistol. ad Lector. impressa in part.* 7. *rec. à num.* 231.

Fortiùs quia eadem Sacræ Rotæ opinio consentanea
10 est Iuri communi, Sacrosancto Concilio Tridentino, Rituali Romano, & Constitutionibus Synodalibus nostræ Diœcesis.

Quoad Ius commune recognosci potest in *Canon. Ecclesias singulas* 13. *quæstion. prima*, desumpta *a Sancto*
11 *Dionisio Epistola prima ad Severum Episcopum*, ac ex aliis indicatis *à Thomassin. de Benefic. par.* 1. *l.* 2. *cap.* 23.

Quoad Sacrum Concilium Tridentinum, recognosci potest in *session.* 24. *cap.* 23. *de Reformation.* ibi -- *Di-*
12 *stincto Populo in certas, propriasque Parochias, Episcopi unicuique suum perpetuum, peculiaremque Parochum assignent, qui eas cognoscere valeant, ea à quo* solo licitè *Sacramenta suscipiant*.

Quoad Rituale Romanum in isto pluribus in locis id clarè demandatur, & præcisè sub titulo *de Iis, quæ in Sacramentorum administratione generaliter sunt servanda* §. *Fidelibus*, ibi -- *Fidelibus alienæ Parochiæ Sacramen-* 13
ta non ministrabit, nisi necessitatis causa, vel de licentia Parochi, seù Ordinarii -- Et in § *Cæterum*, ibi -- *Illorum* tantum *Sacramentorum, quorum administratio ad Parochum spectet, Ritus hoc opere præscribuntur, cuiusmodi sunt Baptismus &c.* -- Et titulo *de tempore, & loco administrandi Sacramenta* §. *Ac licet*, ibi -- *Proprius Baptismi administrandi locus est Ecclesia, in qua sit Fons Baptismalis*.

Quo demum ad Constitutiones Synodales nostræ Diœcesis Clementis X. & Cardinalis Franzoni, eo tempore editas, quo Ecclesiæ Camerinensi præfuerunt, datas in Summario, istæ non possunt clariùs loqui quàm expres- 14
sè demandare, ibi -- *Licèt Baptismus &c. Ii, ad quos ea pertinet Cura, natum Infantem quam primum ad propriam Parochiam deferre faciant, ut à proprio Parocho, vel ab alio Sacerdote de ejus licentia baptizetur* -- Et ibi -- *Præcipimus, & mandamus, ut baptismalis Fons in qualibet Parochia secundùm præscriptum in nostra Visitatione* -- Et ibi -- *Baptizandi solemniter sibi subjectos, cùm sit Parochorum tantùm &c.* Quæ uti leges particulares no- 15
stræ Diœcesis punctualiter servandæ sunt ex adductis per *Ferret. consil.* 368. *sub numer.* 16. *Massobr. de Synod. cap* 4. *dub.* 41. *Cardinalis de Luca de Iurisdiction. discurs.* 56. *num.* 5. *Rota cor. Ansald. decis.* 78. *num.* 6. & *cor. Falconerio titul. de Offic. Ordinar. dec.* 19. *nu.* & *in Placentina Subministrationis Ceræ* 5. *Maii* 1728. §. *Pro eo cor. Mellino*.

Quibus attentis, quòd in qualibet Ecclesia Parochiali, in quo cum necessaria decentia, & congruo ornatu, retineri potest Fons Baptismalis, iste erigendus sit 16
omnium primus docuit *Canonistarum Pater Innocentius in cap. Dilectionum.* 4. *de Cappell. Monach.* quem sequuntur, *Fagnan. in cap. Cùm contingat num.* 59. *de Decimis*, *Bonacin. Oper. moral. tom primo titul. de Sacrament. disp.* 2. *punct.* 2. *num.* 2. & *sequen. Macad. in Libr.* cui titulus: *El perfecto Confecto Confessor, y Cura de Almas lib.* 3. *part. prima tract.* 2. *document.* 5. *num. primo*, & *lib.* 4. *part.* 2. *tract.* 2. *document.* 9. *Bellet. Disquisit Cleric. part.* 2. *titul. de Pœnis Clericor.* §. 32. *numer. primo*, *Felix Potestas in exam. Eccles. titul. de Baptism. cap.* 2. *num.* 2983. *Gavant. Oper. moral. verb. Parochorum munera in Addition. num.* 433 *fol. mihi* 88. ubi, quod ita resolvit Sacra Rituum 17
Congregatio *in Oriolen. Tamburin. de Jure Abbat. tom. primo, disputatione* 4. *quæst. prima num.* 2. ubi sequentem adducit bonam rationem; *quia per Baptismum recipiuntur Homines in Ecclesia, & fiunt eius membra; Decet autem, ut vis, & potestas admittendi Homines ad Ecclesiam sit penes Pastores illius*, quam adducunt etiam *Sot. in* 4. *distinct.* 4. *quæstion. unica artic. tertio numer.* 2. *Suarez. in tertiam part. Diu. Thomæ tom.* 3. *disputat.* 23. *sect.* 2. *Murg. de Benefic. sect.* 2. *num.* 475. & *sequen. Cardinalis de Albic. in discurs. de Iurisdiction. Cardinal. in Eccles. Titular.* impresso apud *Cardinal de Luc. de Iurisdiction. disc.* 18
6. *in principio*, & *Cardinalis Petra in Constitution. Apostolic. tom.* 4. *ad Constitut. Secundam* Gregor. XI. *num.* 14. ibi -- *Cùm enim per Baptismum Homo fiat Christi membrum, ac in Congregationem Ecclesiæ universalis, præcipue illius: Communitatis Diœcesanæ, seù Parochialis, in qua Baptismum suscipit, admittatur, congruum est, ut hæc admissio non fiat, nisi ab iis, qui Diœcesis, & Parochiæ curam habent* -- & firmavit *Rota decis.* 102. *num.* 7. *coram Peutingerio*.

Idque fuisse demandatum à S. Carolo, quem eius Pastoralis sollicitudo gloriosum reddidit, legitur *in Actis Ecclesiæ Mediolanen. fol.* 8.; Et antiquitùs fuisse pariter 19
sancitum *in Concilio Meldensi cap.* 7. refert. *Franc. de Eccles. Cathedral. cap.* 19. *n.* 5. & novissimè resolvit *hæc Sacra Congregatio*, Partibus acerrimè informantibus, *in Fulginaten. Fontis Baptismalis* 24. *Februarii*, & 22. *Junii* 1720. à me sequuta *in Instit. Criminal. tertiæ Venetæ Impressionis lib.* 1. *tit.* 10. §. 2. *numer.* 193. Quando Du- 20
bio -- *An sustineatur erectio Fontis Baptismalis, facta in Eccleasia Parochiali Sanctæ Mariæ Novæ Castri Ceronis*, (in qua nunquàm in præteritum adfuerat) respondit. *Affirmativè*, cum addito, *ut Causa ampliùs non proponeretur*.

Imò

Imò non desunt Classici Theologi, & Insignes Canonistæ asserentes, & solidè probantes, graviter peccare Parentes, si Prolem suam Parocho alieno, absque
21 proprii Parochi licentia, baptizandam offerant, quos referunt, & sequuntur *Thesaur. de Pœn. Eccles. part. 2. cap. 4. de Sacrament. fol.* 311. *Layman. in Theolog. Moral. lib. 5. tract. 2. cap. 7. num. 2. Barbos. de Potest. Paroch. part. 2. cap. 18. nu. 1. Murg. de Benef. quæst. 2. n.* 475 quem sequutus fuit *in Instit. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 2. n. 193. Card. Petra in Constit. Apost. tom. 4. ad const. Gregorii XI. num.* 14. ibi -- *Itaut si alienus Parochus, aut quisquis Presbyter, Baptismum, sine proprii Parochi licentia, ministrent, gra-*
22 *viter peccent punirique valeant* -- subdendo *cum Thesaur. de Pœn. Eccles. d. part. 2. cap. 4. de Sacram. fol.* 311. quod Sacerdos Baptismum ministrans animo usurpandi Jurisdictionem vero Parocho incurrit Censuras, latas contra Jura Ecclesiæ Usurpantes.

Quibus non adversatur prætensa Matricitas Eccle-
23 siæ S. Venantii Ultra quod enim illa in facto non regit, ex probatis in summario.

Respondemus in Jure, quod à matricitate, etiam in illis casibus, in quibus de illa constet (qui termini longè distant à nostris) nullatenùs infertur ad Jus Parochiale, nec non ad impediendos illius effectus in Ecclesiis filialibus, quæ suos habent distin-
24 ctos Confines, & diversos Parochianos, ut Præter superadductos, firmavit egregiè *Rota in Bisinianen. Præemin.* 10. *Febr.* 1710. §. *Quoniam cor. Ansaldo*, quàm sequuta fuit *in dec. 2. n. 26. & dec. 29 n. 3. cor. Herrera.*

Et viva ratio hæc est, quia Ecclesia verè, & propriè Matrix (præscindendo à particularibus conventionibus) de Jure nihil aliud prætendere potest ab Ecclesia filiali, quàm ut istius Parochus ad eam accedat occasione Benedictionis Fontis, quæ solemniter
25 fieri solent in die Sabbathi Sancti, ut latè probat *Pignatell. consult. 20. per tot. tom.* 4. juxta Romanam Impressionem, quam sequitur *Pitton. in Constit. Apost. spectan. ad Parochos num. 669. fol. mihi* 139.

Minùsque obiici potest nova qualitas Cathedralitatis, ad cujus statum hodiè elevata est Ecclesia, Sancti Venantii non sinè tamen æquè notoriis, atque magnis oppositionibus antiquissimæ Civitatis Camerini; Recurrit enim eadem solida, & juridica responsio, quod eadem qualitas, nec non similes, imò
26 etiam majores præeminentiæ in nostris terminis non attenduntur ad impediendum Parochis in propriis Parochialibus Ecclesiis ea, quæ ipsis, tanquam Parochis competunt, inter quæ Jura annumeratur illud retinendi Fontem Baptismalem *ex allegatis supra*, ut in longè durioribus terminis Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ omnium Ecclesiarum Urbis, & Orbis
27 Matris, & Capitis respondit *Rota in dec. 22. num. 51. & 52. apud Monacell. in Formular. tom.* 4. ibi -- *Parùm suffragari visa sunt ea, quæ cumulabantur circa superioritatem, & præeminentialem qualitatem d. Sacrosanctæ Basilicæ; Quia hujusmodi superioritas, & præeminentia consistit in eo, quod sit Sedes Summorum Pontificum, Caput omnium Ecclesiarum Urbis, & Orbis, & inter eas primum locum obtineat Can. Constantinus &c Quæ præeminentiæ non operatur, quod il-*
28 *lius Vicarius exercere valeat aliquod Jus Parochiale in Subditos aliorum Parochorum in Urbe enim* (prout etjam in Civitate Fabriani) *Parochiæ sunt distinctæ, suosque habent Districtus, & limites, quos egredi nequeunt, & ipsemet Vicarius perpetuus Lateranensi* (eodem modo, quo Parochus Ecclesiæ Cathedralis Fabriani) *habent suam Curam distinctam, & separatam, cum assignatione emolumentorum &c sicque præfato Vicario permissum non est in exercitio Curæ &c. ponere faciem in messem alienam.*

Et in effectu in nostris individualibus terminis erectionis novi fontis baptismalis, in accerrimo Partium contradictorio, ità obtinui anno 1700. pro Ecclesia Sanctæ Mariæ Transpontinæ, ut in Urbe notorium
29 est, & observavi in *tom. 3. mearum disceptationum Ecclesiast. p. 1. discept. 27. n.* 28. licèt ultra insignissimas prærogativas Sacrosanctæ Vaticanæ Basilicæ, quæ se opposuit erectioni Fontis Baptismalis, in dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ Transpontinæ, in Edicto Sancti Pii V. per viam legis emanato, destinatæ fuissent multæ Ecclesiæ Parochiales Urbis profi-
liabus ad præcisum effectum Sacramenti Baptismi, 30
annumerata fuisset pro filiali eidem Vaticanæ Basilicæ dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ Transpontinæ, ut
videre est in fine ejusdem Edicti Card. Sabellii, tunc 31
temporis Vicarii Papæ, impresso *à Ciampin. de Cardinali Vicecancellario fol. mihi* 207. cujus Proemium tale est -- *Multis de causis expedire visum est, baptismales Fontes à minoribus Ecclesiis quæque ob populi infrequentiam minus celebres sunt, ad insigniores, ac primarias Urbis Ecclesias transferre.*

In qua causa processum fuit cum sequenti legali, & solida reflexione, quod Sanctus Pius V. motus fuerat ex eo, quod in multis minoribus Ecclesiis Parochialibus Urbis, Fons Baptismalis non retinebatur cum illa decentia, quæ eidem conveniens erat, quod mo-
tivum respectu dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Trans- 32
pontinæ cessavit, postquam illa ad eam elegantem formam redacta fuit, quæ omnium oculis exposita est, quam describit *Franc. Posterula in libro, cui titulus -- Roma Sagra, e moderna fol. mihi* 275. & pro-
pterea dignum, & justum erat ut cessaret etiam pri- 33
vatio Fontis Baptismalis, juxta regulam; de qua *Rota decis. 594. num. 12. coram Dunozett. Jun. & decis. 274. num. 11. part. 17. Recentior. & in Cervien. Bonorum 14. Martii proxime præteriti §. Quod autem cor. Nunez.*

Et ex his promanat negativa resolutio primæ partis *Secundi Dubii*, & affirmativa secundæ, in quo quæritur -- *An liceat Parocho & aliis de Capitulo Cathe-*
dralis Sancti Venantii d. Civitatis, in ea baptizare na- 34
tos in alienis Parochis, etiam fontem Baptismalem habentibus; Seu potiùs spectet privativè ad unumquemque Parochum, Fontem in sua Ecclesia habentem, propriis Parochianis Baptismum conferre.

Posita enim affirmativa resolutione primi Dubii, ex huc usque animadversis, quod scilicet substineatur Erectio Fontis baptismalis facta in nostra Ecclesia, cum benigna permissione Episcopi, de qua in Summ. non est permissum Parocho, & Canonicis Capituli
Cathedralis Sancti Venantii in eorum Ecclesia bapti- 35
zare Infantes, natos intra Districtum nostræ Parochiæ, quia de jure Parochiani privativè quoad omnes alios, solo casu necessitatis excepto, à proprio Parocho in sua Ecclesia baptizari debent, *juxta theoricam Innocentii in cap. Dilecti de Capell. Monachor.*
quam sequuntur adducti supra. Eodem prorsùs modo, 36
quò in Ecclesia Parochiali Paschale Præceptum adimplere debent Parochiani omnes, neque satisfaciunt, illud adimplentes in Cathedrali Ecclesia, vel in Ecclesiis Matricibus in Partibus, vel in Sacrosanctis Ba-
silicis Lateranensis, & Vaticana in Urbe, ut latè 37
probat *Pignatell consult. 89. per totam tom. 7.* ubi *n.* 18. quod ità expressè mandavit Venerabilis Dei Servus Innocentius XI. die quinta Februarii 1682.

Minusque id eisdem Parochis permissum est in nostra Diœcesi à dictis particularibus Constitutionibus Synodalibus, quarum verba registravimus supra quæ synodales Constitutiones præferri etiam deberent Juris communis dispositioni, ut ampliando notant *Barbos.*
de Potestat. Episcop. part. 3. alleg. 93 n. 23. Ciarlin. con- 38
trovers. 61. n. 1. & 2. Tondut. quæst. benef. part. prima cap. 11. num. 1. Ansald. in Addit ad Decis. 78. n. 60. & Rota cor. Zarat. decis. 74. num. 20. & cor. Emer. Jun. dec. 740. in fine, & in Calaguritana Decimarum 14. Nov. 1698. §. Constito, cor Card. Priolo. Et propterea mul-
tò magis in nostro casu, & Civitate Fabriani ser- 39
vandæ sunt, dum ex supra animadversis eadem Synodales Constitutiones punctualissimè cum eadem Juris dispositione concordant.

Nec dicatur, quod Jus baptizandi Infantes, natos in alienis Parochiis, præscribi possit, quodque in nostro casu fuerit præscriptum, dum in præteritum omnes Parochiani nostræ Parochiæ baptizati fuerunt in Ecclesia Sancti Venantii, priùs Collegiata; & hodiè Cathedrali, exemplo Vaticanæ Basilicæ, cujus favo-
re hæc Sac. Congregatio die 15. Maii 1700. me scri- 40
bente, rescripsit -- *Manutenendam esse in possessioni*

baptizandi Infantes, *natos in omnibus Parochis Urbis*,
ut videre est *in libro* 50. *Decretor. fol.* 225.

Responsio enim in promptu est, observando scili-
cèt, quod respectu dictæ Vaticanæ, Basilicate, ultrà
consuetudinem legitimè, concludenterque probatam,
adducta fuerunt Privilegia Innocentii III. Eugenii IV.
Innocentii VI. & Sancti Pii Quinti à me indicata *in*
41 *Instit. Criminal. lib.* 1. *titul.* 10. *§.* 2. *num.* 139. In nostro
autem casu non solum non probatur, sed nec etiam
allegatur Privilegium aliquod, militans favore Ecclesię
S. Venantii, imò ex hac parte adducimus in oppositum
particularem legem, seu Synodales Constitutiones, vim
legis habentes, ex supra citatis.

Respectu verò consuetudinis, æquè cathegorica, &
legalis Responsio hæc est, quod solitum de præterito
practicatum ab Ecclesia Sancti Venantii, quando in
nostra non aderat Fons baptismalis, non potest ho-
diè allegari contra nostrum Parochum, dum hodiè in
illius Ecclesia; servatis servandis, erectus reperitur
dictus Fons baptismalis; Ea viva ratione, quod con-
suetudo, uti stricti Juris, extendi non potest, ne-
42 què de casu ad casum neque de tempore ad tempus,
ex firmatis per *Rotam decis.* 650. *numeris decimo ter-*
zo & *decimo quarto coram Bichio* -- *Consuetudo ex-*
tendi non debet de tempore ad tempus, *vel de ca-*
su ad casum, *sed accipi debet præcisè in casu* &c.
& *in parte* 12. *recent. decis.* 178. *numero quinto* ibi --
illa suffragari possit debet specificè, & *in individuo ca-*
sus controversi probari ad Textum &c. Et punctuali-
bus terminis consuetudinis, practicatæ tempore, quo
in una Ecclesia non aderat Fons baptismalis, quod
illa non extendatur ad tempus, in quo idem Fons,
43 servatis servandis, fuerit erectus, Authoritates, à
me citatæ *in tom.* 3. *part.* 1. *disceptatio* 27. *nu.* 43.
ibi -- *Consuetudo non potest extendi de casu non exi-*
stentiæ Fontis baptismalis in Ecclesia Collegiata, *ad*
casum, *in quo in illa hujusmodi Fons reperiatur*; *id-*
que ex natura, & *indole consuetudinis*, *quæ nunquam*
extenditur ultra illos terminos, *in quibus practicata*
fuit, *juxta animadversa per Purpuratum* &c.

Nec replicetur, quod etiam postquam nostra Eccle-
44 sia suum habet Fontem baptismalem, adhùc Baptismi
Sacramentum in Ecclesia S. Venantii administratum
fuit aliquibus ex nostris Parochianis.

Ultra quod enim laudem non mererentur artes il-
45 læ, cum quibus Parentes dictorum Parvulorum in-
ducti fuerunt ad illos baptizandos in dicta Ecclesia
de quibus *in nostro Summ.*

Respondemus, quod brevissimum tempus trium an-
norum, in quibus id ad praxim reductum fuit, medianti-
bus dictis illegalibus modis, ac partum laudabilibus,
artibus, non est aptum ad inducendam consuetudi-
nem, obligatoriam in futurum, ad quem effectum,
ultra actuum frequentiam, omninò concurrere debet
46 temporis diuturnitas, ex animadversis per *Alexand.*
consil. 131. *n.* 9. *lib.* 2. *Mascard. de Probation. conclusion* 424.
n. 2. & *sequen. Marescott. varia resolution. lib.* 2. *cap.* 100.
ac firmatis *per Rotam coram Cavaler. dec.* 125. *num.* 8.
& *in par.* 12. *recen. dec.* 278. *num.* 3.

Respondemus secundò, quod in Summario con-
cludenter docemus secundò, quòd post erectionem
Fontis baptismalis in nostra Parochiali Ecclesia, in
ipsa baptizatos fuisse centum sexaginta tres Infante
quorum numerus etiamsi esset longè minor, pror-
sus destrueret prætensam contrariam consuetudinem,
47 ad quem effectum sat esset, quod una, vel alia
vice id fuisset practicatum, egregiè *Rota*, post mul-
tos Concordantes, *in decis.* 140. *numero* 14. & 15.
coram Bichio, ibi -- *Vel saltem evertat consuetudinem*
pro Ecclesia della Solana, *ad quem effectum sufficit*,
quod semel contrarium fuerit observatum, *quamvis da-*
rentur mille actus prò eadem Ecclesia, *quia ad inducen-*
dam consuetudinem necesse est, *ultra legitimum tempo-*
ris lapsum, *uniformitas actuum*, *quam unicus actus con-*
trarius; *aut difformis excludit*, *Cagnolus* &c. Et in pun-
48 ctualibus terminis nostri casus egregiè observant *Autho-*
res à Me citati in tomo tertio parte prima disceptatio
27. *num.* 37.

Quæ reflexio eò majorem vim habere videtur in
præsenti, quia antiquissimum exercitium omnium alio-
rum actuum, omniumque aliarum Parochialium fun-
ctionum pro tempore præterito, & præsenti, est æ-
qualiter innegabile, ac pacificum respectu Parochiæ,
nostræ Ecclesiæ, ità ut interruptio solius actus bap- 49
tizandi, non ex alio motivo processerit, quàm ex de-
fectu materialis Fontis Baptismalis; In quibus circum-
stantiis, eo fortiùs, applicatur conclusio, quod, po-
sitis dictis omnibus aliis functionibus Parochialibus,
magis attendi debeat causa universalis earundem fun-
ctionum, quàm dicta omissio unius actus baptizan- 50
di, benè *Rota dec.* 3. *num.* 10. *apud de Prosper. de*
Teritor. separat. ibi -- *Adeòque minimè curandum veniat*,
an exercitia fuerit, & *quo modo in aliquibus casibus in par-*
ticulari, cùm prò illius conservatione in universum potiùs in-
spici debeat causa actus, *quam exercitium*.

Eodem prorsus modo, quo nostris temporibus id ob-
tinuit in Urbe Parochus Transpontinæ, Parochus San-
cti Francisci de Paula, Parochus Sancti Caroli ad
Catinarios, necnon Parochus Sanctæ Mariæ in Mon-
ticellis, quarum Ecclesiarum respectu concurrebant
omnes circumstantiæ præsentis casus, eo quia sem-
per iidem Parochi exercuerant cum eorum Parochia- 51
nis omnes alias functiones Parochiales, solo Baptis-
mate excepto, ex quo tunc non habebant Fontem
Baptismalem in eorum Ecclesiis; Quo deinde con-
structo, omnes dictarum Ecclesiarum Parochi hodiè
suis Parochianis administrant etiam dictum Sacramen-
rum Baptismi, ut in Urbe notorium est.

Prò quorum faciliori admissione non omittimus ob-
servare, quòd hodie sumus in terminis Fontis Baptis-
malis, bona fide, & cùm permissione Reverendissi-
mi Epicopi, necnon cum considerabili impensa con-
structi, decenter ornati; & optimè retenti, Teste Re-
verendissimo Episcopo in ejus Visitatione, de qua 52
in *nostro Summario num.* 6. ibi -- *Visitavit Fontem Bap-*
tismalem, & *librum Baptizatorum dictæ Ecclesiæ*, &
invenit benè ornatum, & *optimè recentium*; & propte-
reà eò fortiùs permittenda videtur illius recentio; Ma-
jori enim facilitate tolerantur jam facta, quam impe-
diantur futura, & turpiùs eiicitur, quàm non admit-
titur Hospes, iuxtà communiter receptum Axioma, 53
de quo *in cap. Quemadmodùm de Jurè juran.* & *notant*
Alexand. Consil. 213. *num.* 7. *lib.* 6. *Surd. cons.* 64. *nu.*
7. & *Cardinal. de Luc. de servitut. disc.* 4. *num.* 6. *disc.*
17. *eodem numero* ibi -- *Quia faciliùs impediuntur de-*
struenda, *quàm impediantur tam facta*, & *turpiùs eiici-*
tur &c.

Die 21. Junii 1732. propositis in Congreg. Conci- 54
lis duobus sequentibus Dubiis.

I. *An erectio Fontis baptismalis*, *facta in Ecclesia Pa-* 55
rochiali S. Blasii, *substineatur*.

II. *An liceat Parochiali Ecclesiæ*, *Cathedrali S. Venan-*
tii in ea baptizare Natos in alienis Parochiis etiam Fon- 56
tem baptismalem habentibus, *seu potiùs spectet privati-*
vè ad unumquemque Parochum, *habentem Fontem in sua*
Ecclesia baptizare Infantes propriarum Parochiarum.

Ad I. Responsum fuit *Negativè*. *Ad II. vero ser-* 57
vetur solitum, & *amplius*.

Repropositа die 22. Novembris 1732. ad I. respon-
sum fuit: *Recedendum à decis. Ad II. verò Dilata*. 58

Tertiò repropositа die 2. Maii 1733. *ad I. responsum*
fuit: *Standum esse in secundo loco decisis*, & *amplius* 59
Causa non proponatur. Ad II. *Præfigatur terminus a-*
liis Parochialibus Ecclesiis ad deducendum sua Jura in
Sac. Congregatione.

Quarto repropositа die 14. Novembris 1733. quoad
II. Dubium: *An liceat Parochiali Ecclesiæ*, *Cathedra-* 60
lis S. Venantii in ea baptizare Natos in alienis Parochiis,
etiam fontem baptismalem habentibus, *seù potius spectet*
privativè ad unumquemque Parochum, *habentem Fontem*
in sua Ecclesia, *baptizare Infantes propriæ Parochiæ* res-
ponsum fuit: *Negativè quoad primam partem*, & *affir-*
mativè quoad secundam.

Repropositа tandem die 20. Martii 1734. responsum
fuit: *In secundo loco* decisis, & Causa amplius non pro-
ponatur.

Quibus attentis, ferè Sacrilegium videtur hodiè,
Dubium revocare conclusionem, replicatis Oraculis 62
Con-

Congregatione Concilii, & punctualissimis Decisionibus Sacr. Rotæ constabilitam, quòd Fons baptismalis permittendus sit in omnibus Parochialibus Ecclesiis, in quibus cum decenti ornatu retineri potest; Multòque magis quando agitur de illo restituendo illis Parochialibus Ecclesiis, à quibus temporaliter ablatus fuit; Præcipuè quando id sequatur authoritate Sum-
63 mi Pontificis, ita ut communis fama sit, unum ex Sacr. Rotæ Auditoribus in illa Rota, in qua emanavit decisio *Romana Fontis baptismalis*, impressa supra, exclamasse, sibi videri nimis exorbitans esseque scandalosum, denegare Papæ in Urbe id, quod cuilibet Episcopo permissum est facere in sua Diœcesi.

DISCEPTATIO XXXIV.

Aquilana Nullitatis Censurarum

PRO

Bernardo Paglione, Abbate Monasterii Collis Madii Congregationis Cœlestinorum

CUM

Episcopo Civitatis Aquilæ

ARGUMENTUM.

Censuræ non substinentur, non dato congruo termino Reo ad comparendum, qui tempore habili protestatus fuit, repeti Testes pro informatione Curiæ examinatos Censuræ contra Abbates, non servantes Decreta Congregationis Rituum, sunt ferendæ, non latæ, Sententiæ, atque ad illam deveniendum est in subsidium tantùm, servatisque servandis.

IN Civitate Aquilana extat Ecclesia Monialium S. Mariæ Magdalenæ Ordinis Cœlestinorum in qua quoties recurrit annua Festivitas hujus Sanctæ; Abbates Collis Madii ejusdem Ordinis Cœlestinorum solent
1 pontificaliter Missam celebrare, prout pontificaliter etiam celebrare solent in Ecclesia Collis Madii, juxta consuetudinem, de qua ab anno 1699. usque in præsens de visu testantur plures Testes dati in Summario.

In Festivitate S. Mariæ Magdalenæ anni 1720. P. Bernardus Paglioni, Abbas Collis Madii juxta solitum accessit ad Ecclesiam prædictarum Monialium, sibi subjectam, sed quia Moniales rogarunt etiam Episcopum ejusque Vicarium, nec non Episcopum Bi-
2 tecten. ut earum festivitatem honorare vellent celebratione Missæ privatæ in Ecclesia, propterea eodem mane Festivo Missam privatam celebrarunt Episcopus Aquilanus, ejusque Vicarius, & Episcopus Bitecten. Deindè verò non contradicente, & conscio Episcopo Aquilano, prædictus Abbas pontificaliter celebravit.

Expleta celebratione Missæ Pontificalis Abbas remansit in Palatio Adriani de Alferiis Patritii Aquilani ad effectum celebrandi etiam secundas Vesperas; quando auditus est rumor, qui totam domum conturbavit, quod aderant Cursores Curiæ Episcopalis ad effectum
3 citandi personaliter Abbatem, & quia eidem D. Adriano visum est incongruum conturbare in propria Domo Abbatem Hospitem blandis verbis dimisit Cursores, qui citationem relinquerunt in Monasterio Collis Madii in manibus Religiosi hora 24. diei 22. Julii.

Fama tamen ad aures Abbatis detulit tenorem citationis qua ipse monebatur, ut infra terminum horarum 24. post præsentium, executionem, quarum octo pro primo, octo pro secundo, & octo pro tertio, ultimo, & peremptorio termino assignabantur, compareret in
4 Curia Episcopali hora consueta — *ad dicendum causam quare ab Administratione divinorum, & ingressu Ecclesiæ interdici non debeat*, ex eo quia *ausu temerario Jurisdictionem Episcopalem perturbare, & sibi metipsi appropriare non formidaverat*, & signanter in die 22. mensis Julii festo Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Eccle- 5
sia Monialium ejusdem nominis Civitatis Aquilæ sibi subjectarum contra formam, & mandata S. Cong. Rit.

Propter quam notitiam etiam antequam accederet ad videndam citationem in Monasterio executam Abbas voluntariè se abstinuit à celebratione Secundarum Vesperarum, & deindè reversus ad Monasterium, & perlecta citatione admiratus est de tali modo procedendi, quo usus fuerat Episcopus, cùm ipse nihil ausu temerario fecisset sequendo antiquum morem celebrationis Missæ Pontificalis, in dicta Ecclesia expleri solitæ per Abbates. Verum hoc non obstante die vigesima quarta ejusdem mensis Julii instetit Promotor Fiscalis pro affixione cedulonum contrà Abbatem ob lapsum terminum vigesimaquarta horarum, & Episcopus suum tulit decretum, in quo attenta interpo- 6
sitione amicabilium Compositorum mandavit supersederi per totum diem crastinum, qui erat dies 25. sed interim decrevit impinguari Processum, prout eadem die 24. impinguatus fuit Processus mediante examine aliorum Testium peracto absque citatione Abbatis.

Hinc Abbas videndo contra ipsum aggravari examen aliorum Testium, absque sui Defensione de Consilio proprii Advocati petiit ad formam Sacrorum Canonum, sibi concedi Terminum competentem ad effectum parandi defensiones suas, alias appellabat ad S. Sedem ibi — *Che il termine datogli di poche ore se li pro-* 7
roghi ad un termine sufficiente, servata forma Sacrorum Canonum, aliàs à non admissione, seu denegatione appellabat ad S. Sedem, quam instantiam, Episcopo non respondente, sub die 26. renovavit; Qui Episcopus tandem die 27. ejusdem mensis Julii admisit Instan- 8
tiam prævio Decreto his verbis concepto — *Attenta qualitate Causæ, & Facti, ex benignitate concessit, & prorogavit eidem R. P. Abbati Collis Madii terminum horarum 24. alias impartitum, qui currere intelligatur ab hora 14. currentis diei &c. intrà cujus terminum docere habeat prædictus P. Abbas quare interdici non debeat ab Administratione divinorum &c. aliàs dicto termino elapso, & nihil deducto, quod relevet, ad videndum hora immediatè sequenti, & deindè cum continuatione affigi Cedulones in forma.*

Quamvis contrà hujusmodi præcipitantiam debuisset Abbas prosequi appellationem ad Sedem, attamen die 28. ejusdem mensis Iulii hora 15. in puncto comparuit allegando, quod prævia protestatione brevitatis termini horarum, adhuc instabat pro Copia 9
Processus, seu Instantiæ Fiscalis, & pro repetitione per Testium Fiscalem examinatorum, aliàs à denegato examine appellabat ad S. Sedem solemniter protestando, quod appellatione pendente ad fulminationem Interdicti procedi non posset citrà notorium vitium attentati, & nullitatis, iterum appellando ad S. Sedem ibi — *Altrimenti da hora ne appella ad Sanctis-* 10
simum, ejusque Sanctam Sedem.

Post hujusmodi comparitionem, & undique legalem Instantiam se opponente Promotore Fiscali, & allegante, quod locus non esset repetitioni Testium, stante delicto notorio, quodque dilatio quærebatur donec à Romana Curia supervenisset inhibitio Episcopus præcipitavit ad sententiam Interdicti ab administratione Divinorum ibi — *Visa demùm monitione legitimè exe-* 11
cuta, ac termino iterùm ex his protracto, intra quem nil, quod relevet, pro parte Abbatis D. Bernardi Paglioni fuerit deductum, totoque perlustrato Processu dixit, & decrevit, quatenus oppositis pro parte ejusdem P. Abbatis minimè obstantibus, eo quia non est locus frivolæ oppositæ appellationi, fore, & esse in pœnam interdicendum, prout in præsenti decreto interdicit ip- 12
sum P. Abbatem tantùm ab administratione Divinorum, cujus absolutionem reservat Sacr. Congregationi Rituum, & propterea Cedulones in forma pro hujusmodi Interdicto relaxari, & locis solitis affigi mandavit.

Ad corrigendũ hujusmodi manifestũ excessum habetur hodiè recursus, mediante preinserto dubio in fine regiſtrã- 13
do quod attenta nullitate, & iniustitia negativè resol-

 V 2 vendum

vendum Censuras, seu Interdictum non substineri.

Et quidem contra hujusmodi Censuras, seù Interdictum obstat, & ingravescit numerosus cumulus nullitatum gravissimarum, quarum una sufficeret ad annullationem omnium gestorum; Etenim prima nullitas ex eo resultat, quod licèt juxta decreta Sac. Congregationis Rituum circa usum Pontificalium concessa fuerat Ordinariis locorum facultas etiam procedendi per Censuras contra Contumaces, & innobedientes
14 ibi -- *Possint imò debeant prædictos etiam per Censuras compellere, attamen istæ sunt Censuræ*, quæ non dicuntur latæ à Jure, & quæ ipso Jure incurrantur, ubi solum proceditur ad declaratoriam, sed sunt Censuræ latę seu ferendæ ab homine, ubi procedendum est in formam, & figuram se procedere debere agnovit Episcopus, scilicet ad Instantiam Fisci, & prævio examine Testium. In his autem terminis, certum est,
15 quod nulliter processit in materia assignationis termini, dum in prima citatione assignavit terminum horarum præfigendo horas octo pro quolibet ex tribus terminis. Posteà verò etiàm processit ad prorogationem, & quidem medio amicabilium Compositorum per alias horas 24. Et pariter deinde con-
16 tinuavit in strangulatione per horas, quando tamen in Censuras ab homine ferendas non proceditur, sic ut ad declaratoriam, sed terminus competens est assignandus per plures dies, qui iuxta praxim sunt
17 saltem sex, ut apud *Monacell. in Formular. for. Eccl. part. 3. tit. 1. formul. 10. num. 3.* alias excommunicatio remanet nulla veluti fulminata cum termino minus Brevi, & incongruo pro defensione Citati *Rota coram Cassador. decis. 6. n. 3. de Dol. & contumac. Vbert. de Citat. capit. 9. numero 535. & Monacell. in Formular. For. Eccles. part. 3. tit. 1. form. 10. num. 5.* ibi -- *At cautus, & circumspectus in hoc debet esse Judex, nam si juxta facti, & delicti speciem tempus præfixum, & præsertim in excommunicatione ab homine ferenda, esset nimis breve, & in congruum pro defensione Citati, monito esset nulla tamquam nimis eum arctans.*

Secundo hanc nullitatem aggravat comparitio per Abbatem facta in illa angustia termini assignati, in qua petiit Copiam Processus, seu Instantiæ Fiscalis, nec non instavit pro repetitione Testium, per Fiscalem examinatorum, & tamen denegata omni defensione, & spreta Instantia repetitionis Testium pro-
18 cessit Episcopus ad fulminationem Interdicti, quæ est alia gravior nullitas, dum angustiæ termini addita fuit etiam denegatio defensionum, quæ si non sine dubio inter alia consistebat in repetitione Testium ad instantiam Fisci examinatorum, qui nihil probant nisi citato Reo formiter repetantur iuxta receptissimam Doctorum sententiam, quod comparente Reo, & Instante pro repetitione Testium, si proceditur ad ulteriora, omnia, ex post gesta, remanent
19 nulla ex defectu probationis, ut probat *Farinacc. cons. crimin. 35. num. 38.* ibi -- *Quià licet Judex possit pro informatione sua circa delictum commissum recipere, & examinare Testes secreto in Camera, tamen tales Testes quidnam non probant, nec indicium etiam faciunt, nisi postmodum repetantur, & de novo examinetur Reo*
20 *citato* -- prout dixit *Angelus &c.* & concordant *Scanzarol. de Visit. Carcerat. lib. 2. capit. 6. num. 2. Honded. cons. 101. numer. 1. lib. 1.* idem *Farinac. de Testib. quæst. 27. nu. 139. Caball. resol. criminal. cas. 269. num. 15. Guazzin. ad defens. Reor. part. 1. defens. 20. capit. 21. numero primo Vermigliol. cons. 257. num. 1.* plenè *Raynald. vot. 120. num. 9. & vot. 175. nu. 7. in fine, & num. 8. Orill. ad Campan. resol. 20. num. 16. vers. Et propterea.*

Et propterea cùm Abbas intra terminum incongruum, in quo comparere non tenebatur, comparuerit petendo copiam Processus, & repetitionem Testium, qui veluti ad instantiam Fiscalis non citata parte examinati nihil probabant citra vitium nullita-
21 tis manifestæ non potuit Ordinarius fulminare Censuras contra indefensum, & denegatis defensionibus condemnare pæna excommunicationis, quæ dicitur gravissima, veluti mors Animæ, ut in fortioribus terminis, quod etiam in materia Immunitatis Ecclesiasticæ Testes sunt repetendi, quando Reus instat pro illorum repetitione, & periculum non est in mora sæpiùs decrevit Sac. Congregatio Immunitatis apud *Pignatell. tom. 4. consult. 92. num. 12. Ricc. in Synopsi Decret. Sac. Congregat. Immunit. verb. Censuræ §. Vicarii casus; in quibus Censuræ declarantur nullæ num.* 22
13. ibi -- *Item quando censurandi comparuerant intra terminum Monitorii, petentes copiam Processus ad faciendas, defensiones, aliàs protestando, & appellando, si ferantur Censuræ nullæ sunt.*

Excusatio autem adducta in instantia fiscali, quod ageretur de delicto notorio omni ex parte convincitur insubsistens; Aliud enim est, quod notorium fuerit ipsum factum celebrationis in Pontificalibus, aliud verò, quod Abbas ita celebrando, contravenerit decretis Sac. Congregationis, & fuerit verè contumax, & inobediens, in quo puncto erat audiendus in suis 23
iuridicis defensionibus, non autem præcipitanda Sententia interdicti ipso indefenso sub hoc prætextu notorii, ut respondit *Raynald. vot. 17. nu. 20. cum seqq.* ibi -- *Nec facit, quod fuerit patratum delictum sub meridie, & quod est notorium* -- quia de isto notorio non constat, & ideò ab allegante est probandus; Vltra 24
quod non facit notitiam in Principe, quoad omnes qualitates, de quibus vix constat in Processu, & *voto 99. n. 12.* ubi quod notorium debet esse tale, ut tergiversatione aliqua velari non possit, quod hic pænitùs cessat attentis excusationibus infradicendis, & con- 25
cordat *Farinacc. consil. 17. nu. 6. Rota post ipsum l. 1. consil. 10 decis. 15. num. 14.*

Præsertim verò, ubi agitur de notorio, ex quo dependet Decisio Causæ, tunc enim nihil iuvat aliquid esse notorium, nisi etiam notoriæ sint qualitates, & circumstantiæ, quæ scilicèt tales sint, ut nulla defensione, aut excusatione reum defendere possint, quo minùs contravenerit Legi, seu Constitutioni; & tamen in casu isto præter nudum factum celebrationis, non solùm nihil aliud notorium, sed immò Episcopus prohibuit, ne Abbas defensiones faceret, ut tradunt *Canonistæ in* 26
cap. Vestra de cohabit. Cleric. & Mulier, signanter *Butr. num. 30.* ibi -- *Vnde concludit Joan. Andr. & fuit dictum Innocent. quod si negetur notorium, vel allegentur circumstantiæ hoc factum habebit quoad Judicium naturam istam, nam dubium erat ratione negationis, & hoc respectu exigitur probatio notorij. Sperell. decis. 85. num. 34. & 35.* ibi -- *Quamvis enim conclusio ista sit in se vera plurimas, ut non tamen patitur limitationes, quarum prima est, ut non procedat in notorio facto transeuntis &c. secundo est, quando agitur de notorio,* 27
quod est probandum ad effectum decidendi Causam, *quia tunc debet semper plenè probari, Mascard. de probat. conclus. 1108. num. 13. Farinac. quæst. 21. sub. nu. 98. Scacc. de Judic. l. 9. c. 89. num. 89. & seqq.*

Tertiò accedit defectus citationis reflectendo, quod ultima prorogatio termini fuit Abbati notificata die 27. Julii hora 14. & terminus in ea præfixus fuit 24. horarum incipien. ab hora 14. Cùm autem die 28. ejusdem mensis hora 15. in puncto Abbas comparuisse allegando devenire non posse ad sententiam Interdicti, nisi concessa Instanti copia Processus, & repetitis ipso citato Testibus alias appellabat ex tunc 28
ad S. Sedem, stante hujusmodi comparitione, & respectivè appellatione intra terminum præfixum, necesse erat postea denuò citare Reum ad videndum se pronunciari excommunicatum, non obstante comparitione, & appellatione, eoque magis quando Promotor Fiscalis exceperat, non esse locum instantiæ Rei, sed deveniendum fore ad sententiam Interdicti, His enim concurrentibus non poterat Curia procedere ad Sententiam Interdicti, non præmissa alia citatione, ut in fortioribus terminis violate Immunitatis Ecclesiasticæ pluriès respondit Sacra Congregatio Im- 29
munitatis apud *Ricc. in Synopsi decret. ejusdem Sac. Congreg. verb. Appellatio num. 7. & 8.* ibi -- *Licet non obstante appellatione ob violationem Immunitatis Episcopus licite procedat ad ulteriora; Limita tamen si post interpositam appellationem cum protestatione, ferantur Censuræ absque nova citatione, tunc enim nullæ sunt* --

ut in

ut in Bisinianen. 18. *Novembris* 1687. *lib. Decretor.
Martell. pagin.* 181. *& in Conversanen.* 10. *Februarii*
1699. *lib.* 2. *decret. Valleman. pag.* 202. *& in Nar-
nien.* 2. *Decembris* 1698. *lib.* 2. *decret. Valleman. pag.*
189. *à tergo idem Ricciut in verb. Censuræ num.* 11. ibi --
*Item nullæ sunt, quæ fuerunt latæ post comparitionem,
vel interpositum protestatione, vel extra terminum pręfixum in Monitorio.*

Quartò. Censuræ, seu Interdictum non sustinetur
ex capite alteriùs nullitatis, dum citatio cadebat die
28. Julij hora 15. ut supra dictum est, unde Senten-
tia ferri debebat statim hora 16. vel 17. ejusdem diei,
& tamen lata extitit longe post cursum 30. horarum,
30 idcircò remansit nulla tanquam lata extra terminum
cadentis citationis, ut in terminis notant *Ridolphin.
in Prax. par.* 1. *capit.* 8. *num.* 155. *Gratian. discepta-
tio* 510. *n.* 9. *Raynald. vot.* 131. *num.* 3. *Rota coram
Cerr. decis.* 132. *num.* 26. *& dec.* 138. *num.* 4. *& seqq.
& Coram Bich. decis.* 63. *num.* 4. *& in Rec. dec.* 34.
num. 6. *part.* 9.

Quintò gravior nullitas consurgit, ex quo lata fuit
Sententia Interdicti in positivum spretum appellationis
interpositæ ad S. Sedem, ut patet ex instantia Fiscalis,
qui ad effectum denegandi defensiones Reo allegavit,
quod ille petebat dilationes, donec perveniret Inhi-
bito Curiæ Romanæ qua si quod recurrere ad Sum-
31 mum Pontificem ejusque Curiam esset delictum con-
trà *Text. apertum in cap. Novit. de Judic.* Unde cla-
rum remanet, tum propter præambulam istam ex-
pressionem Fiscalis, tum propter factum positum,
sententiam fuisse nullam, & attentam, ad quem ef-
fectum satis est probare; eam latam extitisse post in-
terpositam appellationem ad S. Sedem, quam impe-
32 dire non erat in facultate Ordinarii, sed iste absti-
nere debeat ab ulteriori Processu, ad *Text. in cap.
Dilectus* 52. *de Appellat.* cum semper præventiva ap-
pellatio suspendat Processum ad ulteriora præsertim,
quando Reus impugnat, & negat contraventionem
33 seu delictum, juxta *Text. apertos in cap. Licet, &
cap. Venerabilibus §. Sed, & si ex causa de Sente. ex-
com. in 6. cap. Dilecti il* 2. ibique *Abbas num.* 2. *de
Appellat. Scacc. de Appell. quæst.* 17. *lim.* 22. *n.* 47.
Gratian. discept. 17. *num.* 4. *&* 5. *Ventrigl. de Archie-
pisc. cap.* 119. *num.* 26. *& seqq. Alter de Censur. dis-
put.* 5. *lib.* 3. *cap.* 1. *lit. C. fol. mihi* 311. *Pignatell. con-
sult. Can. tom.* 2. *cap.* 60. *num.* 27. pleniſſimè *Thomat.*
34 *decis. Maceraten.* 18. *num.* 2. *cum seqq. Gonzal in cap.*
1. *de Cleric. Ecom. num.* 4. *vers. Idem erit si contra Ju-
ris ordinem proferatur Fagnan. in cap. Per tuas de
Sent. Excom. num.* 24. *&* 26. *vers. Quia appellans ne-
gat se commisisse delictum, & num. seqq. Suarez. de
Censur. disput.* 3. *sect.* 9. *& disput.* 4. *sect.* 7. *num.* 1.
& disput. 28. *sect.* 5. *num.* 3. *& disput.* 39. *sect.* 4. *n.*
3. & solemniter decisit *Sac. Congregatio Concilii in una
Savonen. Administrationis Operis pii* 10. *Maij* 1687.
35 *lib. Decret. fol.* 299. ibi -- *Sac. Congregatio Concilij cen-
suit suspensionem, aliaque gesta post appellationem in-
terpositam à Præposito non sustineri, & Præpositum
ipsam acriter esse monendum, quod non obstante sus-
pensione, quantumvis nulla, non abstinuerit à celebran-
do saltem, ob reverentiam* -- & in terminis punctua-
libus resolvit hęc Sacra Congregatio *in una Mediola-
nen. apud Card. de Luc. de Jurisdict. dis.* 31. *num.* 10.
ubi quod ex motivo attentatorum fuit resolutum In-
36 terdictum sustineri, quia quamvis Abbas Cassien.
S. Petri Inclusiatæ pontificaliter celebraverit con-
tra formam Decretorum hujus Sac. Congregationis,
attamen post interpositam ab ipso appellationem non
poterat Archiepiscopus Mediolanensis ad Interdictum
procedere.

Nullitatibus hactenus expositis accedit Injustitia
manifesta, quia Abbas nullam contraventionem fecit
Decretis S. Congregationis circà usum Pontificalium;
Etenim Congregatio Celestinorum habet eadem Pri-
vilegia concessa Congregationi Cassinensi, aliisque
37 Monachorum Congregationibus, ut in *Constit.* 26.
Urbani VIII. Bullar. Rom. tom. 5. Sicut ergo Abbates
Cassinenses habent usum celebrandi Pontificialiter in
Ecclesiis sibi subiectis, ut in *Constitutione Pii IV. la*

47. & apud *Barbos. in Summ. Constitut. Apostolicarum
collect.* 2. *num.* 3. ita etiam potuit Abbas Ordinis Ce-
lestinorum celebrare in Ecclesia Monacorum sibi su- 38
biecta in Festivitate ejus Tituli, ut de habentibus
usum Pontificalium statuitur in Decreto generali S.
Congregationis sub *Alex. VII.* 27. *Septembris* 1659.
impresso apud *Panimoll. decis.* 30. *adnotat.* 1. *per to-
tam*, quòd declaratur *in decis.* 710. *à num.* 12. *coram
Caprara* Ideòque nullam controventionem commisit
adversus hujusmodi decretum si Pontificaliter celebra-
vit in Festivitate Tituli, & in Ecclesia Ordini Ce-
lestinorum subjecta, ut tradunt *Tamburin. de Jur.* 39
Abbat. tom 2. *disp.* 14. *quæst.* 1. *n.* 3. *& disp.* 15. *quest.* 5.
n. 6. *Pignatell. consult.* 10. *n.* 4. *tom.* 10. *& Card. de Luc. in
adnot. ad Concil. disc.* 43. *num.* 21.

Eo magis autem, quando Abbas reperiebatur in
quasi possessione, & consuetudine celebrandi Ponti-
ficialiter in hac Ecclesia ab anno 1699. usque in prę-
sens hoc enim casu eo minus dici potest contrave-
nisse Decretis Sac. Congregationis, dum toties rei-
terari, & continuati actus celebrationis Pontificia- 40
liter in faciem Episcopi eos annuatim videntis, & to-
lerantis inducunt justam præsumptionem, quod no-
stri Abbates legitima facultate pollerent ad effectum
ita celebrandi; & quod celebratio facta semper fue-
rit citra ullam contraventionem Decretis S. Con-
gregationis, dum alias præsumi non valet delictum
in Episcopis, qui voluissent tolerare abusum, si ta- 41
lis fuisset *Rota in Pampilonen. Præbeminentiarum* 3.
Februarii 1700. *§. Et hæc certiora, coràm bon. me.
dell' Olmo, & in Compostellana Parochialis* 11. *Maii*
1716. *§. Itaque coram R. P. D. Cerro, & in Troiana
delationis Crucis super bono Jure* 10. *Decembris* 1708. *§.
Quidquid enim coram Aldrovando.*

Sed ubi etiam dubitari posset, an Abbas contrave-
nerit, necne Decretis Sac. Congregationis, semper
adhuc indubitatum, est, non potuisse circa manife-
stam Injustitiam procedi ad fulminationem Interdi- 42
cti, & Censurarum ex pluribus fundamentis, nullam
admittentibus legale responsionem.

Primum fundamentum est, quod ab anno 1699. us-
que ad 1720. Abbates hujusmodi celebrationes in Pon-
tificialibus expleverant, scientibus, & patientibus E-
piscopis, & signanter in duobus postremis annis 1719.
& 1720. ipse Episcopus hanc celebrationem ignorare non
potuit, dum anno 1719. ipse Episcopus fuit præsens huic
celebrationi, nec in minimo contradixit, ut testatur 43
Magistratus Sæcularis Aquilæ in *Summ.* ibi -- *d' essersi
sempre celebrato Pontificalmente dalli PP. Abbati di
Colle Maggio nella medema maniera, e forma che cele-
brò il P. Abbate D. Bernardo Paglioni delli* 22. *di Lugio
corrente anno nel Monastero di S. Maria Madalena, à
Lui soggetto, conforme ancora celebrò il medemo a* 29.
Agosto dell' anno passato 1719. *Pontificalmente nella Chie-
sa di Colle Maggio. Doppo l' arivo di Monsignor Ves-
covo, e suo Vicario Generale*, & cæteri ejusdem Ci- 44
vitatis ibi -- *Come nel dì* 22. *Lugio* 1720. *fù celebrata
la messa Pontificale dal P. Abbare D. Bernardo Paglione
nel Monastero delle Madri Celestine, sogette al d. P. Ab-
bate, e dal medemo nel celebrar la Messa non fu eccedu-
to in cosa alcuna, ma si Servì della maniera, e forma,
che anno tenuto i suoi Antecessori*, quibus Testibus om-
ni exceptione majoribus, & de facto proprio depo-
nentibus, plenariè deferendum esse probant nota Ju-
ra, de quibus *Rota decis.* 242. *n.* 3. *par.* 16. *& dec.* 326. 45
num. 3. *par.* 17. *rec. & coram Emerix Jun. decis.* 763. *n.*
2. *& coram Ludovis. decis.* 449. *num.* 7.

Dum itàque Abbas præcedenti anno 1719. celebra-
verat præsente, & approbante Episcopo, & sic et-
tiam in controversa celebratione anno 1720. in qua
præsens fuerat occasione celebrationis Missæ priva-
tæ, certissimum est, quod ille erat constitutus in bo-
na fide, & habebat justam causam non abstinendi;
sed continuandi in celebratione, quam ipse Episcopus 46
per tot annos & signanter anno proximè præceden-
ti permiserat citra ullam reclamationem, cum enim
sententia excommunicationis sit pæna gravissima,
imò maxima omnium pænarum &c. quæ sunt in Ec-
clesia, ut in *Can. corripiuntur vigesima quarta quest.*

 3. & no-

3. et notant *Sayr. lib. 1. casuum Conscientiæ cap. 3. & seqq. n. 13. Cartar. decis. crim. 70. n. 2.* Profectò non est inferendam, nec, citra Injustitiam inferri potest facienti actum bona fide, & iusta credulitate quæ excludit omne delictum, ut notant *Card. de Luc.*
48 *in Miscell. Eccles. disc. 12. num. 4. & disc. 20. num 7. Tamburin. de Iur. Abbat. tom. 2. disput. 15. quæst. 1. num. 6. Pignatell. Consult. 10. num. 4. tom. 10. Sperell. decis. 105. num. 19. & seqq. Navar. in Manual. cap. 27. num. 119.*

Secundum fundamentum, est quod agebatur de sententia non quidem lata à Jure, sed specialiter infligenda ab Homine, cùm decretum S. Congregationis solum det facultatem compellendi in obedientes, & contumaces etiam per Censuras, quo casu contra Abbatem
49 qui per tot Actus erat in bona fide celebrandi etiam cum scientia, & tolerantia Episcopi, non poterat iste post ultimam celebrationem ex abrupto illum excommunicare quia excommunicatio, ut rectè feratur ab homine adversus contumaces, & inobedientes requiritur, ut prius contraveniens, actum prohibitum, constituatur in contumacia per Canonicam monitionem, ut illum actum amplius non faciat, prout in casu isto tenebatur Episcopus preventivè ante celebrationem Intima-
50 re Abbati, ne amplius auderet Pontificaliter celebrare, deducendo ad notitiam, quod celebrare non posset, non obstante quod adesset consuetudo præcedens, aliàs permittendo quod celebret in sequelam tot aliarum celebrationum semper factarum non potuit ex improviso excommunicare celebrantem inscium & in bona fide existentem, quia censura hominis semper priùs requirit, ut quis constituatur in contumacia, & mala fide per monitionem præambulam, ne audeat hoc,
51 vel illud facere ut est *Text. in cap. Sacro de sent. Excomm. Pignatell. 19. num. 2. tom. 6. Cartar. d. Crimin. 61. n. 34. Sayr. de Censur. lib. 3. cap. 27. num. 33. Sperell. decis. 39. num. 31.*

Non poterat enim Abbas esse Propheta, & divinare, quod an. 1719. Episc. displicuisset quidquid placuerat per tot annos antecedentes, quoq; prohibitum foret in ultimo actu quidquid fecerat per tot actus præcedentes, idemque in illa die Festivitatis tituli Ecclesiæ, quando Episcopus accessit ad celebrandam Missam privatam debebat monere Abbatem, ne celebrare auderet. Pontificaliter,
52 deducendo ad ejus notitiam illarum prohibitionem, quam credebat resultare ex Decretis S. Congregationis, alias fuit quasi species proditionis scire, & permittere quod celebraret, & deinde statim post celebrationem devenire ad Censuras, quasi ipso Jure latas ex illo facto, & propterea in his terminis nunquam audita fuit excommunicatio magis improvisa contra existentem in bona fide, & prorsus ignarum de mutatione voluntatis Episcopi, cum Censuræ ferantur in contumaces & inobedientes, quales dicuntur illi tantum, qui mo-
53 niti, ut desisterent ad huc desistere recusant, & actum prohibitum faciunt *Card. de Luc. in Misc. Eccles. disc. 14. n. 14.* ibi -- *Cùm excommunicatio sit gravissima pœna &c. danda non est sine temeritate, & peccato à quibus quælibet Causa probabilis excusat -- Sayrus de Censur. cap. 18. num. 1. & seqq. Glos. in cap. Apostolicæ in verbo probabili de Cleric. excommunic. minist. Farinac. in Appendic. de Immunit. numer. 328.*

Presertim in casu isto, ubi nulla contumacia, aut temeritas considerari potest respectu Abbatis, qui ubi notitiam habuit Citationis sibi factæ ab Episcopo, statim abstinuit ab alio actu pomeridiano celebrandi secun-
54 das Vesperas in Pontificialibus tantum abest, quod ipse neque à longe scire, aut prævidere potuerit, quod stante longa possessione cum scientia, & patentia Episcoporum, ad huc celebrare non posset.

Tertium denique fundamentum consistit in eo, quod Decretum S. Congregationis solum concedit Ordinariis, ut possint, imò debeant predictos etiam per Censuras compellere -- ex quibus verbis assequimur, quod permissa non fuerit Ordinarii excommunicatio
55 nisi in subsidium, & post quam adhibita fuerint omnia alia remedia ordinaria, prout cavetur in *Concil. Triden. sess. 23. de Reformat. Navarr. in manual. cap. 27. num. 10. Card. de Luc. 12. Adnot. ad Concil. & disc. 43. num. 1. & Panimol. decis. 136. num. 11.* Ideoque non potuit Episcopus in principio Abbatem ignarum, & in Bona fide existentem fulminare pæna excommunicationis, sed præmittenda erant alia remedia, ut postea in subsidium contumax esset dignus gravissima pæna excommunicationis, cum illo dicto *etiam* apposita in Decreto includat priùs alia reme- 56
dia, & exprimat Censuras veluti remedium extraordinarium, & magis dubitabile ad *Text. in l. Etiam ff. de verb. signific. Rota coram Seraphin. decis. 530. n. 6. & in rec. decis. 721. num. 5. & 7. part. 2.* cum aliis apud *Barbos. diction. 112. num. 1.*

Die 15. Novembris 1721. per Card. Zondodarium 57
in Cong. Rituum proposito sequenti Dubio.

An Censuræ; sive Interdictum suspensionis à Divinis, latum ab Episcopo Aquilano contra Bernardum Taglioni, Abbatem Monasterij S. Mariæ Collis Madii 58
Civitatis Aquilæ Congregationis Celestinorum, sustineatur in casu &c. ad affectum &c.

Responsum fuit: Censuras, seu Interdictum non sub- 59
stineri, & ampliùs Causa non proponatur.

DISCEPTATIO XXXV.

Constantien. Juris deferendi Famulum in publicis Processionibus.

PRO

Capitulo & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Constantien.

CUM

Præpositis Ecclesiam Collegiatarum ejusdem Civitatis.

ARGUMENTUM.

Ecclesiastici, associantes Processionem, quando possint secum ducere adlatum proprium Famulum Consuetudo in functionibus Ecclesiasticis servanda est, tanquam Lex; præcipuè quando est antiquissima, vel immemorabilis, est sermo fit etiam de actibus Facultativis.

NOn controvertitur, & ad omnem abundantiorem cautelam concludenter probata fuit antiquissima, & plusquam centenaria consuetudo usque ab anno 1576. vigens in Cathedrali Ecclesia Constantien. ut ex una parte, illius Canonici in publicis Pro- 1
cessionibus totius Cleri (ultra alia signa distinctiva propriæ Dignitatis) ad latus secum ducant proprium Famulum, ex alia verò quinque Præpositi totidem Collegiatarum Ecclesiarum ejusdem Civitatis in dd. Sacris functionibus non associentur à propriis Famulis.

Hoc autem præsupposito, quæritur pro veritate, an Præceptum Episcopi Constantien. qui, talem antiquissimam, & plusquam centenariam consuetudinem servandam esse mandavit, à Præposito Ecclesiæ SS. Stephani, & Nicolai, substineatur, & servandum sit. Credere autem esse servandam, Habens enim pro se centenariam consuetudinem, non solum allegare potest præcisum pactum, Partium solemnem conventionem, & quemcumque alium meliorem titulum de Mundo, juxta phrasim Doctorum, & Sacræ Rotæ, 2
ut videre est apud *Thesaur. quæst. forens. 4. q. 47. n. 1. de Rota consult. 12. n. 40. Card. de Luc. de Regal. disc. 47. num. 8. & 9. & Rota decis. 318. num. 16. & 17. coram Priol. & decis. 36. nu. 40. cor. Ansald. & decis. 290. num. 29. part. 18. recent.* Sed ulteriùs allegare potest, & habere dicitur ad sui favorem totum id, quod Papa, & Imperator per viam gratiæ, vel justitiæ concedere solent, & possunt, sunt verba 3
Rot. in Tranen. Præeminentiarum 19. Novembr. 1717. §. Immemorabilis coram Ansald.

Præ-

Præcipuè in materia Processionum, in qua consuetudo habetur pro Lege, juxta animadversa per *Bordon. de Præcedent. num.* 248. *Tranched. consult.* 14. *num.* 1. *Panimoll. d.* 1. *annot.* 2. *numer.* 1. *& seq. & Rot. dec.* 785. *num.* 5. *par.* 18. *recent. & in Colonien. Præcedentiæ* 4. *Junii* 1706. *§. Quavis coram Muto.* Et in quibus in Episcoporum arbitrio, & facultate repo-
4 situm est, ea præcipere, & demandare, quæ ipsis magis propria, magisque congrua videntur quoad illarum Ordinem, Vias, associationes &c. juxta firmata per *Rota in Baren. Processionum super bono Jure* 22. *Junii* 1718. *§. Optima coram Herrera*, inter alias hodiè impressas coram eodem la 63. *n.* 5.

Non negantur hæc exadversò quia annumerari possunt inter prima principia materiæ Præcedentiarum, Processionum, aliarumque functionum, ad sacros Ri-
5 tus pertinentium, in quibus consuetudo, tanquam Lex, servanda est, sunt verba *Rotæ in Gerunden. servitutum super bono Jure* 23. *Februarii* 1731. *§. Nihilominus coram Card. Cincio*, & concordant aliis adductis *in decis.* 1083. *num.* 2. *coram Emer. jun.* & supra citati.

Sed respondetur, limitari in nostro casu, attento
6 quod sumus in terminis actuum facultativorum, in quibus etiam si per mille annos Homines se abstineant ab aliquid faciendo, semper remanet in facultate eorundem, illorumque Hæredum, & successorum in Officio, eosdem facultativos actus ad libitum facere, nisi probetur contradictio, succumbentia, & acquiescentia.

Admissa autem generali limitatione d. regulæ, constanter dicimus, quod illa procedit in terminis Or-
7 dinariæ consuetudinis; Secus verò, quando sermo est de consuetudine plusquam centenaria, quia respectu actuum facultativorum, per tantum temporis spatium continuatorum, nunquam præsumitur toties multiplicata spontaneitas, & facultativa qualitas, juxta animadversa per *Tondut. Resol. civil. cap.* 169. *n.* 8. *&* 9. & firmata per *Rot. in magistrali decis.* 543. *à numer.* 1. *usque ad* 10. *coram Bich.* quam novissimè sequuta fuit eadem *Rot. in d. Gerunden. servitutum super bono Jure* 23. *Februarii* 1731. *§. Quin urgeat cor. Card. Cincio*, ibi -- *Ipsa consuetudo, quæ reperitur introducta, cum continuata actuum multiplicitate per spatium temporis longævi, præsumere facit, eos gestos fuisse ex necessitate, circa quam receptissimam conclusionem uniformi calamo* concordant adducti *in d.* 85. *num.* 8. *p.* 5. *& dec.* 224. *num.* 7. *&* 8. *p.* 6. *& in Romana Alimentorum* 9. *Decembris* 1697. *§. Nec resistit, &* 23. *Junii* 1698. *§. Nec vim faciebat coram Ursino*, & *in Urgellen. servitutum* 15. *Martii* 1697. *§. Et hoc coram eodem*, & in præcisis terminis Processionum eadem *Rota in Romana Juris honorifici super possessorio* 24. *Martii* 1702. *§. Sicque possessio cor. Molines* inter alias ho-
8 diè impressas cor. eodem la 103. & coram *Benincas. d.* 125. *num.* 7. *&* 8. *& decis.* 124. *num.* 14. *ubi num.* 17. quòd in dubio actus nunquam præsumuntur facultativi, nisi talis qualitas concludenter probetur ab eo, qui in ea se fundat.

Respondetur pariter, limitari eandem conclusionem, attentos naturali illa libertate, qua quilibet
9 potitur utendi servitio, & assistentia proprii Famuli, ubi, & quando quis vult; Præciupè quando Sermo est de Personis nobilibus.

Sed responsio non tollit difficultatem, neque congruit nostri terminis, quia contrarius discursus procedit in Locis indifferentibus, circa actus profanos, & gestos in absentia, vel qualificatarum, vel illa-
10 rum, quæ non sunt superiores, neque habent majorem Dignitatem, in concursu illius, qui vult uti opera sui Famuli.

Nos autem sumus in terminis actus, seu functionis Sacræ, quæ proinde haberi debet ac si fieri in
10 Choro Canonicorum, dum Processio nihil aliud est, quàm Chorus ambulans ex adductis *in tom.* 3. *part.* 2. *discept.* 18. *num.* 53. *& seq.* In istis autem terminis & circumstantiis, non quæritur de nobilitate, vel aliis qualitatibus operantis sed de solo officio, seu Mu-
12 nere, quod in illa sacra functione repræsentatur, ut egregiè observat *Rot. in decis.* 419. *num.* 15. *& duobus seqq. part.* 9. *recent.* ubi, quod in nostri circumstantiis habetur solà ratio propriis Officiis, seu muneris *&c. num.* 17. subdit, quòd id indubitanter procedit quando concurrit Loci consuetudo, quę in hac materia maximè attendi debet, & quæ in nostro casu innegabilis est.

Quibus non adversatur reflexio, quod multi Præpositi Collegiatæ Ecclesiæ SS. Stephani, & Nicolai in præteritum secum duxerunt Famulos in publici Processionibus; Responsio enim in promptu est,
quod scilicet dd. Præpositi eodem tempore fuerunt 13
etiam Canonici Cathedralis, & propterea id referendum est majori Dignitati Canonicatus, & uniformitati cum suis Concanonicis, non autem nudæ, simplici, & inferiori qualitati Præpositurali, vigore illius reduplicationis Personarum, circa quem integrum composuit Tractatum *Carolus Antonius de*
Luca & habemus Textum literalem in leg. *Si Pa-* 14
ter 15. *§. Qui duas &c. de Adoption.* ibi -- *Fecit enim hoc, quasi quilibet, non quasi Alias* cum aliis concordantibus, sequutis *à Rot. in Leodien. Matrimonii* 20. *Januariis* 1714. *§. Ceterùm coram Ansaldo*, hodie impressa post 2. Tomum Miscellan. Pompeii mei Filii *dec.* 50. *num.* 30.

Pro quorum faciliori admissione est omni animadversione dignum, quod in nostra Civitate adsunt quatuor aliis Præpositi totidem Collegiatarum Ecclesiarum, quibus propterea Oppositoris exemplum posset excitare pruritum sequendi illius vestigia, & proinde ejus instantiæ adhærere; Unde & hoc etiam capite, & ad evitandam similem prætensionem eidem non videntur præbendæ begnigne aures, nedum quia prima exempla videntur habere speciem
iniqui, quæ contra singulos utilitate publica repen- 15
ditur juxta præcisa verba illius nimium noti Authoris, quem tacito nomine sequitur *Rot. in decis.* 308. *num.* 20. *coram Dunozett. Sen.* sed etiam quia esset dare locum & viam aperire novitatibus adversus nobilem animadversionem *S. Joann. Chrisost. in epist. prima ad Corinth. homil.* 7. ibi -- *Nihil magis animos perturbat, quàm innovare aliquid, & à consuetudine alienum facere*, quem sequuntur *Capon discept.* 115. *num.* 11 *& pluribus seqq.* & *Rot. decis.* 19. *in fin. apud Antonell. de Jurib. Cleric. & in Pampilonen. Manutentionis* 10. *Maii* 1706. *in fin. cor. Caffarello, & in Frisingen. Juris deputandi Curatos* 24. *Martii* 1713. *§.* 1. *cor. Ansaldo Nimis enim durum est immutare ea, quæ longo temporis cursu servata sunt*, juxta aurea verba *Rot. in decis.* 212. *num.* 3. *&* 4. *part.* 17. *recent.* Cujus veritatis congruum adducere solitus erat rationem, & stringentem congruentiam *Card. Jo.*
Gratias Millinus sequentibus verbis: *Le novità non* 16
dimostrano mai al primo aspetto tutte le difficoltà, che possono produrre, vedendosene tutto il dì molte, che promosse con ottimo fine, anno prodotti pessimi effetti quæ refertur Author ejus Vitæ, à quo illa transcripsit Pignatell. consult. 9. *num.* 12. *tom.* 11.

Poterat omitti exemplum S. R. E. Cardinalium, quos conspicimus habere Famulos ad latus eosque pa-
riter duci ab Episcopis. 17

Mirum enim in rei veritate est, quòd tali, tantaque intrepiditate factum in hac parte narretur, cum illa insigni alteratione, quæ omnium oculis exposita est: in publicis siquidem Proces-
sionibus Cardinales non ducunt ad latus Famulos, 18
sed verè regia majestate tibi illos præcedunt, & deinde subsequuntur nobiles Familiares & ultimo loco illorum Domini, quod non praticatur cum Famulis Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, aliorumque inferiorum Prælatorum, quòd est adeo novum, adeoque in Urbe notorum ut nulla indigeat ulteriori confutatione.

Poterat pariter omitti gratia qualificatio ventosæ, vanæ, & irrationabilis pretensionis presenti controversiæ, quæ non agitatur alio fine, quam gratia servandi ordinem, à Deo determinatum, & ab ejus Ministri practicandum in sac. Functionibus, quod
esse laudabile, & Juri concionum per hæc præcisa 19

verba

verba notant *Menoch. cons. 126. n. 1. Bordon. de Præced. num. 6. Carol. Anton. de Luc. ad Franc. observat. 138. num. 1.* ibi -- *Vanitatis, & ambitus, aut gloriæ cupiditas, materia non est præcedentia &c. quia non ambitu prima loca prætenduntur, quod damnatur in Evangelio Matthæi cap. 13. sed ut servetur ordo, & comprobentur à Deo ordinata, ut defendatur natura humana, quæ neque omnes inter summos, neque omnes inter novissimos constituit, Franc. de Eccles. Cathedr. cap. 33. à num. 9. Ricciardell. in Lyceo eccles. cap. 8. §. 3. à numer. 10. & Monacell. in Formul. tom. 4. fol. 99. num. 93.* ibi -- *Sicu-*
20 *ti condemnandi sunt, qui ambitu, & humanæ gloriæ cupiditate primos recumbitus, & primas Cathedras usurpare conantur, de quibus loquitur Evangelium Matthæi, ita laudandi sunt, qui de præcedentia, & majoritate contendunt, ut ordo, & consonantia inter Clericos, & Ecclesias particulares majori perfectione servetur.* Imò quod, nedum sit licita, sed omni Jure debita proprii Iuris defensio, & præcedentiæ propugnatio ex SS.
21 Patrum testimonio egregiè *Rot. in decis. 19. num. 1. post Antonetl. de Jurib. Clericor.*

Sacra Rota fuit in eodem sensu, ut ex sequenti decisione.

R. P. D. Rezzonico Constantien. Juris deferendi famulum in publicis Processionibus.

Veneris 2. Maii 1732.

AD tramites antiquæ consuetudinis in Civitate Constantiæ vigentis, Canonici Cathedralis Ecclesiæ, in signum Superioris Ordinis, & gradus in publicis Processionibus incedunt cum Famulo ad latus, privative, quoad Præpositos, & Canonicos Ecclesiarum, Collegiatarum, aliosque Ecclesiasticos in iisdem processioni-
22 bus intervenientes; Spreta autem hujusmodi veteri consuetudine Joannes Gualbertus de Goldenast Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Stephani, & Nicolai præfatæ Civitatis, nuper occasione cujusdam publicæ Processionis cum famulo ad latus incedere non dubitavit; Quia de re habito per Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis recursu ad Episcopum S.R.I. Principem Constantien., statim iste judicialiter mandavit eidem Præposito ut in proxima subsequenti Processione Sanctissimi Corporis Christi absque famulo ad latus interesset: Appellante autem Præposito ad Tribunal A.C. prodiit Sententia eidem favorabilis, verum devoluta causa ad nostrum Auditorium, propositoque per me in hodierna Audientia dubio; *An liceat Præposito insignis Collegiatæ SS. Stephani, & Nicolai Constantiæ deferre famulum ad latus in publicis Processionibus*; D. auditis Juribus Capituli Ecclesiæ Cathedralis Constantiensis, in contumaciam ipsius Præpositi comparere non curantis respondere non dubitarunt; *Pro Informante.* Ratio siquidem ita decidendi desumpta fuit ex eadem antiqua observantia vigente in Civitate Constantiensi, juxta quam Canonici Cathedralis Ecclesiæ in publicis Processionibus incedere semper consueverunt cum famulo ad latus, absque eo quod unquam alii Ecclesiastici ejusdem Civitatis hac prærogativa usi fuerint, ut deponunt Testes omni exceptione majores; In hac enim materia præminentiali ad dirimendas inter Ecclesiasticos controversias, unice attendi debet consuetudo, juxta Communem, & ubique receptam regulam, de qua, *Fagnan. in cap. cum certum num. 19. de Major., & obed. Francesc. de Eccl. Cathedr. cap. 33. num. 177. Antonell. de regim. Eccles. lib. 3. cap. 18. §. 1. num. 6. Clericat. discord. forens. part. 3. de Jurisd. discord. 10. num. 26. Piton. discept. Eccles. 76. num. 10. tom. 3., Rot. in recent. decis. 781. num. 5. part. 18., & in Novarien. Præminentiarum 26. Junii 1726. §. Ad augendum coram Reverendissimo Ratto.*

Libentius quia hujusmodi consuetudo non adver-
23 satur dispositioni Juris, sed potiùs est conformis; Congruum siquidem est, & aptissimum, quod Canonici Cathedralis majori polleant prærogativa, quam cæteri inferioris Ecclesiastici, Quemadmodum enim Canonici Ecclesiæ Cathedralis cæteros Civitatis Ecclesiasticos præcellunt in gradu, ac dignitate, ita ut Fratres, ac Collaterales Episcopi dicantur; unumque corpus cum eo constituant per *Text. in cap. Novit de iis, quæ fiunt à Prælat.* tradunt ibi *Abb. num. 1. Felin. in cap. Pastoralis de Offic. Delegat. Cassan. in Cathal. glor. Mundi part. 4. consil. 31. vers. sed intellige Lotter. de Re benef. lib. 2. quæst. 50. num. 52., Rucc. in prax. tom. 2. part. 2. regol. 392. num. 3.*, ità Juris dispositioni est maxime consentaneum, quod præfati Canonici Cathedralis in superiori ordine constituti aliquo majoritatis, ac præminentiæ signo, ab Ecclesiasticis Inferioribus discriminentur ex animadversis per *Francis. de Eccles. Cathedral. cap. 33. nu. 7. Pignatell. consult canon. 104. num. 2. tom. 4., Rot. in Burgen. præminentiarum coram bon. mem. Herrer. decis. 154. num. 6. & seq. & 26. Junii 1725. §. Quod Canonici coram bon. mem. Lancetta, & 7. Martii 1723. §. Si itaque coram Rever. Corduben.*

Atque hinc nullum obicem præbere visum, fuit, quod cum delatio famuli ad latus sit actus mere fa- 24
cultativus, non valeat Capitulum Cathedralis contra ipsum Præpositum, ex ejus non usu acquirere jus prohibitivum, nisi simul probaverit, quod Præpositi tentaverint in Processionibus cum famulo incedere, quodque fuerint rejecti, & subindè rejectioni acquieverint; Quandoquidem, & si delatio famuli in genere, sit actus communis, & facultativus in casu tamen præsenti, attentis supra relatis circumstantiis, diversimode videbatur dicendum, cùm enim ex antiqua, & memoriam hominum excedente consuetudine constet hanc delationem famuli adhibitam fuisse à Canonicis Cathedralis, in quamdam prærogativam, & majorem distinctionem debitam Ordini Superiori Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis Constantien. respectu Ordinis inferioris aliorum Ecclesiasticorum, utique dubitari non poterat in his terminis ex privativo exercitio talis actus diutissime observato, inductum fuisse jus præcipuum, & prohibitivum favore DD. Canonicorum, ita ut id expleri nequeat ab aliis in inferiori gradu existentibus, ut optime ad rem advertit. *Rot. in dicta Burgen. Præminentiarum 28. Junii 1723. §. Nec satisfaciebat coram bon. mem. Lancetta, & 25. Junii 1725. §. Neutiquam, & §. Hujusmodi, & 8. Martii 1727. §. Non relevante coram Rever. Ratto.*

Si ergò Canonici Ecclesiæ Cathedrali pro signo indicativo excellentioris gradus, ac distinctivo præ- 25
stantioris Ordinis ab inferiori, ex consuetudine usi sunt famulo in publicis processionibus privative quoad Præpositos, aliosque Ecclesiasticos Ecclesiarum Collegiatarum in eisdem processionibus interessentes, iure merito vetitum esse debet eidem Præposito Collegiatæ SS. Stephani, & Nicolai hanc alienam prærogativam occupare, tum propter iniuriam quandam, quæ irrogaretur dictis Canonicis, qui adepti sunt Ius, circa privativam famuli delationem, ut in simili ponderat. *Rot. in dicta Burgen. Præheminentiarum 25. Iunii 1725. §. Hujusmodi cor. Reverend. Ratto*, dum etiam propter non levem confusionem ordinum, & gradum, quę aliàs ex ipsa innovatione induceretur in dd. publicis functionibus, quævе evitari semper debet in Hierarchia Ecclesiastica ex animadversis per *Rot. decis. 252. nu. 23. part. 6. rec. in Gerunden. delationis Almutiarum 13. Januarii 1690. §. Ex quibus coram bon. mem. Hervault cum aliis in d. Burgen. Præheminentiarum 28. Junii 1723. §. Constito cor. bon. mem. Lancetta, & 25. Junii 1725. §. Unde cor. Rever. Ratto Episcopo Corduben.*

Potissimè quia isti actus fuerunt continuati per 26
tempus immemorabile, ut deponunt Testes adducti pro parte Capituli: Sicuti enim immemorabilis consuetudo tribuit facultatem allegandi quemcunque meliorem, & potiorem titulum iuxta *gloss. in cap. super quibusdam §. Præterea de verb. signif. libb. & Felin. in cap nobis de præscript. Rot. coram Burati dec. 874. num. 7. coram Priolo decis. 44. numer. 18 coram Emerix Iun. decis. 286. num. 4.* & præsumere facit omnes casus possibiles eadem *Rot. coram Eminentissimo*

Fal-

Falconer. tit. de benef. decis. 10. *num.* 8. ita hæsitandum non erat, quod Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Cathedralis possessionem cum qualitate coactiva, & Jus prohibitivum valeant allegare, ad firmata per *Cardin. de Luc. de regular. disc.* 51. *num.* 12. *Rot in recent. decis.* 101. *num.* 7. *& seqq. part.* 10. *in Essendien. præposituræ* 6. *Febr.* 1619. §. *Citra quod coram bon. mem. Cerro, & in Bononien. benedictionis super bono Jure* 9. *Martii* 1722. §. *ita cor. R. P. D. Calcagnino* ex ipsis enim multiplicatis actibus continuatis per spatium diutissimi temporis resultat etiam necessaria probatio Juris privativi favore possessoris, ut ponderat, *Rot. in cap. Ecclesia nu.* 55. *de caus. possess. & propriet. Rot. in recent, decis.* 224. *num.* 7. *part.* 6. *decis.* 136. *num.* 23. *& seq. part.* 17. *in Ilierden. Juris præscindendi in extractione Priorum* 27. *Junii* 1704. §. *Non obstante cor. cl. mem. Cardin. Scotto, & in Barchinonen. expensis* 10. *Decembris* 1731. §. *in Libello coram me.*

Non relevante, quod aliqui Præpositi Collegiatæ Ecclesiæ SS. Stephani, & Nicolai aliquando incessesserint
27 rint in publicis Processionibus cum famulo; Quandoquidem hac prærogativa solum usi sunt tempore, quo DD. Præpositi simul erant Canonici ejusdem Ecclesiæ Cathedralis; Hoc tamen nihil suffragari valet hodierno Præposito, & aliis, qui dicta qualitate Canonici Ecclesiæ Cathedralis sunt omnino destituti, ex traditis per *Card. de Luc. de Paroch. disc.* 38. *nu.* 19. *Rot. in dicta Burgen. Præheminentiarum* 28. *Junii* 1723. §. *Minusque, & §. Nullius cor. bon. mem. Lancetta.*

DISCEPTATIO XXXVI.

Nuscana Funerum

PRO

Provinciali Reformatorum S. Francisci, & Conventu Nusci

CUM

Parocho, & Clero Terræ Montellæ

ARGUMENTUM.

Loco subnectuntur sequentia Dubia.

I. *An, renuente Parocho Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Montellæ associare Cadaver ad Ecclesiam, à Defuncto electam, postquam idem Parochus pluries requisitus, recusat accedere, possint Regulares, absque illo, in propria Ecclesia illud associare, & sepelire.*

II. *An constet, Parochum d. Ecclesiæ, prætextu majorum Emolumentorum, occasione Funeris Ioannæ Lanbuccæ, noluisse associare ejus Cadaver ad dictam Ecclesiam.*

III. *An Censuræ, latæ à Curia Episcopali Nuscana contra P. Guardianum RR. PP. Reformatorum S. Francisci Terræ Montellæ, ex eo, quod ad suam Ecclesiam associavit d. Cadaver, sustineatur.*

IV. *An, accedentibus dd. Regularibus ad associandum Cadaver ad propriam Ecclesiam in exequutionem voluntatis Defuncti, Clerus sæcularis, invitatus ad hærede, incedere debeat sub propria Cruce. Vel potiùs sub Cruce Ecclesiæ regularis cumulantis.*

V. *An fuerit in libertate hæredis Ioannæ Lambuccæ invitare ad funus numerum Sacerdotum, sive sæcularium, sive regularium, sibi benevisum. Vel potiùs ex necessitate tenetur vocare omnes Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Montellæ in casu &c.*

VI. *An, non valentibus, vel non volentibus, dd. Religiosis associare Cadaver ad propriam Ecclesiam, possint illa expectare in Ianua ejusdem Ecclesiæ.*

VII. *An moriente aliquo Extero in Terra Montellæ, Parochus, titulo Funerum, possit petere ab hærede summam ad sui libitum; Vel potiùs aliam, regulandam à solito Civium, vel Taxa synodali.*

VIII. *An potuerit Curia Episcopalis Nuscana suspendere omnes ordinarios Confessarios, ser. ser. approbatos pro Ecclesia dd. Regularium.*

IX. *An eadem Curia, prætextu subreptionis eorum, quæ expressa fuerunt in Memoriali, Sacr. Congregationi porrecto, potuerit punctualiter non exequi illius Oracula.*

JOanna Lambucci, Uxor Laurentii Ruffini, in ejus Testamento, condito in Oppido Montellæ, Nu- 1
scanæ Diœcesis, die 2. Januarii 1727. injunxit eidem Laurentio ejus Viro, ut post ejus obitum illam, Habitu Religioso indutam, sepeliri faceret in Ecclesia PP. Reformatorum S. Francisci dictæ Terræ Montellæ.

Defuncta eadem pia Muliere in nocte, antecedente diem 11. Januarii eiusdem anni 1727. invitati fuerunt ab eodem Laurentio eius Viro, & hærede omnes Religiosi d. Conventus Sancti Francisci de Montellis, ad associandum Cadaver eius dilectissimæ Uxoris ad eorum Eccle- 2
siam, qui, non obstante magna temporis intemperie, ex quo cadebant de Cęlo nives, unitæ cum continua pluvia, ab eorum Conventu, distante ab Oppido Montellæ per spatium unius milliarii, per vias asperas, & aquosas, se contulerunt ad associandum Parochum, expressè pariter vocatum, & invitatum à dicto hærede.

Verùm multæ fuerunt ab eodem promotæ difficultates iuxta Parochorum morem, de quo Testis est *Rota d.* 75. *n.* 1. §. *super hoc tom.* 4. *inter Miscell. cor. Falcon. & observavi in tom.* 4. *p.* 2. *discept.* 19. *n.* 10. *impressionis Venetæ,* 3
omnes respicientes *densum Lutum*, iuxta phrasim *Habac. cap.* 6. & oppositæ dignissimo illo consilio Clementis XI. de quo *in Statuto Cleri Urbis fol.* 63. ibi -- *Esorta parimente nel Signore, ed incarica à tutti li sudetti Ministri Ecclesiastici di preferire al proprio interesse la carità del Prossimo, molto più se sarà alla loro cura commesso, considerando, che non deve essere temporale, ma eterna la mercede delle loro fatighe nelli Ministerii Ecclesiastici*; Et meritò, *quia Opera misericordiæ in associandis Defunctis ad* 4
Sepulcrum magis elucere debent in Ecclesiasticis, præcipuè Parochis, quam in cæteris Personis, sunt verba *Lantusc. in Theatr. Regul. verb. Exequiæ num.* 8.

Inter dictas prætensiones Parochi duæ erant principaliores, quarum prima concernebat magnam pecuniarum summam, ab illo proprio marte prætensam titulo Emolumentorum funeralium, Secunda verò respiciebat in- 5
teresse omnium Canonicorum dictæ Collegiatæ Ecclesię, pretendentium ad funus intervenire, licèt illi ab herede non solum non essent invitati, neque voliti, sed expressè reiecta illorum instantia.

Non attenta autem mediatione plurium Personarum, interpositarum ad dictum effectum, non fuit possibile eidem Heredi convenire, neque cum Parocho, neque cum Canonicis, dum isti iterum se declararunt, omnibus modis velle intervenire associationi Funeris. Circa verò summam, à Parocho prætensam; licèt idem heres ad redimendas vexationes (omni tempore exorbi- 6
tantes, & d. lugubri functioni penitùs improprias) exhibuisset quinque ducatos, illius exhibitio constanter reiecta fuit, non sine magno fastu, publicè, & palam se declarante Archipresbytero Bosco, Consanguineo, tam Parochi, quàm Vicarii Generalis velle octo ducatos pro quolibet passu, ut referunt Hieronymis Branca, Antonius Russo; & Roccus Cassa, Mediatores 7
ibi -- *Di bel nuovo richiese il detto Parocho &c. che cosa vorressimo; Rispose il Canonico Rubino: Fateci dare cinque ducati &c. Avendo ciò inteso il Rever. Arciprete, sbattendo il piede in Terra disse: Che cinque docati, che cinque docati? voglio otto docati la pedata.* Concordant Laurentius Rufinus hæres Defunctę. Januarius de Stephano alter Mediator. Petrus Allegrus Vespilio. Nec non Syndicus, & Electi Oppidi Montellę.

Durarunt huiusmodi Controversię per spatium trium horarum, in quibus repetitę pluries fuerunt protestationes, tam nomine Heredis, quàm Religiosorum, precesque Parocho porrectę pro associatione Cada- 8
veris piæ Mulieris ad Ecclesiam, à se electam, quas referunt multi Testes adducti in Summario, & concordat Episcopus in Relatione, huic Sagræ Congregationi transmissa usque à die 8. Martii 1727. ibi --

Fra-

9 *Frater Angelicus à Montellis , Guardianus &c. prote-
ſtatus fuit, ſe non poſse diù expectare, ac, niſi Pres-
byteri citò veniſsent , ſe poſse, ac velle, abſque Eorum
interventu, munus explere. Hæc quidam Ruſticus ,tan-
quam ex officio, aliquibus Canonicis nunciavit.*
Poſt dictum longum tempus, non valentes iidem
pauperes Religioſi, qui juxtà eorum Inſtitutum nu-
dis pedibus ad aſſociandam Defunctam ſe contule-
rant, longiori tempore permanere inter nivem , &
pluviam, novis præmiſſis proteſtationibus , Parocho
10 repetitis Cadaver dict. Mulieris ad eorum Eccleſiam
aſſociarunt, & ſepelierunt, inhærentes repetitis Ora-
culis hujus Sac. Congregationis, de quibus infra, ul-
timo loco à Bened. XIII. mediante ſpeciali Conſti-
11 tutione: *Parocho admonito, requiſito, & intimato per
Fratres, renuente accedere ad aſsociandum Cadaver in
Eccleſia Fratrum prædictorum , vel eodem ultra ſtatu-
tam pro delatione Cadaveris, horam, per diſcretum tem-
pus, quod nunquam unam horam excedere poſſit, expe-
ctato, nec accedente, Fratres prædictos Cadaver illud ,
invito etiam ipſo Parocho, levare, & ad eandem Eccleſiam
tumulandum, ne Dei ſervitium minuatur, & ipſi conte-
mnantur, recto quidem tramite, & via, per eos eligen-
da, deferre poſse, ac debere volumus, & ſancimus.*
Occaſione accepta ab hujuſmodi facto, concludenti-
bus, & authenticis Scripturis, ut ſupra comprobato,
12 atque replicatis Oraculis hujus Sacræ Congregatio-
nis, de quibus infra, conſorme, & à Papa, ut ſuprà
ſpecialiter canonizato, Alexander Boſco, Conſangui-
neus Parochi, & duorum Canonicorum præfatæ Ec-
cleſiæ Montellæ, de quo habetur mentio *in Nuſcana
Irregularitatis*, impreſſa in *Tom. 1. 2. diſcept. 5.*) in-
audita præcipitantia declaravit excommunicatum d.
P. Guardianum, & Veſpillones, cum immediata af-
fixione Cedulonum necnon Epiſcopus declaravit ſu-
ſpenſos ab exercitio audiendi Confeſſiones in noſtra
Eccleſia omnes illius Confeſſarios; olim ſer. ſer. ap-
probatos & de quorum religioſitate, bonis moribus,
13 & exemplari vita docemus in Summario. Ad colo-
randum verò eandem generalem ſuſpenſionem om-
nium Confeſſariorum eis ſubrogando P. Joſephum à
Montella, prorſus inhabilem ad dictum munus exer-
cendum , & ab eodem proinde ſtatim renuncia-
tum.
Adverſus hujuſmodi irregulares procedendi modos
duo habiti fuerunt Recurſus ad Urbem, & tertius ad
Curiam Salernitanam; Primus à Provinciali, necnon
Guardiano , & aliis Religioſis noſtri Conventus ad
hanc Sac. Congregationem, quæ ſub die 8. Februa-
14 rii 1727. ſcripſit Epiſcopo pro Informatione , quam
tranſmiſit die 9. Martii ejuſdem anni 1727. à Paro-
cho Adverſario procurata , mediante opera Vicarii
Generalis ejus Conſanguinei. Secundus à ſolo P. An-
gelico à Montella, Guardiano ad Curiam Archiepi-
ſcopalem Salernitanam, neque per umbram comple-
ctens prætenſiones Parochi, & Capituli , contentas
in dubiis, ſed unicè reſtrictus ad obtinendam abſo-
lutionem à Cenſuris, ſibi reſervando eodem tempore
15 facultatem recurrendi ad hanc Sac. Congregationem
ibi -- *per eſimerſi da tal ingiuſta moleſtia, riſervando li
ulteriori Ricorſi, e proteſtative* hoc eſt ad *Apoſtolicam
Sedem, quaſi ad Matrem, ut appellantes ad illam ejus
uberibus nutriantur, authoritate defendantur, & à ſuis
oppreſſionibus releventur*, ſunt verba *Textus in Can. Ad
Apoſtolicam 2. quæſt. 6.* ſequuti à *Rota in deciſ.* 890. *n.*
4. *coram Emer. junior.*
Quos ulteriores Recurſus deindè ſtatim interpo-
ſuit, recurrendo ad hanc Sacr. Congregationem, &
nunquam intermiſit , benignè obtinendo ab eadem
pluriès abſolutionem cum reincidentia, illiuſque pro-
rogationem, attentis contrariis oppoſitionibus, unicè
directis ad impediendam in hac Sac. Congregat. Dubio-
rum propoſitionem . Et tertius nomine Syndici, &
16 Electorum Oppidi Montellæ ad Congreg. Epiſcopo-
rum adverſus d. ſuſpenſionem omnium Confeſſariorum
noſtræ Eccleſiæ, quæ ſcripſit pariter eidem Epiſcopo
Nuſcano pro Informatione, eodem tempore ei injun-
gendo, ut d. P. Guardianum, adhærentem Inſtantiæ
dd. Syndici, & Electorum abſolveret per tres men-
ſes cum reincidentia, cujus Sacræ Congregationis E-
piſcoporum Oraculum exequi integraliter recuſavit 17
eadem Curia Nuſcana, abſolvendo d. P. Angelicum
per menſem dumtaxat, cum illa ampulloſa declara-
tione, *Che il Sig. Vicario aveva fatto bene di avere aſ-
ſoluto d. P. Guardiano per un meſe, però averebbe fat-
to migliore, ſe non l' aveſſe aſſoluto per niente.* Repli- 18
catis proindè aliis precibus ex parte dd. Recurrentium
eidem Sacr. Congregationi , hæc iterum injunxit ei-
dem Reverendiſſimo Epiſcopo punctualem exequu-
tionem contentorum in prima Epiſtola.
Circa hunc Recurſum ad dictam Sac. Congr. Epi-
ſcoporum, relinquimus partes illum proſequendi De-
fenſoribus dd. Syndici, & Electorum Oppidi Montel- 19
læ, qui illum interpoſuerunt.
Reſpectu verò principalis inſpectionis hujus Cauſæ ,
concernentis dubium , quod dedit motivum dd. irregu-
laribus operationibus Curiæ Nuſcanæ, an ſcilicèt, re-
nuente Parocho aſſociare Cadaver ad Eccleſiam Regu-
larium, poſſint iſti, illo invito, ad eorum Eccleſiam
deferre, poſtquam pervenit dicta Relatio Epiſcopi Nu- 20
ſcani, in Secretaria exiſtente, non omiſimus congruas
facere, & pluries repetere Inſtantias coram Secretario
pro concordatione, & ſubſcriptione Dubiorum , quæ
die 22. Novembris 1737. ſer. ſer. citato Laurentio Ma-
gnanimo, legitimo Procuratore Parochi, & Canonico- 21
rum, obtenta fuit, & ſucceſſivè fuerunt tranſmiſſa ei-
dem Magnanimo, qui exhibendo in Secretaria manda-
tum Procuræ Parochi, & Canonicorum die 20. Augu-
ſti 1727. fecerat in illa -- *Nihil Tranſeat*, niſi ipſo cita-
to , quive longè antea eadem Dubia dd. Canonicis trans-
miſerat, poſtquam ab hac Parte fuerunt ei amicabiliter
communicata.
Quia verò, abſque ullo Procuræ mandato, compa-
ruit, Agens Epiſcopi Nuſcani; & obtinuit declaratio-
nem Cauſæ, concernentis Excommunicationem P. An-
gelici à Montella, ſpectare ad Curiam Salernitanam,
illo proindè citato, uti prætenſo Procuratore dicti Paro- 22
chi, & Canonicorum, obtinuimus die 6. Decembris
1727. Decretum: *Proponatur Cauſa in primo poſt Reges ſub
Dubiis, jam ſubſcriptis, & interim pro abſolutione cùm
reincidentia ad alios duos Menſes* , poſt cujus notitiam 23
à Civitate Stabiæ, ſeu Caſtri Maris, ubi de præſenti
moram facit, pedeſter acceſſit ad Urbem dictus P. An-
gelicus; olim Guardianus Conventus Montellæ; Cùm-
que eadem Dubia proponatur hodie, illa videntur, ut in-
fra, reſolvenda.
Dub. I. *An , renuente Parocho Collegiatæ Eccleſiæ
Terræ Montellæ aſſociare Cadaver ad Eccleſiam, à Defun-* 24
*cto electam, poſtquam idem Parochus , pluries requiſi-
tus, recuſat accedere, poſſint Regulares abſque illo in pro-
pria Eccleſia illud aſſociare, & ſepelire.*
Affirmativa reſolutio hujus Dubii videtur indubitata,
uti innixa pluribus Oraculis Sacrarum Congregationum
ex quibus poſſent componi Volumina; Reſtringendo au-
tem ſermonem ad illa, emanata favore noſtræ Religio-
nis ità per viam legis generalis reſolvit *Sac. Congr. Epi-
ſcop.* referente illud per extenſum *Lantuſc. in Theatr. Re-* 25
gular. verb. Exequiæ num. 5. Ita etiam reſolvit *hæc Sa-
cra Congregatio in Novarien. Funerum, & Juriſdictionis*
15. *Martii* 1704. *ad ſecundum dubium* ibi -- *An dicta Ca-
davera deferri poſſint &c. abſque aſſociatione Parochorum,
& Cleri Secularis, poſt illorum monitionem ad intervenien-
dum funeri , & recuſantium : Ad ſecundum Affirma-
tive.*
Quæ tranſeunt hodiè in manifeſtam evidentiam ex di- 26
cta noviſſima Conſtitutione Benedicti XIII. quæ incipit
Pretioſus, in qua duo occurrunt notanda , & in noſtro
caſu præ oculis habenda.
Primum, quòd in illa determinatur tempus, in quo
Parochus expectari debeat à Religioſis, quod ibidem
præſcribit unius dumtaxat horæ, ibi -- *Quod tempus nun-* 27
quam unam horam excedere poſsit -- Et tamen in noſtro
caſu idem tempus fuit triplo majus, dùm Religioſi ex-
pectarunt per ſpatium trium horarum in illis, æquè du-
ris, & amaris circumſtantiis nivis, pluviæ, frigoris, &
derelictionis propriæ Eccleſiæ die Sabathi, Beatiſſimæ
Virgini dicati, quas comprobant Teſtes in Summa-
rio.

Secun-

Secundum verò, quòd adducitur, & canonizatur
in eadem Constitutione solidum, ac legale moti-
vum longo tempore non expectandi Parochum,
his verbis -- *Ne Dei servitium minuatur*, & *ipsi*
(hoc est Religiosi expectantes) *contemnantur* -- ;
28 Quod adamussim nostro casui applicatur, quia divi-
nus cultus insignem passus fuit diminutionem ab ho
ra 15. ejusdem dici Sabbati usque ad horam 18. quo
tempore in nostra Ecclesia nullæ celebratæ fuerunt
Missæ, nullusque adfuit Confessarius, eò quia omnes
Religiosi expectantes expectabant Parochum. Idem-
que Religiosi eodem tempore, nedum contemneban-
29 tur a Canonicis, *Sbattendo li piedi in Sagrestia*, &
se declarantibus, nolle accedere ad associandum Ca-
daver, nisi eis daretur summa octo ducatorum *per*
ogni pedata, sed ab omnibus, transeuntibus per Viam,
videntibus illos expositas frigori, nivi, & glaciei,
non ex aliqua urgenti, & pia causa, sed ex volun-
tariis, & insubsistentibus prætensionibus Parochi,
& Canonicorum, restrictis ad densum Lutum.
Dub. II. -- *An constet, Parochum dictæ Ecclesiæ*,
30 *prætextu majorum emolumentorum occasione Funeris Jo-*
annæ Lambuccæ, noluisse associare ejus cadaver ad d.
Ecclesiam --
Affirmativa pariter resolutio hujus Dubii non po-
test in controversiam adduci, ex quo in Summario
concludentissimè probamus, non ex alio motivo,
quàm prætextu dd. majorum Emolumentorum, Pa-
31 rochum noluisse associare Cadaver d. piæ Mulieris,
& Canonicos omnes velle ejusdem associationi in-
tervenire, contrà expressam hæredis voluntatem.
Imò, non sinè adstantium magno scandalo, Ar-
chipresbyter se declaravit, velle excessivam sum-
mam ducatorum octo ibi -- *Il Signor Arciprete*,
32 *sbattendo li piedi in Terra, disse, che cinque docati?*
che cinque docati? Voglio otto docati la pedata --
Crescitque in immensum exorbitantia huius con-
trariæ prætensionis, observando, quod in Terra
Montellæ non est relicta arbitrio Parochi summa il-
la, quæ ei debetur occasione Sepulturæ, dandæ Ca-
33 daveribus, sed est *di carlini cinque tantùm per Pec-*
cerillo, mascolo, o femina, che morirà da detti anni
sette in suso, insino alli anni dodeci compiti &c. e da
anni dodeci in suso debbano pagare lo Jus Mortuorum,
secondo il solito per quelli, che ce li vorranno, cioe
carlini nove al detto Capitolo.
Nulla facta distinctione inter Cives, & Exteros,
qualis erat Joanna Lambucci, quia ad nostrum ef-
fectum circa maiora emolumenta nulla omninò in-
ter eosdem adest differentia iuxtà innumera Oracu-
34 la omnium Sacrarum Congregationum, quæ refe-
runt *Passerin. de Stat. Homin. tom. 2. quæst.* 187. *art.* 4. *in-*
spect. 3. *observ.* 1. *num* 168. *Lavor. Lucubrat. canon. tit.* 2.
cap. 10 *num* 7. *Barbos. de Jur. Eccles. cap.* 10. *num.* 83. *lib.*
2. *Samuel. de Sepult. controv.* 4. *num.* 7. *Nicol. Instit. Civil.*
lib. 4. *tit.* 15. *de Sepult. num.* 22. *in fin.* & *Abb. Justinian.*
in Addit. ad Navar. fol. 12. *versic. pariter*, ubi in-
ter multas resolutiones Sacrarum Congregationum,
quas refert, & sequitur, adducit præcisa verba alte-
rius similis prætensionis Capituli Ecclesiæ Collegiatæ
Terræ Griptæ Minardæ Frequentinæ Diæcesis, quæ
35 rejecta fuit *à dicta Sacra Congregatione Episcoporum* 12.
Februarii 1677. ibi -- *A' preteso il Capitolo, e Clero di*
detta Terra di esigere per il di lui Funerale più di quel-
lo, che suole esigere dalle Persone, native del medesimo
Luogo &c. Questi Eminentissimi miei Signori, inerendo
alle dichiarazioni, con le quali à più volte riprovato si-
mile abuso, mi anno comandato d'ingiongere à V. S. come
faccio con la presente, a non permettere, che dd. Cano-
nici possino esigere più di quello, che suol pagarsi loro dal-
li Nativi del medesimo Luogo, e quando l'avessero già
esatto, V. S. lo faccia restituire --
Et propterea de se patet monstruositas prætensio-
nis Archipresbyteri, volentis summam decuplo majo-
rem illa, quæ debita ei erat ab hærede Joannæ Lam-
buccæ, neque se contentum declarantis prò excessiva
36 summa ducatorum quinque ad redimendas vexationes,
à Mediatore ei oblatorum, sed *sbattendo li piedi* ex-
clamantis -- *Voglio docati otto la pedata* --, ac si non
haberet in Mundo Superiores, ejusque voluntas staret
prò ratione.
Ultra quod, nedùm opponitur Christianæ pieta-
ti, sed repugnat ipsimet humanitati prætensio illa re-
tardandi Sepulturam Cadaveribus Christianorum ad
extorquenda majora emolumenta, ut dicitur *in §. Co-* 37
me anche Taxæ Innocent. impressæ apud *Pascucc. ad*
Pignatell. tom. 1. *fol.* 259. & exclamant *D. Gregor. lib.* 7.
Epist. 4. ibi -- *Ne de alieno luctu velle facere com-*
pendium aliquo modo quispiam tentet --, & *Cassiodor.*
variar. lib. 3. *Epist.* 19. ibi -- *Hinc quibusdam veniunt*
in pretium dolores, & miserabili sorte votorum cre-
scit ex humana morte compendium &c. Ne fraudan-
tur miseri inter acerba luctuum grata plorare dispendia
facultatum, aut urgeantur Patrimonia pro Mortuis pro-
dere -- Eandemque prætensionem millies reiecit hæc
Sacra Congregatio in Causis, relatis *à Passerin. de* 38
Stat. Homin. quæstion. 187. *art.* 4. *inspect.* 3. *n.* 166. *& seqq.*
ab Abb. Justinian. in Addit. ad Navar. in Summ. Bul-
lar. fol. 12. quibus addimus aliam huius Sacræ Congre-
gationis *in Anglonen.* 7. *Decembris* 1634. *lib.* 15. *Decret.*
fol. 130. & *in Novarien. Funerum* 15. *Martii* 1704. *ad*
5. *Dubium, ut in lib.* 54. *Decret. fol.* 93. quæ emanavit
per viam legis generalis favore nostræ Religionis ibi -- 39
An Parochi sub aliqua quacumque prætensione possint
differre, vel impedire, ne tempore debito Cadavera ad
sepeliendum deferantur ad quintum -- Negativè. --
Nec subsistit in facto, quod Parochus tempore,
quo fuit ab hærede invitatus, & à Religiosis nostri
Conventus vocatus, & interpellatus unacum aliis
Concanonicis, moram faciebat in Choro, ut nimis
insubsistenter dicitur in Relatione Episcopi ibi -- *Om-*
nes enim tunc temporis in Choro Laudes persolvebant; 40
Talis enim assertio destruitur ab omnibus illis Testi-
bus, qui dictum Parochum requisiverunt de quibus
in Summario asserentibus, illos invenisse *Discorren-*
do frà di loro in Sagrestia, e non altrimente, che aves-
sero recitato il Divino Officio, Ad quorum fidem au-
gendam possumus adducere verba illa, quæ de se ip-
so scripta reliquit *S. Joannes Apostolus Epist.* 1. *in* 41
princ. ibi -- *Quod audivimus, quod videmus oculis no-*
stris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectave-
runt, testamur, & annunciamus -- Destruitur etiam
ab illis verbis Relationis Episcopi -- *Hæc quidam Ru-*
sticus aliquibus Canonicis, tanquam ex Officio, nun-
ciavit. Si enim omnes Canonici tunc temporis sacras in
Choro laudes persolvebant -- iuxtà præcisa verba eius- 42
dem, nemo non videt, quod dictus Rusticus non po-
terat, neque in Choro, ubi sacras Laudes persolve-
bant, neque extra illum, dùm omnes erant in Cho-
ro, nunciare preces Hæredis, & protestationis Reli-
giosorum.
Non est autem novum, quòd fides non præste-
tur Relationibus Episcoporum; quando in illis nar-
rantur ea, quæ in facto non subsistunt, ut faciendum
esse firmavit, & practicavit *Sac. Rota in decis.* 2. *n.* 3. 43
de Sponsal. & Matrim. tom. 3. *cor. Eminentissimo Fal-*
conerio, & in Placentina prima Decembris 1704. *§.*
final. coram Omanna ibi -- *Neutiquam attenta Rela-*
tione Ordinarii Placentini, directa Sacra Congregationi
Concilii, in qua præsupponit &c. Ultra quod enim di-
cta Relatio manifestè erronea convincitur &c. & in Sa-
vonen. 10. *Decembris* 1706. *§. Quin attendenda sit*
Informatione per Episcopum facta in Sacra Congrega-
tione.
Estque in rei veritate prorsus futilis idem prætex-
tus, quià hæres defunctæ non invitaverat Capitulum,
sed solum Parochum, Et propterea etiamsi vera essent
ea, quæ leguntur in dicta Relatione, Canonici pote- 44
rant commodè eorum obligationibus satisfacere, re-
citando in Choro Divinum Officium, eo tempore,
quo Parochus suum adimplebat munus, vel ipsemet
associando Cadaver ad Ecclesiam, à Defuncta ele-
ctam, vel alium ad dictum effectum eius loco subro-
gando.
Minùs dicatur, quòd idem Parochus non tenebatur
tunc temporis funus associare, ex quo non adhùc erant
elapsæ duodecim horæ ab expiratione Mulieris, quæ
proindè non debebat tanta festinatione sepeliri, ut 45
dici-

dicitur in dicta Relatione Episcopi ibi -- *Vix ex duodecim horis, quæ inter mortem, & sepulturam intercedere debent, sex erant elapsæ* --

Hoc enim est æquè voluntarium, ac palmare æquivocum, & ita discurrere est pulverem proiicere ante oculos Judicantium, quia Instantiæ factæ, & pluries
46 Parocho repetitæ, respiciebant associationem Cadaveris ad Ecclesiam, non autem directæ erunt ad accelerandam sepulturam eidem Cadaveri immediatè post adventum ad Ecclesiam; Non esse autem præscriptum ullam tempus, præter nocturnum, ad adsportanda Cadavera ad Ecclesias, in quibus sepeliri debent, pun-
47 ctualiter favore nostræ Religionis resolvit hæc Sac. Cong. *d. Novarien. Funerum* 15. *Martii* 1704. *ad* 4. *dubium* ibi IV. *Ad Cadavera deferri valeant ad Ecclesiam quacumque hora diei. Ad* 4. *Affirmativè: Ante tamen solis ortum, & de nocte Negative, nisi de licentia Episcopi.*

Duplici autem motivo, non sine magna congruentia, Maritus Defunctæ volebat Cadaver dilectissimæ Uxoris de mane ad Ecclesiam deferre; Primò quia illa mortua erat in Caupona, inqua Caupo volebat dare locum aliis in suo Diversorio, qui nolebant mo-
48 ram facere cum Cadaveribus, minusque in illorum præsentia comedere, & bibere: Secundò ad hoc, ut possent Defunctorum Missæ celebrari in Ecclesia, eo tempore, quo in illo permanebat Defuncta, & supra illius Corpus peragi illas sacras lugubres functiones, quæ in omnibus catholicis Locis, juxtà Ecclesiasticos Ritus, practicantur.

Ultra quòd etiam si (adversus rei evidentiam) in facto subsisteret dicta necessitas sepeliendi Cadavera post spatium duodecim horarum, hoc super abundanter verificari poterat in nostro casu, observando, quod Defuncta ex vita discesserat circa *le ora sei di*
49 *d. notte* 11. *Gennaro* 1727. Et propterea illam sepeliendo hora 20. ejusdem dici 11. mensis Januarii, hoc est terminatis omnibus Missis, prò ejus anima celebrandis, sepeliri poterat quatuordecim, non autem duodecim dumtaxat horis inter ejus mortem, & sepulturam, ut patet Calculanti.

Non possumus autem breviori, concludentiori que modo ad oculum demonstrare insubsistentiam illorum verborum, quæ leguntur in denunciatione excommu-
50 nicationis P. Angelici, ex Guardiani *Ipsius Parocho penitus inaudito, ac irrequisito &c. propria authoritate Cadaver relictum in d. Monasterio sepeliendum curavit*, cui insubsistenti expressioni unicè innixa fuit eadem Excommunicatio. Quàm eidem opponere verba illa ejusdem Episcopi in d. ejus Relatione: *Hæc quidam Rusticus, tanquam ex officio, aliquibus Cano-*
51 *nicis nunciavit*, Quid significent verba illa, *tanquam ex officio* difficile erit ostendere, quia nullus Rusticus ex officio tenetur nunciare Parocho, ut accedat ad associanda Cadavera ad Ecclesias, circa quam veritatem concordant multi qualificati Testes in Summario. Non enim inter se compatiuntur dd. duæ in-
52 ter se oppositæ assertiones, quia si ab illo Rustico (gratis ubique prò tali denominato Episcopo) Canonicis nunciata fuit repetita protestatio, nomine Religiosorum facta Parocho, ad hoc, ut accederet ad associandum Cadaver, est evidenter insubsistens asserere id sequutum fuisse, *eodem Parocho penitus*
53 *inaudito, & irrequisito*; *Dictio siquidem* penitus *idem significat quod in totum, & ex toto* sunt verba *Rota decis.* 447. *num.* 4. *coram Seraphin.* & concordant *Marescot. variar. resol. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 6. ibi *Dictionis* penitus *natura est, ut omne etiam minimum excludat Grat. de Diction. dict.* 147. *num.* 1. & 2. ibi: *Dictio* penitus *idem importat, quod omninò, ex toto, & in totum &c. tanquam præcisa nullam recipit modificationem, aut limitationem, & non solum est exclusiva, sed minima reiicit.*

Subjungentes *cum Cassiod. lib.* 5. *epist.* 21. *pondus gravissimum esse propria voce convinci*, quod cum longè majori energia determinatur in *leg. Generaliter*
54 *Cod. de non numer. pecun.* sequuta *à Rot. decis.* 158. *num.* 11. *par.* 11. *recent.*

Adversus quæ non credimus exadverso adducendas aliquas contrarias Attestationes unius, vel alterius ex nostris Testibus; Isti enim, conscientiæ stimulis agitati, ingenuè declararunt modum, quo ab eis extortæ fuerunt, procurando nimirum illarum subscriptionem, absque eo, quod sciverint quid in illis contine- 55
retur, ut concludentur probetur in Summario respectu Petri de Allegro Vespillonis. Respectu Laurentii Ruffini, Mariti, & Hæredis Defunctæ. Et respectu Stephani de Januario. Quibus stantibus, relinquimus aliis judicandum, quænam fides danda sit dictis contrariis Attestationibus, tali improprio modo extortis, & an illarum respectu applicentur ea, quæ obser- 56
vant *Farinac. quæst.* 67. *num.* 111. *Guazzin. ad Defen. Reor. cap.* 13. *num.* 17. *defens.* 28. & *Rota Avenionen. dec.* 33. *num.* 1. & 2. ubi refert illud Virgilii: *Crimine ab uno Disce omnes.*

Ut autem manibus palpetur modus, quem tenet Cancellarius Curiæ Episcopalis Nuscanæ in examine Testium ad probandum id quod ei placet, exhibemus Minutam, manu D. Vicarii Generali Nusci confe- 57
ctum, continentem præcisa verba Testium, quæ deinde transcribit idem Cancellarius, facitquæ se subscribere Testes d. Scripturæ, ab ipso in formam examinis Testium redactæ, quòd adamussim practicatum fuit in nostro casu, ut ex recognitione dictæ Minutæ, manu ejusdem Vicarii Generalis compositæ, In hac etiam parte relinquentes judicandum; an modus iste sit plausibilis, & imitandus à Curiis Ecclesiasticis, vel potiùs ab illis penitus eliminandus, & à memoria Ho- 58
minum omnino delendus, *ut illi qui de eo notitiam habent, oblivíscantur ejus, & qui de eo notitiam non habent, ex præsentibus non instruantur* in simili dixit *Sixtus IV. in ejus Constit.* 17. §. 8. *in fine in Bullar. novi tomo primo.*

Dub. 3. *An Censuræ, latæ à Curia Episcopali Nuscana contra P. Guardianum dictorum Reformatorum Terræ* 59
Montellæ ex eo quod ad suam Ecclesiam associavit dictum Cadaver, sustineantur.

Negativa resolutio huius Dubii per necessariam consequentiam infertur ex affirmativa resolutione primi, & secundi: Posito enim ex animadversis in dicto primo Dubio, quod renuente Parocho associare Cadaver, licitum sit Regularibus propria authoritate illud 60
ad Ecclesiam deferre; Et ex probatis in secundo, quod Parochus noluit accedere ad associandum Cadaver Joannæ Lambucæ, nullo modo sustineri possunt Censuræ, sub diverso præsupposito, non minùs nulliter, quàm iniustè fulminatæ. Corruente enim supposito, corruit omne id, quod illi innititur, iuxta animadver- 61
sa per *Rot. decis.* 584. *num.* 12. *coram Dunozet. jun.* & *decis.* 274. *num.* 11. *part.* 17. *Recent.* & *decis.* 10. *numer.* 33. *apud Prosper. de Territ. Separat.* & *in Pacen. Funeralium* 15. *Maii* 1723. §. *Verùm coram de Gamach.*

Et tamen addimus ad solius materiæ ornatum; quod eædem Censuræ sunt evidenter nullæ ex claro iurisdi- 62
ctionis defectu, ex evidenti iniustitia, & ex ordine in illis non servato.

Quoad defectum iurisdictionis sat est observare, quòd illæ fuerunt fulminatæ contrà P. Guardianum S. Francisci Reformatorum, qui erat notoriè exemptus à iurisdictione Episcopi; Sine iurisdictione autem, non validum, sed nullum, & usurpatum dicitur sententia, & 63
Judicium, iuxta doctrinam *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 60. *art.* 2. *in corpor.* & animadversa per *Fagnan. in cap. Non potest num.* 6. *de Sent.* & *re judic.* ibi -- *Nota ex Textu, duo copulativè requiri ad validitatem sententiæ, scilicet justitiam causæ, & potestatem Judicantis* -- Et in du- 64
rioribus terminis sententiæ Excommunicationis, latæ à Nuncio Venetiarum, firmavit *Rot. in decis.* 83. *num.* 1. & *per tot. coram Coccin.* cum qua processit *Congregatio Episc. in Nullius Burgi S. Sepulchri* 25. *Februarii* 1701. *ad Relationem. Card. Coloredi*, declarando nullas Censuras, fulminatas ab Episcopo Burgi S. Sepulchri, ut videre est in *tom.* 2. *part.* 1. *discept.* 15. *num.* 9. & *per totam.*

Non attento prætextu turbationis iurisdictionis Parochi, mediante associatione Cadaveris sinè illius interventu; Quidquid enim sit in aliis casibus, de quibus non

non disputamus, hoc unum est indubitatum, quòd in præcisis terminis nostræ controversiæ, ex eodem prætextu Curia Nuscana nullam acquisiverat jurisdictionem adversus P. Guardianum, associantem Cadaver ad suam Ecclesiam, sine Parochi interventu, nolentis funus associare, ut in individualissimis terminis nostri casus favore nostræ Religionis resolvit *hæc Sacr. Con-*
66 *gregationis in Novarien. Funerum, & Iurisdictionis*, 15. *Martii millesimo septingentesimo quarto, ad decimum Dub.* ibi -- *An Episcopus Novarien. habuerit jurisdictionem in prædictos Fratres Reformatos prætensos delinquentes extrà Claustra, seu turbantes Iura Parochorum Ad Negativè.*

Quia verò idem Episcopus Novariensis, mitiùs procedendo in suo casu, ac fecerit Curia Nuscana cum nostris Religiosis, indicto casu, processerat con-
67 tra eos ad solum Interdictum in XI. Dubio quæsitum fuit; *An illud sustineretur*, quod fuit pariter resolutum *Negativè.*

Nec locus est hic inspectioni, an contrà Exemptos procedi possit ad denunciationem Excommunicationis de Jure, ipso facto incursæ, quia factum in no-
68 stris terminis non assistit, ex quo Episcopus processit ad declarationem, non autem ad denunciationem Excommunicationis, quæ nullibi legitur inflicta adversus Religiosos, Parocho recusante accedere, associantes Cadavera ad eorum Ecclesias.

Crescit vis dictæ injustissimæ Excommunicationis, observando, quod ad illam incurrendam, uti pœnam gravissimam, & maximam, requiritur dolus, nedum positivus, sed inexcusabilis, ut obser-
69 vant adducti per *Pignatell. tomo septimo, consultat. quadragesima quarta, numer. decimo quarto* & firmavit *Rota in decis. centesima sexagesima septima, per totam part. decima nona recentior.* ubi, Quod fundamentum Excommunicationis est contumacia in contemptum Clavium, quodque contumax dici non potest
70 ille, qui ex rationabili causa motus fuit ad non obediendum Episcopo, & resolvit *Sacra Congregatio Episcop. in d. Nullius, seu Burgi S. Sepulchri*, de qua supra.

Absque ulla prorsùs difficultate, ex quo hujusmodi rationabilis causa probè nota erat dicto Episcopo, ut
71 ipsemet testatur in dicta Relatione, ibi -- *Frater Angelicus &c. protestatus fuit, se non posse diu expectare, ac nisi Presbyteri citò venissent, se posse, ac velle, absque eorum interventu, munus explere* -- Ad quod demonstrandum pauper Religiosus, non obstantibus nive, pluvia, & frigore, nec sinè magno incommodo, adducere fecit à suo Conventu nimis distante
72 Libros, in quibus referebantur Oracula Sac. Congregationum, indicata supra, quæ omnia referunt Testes dati in Summ.

Debebat igitur Episcopus eandem veritatem recognoscere, antequam deveniret ad declarationem Excommunicationis, non autem inaudita præcipitantia
73 ad illarum fulminationem procedere, adversus dispositionem *Textus in can. Episcopus* 11. *quæst. tertia*, & *in can. Non in perpetuum* 24. *quæst. tertia* ibi: *Multi Sacerdotum culpam zelo Dei se persequi profitentur, sed, dùm indiscretè hoc agitur, Sacrilegi facinus incurrunt, &, dùm præcipites, quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multò magis in deterius cadunt*, ubi egregiè *Gloss. verb. Et dum præcipites ad excommunicandum; Iniquitas enim omnia præcipitat, Virtus autem lenta est, & omnium percunctatrix*, & concordat
74 *Div. Gregor. lib. duodecimo, epist. vigesima sexta* ibi: *Frequenter me admonuisse, vos recolo, ut in proferenda sententia esse præcipites nullatenùs debeatis*, & observant *Sperell. decis. quarantesima octava, numero decimo quinto, & Marchan. in Tribunal. Sacram. tomo tertio, tract. quarto, titul. primo, sect. secunda, quæst. secunda, concl primo, fol.* 82. & resolvit *hæc Sacra Congregatio in Lauden. Censurarum quinta Iunii millesimo septingentesimo* de qua *in tom secundo, part.* 2. *disc.* 15. *num* 17. *& seqq*

Plusquam tacitè admissa fuerunt hæc, sed insistitur
75 exadverso in eo, quòd nullitas dd. Censurarum cognosci debeat à Curia Salernitana, ad quam appellavit P. Guardianus; Hujusmodi autem prætextus non potest esse magis insubsistens, quia Appellatio, à d. P. Guardiano interposita fuit *protestativè semper, e per esimersi da tale ingiusta molestia, riservando li ulteriori ricorsi*, quos deinde Recursus immediatè interposuit, & prosequutus fuit coram hac Sacr. Congregatione; Protestatio enim præservat omnia Iura Protestantis, juxta notoria axiomata, de quibus *Dec. in capitulo* 1. *num.* 187. *de Iudic. Carleval. eod. titul. lib.* 1. *disput. secunda, quæst. octava, section. secunda, numer.* 995. *& Rota coram Emerix junior, decis.* 1031. *numer. sexto, & septimo.* 76

Fortiùs, quia resolutio hujus Dubii unicè pendet à resolutione primi, & secundi, quorum inspectio, neque per somnium delata fuit à P. Guardiano ad Curiam Salernitanam. Posito enim, quòd ab hac Sacr. Congregatione ad nostrum favorem decidantur 77
dd. duo priora Dubia, cessat utique omne fundamentum, cui innixa fuit excommunicatio; Imò posset dari Sententia contra Sententiam, procurando illorum resolutionem à diversis Tribunalibus, quod in- 78
conveniens omni Jure evitandum est *Ridolphin. in Prax. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 111. *& Rota decision.* 174. *numer.* 3. *part.* 9. *& decis.* 370. *numer.* 19. *part.* 19. *recent.*

Dub. IV. *An, accedentibus dd. Regularibus ad associandum Cadaver ad propriam Ecclesiam, in exequutionem voluntatis Defuncti, Clerus secularis, invitatus ab Hærede, incedere debeat sub propria Cruce; Vel potiùs sub Cruce Ecclesiæ regularis tumulantis.* 79

Dubium hoc fuit millies à Sacr. Congregationibus resolutum favore Ecclesiæ tumulantis, ut scilicet sub illius sola Cruce incedere debeat etiam Clerus Secularis, ab Hærede invitatus. Unicam admittentes in hac parte DD. limitationem à casu nostro prorsus alienam hujus regularis propositionis favore Ecclesiæ Cathedralis, cujus Clerus, si accedat ad Funus, illius Crux, & non alia Ecclesiæ regularis tumulantis, e- 80
rigenda est, ut videre est apud *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. capit.* 20. *numer. undecimo, Pignatell. consultat. numer. septimo, à numer. tertio, to. tertio*, juxta Romana impressionem *Monacell. in Formular. tomo primo, tit.* 5. *formular.* 7. *num.* 37. *& resolvit hæc Sacr. Congregat. in Aquen. Iuria Parrochialia* 9. *Iunii* 1708. ibi -- *Sub unica Cruce Ecclesiæ tumulantis, & in Civitatis Castelli Iuris funerandi* 16. *Aprilis* 1723. *ad* 5. *Dub* ita quotidie praticari videmus in Urbe vigore *Statuti Cleri c.* 8. *§.* 7.

Nec credimus in hac parte exagerandam exadverso contrariam Consuetudinem; Hæc enim nullatenus probatur in facto, & quatenus per insubsistentem hypothesim admitteretur, nullatenus attendenda esset. Multa enim per patientiam tolerantur, quæ si in Judicium deducantur, justitia mediante, permitti non 81
debent; juxtà disposita *in cap. Cùm jamdudum de Præbend.* & firmata per *Rota coram Coccin. decis.* 1552. *à numero vigesimo tertio, & in part.* 18. *rec. decis.* 2. *nu.* 12. *& seqq.*

Dub. V. *An fuerit in libertate Hæredis Joannæ Lambuccæ invitare ad Funus numerum Sacerdotum, sive secularium, sive regularium, sibi benevisum. Vel potiùs ex necessitate tenebatur vocare omnes Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Montellæ in casu &c.* 82

Quod idem Hæres vocaverit, & invitaverit in nostro casu solum Parochum, constans in facto est, ex 83
adductis in Summ.

Quod autem in his terminis omni Jure licitum sit Hæredi vocare, & invitare ad Funus Sacerdotes, sibi benevisos, est indubitatum, fuitque millies resolutum à Collegialibus Tribunalibus, ut respectu Sacr. Rotæ videre est *in decis.* 670. *numero decimo quinto coram Cardin. Caprar. & in Compostellana Praeeminentiarum vigesimo sexto Junii millesimo septingentesimo sexto. §. Hæc igitur coram Ansald.* Et respectu 84
Sacr. Congregat. videre est apud *Panimoll. decisione quinta, adnotat. tertia, num. septimò*, quibus addo aliam *Sacr. Congregat. Rituum in Vasen. secundo Augusti* 1698. *ad primum Dubium, in Lucerina Funerum* 22. *Septembris* 1702. *ad Relationem Cardinalis Sancti Clementis.*

Non attento, quòd Cura Animarum Terræ Montellæ resideat penes Capitulum, & actualiter exerceatur ab uno ex Canonicis. Hoc enim ad nostrum effectum nihil operatur, ut punctualiter resolvit *Sacr.*
85 *Congregatio Rituum in Arctina 13. Julii 1697.* referente *Matthæucc. in Official. Cur. Eccles. cap. 20. num. 10.* ibi -- *Non potest Capitulum, non invitatum, interveni-re Funeralibus, invitis Hæredibus, nec expensas Funerum pro qualitate Personarum defunctarum præscribere*, idemque resolvit pariter *hæc Sacr. Congregatio in La-*
86 *vellen. 16. Junii 1668. & in Cotronen. Juris funerandi 3. Septembris 1707. ad 8. Dubium*, de qua in *tom. 3. part. 1. discept. 12. num. 89.* ibi -- *An hæredes defunctorum teneantur invitare Capitulum in Exequiis: Negative.*

Dub. VI. *An, non valentibus, vel non volentibus*
87 *dd. Religiosis associare Cadavera ad propriam Ecclesiam, possint illa expectare in Janua ejusdem Ecclesiæ.*

Affirmativè resolvendum videtur præsens Dubium, juxta animadversa in specie favore nostræ Religionis
88 per *Lantusc. in Theatr. Regular. Vers. Exequiæ num. 6. & in Supplem. Verb. Associatio Cadaverum in princ. & Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. capit. 20. num. 1.* referentem plures resolutiones hujus Sacræ Congregatio-
89 nis, quibus addo aliam in *Auximana Associationis Cadaverum 17. Augusti 1708.* ibi -- *Non teneri Patres accedere juxta alias resoluta*, ut videre est in *tom. 5. p. 1. discept. 11. num. 7. & 8. & Tudertina Funerum 8. Augusti 1716. ad primum dubium* de qua in *dicta disc. 11. num. 44. & seqq.*

Dub. VII. *An, moriente aliquo Extero in Terra Mon-*
90 *tellæ, Parochus, titulo Funerum, possit prætendere ab Hærede summam ad sui libitum. Vel potiùs aliam, regulandam à solito Civium, vel à Taxà synodali.*

Probavimus supra circa primum Dubium, fuisse in nostro casu prætensam summam ducatorum octo, non acceptata exhibitione ducatorum quinque, cum illa ampullosa jactantia: *Voglio otto docati, la pedata*; Idq;
91 adversus claram conventionem, datam in Summario. Quod verum est, tam inter Cives, quàm inter Exteros, ex animadversis supra *§. Et addo resolutionem Sacræ Congregationis in Cotronen. Iuris funerandi*, de qua supra *ad secundum Dubium.*

Dub. VIII. *An potuerit Curia Nuscana suspendere*
92 *omnes ordinarios Confessarios, scr. ser. approbatos pro Ecclesia Regularium.*

Respectu interesse, quod habent in hac parte Religiosi nostri Conventus, dicimus, id non fuisse per-
93 missum Episcopo adversus disposita in *Constit. 7. Clement. X. §. 6. Bullar. novi tom. 6.* ibi -- *Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, nullatenus posse.*

Non attenta deputatione P. Josephi à Montella; Iste enim, stantibus ejus senectute, & continuis infirmitatibus modestè se excusavit d. munus exercere posse, ad quod antea ex eisdem causis non fuerat deputatus, & propterea perinde est, ac si deputatus
94 non fuisset, juxta animadversa per *Surd. cons. 3. à num. 12. & decis. 51. num. 21.* & firmata per *Rota dec. 650. n. 4. p. 18. rec.*

Dub. IX. *An eadem Curia, prætextu subreptionis eorum, quæ expressa fuerunt in Memoriali, Sacr. Congr.*
95 *porrecto, potuerit punctualiter non exequi illius Oracula.*

Non negamus, posse dari casus, in quibus Rescripta, & Gratiæ, à Sacr. Congregationibus obtentæ, non mereantur exequutionem, ex defectu subreptionis, vel obreptionis; Sed constanter dicimus, quod in his terminis non est permissum Episcopis se facere Superiores, & punctualiter Sacr. Congregationibus non obedire, sed recurrendum est ad easdem Sacr. Congregationes, quæ Gratias concesserunt, ex
96 adductis per *Scacc. de Appellation. quæst. prima, numer. 8. & 9. & Ioann. Ferrar. eod. tit. lib. 2. capit. 5. num. 138.*

Attenta præcipuè duplici circumstantia quæ in nostro casu concurrit; Prima, quia prætensa subreptio, non solum non erat clara, sed prorsus insubsistens, & propterea eò minùs sub tali insubsistenti prætex- 97
tu poterant non exequi Sacr. Congregationem Rescripta ex firmatis per Rota in *Romana Præcedentiæ decima secunda Decembris millesimo septingentesimo vigesimo quarto. §. Stabilita cor. Cerro.*

Secunda verò, quia idem Rescriptum, non erat Litis decisionum, sed merè provisionale, importans simplicem absolutionem cum reincidentia, per tempus trium mensium, quibus durantibus poterat Episcopus adduceret quidquid ei videbatur ad demonstran- 98
dam dictam prætensam Subreptionem.

Aliàs, si quilibet Episcopus nolit punctualiter non exequi Sac. Congregationum Oracula, prætextu Subreptionis, actum erit de illa veneratione, quæ eis debetur, quæve quotidiè præstatur ab omnibus Collegialibus Tribunalibus Urbis, & præcipuè ab illo Sacr. Rotæ, ut ipsamet testatur in *decis. decima octava, numer. sexto, coram Cerro, & decis. 55. nume-* 99
ro secundo, coram Benincas. & decis. 72. numero septimo, coram Ansald. & decis. 694. numer. 2. cor. Card. Caprara.

IN EADEM CAUSA.

Remissa Sabbathi 13. Martii 1728. judicio hujus Sacrosancti Senatus decidenda inspectione, an præsens Causa remitti debeat ad Curiam Metropoli- 100
tanam Salerni, vel illa cognosci debeat in hac Sacra Congregatione, est omni observatione dignum, quod ex facti serie, supra fideliter exposita authenticis documentis comprobata in *Summario* resultat.

Quod Curia Episcopalis Nuscana devenit ad declarationem excommunicationis P. Angelici à Montella ex Guardiani Conventus dictæ Terræ, ex quo, penitus inaudito, ac requisito Parocho, cum suis 101
Religiosis associavit Cadaver Joannæ Lambuccæ ad Ecclesiam proprii Conventus.

Quòd adversus dictum gravamen duo habiti fuerunt contemporanei Recursus, unus ad hanc Sacr. Congregationem nomine Religiosorum dicti Conventus, & P. Provincialis, cum adhæsione Procuratoris Generalis nostræ Reformationis, ut constat ex 102
Procuræ Mandatis, originaliter exhibitis in manibus Secretarii. Cujus Recursus vigore ab hac Sacr. Congregatione usque à die octava Februarii millesimo septingentesimo vigesimo septimo, scriptum fuit Episcopo Nuscano pro Informatione, quam, auditis Partibus, transmisit die 8. sequentis mensis Martii ejusdem anni millesimo septingentesimo vigesimo septimo. Alter verò à dicto P. Angelico ex Guardiano ad Curiam Metropolitanam Salerni, *per esimersi da tal'* 103
ingiusta molestia, riserbando l' ulteriori Ricorsi, & protestative semper, à qua obtinuit absolutionem per mensem cum re incidentia, pluries deindè ab hac Sacra Congreg. prorogatam.

Quòd denique, servatis omnibus servandis, citato Laurentio Magnanimo, qui die 12. Augusti 1727. quando fecit solitum *Nihil transeat* in Secretaria, in illa exhibuit Mandatum Procuræ (quod hodiè in eadem Secretaria non reperitur) Parochi, & Cleri subscripta, & intimata fuerunt Dubia, in principio impres- 104
sa, cum successivo Decreto ejusdem Secretarii sequentis tenoris; *Proponatur Causa in prima post Reges sub Dubiis, jam subscriptis*, obtento die 6. Decembris 1727. citato Xaverio Musti, novo Procuratore Parochi, & Cleri.

Ex quibus cum omni legali fundamento videtur rescribendum, Causam esse proponendam, & decidendam hac Sacra Congregatione, vel saltem, suspensa resolutione tertii Dubii, expectetur exitus, & re- 105
solutio aliorum.

Attenta congrua instantia dicti Conventus; & Provinciæ, tempore habili coram hac Sacra Congregatione interposita, cum adhæsione P. Procuratoris Generalis; nec non attenta appositione manus hujus Sacræ Congregationis, nedum mediante dicto Rescripto *Pro Informatione*, sed etiam pluries repeti- 106
ta prorogatione absolutionis, cum reincidentia,

unacum

unacum Relatione Episcopi Nuscani circa d. dubia hic Sac. Congregationi transmissa, Canonicis auditis; attenta illorum subscriptione, & intimatione, à Secretario obtenta, citato, & intimato legitimo Procuratore Canonicorum Adversariorum; Attento d. Decreto, ut Causa proponeretur, ut supra sub
107 Dubiis iam subscriptis. Attenta demùm illa legali reflexione, quod resolutio dictorum Dubiorum debet firmare statum pro similibus futuris casibus in omnibus Ecclesiis nostræ Religionis, quod unicè sperari potest ab Oraculo hujus Sac. Congregationis, quod vim Legis obtinet ex vulgatis.

Quibus non obstat unica contraria exceptio, quod cùm ad dictam curiam Salerni interposita fue-
108 rit appellatio à d. P. Angelico ex Guardiano, ad illam videatur hodiè Causa remittenda.

Obiectum enim non subsistit in facto, & in omnem casum, non relevaret in Jure. Non subsistit in facto, in quo constans est, quod inspectio primi, & principalis Dubii, à quo dependet fundamentum excommunicationis, neque per somnium introducta fuit in Curia Salerni, sed unicè introdu-
109 cta fuit, & ab anno, & ultra pendet coram hac Sac. Congregatione, à qua proinde decidi debet, vulgatis Juribus apud *Barbos. axiom. trigesimo secundo numer. primo*.

Fortiùs, quia eadem excommunicationem lata fuit (sunt ejus verba præcisa) *eo quia in præjudicium Juris-*
110 *dictionis Parochialis Ecclesiæ, ipsius Parocho penitus inaudito, & irrequisito*, associatum fuit Cadaver Joannæ Lamauccæ ad Ecclesiam Religiosorum. Quod in facto nullam habet subsistentiam.

Eo igitur ipso, quod circa dictum Dubium probamus concludentissimè, quod dictus Parochus fuit ter requisitus. Quodque nostri Religiosi illum summa patientia tempore nivis, ac pluviæ expecta-
111 runt per spatium trium horarum; Remanet manifestum, quod insubsistentia ejusdem excommunicationis palpetur manibus, quodque resolutio primi, & secundi Dubii, omninò præcedere debeat declarationem validitatis, vel nullitatis dictæ excommunicationis, innixæ dicto supposito, penitus insubsistenti.

Absque ulla prorsus difficultate præ oculis habendo manifestam nullitatem dictæ excommunicationis ex alio æquæ evidenti capite, uti latæ contra eun-
112 dem Ex-Guardianum, notoriè exemptum à Jurisdictione Episcopi Nuscani, ex adductis supra. Quibus addimus *Rainald. observ. Crimin. Tomo 3. ad capitulo 32. suplet. 4. à num. 31. & Pignatel. consult. 10. numero 3. Tom. 7.* Non attento prætextu usurpationis Jurisdictionis Parochi, ex qua dictus Epis-
113 copus effectus fuerit Judex competens. Id enim nullo modo subsistit, ut probamus ex punctualissima resolutione huius Sacræ Congregationis *in Novarien. 11. Martii* 1704. ibi -- *An Episcopus Novarien. habuerit Jurisdictionem in prædictos Fratres Reformatos, prætensos delinquentes extra Claustra, seu turbantes Jura Parochorum. Negativè*.

Minùs eadem Appellatio P. Ex Guardiani relevaret in Jure, uti interposita cum illa expressa protestatione *per esimersi da tal ingiusta molestia, riser-*
114 *bando l' ulteriori Ricorsi, & protestativè, semper*, quæ operantur, ut nullum in dicta qualificata Comparitione fieri possit fundamentum ex adductis in *deci. 1031. num. 6. & 7. coram Emer. jun.*

Sed quando etiam; adversus rei evidentiam, talis rotunda qualificata protestatio non adesset; Adhuc nullum apta esset afferre præjudicium Juribus Conventus, Provinciç, & Religionis circa propo-
115 sitionem, & resolutionem dictorum Dubiorum, Appellatio ejusdem P. Ex-Guardiani ad dictam Curiam Metropolitanam Salerni, procedendo in hac parte cum illa distinctione, in his terminis ab omnibus Doctoribus amplexa, & à Collegialibus Tribunalibus quotidiè approbata, quod, quidquid fit in omittendo, nunquam in committendo præjudicium ali-

quod inferri potest Principali, absque speciali mandato, ex firmatis per *Rot. in dec. 75. num. 3. cor. Ludov.* 116
& dec. 231. n. 21. & seqq. part. 18. rec. & in Romana Manutentionis 12. Junii 1686. §. Sed neutrum cor. Card. Caccia, ibi -- *Vera est distinctio, quod Procurator absque speciali mandato potest in omittendo præjudicare suo Principali, non autem in committendo*.

Quæ si procedunt in terminis Procuratoris secularis, habentis amplissimum generale mandatum procuræ, juxta terminos, in quibus loquitur Rota, ubi proximè; Multò magis habent locum in casu dicti Religiosi, simplicis Guardiani, ut in fortioribus terminis Provincialis, qualificando pro nimia simplici- 117
tate prætensionem contrariam firmavit *Rot. dec. 44. nu. 11. & 12. part. 7. rec.* ibi -- *Nec obstat, quod dictus Provincialis se concordaverit &c. Quia ista fuit mera simplicitas, cum dictus Provincialis non posset renunciare dictis Privilegiis, & coram Carill. decis. 79. num. 19.* ibi -- *Dixerunt DD. nihil relevare renunciationem ex defectu potestatis in Provinciali &c. Et propterea ex mera simplicitate dictus Provincialis non debet præjudicium inferre &c. & in Trojana 21. Martii 1708. §. finali cor. Lancett.* hodiè impressa in *decis. 546. n. 16. & 17.* inter alias ejusdem *tom. 2.*

Et ex his sublata radicitus videntur omnia ea, quæ exadverso afferri possunt ex actibus, in Curia Salernitana gestis ab eodem P. Ex-Guardiano post dictum Recursum Provinciæ, & Religiosorum ad hanc Sac. Congregationem. Et tamen addimus, quod si prædicta vera sunt de stricto Juris rigore, ex supra allegatis, fortiùs admittenda videntur in præsenti ex illa bona, & grossa æquitate, juxta phrasim *Sac. Rot. in dec. 4. in fine de Appellat. in novis* cum qua proce- 118
dere solent Sac. Congr. ex firmatis per eandem *Rotam dec. 6. num. 21. apud Antonell. de Jur. Cleric.* Præcipuè cum Personis Religiosis, ut ampliat *Ansald. in decis. 39. n. 27.* Addentes in casu nostro, quod idem dignissimus Religiosus P. Ex-Guardianus Montellæ pro sua, suæque Provinciæ defensione, immediatè post notitiam dicti Rescripti 6. Decembris 1727. ut Causa proponeretur sub Dubiis, jam subscriptis, accessit pedester ad Urbem, ubi etiam de præsenti moram facit, cum illis incommodis, & præiudiciis propriæ sa- 119
lutis, quæ faciliùs concipi, quàm exprimi hic possunt.

Neque omittimus considerare verba illa *Textus in auth. Apud quos oportet causam dicere: Sed etiam accelerari Lites sancimus, Monachis illatas, ut non mens eorum occupetur circa litis sollicitudinem, sed, velociter liberati, sacris operibus obsecundent*, quem sequitur *Rot.* 120
in dec. 32. nu. 2. cor. Priolo, & dec. 305. numer. 1. part. 18. rec. Observantes, quod dicta velox liberatio à litis sollicitudinibus, nonnisi ab Oraculo huius S. Congregationis mediantibus responsionibus ad dd. Dubia sperari, ac obtineri potest in nostris terminis. Vel saltem, suspensa inspectione nullitatis Censurarum, rescribendo, expectetur resolutio aliorum Dubiorum 121
iuxta praxim Sacr. Congregationum Teste *Riccio in Synopsi verb. Censura n. 5.* ibi -- *Conceditur suspensio Censurarum ad tempus, ad hoc ut Censuratus possit deducere sua Jura in Sac. Congreg.*

Attenta remissione Instantiæ Reformatorum Iudicio Metropolitani Salerni, qui per Sententiam declaravit, nullas esse Censuras, latas per Curiam Nuscanam, ut refertur in Folio Cong. Concilii die 17. Sept. 1729. *§. Aperiendo verò*; Die 14. Ianuarii 1730. pro- 122
posita Causa in Cong. Conc. sub unico sequenti Dubio: *An licitum fuerit P. Angelico Ordinis Reformatorum deferre Cederet, non obstante inhibitione Episcopi, & proinde an Censuræ, substineantur*; Responsum fuit: *Suspensis Censuris, Partes in posterum se abstineant à similibus*.

DISCEPTATIO XXXVII.

Surrentina Decimarum

P R O

Promotore Fiscali Curiæ Archiepiscopalis Surrentinæ

C V M

Monachis Carthusiæ Neapolis

A R G U M E M T U M

Decima an debeatur Episcopis pro Piscatione. Transactio super Decimis nulla est, quando continuat enormissimam læsionem, quo casu non substinetur ipso Jure, & restitui debent omnes fructus, medio tempore percepti, quia titulus reducitur ad non titulum.

A Tempore, cujus initii memoria non extat, Mensa Archiepiscopalis Surrenti fuit, & est in possessione exigendi Decimas Piscium, qui capiuntur in Mari Surrentinæ Civitatis, & Diœcesis, tempore
1 Adventus, ac Quadragesimæ, Veneris totius anni, ac singulis festis diebus ut constat ex depositionibus Testium, examinatorum usque de anno 1600. Necnon ex Edictis Vicariorum, sive Sede vacante, sive Sede plena, & pro tempore Archiepiscoporum, sub pœnalibus prohibitionibus, diversis temporibus promulgatis, ne dicta Decima defraudaretur, & signanter Archiepiscopi Provenzalis anno 1610. Archiepiscopi del Pezzo anno 1653. & Archiepiscopi Didaci
2 Petra anno 1684. junctis partitis Libri generalis Visitationis dicti Antistitis del Pezzo, & Plateæ antiquæ Mensæ Archiepiscopalis, etiam cum declaratione Censurarum contra illos, qui Decimam solvere recusarunt in Quadragesima dicti anni 1610.

Et quamvis Monachi Carthusiæ S. Martini Neapolis, ad quos anno 1644. pervenit quædam pars Maris, nuncupati *delli Galli*, seu *Sancti Eliæ*, ejusdem Surrentini Sinus, & Diœcesis, præfatam Decimæ Piscium præstationem contendere cœpissent eodem anno 1684. tempore Præsulatus dicti Archiepiscopi Petra; Nihilominùs constito de hujusmodi immemorabili dictæ Mensæ possessione, etiam per depositiones
3 aliorum Testium, datorum in Summario & introducta Causa coram A. C. occasione Censurarum, quas idem Archiepiscopus Petra promulgavit contra Cæsarem Resignanum, & alios, ac acriter sese opponentibus Carthusianis, pro quibus in Jure scripsit celebris tunc temporis Advocatus Cerretanus, Idem A. C. non dubitavit Mandatum de manutenendo in exactione Decimæ Piscium ad limites probatæ possessionis favore Archiepiscopi decernere, ac insuper inhibuit, ne aliquis dictis temporibus absque Licentia
4 ejusdem Archiepiscopi piscaretur, prout ex Mandato sub diebus 10. Aprilis, & decimo quarto Augusti 1685. relaxato.

Non acquieverunt Religiosi Mandato hujusmodi, sed Signaturam Justitiæ adiverunt; Rescriptum tamen fuit anno 1687. 30. Januarii -- *Sine præjudicio mandati de manutenendo*. Solutis proinde per eosdem etiam expensis dicti Mandati, mediante Partita publici Banci Neapolis, non defecerunt postmodum pro dicta Decima solvere per plures annos quandam tenuem
5 pecuniæ Summam in ducatis octo monetæ Regni consistentem, usque ad annum 1701. licet non omiserit Archiepiscopus omnia Jura Mensæ præservare, ut videre est in Licentia per eum concessa anno 1694.

Verum occasione mutationis Officialium, & præsertim Prioris Carthusiæ Neapolis, novus Prior antiquas quæstiones suscitare prætendens, supersedere 6
cœpit in solutione Decimæ, imò prætensionem excitavit non petendi dictam Licentiam, etiam in eodem Mandato de manutenendo, ut supra demandatam, & injunctam ab A. C.

Expostulato itaque ab eodem A. C. aliquo provisionali Decreto, seu Temperamento pro parte Archiepiscopi Anastasii, modò Antiocheni Patriarchæ, obtinuit sub die 30. Julii millesimo septingentesimo primo delegationem Judicis in Partibus ad effectum deputandi Depositarium, & cogendi Piscatores, etiam 7
per Censuras, ad deponendum Decimas Piscium, quod fuit à præfata Signatura Justitiæ pariter canonizatum die decima octava Augusti millesimo septingentesimo primo cum Rescripto *Nihil*, apposito in Commissione porrecta à Monachis, quæ instabat pro circumscriptione, vel ammissione appellationis, & subinde per Supremi Tribunalis Præfectum, & per eundem Auditori Cameræ respectivè relaxati fuerunt Cedulones contra Justum Martinellum, & nonnullos Piscatores, ob non paritionem dicti Mandati de manutenendo, & ad Judices Laicos damnabilem re- 8
cursum respectivè habitum.

Non valentes igitur Monachi præfati ampliùs effugere solutionem Decimæ via Iudiciaria, nec controvertere pro piscationibus faciendis petitionem Licentiæ, quæ etiam specificè excepta fuit in quodam Proclamate, seu Edicto ad instantiam Monasterii publicato per Regentem Regiæ Cancellariæ Neapolis, curarunt hujusmodi negocium amicabiliter componere, mediante quadam Concordia, seu 9
Transactione, qua stabilitum fuit, debere exadverso persolvi pro una vice ducatos bis centum monetæ Neapolis, investiendos favore Mensæ Archiepiscopalis, necnon alios ducatos octo annuatim, ad quem effectum, implorato Beneplacito Apostolico, super præfata Concordia à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, & audita Informatione tunc 10
temporis Nuncii Neapolis, eadem Congregatio, attentis nonnullis motivis in Relatione expressis, quæque insubsistentia deteguntur, assensum, & Beneplacitum à Procuratore eorumdem Monachorum sollicitatum, impertita fuit anno millesimo septingentesimo sexto, cum solitis clausulis, videlicet quatenus eidem Nunciaturæ constitisset: contractum cedere in evidentem, utriusque Partis utilitatem.

Executioni demandato per memoratum Nuncium præfato Beneplacito Apostolico, præsertim sub obtentum prætensi dubii Litis eventus, indecisæ pendentis, & indubitabilis commodi, Partibus ab illius recessu resultantis, non tamen audito dicto Archiepiscopo, seu Mensa Archiepiscopali, nec aliquo Mandato Procuræ, seu alia Scriptura per ipsum 11
exhibito ad legitimandum executionis actum, idem Archiepiscopus, qui notoriis dispendiis, ac laboribus passis pro tuendis Ecclesiæ Juribus, erat, ut ita dicam, defatigatus, ad stipulationem dictæ Concordiæ devenire quoque non detrectavit.

Sed assumpto ad Cathedram Archiepiscopalem moderno Archiepiscopo, & manibus palpata læsione enormissima, quæ intercessit in damnum Mensæ Archiepiscopalis in dicta Concordia, inita inter Prædecessorem, & Carthusianos dicto anno millesimo septingentesimo sexto, ne diutiùs Ecclesia sibi commissa detrimentum pateretur, illud occasione sui ad- 12
ventus in Urbem, & Visitationis Sacrorum Liminum Summo Pontifice patefecit, & ab eodem Causa remissa fuit ad hanc Sacr. Congregationem prævia avocatione ab Auditore Cameræ. ad quem confugerant Monachi, appellantes ab Edicto per dictum Archiepiscopum promulgato super solutione Decimæ, & Licentia ad eodem impetranda pro piscationibus diebus festis explendis.

Firmata Causa in hoc Sacr. Sancto Consessu, ad abundantiorem cautelam, & ad magis patefaciendam veritatem

tatem dictæ enormissimæ læsionis, operæ prætium duximus aliquam provisionem expostulare à R. P. D. Secretario, qui citata Parte sub die 2. mensis Aprilis subdelegavit primam Dignitatem, seu Archidiaco-
13 num Cathedralis Surrentinæ cum facultate deputandi Personam, Partibus non suspectam, sin minùs ex officio, ad effectum describendi totam quantitatem Piscium, capiendorum tam in Mari, quàm in præciso loco Tynnariæ omnibus diebus nostræ Decimæ subiectis.

Monachi autem sub diversis frivolis prætextibus, & exceptionibus, primùm conati fuerunt intervertere deputationem in Partibus faciendam pro adnotatione Piscium. Postmodùm destinata deputatione Personæ, citatum fuit exadverso cor. Secretario ad viden. purgari Attenta sed nihil obtentum. Tandem
14 quod Jure consequi nequiverunt, facto assecuti sunt, frustaneam reddentes prædictam deputationem, factam ab Archidiacono, ex quo Frater Placidus Parente, Superintendentes, seu Minister Tynnariæ à Monachis deputatus, noluit notulam Piscium captorum tradere.

Nè igitur inutiliter tempus ulterius tereretur, citavimus ad concordandum de dubiis, & in hoc non
15 levis etiam fuit Controversia ob criticationes circa eorundem formam, & extensionem exadverso promotas quibus tandem concordatis, primum videtur reducendum cum Rescripto *Transactionem cum sustineri*, uti evidentissimè Lesiva.

Quod enim Concordia, seu Transactio prædicta contineat patentem læsionem, nedum enormen, sed enormissimam in præjudicium Mensæ Archiepiscopalis, liquidò demonstratur. Ducenti namque ducati monetæ Regni pro unica vice exadverso persoluti, quique punctualiter investiti fuerunt in favorem Mensæ præfatæ, reddunt octo circiter
16 ducatos quolibet anno, & totidem in pecunia dicti Monachi persolvunt, & sic pro omni, & toto eo, quod ex hujusmodi Decimis recolligitur, & ad Mensam Archiepiscopalem spectaret, non percipiuntur ab eadem Mensa, nisi ducati sexdecim circiter annuatim.

E' contra ex sola Decima, quæ in prænarratis temporibus exigitur à Mensa in alia parte Maris Surrenti, in qua capiuntur Pisces nuncupati -- *Palamiti*; atque alii Pisces minuti, percipiuntur ducati sexaginta sex, & si in ea apponeretur Tynnaria, quæ dicitur *à vista*, ejus Affictus esset ducatorum biscentum circiter favore Mensæ, prout deponunt Gregorius, & Michael de Leva, necnon Capitulum Surrentinum, & quamplures Patritii nostræ Surrentinæ Civitatis, & patet ex Instrumento Affictus facti in personam Archangeli de Leva, quique eam sublocavit pro annuis ducatis septuaginta sex; Et tamen Tynnaria nuncupata *à vista*, quam
17 retinent dicti Monachi, in Mari *S. Eliæ*, seu *Gallorum* appellato, est melioris formæ, & sic magis apta ad captandos Tynnos, aliosque magnos Pisces, ex rationibus, quæ ab infirmatissimis Testibus recensentur in Summario.

Et de facto dicta Tynnaria retenta per Monachos in dicto Mari *delli Galli*, *seu S. Eliæ*, præteritis annis fructum reddidit in annuis ducatis ter mille, & in anno milesimo septingentesimo vigesimo sexto excrevit usque ad ducatos quinque mille, & ampliùs, ultrà provisionem Piscium, quæ facta fuit pro Monasterio S. Martini, & alios distributos Pis-
18 catoribus, seu traditos pro eleemosynis, aut Personis sibi benevisis; prout constat ex depositionibus multorum Testium à Gubernatore Surrenti examinati fuerunt.

Et calculari potest ex quantitate Tynnorum, aliorumque Piscium, qui transvecti fuerunt Neapolim, & subiecti Gabellæ in eadem sola Civitate, ultra magnas quantitates in Partibus venditam, & provisionem dicti Monasterii, & reliquam partem pro Eleemosynis elargitam videlicet à die 7. mensis Martii 1725. per totam diem 21. Octobris ejus-
19 dem anni, ascendente ad Cantaria, sic nuncupata 105. & rotulos 77. Et a die 1. Februari 1726. usque ad die 14. Octobris 1726. ad 178. Cantaria, & rotulos 49. & sic in totum cantaria 284. & rotulos 26. in uno Officio dictæ Gabellæ, videlicet *S. Luciæ ad Mare*, & in alio Officio nuncupato *Pietra de' Marmi*, à die 18. Aprilis 1725. ad die 14. Octobris
1726. attingente Cantaria 287. & ultra, ut apparit 20
ex fide authentica Januarii Ragni, & Nicolai de Nicoli, quæ duæ partitæ in dictis duobus Officiis Dohanæ constituunt in unum summam Cantariorum 571. & rotulos 28. quæve ad rationem undecim ducatdrum pro singulis Cantariis Conficiunt summam ducatorum 6284. cum quodlibet Cantarium fit ponderis centum Rotulorum, & quodlibet illorum;
importet uncias 33. & pretium singulorum Rotulo- 21
rum stabilitum fuerit in obulis undecim d. monetæ, ut ex Summario.

Et in hoc redditu Thynnariæ non comprehenditur id, quod percipitur Monachis ex alio capite in dicto Mari S. Eliæ, ut constat ex Affictu cum Jure decimandi facto per P. Blasium Marium Pacifi-
cum Procuratorem dicti Monasterii pro tribus annis 22
in personas Ioachim Mandola, & Francisci Marzulli, incipien. à prima Februarii millesimo septingentesimo vigesimo quarto, ad rationem 110. ducatorum quolibet: anno, ubi reservata fuit facultas ponendi Thynnariam.

Ex quibus omnibus demonstratur ad oculum evidens læsio Mensæ Archiepiscopalis, quæ intercessit in dicta Concordia, dum pro Decima ducentorum
circiter, ducatorum annuatim eidem debitorum, 23
transactum fuit pro miserabilibus ducatis 16.

Dato etenim, non autem admisso, quod semper ex Thynnaria percepti fuerint quolibet anno terminille, non amplius ducati, si hæc summa repartiatur in tot dies festivos, necnon Veneris totius anni, & Adventus, & Quadragesimæ, ad ratam sex, seu septem circiter mensium, quibus in Mari retinetur, prædicta decima ex sola Thynnaria singulis quibusque annis importare poterit ducatos circiter centum, quibus si addantur Decimæ mi-
nutorum piscium ascendet ad summam ducatorum 24
centum quadraginta, imò quinquaginta, & amplius juxta Calculum, quod pro facilitate computi exaratur in Summario, locum haberent in annis sterilibus, sed in uberioribus, posset etiam Decima ascendere ad dubium, imò etiam triplum.

Præsertim, quia, ut diximus, Piscis, qui subijcitur Gabellæ Neapolis, est inferior mediante illius, qui verè capitur, dum partim venditur absque Datio in Civitate Surrenti, partim retinetur pro provisione Monasterii, & parti. datur aliis; & non loquimur de illa quantitate, quæ clancu-
lum per Revenditores interdum transvehitur Neapo- 25
lim non soluta gabella; nec demum de illa, quæ juxta solitum condonatur Revenditoribus vulgo *Accattatori*, ab eisdem Gabellariis videlicet 20. Rotulorum ex quolibet Cantario.

Nè dicatur, quod pro dimetienda læsione, at-
tendi debeat Redditus Decimæ de tempore, quo 26
inita fuit Concordia Summario habemus, quod, Thynnaria, posita in dicto Mari S. Eliæ, est ejusdem formæ, & quantitatis, cujus erat annis vigesimo sexto retrò, & variatio contingere potest ex aliquo maiori, vel minori Piscium concursu, cæterum Thynnaria semper est eadem.

Sed ad magis docendum de palpabili, & evidenti læsione dictæ transactionis de tempore, quo illa initia fuit; Exhibemus etiam in summario, fidem publicam Instrumenti Affictus, facti anno millesimo septingentesimo quinto & milesimo septingen-
tesimo sexto per Prædecessorem Archiepiscopum, 27
Juris decimandi in dicta alia parte Matris Surrenti pro ducatis vigesimo secundo & Rotulis decimo quinto Piscis, nuncupati Ricciolæ, seu Carolenorum triginta loco ejusdem Piscis, & sic in totum duc. sexagesimo quinto.

Et quoad Mare Gallorum, exhibemus Documentum etiam publicum, ex quo constat à die 18 Junii, usque

usque ad diem 24. Septembris anni 1701. fuisse transvecta Neapolim, & Gabellæ supposita, ex Piscibus in dicta parte captis Cantaria 162. & Rotulos 75. quæ ad rationem ducatorum undecim pro singulis
28 cantariis faciunt Summa ducator. 1785. Et in hac partita non sunt comprehensi Pisces, qui consueverant præcedenter excipi pro Victu sufficienti dictorum Religiosorum, neque donari consueti pro solitis Regaliis Nautarum, & pro eleemosynis, Et ulteriùs agitur de piscatione, facta in tribus circiter mensibus tantùm, cum defuerint multa folia, in quibus erant descriptæ aliæ quantitates Piscium, ob lacerationem Libri ex Causa tumultus excitati dicto anno 1701. & Thynnaria ponatur in principiis men-
29 sis Aprilis, & continuet usque ad finem Octobris, & sic agitur de Redditu pro medietate circiter temporis, quo permansit, Thynnaria in Mari, & hæc medietas, ut supra, ascendit ad ducatos 1785. & Redditus Decimæ respectu ejusdem summæ importaret scut. 72. circiter, ut in Calculo dato in Summario.

Minùs obiici valet pro coloranda utilitate Mensæ possibilis supposita fraus, quæ fieri posset à primo Piscatore nuncupato *l'Arraiso*, qui claudendo Por-
30 tas Thynnariæ postquam Thynni fuerint ingressi, post transactos dies Decimæ subjectos, posset iterùm eas aperire, & dicere, eos tunc in Thynnariam pervenisse, non autem dictis diebus decimalibus.

Primò enim respondetur, quod si Monachi ad hanc fraudem manus adjutrices dare vellent, Rei essent hujusmodi fraudis, una cum Piscatoribus quod ex eorum religiositate nullatenùs est præsumendum, quod Archiepiscopus posset facili negocio huic frau-
31 di obviare retinendo dictis diebus in Loco, ubi fixa est Thynnaria, aliquem Virum expertum, pro omni suo Jure, & interesse; quod si primarius Piscator; dictus *Arraiso*, clauderet Portas, amitteret totam escam illius diei, in quo transitus Piscium po-
32 test esse magis copiosus, & sic læderet, & fraudem committeret sibimet ipsis nimis præjudicialem.

Cæterum ad claudendum os Parti circa hujusmodi possibilia pericula, damus in Summario; Apocam solemnem Affictus dicti Juris decimandi non artificiosé, & ex industria, sed maturè, & sincerè exaratam à Matthæo Merolla, & Blasio Sebastiano
33 pro ducatis 140. annuis monetæ Regni, quotiès liberum sit dicto moderno Archiepiscopo Locationem favore eorumdem facere.

Minus replicetur, quod, ex dicto magno fructu Thynnariæ deberent detrahi expensæ consuetæ, tàm
34 pro Nautis, quàm pro Thynnaria, quas ad plura Ducatorum millia idem Neapolitana Nuncius ascendere asseruit in sua Relatione.

Hoc enim objectum in facto claudicata, & in Jure non relevat. Claudicat in facto, ex quo pro expensis prædictis, computato anno, quo novam Thynnariam fieri oportet, cum alio anno, quo necessaria non est, seù fertili cum infertili, satis sunt, ducati
35 mille, & fortè minor summa, &c. adductis in Summario.

Ne relevat in jure, dum omnibus notum est, Decimam deberi, nullis deductis oneribus, juxtà dispositionem *Text. in cap. Cùm Homines*, *cap. Pervenit. cap. Non est de Decimis ubi latè Gonzalez* & notat *Antonell. de Regimin. lib. 5. cap. ultimo num. 2.* & ità
36 observatur in praxi pro Decima Piscis, quam Archiepiscopus exigit in alia parte Maris Surrenti;

Quibus attentis, neque etiam intrat inspectio rescissionis Transactionis, de qua est quæstio; Etenim definitio in hac materia communiter recepta hæc est, quod vel Transactio continent læsionem dumtaxat enormen, & tunc datur locus rescissoria, juxta *Tex.*
37 *in Leg. 2. Cod. de Rescind. vendit.* Aut verò Transactio, ut in subjecto casu, continet læsionem enormissimam nostræ Ecclesiæ Archiepiscopali, & in his terminis non est opus rescissione, sed Transactio re-
38 manet ipso Jure nulla perinde acsi facta non fuisset, & consequenter non sustinetur, ut in specie firmavit *Rot. coram Ansald. dec. 67. num. 12.* ibi --- *Hoc enim adamussim læsio quando est ultra Bessem, & enormissima, ut adimendo consensum ab actu præsupponat Transactionem celebratam fuisse per errorem, ac sine consensu, proindeque citrà necessitatem infringendi priùs Transactionem per tres conformes, recta via tribuitur Immissio, proindè acsi nulla Transactio, nullus contractus &c. de medio adesset* -- & per *Text. in Leg. Cùm à te ff. de Dol. mal.* communitèr, & sine Contradictore concludunt *Andreol. controvers. 286. num. 103.* 39
Gama decis. Lusitan. 94. num. 3. Biesm. quotid. quæst. tom. 1. cap. 22. num. 115. Adden. ad Pamphil. decis. 49. num. 14. & 18. Card. de Luc. de Renunc. dis. 14. nu. 2. Constantin. ad Stat. Urb. tom. 2. annot. 46. artic. 1. num. 1. 2. & 8, ibi -- *Posita autem læsione enormissima ultrà dimidium, contractus dicitur nullus ipso Jure, & non est opus, quod rescindatur, cum stante nullitate, numquàm fuerit in esse -- Rot. decis. 7. num. 4. post Urceol. de Transact. & apud Constantin. ad Statut. Urb. dec. 167. n. 2. & dec. 168. in fin.*

Quæ propositio generalitèr locum obtinet, non solùm in aliis Contractibus, sed etiam in ipso Contractu Transactionis, ubi consideretur dubius eventus Litis, à qua receditur, Quoniam etiam considerato per arbitrium Judicis dubio Litis eventu ex ejus qualitate, & circumstantiis, receptissima apud omnes opinio est, quod læsio etiam in Transactione locum habeat, & quando est enormissima, eam constituat ipso Jure nullam, ut in terminis firmavit 40
Rot. post Salgad. in Labirinth. Credit. decis. 24. num. 9. & decis. 67. per tot. coram Ansald. & decis. 102. num. 2. & 3. & decis. 732. num. 1. & 3. part. 1. divers. & coram Cerro decis. 840. num. 1. & in Recent. decis. 73. num. 4. part. 16. & coram Ubag. decis. 68. num. 11. & latè *Urceol. de Transact. quæst. 94. per tot.*

Nihil obstante, quod agatur de Transactione, approbata à Congregatione Episcoporum, prævia Informatione Nuncii Neapolitani; Approbatio enim non fuit pura, & simplex, sed directa eidem Nun- 41
cio in forma commissaria, & conditionalitèr ibi -- *Postquam tibi constiterit, præfatam Concordiam in evidentem utriusque Partis utilitatem cedere* -- & proptereà quando constat de læsione enormissima Mensæ Archiepiscopalis, nullum adesse dicitur Benepla- 42
citum, aut approbatio Apostolica *Rot. coram Duran. decis. 205. num. 7. & seqq. & decis. 238. num. 12. & in Recent. decis. 46. num. 2. part. 2.* & latè *Turricell. de Reb. Eccles. non alien. cap. 10. num 2. & 6. Barbos. de Clausul. claus. 152. num. 3.* Ultra quod etiamsi concurreret approbatio simplex, & facta prævia cognitione Causæ, adhùc nihil relevaret, 43
constito de læsione enormissima, ut firmavit *Rot. in Castellana Validitatis Concordiæ, seù Bipartitæ 12. Januarii 1705. Molines* ibi -- *Quippè læsio, & fallacia, quibus Transactio inficitur, eam reddunt in subsistentem, quantumcumque per Judicem, & Congregationem emulgatam &c. & tritum est Decretum Judicis, ejusque cognitionem, nihil operari, ubi constat de læsione, & injustitia* -- quæ Decisio est impressa apud Piton. *de Controvers. Patron. allegat. 9. num. 111.* Neque enim sufficit Beneplacitum Apostolicum, nisi etiam copulativè concurrat utilitas Ecclesiæ, & sic defectus 44
læsionis, quæ tanquam damnum contrariatur utilitati, ut benè *Rot. coram Bich. decis. 517. numer. 26. & seqq. & coram Merlin. decis. 764. num. 9. & in Neapolitana, seu Nucerina Manutentionis 3. Junii 1711. §. final. coram Card. Scotto, & in Papien. Emphyteusis 15. Januarii 1717. §. Neque in casu coram Althann.*

De læsione autem enormissima evidenter constat ex omnibus supra deductis, ad quem effectum reflectere oportet ad qualitatem litis, super qua transactum 45
fuit, ac etiam ad quantitatem Decimarum annuarum, quæ debita erat Mensæ Archiepiscopali.

Quo enim ad qualitatem litis, certissimum est, dubium litis eventum nihil fuisse considerabilem pro Justitia Transactionis, quæ facta fuit ad effectum excludendi ejus læsionem enormissimam, quia nempè de tempore, quo transactum fuit res erat in statu rei judi-

catæ

catæ in favorem Mensæ Archiepiscopalis in Judicio possessorio, dum in acerrimo Partium Contradictorio A.C. relaxaverat Mandatum de manutenendo in possessione exigendi Decimas Piscium, de quibus agitur, & Justitia Rei judicatæ canonizata fuerat per Signaturam Justitiæ cum Clausula -- *Sine præjudicio* -- & quod magis est contra Monachos parere recusantes Mandato A. C. deventum fuerat ad promulgationem excommunicationis, unacum Cedulo ... publicè, & palàm contrà eosdem affixis. In hoc autem statu Rei judicatæ nullus considerari potuit dubius Litis eventus, super quo legitimè transigi potuerit, facta subtractione, & diminutione maioris partis, imò ferè omnium Decimarum in præiudicium
47 Mensæ Archiepiscopalis iuxtà *Text.* expressos *in l. Si causa cognita Cod. de Transact. & in l. Eleganter §. Si post rem judicatam ff. de Condit. indebit.* quia nisi transactum fuisset, Ecclesia vigore Rei judicatæ omnes Decimas pacificè exegisset, absque ullo obstaculo,
48 ob denegatam Monachis appellationem ad *Text. in l. In summa ff. de Condit indebit. Jason. in l. Sub prætextu num. 8. Cod. de Transact. Rot. coram Coccin. dec. 1689. num. 5. & coram Emerix jun. dec. 606. nu. 1. & 3. & decis. 588. numer. 2. & cor. Merlin. decis. 622. numer. 19. & seqq. & coram Cels. decis. 335. n. 5. & seqq.*

Nec dubius Litis eventus desumi potest, ex quo potuissent Succumbentes in possessorio, & agitare Litem in petitorio; Etenim ultrà, quod Lis in petitorio erat decidenda per tres conformes, & interim Mensa Archiepiscopalis certa erat super Jure exigendi Decimas, quod totum amisit per Transactionem, quia commodum possessionis multum considerabile est re-
49 spectivè ad petitorium, cùm in dubio favore Possessoris sit pronunciandum *leg. In pari ff. de Regul. jur. Cyriac. controv. 177. numer. 9. Posth. de Manut. observ. 7. numer. 1. & seqq. & numer. 21. cum seqq. Thomat. decis. 38. num. 6. & Rota decis. 331. numer. 2. part. 2. rec.*

Urget responsio, quòd Monachi etiam in petitorio facilè succubuissent, tanquam malum Jus foventes; Cùm enim ageretur de Decima Piscium in Loco Maris, existente intra Limites Archiepiscopatus Surrentini, habebat Archiepiscopus claram assistentiam Juris pro huius Decimæ exactione, quæ censetur prædialis, iuxta *Gloss. in cap. Licet 3. de Feriis in verb. Ecclesiis circum positis*, ubi loquendo de captura Piscium probat deberi Decimam Ecclesiis *illis in quarum Territorio ca-*
50 *ptio facta est, quia quasi Decimæ Prædiales esse censentur; Unde saltem pro decima parte eis solvant* -- ibique *Ancharan, num. 8.* ibi -- *Nota, quod de piscatione: portio est solvenda illi Ecclesiæ in cujus Parochia est sita piscatio &c. in qua licet multum versetur hominis industria, & labor, tamen non est censenda Decima personalis, sed prædialis* -- Sequitur *Butr.*
51 *num. 12.* ibi -- *Ecclesiis, in quarum Parochiæ Pisces capti sunt, quia illis ad Decimam tenentur quæ Decimæ subrogantur loco, & debentur Parochiæ, in qua Pisces capti sunt &c. Ecclesiam in cujus Parochia est piscatio debere habere Decimam -- Rebuff. de Decim. quæst. 8. numer. 10. & Monet. eodem tracti cap. 4. quæst. 1. num. 20.*

De qua assistentia Juris dubitari non potuit, attenta consuetudine immemorabili huiusmodi Decimas exigendi in favorem Mensæ Archiepiscopalis, quæ adeò longæva consuetudo præstabat Archiepiscopo alium titulum fortiorem, præter assistentiam Juris, tanquam
52 præsumptiva Beneplaciti Apostolici; & cuiuscumque alterius tituli, ut dici solet, melioris de Mundo *Gloss. in cap. Dudum de Decim. Rebuff. in Tractat. de Decim. quæst. 7. numer. 10. Rot. in Imolen. Decimarum 4. Martii 1720. §. Indeque coram Corio, & in Tyburtina Decimarum 28. Junii 1720. §. Et sanè coram Eodem* Accedente etiam consuetudine, quæ viget etiam in finitimis Episcopatibus, scilicèt Massalubrensi, Castri Maris, &
53 Viciequensis, qui sunt Suffraganei nostri Archiepiscopatus; Ac etiam vigente in Episcopatu Puteolano, unacum Judicato Regii Tribunalis Neapolis, relato apud
54 *Capon. controv. 23. in fin.* ac demùm vigente in Episcopatu Juvenacense, una cum Judicato Sac. Congregationis 31. Maii 1645. relato *Marant. respons. 3. num.* 55
350. fol 41. Quæ consuetudo generalis finitimarum Diœcesum confirmat, ac justificat illam existentem 56
in nostro Archiepiscopatu, juxta *Text. in cap. Ad Apostolicæ in fin. de Decim.* & in nostris terminis probat *Monet. de Decim. cap. 5. quæst. 4. num. 104. vers. Si supra & Rot. coram Put. decis. 166. num. 5. & 6. lib. 3. & coram Achil. de Grass. decis. 3. num. 7. de Decim. & in Tyburtina Decimarum 22. Januarii 1725. §. His omnibus cor. Corio.*

Contra quam assistentiam Juris, & consuetudinem particularem, & generalem, nil suffragari potuit Monachis Privilegium exemptionis, concessum ab Innocentio IV. anno 1245. Ultrà quod enim hujusmodi obiectum fuit coram A. C. acriter deductum in Judicio possessorio manutentionis ex parte Scribentium pro eisdem Monachis, & tamen fuit reiectum, itaut in nulla consideratione amplius haberi 57
poterat de tempore Transactionis iusta firmata per *Rot. dec. 316. n. 6. cor. Triol. & dec 330. num 10. cor. Bich. & dec. 15. num. 7. cor. Buratt. & in Bononien. Archidiaconatus 2. Junii 1713. §. Neque propterea coram Scotto.*

Tale Privilegium erat prorsùs inutile ad evitandam solutionem Decimæ; In hac enim materia distinctio est, quod aut agitur de Bonis acquisitis de 58
tempore Privilegii, & tunc illud suffragatur, ut docet *Fagn. in cap. Nuper num. 14. & 15. de Privileg.* Aut verò Bona fuerunt ex post acquisita, & quidem voluntariè ab ipsis Religiosis lucri causa ad pleniorem ubertatem Monasterii, & tali casu si Bona de tempore emptionis, factæ per Religiosos, erant subiecta oneri Decimarum, Privilegium ad hæc Bona non se extendit, sed illa tanquàm affecta onere reali Decimarum, transeunt cum eodem suo onere in Possessorem novum, quia ex mutatione Possessoris non immutatur Jus, Ecclesiæ quæsitum supra Decimis, sibi 59
præstari solitis, ut est *Text. in cap. Commissum 4. de Decim. Et notant Rebuff. de Decim. quæst. 14. num. 46. & Pignatell. consult. 8. num. 20. tom. 8.* & sæpè resolvit Sac. Congregatio, prout habetur apud *Card. Petra ad Constit. Apostol. tom. 2. ad Constit. 6. Honorii III. num. 92. & 93.* ubi refert resolutionem *in Albinganen.* ibi -- *Sac. Congregatio censuit, Prædia hujusmodi, Decima-* 60
rum solutioni obnoxia transire cum suo onere, & proinde Fratres teneri illas solvere Parochiali Ecclesiæ, quemadmodum, tenebantur Laici, priùs quam bona ipsa in Monasterii proprietate transtulissent -- Card. de Luca de Regular. disc. 1. n. 44. & Barbos. de Paroch. par. 3. cap. 28. §. 3. n. 42. & ad Concil. Trid. sess. 25. cap. 12. n. 3. de Reformat.

Et ratio est evidens, quia Privilegia, damnosa Ecclesiis, nunquàm patiuntur extensionem ad Bona, imposterum voluntariè acquisita per Religiosos titulo emptionis ad impinguandam bursam Monasterii, dum aliàs actum esset de Decimis, & spoliati remanerent Parochi, & Episcopi, si esset in facultate Religiorum emendo Bona, Decimis obnoxia, reddere illa exempta in præiudicium Ecclesiæ, habentis ius quæsitum, & propterea communiter receptum est, voluntariam hanc acquisitionem, quæ in subiecto casu facta fuit de anno 1644. nunquàm privare Episcopum suo iure decimandi, cui bona erant obnoxia ante acquisitionem, nec Privilegium extendi ad hæc Bona, voluntariè posteà 61
quæsita, quæ semper transeunt cum suo onere, benè *Gloss. in cap. tua il 1. in verb. Extendenda de Decim. & meliùs Rot. dec. 185. num. 14. & 15. coram Otthobon. & dec. 103. num. 2. part. 7. & dec. 22. num. 4. part. 10. & decis. 201. num. 3. part. 19. rec.* ubi concludit contra Domini- 62
canos privilegiatos, *& decis. 507. num. 2. eadem part. 19. & dec. 181. n. 8. & 9. cor. Cerro, & in Calaguritana Decimarum 27. Junii 1712. §. Etenim coram Aldrovando, & in Hispalen. Decimarum 13. Februarii 1713. §. Eoque potissimè coram Scotto.*

Idque expressè sancitum reperitur ab Innocentio III. in Concilio Lateranensi relato in *cap. Nuper de Decim.* ubi dispositum fuit, huiusmodi Privilegia non suffragari quoad Bona, inposterum acquirenda, ità & tali-

taliter, quod nullum Privilegium, posterius Concilio Lateranensi, in aliquo suffragari possit, nisi in eo facta
63 legatur expressa, & specialissima mentio, & derogatio supradicti Concilii Lateranensis, ut ex resolutionibus Sacræ Congregationis Concilii apud *Card. Petra ubi supra num. 95. Pignatell. consult. 8. num. 20. & seqq. tom. 8. Rot. decis. 96. num. 2. post Tamburin. de Jur. Abbat. & in recent. decis. 9. part. 11. & decis. 46. num. 6. part. 17. & in dicta Calaritana Decimarum 27. Junii 1712. §. Neutiquam coram Aldrovando, & in Placentina Decimarum 16. Maii 1710. §. Quodque coram Ansaldo, & in dicta Hispalen. Decimarum 13. Februarii 1713. §. Quin ad evitandam coram Scotto*, quæ derogatio
64 debet esse individua, & specialis, neque satis est generalis clausula -- *Non obstantibus Constitutionibus, etiam in generalibus Conciliis editis*, etiam accedente clausula -- *Quorum tenores* -- Quia non sufficit derogatio generalis, quando ob præjudicium Tertii, sive, ut in casu isto, Parochialium, & Episcopalium Ecclesiarum requisita fuit pro forma derogatio spe-
65 cifica, expressa; & individualis, ut concludunt communiter adducti per *Marescott. var. lib. 1. cap. 19. sub num. 8. Ricc. in Prax. resolut. 68. num. 1. Rot. decis. 53. num. 8. & 9. coram Triol. & in recent. decis. 128. num. 5. part. 2. & decis. 40. num. 7. & seqq. part. 4. & in Cæsaraugustana Decimarum apud Tamburin. de Jur. Abbat. decis. 92. num. 3. & in dicta Placentina Decimarum ubi supra §. Non sufficienti coram Ansaldo*.

Fortiùs autem quia Sedes Apostolica olim devenit ad concessionem hujusmodi Privilegiorum Conventibus Religiosis ad sublevandam eorum paupertatem, & proindè applicantur tantùm ad Bona dotalia Conventus, seu Monasterii, quæ illi assignantur pro Manso, seu congra sustentatione, numquam verè suffragari possunt ad thesaurizandum, nempè ex abundantia pecuniarum quotidiè acquirendum de novo alia Bona in augumentum, & locupletationem Mo-
66 nasterii, juxta oraculum *Alexander III. in c. Suggestum de Decim.* ibi -- *Quando Romana Ecclesia Ordini vestro Privilegia de Decimis dedit, ita erant raræ Abbatiæ vestri Ordinis, quod exindè nulli poterat de Jure scandalum suboriri; Sed nunc in tantum augmentatæ sunt, ac Possessionibus ditatæ, quod multi viri Ecclesiastici de Vobis apud Nos querelam sæpè proponuntur -- ubi Repetentes* communiter observant, quod Privilegia hujusmodi fiam finalem causam habentia ex motivo inopiæ Religiosorum, nunquàm porrigantur ad Bona,
67 inposterùm quæsita in augumentum, & ditationem, ut punctualiter probant *Fagnan. cap. Nuper numer. 14. & 15. de Decim. Cardin. de Luca de Decim. disc. 1. num. 49. & firmavit Rot. dec. 511. nu. 5. & per totam part. 18. dec.*

Ex quibus patet, quod in nulla consideratione haberi potuit dubius Litis eventus ob malum Jus clarum, quod fovebant Religiosi, quo casu nec etiam intercedere poterat Transactio, de cujus natura est, ut aliquid
68 hinc indè detur, & remittatur, per *Text. in leg. Præses Cod. de Transact.* & in omnem casum, quando æstimandus esset dubius Litis eventus, adhuc eo etiam æstimatio, clarissima remanet læsio enormissima, habito respectu ad quantitatem Decimarum, de quarum Jure agebatur, reflectendo quod annuus redditus Decimarum consistebat in Ducatis 150. circiter, juxta ea, quæ latè, supra demonstravimus; Et tamen per Transactionem Mensæ Episcopali loco Decimæ assignata fuit miseria ducator. 16. annorum; Undè læsio absque principio dubitandi est ultra Bessem, & sic enormissima,
69 ultra duas partes ex tribus, & consequenter longè ultra dimidiam *Rot. dec. 732. num. 1. par. 1. diversor. & decis. 167. num. 2. apud Constan. ad Stat. Urb. & cor. Cerro dec. 840. num. 1.*

Et quidem copiosa quantitas Piscium, qui capiuntur in sinu Maris nuncupato *delli Galli* ut supra observavimus, & probatum fuit in summario, ad evidentiam probatur ex Libris Dohanæ Civitatis Neapolis, ad quam Pisces ad vendendum deferuntur, dum pro duobus annis dumtaxat illorum pretium ascendit ad ducatos 6284. His autem publicis Dohanæ Libris plenissima fides adhibetur & animadversis &c. *Genua de Script. privat. lib. 4. tit. de Lib. rat. gabell. num. 8. & 16. Cobell. ad Bull. Bon. Regimin. c. 47. num. 101. & Card. de Luc. de Regal. disc. 82. num. 4.* 70

Verùm probatio non sistit in his tantum Libris publicis, sed ulterius probatur, maiorem Piscium quantitatem captam fuisse ultra supradictos ducatos 6284. propter circumstantiam omni animadversione dignam, ut in summario comprobatam; quod non omnes Pisces, qui in supradicto sinu Maris capiuntur ad eamdem Civitatem asportantur, sed magna eorum pars venditioni exponitur in Locis vicinis, ubi illi capiuntur; Alia pars deseruit pro usu Monachorum, in Civitate Neapolis commorantium; Alia distribuitur Piscatoribus, Alia dono 71
datur Benefactoribus Monachum, & Amicis Appaltatoris; Ultra quod ex notorio stylo Ministrorum Dohanæ Neapolis, de quo in Summario Crescit in quarta parte eadem quantitas, eo quia, *quando da Compratori de Pesci volgarmente detti Accattatori, si in gabella il Pesce comprato dalli Partiti, o Affitti di Tonnare &c. se li donano sempre da Gabellotti, seu Credenzieri del Pesce, Rotola 20. in circa per Cantaro, che sono 100. Rotola, cioè per ogni 120. Rotola si notano 100. Rotola solamente nel Libro* -- & inhærendo his circumstantiis habemus depositiones Testium de maxima quantitate deponentium de facto proprio, quia vel fuerunt ipsismet Piscatores, vel Affictuarii Thynnariæ, quorum Testium aliqui examinati fuerunt auctoritate ordinaria nostræ Curiæ Episcopalis; Alii verò tamquam Laici inducti fuerunt ad deponendum de speciali mandato Pro Re- 72
gis Neapolis, qui proindè Testes plenissimam constituunt probationem ad *Text. in Leg. 1. in princip. ff. de Ventr. inspect. Bald. consil. 40. num. 10. Rot. coram Duran. dec. 368. n. 12. & cor. Cerro dec. 777. n. 2. & decis. 23. n. 12. part. 9. rec.*

Neque relevat, quod, hujusmodi justificationes non percutiant tempus Transactionis, initæ ann. 1705. sed tempus posterius, & præsens, ideoque læsionem enormissimam non concludant ab initio contractus, Objectum enim non subsistit in Facto, nec in Jure; Non quidem in Facto, quia datur publicum Instru- 73
mentum Affictus Thynnariæ, stipulatum ab Antecessore Archiepiscopo anno 1705. in quo Jus decimandi in alia parte Maris Surrentini, minùs abundante Piscibus respectivè ad illam *delli Galli* factum fuit pro annuis ducatis 65. una cum alio authentico documento, ex quo resultat ex Thynnaria Monachorum à die 18. Junii usque ad diem 24. Septembris 1701. fuisse Neapolim transvecta Cantaria
162. & Rotulos 75. Piscium, calculando autem Ro- 74
tulos ad rationem unciarum 33. pro quolibet, & Cantaria ad rationem Rotulorum 100. pro quolibet, & calculando singula Cantaria ad rationem ducatorum 11. exindè justificatur hanc quantitatem Piscium importare ducatos 1785. & consequenter Decimam in scutis 145. circiter annuis.

In jure autem neque subsistit propositio, quod attendatur tempus initi contractus Transactionis, nam quando agitur de materia, continente tractum successivum, tunc læsio judicatur attendendo æquè principaliter etiam tempus futurum, ut est materia De- 75
cimarum, quæ singulis annis debetur, & singulis annis continet gravamen, & læsionem, juxta theoricam *Bartol. in leg. Stipulantem §. Sacram num. 5. ff. de Verb. oblig. sequutam à Natt. consil. 548. & Rot. coram Martin. Andr. decis. 48. num 14.* & magistraliter *coram Cerro decis. 593. num. 10.* ibi -- *Ubicunque enim contractus perficitur unico momento, & non habet tractum successivum, læsio consideratur solùm inspecto tempore ejus celebrationis. Sed si habet tractum successivum &c. tunc pro judicanda læsione attenditur etiam æque principaliter tempus futurum* -- & in puncto Decimarum eodem *Rot. in Aurien. Congruæ 14. Martii 1608. §. Conferunt coram Ottembergo, impressa apud Viton. Eccles. tom. 3. discept. 65. n. 68.*

Prout etiam non relevat objectum, quod captus Piscium sit incertas, quodque aliquibus diebus festivis, vel aliis, quibus nostræ Mensæ competit Jus decimandi, possit captura Piscium non fieri, vel saltem fieri

fieri in minima quantitate Retorquendo etenim argumentum dicimus, quod etiam illis diebus ferialibus,
77 in quibus Decima non debetur, captura Piscium potest, aut nulla fieri, aut in minimo, & è contraria ista fieri potest in maxima quantitate diebus festivis, aut Veneris, quibus Decima solvi debet Mensæ Archiepiscopali, prout de facto evenit die 15. Augusti 1726. quando capta fuerunt centum Cantaria Thynnorum 3. necnon anno 1727. die 3. mensis Augusti, quo capta fuerunt Cantaria 13. Piscium De jure autem non admittitur hæc exceptio ab eventu dependens, eodem modo, quo in fructibus Terræ naturalibus, qui tempestate, vel aliis causis sterilitatis possunt non haberi, fit calcu-
78 lus ab experientia per decennium computato anno fertili cum sterili *Rota coram Achill. de Graff. decis.* 24. *num.* 2. *de Probat. Lotter. de Re benef. lib.* 3.*qu.* 20. *num.* 92. *& seqq. & in Aurien. Parochialis* 5. *Julii* 1688. *§. Præmisso coram Molines, & in Rossanen. Archipresbyteratus super Remissoria* 29. *Januarii* 1711. *§. Absque eo quod coram Crispo.*

Ejusdem, insubsistentiæ est consideratio fraudis, quæ in diminutionem Juris decimandi committi posset supponendo, quod caput, & Dux Piscatorum, qui vulgò dicitur *Arraiso* postquam Pisces ingressi sunt Thynnariam claudere posset ejus ostium, & deinde eosdem Pisces capere illis diebus in quibus Decima non solvitur Mensæ Archiepiscopali; Hoc enim est argumentari ab absurdo, & delicto, quod in Ju-
79 re nostro non admittitur per *Text. in cap. Nudum de Præsumpt. & in leg. Merito ff. Pro Socio Rot. decis.* 642. *num.* 8. *part.* 19. *recent.* Præsertim quia hoc argumentum nimis probat quia procederet generaliter etiam in omnibus fructibus Terræ naturalibus, in quibus Coloni possunt committere fraudes in præjudicium Domini, & evenire sunt etiam furta Vicinorum cum similibus, nec tamen auditum fuit, quod in calculandis fructibus habeatur ratio de delictis, contingibilibus in præjudicium Domini, quia potest
80 iste tamquam diligens Pater familias huiusmodi præjudiciis occurrere per Custodes iuxta *Text. in Leg. Divus ff. de Servit. Rustic. Prædior.* cum aliis apud *Rebuff. in leg. Vinculorum* 224. *versic. Alia est agrorum, & Vinearum Custodia ff. de Verbor. signific.* Prout huic prætensæ fraudi de facili occurri potest mediante retentione alicuius experti Nautæ, ibidem retinendi expensis Mensæ Archiepiscopalis, ad cuius favorem multi reperiuntur Naturæ; qui Affictum su-
81 pradicti Sinus Maris *delli Galli* susciperent pro annuis ducatis 140. ratione Decimæ Archiepiscopo persolvendæ; ut iustificatur in Summario, ubi adducitur exhibitio huius summæ annorum duc. 140. facta per Matthæum Merolla, & Blasium Sebastianum fortunæ Bonis abundantes.

Ex qua oblatione Affictus Decimæ in annuis duc. 140. facta ad favorem Mensæ pro Sinu Maris *delli Galli* satis resultat læsio enormissima, quod pro Decima annui ferè redditus duc. biscentum assignata fuerit per Transactionem Mensæ Archiepiscopali miserabilis quantitas duc. 16. quia ut notorium est, Affictuari semper offerunt minùs, ut lucrari possint ex Affictu; Ex quibus omnibus convincitur ad evidentiam, quod computato etiam dubio Litis eventu, semper Mensa Archiepiscopalis fuit enormissimè
82 læsa, & Nuncius Apostolicus, cui directum fuit Beneplacitum in forma Commissaria, si agnovisset hanc læsionem enormissimam, nullo modo ad executionem Beneplaciti devenisset, maximè conditionatè cum clausula -- *Postquam Tibi constiterit præfatam Concordiam in evidentem utriusque Patris utilitatem cedere.*

Respectu secundi Dubii respondendum videtur deberi Archiepiscopo omnes Decimus, decursas in sua integra quantitate usque à die factæ Transactionis, bonificatis duc. 16. annuis, quando enim Contractus, seu Concordia fuit ipso Jure nulla, ob læsionem enormissimam, tunc titulus reducitur ad non titulum, & consequenter restitui debent omnes fru-
83 ctus decursi, perindè acsi Transactio inita non fuisset, ut egregiè observant *Urceol. de Transact. quæst.* 89. *num.* 55. *& seqq. Card. de Luc. de empt. disc.* 54. *num.* 9. *Sabell. in Summ. divers. Tract. §. Fructus n.* 10. *vers. Qualiter fructus*; neque ad illam excusandam bona fides allegari potest ubi & in præsenti verificatur, contractus corruit ex capite læsionis enormissimæ, quæ æquiparatur dolo *Giurb. dec* 105. *num.* 1. *& seqq. Rot. cor. Cavaler. decis.* 301. *n.* 5. *& cor. Ansald. dec.* 67. *num.* 12. *& post Urceol. de Transact. dec.* 7. *n.* 4.

IN EADEM CAUSA.

Agnoscitur exadverso, Transactionem sustineri non posse, quando Archiepiscopus haberet pro se assistentiam Juris claram, & indubitatam pro Jure exigendi Decimam Piscium in Sinu Maris, nuncupato *delli Galli*, & præsertim quando haberet etiam Consuetudinem, seu observantiam exigendi, quia de cætero omnes solemnitates, cum quibus magnificatur controversa Transactio, ad nihil inserviunt, probata læsione enormissima, ut in terminis Transactionis confirmatæ per Sedem Apostolicam, prævia diligenti cau- 85
sæ cognitione habita per Congregationem particularem firmavit *Rot. in Castellano Validitatis Concordiæ, seu Bipartitæ* 12. *Januarii* 1705. *§. Et hæc subreptionem, capita cor. Molines* impresa *apud Piton. de Controv. Patron. allegat.* 9. *num.* 111.

Et propterea insistitur in eo quod Archiepiscopus pro iure exigendo controversam Decimam prætendat sibi assistere dispositionem Juris *in cap. Licet de feriis*, 86
supponendo, quod ista Decretalis non loquatur de Decima, sed de simplici eleemosyna, eroganda in usus Pauperum, ob licentiam piscandi dieb. festivis iuxta animadversa in eodem Text. per *Panorm. & Zabarell. nec non per Card. de Luc. de Paroch. disc.* 18. *sub num.* 6. *allegandam Resolutionem Sac. Congregatio Episcoporum apud Nicol. in floscul. in verb. Festum n.* 10.

Verùm, quidquid in hac parte exadverso asseratur, veritas est, quod assistentia Juris, quam habet Episcopus pro exigendis Decimis Piscium, non fundatur, in dispositione allegati *Text. in cap. Licet de feriis* sed clarè, & indubitanter fundata reperitur in dispositione aliorum Sacrorum Canonum, & signanter in *cap. Pervenit de Decim.* ibi -- *Mandamus quatenus Paro-* 87
chianos vestros monere curetis &c. ut de proventibus Moleadinorum, Piscariarum, fæno, & lana, Decimas Ecclesiis, quibus debentur cum integritate persolvant -- ubi communiter *Canonistæ omnes* concludunt, Decimam deberi de Jure Divino, etiam ex Piscibus, eorumque piscationibus, ut notant ibidem *Annan. num.* 88
primo Henric. Boich. num. 9. ibi -- *De illis omnibus Decima est solvenda in quibuscumque rebus consistant, ut de fructibus omnium Terrarum &c. lana, lacte, fæno, lignis, Piscationibus, venationibus &c. & ex istis debetur Decima ex Lege divina*, eandemque Juris assistentiam pro Decima Piscium favore Ecclesiarum Parochialium, seu Cathedralium, reassumunt, & comprobant 89
Canonistæ *in cap. Non est de Decim.* nempe *Abb. antiq. num. primo Innoc. num. primo Hostien. num. primo Ancharan. num. primo Panorm. num.* 5. *Henric. Boich. num.* 4. *&* 5. *Barbos. num.* 4. *Annan. num.* 4. *Joann. Anar. num.* 2. *Monet. de Decim. cap.* 4. *quæst. prima n.* 20. *Rebuff. de Decim. qu.* 8. *num.* 10.

Et sic etiam vigore allegati *Text. in cap. Pervenit de Decim.* ita decisum fuit per Sac. Rotam *in Ulixbonen. Decimarum Piscium* 23. *Januar.* 1586. *coram Oradino*, 90
quemadmodum testatur *Barbos. in d. cap. Pervenit num.* 4. ibi -- *Et quod de Piscibus solvi debeat Decima, censuit Rot. in Ulixbonen. Decimarum Piscium* 23. *Januar.* 1586. *cor. Oradino, & Abulen. in Matthæum cap.* 23. *qu.* 160. *vult. de Piscat. quæ fit in flumine publico &c. solvendas esse Decimas* -- idem *Barbosa de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 26. *§. Primo num.* 10. *Ventrigl. in Prax. part.* 2. *annot.* 29. *§. Primo numer.* 9. ibi -- *de Venatione quoque debetur Decima &c. & eodem modo debetur de Piscatione, & Piscibus, deciditur in cap. Pervenit de Decim. & fuit dictum in una Ulixbonen. Decimarum Piscium* 23. *Januar.* 1586. *coram Domino Oradino* -- & eruditissime probat 91
Gonz.

Gonz. in d. cap. Pervenit num. 2. ubi notavit ipsos etiam Gentiles præstasse hanc Decimam in Regione Corcyræ Jovi Olimpico, & Apolini Delphico, ut legere est ibi in *verb. Pischariarum* ubi hæc ait -- *In illis videlicet Locis, in quibus piscatio in fructu est, ut Oris Maritimis, & similibus Locis, sicut in Corcyreorum Regione contigebat, eos enim Piscationis Thynnariæ Decimam quotannis Jovi Olimpico, & Apolini Delphico præstasse Auctor est Pausanias Phoc. pag. 624. immò plerumque piscatio ad Privatos, seu Communitates Jure dominii spectat, & etiam privilegio, aut consuetudine plerique exercent Piscationem in flumine alias publico &c. quibus omnibus in casibus ex ipsa Piscatione Decimo debetur ex præsenti Textu.*

Unde clarissima est assistentia Juris favore Archiepiscopi, ex dispositione expressi Canonis in *cap. Pervenit. de Decim.* absque necessitate alterius *Textus in cap. Licet defer.* qui non emanavit ad statuendam Decimam de Piscibus, sed ad alium effectum, quia nempè cum Piscatio sit prohibita diebus festivis, sed propter necessi-
92 tatem dari debet licentia piscandi certum genus piscium, qui faciunt transitum etiam diebus tantum fæstivis, ut sunt Alæciæ, & Thynni, ut notant *Gonzal. in cap. Licet num. 5. defer. Dian. Coord. tom. 7. Tractat. 5. resolut. 21. numer. 3. à Spiritu Sanct. tom. 2. Confess. tractat. 6. disp. 1. sect. 8. num. 71.* idcirco emanavit *Text. in d. cap. Licet de Fer.* ubi Pontifex dedit licentiam Archiepiscopo Treveren. ut permitteret Piscationem Aleciæ diebus festivis, sub hac conditioue præstandi solitam Decimam Ecclesiis, intra quarum fines piscatio exercetur, & si-
93 mul præstandi portionem pro Pauperibus ibi -- *Ita tamen, quod post factam capturam, Ecclesiis circumpositis, & Christi Pauperibus congruam faciant portionem* -- quæ verba duas præstationes important pro hac piscatione facienda diebus festivis, alteram pro Decima Ecclesiis, in quarum circuitu illa exercetur ibi -- *Ecclesiis circumpositis* -- & alteram pro eleemosyna erga Pauperes ibi -- *& Christi Pauperibus congruam faciant*
94 *portionem* -- ita & taliter, quod hujusmodi Textus loquitur quidem de eleemosyna Pauperibus præstanda, sed loquitur etiam de Decima de Jure debita Ecclesiis propter piscationem, quæ Decima, sicut debetur ex piscatione, habita diebus ferialibus, ita etiam debetur pro illa, quæ exercetur diebus festivis, propter Licentiam Episcopi, ut in puncto, quod Textus loquatur
95 de Decima pro Ecclesiis, & simul de Eleemosyna præstanda post Decimam notant *Abbas antiquus in d. c. Licet num. 3. in verb. Portionem* ibi -- *hoc est, ut detur Decima; & de novem partibus sibi remanentibus faciant Eleemosynam, Joann. de Anan. ibidem num. 5.* ibi -- *& pondera benè istum Textum, qui probat secundum Doctores, quod de piscatione est solvenda Decima, & debet solvi illi Ecclesiæ, ubi est piscatio &c. Probat etiam iste Textus, quod ultra Decimas, quis tenetur dare Eleemosynas Pauperibus*, & ultra aucto-
96 ritatem Glossæ, ita etiam dixit *Gonzal. num. 5. in fin.* ibi -- *Quoad congruam verò portionem censet Glossa, quam sequuntur Repetentes, & Ricciullus ubi supra usque ad Decimam partem esse in Pauperes erogandam ultra Decimam illam partem, quam Ecclesia Jure proprio vindicat -- & Ricciul. Lucubrat. lib. 6. titulo de Feriis, festisque diebus c. 27. n. 4.*

Hinc propterea nihil faciunt ad rem auctoritates, in contrarium adductæ, ad probandum, quod hujusmodi Textus loquatur de eleemosyna, ob licentiam piscandi diebus festivis, datam ab Episcopo, quia stat simul, quod loquatur de hac eleemosyna, &
97 quod loquatur etiam de Decima, Jure divino debita Ecclesiis circumpositis, & expressa *in cap. Pervenit de Decim.* quam Pontifex absque dubio præservare debuit, data piscatione in diebus etiam festivis, ut
98 benè concludunt auctoritates mox allegatæ, & concordat *Ancharan. in d. cap. Licet num. 8. & Butr. nu. 12.* ex quo corruit contrarium assumptum, quod circa Jus exigendi Decimas piscium non habeat Ar-
99 chiepiscopus assistentiam Juris, & *cap. Licet de Fer.* loquatur de eleemosyna, quando assistentia Juris favore Archiepiscopi non descendit ex hoc Textu, sed
100 ex dispositione speciali *Text. in cap. Pervenit de Decim.* cui non derogavit, sed ejus dispositionem præservavit memoratus *Textus in capitul. Licet defer.*

Quod transit in evidentiam, reflectendo, quod si verum esset Archiepiscopo competere hanc Deci- 101
mam prò eleemosyna, sequeretur absurdum, quod etiam quidquid datum fuit in Transactione, fuisset illicitum, quia nihil prætendere potest Archiepiscopus ex hac eleemosyna, debita Pauperibus ob licentiam piscandi diebus festivis, & sic Transactio canonizzasset usurpationem illicitam pro Mensa Archiepiscopali juxta *Card. de Luc. de Paroch. disc. 18. nu.* 102
6. & Resultationem Sac. Congregationis apud *Nicol. in floscul. in verb. Festum num. 10.* & consequenter objectum nimis probat, quia probaret absurdum.

Firmum itaque, & clarum remanet ex prædictis, quod assistentia Juris, absque ullo principio dubitandi, favebat Archiepiscopo tempore Transactionis pro 103
Jure exigendi Decimas piscium, juxta *Text. in cap. Pervenit de Decim.* non derogatum, sed præservatum in *cap. Licet de Feriis*, quæ assistentia Juris non cessat favore Episcopi, ex quo Decimæ regulariter debeantur Ecclesiis Parochialibus; Cùm enim Episcopus sit Parochus universalis, inde sequitur, ut in ista Diœcesi, in qua Parochi non habent Jus decimandi, assistentia Juris stet pro Episcopo, qui præsumitur in divisione Parochiarum apud se retinuisse Jus decimando, dotando Ecclesias Parochiales ex aliis redditibus, ut etiam in Italia frequentes sunt Episcopi, ha- 104
bentes Jus decimandi, non obstante quod extent Ecclesiæ Parochiales, nempè Episcopus *Ferrarien. Imolen. Placentin. ut observat Rota in Ferrarien. Decimarum 23. Martii 1716. cor. Falconerio inter alias impressas cum eodem in tom. 1. tit. de Decim. decis. 1. & in Imolen. Decimarum 4. Martii 1720. coram Corio, & in Placentina Decimarum 16. Martii 1710. cor. Ansaldo*, & ita favore Episcopi cira assistentiam Juris in hoc 105
Jure decimandi *probant Card. de Luca de Decim. disc. 8. num. 10. in fin. & Lotter. de Re benef. lib. primo quæst. 20. num. 79. & seqq. & numer. 87. & firmavit Rot. decis. 520. num. 5. part. prima recent. & decis. 135. num. primo coram Benincas. & in dicta Placentina Decimarum, ubi supra §. Adhuc cor. Ansald.*

Hæc autem clara Juris assistentia favore Archiepiscopi non habet umbram difficultatis reflectendo ad consuetudinem, & observantiam; Etenim usque de anno 1584. datur Platea, seu Inventarium Reddituum Mensæ Archiepiscopalis, ubi inter Redditus descripta fuit hæc Decima, etiam in diebus Adventus, & Quadragesimæ, & singulo die Veneris totius Anni, quod probat pertinentiam Decimæ ad Mensam Archiepisco- 106
palem verè, & propriè, tanquam debitæ, non solùm diebus festivis, sed etiam ferialibus, ut in specie observat *Rot. cor. Emerix jun. dec. n. 1069. n. 4.*

Hoc etiam probat antiquum Edictum Vicarii Capitularis anni 1598. datum in Summario, quod malè allegatur in contrarium ad probandum, quod Decima datur pro eleemosyna, ob Licentiam laborandi diebus festivis, quia Edictum neque per umbram hoc dicere, aut innuere somniavit, dum per orationem distinctam prohibuit Piscari diebus festivis -- *senza espressa licenza* -- deinde autem per caput separa- 107
tum ordinant, quod præstanda esset Decima de piscatione, præmittendo -- *quanto poco conto si fa di dare, e sodisfare la Decima del Pesce, spettante al Reverendissimo Ordinario &c. nelli giorni debiti, e consueti* -- Superaddidit, quod obtenta licentia piscandi diebus festivis -- *nessuno ardischi, e presumi fraudare, & occupare detta Decima di detto Pesci, che nelli detti giorni soliti, e consueti esigersi, giustamente* 108
si deve sodisfare --. quæ verba dies solitos, & consuetos exigendi Decimam Piscium non coarctant ad dies festivos, sed ad omnes illos dies, de quibus in supra dicta Platea anni 1584. scilicet Adventus, Quadragesimæ, & singulorum dierum Veneris, qui erant 109
dies soliti, & consueti ad *Text. in Leg. Sed & posteriores ff. de Legib. Rot. coram Emerix. jun. decision. 1158. numer. 6. & in recent. decision. 653. numer. 16. parte 19.*

Hoc etiam convincit sequens Edictum Vicarii Genera-

neralis de anno 1603. ubi legitur -- *Avendo la Mensa Arcivescovale di Sorrento anticamente goduto in tempo di Quadragesima, Advento, Venerdì, e Feste dell anno la Decima del Pesce &c. non debbano in alcun modo impedire, perturbare, ne fraudare le dette Decime* -- & eisdem verbis concordat alterum Edictum
110 Archiepiscopi de anno 1610. junctis multis Testibus, de quibus Summario, quæ sunt probationes manifestæ in sequelam assistentiæ Juris circa Jus exigendi Decimam Piscium comprobatam ex immemorabili, quæ dat titulum fortiorem assistentiæ Juris *Rot. coram Pœnia decision.* 817. *num.* 3. *& in recent. decis.* 781. *numer.* 6. *part.* 18. *& coram Emerix. jun. decis.* 498. *numer.* 3.

Ultra aliam circumstantiam, quod omnes Episcopatus Suffraganei nostri Archiepiscopatus percipiunt Decimam Piscium, una cum exemplis aliorum Episcopatuum circumadjacentium unde imperceptibile est negari posse assistentiam Juris adeo claram, & maximè
111 comprobatam ex consuetudine, speciali, & generali hujusmodi Regionis juxta animadversa &c. *Posth. de Manut. observ.* 45. *num.* 9. *in fin. Rot. decis.* 588. *num.* 2. *in fin. par.* 3. *& dec.* 93. *num.* 2. *& dec.* 126. *num. primo part.* 4 *recent.*

Hinc vanum est dicere, quod in sinu Maris, nuncupato *delli Galli* non probetur conservantia, seu consuetudo decimandi favore Archiepiscopi, Tale enim objectum tollitur in Facto, & in Jure, & quidem in
113 facto habemus non solùm Testes, datos in Summario, sed etiam solemne Mandatum de manutenendo, in eisdem Testibus, & aliis probationibus fundatum, & Relaxatum ab A. C. & Canonizzatum per Signaturam Justitiæ, & sic frustra negatur possessio in hoc præciso loco Maris *delli Galli*; In Jure autem cum versemur in Archiepiscopo, habente causam, & titulum universalem assistentiæ Juris, eo ipso, quod ipse semper fuit in possessione decimandi Decimas Piscium in alia parte Maris, & ambitu Maris, existentis intra limites suæ Diœcesis, dicitur constitu-
114 tus in possessione quoad totum Mare, & sic etiam partem illam nuncupatum *delli Galli*, ut benè probat *Posth. de Manut. observat.* 73. *numer.* 154. ibi -- *Quasi possessio universalis Episcopi, seu Parochi exigendi Decimas in aliquibus Locis intra Diœcesim &c. suffragatur etiam pro omnibus Locis, Bonis, & Terris, quæ probentur esse intra limites ejusdem Diœcesis* -- & concordant *Monet. de Decim. cap.* 8. *quæst.* 3. *num.* 31. *Marescott. var. cap.* 11. *num.* 27. *lib. primo, & in recent.* 484. *num.* 2. *part.* 3. ubi quod quasi possessio
115 Decimas exigendi, probata etiam in parte, relevat in totum, propter titulum universalem, *& coram Duran. decis.* 46. *numer.* 2. *& decis.* 215. *num. primo, &* 2.

Quæ omnia, si ponunt ante oculos bonum Jus Archiepiscopi in hoc Jure decimandi Pisces, cessant Regulæ generales circa dubium Litis eventum, & circa Sententiam in possessorio, non suffragantem in petitorio, Quia ponamus casum, quod hodie com-
116 missa esset Causa in petitorio huic Sacræ Congregationi sub Dubio -- *An Decimæ debeantur* -- quis non videt affirmativam resolutionem esse indubitatam, dum clara est assistentia Juris, & clara est consuetudo Immemorabilis, quæ enunciatur usque de anno 1584. in Platea superius relata, quæ supponit con-
117 suetudinem præcedentem, & consequenter Immemorabilem, ut dicunt *Carena resolut.* 56. *numer.* 2. *Card. de Luc. de Benef. disc.* 32. *numer.* 7. *& Rot. coram Buratt. decis.* 435 *num.* 8. *&* 9. *& in rec. decis.* 245. *num.* 49. *& sequen. part.* 9. *& decis.* 168. *numer.* 37. *&* 38. *part.* 10.

Et tamen etiam computato dubio Litis eventu, semper remanet læsio enormissima ex supra probatis, nec quota ducatorum 8 quam placuit Archiepiscopo per aliquod tempus exigere, aliquid probat in contrarium, etiam respectu quotæ, pro qua diminuenda contra assistentiam Juris necessarium est
118 probare centenariam, vel saltem quadragenariam cum qualitate coactiva, ut firmavit *Rot. in Augustana Decimarum* 13. *Martii* 1719. *§. Quadragenaria cor. Foscaro, & in Tyburtina Decimarum* 5. *Aprilis* 1726. *§. Quod si coram Corio*, & Mandatum de manutenendo A. C. obtentum est generale, quoad Jura exigendi Decimas juxta quotam Juris, & verba illa -- *ad limites probatæ possessionis* -- important 119
possessionem exigendi certis temporibus anni, scilicet tempore Adventus, Quadragesimæ, quolibet die Veneris, & diebus festivis.

Die 21. Augusti 1728. propositis in Congregationem Concilii duobus sequentibus Dubiis.

I. An Transactio substineatur; Vel sit rescindenda in casu &c. Et quatenus non substineatur, vel sit rescindenda.

II. An, & quæ Portio per Monasterium Carthusiæ Neapolis debeatur Archiepiscopo, in casu &c.

Ad I. Responsum fuit *Affirmativè quoad primam partem, & negativè quoad secundam.*

Ad II. verò *Provisum in primo.*

Repropostita verò die 14. Novembris 1730. sub Dubio: *An sit standum, vel recedendum à decisis*, responsum fuit *Dilata*, & deinde honesta Concordia terminata fuit Controversia.

DISCEPTATIO XXXVIII.

Cremonen. Matrimonii

PRO

Lucia Agliodolce.

CUM

Petro Schinchinellio

ARGUMENTUM.

Matrimonium, metu contractum, nullum est, etiam si, durante causa metus, asserti Conjuges Vitam conjugalem ducant cum Filiarum procreatione. Ex quibus demonstrationibus concludenter probatus dicatur metus. Confessarius denegare an possit Filio, vel Filiæ Familias Absolutionem eò quia isti nolint adhærere voluntati Patris contrahendi Matrimonium cum determinata Persona.

PRo faciliori declaratione nullitatis Matrimonii, die 19. mensis Septembris 1720. ser. ser. contra-tracti inter Luciam Agliodolce, & Joannem Schin- 1
chinellium, præmitto ea, quæ in hac parte à Doctoribus communi placito admittuntur, & à collegialibus Tribunalibus quotidie approbantur.

Primò scilicèt, quòd omnino liber, & ex omni parte spontaneus debet esse consensus utriusque Sponsi, ad hoc, ut Matrimonium, ab ipsis contractum, validum sit, ut, omissis antiquioribus de quibus *Re-* 2
petentes communiter in cap. Cùm locum, cap. Requisivisti, & cap. Gemma de Sponsalib. firmavit *Rota in Perusina Matrimonii* 15. *Martii* 1688. *§. Litterali coram Hervault, & in Hispalen. Matrimonii* 22. *Februarii* 1708. *in princ. coram Foscaro, & in Aprutina Nullitatis Matrimonii* 30. *Aprilis ejusdem anni §. Hinc manifesta coram Scotto, & in Gerunden. Matrimonii* 28. *Junii* 1728. *§. Demum coram Cornelio impressis in decisionem.* Ea ratione, quia illud importat perpetuam 3
Hominis servitutem, quæ non nisi volenti, & spontaneè consentienti imponi potest, juxta communiter receptam *D. Thomæ doctrinam in supplem.* 3. *part. quæst.* 47. *art.* 6. *in corp* quam *inter Consilia Matrimonialia diversorum Jurisperitorum* sequuntur *Jacob. Leoniss. cons.* 49. *num.* 25. *Rub. Alexandrin. consf.* 73. *num.* 12 *tom. primo Sperell. decis.* 138. *num.* 11. *versic. confirmatur, Rot. decis.* 411. *num. primo coram Roy. & in Melevitana prætensorum Sponsalium* 4. *Maii* 1682. *§. Quoad primum coram Paulutio post d. Tom.* 2. *Miscell. decisione.*

Secundò præmitto, quòd cùm metus, quo mediante quis

te quis cogitur invitus devenire ad aliquem Actum contra propriam voluntatem, consistat in animo, uniformi calamo concordant Doctores in eo, quod ille concludenter probari potest præsumptionibus, verisimilitudinibus, & conjecturis, attento quod ea, quæ consistunt in animo, communiter existimantur difficillimæ probationis, tam ex parte Inferentis,
4 cùm clam soleat inferri, quàm ex parte Patientis, in cujus mente sedem habet, *leg. Metum ff. de His, quæ vi, metus ve caus.* & firmavit *Rot. decis.* 242. *num. primo post* 2. *vol. Consil. Farinac. & coram Seraphin. decis.* 771. *num.* 1. *&* 2. *& in part.* 8. *rec. decis.* 194. *num.* 23. *& decis.* 273. *num.* 5. & egregiè *coram Ludovis. decis.* 326. *num. primo, & seqq.* ubi id
5 ampliat, quando ille à Patre infertur filiæ, ibi -- *Metus est difficilis probationis tam ex parte illud patientis, cùm in ejus animo sit reconditus, quàm ex parte inferentis, cùm secreto, & clam inferatur &c. Præsertim quando infertur à Patre filiæ, secum habitanti &c. & propterea in eo leviores probationes sufficere.*

Ita ut idem metus concludenter dicatur probatus ex depositione etiam unici Testis adminiculati, ut
6 observat adducti per *Boer. decis.* 101. *à num.* 8. & firmavit *Rot. decis.* 595. *num.* 4. *coram Merlin. & decis.* 205. *num.* 17. *coram Ludovis.* ubi *Adden. numer.* 30. *& coram Emer. Jun decis.* 870. *num.* 6. *& in part.* 18. *recent. decis.* 201. *numer.* 7. *&* 8. *& in Viennen. Matrimonii* 25. *Junii* 1703. *§. Hinc transeundo cor. Sotto post dict. Tom.* 2. *Miscellan. decisione.*

Cum qua communiter recepta opinione, Partibus acerrimè informantibus, Me scribente, processit *hæc*
7 *Sac. Congregatio in Mantuana* 7. *Decembris* 1715. *&* 28. *Martii* 1716. ut videre est *in tom. primo part. prima disceptat.* 20. *per tot. & tom.* 2. *part. prima discept.* 9. *pariter tot.* in qua admissa fuit pro concludenti
8 probatione metus, a Patre incussi filiæ, depositio ejus Cubiculariæ, nempè Barbaræ Gazzellæ, præsumptionibus, & coniecturis adminiculata.

Tertio præmitto, quòd prædictæ regulares propositiones faciliùs procedunt, & locum habent, quando (ut in præsenti casu verificatur) sermo est de Puellis teneræ ætatis, & imbecillis naturæ, quibus
9 facilitate maxima incutitur metus, *Gloss. in cap. Cùm locum de Sponsal. Soccin. Jun. cons.* 97. *num.* 2. *lib.* 3. *Barbat. cens.* 60. *post num.* 4. *lib. primo, Farinac. in Fragment. part.* 2. *verb. Metus num.* 74. *& Rot. decis.* 930. *num. primo coram Dunozett. Jun.* Itaut in Mulieribus non requiratur probatio metus, cadentis in constantem Virum; Mulieris enim animus levioribus movetur affectibus, quàm virilis, aliamque requirit con-
10 stantiam recta ratio in Viro, quàm in Fœmina, *Repetentes* communiter *in cap. Consultationibus num.* 6. *de Sponsalib. Sanchez de Matrim. lib.* 4. *disput.* 17. *n.* 2. *& Rot. cor. Merlin. dec.* 600. *nu.* 1. *& cor. Arguell. dec.* 9 *num.* 38.

Quarto, quòd ad nostrum effectum non est necesse præcisè probare vim coactivam, à qua quis contra suam voluntatem per apertam vim cogatur operari (quæ tamen concludenter infra probatur) sed pro actus nullitate superabundat solus metus, *leg.*
11 *Extat enim ff. de Eo, quod metus caus.* ibi -- *Et cum Martianus inde diceret, vim nullam feci, Cæsar dixit: Tu vim putas esse solùm, si Homines vulnerentur?* & latè probant *Magallon. de His, quæ vi, metus ve caus. cap.* 2. *§.* 7. *numer.* 3. ibi -- *Ultra, quod ipse deponit de vi, non de metu, quæ longè inter se differunt; Illa enim*
12 *refertur ad Corpus, & metus ad animum, & propterea Rubrica dicti tituli, tam in Codice, quàm in Decretalibus, est inscripta de His, quæ vi, metusve causa fiunt, à Pont. cons.* 44. *num.* 13. *Rot. decis.* 644. *num.* 25. *part. prima recent. & in Barchinonen. Nullitatis Professionis* 15. *Januarii* 1700. *§. Et quidem coram Ansaldo.*

Quintò, quòd pro eadem nullitate Actus, ob metum gesti, sufficit justa, & probabilis apprehensio mali gravis, neque est necesse, illius eventum
13 expectare, *Textus est in leg. Habitatore §. final. ff. Locat.* ibi -- *Si justa causa non fuisset, cur periculum timeret, quamvis periculum non fuisset? Bartol. in leg. Metum la* 2. *in princ. ff. de Eo, quod met. caus. Hermosill. ad Lopez leg.* 56. *gloss. prima tit.* 5. *part. prima n.* 14. *&* 15. *& Castill. controv. Jur. libr.* 8. *tit. de Alimen. cap.* 59. *num.* 2. *§. Timor itaque*, ibi -- *Quæ cò tendunt, ut timor probabilis damni; quod inferri, aut evenire potest, verus, & proprius metus dicatur, quamvis illatus non esset, cùm inferri potuerit, & temerarium esset damnum expectare, quod verisimiliter evenire posset.*

Sextò, quòd quando metus fuit incussus à Persona, cui reverentia debetur (quod communiter exemplificant Doctores in Filio, vel Filia respectu Patris) tunc sat est, ut ille sit reverentialis, iunctus cum comminatione, vel periculo mali gravis, neque est necesse probare timidam naturam metum passi, vel solitum exequendi minas respectu Incutientis metum, istiusque ferocem, barbaramque naturam, juxta distinctionem, communiter à Doctoribus receptam, quam sequuntur *Coton. controvers. celebr. lib.* 4. *tit. de Profession. Contract. cap. primo num.* 32. *Ciarlin. controv.* 108. *num.* 33. ubi de solo metu reverentiali erga Fratrem, natu majorem, *Capyc. Latr. consult.* 50. *num.* 11. *& seqq. Pilaja decis.* 12. *numer.* 18. *tom. primo, Panimoll. decis.* 102. *numer.* 18. *& seq.* ubi quod in suo casu ipse ita judicavit, & *Rot. decis.* 975. *num.* 19. *coram Dunozett. Jun. & coram Merlin. decis.* 590. *numer.* 2. *& seqq.* ubi, sequendo *Pontium de Matrim. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 15. asserit, hanc opinionem, nedum esse veram de Jure Ecclesiastico, & 15
positivo, sed etiam naturali, & divino, & coram *Falcon. decis. prima num.* 13. *&* 14. *de Fidejussorib. & coram Emer. Jun. decis.* 870. *num.* 16. ibi -- *Non enim refert, quod non constet, Eum, qui metum incussit, fuisse terribilis naturæ, sive solitum minas exequi. Quia id requiritur in Personis extraneis, non autem in Patre, cui de Jure naturæ reverentia debetur, nam in his terminis sufficit metus reverentialis, junctus cum periculo mali gravis, probabiliter opinati ex sola Parentis indignatione*, quam unicè consideratam malum grave involvere, concordantibus cumulatis pro- 16
bat *Sanch. de Matrim. lib.* 4. *disput.* 6. *num.* 14. ibi -- *Quis enim Vir constans, & prudens non reputabit grave malum, semper coram oculis habere infestum Patrem, à quo pendet, & cum quo semper versaturus est.*

Quamvis autem aliqui Doctores recipiant hanc opinionem in illis solis terminis, in quibus, ultra metum reverentialem, concurrant minæ, aut verbera Patris, metum inferentis filiæ, ut videre est 17
apud *Corrad. in Prax. benefic. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 8. *&* 10. *Sanch. de Matrim. lib.* 4. *disput.* 6. *num.* 20. *& seqq. & Rot. decis.* 493. *num.* 3. *&* 31. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Quando etiam vellet in hac causa procedi cum dicta rigorosa opinione, adversus communem benignam Sententiam, de qua latè *Castill. controver. Juris libr.* 18
8. *cap.* 59. *à numer.* 53. ibi -- *Ego sanè hanc opinionem constanter, & securè retineo, quam & veriorem, & in actu practico tenendam omnino arbitror, nempe, quod probatis minis illius, cui reverentia debetur, hoc est Patris, aut alterius Superioris, necesse non sit, quod Minans solitus sit minas exequi &c.* Adhuc in præsenti minæ ad executionem deductæ fuerunt adversus, ut infra latiùs videbimus; Constans enim in facto est, quod illa restricta fuit in Cubiculo Pa- 19
terni Palatii, fenestris obcæcatis, privata fuit consortio Matris, aspectu Patris, & Patrui, famulatu domesticarum Mulierum, relegata, ad Villas Fenghi, & Levatæ, denegata fuit eidem facultas suæ conscientiæ consulere, mediante directione antiqui Confessarii ex Societate Jesu, cum assignatione alterius, & Patri, & Patruo benè visi, nec defuerunt etiam colaphi in conspectu qualificatarum Personarum.

Septimò præmitto, quòd de Jure necessarium non est, ut minæ præcisè inferantur tempore contracti Matrimonii, sed sufficit, illas ante fuisse illatas, quia præsumitur durare metus ille, qui antea fuit incus- 20
sus, ut in puncto nostri casus notant *Honded. cons.* 29. *num.* 4. *lib. primo*, ibi -- *Quia non minùs ex nimis præcedentibus metus probatur, quàm si in actu contrahendi*

hedi illatæ essent, *Paris. cons.* 60. *numer.* 54. *& seq.* ibi -- *Illi enim actus præcedentes justissimum incussere metum*, *Thesaur. quæst. forens. libr. primo capit.* 51. *numer. primo*, ubi, quod hæc opinio nullum ha-
21 bet Contradictorem, *Cavaruv. de Sponsal. part.* 2. *cap.* 3. §. 5. *numer.* 12. ibi -- *Si verò fiat ante actum &c. etiam ex intervallo actos gestus præsumitur metu expeditas*, *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap.* 23. *numer.* 24. ibi -- *Influit causa metus, adhuc durans*, *Sperell. decis.* 80. *numer.* 8. ibi -- *Durante causa metus actus, quantumlibet ex longo intervallo celebratus, censetur ex præcedenti metu gestus, & in hoc non reperi Contradictorem*, & hæc opinio perpetuò sequu-
22 ta fuit Rota, ut videre est *coram Ludovis. decis.* 326. *numer.* 30. ibi -- *Nec refert, quod non sint factæ in actu contrahendi Matrimonium, sed ante, prout nec etiam quod sint factæ, absente Patre*, *& coram Coccin. decis.* 2207. *numer.* 45. ibi -- *Cùm enim esset jam semel metus illatus, adhuc durare præsumebatur*, *& coram Peutinger. decis.* 98. *num.* 15. ibi -- *Quia satis est, minas præcessisse eandemque causam metus durare*, *& in part.* 13. *recent. decis.* 211. *num.* 11. ibi -- *Sufficit, minas præcedere, tametsi non illatas in ipso actu &c. dec.* 373. *num.* 10. *p.* 18. *rec.* ibi -- *Probatio semel metu, hic durare semper præsumitur*.

Octavò præmitto, quòd, concurrentibus dd. circumstantiis, & conjecturis, metus nullatenus dicitur purgatus per actus lætos, & jucundos, post Matrimonium sequutos & ostendentes ab extrinseco ani-
23 mi lætitiam, eò quia metus, semel incussus, dd. jucundis actibus non obstantibus, semper durare præsumitur *Thesaur. quæst forens. libr. primo cap.* 51. *num.* 19. ubi, quod conclusio hæc nullum habet in Jure Contradictorem, ibi -- *Neque hac in re reperio Doctorem contradicentem*, *Panimoll decis.* 29. *numer.* 35. *& seqq. Ciarlin. controv.* 108. *numer.* 66. ibi -- *Data causa metus, licet metum Passus videatur læta animo facere, nihilominus actus censetur meticulosus*, *Rot. coram Ludovis.* 392. *numer* 3. ibi -- *Quamdiu enim du-*
24 *rat causa metus, quicumque actùs fiant, etiam si præseferant liberam voluntatem, & lætum, jucundumque animum, nedum metum non purgant, sed potiùs Eum magis confirmant*, *& in part.* 18 *recent. decis.* 373. *numer.* 11. *& seqq.* ibi -- *Idque procedit etiam si actus fiat in speciem læto, & jucundo animo, dum nec per hoc censetur cessasse timor, quoad usque durat illius causa*.

Quæ omnia adeo vera sunt, talique constantia a Doctoribus, & Tribunalibus collegialibus communiter admittuntur, ut asserant, procedere etiam in illis terminis, in quibus Sponsi post Matrimonium metu contractu per multorum annorum spatium Vi-
25 tam maritalem ducant, etiam cum filiorum procreatione, *juxta magistralem Rot. decis.* 405. *part.* 18. *recent.* & punctualissimam Resolutionem hujus Sac. Congregationis *in Romana* 15. *Septembris* 1629. quam referunt, & sequuntur *Fagnan. in capit. De illis il* 2. *numer.* 13. *&* 47. *de Despons. Impuber. Barbos. in Summ. Apost. decis. verb. Matrimonium collect.* 465. *numer.* 32. ubi de habitatione cum Viro per septen-
26 nium, deque multorum filiorum susceptione, *Panimoll. decis.* 102. *numer.* 13. *& seqq. Raynald. observ. crim. tom.* 2. *capit.* 23. *supplet.* 5. *numer.* 30. *& seqq. Monacell. in Formul. tom. primo tit.* 8. *form.* 10. *numer.* 17. ibi -- *Matrimonium, à principio metu contractum, licèt Jure communi inspecto, per copulam, postea liberè, & voluntariè subsequutam, ratificetur, & convalidetur, ut per Gloss. in capit. &c. Nihilominus hodie novo Concilii Tridentini, Matrimonium, nulliter à principio contractum, non convalidatur per subsequutam copulam, quantumvis liberè habitam, sed requiritur novus consensus in facie Ecclesiæ*, & firmavit *Rot. in magistrali decis.* 887. *per. tot. Seraphim. ubi numer. fin.* quod Rotæ Auditores hanc sententiam di-
27 xerunt carere omni prorsus difficultate, & coram *Ludovis decis.* 395. *numer. primo*, *& plurib. seqq. & coram Arguell. decis.* 9. *numer.* 6. ibi -- *Sac. Congregatio Eminentissimorum DD. Cardinalium, Sac. Concilii Tridentini Interpretum* 13. *Septembris* 1629. *cen-*

fuit, Matrimonium, contractum à Filia per metum, à Matre illatum, esse invalidum, etiam si Mulier, metum passa, per plures annos post mortem Matris permanserit cum Marito, & Filios procreaverit.

Quæ individualissima Resolutio est in terminis durioribus, quia in illius casu agebatur de metu, incusso à Fœmina, seu Matre; In nostro autem incussus fuit à Patre, & Patruo. Præterea in d. casu Filia post mortem Matris, quæ metum incusserat, cohabitavit cum Viro per annos septem, quo tem- 28
pore multos procreaverat filios; In nostro autem ultra quod vivit etiam hodiè ille, qui ei metum incussit, vix habitavit uno, vel altero anno in Domo Mariti, semper procurando ab illa aufugere, & cum effectu non dubitavit etiam tentare ingressum in Monasterium Cappuccinorum, statim ac ei permissum fuit. Interrogata verò a dignissimo Patruo an libenter moram fecit sex in Domo Viri? Nimis modestè, sed æqualiter significativè respondit: *Ma se ero in Casa di altri?* Derelicta nimirum à Patre, & Patruo, illi inculcantibus cohabitationem cum Viro, loco eidem præstandi auxilium, & consilium cum verificatione illius celebris Dicti *Cassiodor. libr.* 4. *var.* 29
epist. 27. *Malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta suscipere, unde sperabantur auxilia provenire*.

Nono præmitto, quòd maximus metus Luciæ incussus, & semper repetitus ab ejus Confessario, quod sub pœna peccati Mortalis tenebatur obedire voluntati Patris, & Patrui, unitim ei præcipientibus ut Matrimonium contraheret cum Schin- 30
chinellio, nulla habebat solida fundamenta, eo quia juxta miram *D. Thomæ doctrinam* 2. 2. *quæst.* 104. *art.* 5. *in corp.* ibi -- *Ex duobus potest contingere, quod subditus suo superiori non teneatur in omnibus obedire; Uno modo propter præceptum majoris Potestatis &c. Alio modo non tenetur Inferior suo Superiori obedire, si ei aliquid præcipiat, in quo ei non subdatur; Tenetur autem Homo Homini obedire in his, quæ exteriùs per Corpus sunt agenda, in quibus tamen secundùm ea, quæ ad naturam Corporis pertinent Homo Homini obedire non tenetur, sed solùm Deo, quia omnes Ho-* 31
mines natura sunt pares, puta in his, quæ pertinent ad Corporis sustentationem, & Prolis generationem; Unde non tenentur, nec Servi Dominis, nec Filii Parentibus obedire de Matrimonio contrahendo -- Idque optimis rationibus.

Sive, quia Filius, qui Jure suo utitur, liberè contrahendo Matrimonium, nemini facit injuriam, quam adducit *Covarru. de Sponsal. part.* 2. *capit.* 3. §. 32
8. *numer.* 5. Sive quia patria potestas, cui innituntur contrariæ opinionis Sectatores, respectu Matrimonii nihil operatur, quam considerat *Rot. in Romana Matrimonii* 4. *Junii* 1681. *in fin. coram Alberga-* 33
to post tom. 2. *Miscellan. Pompeii*. Sive, quia liberum est Filiis ducere in Uxores omnes illas Mulieres, quarum respectu non verificatur canonicum Impedimentum, quæ libertas frustranea remaneret, si circa Matrimonii Contractum tenerentur Parentibus 34
obedire, de qua *Oliv. de For. Eccles. quæst.* 29. *numer.* 21. *& seqq.* Sive, quia in materia Matrimonii Filius est Dominus suæ voluntatis, ut discurrunt *Mo-* 35
lin. de Just. & Jur. tom. 2. *tract.* 2. *disput.* 271. *& Sanch. de Matrim. libr.* 1. *disput.* 14. *numer.* 2. Sive quia circa Prolis generationem omnes Homines sunt pares, 36
sunt verba *Tamburin. ad Præcept. Decalog. libr.* 6. *cap.* 2. *de Charit. debit. Parent.* §. 3. *per tot.* & signanter *numer.* 5. Sive quia in usu Sacramentorum nul- 37
lum habet locum paterna potestas, juxta præcisa verba *Capon. discept.* 160. *numer.* 39. Sive demum in exequutionem illorum verborum *Doctoris Gentium prima ad Corinth.* 7. 9. *Si non se continent, nubant*: *Non enim dicit Apostolus: Nubant, si ejus Paren-* 38
tes consentiunt, sed simpliciter; Ergo &c. sunt verba *d. Capon. ubi supra numer.* 36.

Ad evitanda æquivoca, in hac parte observando hic, quòd non sumus in terminis Matrimonii, invitis Parentibus contrahendi à Filia cum Viro inæ-

quali , vel minùs digno , à cujus Contractu, Nota aliqua resultare possit nobili Familiæ, in quibus terminis non desunt Theologi, & Canonistæ, asserentes , læthaliter peccare Filios Familias , inæquales , vel indignas Nuptias , Parentibus rationabiliter in-
39 vitis contrahentes, juxta ea, quæ lato , ac eruditio calamo observat *Muscettola Archiepiscopus Rossani in Discept. theologico - legal. de Sposal. & Matrim. quæ a Fil. Fam. contrah. Parentibus insciis , vel rationabiliter invitis*, impressa *apud Zaul. ad Stat. Faventiæ secundæ Impressionis anno* 1723. *in fin. primi tomi*. Sed sumus in terminis Matrimonii , quod contrahere volebat Lucia cum Fiscali Persichellio , Viri æqualis conditionis , & qualitatis, quod in fa-
40 cto non controvertitur ; Et propterea neque etiam à remotissimis applicantur ea, quæ dd. Theologi , & Canonistæ asserunt de Filiis Familias , indignas, vel inæqualis Nuptias contrahere volentibus, insciis, vel invitis Parentibus.

Deveniendo modò ad probationem metus Luciæ ab illius Patre. & Patruo incussi , ad hoc , ut consensum præstaret Matrimonio, contrahendo cum Schinchinellio , fateor ingenuè , quòd in hac parte inopem Me facit copia demonstrationum talis coactæ voluntatis , de quibus latissimè in Summario , in quo una voce omnes Testes, formiter examinati , asserunt , quòd ex præciso Mandato Patris , & Patrui . Luciæ ab eisdem Testibus sequen-
41 tes in ejus auribus pluries intonatæ fuerunt antiphonæ : *Che era obligato in conscienza ad obedire a suoi Genitori, e Zio, e che altrimenti commetteva peccato mortale* : Quæ energia majori , non solùm ei repetita fuit ab illo Confessario, quem ei constituerunt Pater, & Patruus , denegata prorsus omni facultate redeundi ad antiquum Confessarium ex Societate Jesu , vel ad quoscumque alios dignissimos Confessarios accedendi , quam circumstantiam ad
42 probandum metum in terminis considerat *Rota decis.* 327. *numer.* 31. *coram Ludovis.* ; Sed mediante etiam denegatione Absolutionis , quam dictus Confessarius à Patre , & Patruo unanimiter destinatus , & instructus, ei constanter denegavit usquequo non consensit invisis Nuptiis . Si actus iste practicatus fuisset cum Viro sui Juris , vel saltem libertatem habente consulendi peritiores Theologos , insciis Patre , & Patruo , esset quidem alicujus momenti , sed in nostris terminis reputandus est immensi ponderis , dum practicatus fuit cum teneræ ætatis, innocenti Puella , cui permissum non erat non solum alloqui quamcumque alium Virum , nisi præ-
43 sente Matre , sed ab illius servitio dimissæ fuerunt *Claudia Pasini , ed una tale Teresa , nel licenziare la quale li fù fatto dire da mio Fratello , che se fosse più capitata in Casa l' averebbe fatta sfrisciare ; Anzi al medesimo effetto l' impedissimo di affacciarsi alle Finestre della Casa , che riguardano alla Strada , con far chiudere le Ante di legno col Catenacio , ed assicurarle con chiodi . Volendo poi sortire da Casa per fare le sue Devozioni , fù data incombenza alla Signora Madre della Signora Lucia di tenerla lontana da ogni incontro &c.* Additis illis
44 aliis minis , quod Pater , & Patruus nisi consensisset invisis Nuptiis , *non l' averebbero più riconosciuta , ne per Figlia , ne per Nipote ; Che l' averebbero privata della loro Eredità ; Che il Signor Giacomo Antonio suo Zio si sarebbe fatto un Figlio adottivo di Casa Schichinelli ; Che l' averebbero fatto stare ne Mezzanini della Casa di Fengo per sempre , senza vedere più aria aperta . Che* (Patruus) *l' avrebbe bastonata con un bastone sino a farla venire negra , come al Cappello , che portava in Testa . Che* (Pater) *avendo in primo molto bene mortificata la Figlia , vedendola sempre più ostinata , li diede de schiaffi per obligarla a sottoscrivere la Carta di promessa del Matrimonio con il Signor Conte . Che li proibirono l' affacciarsi alle Fenestre della Casa , che riguar-*
45 *dano la Strada . Che li fecero chiudere le Ante di legno con il Catenaccio , ed assieme con chiodi . Che , dovendo sortire da Casa per sentire Messa , fu data incombenza alla Madre della Signora Lucia di tenerla lontana da quatunque incontro quanto fosse stato possibile dal Signore Fiscale. Di farla andare per le Strade meno frequentate. Licenziarono da Casa una tale Claudia Pasini, quale era Compagna di Scuola della Signora Lucia, che veniva a tenerli compagnia, lavorando assieme. Licenziarono ancora una tale Teresa, che serviva in Casa per Donzella, e nel licenziarla li fu fatto dire, che, se fosse più per capitata in Casa, l' averebbero fatta sfrisciare*: Cum multis aliis similibus inhumanis operationibus, & barbaris minis, de quibus uno ore deponunt 46
novem nostri Testes, quorum Dicta non possunt sine maxima compassione sub oculis haberi, tanquam operationes ad praxim redactæ erga delicatissime conscienciæ Puellam, derelictam à Patre, Matre, & Patruo, omnibusque illis , à quibus auxilium , vel consilium sperare poterat.

Ex quibus factum fuit, ut infelix Lucia multis animi passionibus, & deliriis subjecta fuerit, ad nostrum præcisum effectum probandi metum consideratis per 47
Panimoll. decis. 102. *num.* 24. & 25 cum concordantibus ibidem cumulatis , & quidem per longum spatium octo mensium, de quibus, ultra Medicum physicum, qui illam curavit, testimonium veridicum perhibent omnes nostri Testes, tanquam de re notorio, non solùm in Civitate Cremoniæ, sed in toto Mediolanensi Ducatu.

Horret autem animus asserere, quòd dd. Medicus, & qualificati Testes, formiter de dd. minis, verberibus, & inhumanis modis deponentes, mentiri voluerint in destructionem veritatis , atque propriæ Animæ præjudicium , absque ulla utilitate propria , vel 48
particulari commodo, quod ferè incredibile visum fuit *Roland. cons.* 38. *n.* 38. & *seq. lib.* 1. ubi, quòd licèt multa sint genera delictorum , ad nullum patrandum solet quis absq; lucro, vel utilitate moveri, quòdque hoc patet ratione naturali, quam solam allegare sufficit, *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 20. *num.* 48. *Conciol.* 49
Allegat. crim. verb. Falsum resol. 6. *num.* 2. & 3. ubi , quòd nec etiam omne lucrum ad hunc effectum attenditur , sed illud debet esse magnum , & admodum 50
considerabile, & *Rot. decis.* 17. *num.* 10. *apud Merlin. de Pignor.* & *coram Ansal. decis* 22. *num.* 10. ubi, quòd majus argumentum exclusivum falsitatis excogitari non potest, quàm non lucrum illius, qui prætenditur 51
illam commisisse, & *coram Caprar. decis.* 329. *numer.* 4. ubi, quòd cessat suspicio falsitatis, quando lucrum deficit, & *in part.* 18. *recent. decis.* 787. *nu.* 23. & *decis.* 211. *num.* 13. *part.* 19. Observando præcipuè multiplicitatem Personarum , qui de dd. minis deposuerunt , nec non illarum diversas qualitates, ut ampliando di- 52
ctam conclusionem observat *Rot. in decis.* 135. *num.* 7. *cor. Merlin.* & *decis.* 408. *num.* 10. *cor. Priol.* & *decis.* 1211. *num.* 7. *coram Emer. jun.* & *decis.* 429. *num.* 6. *cor. Caprar.* & *decis.* 11. *num.* 13. *part.* 18. *recent.* Nec non sub oculis habendo omnes dictas præsumptiones, conjecturas, ex Testium iuratas depositiones iuxta regu- 53
lam , de qua *Rot. coram Arguell. decis.* 9. *numer.* 18. & *in Romana* 5. *Martii* 1731. §. *Frustra coram Calcagnino.*

Quæ omnia attentè ponderanda ante Contractum Matrimonii, tempore Matrimonii, & post istius Contractum , tali evidentia dicuntur probare metum , quo mediante coacta fuit invisum Matrimonium con- 54
trahere , ut non sit facile similem casum invenire , in quo metus concludentioribus demonstrationibus probatus fuerit.

Præmissa enim æquè seria , iurata , atque ingenua confessione eius Genitoris , cuius verba sunt hæc : *Risolvetti di privarla ancora del-* 55
la presenza , e vista mia , di sua Madre , e Zio , con farla uscire di mia Casa , e la consegnati alla Signora Laura , Dama mia Cugina , pregata ad interessarsi validamente nel nostro impegno , come in fatti bene lo apprese, e vi si interesso, e per meglio ridurre la Sign. Lucia alla nostra ubbidienza se la condusse fuori di Città in una Villa , con intelligenza , ed espressa condizione però , che non la dovesse mai lasciare in libertà , ne di trattare ,

ne di

ne di conferire con qual si voglia Persona, che non
fosse di sperimentata fedeltà, e potesse coòperare al pro-
postoli Accasamento. Fu obligata mia Figlia per mio
positivo comando à continuare à confessarsi solamente
presso il nominato P. Ant. Maria, accompagnata sem-
pre nel viaggio dalla detta Signora Laura, insistendo
Noi sempre presso detto Confessore di ridurla alla no-
stra ubbidienza, mediante la Massima, che fosse tenu-
ta ad obedire sotto colpa grave a nostri comandi nel
propostoli Matrimonio &c. Vedendo poi tali, tante, e
57 *sì continue ripulse di mia Figlia, provocato a sdegno*
doppo tante invettive, e minacce scritteli, presasi la
congiuntura di essere stata condotta alla Città per con-
fessarsi da d. P. Antonio Maria, e trattenutasi doppo
a pranzo in Casa della detta Dama, mi portai alla
medesima Casa, dove di concerto, fatto col Signor Gia-
como Antonio mio Fratello, si trovò presente anche il
d. P. Antonio Maria, ed in sua presenza, e della Si-
gnora Laura, avendo Io prima molto bene mortificata
la Figlia con altri rimproveri, li diedi delli schiaffi
per obligarla sottoscrivere la Carta di promessa di Ma-
58 *trimonio col Signor Conte, quale detto P. Antonio Ma-*
ria teneva apparecchiata presso di sè &c. Indi a po-
chi giorni riuscì finalmente al detto P. Antonio Maria
con una più forte insinuazione, ed intima, che pecca-
va mortalmente, e che non poteva assolverla, se non
ubbediva al propostoli accasamento da suoi Genitori, riu-
scì dico finalmente di vincere l' ostinazione della Fi-
glia doppo di averla prima confessata con averla fat-
to sottoscrivere il scritto matrimoniale col Signor Conte.

Sola hæc jurata Patris Depositio satis est ad con-
stituendam plenissimam probationem coactæ volun-
tatis Filiæ ad *Text. litterales Can. Præsens* 20. *quæst.*
3. *& in cap. Videtur nobis Qui Matrim. accus. poss.* cu-
jus verba sunt hæc: *Quod Parentes, Fratres, & Co-*
59 *gnati utriusque sexus in testificatióne suorum ad Ma-*
trimonium conjugendum, vel dirimendum admitan-
tur; tam antiqua consuetudine, quàm Legibus appro-
batur.

Præsertim ubi Pater (juxta terminos nostri ca-
sus) est sanguinis claritate spectabilis, & natalium
nobilitate conspicuus, & de facto proprio circa me-
tum, Filiæ incussum, directè deponit, commenda-
bili candore asserendo, in ea fuisse opinione, sibi li-
60 citas esse violentas operationes erga Filiam, cujus
amore illas ad praxim reduxit, ne scilicet amitte-
ret medietatem Bonorum sui amantissimi Fratris,
& ad evitandam discordiæ causam cum eodem Fra-
tre. Quibus attentis, non possumus concludentio-
rem adducere probationem d. metus, quàm median-
te jurata Depositione ejusdem Patris, qui illum in-
cussit, ut, sine Contradictore observant adducti *per*
Barbos. part. 1. *conf.* 24. *numer.* 1. ibi - *Ultimò pro-*
batur ex Confessione Patris, qui confessus est, per vim
compulsisse d. Ludovicum, Barbos. Vot. decis. 16. *num.*
54. *lib.* 2. ibi -- *Quæ Patris Confessio, etiam quòd*
esset extrajudicialis, in hac materia multùm attendi-
tur, Monacell. in Formul. tom. 3. *tit.* 1. *form.* 36. *nu-*
mer. 5. *& seqq.* & signanter *numer.* 10. ubi, quod
in istis terminis Confessio Patris dicitur facere rem
61 notoriam, & manifestam, *& Rot. cor. Emer. jun.*
decis. 225. *numer.* 12. ibi -- *Meliores Testes inducere*
non potuit ad probandum metum, quàm illosmet, qui
istum incusserunt, & de facto proprio deponunt, ut in
similibus terminis Patris, qui metum Filio incusserat
ad profitendum, est Textus &c. cum quo, Me scri-
62 bente, processit *hæc Sac. Congregatio in Bisuntina* 9.
Julii 1701. *libr.* 51. *Decret. fol.* 375. *& in Neapoli-*
tana 14. *Aprilis* 1709. *lib.* 5. *Decret. fol.* 171. *& in*
alia Neapolitana, seu Suessana 26. *Januarii* 1710. *libr.*
60. *Decret. fol.* 73. *& in Taurinen.* 5. *Martii* 1712. *lib.*
62. *Decret. fol.* 112. *& in Bisuntina* 9. *Septembris* 1713.
libr. 63. *Decret. fol.* 211.

Et tamen ejusdem metus comprobationem primo
loco se offert excessivus ille amor, ferè ab infantia
ortum habens cum Persichellio, animo, & pectore
Luciæ adeo infixus, ut illam audacem, & inflexi-
bilem reddiderit ad resistendum omnibus conatibus
Patris, & Patrui, eidem proponentium, & incul-

cantium matrimonium cum Schinchinellio, taliter
ut ut morigerata Puella, non solum Patri, & Pa- 63
truo virili animo semper restiterit, sed conatus om-
nium Mediatorum, & Mediatricium, eam undi-
que obsidentium eluserit; Licèt autem primus amor
in linea coactionis, aut rationabilis retinentiæ con-
siderabilis non sit, fuit tamen efficax causa omnium
suarum operationum, & resistentiarum, ex quo fa-
ctum fuit, ut Pater, & Patruus omnem moverint
lapidem ad impediendam illius continuationem us-
que ad clausuram Fenestrarum, dimissionem Dome-
sticorum à famulatu, ex quo erant confidentes cum
eadem Lucia; Diligentem custodiam extra Domum
occasione accessus ad audiendum Sacrum; Rigoro-
sum præceptum omnibus Famulis, & Domesticis in-
junctum, ut diligenter observarent non solum ver-
ba, sed etiam nutus ejusdem Luciæ; Simile præce-
ptum, injunctum Aurigæ ducendi Currum per vias
remotas, & aliud ipsi Matri, ut incederet cum Ve- 64
lis, seu Bandinellis clausis, filiamque duceret ad
audiendum Sacrum in Ecclesiis remotis, & minus
frequentatis, Quæ omnia metum superlativè com-
probant ex punctualiter animadversis per *Paris. con-* 65
sil. 61. *numer.* 6. *lib.* 11. *& Pignatell. consult.* 173.
numer. 143. *tom.* 9. ibi -- *Ne cum aliis loqueretur,*
Ex hoc enim resultat evidens coactio cum non dica-
tur liber ille, qui cum aliis loqui non potest, & fir-
matis per, *Rot. coram Seraphin. decis.* 771. *numer.*
1. *& coram Ludovis. decis.* 326. *numer.* 32. ibi -- *Quæ*
tam deligens custodia procul dubio excludit libertatem,
imò plurimum confert ad probationem metus; Prohi-
bitio etiam commercii, & loquelæ non parùm condu-
cit ad arguendum metum, & coram eodem decis. 66
347. *numer.* 3. ibi -- *Præsertim quia Marchionissa fuit*
in perpetua custodia posita, omni destituta libertate,
tam eundi, quàm loquendi, nisi quo, & cum quibus
placuisset Patri, & coram Coccin. decision. 2207. *nu-*
mer. 9. ibi -- *Interdixit ei alloquutiones cum omni-*
bus &c. præterquam cum Famula gibosa ablata et-
iam facultate invisendi Templa Sacra &c. & co-
ram Dunoz. Jun. decis. 830. *numer.* 4. ibi -- *Ex*
tam diligenti custodia procul dubio excludi libertatem,
plurimumque conferre ad probationem metus & numer.
14. *in fine.*

Secundo gravis infirmitas cum mentis delirio, per
octo menses passa postquam Lucia omni libertate
destitutam se viderat, qui actus, uti naturalis, &
in facto consistens, meliùs, quàm verbis coactam
ejus voluntatem ostendit, juxta firmata per *Rot. in* 67
decisione 205. *numer.* 3. *coram Buratt.* Attenta præ-
cipuè jurata depositione Medici, qui secundùm
suam peritiam, & conscientiam idem Luciæ men-
tis delirium unicè attribuit vehementi passioni ejus
animi, eique in re, propriam professionem concer-
nente, deferendum esse firmavit *Rota decis.* 246. 68
numero 4. *&* 5. *coram Cels. & in part.* 15. *recent.*
decis. 117. *numer.* 15. *& decis.* 312. *n.* 6. Quæ omnia
subsequutæ ejus operationes intra evidentiæ fines po-
suerunt; Quando enim eidem obviam veniebant, si- 69
ve Viri, sive Mulieres, omnes salutabat, vel tan-
quam ipsum Fiscalem, vel ut ejus Matrem, vel So-
rores *Process. fol.* 107.

Tertiò maxima aversio erga Schinchinellium,
quam semper apertis verbis se habere declaravit
cum omnibus illis, cum quibus alloquebatur, asse-
rendo: *Vogliono, che lo prenda il Co. Schinchinelli.*
Non lo voglio, se fosse Figlio di un Re Proces. 127. A-
versio siquidem ad aliquem statum, vel Personam
magnum est argumentum coactæ voluntatis, ut no- 70
tant *Ciarlin. controv.* 108. *numer.* 48. *Pignatell. con-*
sult. 180. *numer.* 12. *tom.* 9. *Rota decis.* 206. *numer.* 11.
coram Buratt. & decis. 491. *numer. primo, &* 3. *co-*
ram Rojas, & decisione 63. *numer. primo coram Du-*
nozet Jun. & decisio 879. *numero* 9. *coram Emer.*
Jun.

Quarto reiteratæ atque importatæ diligentiæ à
Patre, & Patruo injunctæ familiaribus Personis,
etiam sub promissione congruæ pecuniarum summæ,
titulo dotis, eidem donandæ, si filiam, & Neptem

respectivè induxissent ad Matrimonium cum Schinchinellio contrahendum, quas non sine importunitatis nota excipiebat, & aliquando magna cum lacrymarum effusione, easque pro univoco signo coactæ voluntatis considerant *Ciarlin. controv.* 108. *sub numero primo Rot. decis.* 211. *numero* 10. *part.* 13. *recent. & coram Arguell. decis.* 25. *num.* 49. ubi refert, & sequitur illud Poetæ: *Nam lacrymæ interdum pondera vocis habent Sanchez de Matrim. lib.* 4. *disceptat.* 7. *n.* 6. *Pitra discept.* 32. *n.* 26. *Vers. Nota ad materia ubi egregiè*.

71

Quinto erectio a paterna Domo, & habitatio eidem destinata tanquam per speciem relegationis in rurali Villa Fenghi, ad hoc, ut ibidem majorem reciperent impressionem ab illis, qui eidem inservire debebant, proposito præmio, quatenus eam induxissent ad invitum Matrimonium, juxta firmata per *Rota coram Ludovis. decis.* 326. *à numero* 31. *& in parte quinta recent. decisio* 315. *numero quinto & sexto*.

72

Sexto declaratio Patris, & Patrui, velle illam privare propriis bonis, seu hæreditatibus, illaque relinquere alicui ex Familia Schinchinellia, ab eodem Patruo adoptando, cum alia magis amara declaratione eorundem Patris, & Patrui nolle illam amplius respective; Hæc enim circumstantia, etiam sigillatim considerata, apta est ad inducendum metum cadentem, nedum in constantem, sed in constantissimum Virum, ad *Textum in cap.* 3. *de his; quæ vi, metusve caus.* quem sequuntur *Menoch. de Arbitr. cas.* 135. *n.* 9. *Barbos. vot. dec.* 16. *num.* 37. *& seq. Pont. de Matrim. cap.* 4. *num.* 9. *Boss. eod. tract. cap.* 12. *n.* 47. *& Rot. d. decis.* 326. *num.* 29. *coram Ludovis. & decis.* 732. *num.* 9. *&* 10. *coram Emer. Jun.* Et congruam assignat rationem *Boss. ubi supra* his verbis: *Quia cum Patrimoniam Vita Hominis reputetur, metus omissionis Patrimonii æquiparatur metui mortis*, & concordat *Rota decis.* 975. *num.* 10. *coram Dunozett. Jun.* ibi -- *Metus omissionis Patrimonii æquiparatur metui mortis*.

73

74

Septimò reiteratio earundem minarum, cum dimissione à servitio illarum Personarum, quarum operationes frustaneæ remanserant cum subrogatione aliarum penitus invisarum Luciæ, necnon cum privatione dulcissimæ conservationis Matris, colloquutionibus cum Patre, & Patruo, egregiæ *Sanch. de Matrimon. lib.* 4. *disput.* 7. *numero decimo quarto* ibi -- *Quis Vir constans, aut prudens non reputabit grave malum semper oculis habere infestum Patrem, a quo pendet, & coram quo semper versaturus est, Pignatell. consultatio* 180. *numero decimo secundo tomo nono & Rota decisio* 491. *numero primo & seqq. coram Royas*.

75

Octavò innegabile factum in Villa Fenghi, omnibus notorium ibidem enim Oeconomus Parochialis, qui ad familiarem consuetudinem in Domo Puellæ admittebatur, statim ac conscientia ductus reprobaverat Luciæ coactiones strangulatoriè illatas, ex operationibus Patrui, non solum in Palatio rurali admissus non fuit, sed interpositis officiis apud Ordinarium Bergomensem, à Villa fuit expulsus, seu œconomatu Parochiæ privatus. Hoc autem innegabile factum nedum digito ostendit quantum allucinati fuerint. Pater, & Patruus Luciæ, ut non solum id, quod ab eorum Authoritate pendebat ad praxim redegerint, verùm etiam insontem, & emeritum vice Parochum privare œconomatu procuraverint; Sed ulterius in aperto ponit circumstantia hæc in quibus, quantisque angustiis eodem Lucia conjecta fuit, ut nec etiam spiritualibus Consiliis juvare potuerit ab unico Parocho, ad quem datum ei erat recurrere, & alloqui in parva Villa, quod solito candore judicialiter fassus fuit ejus Pater, sequentibus verbis *facendoli intendere, che non s' ingerisse in un fatto che non li apparteneva, e procurammo ancora che se li fosse levato dalla Curia Vescovile di Bergamo l' Economato della Parocchia di Fengo, anzi, che restasse sospeso da celebrare la Messa in detta Chiesa, affine di obligarlo ad asentarsi dà tal Luogo, & anche per tenere in soggezzione con simile esempio altra Gente, che avesse voluto ingerirsi in questo affare*.

76

77

78

Nono maximus abusus magni Sacramenti Pænitentiæ, dum Pater, & Patruus non permiserunt Lucia accedere ad alios Confessarios, præter quàm ad P. Antonium Mariam Carmelitam Excalceatum, qui in ea vivebat erronea opinione, quod filia sub pœna peccati mortalis teneretur contrahere matrimonium cum illo, quem Pater, & patruus eidem destinaverant, cui opinioni taliter adhæsit; ut beneficium absolutionis hoc titulo non dubitaverit denegare afflictissimæ Luciæ; Actus iste, ex se unice consideratus, superlativè comprobat metum, cadentem in constantissimum catholicum Virum, quia vim dicitur inferre animæ christiani hominis, cui, sicuti non potest aliquid in Mundo comparari, ita de mero possibili major metus considerare non potest. 79

Circa hunc autem modum utendi medio Confessoris à Patre, & Patruo edocti, & præcisè assignati, & unicè determinati filiæ, & Nepti, ad hoc, ut illa cum ipso duntaxat, & non cum suo ordinario Confessario, vel quocumque alio dignissimo Religioso, posset suæ conscientiæ consulere, & ab eis consilium petere, An verum esset, quod ipsa absolvi non poterat; nisi Maritum acciperet, sibi e Patre destinatum, ego fateor ingenuè multos voluisse, & revolvisse classicos Authores, tractantes de magno Matrimonii Sacramento, & in specie in ea parte, in qua tractant de illis modis, quibus matrimonia per vim, & metum contrahuntur, sed neminem invenisse, qui discurrat de præcisa circumstantia metus, illati medio, ut ita dicam, spirituali, & delicatissimo, hoc est incussi Animæ christiani Hominis ab illo spirituale Directore, & Confessario qui unicè destinatus fuit quive sub comminatione lethalis peccati recuset illam absolvere, nisi Patri obediat circa matrimonii Sacramentum, ea forsan ratione, quia modus iste visus fuerit ferè impossibilis Theologis & Canonistis, eodem modo, quo discurrunt Doctores de crimine Parricidii; *De quo interrogatus Solon, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui Parentem necasset? Respondisse fertur illud non habuisse pro possibili*, ut notant *de Angel. de delict. parte prima cap.* 65. *numero quarto & de Franch. decisio* 230. *numero sexto* ubi ad rem asserit, id sapienter fecisse ne idem delictum non tam prohibere, quam docere videtur, sequendo *Cicer. in Orat. pro Rosc. Amerin.* cujus verba sunt hæc: *Atheniensium Civitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse eum, qui Leges, quibus hodie quoque utuntur scripserit, is, cum interrogaretur cur nullum supplicium, constituisset in eum, qui Parentem necasset, respondit, se id neminem facturum putasse; Sapienter fecisse dicitur, cùm de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere, quàm admonere videretur*. 80 81 82

Inveni siquidem, humanam malitiam eò usque devenisse, ut quædam Consanguinea Mulieris procuraverit prosanare Pænitentiæ Sacramentum, destinando Auscultratrices ad hoc, ut Sacramentalem audirent Confessionem Puellæ, cui metus inferebatur, ut si de illo factus fuisset certior Confessarius à Pœnitente, posset aliquod inveniri medium, ne illius notitia deveniret ad aures Superioris, ut videre est *in decis.* 930. *numero quarto & per tot cor. Dunozett. Junior.* prout etiam inveni alium casum, in quo quis Matrimonium contrahere volebat sub sigillo Confessionis, *per non aversi da sapere, se non quando vorrò Iò*, de quo in *decisio* 370. *parte decima octavo recent.* Cæterùm, quod ipsemet Confessarius, ut ita dicam mediante Animæ tortura, seù sub comminatione peccati mortalis, imo cum denegatione absolutionis, omnibus modis procuraverit obligare Pœnitentem ad consuetudinem Matrimonio, sibi inviso, repeto, quod nullum inveni Doctorem, discurrentem de hoc casu, quia forsan existimatus fuit impossibilis. 83 84

Sicuti autem modus iste, ad praxim cum Lucia strangulatoriè redactus, visus non fuit possibilis Authoribus,

ribus, de Matrimonii Sacramento tractantibus ; Ità
absque ullo fundamento non videtur canonizandus in
præsenti mediante negativa resolutione nostri Dubii,
quia constitueretur magnum exemplum adversus ce-
85 lebre Dictum illius celebrioris *Authoris lib.* 14. *An-
nal. ante fin.* quem in terminis Matrimonii sequitur
Rot. decis. 398. *num.* 20. *coram Dunozett. sen.* & me-
ritò : *In ipsis enim initiis comprimendus excessus est* ,
ne paulatim reliquos comprehendat , sunt aurea verba
Cassiod. lib. 4. *var. Epist.* 14.

Nec dicatur , quòd hoc factum Confessarii appa-
reat solùm ex Depositione Patris Luciæ, nec non ex
istius Constituto , non autem ex alio genere proba-
tionum, procurato in vita ejusdem Confessarii . Re-
86 spondemus enim , quòd in vita Confessarii ex ejus
parte probatio dicebatur impossibilis *ex notis regulis
Confessionum, & Confessariorum, quòd secretum Confes-
sionis nunquam licitè violari potest , etiam si Summus
Pontifex præciperet, imò Confessarius in tali eventu ne
gare debet, se quidquam scire, etiam si interrogatur de
peccato, ut audito loco Dei , etiam cum Juramento di-
cendo, se nihil scire*, sunt verba *Rot. decis.* 370. *nume-
ro nono, & decimo , par. decima octava , rec.* Circa
quod concordat universa Theologorum , & Canoni-
starum Schola. Quod est adeò verum, ut si per sum-
mum scelus, imprudentiam, vel malitiam induceretur
tur Confessarius ad revelandum est, quæ in Confes-
sione audivit , illius Dictum in nulla prorsus consi-
deratione haberetur, neque etiam ad faciendum in
87 dicium ; ut latè probat *Menghin. in Arsenal. Sacr.
part. decima*, §. 13. *numer.* 336. Etiam si accedat per-
missio Pœnitentis; Ea enim, quæ in Confessione ex-
primuntur, celata voluit Deus, ne dum in favorem Pœ-
nitentis, sed etiam Tribunalis divini , & sacramen-
talis, in quo dispensare non potest Pœnitens, qui o-
mnem habent potestatem in propriam famam, nul-
lam omninò habet in bonum Sacramenti, & illius
mysterium, cujus dignitati, & reverentiæ annexum
88 est sigillum Confessionis, egregiè *Marchant. in Tribu-
nal. Sacram. tom. primo, tract.* 4. *titul.* 6. *quæst* 6 *ap-
pend.* 2. *de Secret. & Sigill. Confess. fol.* 140. *& seqq.
Franc. de Re moral. consult.* 1. *per tot. Raynald. Opera
moral. tom.* 1. §. 4. *sub num.* 26. *& Monacell. in Form.
tom.* 3. *titul.* 2. *form.* 1. *n.* 4.

Præscindendo autem à dicta impossibili probatione
mediante eodem Confessario, de istius operationibus
ad dictum effectum obligandi Luciam metu peccati
mortalis dubitari nullo modo potest , nedum ex jura-
89 ta Depositione ejus Patris ejusque Constituto, sed e-
tiam ex concordi Depositione omnium nostrorum
Testium. una voce attribuentium operationibus di-
cti Confessarii subscriptionem Apocæ matrimonialis,
quam paratam habebat post Confessionem , ab ea
auditam.

Et quod magis est comprobatur ulteriùs ex Episto-
la Parochi Villæ Levatæ, in qua testatur, Patrem ,
90 & Patruum Luciæ *averli racomandato, se mai fosse oc-
corso di sentire la Confessione di detta nobile Signora
Lucia, di esortarla à consentire al d. Matrimonio, alche
mi ricordo di averli risposto di poterla bensì esortare ,
ma mai l' averei potuta in conscienza obligare a d. Ma-
trimonio*.

Quod in nihilo præjudicat stricto Instituto, ab eo-
dem Religioso professo, illiusque bonis qualitatibus ;
Id enim attribuendum est ejus præoccupatæ opinio-
ni, sequutæ ab aliquibus Authoribus, citatis *à Mu-
91 scettola d. Discept. de Matrim. Fil. Fam.* asserentibus ,
Filios læthaliter peccare , si inæqualia Matrimonia
contrahant, insciis , vel invitis eorum Parentibus ;
92 *Magnam autem vim esse præoccupatæ opinionis* per hæc
verba scriptum reliquit *S. Joann. Chrisost. epist.* 1. *ad
Corinth. hom.* 7.

Huic metui , ut ita dicam Animæ illato à Con-
fessario, & Directore spirituali, ad d. effectum con-
ducto. Si jungantur, impropii illi alii modi, ad pra-
xim redacti à Patre, Patruo, Matre, Consanguineis,
93 Famulis, & Famulabus , pretio, precibus , & obla-
tione Donium allectis, & conductis ad inducendam
innocentem Principalem ad præstandum suum con-
sensum Matrimonio, sibi inviso, uno verbo ab omni-
bus illis cum quibus permissum erat eidem tractare,
quorum Dux, & Caput erat d. Confessarius , cum
omni sermonis proprietate eadem innocens Princi- 94
palis dicere poterat: *Quò Me vertam, nescio*, & cum
Susanna repetere verba illa: *Angustiæ sunt mihi undi-
que, Daniel* 12. 22.

Decimo addi possunt multæ Epistolæ, eidem scri-
ptæ à Patre, & Patruo eo tempore, quo tanquam in
Loco relegationis moram faciebat in Villa Levatæ
apud Lauram, stricto Consanguinitatis vinculo iun- 95
ctam ejus Patri , quæ fuerunt scriptæ tempore non
suspecto, & formiter recognitæ , dataeque in nostro
Summario. Ex illarum enim lectura patet, illas su-
perlativè corroborare Dicta nostrorum Testium. de-
ponentium de metu Luciæ illato, dd. modis, expres-
sis in iisdem Epistolis.

Undecimo tandem pro præmissorum omnium fa-
ciliori admissione non omittimus observare, quod si
communiter asserunt Doctores, ex libertatis defectu
nullum esse Matrimonium, quod contrahi debet in-
tra certum Personarum genus , quando istæ sunt
in numero parvo ; *juxta Textum in leg. Cùm ita le-* 96
gatum ff. de Condit. & demonstr. ibi -- *Cum alii cuili-
bet satis commodè nubere possit* , egregiè *Emmanuel à
Costa in leg. Si arbitratu §. Receptum ff. Eodem* latè
Morot. consil. nonagesimo septimo , per totum, & latiùs
*Menoch. cons. quadragesimo septimo, & consil. millesimo
octantesimo tertio, pariter per totum*, ubi pro hac sen- 97
tentia citat , & sequitur viginti primæ classis Do-
ctores, frustrà hic transcribendos , quibus addo *Vas-
quez Controv. illustr. lib.* 3. *cap.* 44. *num.* 14. *Capyc.
Latr. consultat.* 72. *numer. decimo, & undecimo , lib.*
1. *& Episcoporum , Rocc. Select. disput. capit. centesimo
nonagesimo quarto, numer.* 118. *& sequentibus*. Multò 98
magis ex defectu libertatis nullum erit Matrimonium
illud, quod quis contrahere cogitur cum præcisa, &
individualissima Persona , nulla ei relicta libertate
contrahendi cum quacumque alia , qui sunt præcisi
termini nostri casus.

Transeuntes modò à minis, & verbis ad verbera,
in facto constans est, quod Lucia postquam non se-
mel inclusa fuit in Cubiculo paterni Palatii, à quo
relegata fuit ad Villam Fenghi , & ad aliam Leva-
tæ, cum privatione suæ libertatis, & confidentium
Puellarum , benevolorumque Domesticorum , non
dubitavit Pater *di darli de schiaffi per obligarla a sot-* 99
*toscrivere la Carta di promessa di Matrimonio col Si-
gnor Conte* , quem actum ad nostrum præcisum effe-
ctum considerat *Rot. decis. millesimo trigentesimo quin-
quagesimo sextò, numer.* 8. *vers. Loquentes de percussio-
nibus coram Emer. jun. & decis.* 930. *num.* 2. *coram
Dunozett. jun.*

Post cuius Apocæ matrimonialis subscriptionem
deveniendo ad actus , Matrimonium concomitan-
tes , constans pariter in facto est, quod illud non 100
sine magna præcipitantia de præsenti contractum
fuit , non in Patria Sponsorum , sed in rurali Loco,
neque assistente proprio Parocho, sed illius loco su-
brogato germano Fratre Lauræ, quæ est illa Consan-
guinea, quæ omnes tentaverat partes ad eam obli-
gandam ad consensum præstandum sibi inviso Matri-
monio cum Schinchinellio; Et quod magis est nullis
præmissis Denunciationibus ; Licèt enim istæ non
sint de substantia Matrimonij , quod ad arbitrium
Sponsorum etiam in Loco rurali , & cum omni se-
stinatione contrahi valet, negari tamen non potest,
ita illud contrahere esse magnum indicium circum-
ventionis Contrahentium , ut de omissione Denun-
ciationum notant *Rossignol. in Prax. theologico leg.* 101
tit. de Matrim. prænot. 32. *in princ. & num.* 6. *Ca-
stropal. Oper. mor. tom.* 6. *tit. de Sponsal. punct.* 13. §.
3. *num.* 3. *& Sperell. decis.* 5. *num.* 42. ibi -- *Ex Ma-
trimonio, sine Denunciationibus contracto, argui metum,
considerat Fabius Turretta &c. & Rot. coram Burrat.
decis. octingentesimo sixto, numer. vigesimo.* ibi — *Et fuit
celebratum sine Denunciationibus , requisitis à Sacr.
Concilio Tridentino , ut in terminis de metu conside-
rat &c.* De Matrimonio contracto in Villa , obser-

102 Villa observant *Berov. quæst. famil.* 54. *sub numer.* 1. *Farinac. in Prax. part.* 3. *quæst.* 89. *num.* 115. *& seqq. & Rot. coram Buratt. dec.* 86. *numer.* 21. ibi -- *Locus contracti Matrimonii, videlicet in Villa, quæ est locus recessus, atque secretus.* Et considerando præcipitantiam non necessariam in contrahendo Matrimonio,
103 *Marchant. in Tribunal. Sacram. post tom.* 3. *tit. de Sacram. Matrim. conf.* 3. *in fin. fol.* 34. ibi -- *Maxime cùm in hoc casu nulla fuerit necessitas, angustia, aut causa rationabilis sic Matrimonium celebrandi, & Rota apud Giovagnon. conf.* 67. *num.* 44. *lib.* 1. ibi -- *Præsertim, quia nulla aderat causa hujus festinantiæ.*

Remanet actus subsequentes, circa quos concordant pariter omnes Testes vidisset Luciam, spreto usu Jocalium, & sponsalitiarum Vestium, mæstam, animo turbatam, se conquerentem, sæpè lacrymantem, semperque à Sponso disjunctam, & quidem publicè, & palam, non solùm ipsa die sponsalium, sed novem sequentibus diebus, quibus ejus Pater, & Mater, nec non alii Consanguinei, moram fecerunt
104 in Villa Fenghi. Quos actus ad arguendam coactam voluntatem ponderat *Corn. conf.* 91. *col.* 3. *vers. Idem lib.* 3. *Paris. conf.* 13. *num.* 33. *lib.* 4. *Oliver. de Matrim. nullit. fol.* 53. ibi -- *Probatur etiam dissensus, quia, si verè consensisset, illum non sprevisset, Hodiern. Controv. fovers.* 16. *num.* 70. *& Rot. coram Arguell. dec.* 9. *num.* 37. ibi -- *Augetur ex lacrymis, querelis, & suspiris, à Francisca emissis, ex quibus metum, & animum satis dignosci &c.* Asserunt ulteriùs, quod Lucia neglexerit usum Vestium nuptialium, Jocalium, ornamentorum muliebrium &c. Quod non dormivit in Lecto cum Viro, sed ab illo separata; Quod imprecationes imprecationibus semper addidit *contro quel-*
105 *li, che l' avevano impiccata, e strangolata, maritandola con il Signor Schinchinelli*, quodque statim, ac ei licuit, à Viri Domo aufugit, violentum procurando ingressum in Monasterium Cappuccinarum, cujus eventu frustrato, cum Viri permissione mediante Licentia. Congregationis Episcoporum moram fecit in alio Monasterio minus asperi Instituti, à quo egressa idem Vir ejus restituta Dote sponte permisit in paternam Domum redire, ubi de præsenti adhuc moram facit. Quæ omnia, unitim conside-
106 rata, concludenter probare videntur metum, juxta firmata per *Rot. coram Arguell. dec.* 25. *nu.* 4. *& cor. Emer. Jun. dec.* 317. *n.* 7.

Coronantur omnia, huc usque animadversa, ex duplici circumstantia, una desumpta à jurata declaratione Luciæ, *Proc. fol.* 25. quæ comprobavit omnia
107 circa illius metum, asserta illius Genitore, omnibusque nostris Testibus; Alia verò ex facto Schinchinelli.

Respectu primæ, licèt declarationi unius ex Contrahentibus regulariter pro dissolutione Matrimonii non sit præstanda fides, Id tamen limitatur, quando illa adminiculatur aliis probationum generibus,
108 ut limitando regulam *Textus in cap. Super eo de Eo, qui cogn. Conf. Uxor. suæ* in nostris præcisis terminis observant *inter Conf. matrim. divers. Jo. Jacob. de Canib. conf.* 18. *num.* 5. *&* 6. *Corn. conf.* 91. *col.* 3. *Rub. Alexandr. conf.* 73. *num.* 18. *Sanch. de Matrim. lib.* 2. *disput.* 42. *num.* 12. & firmavit *Rot. dec.* 304. *num* 6. *coram Caprar.* ibi -- *Cui judiciali Constitutio, accedentibus tot probationum modis, multùm esse deferendum dixit &c. decis.* 305. *numer.* 9. *part.* 15. *recent.* ibi -- *Talis enim declaratio in subjecta materia plurimùm attendi solet, & decis.* 621.
109 *num.* 12. *part.* 18. *recent.* ibi -- *Cui Constituto, suffulto tot adminiculis, recensitis in alia decisione, & comprobata per Testes, postea examinatos, plurimum venit deferendum, attenta præsertim nobilitate Elisabethæ Mariæ alisque præclaris ejus dotibus, & in Faventina Matrimonii* 7. *Julii* 1658. §. *Certius coram Taya*, ibi -- *Attenta Declaratione Dominicæ; Hujusmodi enim Declarationi in hac materia plurimum statuatur impressa in tom.* 2. *Miscell. Pompeii Ursayæ & in Bononien. Matrimonii* 15. *Junii* 1676. *in fin. coram Vicecariste*; ibi -- *Et ipsa fatetur in sua jurata Depositione, quàm Judex de Partibus ex officio exegit, cujus quidem Declarationi, quamvis pro dissolutione Matrimonii regulariter non sit habenda ratio, tanquàm alteriùs ex Contrahentibus* 110 *per Textum &c. Nihilominus cùm aliunde appareat ex rationabilibus, & fide dignis probationibus &c. hujusmodi confessio non repellitur; ut limitando subdit idem Textus &c. & in Novarien. Sponsalium prima Julii* 1693. §. *Et omnia coram Muto*, ibi -- *Cui judiciali Constituto, accedentibus tot probationum modis, multum est deferendum impressa ubi supra.*

Respectu secundæ magnam meretur animadversionem silentium Schinchinelli per longum tempus annorum duodecim, nullam omnino faciendo Instantiam pro reditu Luciæ ad illi præstanda obsequia matrimonialia, præsertim postquàm citatus fuit a Curia Episcopali, deputatoque ab eo Josepho Vairano in Interpretem, cum istius Interrogatoriis perfectum 111 fuit examen nomen Testium, seu ser. examinatorum, fuitque ei datus congruus terminus à Curia Episcopali ad illos reprobandos, & postquàm de mandato hujus Sac. Congregationis fuit eidem præfixus duorum mensium terminus ad deducendas suas exceptiones, quo elapso, non curavit, nec curat Instantiæ Luciæ se opponere, quod pro concludenti argumento nostri boni Juris, & plusquam plena pro- 112 batione metus considerant adducti per *Larream dec. Granat.* 63. *num.* 15. *vers. Ideo*, *& Rot. cor. Merlin decis.* 523. *num.* 2. *& in par.* 19. *recent. decis.* 361. *num.* 11.

Licèt autem ejus partes commendabili diligentia suppleverit. Præpositus S. Georgei, Curiæ Episcopalis Cremonensis attentissimus Advocatus Fiscalis, 113 Rationes, & motiva, in illa adducta, non videntur obstare nostræ Instantiæ, ut latè demonstratur in sequenti Scriptura.

Concludimus proinde, quod si in Scholis gratia exempli adducendum esset paradigma Matrimonii, per metum contracti, cum omni sermonis proprie- 114 tate adduci posset illud, de quo est nostra quæstio, juxta phrasim Authoris, natalis, sententia, conscientia, & Dignitate Eminentissimi in Libro, cui titulus *L. R. fol. mihi* 100.

IN EADEM CAUSA.

Responsio Scripturæ Advocati Fiscalis Curis Episcopalis Cremonæ.

Solita laudabili attentione videns Episcopus Cremonæ, Comitem Schinchinellium non se opponere declarationi nullitatis Matrimonii, de quo disputamus, post servatus omnes terminos judiciales, tam circa deputationem Interpretis in examine Testium, quam cir- 115 ca terminum eidem assignatum ad eosdem reprobandos, elegit Fiscalem suæ Curiæ ad supplendas partes dicti Comitis, qui illas punctualiter adimplevit, mediante particulari Scriptura, Cùmque motiva, in illo adducta non videantur apta debilitare probationes metus, ex hac parte deductas, illa non obstante, videtur respondendum: Constare de nullitate Matrimonii.

Duo sunt motiva in eadem Scriptura ingeniosissimè deducta, primum, quod in nostro casu non probetur concludenter metus, ut esset necessarium pro declaratione nullitatis Matrimonii, servatis servandis in facie Ecclesiæ contracti, attento quod de illo deponen- 116 tes, uti familiares, & domestici dicantur transiisse per Placentiam, non autem per Veronam, juxta lepidum Dictum *Pii II.* de quo *de Rubeis in Discursu ad Scientiæ Amatores impresso in part.* 4. *tom.* 3. *recent. num.* 95. Secundum verò, admisso, quod metus probatus dicatur, purgatus fuerit per sequentem Sponsorum cohabitationem, & in eodem Lecto condormitionem.

Non obstat primum; Quia de metu, cadente in constantissimum Virum, non autem in Puellam teneræ ætatis, concludentissimè documentis in Summario, ex jurata, & seria depositione Luciæ Genitoris, quæ etiam unicè considerata, ad nostrum effectum su- 117 perabundat ex supra allegatis. Cui si jungantur depositiones illius dignissimi Patrui, & in sua Barnabitarum Religione Assistentis Generalis, necnon omnium nostrorum Testium, unitim consideratæ, metus videtur positus intra evidentiæ fines.

Non

Non solùm autem eidem probationi non præjudicat, sed majus robur addit qualitas famulatus, & domesticitatis Testium cùm enim metus sit difficillimæ probationis, & inferri soleat inter domesticos parietes, illum concludentèr probant Testes domestici, familiares, & qui in aliis materiis non admitterentur,
118 ut latè probavimus supra, & addimus *Rotam coram Buratto decis. 143. n. 2. & coram Crispo decis. 371. num. 6. & coram Falconerio decis. 6. num. 3. & 4. de Sponsalib.* ubi loquitur de depositione per auditum Famuli, & Mulieris, metum passæ, ibi -- *In hac materia, quæ*
119 *reputatur difficilis probationis, explorati Juris est, quod admittuntur Testes, etiam minus habiles, quales sunt domestici, feminæ &c.*

Verum est, quòd nullus amor vincit paternum, ut dicit *Textus in leg. finali Cod. de Curatore furiosi*, secutus à *Rota decis. 133. num. 7. part. 18. recent.* Sed hæc reflexio ad hominem retorquentur, quia amor iste
120 fuit causa violentiarum, passarum à Luciæ., Teste eodem Patre, qui ad illas faciendas metus fuit *dall' amore, e vantaggi di un' unica mia figlia, che me le fecero credere licite, e ragionevoli.*

Licèt autem respectu Patris, incutientis metum, non sit nec esse probare solitum illas exequendi, cùm satis sit solus timor reverentialis, junctus cum periculo mali gravis, probabiliter opinati, ex latè supra pro-
121 batis & addimus *Rotam decis. 98. num. 6. & 10. coram Peutinger.* ibi -- *Ad quam inducendam satis est timor reverentialis, cùm minis paternis, & dec. 38. nu. 3. & seqq. part. 16. recent.* ibi -- *Per merum, cadentem in personam constantem, qualis est timor amissionis libertatis, & bonorum &c. Quinimò absque alia probatione sola suspicio in animo apprehensa, quod illas Pater exequi potuerit, habetur pro justo metu, & præ cæte-*
122 *ris advertunt Sanchez &c. Multum enim ad effectum, de quo agitur, inspicienda est qualitas Personæ inferentis metum Calder. &c. In casu autem nostro minæ fiebant à Patre, quæ propter debitam reverentiam inferunt justum metum, & auferunt libertatem apertè dissentiendi, ut dicit Rota &c. & illas Pater effectuare poterat contra filiam, & consequenter timendæ erant &c. omni auxilio destitutam, undique custoditam, & sic justo metu perterritam, ut sentit Corneus &c.*

Attamen in nostro casu supra ad oculum demonstravimus, minas Patris multipliciter fuisse ad praxim redactas, & signanter cum Alapis, innocenti filiæ inflictis in Domo aliena, coram Confessario, & nobili-
123 bus Personis, ibi -- *In presenza del P. Antonio Maria, e della Signora Laura, avendo Io molto bene mortificata la Figlia con aspri rimproveri, e tuttavia vedendola sempre più ostinata, gli diedi de schiaffi per obligarla à sottoscrivere la carta di promessa del Matrimonio* -- circa quod una voce concordant omnes
124 nostri Testes in Summ. quæ omni ad nostrum præcisum effectum considerat *Rota decis. 38. numer. 12. p. 16. recent.* ibi -- *Quæ nimia repugnantia, juncta cum Alapa, præcedenter inflicta, cum aliis verbis coactivis, à Patre prolatis, & auditis à Testibus, examinatis pro Puella, arguit, eandem contra suam voluntatem fuisse desponsatum Glos. in Can. &c.* Ibique *num. 13.* refert, & sequitur *Bartolum*, dicentem quod si Vir percussit Uxorem, quia nolebat consentire, si deinde consensit, semper consensus præsumi debet metu extortus.

Ultrò admittimus, Patri licitam esse modicam castigationem erga filiam, sed cum distinctione, quando scilicet illa adhibetur ad præcavendum aliquod malum, vel corrigendam præteritam inobedientiam, non autem ad inferendam apertam vim illius voluntati, ut accipiat in Maritum illum, quem ipsa
125 non vult, omisso alio coæquali, sponso, *che talmente aveva fisso nella memoria, che andava dicendo ad alta voce, viva il Sig. Fiscale Persichelli.* In hoc enim casu, cùm ei non teneatur obedire ex adducti supra omnis violentia eidem Patri prohibita est,
126 operaturque nullitatem Matrimonii tanquam per vim, & metum contracti, egregiè *Rot. dec. 28. nu. 12. part. 16. recent.*

Non potest in dubium revocari, quod Denunciationes Matrimoniales non tangant substantiam Matrimonii, sed non minus verum est, quod illarum omissio, unita aliis circumstantiis in contrahendo, Loci ruralis, in quo contrahitur, assistentiæ illius Consanguinei loco Parochi, quæ omnes adimplevit partes cogendi invitam &c. est validum argumentum Matrimonii, metu contracti, ut observant ad- 127
ducti per *Sperell. dec. 5. n. 41* ibi -- *Sola nimia festinantia etiam seclusa Loci qualitate, non caret suspicione, & ex Matrimonio, sine denuntiationibus contracto, argui metum considerat &c.*

Adversus probationem metus, deductam ex impropriis operationibus Confessarii, de qua latè supra, & in Summo ibi *Riuscì finalmente al P. Antonio con una più* 128
forte insinuazione, & intima, che peccava mortalmente, e che non poteva assolevarla, se non ubbidiva al proposto accasamento da suoi Genitori, & ibi -- Il P. Antonio, che era suo Confessore, non voleva assolverla, se non li prometteva di prendere per suo Marito il Signor Schinchinelli, & ibi -- Il P. Antonio Maria Scalzo, che si nominava il Gobino, minacciando, che se non l'avesse fatto, non l'averebbe, confessandosi più assoluta 129
& num. 16. ibi -- *Essendo detto Padre di contrario sentimento al mio, cioè, che detto Padre diceva di non voler assolvere la Signora Lucia, se non ubidiva à suoi Parenti, con accettare il Signor Conte per suo Marito, &c. & Io all'incontro essendomi dichiarato, che non averei voluto assolvere quelli, che intendevano sforzare detta Signora Lucia a prendere un Marito contro suo genio.* Respondet Fiscalis, illam serotinè allegatum fuisse post mortem dicti Confessarii; Diximus autem, quod in vita ejusdem nullo modo ab ejus ore poterat habeti 130
indicium dictæ veritatis concludenter probatæ à Patre Luciæ omnibusque nostris Testibus. Nec qualitas ejus Religiosi Instituti, & animarum regimen, ab eo exercitum, vim dictarum minarum denegationis absolutionis minuere apta sunt; Potuit enim esse opinionis illo- 131
rum Theologorum qui asserunt, licitum esse Patri filias ad Matrimonium contrahendum obligare, in qua fuit Luciæ Pater, innocenter insistendo, nedum penes dictum Confessarium, sed etiam apud Parochum, ut filiæ voluntatem pro Matrimonio contrahendo inclinarent ad ei obediendum sub comminatione peccati mortalis ut ipsemet Pater medio juramento asserit 132
Sapevo benissimo per procedere concerto, che l'avrebbe imbevuta tal Massima, da egli creduta vera, e per tale anche à me affermata, & a mio Fratello, con citare Dottori, e Theologi, che l'aveva stabilita.

Minùs efficaciam minarum debilitat reflexio temporis, antecedentis Matrimonium, quo fuerunt ad praxim redactæ, quia illæ dicuntur semper durare usque quo vivit ille, qui metum incussit, ut de Patre incutiente metum in Civitate Messanæ, quod duraverint eo tempore, quo post spatium longi temporis 133
Filius professionem coactè emisit in Civitate Melitæ, adest punctualis *decis. 98. n. 15 & 16 cor. Peuting.*

Plusquam tacitè admittuntur hæc per Fiscalem, qui propterea asserit, quod etiamsi prædicta omnia, sal- 134
tem simul unita, concluderent metum gravem, præcisè influentem in consensum, non propterea admittenda essent in præsenti, in quo constat de cohabitatione Sponsorum, deque condormitione in eodem Lecto.

Hujusmodi autem secundum motivum videtur debilius primo, quia ex supra adductis, quidquid dicendum esset de Jure antiquo, attento novo Jure Concilii Tri- 135
dentini, Matrimonium, metu contractum, nunquam convalidatur, nedum per subsequentem Sponsorum cohabitationem, sed nec etiam per multorum filiorum procreationem.

Agnoscit Fiscalis vim hujus responsionis, & ad illam declinandam subdit, non procedere quando impedimentum Matrimonii nulliter contracti est occultum; Omissa autem Matrimonii nulliter contracti est occultum; Omissa autem indagine, uti non necessaria, an de Jure eadem responsio subsistat, in nostro casu factum non assistit, quia non solùm publicus, sed notorius fuit metus, Luciæ incussus ad contrahendum Matrimonium, de quo disputamus, ut deponunt Te- 136
stes

stes *Processſ. fol.* 46. ibi -- *Che è un cantar Romano* -- & ibi -- *Ne è piena Cremona , e sono cose propalate da per tutto* -- & ibi --- *E' cosa trita* -- & ibi -- *Ne è publica voce , e fama , perche è così notorio , che si puol dire , che ne parli , e ne abbia parlato tutta la Città*,

Imò potiùs retorquetur, quia unum ex argumentis, demonstrantibus metum, desumitur à publica voce, & communi fama, illud taliter fuisse contractum, *Rota coram Arguell. dec. 9. num. 82. & coram Seraphin. decis.*
137 859. *num.* 7. ibi -- *Concurrit cum his publica vox; & fama, fuisse per vim , & metum contractum hujusmodi Matrimonium.*

Respondet secundò, omnia ex hac parte deducta li-
138 mitari, cessante causa metus, quæ in nostro casu per discessum Luciæ à Domo Paterna absque dubio cessavit.

Cæterum hæc etiam limitatio non applicatur, quia minæ, per Patrem, & Patruum incussæ, & signanter constituendi sibi alium hæredem, exclusa unica ejus Filia, & Nepte respectivè, istius cor semper præmebat, illiusque mentem semper angebat; Ultra quod non defuerunt aliæ, quæ suum fuerunt operatæ effectum,
139 dum constans in facto est, *che* Pater, & Patruus, *l'impedissimo di affacciarsi alle Finestre della Casa, che riguardano alla strada , anzi facessimo chiudere le Ante di legno, col catenaccio , assicurandole con chiodi &c. e poi la privai della presenza, e vista mia , di sua Madre, e Zio, con farla uscire da mia Casa* (notetur hæc
140 relegationis species) *e la consegnai alla Signora Laura &c. & in due mesi, che vi si trattenne fù obligata à confessarsi solamente presso il nominato Antonio Maria, che à questo effetto si faceva condure in Carrozza in detto Luogo*; Quæ omnia non sunt verba ad Corinthios, sed facta innegabilia, non sine incommodo Patris, Confessarii, & dictæ nobilis Mulieris , unicè directa *à*
141 *strangolare* innocentem Luciam , ut ipsemet hac phrasi conquesta fuit cum illo Teste, qui hæc deposuit in Summar. & maiori energia repetiit cum alio Teste ibi -- *Esagerava, che era stata impiccata, e strangolata à maritarla col Signor Schinchinelli.* Itaut non sine admiratio-
142 ne alter Testis exclamaverit in eodem Summo. *E' un spavento à vedere, sentire questa povera Signora.*

Fuit autem motivatum, prætor abducta in ScripturaFiscalis, quod circa metus incussionem nulla in nostro casu adest difficultas. quia revera illius respectu con-
143 currunt concludentissimæ probationes , quæ unitim consideratæ illum constituunt intra fines evidentiæ; Sed dubium aliquod remanere videatur circa iustam causam, quam habuit Pater inferendi dictum metum, hoc est, ne amitteret medietatem Bonorum Paternorum, spectantium eius germano Fratri, qui se declaraverat, velle illa relinquere Schinchinellio; Qua iusta
144 causa attenta, sicuti Pater poterat per se ipsum, ita potuit mediante Confessario, per denegationem absolutionis , obligare Filiam ad contrahendum Matrimonium cum dicto Schinchinellio.

Respondemus autem, quod propositio hæc; *Metus dicitur justus, quando infertur ab illo qui justam habet causa inferendi*, dupliciter limitatur; Primò scilicet , quando causa non est evidenter iusta, sed suas habet inspectiones, quia in hoc casu non debet metum inferens
145 se facere Judicem ad tollendas dictas difficultates, *Sanchez. de Matrim. lib.* 4. *disput.* 13. *num.* 1. *versic. tertiò* ibi -- *Nullus privata authoritate post cogere ad Matrimonium, quamvis Jus habeat incutiendi timorem ad alios contractus, quia illud summam libertatem exigit.*

Secunda verò, quando inferens metum utitur medio legali, & proportionato; Non autem quando istud est
146 scandalosum , illegale , & strangulatorium , *quia de substantia Matrimonii est omnino liber , & ex omni parte voluntarius consensus*, sunt verba *Rot. in Aprutina nullitatis Matrimonii* 30. *Aprilis* 1708. *§. Et ratio coram Scotto*
147 *impressa post Tom.* 2. *Miscell. Pompeii , mei Filii dec.* Qui consensus per nullam potentiam suppleri potest ex adductis *à Coninck de Sacram. tom.* 2. *disputat.* 24. *dub.* 5. *per tot. & Anton. à Spirit. Sanct. in Director. Confess. to.* 1. *tract.* 11. *de Matrim. disput.* 3. *sect* 22. *numer.* 87. *& seqq. & in Tract. nostro de Matrim.*

Solet à Doctoribus exemplificari in Judice, obligante ad contrahendum Matrimonium illum, qui sponsalia solemniter contraxit, sed medio legali, & proportionato, hoc est mediantibus Censuris: Si enim id faciat per viam carcerationis, seu alio illegali modo, Matrimonium erit nullum, iuxta punctuales resolutiones hu- 148
ius Sacr. Congregationis *in Vintimilien.* 24. *Aprilis* 1700. *lib.* 50. *Decret. fol.* 184. & *in Farfen.* 26. *Maii* 1707. *lib.* 57. *Decret. fol.* 203. *de qua in Tom.* 1. *p.* 2. *discept.* 30.

Imò neque id permissum est eidem Judici *præcisè, & mediante omnimoda coactione, ne Matrimonium, quod in mutuo utriusque Contrahentis consensu perficitur, & sub-* 149
stantiatur; *cap. Cum locum &c. ex finali, præcisa, & omnimoda ista coactione mediantibus Censuris d. essentiali consensu destitutum remaneat , ac consequenter nullum, irritumque reddatur, & in peccaminosum Concubinatum convertatur, juxta communiter ponderata per Card. Zabarellam &c.* sunt verba *decis.* 30. *num.* 4. & 5. *coram Herrer.* Quod est adeo verum, ut, transactis omnibus terminis, Judex, videns Sponsum, firmiter renitentem, de- 150
bet etiam non petentem absolvere, iuxta præcisa verba *Rota in Comen. Sponsalium* 10. *Junii* 1705. *§. Concurrente coram Molines*, inter alias hodiè impressas *coram eodem decis.* 1003.

Quòd autem causa, à qua motus fuit Pater ad obligandam filiam, suas haberet legales inspectiones, sat est observare , quod *D. Thomas , Theologorum Princeps* , non admittit in Patre potestatem obligandi filiam ad 151
contrahendum Matrimonium cum tali determinata Persona, ex supra allegatis observavimus ulteriùs, ex defectu libertatis, Matrimonium esse nullum, quando Puella contrahere teneretur Matrimonium cum aliquo ex certo Genere Personarum , in quo genere pauca repe riuntur Individua, in quibus non potest verificari libertas.

Et tamen in concreto nostri casus habemus, quod nec primus Confessarius ex Societate Jesu, nec Parochus Villæ, admittebant pro justa dictam causam in Patre, imò ultimus apertis verbis se declaraverat nedum *di non aver potuto in conscienza obligare la Figlia à tal Matri-* 152
monio; Sed ulteriùs, *che non averebbe voluto assolvere quelli* ; *che intendevano forzare detta Signora Lucia à prendere un Marito contro suo genio.*

Ad manibus verò palpandam gravitatem dicti modi strangulatorii, per Confessarium ad praxim redacti, denegandi Absolutionem Filiæ, quia nolebat consentire Matrimonio, sibi inviso, omni animadversione di- 153
gnum est, quòd non solùm domesticæ Mulieres, quæ ex speciali præcepto Patris, & Patrui Luciæ tenebantur attentè observare omnes ejus operationes, inclusis etiam illius Nutibus, sed etiam Personæ exteræ , ex accidenti præsentes ejus Confessioni , videntes Confessarium, illam non absolventem, poterant ad eorum libitum id attribuere cuicumque maximo sceleri, gravissimoque facinoris. Cùmque simus in materia nimis delicata, modus iste torquendi Animas Christianorum pro 154
illis inducendis ad consentiendum Matrimoniis, sibi invisis, delendus est ab Hominum memoria, mediante declaratione nullitatis Matrimonii, de quo disputamus, ad hoc, ut sicut non habuit casum similem antecedentem non habeat pariter sequentem.

Quoad metus purgationem satis dictum supra. Hoc unum subjungentes cum præcisis verbis *Capon. discept.* 98. *num.* 18. *& seqq.* quòd *opinio, magis consona veritati, ac Sac. Rotæ Romanæ stylo, est, quòd semper, sive impedimentum sit occultum, sive publicum, sit repetenda forma Concilii de Parocho, & Testibus, nisi tamen fuerit à Summo Pontifice dispensatum , ut secretè contrahatur*, cum quo concordant in eorum *Tractatibus de Matrimonio Boss. cap.* 2. *num.* 8. *Sannazar cap.* 3. *art.* 4. *numer.* 107. *Guttier. cap.* 47. *numer.* 50. *Ledesm. dub.* 17. *Pont. libr.* 5. *capit.* 6. *& Comitul. Quæst. moral.* 120. *per tot.*

Cæterùm in nostro casu termini Impedimenti occulti sunt prorsus inapplicabiles, nedum quia de illo adest communis vox, & universalis fama ex adductis. Sed etiam , quia notoria sunt facta illa , & operationes Patris, & Patrui , quibus mediantibus illi metum incusserunt , nempè clausura Fenestra- 156
rum

rum; Dimissio à Famulato omnium illorum, de quorum fide dubitari poterat; Præcepta, data Aurigæ, incedendi per Loca remota, necnon Famulis, & Matri, ut observarent operationes omnes, nutusque Luciæ; Mutatio antiqui Confessarii; Destinatio alterius, à Patre, & Patruo instructi; Relegatio ejusde de Villa Fenghi ad Villam Levatæ; Alapæ, eidem inflictæ; Et alia, de quibus plenum est nostrum Summarium. Itaut ignoranti dictum metum, cum
257 omni proprietate Sermonis dici potuisset *Tu solus peregrinus es*, *& hæc ignoras?* de quibus *Ansald. dec.72. num.12.*

Et tamen ad hoc, ut Impedimentum dicatur occultum, hoc debet esse talis naturæ, ut nullo modo probari possit, ut sine Contradictore notant *Fa-*
158 *gnan. in cap. Dilectus num. 38. de Tempor. Ordin. Pellegrin. in Prax. Crim. part. 4. sect. 3. à num. 58. & Gubert. de Sponsal. & Matrim. tit. de Clandest. Nupt. sub num. 119.*

Quæ omnia comprobantur ab actibus, post Matrimonium subsequutis, dum infelix Lucia nunquam visa fuit animo læto, vultu hilari, & jucundo, sed semper tristis, semperque lacrymis, & suspirii se al-
159 tè conquerens de illis, *che l' avevano impiccata, e strangolata, maritandola col Sign. Schinchinelli; Fingit quidem timor gaudium, sed ita intimos mentis affectus proditor vultus enunciat, ut in speculo Frontium imago extet animorum*, scriptum reliquit *Latin. Pacat.* quem
160 ad nostrum præcisum effectum refert *Piton. discept. 32. n. 28.*

Quibus stantibus, *nihil curandum, quod in dubio pro Matrimonio est judicandum, ne quos Deus conjunxit, homo separet; Quia hoc non habet locum in Matrimonio meticuloso, quod in effectu non est Matrimonium, ut ait Purpuratus &c. Imo considerandum est, quod dicit*
161 *Textus &c. nempe, quod Matrimonium debet plena libertate gaudere, quia coactæ nuptiæ malos exitus habere solent, ideo illis non est favendum &c. Quia non minus peccatum est nec minor error jungere non conjungendos, quam separare non separandos, ut notatur in cap. Juravit &c* sunt verba *Raynald. tom. 1. cap. 23. supplet. 5. num. 36. & seqq.*

Die 22. Martii 1732. proposita Causa in Congregatione Concilii sub Dubio: *An constet de nullitate*
162 *Matrimonii*, responsum fuit: *Dilata, & coadjuventur probationes*, quod usque ad hodie non fuit exequutum ex notoriis Italiæ accidentibus.

DISCEPTATIO XXXIX.

Nullius Matrimonii

Suppressis Nominibus.

ARGUMENTUM.

Non purificata conditione, sub qua obtenta fuit Dispensatio Matrimonii, istud est nullum, non obstante illius consumatione.

1 IN Facti serie, mihi communicata candidè exprimitur, quòd cupientes Matrimonio copulari Titius, & Berta, tertio Consanguinitatis gradu conjuncti, humiles porrexerunt Preces Summo Pontifici, pro necessaria Dispensatione, pro causa adducentes, quòd *cùm d. Berta*, sunt præcisa verba Oratorum *indotata existat, nec habent actionem, unde dotari possit, & d. Titius illam sic indotatam in Uxorem ducere*, & *usque ad quantitatem secundùm d. Bertæ qualitates competenter ex integro dotare intendat, cupiunt prædicto invicem Matrimonio copulari, sed quia tertio Consanguinitatis gradu conjuncti eorum desiderium adimplere non possunt absque Sedis Apostolicæ Dispensatione &c.* Quibus cùm ageretur de Gradu, in quo A-
2 postolica Sedes de facili Sedes Dispensationes concedere, ex illo motivo, quod exornat *Card. Pallavicin. nell' Istoria del Concilio lib. 23. capit. 8. numer. 11.* Summus Pontifex benignas præbendo aures illas exaudivit, demandando proprio utriusque Sponsi *Or-* 3
dinario, quatenus Te diligenter informes, & si Preces veritati niti repereris, tunc postquam ipsa Berta ex integro competentes dotata fuerit, quod impedimento tertii Consanguinitatis gradu non obstante, Matrimonium contrahere authoritate nostra dispenses.

Vicarius autem d. Ordinarii pro justificatione qualitatis indotatæ Mulieris die 1. Martii 1731. mandavit examinari Testes super d. circumstantia indotationis Mulieris, qui non dubitarunt asserere, Sponsam 4
nullam habere Dotem, Sponsumque paratum esse ad illam dotandam: ad quem effectum se paratum exhibuit mediante publica Scriptura competentem Dotem Sponsæ constituere.

Hujusmodi autem oblatione futuræ constitutionis Dotis contentus idem Vicarius, statim mandavit exequi Dispensationem, tollendo de medio d. impedimentum tertii gradus Consanguinitatis, eademque die, quæ fuit prima Martii 1731. deputavit qualificatum 5
Religiosum ad hoc, ut loco proprii Parochi Matrimonio interesset.

Fuit deinde sequenti die eadem Dos constituta à Sponso sequentibus rubis -- *Volendo Tizio esequire quanto li viene commesso nell' antedetto Breve per titolo di Dote à constituito, sul riflesso a quanto li viene prescritto in esso Breve non solo, ma in riguardo anco a civi-* 6
li natali di essa Berta, benche scarsa di Beni di fortuna; „ Il Capitale cioè Casa, e Terra, al medesimo
„ Tizio spettante per acquisto fatto da N. N. valu- 7
„ tato il Capitale stesso dal sudetto Tizio saltem la
„ somma di ducati mille da grosso, e ciò sotto le seguenti condizioni.

„ Primo, che riuscendo il caso, che mancasse Berta avanti Tizio, non debba in questo caso la Dote, come sopra constituita, portare alcun beneficio a Congionti di Berta, ma rimaner debba in disposizione di Tizio.

„ Secondo in caso, che Tizio premorisse a Berta, 8
„ allora Berta sarà Padrona della Dote, vivendo però Vedova, perchè, volendo passare ad altre Nozze, non potrà pretendere alcun emolumento de Beni, come sopra dotati, ma decader dovrà dal be- 9
„ neficio della stessa Dote, ed il tutto, consolidato con la proprietà, dovrà devenire nelli Eredi di Tizio, e a di loro beneficio.

„ Terzo li pochi effetti mobili, che approva avere d. Berta, saranno diligentemente inventariati,
„ e valutati concordemente dalle Parti in Poliza, da 10
„ sottoscriversi, ed il valore di essi sarà considerato sotto la condizione di Dote per avere restituita a suoi tempi a Chi sarà di raggione, *salva però la disposizione delle Leggi*.

Circa hanc Dotis assignationem duo in facto digna videntur omni observatione. Primum, quòd si eadem Dos fuisset constituta ante Examen Testium, & ante Decretum exequutionis Apostolicæ Dispensationis, 11
Vicarius Episcopi facili negocio devenire potuisset ex sola lectura Inst. acquisitionis, quòd eadem Bona erant valoris ducatorum 800. dumtaxat, quòdque eadem acquisitio facta fuerat à Persona quæ Paulo post Bonis cessit, illiusque Hæreditas à nemine adita fuit. Secundùm, quòd in tali casu recognitionis Bonorum Sponsæ ante exequutionem Dispensationis, poterat pa- 12
riter idem Vicarius venire in cognitionem illorum veri valoris, qui non potuit esse adeò vilis, neglectusque, dum Sponsus super illis sibi reservavit lucrum dotale in casu præmorientiæ Sponsæ verbis illis *Salva però la disposizione delle Leggi in tal proposito*.

His in facto mihi pro constanti suppositis, oritur hodie Dubium circa nullitatem ejusdem Matrimonii, 13
quæ videtur solidè inniti deficientiæ purificationis conditionis, verbis istis in Brevi contentis -- *Tunc postquam ipsa Berta ex integro competenter dotata fuerit*, quæ expressam important conditionem, purificandam ante exequutionem d. Dispensationis, ex vulgatis apud *Falconer. de Jurepatr. decis. 53. num. 3.* & alibi passim eademque dictio *Postquam* nedum significat actum perfectum, sed excludit omne anterius tempus, ut gene- 14
raliter notant adductis per *Menoch. cons. 1103. num. 4.*

Paris.

Parif. conf. 31. num. 83. lib. 1. Fagn. de Jurepatr. tom. 1. fol. 76. num. 58. & firmavit *Rot. dec. 682. num. ult. cor. Buratt.* ibi: *Et idem importat illa dictio Postquam tempus anterius excludens.*

Et in nostris punctualibus terminis egregiè discurrunt Corrad. in Prax. Dispensat. lib. 7. cap. 6. num. 68. ibi; *Et nullo modo posse ipsum ad Dispensationis exequu-*
15 *tionem procedere, quam Dos fuerint per ipsum Oratorem constituta ex illa dictione. Et postquam quæ significat actum perfectum, nempè postquam Dos fuerit constituta per Textum* &c. & de Just. de Dispensat. matrim. libr. 3. cap. 3. num. 12. ibi -- *Postquam Oratorius Dos competenter aucta fuerit, quæ dictio Postquam cùm sic exclusive præcedentium conditionem importat Parif.* &c. *cùm*
16 *reiiciat omne tempus anterius, & solum posteriùs respiciat, & admittat, & num.* 17. ibi: *Tamen non poterit Dispensationem exequi, donec sibi non constet de constitutione, facta per Oratorem in valida forma; nec sufficiat, si Orator promitteret, & se obligaret ad d. augumentum constituendum, quia Jurisdictio Delegati est*
17 *suspensa quoad exequutionem Dispensationis, ita ut non possit dispensare, nisi postquam Dos oratricis aucta fuerit.*

Quæ omnia immensum robur sumunt ab illa dictione *Tunc -- Tunc, postquam ipsa Berta ex integro dotata fuerit*, quæ, nedum præcisam, & præcisissimam importat conditionem, sed taliter temporis denotat extremitatem, ut omne aliud anterius tempus impor-
18 tare non possit, egregiè Grat. de Dictionib. diction. 275. num. 4. ibi: *Dictio Tunc restringit dispositionem ad casum expressum, & prohibet extensionem ad alium casum, etiam similem*, Martius Medic. decis. 1. num. 21. ibi: *Limitat dispositionem ad casum, tantummodo expressum, excludens omnem alium, etiam similem, & qui aliàs includeretur, Cyriac. controv.* 884. *numer.* 53.
19 *Sperell. decis.* 59. *num.* 21. *Magon. decis. Florent.* 37. *n.* 23. ibi: *Dictionis Tunc natura est restringere dispositionem ad casum expressum, & negare extensionem ad alios, Gonzal. ad regul. 8. Cancell glos. 65. num. 1.* ibi: *Denotat temporis extremitatem, Rocc. Selectar. interpretat. cap. 25. num. 13.* ibi: *Dictio Tunc est taliter restrictiva, ut nullam admittat extensionem, neque ex si-*
20 *militudine, neque ex identitate rationis*, ubi quò in hoc conveniunt omnes Doctores, *Pignatell. consult.* 148. *num. 6. tom. 9.* ibi: *Restringit dispositionem ad casum expressum, & continet negationem alterius temporis, & casus, & Rot. decis. 109. num. 11. de Fideicom. ad Theatr. Cardin. de Luc. & coram Cerr. decis. 712. num. 4. & coram Ansald. decis. 100. num. 5. & 6. & in Romana Immissionis 29. Januarii 1731. §. Tum, & fortiùs cor. Aldrovando.*

Vis, & efficacia harum Dictionum in immensum augetur ex illa conditione, in actu dotationis appo-
21 sita, & Papæ intentioni ex diametro opposita; *Che volendo passare ad altre Nozze* Berta, quatenus Sponsus eidem prædecessisset, *non potrà pretendere alcun' Emolumento de Beni, come sopra dotati, ma decader dovrà dal beneficio della d. Dote, ed il tutto, consolidato con la proprietà, dovrà divenire nelli Eredi di Tizio, & a di loro beneficio*: Illa enim in hoc casu remaneret expressè indotata contra claram mentem Summi Pontificis, Dispensationem concedentis quod asserendum non est, ut, sequendo communem in Matrimonii Sacramenti materia Magistrum *Sanchez*, necnon
22 *Genuensem, Corradum, & Trullenchium*, probat de *Dispensat. matrim. lib. 3. tit. 3. num.* 14. Et meritò, quia Puella minori solet indigere Dote, quàm Vidua, ut experientia notum est, & observant *Mantic. de Tacit. lib. 2. tit. 21. num. 21. Cirov. discept. 80. numer. 48. Boss. de Dot. cap. 13. num. 13. & Card. de Luc. eod. tract. disc. 144. num. 24.* & firmavit *Rot. decis. 190. n. 8. cor. Otthobon.*

Pro quorum omnium faciliori admissione mirabiliter regere videntur duæ illæ facti innegabiles circumstantiæ, indicatæ supra §. *Circa hanc Dotis;* Ex quibus patet, quòd in hac parte non fuit processum oscitanter, seu bona fide, sed forsan non sine secunda intentione; Non esse autem similibus malitiis in-
23 dulgendum, sed illis semper obviandum, determinant *Textus literales in cap. Sedes de Rescript.* ibi: *Nos volentes eorum malitiis obviare, & in cap. Plerumq; eod. tit.* ibi: *Ne videatur de sua malitia commodum reportare, & in leg. In fundo ff. de Rei vendicat.* ibi: *Neque malitiis indulgendum est, & in leg. Itaque Fullo ff. de Furt.* ibi: *Sed nemo de improbitate sua consequitur Actionem, & in leg. cum hi*, ubi *Gloss. verb. Ne circumveniatur, ff. de Transact.* ibi: *Non debet via* 24
aperiri malitiis, & in leg. Si Legatarius Cod. de Legat. ibi: *Ut non accipiat fructus suæ calliditatis*, de quibus *in tom. 4. p. 2. disc. 13. n. 108.*

Nec dicatur, quòd summus in terminis Matrimonii, ser. ser. contracti, &, quod magis est, consumati, pro quo in dubio semper inclinandum est, *juxta Tex-*
tum in cap. fin. de Sent. & re judic. cum aliis concor- 25
dantibus, adductis *à Barbos. Vot. decis. 19. à num.* 82. Favorabilitas siquidem Matrimonii non habet locum, quando illud ut in nostris terminis verificatur contractum fuit parùm laudabili modo, egregiè *Marchant. in Tribunal. Sacramentor. post tom. 3. de Sacr. Matrim. cas. 3. in fin. vers. Diei itaque fol. mihi* 34. ibi: „ Nec valet „ quod aliqui dicunt, in dubiis in favorem Matrimo„ nii judicandum esse; Hic enim in favorem Matri-
„ monii verè judicatur, ne præsumant dolis, errori- 27
„ bus, aut ignorantiis illud profanare, maximè cùm „ in hoc casu nulla fuerit necessitas, angustia, aut „ causa rationabilis sic Matrimonium celebrandi, hoc „ sanè non potuit fieri, nisi ignorantia, vel malitia „ Contrahentium, quibus Ecclesia in re tanti mo„ menti suffragare non debet, *Oliver. de Matrim. nullit.*
par. 1. fol. 46. ibi: Concludo, pronunciandum contra 28
dolosum Matrimonium, non solùm in Foro interiori, sed etiam exteriori, vel Ecclesiæ, & *Rot. dec. 634. num. 1. & per tot.* & signanter *numer. 2. vers. Tantò minùs cor. Buratt.* quos sequutus fui *in meo Tract. de Matrim. §. 6. num. 39.*

Posita autem nullitate dicti Matrimonii ex defectu conditionis, punctualiter non adimpletæ ante dispensationis executionem, nullum pondus eidem addit subsequuta illius consumatio; Quia hæc non habetur in aliqua consideratione, quando dubitatur de illius va- 29
liditate *Gentian. Hervet. in Oranon.* impressa *post consil. Matrimon. diversor. Venetiis anni* 1563. *fol.* 14. *à tergo* ibi -- *Consumatum quoque matrimonium, alioquin non dirimitur Matrimonium, sed stuprum, & Adulterium*, Circa quod concordant *Barbos. vot. dec. 1. per tot. Gratian. discept. 849. de Justis de Dispensat. Matrim. lib. 2. cap. 10. num. 44. & Rot. dec. 634. cor. Buratt. & dec. 308. coram Dunoz sen. Oliver. de Matrim. nullit. p. 1. fol. 42. ubi quod in his terminis non dicitur, quod homo vel Ecclesia separet illos, quo Deus conjunxit; Deus enim non conjungit quos animorum & voluntatum vinculum sacramenta-* 30
liter non adstringit, unde non dicitur Homo, vel Ecclesia illos separare, quia privatio præsupponit habitum Fevret. de Abbat. Lib. 2. cap. 2. ibi -- *En la loy de purete, & de perfezzion, evangelique toute autre conjunction, est condanneè, e reprevvè, hors celle du legitime mariage, solemnise selon les formes, & ceremonies del' eglise, les quelles n' estans suyuiez, ny observez, les copulations aussi faites*, in contemptum Ecclesiæ, non servatis solemnibus sunt *urayes fornications, couturbernia*, non matrimonia, furtivæ, & clandestinæ conjunctiones, non legitimæ nuptiæ; Aliosque concordantes adduxit in meo *Tr. de Matr. §. 30 à n. 8. usque ad fin.* 31

Ultra quod reflexio hæc ad Hominem retorquetur contra validitatem nostri Matrimonii, eo quia illa procedit respectu solemnitatum, quæ solent præcedere, vel concomitari Matrimonia, non autem circa illorum substantiam eo Impedimenta dirimentia, quia horum respectu regula est, quod sine Apostolica dispensatione illa validè contrahi non possunt inter Consanguineos *cap. unico de Consanguinitate, & Affinitate Conc. Trid. sess. 24. de reformat. matrimon. cap.* 5. Et proinde quatenus dici posset, quod essemus in casu dubio, in hoc semper esset inclinandum pro regula, & nullitate usq; quo concludenter probetur limitatio validè exequuta ex adductis per Rocc. select. *interpret. c.* 191. in fine & firmatis per Rot. *dec. 354. n. 52. p. 11. rec.* cum aliis allegatis *in Tom. 6. p. 2. disc. 7. n. 23.*

DISCE-

DISCEPTATIO XL.

Cremen. seu Veronen. Restitutionis in integrum

PRO

Fratre Livio à Crema Converso Congregationis Canonicorum Lateranensium.

ARGUMENTUM.

Gratia Restitutionis in integrum non de facili conceditur, quando ætas illius, qui asserit, Professionem emisisse ante tempus, à Constitutionibus præscriptum, concludenter non probatur. Fides Baptismi non probat ætatem. Post lapsum quinquenii semper solet disputari Dubium: An sit locus restitutioni in integrum, nulla habita ratione, quòd Professio Religiosi fuerit emissa cum tali impedimento, quod aptum sit inducere nullitatem Professionis.

FRater Livius à Crema, in sæculo Bernardinus Provezzo, die 2. Augusti 1712. inconsulto credens habere legitimam ætatem, uti Conversus receptus fuit à Congregatione Canonicorum Lateranensium in Monasterio Sancti Leonardi Veronæ, in qua solemnem emisit professionem die 6. Augusti sequen-
1 tis anni 1713. ut constat ex particula ejus Professionis in eaque per multos annos, sub supposito ejus legitimæ ætatis, æqualiter Religiosus inquietus sibi ipsi, & Religioni, vitam duxit, ut testantur multi qualificati Religiosi in authentica attestatione donec veritate detecta, quòd lucem aspexerat die 30. Novembris 1692. & sic tribus mensibus, & 24. diebus ante præscriptum tempus, ejus validæ professioni ne-
2 cessarium, juxta Constitutionem 83. §. 4. *Clementis VIII. in Bullario novo tom. 3. §. 34.* ibi -- *Dummodo ætatis suæ annum quoad Clericos decimum sextum, quò verò ad Conversos vigesimum primum excesserint*, propterea ejus professio erat evidenter nulla, recursum habuit anno 1723. ad San. Mem. Innocentium XIII. pro obtinenda Gratia restitutionis in integrum adversus lapsum quinquenii, ejusque preces de more remissæ fuerunt Congregationi Concilii; & ab ea scriptum fuit Episcopo Veronæ, ad hoc, ut, auditis interesse habentibus, Processum conficeret, & ad S. Congregationem transmitteret.

Adimplevit suas partes idem Episcopus, transmittendo Processum ser. ser. compilatum usque à die 12. Januarii 1724. deinde verò usque nihil aliud in Causa actum fuit, propter illud motivum, quod com-
3 muniter attribuitur probato Curiali Tarquinio Urbano in *Vot. 7. post dec. Rembold.* juxta ea, quæ Ego observavi in *tom. 3. part. 2. disceptat. 1. §. 18. nu. 6.* his verbis; *Nisi dicere velimus, id processisse, ex pulchra illa phrasi Tarquinii Urbani, qui volens exprimere motivum non prosequutionis Causæ, sibi commissæ in vot. 7. num. 97. post decis. Remboldi, modeste quidem, sed nimis significative dixit; Quia Princi-*
4 *palis amplius non fuit in Curia, unde ortum habuit commune Curialium dicterium, quibus non subministrantur necessaria pro Causarum propositionibus*, Principalis non est in Curia, *quando ponuntur à Judicibus in angustiis pro earumdem propositione, & discussione.*

Idque non sine maxima propria inquietudine, & longè majori patientia Religiosorum illius Monasterii, in quo coactam moram fecit, ut testantur multi dignissimi Religiosi his verbis -- *E stato sempre molesto a Superiori Maggiori, molestissimo a suoi Superiori locali, come a tutta la Famiglia, per le sue in-*
5 *tolerabili stravaganze; Questi stà sempre con la ciera torbida, come unostravolto, nega la confidenza a Conversi, da malissime risposte a tutti, e poco si può cavare di profitto dal suo servizio. La notte sospira, piange, e freme in Camera, dormendo poco Lui, e svegliando i Vicini, così è convenuto più di una volta minacciarlo, se la prende ora con uno, & ora con l' altro della Familia, e con li Superiori suoi, dicendo che gli sono contrarii, stà molto à communicarsi; perche dice,* 6
che li Confessori non lo voglino assolvere, ed egli non sà come trovare rimedio alle sue miserie, da che si può cavare che costui mostra di aver poco Timor di Dio, odioso à se medesimo, molesto, e nocivo alla Religione.

Hodie verò compassione motus pius Benefactor subministrando eidem expensas Litis, quæ solent esse excessivæ, ut experientia notum est, & notata *Rota in decis. 325. num. 11. part. 14. Recent.* -- *Cùm* 7
omnibus pateat, Lites in Urbe non sine magno dispendio agitari, & decis. 527. num. 2. part. 18. ibi -- *Quia lites fiunt non sine impensa, ut experientia docet miseres Litigantes*, proponuntur ejus preces pro dicta Gratia restitutionis in integrum, quæ videntur exaudiendæ.

Ex originali etenim Processu; in Secretaria existente, constat, ipsorum natum fuisse die 30. Novembris 1692. & emisisse solemnem professionem die 6. Augusti anni 1713. & consequenter ante tres Menses, & viginti quatuor dies ejus legitimæ ætatis, attento, quod Luciæ aspexit die 30. Novembris
1692. ut ex fide Baptismi, quæ proinde professio 8
nunquam substineri potest, juxta magistrales *Sac. Rotæ decis. 952. & 983. coram Emerix Jun.* approbatas ab Alexandro VIII. cum quibus, omissis antiquioribus resolutionibus hujus Sac. Congregationis à me citatis *in tom. primo parte prima disceptat. 3. num. 4.* 9
in nostris præcisis terminis ultimo loco processit in *Larinen. Restitutionis in integrum* 11. *Januari* 1727. & *in Ulyssiponen, Restitutionis in integrum decimo tertio Junii* 1733.

Posita ex his nullitate expressæ professionis ex dicto essentiali defectu legitimæ ætatis, nulla vis fieri potest in professione tacita, innixa actibus communibus, ab aliis Religiosis exercitis, cum gestatione habitus Religionis; speciale siquidem est in hac materia, quod, non attentis prædictis omnibus, tacita professio nunquam locum habet, quando omnia hæc sequuta fuerunt cum probabili ignorantia legiti- 10
mæ ætatis ex convincentibus rationibus adductis à *Rota in dicta magistrali decis. 952. à num. 3. usque ad num. 24. coram Emerix jun.* & approbatis ab hac Sac. Congregatione in dictis punctualibus resolutionibus *Larin. & Ulyssiponen.* ut videre est in Foliis, dicta 11
die distributis.

Inter quas nimis stringens est illa, quam adducunt *Passerin. de Stat. Homin. Sperellus Bertacchinus, & Rota coram Roxas, Ubald. & Priolo in locis, à me citatis in tom. 2. parte prima disceptatio 25. num.* 12
34. Quia ad inducendam tacitam professionem, ultra consensum Superioris Religionis, est necessarius consensus Profitentis, qui nullatenus verificari potest in illo, qui nullitatem suæ Professionis ignorat; Voluntas enim non fertur incognitum, & actus, qui fiunt per Professum referuntur ad titulum præambolum expressæ Professionis, de qua constat, & ad implendam antiquam obbligationem, expresse contractam, non autem ad inducendam novam.

Nec dicatur, quod fides Baptismalis Livii non fit de more extracta à legalibus Libris Parochialibus, & consequenter probata ex fide Parochi, innixa attestationi duorum Testium Seniorum Patriæ ejusdem; Cùm enim extra omnem controversiam sit, 13
Libros Parochiales subiecisse deplorabili infortunio deprædationis, & miseræ illorum combustionis, barbarè practicatæ à militibus, qui nostris temporibus Lombardiæ Provinciam vexarunt, teste Episcopo in cum duo concordat Parochus in Publica Attestatione; quod est luctuosa memoria notoriam in Oppido Rizenghi, ubi lucem aspexit idem Livius non deest alia legalis via probandi ætatem ejusdem, ut in fortioribus terminis culposæ omissionis Parochi in conservando dictos Libros, est magistralis de-
cisio *Rotæ 749. num. 5. coram Caprara*, & concor- 14
dat adducti *in decis. 896. num. 3. & seq. coram Dunoz. jun.*

jun. ubi Rota adducit sequentem optimam congruen-
15 tiam, & legalem rationem: *Cùm faciliorem dumtaxat probationem ille Liber fuerit ordinatus, non autem ad præcisam ejusdem coarctationem, aliarum probationum exclusivam, & decis.* 117. *numer.* 38. *& seq. part.* 12. ubi quod, non obstante defectum Libri à Parochis retinendi, quando illius fides est aliunde adminiculata, concludenter probat.

In nostro autem casu non adducimus adminicula, sed concludentem probationem, consistentem in uniformi dicto duorum Testium omni fide dignorum,
16 Joannis Baptistæ Giavaldi, & Laurentii Samarani, *ambedue Seniori di detta Cura*, testantium, *come Bernardino Figlio di Antonio Provezzo, e di Maria Jugali fu battezzato in questa Chiesa Parochiale di Rizengo l'ann.* 1692. *li* 30. *Novembre in circa*. In ore enim duorum vel trium stat omne verbum juxta
17 Divinum oraculum *Matthæi* 18. 16. & advertunt *Card. de Luc. de Credit. disc.* 33. *numer.* 7. *& Rota decis.* 611. *numer.* 6. *coram Emer. Jun.* Observando, quod illorum depositio nullum proprium respicit commodum, & propterea non est præsumendum,
18 quod falsum dixerint, egregiè *Roland. cons.* 38. *numer.* 38. *lib.* 1. ubi, quod licèt plura sint genera delictorum, ad nullum patrandum solet quis absque lucro, vel utilitate moveri, quodque hoc patet ratione na-
19 turali, quam solam allegare sufficit, & *Conciol. alleg. Crim. verba falsum resol.* 6. *per totam*, *& Rota coram Caprara decis.* 329. *numer.* 4. Quodque Episcopus Veronæ hoc approbavit, magnum enim pondus eidem veritati addere Relationes Episcoporum, ad præcisum effectum probandi ætatem individualissi-
20 mè firmavit *Rota in dec.* 71. *numer.* 1. *&* 2. *coram Herrera*.

Et in punctualissimis terminis, quod ex Depositione unius dumtaxat Testis probetur Baptismus,
21 probat egregiè *Mascard. de Probat. conclus.* 173. *numero primo*, *& seqq.* ubi refert innumeros concordantes, quem sequitur *Card. Petra ad Const. Apost. tom.* 3. *ad Const.* 13. *Clemente IV. numero* 27. *fol.* 263. juxta *Venetam impress.* ibi -- *Probatur aliquem esse baptizatum per unicum Testem, ut colligitur ex Can. Cum itaque &c.* referens ita resolutum in Curia Archiepi-
22 scopalis Neapolis à *Cyrillo Episcopo Neocastren. quæst. Jur. capit.* 10.

Non attento, quod iidem Testes, deposuerunt sine juramento, quia illorum mors subsecuta superlativè supplet vices juramenti, ex punctualiter ani-
23 madversis per *Menoch. de Arbitr. lib.* 2. *centur.* 22. *casu* 116. *numero* 4. & firmatis per *Rotam decis.* 40. *numer.* 7. apud *del Bene de Jurament. & decis.* 68. *numero* 19. *coram Priol. & decis.* 279. *numero* 10. *coram Crispo*.

Nulla habita ratione illius dictionis *circa*, cum qua iidem Testes deponunt; Ultra quod enim, quando illa apponitur circa ætatem, istius diminutionem potiùs apta est denotare, nunquam verò il-
24 lius augumentum, ex punctualiter firmatis per *Rota decis.* 25. *num.* 5. *coram Mantica* ibi -- *Non obstat, quod Mater die* 2. *Octobris* 1587. *dixerit, Filiam tunc temporis fuisse annorum* 14. *vel.* 15. *Quia illa dictio circa denotant etiam temporis diminutionem Abbas &c. & dec* 327. *n.* 3. *p.* 11. *Rec.* ibi -- *Dictio enim circiter aliquid minuit, prudenter Judicis arbitrio, & verificatur etiam in decima parte minus*.

In omnem verò casum eadem dictio *circiter* includeret solum ~~incertitudinem~~ paucorum dierum, non autem posset se ostendere ad Menses tres, & dies 26. qui in nostro casu desiderantur, ad validi-
25 tatem professionis, ut cumulatis concordantibus, advertit *Jonius, de Solemnit. in Contract. minor. gloss.* 1. *§.* 1. *n.* 41. ibi -- *Quarto Testis deponens circa principium Mensis, includit usque ad tres dies*.

Demum non obstat, quòd fides baptismi probet quidem illum, non autem ætatem Baptizati; Cùm enim ex communiter accidentibus Filii baptizari soleant post paucis diebus eorum nativitatis, Baptismi fides
26 probat tempus ejusdem nativitatis, egregiè *Card. de Albic. in addit. ad Pamphil. decis.* 456. *numer.* 7. & meliùs *Rota coram Priol. dec.* 279. *num.* 6. ibi -- *Fides baptismatis probat ætatem, quia à communiter accidentibus Pueri solent baptizari paucis diebus post eorum nativitatem*.

Et in præcisis terminis ad probandum ætatem ad effectum restitutionis in integrum, sequendo Joannem Mauritium *de Restit. in integrum*, *Mascard. de Probation. Josephum Ludovic. decis. Perusin. Cavalcestum* 27
de Tutor. Ripam, *Caldas*, *Mandosium*, *& alios classicos Authores*, egregiè probat *Genua de Scriptura privata lib.* 5. *quæst.* 1. *numer.* 2. *fol* 265. ibi -- *Illud* (hoc est Baptisma) *est certissimum ætatis testimonium, quod approbat universa Gallia, imò memini sic ætatem probatam, ubi de Restitutione in integrum ageretur*.

Pro faciliori demum præmissorum admissione, non omittimus observare, quod hæc Sac. Congregatio solet in his terminis benignas præbere aures similibus instantiis ex illa ratione, quam his verbis adducit *Amayden. de Styl. Datar. libro primo cap.* 12. *nu-* 28
mer. 23. *Ego sanè, ut hoc ingenue fatear, propensior sum erga dimissiones Regularium in Claustris vitam degere renuentium, nam ii sunt, qui reliquos quietos turbis miscent, ordinemque universum susque deque, agunt, & propterea existimo, me obsequium præstare Deo, quandocunque adsum Causæ Regularis, contra Professionem reclamantis, qui ope mea à Religionis vinculo liberetur*, & concordant adducti per *Pignatell. con-* 29
sultat. 173. *num.* 6. *&* 7 *tom.* 9. *& Card. de Luc. de Regul. disc.* 41. *numer.* 2. ibi -- *Pro meo sensu saluberrimum videtur Religionibus egressui Ostium apertum, vel facile, perniciosum autem è converso illud rigorose clausum retinere, ob axioma, seu dicterium, ut morbida facta Pecus &c.* cum quorum autoritate. Me Scribente, plu- 30
ries processit Congregatio Concilii ut in *tomo primo part.* 1. *discept.* 3. *numero* 77. *& discept.* 29. *numero* 97. *& in tom.* 8. *part.* 1. *discept.* 20. *num* 45. & alibi sæpè.

IN EADEM CAUSAM.

QUia in hac Causa scripsimus *correndo la Posta*, quod sæpè practicari in Urbe Testis de facto pro- 31
prio est *Card. de Luc. de Dot. disc.* 111. *num.* 3. ideo pro favorabili resolutione cogimur aliqua addere supra adductis.

Est igitur omni observatione dignum quod, omisso silentio Livii antequam ad ipsius notitiam devenisset nullitas ejus professionis, ob punctualiter non servatam Constit 83. Clem. VIII. post eandem notitiam habitam statim licentiam petiit accedendi personaliter ad Urbem, quæ fuit ei a suo superiore denegata, & proptereà per interpositam Personam Recursum habuit ad Summum Pontificem, nec non ad Congreg. Concilii procurando Epistolam, directam Episcopo Ve- 32
ronæ, à quo Processum efformari curavit, illumque ad Urbem transmitti, ad hoc ut illius preces exaudirentur, qui originaliter existit in Secretaria, unacum Relatione Episcopi; Cùmque ad d. effectum essent necessariæ magnæ impensæ, quas uti pauper Laicus facere non poterat, siluit coactus, 33
ex illo motivo, quod his verbis expressit *Divus Paulus* 2. *ad Timoth. quarto* 16. *In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt*, & proindè eadem coacta acquiescentia ei in 34
nihilo præjudicavit, egregiè *Pignatell. consult.* 173. *numer.* 77. ~~*tom.*~~ 9. ubi quod ad hoc, ut non prosequutio reclamationis reclamanti noceat, cessare debent omnia impedimenta, quibus Reclamans impeditur à prosequendo suas instantias, cum quo processit hæc Sacra Congregatio *in Januen. restitutionis in integrum* 13. *Aprilis* 1715. ut videre est *in tomo primo parte prima discept.* 2. *numer.* 27. *& in Mantuana restitutionis in integrum* 7. *Decembris ejusdem anni d. tomo primo eadem part.* 1. *disput.* 20. *numer.* 14.

Circa Constitutiones nostræ Congregationis obser-

servandum est etiam, quod licèt illæ nihil præcisè determinent circa ætatem Conversorum, in illarum *part.* 1. *cap.* 42. circa solemnem professionem dicitur
36 *eam fieri oportere quoad Clericos juxta Tridentinum*, *quo verò ad Conversos* relativè se habent eædem Constitutiones ad Decretum Clementis VIII. in cujus §. 34. nedum præscribitur ætas 21. annorum completorum, sed gravis imponitur pœna ipsismet Superio-
37 ribus contrafacientibus ibi -- *Denique, si illi, qui inter Religiosos gradu, & ordine Superiores sunt, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, Officiorum omnium, quæ tunc obtinebant, privationem, gravioresque, pro modo admissæ culpæ pœnas, se subituros certò sciant*.

Decretum autem Clementium in individuo determinat ætatem Conversorum in anno 21. completo, sub illa ratione, *ad hoc, ut Conversi ad laborem corporalem magis apti sint*, ut legitur in dicto Decreto, & notat *Donat. Rer. regular. tom.* 2. *tract.* 14. *de Con-*
38 *vers. quæst.* 5. *numer.* 4. ibi -- *Qui non solum Religiosæ perfectionis capaces, sed ad laborem corporalem apti sint*: Si autem Constitutio aliqua, in qua viget eadem ratio, trahitur ad non expressa, non vigore exten-
39 sionis, sed virtute comprehensionis, egregiè *Rot. dec.* 348. *num.* 13. *part.* 17. & meliùs *coram Caril. decis.* 51. *n.* 15. ibi -- *Ubi enim eadem ratio intervenit, idem jus statuendum est, & ita dicitur adesse eadem Lex, non extensivè, sed comprehensivè* -- Quanto magis in
40 casu nostro ubi non æqualis, sed major adest ratio *Authent. multò magis Cod. de Sacros. Eccles.* cùm aliis apud *Rotam in Perusina Præeminentiarum* 2. *Decemb.* 1711. §. *Tantumque coram Ansald.*

Licèt autem admittamus, non esse ita discurrendum de Professione in illis Religionibus, in quibus major ætas annorum 16. præscribitur, non in aliqua Bulla Pontificia, sed à propriis Constitutionibus, ut
41 de Religione Hyerosolimitana videre est *in dec.* 134. *part.* 17. *recent. & cor. Ottobon. decis.* 117. & de illa
42 Ordinis Prædicatorum, & Minimorum S. Francisci de Paula apud *Donat. Rer. Regular. tom.* 2. *tract.* 9. *de Novit. Recept. quæst.* 19. & 20. eo quia in dictis Religionibus, adhuc professio est valida *Fagnan. in cap.*
43 *Qui Presbyterum num.* 85. *de Pœnit. & Remission.* ibi -- *Quamvis in aliquibus Religionibus adsint Statuta, ut nullus admittatur ad professionem, qui saltem* 18. *ætatis suæ annum non attigerit seu* 20. *non expleverit, ut in Ordinibus Minorum, & Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, tamen si quis statim profiteatur in prædictis Religionibus, anno* 16. *expleto professio ex hoc capite non est invalida, ut tenent complures ex modernis, & similiter declaravit Sac. Cong. Conc.*

Secus autem quando agitur de actu, gesto non adversus Statuta, vel Capitula Generalia Religiosorum Ordinum, sed contra Apostolicam Constitutionem; Tunc enim diversimodè est determinandum, ea ratione, quia Professio, in his casibus emissa contra
44 claram Apostolicam legem, nulla prorsus est ad *Textum literalem in leg.* 1. *Cod. Quæ sentent. sine appellat.* ibi -- *Cum contra Sacras Constitutiones iudicatur, appellationis necessitas remittitur, & in leg.* 2. *Cod. Quando provocar. non est necesse* ibi -- *Sententiam ejus contra tam manifesti juris formam datam, nullas habere vires palam est* cum aliis apud *Rotam in decis.* 163. *numer.* 7. & 8. *par.* 17. *rec.*

Maximè quia (sunt verba *Gratian. discept. forens. cap.* 440. *n.* 14. & *seq.*) *hujusmodi Constitutiones circa præscriptam formam, requisitam in Professionibus, fuerunt confirmatæ per Sixtum V. & Clem. VIII. & Pau-*
45 *lum V. in quibus mandatur præcisè observari omnia contenta in dictis Constitutionibus in materiæ Professionis, cum clausula Decreti irritantis, per quam omnis professio, facta contra legem, habentem similia Decreta, est nulla Navar. in specie consil.* 87. *num.* 1. *part.* 1. & *generaliter ista Decreta inducunt nullitatem actus, in contrarium gesti, & ligant non solum scientes, sed etiam ignorantes &c.* circa quod concordant *Antolin. de Privil. Pistor. num.* 45. ubi, quod Decretum irritans tanquam gladius acutissimus, omnia interiora penetrat, & tanquam fulgur, quid quid invenit in oppositum consumit *Calcagnin. de* 46
Emphyteus. observat. decima tertia numero nonagesimo octavo & Rot. decisio 666. *numero secundo parte quarta divers.* ibi -- *Inficit omnia, quæ sequuntur, ita ut nec effectum, nec Juris fomentum habeant*.

Est autem in hac parte famosa in Curia resolutio hujus Sacr Congregationis anni 1696. de qua *in lib.* 46. *Decretor. fol.* 437. quando declaravit, non constare de nullitate Professionis cuiusdam Conversi tertii Ordinis S. Francisci, qui de mandato Congregat. Sanctissimæ Inquisitionis condemnatus fuit ad Triremes, in quibus miserè obiit, eo quia temeritate incredibili, 47
post quinquennium suæ moræ in Religione, de facto sibi iustitiam ministravit, nulla petita restitutione in Integrum, statim ac habuit notitiam suæ minoris ætates, matrimonium in Urbe contraxit, in eaque conjugalem vitam publicè, & palam ducebat, ac si nullo Religionis vinculo teneretur, contra laudabilem praxim hujus Sacr. Congregationis etiam in illis casibus, in quibus Professio est evidenter nulla, uti emissa cum aliquo legali impedimento, illam annullante, quæ post quinquennium semper obligare solet Recurrentem ad petendam restitutionem in integrum, cum qua commendabili praxi, me scribente processit *in Frisigen. Restitutionis in integrum*, in qua fuit rescri- 48
ptum *Instet pro Restitutione in integrum*, ut videre est *in tom.* 2. *part.* 1. *disceptat.* 25. *num.* 8. & *per totam*; Non obstante remissione instantiæ nullitatis professionis, à Papa facta Sacræ Pænitentiariæ, & favorabili Voto Procuratoris Generalis suæ Religionis, inclinantis pro Gratia, ei concedenda ab eadem Sacr. Pæni- 49
tentiaria, & *in Neapolitana* 8. *Augusti* 1716. quando Religiosus Carmelita nolens disputare Dubium Restitutionis in integrum, *sed an esset locus expulsione Religioni* à rescriptum fuit *Lectum*, & disputetur dubium, à Secretario subscriptum *An sit locus restitutioni in integrum*.

Livius verò habita notitia suæ minoris ætatis, præscriptæ à Clemente VIII. illaque concludenter probata; statim petiit Gratiam restitutionis in integrum, & hodiè suas reiterat preces pro illius benigna concessione, sperans multiplici favorabili suffragio consolari; Non obstante, quod Testes, de illius ætate de- 50
ponentes, non exprimant, id scire per proprium visum; Cùm enim testetur Parochus cum juramento tempus eius nativitatis scivisse *dalla Fede, datami da Gio: Battista Giaccaldo, e Lorenzo Samarano, ambedue Seniori di detta Cura*, præsumendum, est Parochum requisivisse causam eorum scientiæ, & ab ipsis fuisse adductam, & propterea ipsis ex Senioribus Oppidi 51
omni jure credendum est, ex supra probatis, & addimus *Textum in leg. Quæstionem Cod. de Fideicomm.* ibi -- *Per ampliores homines perfectissima veritas revelatur* -- *Pignatell. consult.* 54. *num.* 12. *tom.* 10. & *Rot. dec. trecentesima quadragesima quarta, numer.* 2. *cor. Mantic.*

Die 4. Novembris millesimo septingentesimo trigesimo tertio, proposito Dubio in Congregatione Concilii: *An sit locus restitutioni in integrum*, responsum fuit: *Negativè*, cum addito, & *Causa ampliùs non proponatur*.

DISCEPTATIO XLI.

Anglonen. prætensarum Subventionis, & Quartæ Decimarum

PRO

Clero Terræ Carbonis Anglonen. Diæcesis

CUM

Abbate Commendatario Abbatiæ S. Eliæ ejusdem Terræ

ARGUMENTUM.

Episcopi gravata non possunt Clerum ad illi solvendam annuam aliquam summam titulo Subventionis, vel alio simili. Et multò minùs Abbates Commendatariis illarum Abbatiarum, in quibus non habent Jurisdictionem quasi Episcopalem, cum qualitate Nullius, & Territorio separato.

CArboni Oppidum, in quo adest Abbatia S. Eliæ Ordinis S. Benedicti, situm reperitur intra fines Diœcesis Anglonen. cujus Episcopus Franciscus Antonius de Luca ad se eximendum à vexationibus Abbatis Rapaccioli die 24. Januarii 1660. procuravit in Congr. Concilii disputari sequens Dubium: *An, statibus rationibus, in Facto, & in Jure per Informantes deducendis, liceat Episcopo Anglonen. visitare Monasterii Ecclesiam in omnibus, concernentibus curam Animarum, Confessarios approbare, Ordines conferre, & in eo Sacr. Concionatoribus licentiam impartiri*; Quod fuit resolutum cum Rescripto -- *Competere Episcopo Anglonen. facultatem prædicta faciendi, donec per Rem judicatam constiterit, præfatam Abbatiam esse Nullius, & cum separatt Territorio, & Jurisdictione quasi Episcopali*, ut refert *Card. de Luc.* scribens pro d. Episcopo, *in Tract. de Jurisd. disc. 9.*

1

2

Quia verò Successores in d. Abbatia punctualiter non exequebantur Oraculum dictæ Congregationis, Episcopus Sabbatinus die 17. Novembris 1714. disputari obtinuit sequens Dubium: *An sit standum, vel recedendum à decisis die 24. Januarii* 1660. quod fuit resolutum cum Rescripto: *In decisis, & ampliùs*, cui fuerunt superaddita duo alia sequentia Dubia: I. *An constet, Abbatiam S. Eliæ Terræ Carbonis esse Nullius, & habere Territorium separatum*, resolutum cum Rescripto: *Ex deductis Negative*: Et II. *An, & quæ Jurisdictio competat Episcopo Anglonen. in dicta Terra Carbonis*, circa quod responsum fuit: *Proponatur Causa super singulis Actibus*, ut videre est in *tomo primo parte prima discept. 9.*

3

4

Repropofita deindè fuit Causa die 7. Junii 1716. circa duodecim Dubia, concernentia dd. Actus particulares, quorum aliqua resoluta fuerunt favore Episcopi, alia verò favore Abbatis, ut videre est in *tomo secundo parte prima discept.* 5. inter quæ primum, seu principale Dubium: *An ultrà visitationem delegatam; competentem Episcopo in Ecclesia Abbatiali, competat eidem Episcopo Jus faciendi visitationem localem, & personalem aliorum Ecclesiarum, & Cleri Terræ Carbonis authoritate ordinaria. Vel potiùs competat Abbati*, resolutum fuit cum Rescripto: *Affirmativè quoad primam partem & Negativè quoad secundam*. Iterùm aurem fuit proposita die 30. Januarii 1717. quando præstitum fuit *In decisis in omnibus*, cum expressa prohibitione Abbati se denominandi *Nullius*, & cum addito, ut Causa ampliùs non proponeretur, ut potest recognosci in *dict. tom. 2. parte prima discept. 5. numer.* 217. Postquam verò tunc temporis Abbatis Instantia pro nova Causæ revisione, Partibus acerrimè informantibus, rejecta fuit in plena Signatura Gratiæ, nihil aliud in Causa actum fuit.

5

6

7

Inter alios Redditus, quos percipiebat Abbas Commendatarius eo tempore, quo de facto erat in possessione Abbatis cum denominatione *Nullius*, annumerabatur quædam Taxa, seu Subventio pecuniarum in summa annuorum carolenorum duodecim pro quolibet Sacerdote, necnon annuorum Tummulorum 40. frumenti titulo Subventionis, Visitationis, & Decimarum, ut dicitur in Monitorio, *nomine moderni Abbatis expedito super prætensa possessione, seu quasi Juris exigendi annuam Taxam, seu annuas Taxas, nuncupatam alteram Subventionis, & alteram Visitationis, seu Decimarum*, & quia Clerus Terræ Carbonis poss. dd. Resolutiones huius Sacr. Congregationis neutram ex dd. Taxis solvebat, comparuit modernus Episcopus in dicta Congregatione, & die 30. Januarii 1723. disputare fecit tria sequentia Dubia; I. *Episcopo debeatur Cathedraticum*; II. *An eidem debeatur Quarta Decimarum*; & III. *An eidem debeatur Quarta Funeralium*; Quæ omnia ipsius favore fuerunt resoluta cum Rescripto: *Affirmativè in omnibus*, ut refertur in *tomo quinto parte 1. disc. 14. per tot.* & cum effectu à d. tempore usque ad præsens Episcopus semper illas exegit.

8

9

Electo tandem novo Abbate ejusdem Abbatiæ, illius Agens in Partibus prætendit exactionem dd. Subventionis, & Visitationis, seu Decimarum, & quia Clerus, uti hodiè plenariè subiectus Episcopo Anglonæ, tanquam eius Ordinario, cui illas punctualiter solvit, recusavit duplicata Onera in se suscipere, ideo idem Agens, more Belli in hac parte procedens, effracto ostio Horrei Frumenti eiusdem Cleri ab eo per manifestam vim asportare fecit magnam quantitatem quadraginta Tumulorum Frumentis, in illo existentis, & ad d. Clerum spectantis. 10

Habito proindè Recursu ad Congreg. Concilii die 27. Septembris 1732. scriptum fuit *Episcopo Anglonæ pro Informatione, auditis Interesse habentibus*, 11
qua perventa repropofita fuit Causa die 6. Decembris eiusdem anni 1732. quando rescriptum fuit: *Episcopus præfigat terminum Abbati Commendatario ad* 12
deducendum Juria sua in hac Sacr. Congregatione, non retardato interim exequutione Decretorum, jam editorum ab eadem Sacr. Congregatione, ut fuit punctualiter exequutum.

Dictus verò Agens moderni Abbatis, loco deducendi Jura sui Principalis coram dicta Sacr. Congr. per acta Claudii coram A.C. Furietto expedire fecit Monitorium super prætensa Manutentione in possessione, seu quasi Juris exigendi annuam Taxam, seu annuas Taxas, nuncupatam unam Subventionis, & alteram Visitationis, seu Decimarum, cuius prætextu acerrimè instetit coram Auditore Sanctissimi 13
pro remissione Causæ ad A.C. Furiettum; Sed fuit remissa ad Congregationem Consilii post repetitas Informationes, multasque dilationes, ante cuius propositionem ex parte Cleri requisitus Ego de meo sensu, 14
in ea fui opinione, ut de bono Jure eiusdem Cleri manifesta constet.

Unitim etenim considerando prætensiones, tam annuorum iuliorum duodecim, exigendorum à quolibet Sacerdote, quam annuorum Tumulorum quadraginta Frumenti, tradendi à toto Clero, Quoad utramque nimis urgere videtur solida illa, strangulatoria; legalisque responsio, quod quidquid sit de dd. prætensionibus pro eo tempore, quo Abbates Commendatarii erant in possessione Abbatiæ, cum qualitate *Nullius*, & Territorii separati, hodie nullum omnino fundamentum in antecedentibus actibus fieri potest, attento, quod d. prætensus titulus iurisdictionis universalis à repetitis Oraculis Congreg. Concilii, redactus fuit ad non titulum, egregiè *Card. de Luca de Præminent. disc. 2. numer.* 17. ubi quòd, detecta tituli insubsistentia, nullatenus attenditur possessio, neque etiam immemorabilis, & *Rot. decis.* 1337. *numer.* 8. *coram Emer.* 15 16

17 *Emer. Jun. & decis. 29. num. 58. part. 7. Recent. & coram Caprar. dec. 108. nu.* 14. & 15. loquens in præcisis terminis resolutionis tituli Jurisdictionalis; cujus vigore gesti fuerant multi actus .

Specialiter verò loquendo de dicta Subventione annuorum juliorum duodecim pro quolibet Sacerdote Cleri , illa toties è Sacra Rota , & à Sacris Congregationibus rejectę fuit , quoties in dd. collegiali-
18 bus Tribunalibus de illa actum fuit, ut respectu *Sacræ Rotæ* videre est in magistralibus *decis. Caputaquen. Subventionis super bono Jure 26. Junii* 1702. *per tot. coram Card. de la Tremoille* quæ per extensum imprimitur in fine *& in Policastren. Subventionis 27. Junii millesimo septingentesimo septimo , pariter per tot. coram Lancetta* , impressa inter alias ejusdem Authores *tom. 2. decis.* 505.

Respectu verò Sacræ Congreg. Conciliis, in præcisis terminis nostræ Diœcesis videre est in Causa *Anglonen. prætensarum Exationum* 20.*Decembris* 1704. *ad III. & V. Dubia* , ibi -- *Dub. III. An , ultra Quartam Decimarum, aliqua summa pecunaria debeatur Episcopo in festo Natalis , Purificationis , seu aliis Festivi-*
19 *tatibus*, resolutum cum Rescripto *Negative*, & Dub. V. ibi -- *An , & sub quo titulo possit Episcopus annuam à prædicto exigere carolenos quatuor pro quodlibet Sacerdote* , cui dicta Congr. rescripsit quoque *Negative*, ut videre est in *Lib.* 54. *Decret. Sac. Congregationis fol.* 617.

Et quod magis est prædicta Decisiones Sacræ Rotæ *speciali Oraculo mandavit exequi Clemens XI. in*
20 *Consistorio , habito die* 21.*Julii* 1704. *dum prohibuit delecto Episcopo Caputaquensi , ne prætensas annuas Præstationes , & subventiones exigeret* , sunt verba *d. decis.* 505. *num.* 2. *coram Lancetta* .

Imò eadem Sacræ Rotæ Judicata, & Oracula Sacræ Congregationis sunt in terminis fortioribus, quia loquuntur in circumstantiis verorum, & propriorum Ordinariorum , hoc est Episcoporum Caputaquensis
21 Policastri , & Anglonæ , qui veram , & propriam Jurisdictionem ordinariam habent in propriis Subditis ; Nos autem versamur in circumstantiis debilioribus, hoc est Abbatis Commendatarii Terræ Carbonis, hodiè nullam habentis ordinariam Jurisdictionem in Clerum d. Terræ ; Multa enim , quæ Episcopis ratione eorum ordinariæ Jurisdictionis permittantur , inferioribus Prælatis denegantur , ut in no-
22 stris terminis, multis adductis concordantibus, egregiè probat *Ventrigl. in Prax. tomo 2. annot.* 25. §. 1. *num* 24. & resolvit Congr. Epis. in *Nullius Altamuræ decima quarta Martii* 1697. quam sequitur *Monacell. in Formul. tomo primo titulo primo form.* 1. *num.* 42. & recognoscit potest ex Regesto Epistolarum d. Congregationis fol. 14.

Particulariter autem loquendo de Taxa prætensæ Visitationis , seu decimarum consistente in traditio-
23 ne annuorum Tumulorum , quadraginta Frumenti hujus pariter respectu militare videntur eædem efficacissimæ rationes reductionis prætensi tituli illam extorquendi , sub quo de præterito exigebatur , ad non titulum , una cum obligatione à Congr. Concilii Cler. humeris affixa , illam solvendi Episcopo, prout de facto eidem punctualiter solvunt ; Nimis
24 enim durum , & æqualiter amarum videtur *obligare Clerum ad duplex onus , & ad duos Ordinarios , duosque Cathedras ; Minusque , si vellet , posset ; Premi enim tot aliis oneribus , quibus ferendis non suppetit , & Ecclesiæ , cui Sacerdotes inferiunt redditus adeo tenues sunt ut congruæ eorum substentationi nequaquam sufficiant* , sunt verba Episcopi Anglonen. Itaut si idem Clerus cogeretur hodie ad dicta excessiva onera
25 quadraginta Tumulorum frumenti, & Carolenorum duodecim pro quolibet , etiam si non erubesceret mendicare, non posset sine dedecore characteris Sacerdotalis honestè vivere , in illis Regionibus , in quibus divitiæ non abundant , neque affluunt .

Nulla habita ratione prætensæ quasi possessionis . Ultra quod enim , vacante Abbatia post mortem ,
26 Card. Bon-Compagni, Clerus per multos annos reperitur in pacifica possessione non solvendi dictam

Taxam , quàm Nunciaturæ Neapolis attentissimi Ministri , agnoscentes illius bonum Jus, nihil abeo petierunt vacante Abbatia , ut refertur in d. Relatione Episcopi .

Modus violentissimus exadverso ad praxim redactus anno proxime elapso ab Ærario Abbatis concludentissime probatus deseruit pro adequata responsione. Quem modum practicavit etiam Agens. Car- 27
dinalis Boncompagni antecedentis Abbatis , ut fuit concludenter justificata .

Observando , quod sumus in Loco , seù Oppido, in quo Agens Abbatis Comendatarii suam retinet armatam Curiam , cui pauperes sacerdotes resistere non possunt , eidemquè Agenti permissum est uti verbis illis *Centurionis* apud *Divum Matth.* 8. 9. *Habeo sub me* 29
Milites , & dico huic vado , & vadit , & alii veni , & venit , & Servo meo fac hoc , & facit . Ad effectum verò acquirendi possessiones , similes actus turbativi , & violenti in nulla habetur considerationes , similes actus turbativi , & violenti in nulla habetur consideratione, ex adductis per *Post de Ma-* 29
nut. observ. 5. *numer.* 1. & firmatis per *Rotam decis.* 244. *numer.* 10. *apud eundem* .

Cæterùm ad solius materiæ ornatum suddimus , quòd cùm Vicarius Abbatis continuam faciat residentiam in Terra Carbonis , etiam si Cardinalis Commendatarius in illa haberet ordinariam Jurisdictionem , quòd directè opponitur Oraculo Sacr. Congregat. Concilii de quo supra , nihil omnino posset prætendere , ut , omissis generalibus , circa quæ facili negotio componi possent Volumina cum maiori otio (quod per spatium annorum 56. Deus nunquam mi- 30
hi fecit in Urbe) ut omissis generalibus , in præcisis terminis nostræ Diœcesis resolvit Congr. Conciliis in *Anglonen. prætensarum exactionum 20. Decembris* 1704. *Ad quartum Dub.* ibi -- *An Episcopus , pro majore parte anni residens in Terra Claromontis , possit aliquid à Clero exigere sub titulo Procurationis , occasione visitationis . Attenta declaratione Episcopi , quod nihil prætendit , non esse respondendum* .

Ex quibus nulla superest necessitas respondendi actibus possessoriis , exadverso magnificatis, tàm Card. Boncompagni , antiqui , quàm moderni Abbatis ; Tum, quia Sac. Congregatio insistere non solet in actibus possessoriis , quando bonum jus uni ex Partibus clarè assistit , juxta illius laudabilem praxim, de qua *Post. de Manutent. observat.* 7. *num.* 53. *Card.* 31
de Albic. in Addit. ad Pamphil. decis. 136. *numero quarto* cum aliis , à me citatis in *tomo primo parte prima disceptatio decima sexta numero millesimo quingentesimo secundo* .

Tum etiam, quia in dictis actibus , uti per manifestam vim exercitis, nullum fieri valet fundamen- 32
tum , ut concludenter fuit iustificata .

Minùsque credimus allegandam quandam assertam Plateam in qua fit mentio Jurisdictionis spiritualis Abbatis ; Ultra enim responsionem , eidem datam in Partibus , resultantem ex oculari inspectione ejusdem Plateæ quamve approbavit Episcopus in ejus 33
Relatione , ibi -- *Quod autem pro parte Abbatis dicitur , hoc Jus non sibi de novo quæsitum , sed ex Inventario patere , ait apparere quidem ex Inventario , seu Platea , hanc Abbatis prætensionem, sed in eadem Platea id esse scriptum posteriùs, & adiunctum alia manu, ac diverso charactere ab eo legali , à quo Platea fuit con-* 34
fecta, Quod nimis detrahit fidei d. Plateæ , ex animadversis per *Farinac. cons. crim.* 108. *num.* 105. *vers. Distantia tom. 2. Mandel. Alba cons.* 99. *num.* 10. *in fin. Rot. decis.* 180. *num.* 13. *part.* 13. & *decis.* 652. *num.* 2. *part.* 19. *recentior. & in Romana Cambiorum* 17. *Februarii* 1690. § *Si verò cor. Manuel.* Ad rem autem subdit idem modernus Episcopus in dicta Relatione *Legitur sub titulo , non sanè Cathedratici* , 35
Quartæ Funerum , ac Decimarum , sed sub titulo Jurisdictionis spiritualis , quam transiisse in Diœcesanum Episcopum, signanter de anno 1723. *nullus est , qui fingere possit* .

Addimus in Jure , quòd Platea ad favorem illius

qui eam componere fecit, in nulla prorsus habetur consideratione egregiè *Rot. decis. 2. numer. 8. cor. Falconer. tit. de Offic. Ordinar.* ibi -- *Nil pariter concludi Platea, seu Inventarium anni 1492. in quo asseritur, Episcopum habere Visitationem, Correctionem &c. Quia, uti extrajudicialiter confectum ab ipso Episcopo, non auditis, neque citatis interesse habentibus, contra eos non probat, Rot. cor. Ubaldo &c.* confirmata *cor. Ansaldo* sub titulo *Nullius seu Caputaquen. Jurisdictionis 26. Junii 1711. §. Addito*, ibi -- *Si vera est regula (prout est verissima) quod Liber non probat pro Scribente, ex congestis &c. Quomodo hæc Platea, exarata per Episcopum, sive de illius ordine scripta, pro eo quidquam probare potest?*

37 Quæ omnia transeunt in evidentiam ex verbis illis dictæ Plateæ Abbatialis, *Giurisdizione spirituale; L' Illustrissimo Signor Commendatario, come Prelato Ordinario del Luogo, ha la Giurisdizione ordinaria, Spirituale, o Episcopale di tutte le Cause civili, e criminali, mere, e miste, e matrimoniali, sopra li Preti, e Clero, e sopra il Popolo della Terra di Carbone respettivamente, oltre della Giurisdizione temporale, che tiene &c.* & ibi: *Item si esigge da tutti li Preti, che godono le Distribuzioni quotidiane, dodeci carlini per ciascheduno, e si pagano per ragione di Sovvenzione*, & ibi: *Item l' Illustrissimo Sig. Commendatario à la metà del Grano, che si esigge ogni anno il Clero dalli Vassali per raggione di Decima* -- Ex quibus evidenter patet: quod, tam prætensio Subventionis, quam Quartæ Decimarum, fundamentaliter innititur supposito Jurisdictionis ordinariæ, quod cùm de medio sublatum fuerit ab Congreg. Concilii, ex supra animadversis, propterea dict. titulo redacto ad non titulum, nihil solidi legaliter superest cui inniti possit contraria prætensio, juxta firmata per *Rot. in decis. 584. numer. 12. coram Dunozet. Iun. & decis. 10. num. 33. apud Prosper. de Territ. separat. & in Pacen. Funeralium 15. Maii 1723. §. Verum cor. Gamaches, & in Cervien. Bonorum 14. Martii 1732. §. Quod autem cor. Nunez*, & in punctualibus terminis nostri Casus egregiè in *decis. 14 numer. 143. apud Prosper. de Territ. separ.* ibi -- *Titulo detecto insufficiente, corruit tota machina præscriptionis, etiam immemorabilis.*

38

39

40

41

In hac autem parte conquæritur Clerus de suo infortunio, dum, non attentis speciali prohibitione S. Pii V. usque ab anno 1569. ne Abbas se denominaret *Nullius*, de qua in *tom. 2. part. 1. discept. 5. num. 140. & num. 157.* Specialiori Congregationis Concilii, de qua supra & specialissima sub die 6. Decembr. 1732. de qua pariter supra Adhuc Vicarius Commendatarii non desinit illi dare titulum *Prælati Nullius*, & quidem, nedùm in clandestinis Actis propriæ Cancellariæ, sed etiam in faciem Sacrosancti Senatus Congreg. Concilii, seu in Monitorio, cor. A. C. Furietto expedito, in publicis Actis producto, & cor. Auditore Sanctissimi exagerato, ibi -- *Abbatis Commendatarii Monasterii Abbatiæ nuncupatæ SS. Eliæ, & Anastasii Anglonen. seu Nullius Diæcesis &c.*

42

43

Causa fuit proposita in Congregat. Concilii, quia aliqui ex Presbyteris de Clero Terræ Carbonibus voluntariè se declararunt, velle solvere Abbati subventionem, eique dare Quartam Decimarum Frumenti; Qui tamen non potuerunt, neque possunt præjudicare Sociis, & multò minùs Successoribus, quia in concernentibus interesse bursale plurium major pars non præjudicat minori ex latè probatis *in tom. 5. par. 2. discept. 2. à num. 17. usque ad fin.* Quæ omnia approbavit *Congreg. Episcoporum die 9. Ianuarii 1688. Ponente Card. Fortunato Caraffa*, rescribendo: *Canonicos de proprio tantum dare posse, non autem de communibus Redditibus; similes extraordinarias largitiones*, ut videre est *ibidem num. 51.* ubi *num. seq.* plures aliæ similes Resolutiones concordantes referuntur, cùm sit propositio, non habens Contradictorem.

44

45

R. P. D. De la Tremoille.

Caputaquen subventionis super bono Jure

Lunæ 26. Iunii 1702.

PRæter solemnia Jura Episcopalia, nempe Synodaticum, seu Cathedraticum, Quartam Decimarum, & Mortuariorum, quorum meminet Honorius III. *in capit. Conquærent. de Offic. Iudic. Ordin.* Episcopi pro tempore caputaquen subventionis nomine exigere solebant à singulis Presbyteris suæ Diæcesis annuos Carolenos tresdecim, donec novum hoc stipendii genus, ab Episcopis excogitatum, uti illicitum, & Ecclesiasticæ Disciplinæ contrarium, abolendum decrevit Gregorius Decimus Tertius in ejus Constitutione, edita prima Maii 1589. & quantumcumque Episcopi deinceps publicè, & palam illud prætendere nunquam præsumpserint, nihilominus, tam Promovendos ad sacros Ordines, antequam ordinarent, & Absentes pro concedendis Dimissoriis, ad idem solvendum sese obligare compellebant; Quamobrem cupiens Clerus Caputaquen grave non minus, quàm indebitum istud servile Iugum deiicere, Introducto Iudicio coram Auditore Cameræ ab eo reportavit sententiam favorabilem, sed recurrente Episcopo tunc temporis Bonito ad Signatura Iustitiæ, hæc rescripsit, ut Auditore Cameræ *iterum audiret ex integro*, coram quo proinde prosequendo Iudicium Episcopus, inaudito, & indefenso Clero, obtinuit Mandatum de manutenendo in possessione, seu quasi exigendi quotannis subventionem ad rationem Carolenorum tresdecim à quolibet Sacerdote, tam absente, quàm præsente, necnon sententiam, declarantem licuisse, & licere Episcopo exigere dictam subventionem, à quo Mandato, Et sententia provocante Clero, & delata causa ad Rotam, eaque mihi commissa cum clausula: *Sine præjudicio quoad Præsentes, & non exemptos, In reliquis Alteri cum facultate manutenendi quem de Iure* -- Ad hujus Commissionis normam genium proposui Dubium, unum super Manutentione, de quo in alia mea Decisione, alterum verò super bono Iure, super quo hodie, auditis Partibus, DD. responderunt, subventionem non deberi. Etenim, tam recens, quàm antiqua Sac. Canonum censura, Episcopi novis exactionibus gravare prohibentur Clericos, sibi subditos, sed poiùs, utt eos paterna charitate foveant, admonentur; *Ita statuit Alex. III. in cap. 1. de Excessib. Prælatorum* ibi -- *Cùm autem Presbyteros, ut Filios, & Fratres benignè, ac fraterna debeatis Charitate fovere, mandamus, quatenus in eos Taleas, & exactiones indebitas exercere nullatenus præsumatis, nec de cætero irrationabiliter gravatis* -- Quod etiam sancitum legitur in Concilio Lateranen. celebrato sub Innocentio III. & relato *in cap. Cùm Apostolus §. Prohibemus de Censibus* sub illis verbis ibi -- *Prohibemus etiam, ne subditos suos Taleis, & Exactionibus Episcopi gravare præsumant*; Eademque lex dicta fuit Episcopis in pluribus aliis Conciliaribus Constitutionibus, relatis per *Gonzal. in cap. Conquerente n. 50. de Offic. Ord.* & in specie de Quota pecuniaria, quam in annos singulos exigere solebant Episcopi à Presbyteris suæ Diæcesis, ita decrevit *Concilium Cabilonense canon. 17. Inventum est, quod in quibusdam Loci Presbyteri duodenos, vel quaterdenos denarios Episcopis in Censu annis singulis darent, quod penitus abolendum esse decrevimus*, ut videre est penes eumdem Gonzal. in cap. Prohibemus *. numer. vigesimo octavo, de Censibus, & apud Thomasin de Benefic. parte tertia, libr. secundo, capitul. trigesimo secundo, numer. primo.* 46

Hinc non licere Episcopis novos Census, seu Collectas imponere, & ultra Iura Episcopalia; recensita *ab Honorio Tertio, in dict. capit. Conquerente de Offic. Iud. Ord.* ibique *à Fagnan. a numer. primo, & per totum*, aliisque congestis *per Antonellum de Iur. & oner. Cleric. lib. secundo, part. sexta, capit. 17. per totum*, aliud petere à Presbyteris sibi subditis una, atque eadem voce, conclamant *Abbas in d.* 47

cap.

cap. Conquerente num. 1. ibique *Fagnan. n.* 8. *Navar. conſ.* 3. *num.* 1. *lib.* 3. *de Cenſibus Bellett. Diſquiſit. cleric. part.* 1. *tit. de Exempt. Clericor.* §. 1. *num.* 2. *& ſeqq.*

Et meritò, quoniam à Sacr. Canonibus providentiſſime jam conſtitutum eſt, ut Epiſcopi quoties jux-
48 ta, & gravis, evidenſque eos arctet neceſsitas, præter Jura ordinaria, poſsint extra ordinem, cum conſenſu Chori, & Capituli ſui depoſcere moderatum auxilium, quod vocatur Charitativum ſubſidium *d. cap. Cum Apoſtolus* §. *Prohibemus de Cenſib. & d. cap. Conquerente de Offic. Judic. Ord.* ibique *Fagnan. num.* 38. *&* 39. *Gonzal. in d. cap. Cùm Apoſtolus* §. *Prohibemus Thomas de Benefic. p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 34. *numer.* 7. *verſic. Concil. Altaſerr. Diſſert. Canon. lib.* 4. *cap.* 7. *fol.* 22. *in fine Ziegler de Epiſcop. cap.* 17. *num.* 15. *&* 16. *Paciſ. Jordan. elucubrat. lib.* 7. *tit.* 18. *Tom.* 2. *num.* 115. *Anaſtaſ. Germon. de Sacror. Immunit. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 2. *Scipio de Rubeis aphoriſm. Epiſcopal. verb. Charitativum ſubſidium pag.* 85. *num.* 2. *Bellett. Diſquiſit. Clerical. p.* 1. *de Clericis Debitor.* §. 12. *à num.* 12. *& plurib. ſequent. Ventrigl. in Praxi annot.* 25. §. 1. *&* 2. *per tot. Antonell. de Jurib. & onerib. Cleric. lib.* 2. *p.* 6. *cap.* 17. *num.* 37. *& ſequ.* Idcirco non eſt cum ipſi in quemcumque caſum opportunis remediis ſuffulti, privata authoritate in ſuos ſubditos novas extraordinarias executiones exerceant, ut optimè advertit *Barb. de Offic. & Poteſtat. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 35. *numer. decimo quinto in fine.*

Cùm igitur Epiſcopus Caputaquen. præſumens eſigere controverſam ſubventionem ab omnibus Cleri-
49 cis ſuæ Diœceſis, habeat reſiſtentiam Juris contra ſe, fruſtra vim, & efficaciam illius elidere curabat ſub prætextu, quod d. ſubventio ſubrogata remanſerit loco Synodatici, ſeu Cathedratici, Quartæ Decimarum, & Mortuariorum; Quia præter quam quod plura Loca ejuſdem Diœceſis, ultra ſubventionem exſolvunt huiuſmodi Jura Epiſcopalia, ut patet ex Platea, ſeu Inventario Bonorum Epiſcopatus anni 1492. relato in *Summ. Cleri num.* 5. ubi inter redditus Epiſcopi recenſetur primo loco Cathedraticum, Quare Decimarum, & Mortuariorum, & poſtea ſubventio; Prætereaque reſultat, tam ex Concordia anni 1564. celebrata inter Clerum Terræ Padulæ, & Epiſcopum Verallum, qua Conventum legitur, quod omnes Presbyteri d. Terræ, præter ſubventionem in Carolenis ſeptem, præſtare teneantur integram Quartam Decimarum, aliaque Jura ordinaria *ſumm. Epiſcopi, & Summ. Reſponſionis Cleri utrobique num.* 3. Tum etiam ex Teſtibus, formiter inductis per Epiſcopum, quorum major pars deponit, illum exigere Cathedraticum, unum Tarenum pro quolibet Mortuario, ac etiam Quartam Decimarum *Sum. reſponſiones Cleri n.* 2. Adeo ut ſubventio nullo modo dici poſsit introducta, & debita in recompenſam Cathedratici, Quartæ Decimarum, & Mortuariorum, quæ una cum dicta ſubventione præſtantur, Adhuc DD. ponderabunt, non licuiſſe Epiſcopis nomine eorundem Iurium Epiſcopalium indiſcriminatim gravare huiuſmodi ſubventione omnes Presbyteros, tam Beneficiatos, quàm non Beneficiatos, & tam Parochos, quam non participantes de Cura, & emolumentis, & modò augendo, modò minuendo quantitatem eiuſdem ſubventionis; Non quidem ratione Cathedratici, quod in Viſitatione Parochialium præſtabatur pro honore Cathedræ Epiſcopalis, à qua nomen accipit *d. cap. Conque-*
50 *rente, ibique Gonzal. numer.* 2. *& Fagnan. numer.* 44. *Ziegler. de Epiſcop. cap.* 27. *de Variis Reddit. Epiſcop. ſpecieb. num.* 4. *Altaſer. Diſert. Canonic. lib.* 4. *cap.* 6. *fol.* 219. *circa medium Thomaſin. de Beneſ. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 7. *Barboſ. de Offic. & poteſt Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 6. *numer.* 40. *Gratian. diſcept. Foren. cap.* 610. *ſub initium Pac. Jord. Lucubrat. lib.* 5. *tit.* 18. *num.* 104. *Verſ. Eſt autem Rot. coram Coccin. deciſ.* 1274. *numer.* 5. *&* 10. Quandoque perſolvebatur in Synodo, unde etiam dictum fuit Synodalium *capit. Olim de Cenſib. Fagnan. in d. cap. Conquerente num.* 45. ibique etiam *Gonzal. dicto numer. ſecundo, Ziegler. dict. capit.* 27. *numer.* 6. *Altaſſerr. dict. capit.* 6. *fol.* 218. *Thomas de Benefic. dict. capit.* 34. *numer.* 7. *Petr. de Marc. de Concordant. Sacerdot. & Imper. lib.* 8. *capit.* 13. *ſub num.* 8. *pag.* 408. *Barboſ. d. alleg.* 86. *ſub num.* 40. *Antonell. de Iurib. & Onerib. Cleric. lib.* 2. *part.* 6. *cap.* 17. *num.* 34. *Pac. Iord. lucubrat. loco mox citato*, nam illud eſt certum, Eſtimaturque duobus ſolidis *ex Concilio Bracarenſi* 2. *can.* 2. *Canon. Placuit x. quæſt. prima, ex d. cap. Conquerente, ibiq; Fagnan. numer.* 46. *Ziegler dict. cap.* 27. *ſub numer.* 4. *Altaſer. d. capit.* 6. *fol.* 219. *circa med. Pac. Iord. dict. lib.* 7. *tit.* 18. *numer.* 108. *Rot coram Bichio dec.* 8. *num.* 15. Et debetur per Parochos ſuis Epiſcopis *Thomaſin. de Benefic. dict. capit.* 34. *verſ. Non aliud, Carol. Anton. de Luc. obſerv.* 12. *annot.* 25. *de Subſid. Charit.* §. 1. *Ventrigl. in Praxi numer.* 20. *Gavan. in Prax. Diœceſ. Synod capit.* 25. *num.* 3. *&* 5. Ibique, quod ex conſuetudine dumtaxat in quibuſdam Locis tribuitur Epiſcopis, non tantum à Parochis, ſed etiam ab omnibus Beneficiatis, & ſequitur *Paciſ. Iordan. lib.* 7. *tit.* 18. *num.* 106.

Minus etiam ratione quartæ Decimarum, & Mortuariorum; Quemadmodum enim Quarta decimarum ex rebus, & ſpeciebus decimatis à Parochis dumtaxat præſtanda eſt, *d. capit. Conquerente* ibique *Gonzal. numer. quarto, & Fagnan. n.* 28. *Covar. in cap. Officiis de Teſtamen. numer.* 1. *Barboſ. dict alleg.* 86. *num.* 34. *Antonell. de Iurib. & onerib. Cleric. dict. c.* 17. *nu.* 24. *& ſequen.* Ita, & Quarta Mortuariorum ex iis, quæ obveniunt Eccleſiis, occaſione funeris, debetur Epiſcopis *capit. Offic. ex cap. fin. de Teſtam.* ibique *Gonzal. Fagnan. in d. cap. Conquerente numer. vigeſimo nono Barboſ. allegat.* 86. *numer.* 7. *cum aliis, adductis per Antonell. dict. cap.* 17. *numer. tertio, & ſeqq.*

Parùmque urget replicatio; quod alicubi non tribuatur Epiſcopo quarta Decimarum, & Mortuario- 51
rum; Quoniam id forſan evenire potuit, vel quia Epiſcopus, pingues habens redditus, ex ſe Jure ultrò exuerit, & Decimas omnes, oblationeſque defunctorum dimiſerit Parochis, ut ſuarum Eccleſiarum egeſtati providerent; ſive quia in iiſdem Locis inoluerit conſuetudo non ſolvendi quartam Decimarum, & oblationum pro Mortuis, quam præſcriptione tolli poſſe ſtatuitur *in cap. De quarta de Præſcript. & tradunt Altaſerr. diſſert. Canon. lib.* 4. *cap.* 3. *in fin. Thomaſin. de Benefic. dict. capit.* 24. *num.* 4. *Verſic. Alio loco Antonell. de Iurib. & onerib. Cler. cap.* 17. *numer.* 23. *&* 31. *in omnem eventum*, eidem Epiſcopo ſalva manet actio ponendi dictas portiones, à Sac. Canonib. approbatas.

Sublata verò ex his ſubrogatione prætenſæ ſubventionis loco Iurium Epiſcopalium, nil turbat quaſi
poſſeſsio exigendi dictum ſubventionem, quippe cùm 52
etiam dicto Epiſcopo pro illius exactione vehementer Ius reſiſtat, neceſſaria eſſet poſſeſsio immemorabilis, vel ſaltem Quadragenaria cum titulo, ut expreſsè *diſpoſuit Bonifacius VIII. in cap. primo, de Præſcript. in ſexto*, ibique tradunt communiter ſcribentes, & præ cæteris *Taſſerin. à numer. vigeſimo primo, & pluribus ſequentibus, & numero trigeſimo quarto, Thom. de Roſa de Deſid. Epiſcop. capit. quarto ſection. ſexta, numer.* 425. *& ſeqq. Covarr. in Cauſa, ſive regula Poſſeſſor. ſecunda part.* §. *tertio, numer. ſexto, &* §. *quinto, numer. ſecundo, verſicul quinto, Paſqualig. in obſervat. ad Franch. de Controverſ. inter Epiſcop. & Regular. part. prima, numer.* 1594. *Reynoſ. obſervat.* 65. *à num. primo, & ſeqq. & num.* 35. ibique *Adden. Trobat. de affect. immemorab. quæſt.* 14. *articul. ſecundo a numer. ſeptimo, & ſeqq. Rota in Rec. deciſ.* 76 *numer. ſecundo, & deciſ.* 95. *ſub numero primo, & deciſ.* 97. *num. tertio, part. prima, & in ſpecie Navarr. conſil. tertio, ſub numer. ſecundo, lib. tertio, de Cenſ. Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcopi d. allegation.* 85. *numer.* 15. *de Klocb. de Contribut. capit. vigeſimo, numer.* 265. *& ſequentibus Carol. Anton. de Luc. de Apoſtolico, Regioque aſſenſu capit. centeſima nonageſima ſeptima, numer. tertio, & ſequent. Rot. coram Coccin. deciſ milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto nu.* 4. confirmata *coram Merlin. deciſ.* 8. *numer. ſexto.*

Sed neutrum ex his concurrit favore ejusdem Episcopi, Porrò immemorabilis probata non remanet ex
53 Testibus, quia carens singulis Requisitis, de quibus per *Gloss. communiter receptam*, à Rota sæpiùs approbatam *in capit. 1. de Præscriptione in 6.* Deponunt namque ut plurimum de auditu, & per relationem ad Plateas, seu Inventaria Redditum Episcopatus Caputaquen annorum 1492. & 1494. quando tamen ad adstruendum immemorabilem requiritur quod recenseantur actus particulares, & deponant de visu per 40. annos ante motam Litem *Passarin. in decis. cap. primo Præscript. in 6. num. 55. & seqq. Marescot. var. resolut. libr. 2. cap. 100. Trobat. de effectib. immemorabilis quæst. 5. num. 1. & seqq. Kloch. de Contrib. decis. cap. 20. numer. 242. Antonell. de Temp. legal. lib. 20. cap. 112. à num. 1. & seqq. Reynos d. observat. 65. num. 11.* ibique *Adden. Rota select. Interp. cap. 167. num. 21. Rota coram Coccin. decis. 1102. num. 5. decis. 249. numer. 3. & 4. parte 2. recent. decis. 153. numer. 14. & seqq. part. 11. recent. & coram Emerix junior decis. 158. nu. 4. & decis. 1296. num. 12.* Quodque sint Contestes super omnibus prædictis Requisitis, Itaut non sufficiat, unum Testem deponere de uno Requisito, & alterum de alio *Marescott. variar. resolut. dict. cap. 100. num. 11. Adden. ad Gregor. decis. 215. num. 15. Rot. coram Mantic. decis. 289. num. 4.* cum aliis adductis *in dict. decis. 358. numer. 3. coram Emerix Junior.*

Prout etiam immemorabilem non concludunt suprad. Plateæ, seu Inventaria annor. 1492. & 1494.
54 Quia licèt probent alicubi tunc temporis præstari controversam subventionem, nihilominus in illis non enunciatur consuetudo antecedens immemorabilis, prout est necesse ad illius probationem *ex celebri Soccin. Cons. 149. lib. 1. Marescott. variar. resolut. dict. cap. 100. num. 17. Antonell. de Temp. legal. dict. cap. 112. num. 5. adden. ad Reynos dict. observat. 65. à num. 12. adden. ad Gregor. decis. 51. numer. 11. & Rota in recen. decis. 201. n. 23. part. 13.*

Nihil refert enunciativa, emissa in supradicta Concordia anni 1564. inita cum Terra Padulæ per
55 Episcopum Verallum; Quia est unica, & provenit à Persona suspecta, & interesse habente; Ut enim probata dicatur immemorabilis per enunciativas antiquas, ultra centum annos, opus est, ut illæ saltem sint duæ, & quidem diversorum Instrumentorum, & diversorum Personarum, nec habeant originem à Personis suspectis *Passerin. in dict. capit. 1. de Præscript. in 6. numer. 59. Antonell. de Temp. legal. quæst. 12. numer. 16. & numer. 35. & sequen. Fontanell. decis. 105. numer. 6. adden. ad Gregor. dict. decis. 51. sub num. 11. Rota coram Coccin. dec. 1102. num. 3. & 4.*

Minoris autem ponderis est Synodus anni 1597. Quia non statuit solutionem subventionis, sed illam
56 demandat *a tutti quelli Preti che sono tenuti pagare la sovvenzione*. Ideoque simpliciter supponit, non disponit, nec exprimit quantitatem.

Accedit præterea, quod res nunquam fuit pacifica, ut apertè demonstrant actus superiùs recensiti,
57 & clariùs actus subsequutus anno 1585. post obitum Episcopi Veralli; Nam facta per ipsum concordia super controversis subventionibus, aliisque exactionibus, cum Clero totius diæcesis, eaque porrecta ad s. m. Gregorium XIII. ut suum interponeret assensum, seu beneplacitum Apostolicum, summus ille Pontifex, nedum petitam confirmationem denegavit, verùm etiam mediante ejus constitutione, de qua in *sum. Cleri num. 6.* dictum concordiam, nullam, & irritam declaravit, unde evidens, & apertum fit, hujusmodi exactiones non fuisse pacificas, sed controversas; quod repugnat immemorabili, cujus substantia, sive essentia, in eo principaliter consistit, ut nil unquam autem, vel auditum fuerit in contrarium *Covar. in dict. causa, sive regula Possessor 2. part. §. 4. sub num. 7. Trobat. de effectib. immemorab. quæst. 2. num. 36. & quæst. 19. n. 2. Antonell. de Tempor. legal. d. cap. 112. n. 7. n. 65.*

Et nihilominus si quæ etiam invaluisset consuetudo ante annum 1585. adhuc quantumvis immemorabilis, sublata videretur ex ipsamet constitutione s. m. Gregorii XIII. qua hujusmodi consuetudo, potiùs corruptela appellatur, reprobaturque, uti illicita, & Ecclesiasticæ Disciplinæ contraria, ita ut nec in posterum, de novo potuisset introduci, per ea, *quæ notant Covar. var. resolut. libr. 3. cap. 13. sub numer. 25. vers. Adnotandum tamen; & Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 101. n. 6.* 58

At verò, tam ante, quam post dictam constitutionem Gregorii XIII. nullatenus intercessisse tempus, habile ad inducendam immemorabilem, manifestum est, siquidem à supradicta Platea, seu Inventario, anni 1492. *Sum. Episcopi num. 1.* usque ad annum 1585. non effluxerunt nisi anni 93. observantia autem quæ subsecuta fuit dictum annum 1585. deducto tempore litis, motæ anno 1677. neque centenariam attingit, ut de se patet, & etiam si attingeret nihil prodesset, tum quia constat de initio, quo caret, & cavere debet immemorabilis, ut talis dicatur *Reynos dict. observat. 65. num. 8. & 9. Rota coram Dunozet junior decis. 489. n. 5. & cor. Cerro dec. 469. numer. 7. & in recent. decis. 22. num. 6. & 8. part. 10.* Tùm quia ex mala fide, resultante ex supradicta constitutione Gregorii XIII. munita *Clausula sublata, & Decreto irritanti*, quæ impedit quamcumque præsumptionem, ut appositè *adnotat Pasqualig. in observant. ad Franch. de controver. inter Episcop. & Regum part. 1. sub num. 1594. Rota coram Cerro dec. 544. n. 12. & dec. 572. n. 11. & 12.* 59

Cæterum, quod attinet ad Quadragenariam, illa plenè suffragari posse visa fuit Episcopo, non solùm & quo deficit bona fides, sine qua præscribi nequit, ex mox allegatis, verùm etiam Titulum, ob resistentiam juris omnino necessarius ad *Tex. in cap. 1. de Præscript. in 6. cum aliis superiùs adductis.*

Nec titulus desumi valet ex Plateis annorum 1492. & 1494. nec non Transactione anni 1564 ex Synodo 61
anni 1567. quia cùm fuerint reprobata per subsequens Breve s. m. Gregorii XIII: præbere minime potuerunt justam causam præscribendi, juxta firmata *per Pasqualig. in observat. ad Franch. loco mox citato Rota coram Coccin. decis. 354. numer. 7. & decis. 2274. numer. 14.*

Et ita utrique Parti responsum fuit

Eadem coram eodem super Manutentione

Lunæ 26. Junii 1702.

ABsoluto Dubio super petitorio, hac ipsa die resoluto favore Cleri Caputaquen, progredientes 62
DD. ad discussionem alterius dubii -- *An esset danda manutentio, tam quoad præsentes, quàm exemptos, & absentes* -- Negativè responderunt quo ad exemptos, & absentes, dilata resolutione quo ad præsentes; Etenim ex deductis in alia mea Decisione pro ex acriore subventionis, de qua est quæsito Caputaquen habet resistentiam juris contra se, quæ impetit ejus favore manutentionem; Potissimum verò, quia docet de possessione contra Presbyteros absentes, & exemptos, imo ab illis dictam subventionem Episcopus nunquam exegisse probant octo Testes, formiter inducti pro Clerum in ejus *Sum. numero primo*, Idque confirmant quoad exemptos etiam Testes formiter inducti per Episcopum *ejus Sum. numer. 8.* Qui contra ipsum producentem plenè probant *juxta theoricam Bartol. in leg. 1. §. His autem numer. 7. ff. de Nov. per nunciatione Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumpt. 38. numer. 14. Rota coram Emerix junior. dec. 113 n. 5. ubi concordantes.*

Non obstat, non nullos ex eisdem Testibus inductis per Episcopum deponere respectu absentium, illos aliquandiu solvisse controversam subventionem quia eorum ducta confundentur ab illis Testibus, in contrarium adductis per Clerum citato ejus *Summ. numero primo.*

Minus verò officit Laudum Eminentissimi Cardinalis Ursini, quo Præsbyteri, tam præsentes quàm absen-

absentes comdemnantur ad solutionem subventionis; quia non constat negocium fuisse ejus arbitrio commissum de consensu, & mandato Capitul. dum compromittens talem facultatem non habebant, & summoperè dubitantur de Collusione; ex quo in ipso Laudo conventum legitur, quod Procuratores Cleri curare deberent, ut Jura Episcopi in Judicio moto coram A. C. approbarentur, ut in simili animadvertit Rota penes Posth. de Manutent. decis. 46. n. 9. coram Royas decis. 208. n. 8. & coram Ottobon. dec. 10. num. 10.

Et ita utraque &c.

DISCEPTATIO XLIV.

Asculana Gabellæ

PRO

Josepho Merlio

CUM

Ecclesiasticis Asculi

ARGUMENTUM.

Onera quando dicantur Cameralia, vel Communitativa, & quando Ecclesiastici pro illis teneantur ad Gabellarum solutione.

Conduxit Ioseph Merlius anno 1722. à R. C. Apostolica Appaltum Thesaurariæ Civitatis Asculi, cum omnibus ejus Juribus, pertinentiis, & Proventibus, inter quos duæ numerantur Gabellæ; Altera nimirum, solvenda ex Animalibus, mercibus, aliisque rebus, quæ introducuntur in Civita-
1 tem; Altera verò debita super Carnibus, quæ à Lanionibus in eadem Civitate mactantur, & minutatim venduntur vulgo *à minuto*, ut de d. Applatu constat ex Instrumento, relato in Summar. & de Gabellis per Notulam earundem, extractam è libris Doanæ, & per fidem Testium, qui alias fuerunt Ministri Thesaurariorum antecessorum in eodem summario.

Cùmque nuper in d. Civitate novum Macellum apertum fuerit pro aff. usu Ecclesiasticorum, fuit quoque ad istorum instantiam expeditum Monitorium in Tribunali A. C. super exequutione Resolutionis hujus Sacræ congregationis, editæ die 20. Decembris 1702. Nec non super facultate aperiendi Macella, absque solutione Gabellarum communitativarum, & respectivè super exemptione à dd. duabus Gabellis, introductionis nimirum Animalium, & Carnis, tan-
2 quam communitatis. Eoque præsentato Merlio, curavit iste reassumptionem Causæ coram R. C. Apostolicæ Generali Thesaurario, tanquam Judice privativo omnium Causarum Appaltuum, & Gabellarum; sed cùm Clerum obtinuerit à Pro-Auditore Sanctissimi remissionem præsentis Controversiæ ad hanc Sacram Congregationem, hinc disputari contingit, an prædictæ Gabellæ Introductionis, & Carnis in concreto nostris casus debeantur, & *affirmative* respondendum videtur.

Fundamentum sanè prætensæ exemptionis ab hujusmodi Gabellis, prò parte Ecclesiasticorum in eo dumtaxat constituitur, quòd agatur de Gabellis merè laicalibus, & communitativis, & ideò non debeantur pro Animalibus, & Carnibus, quæ introducuntur, & respective mactantur in Macello, de quo agitur, pro usu, & servitio eorundem Ecclesiasticorum, ut colligitur ex tenore Monitorii, ab illis expediti. Hoc verò assumptum nullo modo in facto
3 subsistit; Tum quia Gabellæ non sunt communitativæ, sed Camerales, à quibus Ecclesiastici in vim Constitution. Summorum Pontificum nullo modo reperiuntur exempti, ut docent *Cobell. ad Bull. Boni Regim. cap. 20. n. 96. Bonden. collect. legal. 35. num. 94. Urceol. consult. forens. cap. 64. num. 12. Campell. ad constitut. Ducat. Urbin. decret. 25. num. 50. Card. de Luc. disc. 92. num. 4. & 5. de Regal. Panimoll. decis. 6. annot. 2. num. 1. & seq. & decis. 13. num. 13. & dec. 100. num. 9. Pignatell. consult. 54. num. 42. lib. 2. Rot. decis. 1. num. 2. vers. Quæ quidem, & nu. 3. cum seq. tit. de Gabell. cor. Card. Falconerio tom. 2. & in Bricinorien. Gabellæ 23. Aprilis 1711. §. 23. coram Ansaldo, & in Narnien. Juris Collectandi 7. Junii 1726. §. Præsupposito coram Aldrovando.* Tum quia Animalia, & Carnes, ex quibus debentur eædem Gabellæ, non sunt propriæ Ecclesiasticorum, neque Macellum exercetur eorum sumptibus, & expensis, sed è contrario exercetur à Personis laicis, ratione meri mercimonii, quo casu nullum militat 4
Privilegium exemptionis, & Gabella, licet merè laicalis, & communitativa, indifferenter solvi debet, tam à laicis, quam etiam ab Ecclesiasticis, ut per *Text. in capitul. Quamquam de Censib. in Clement. ultim. eod. tit.* tradunt *Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ 10. num. 68. de Constitut. Zabarell. ad eamdem Clement. ult. de Cens. num. 6. Rolan. cons. 61. num. 23. lib. 4. Massin. de Confiscat. quæst. 21. num. 47. & 56. Grass. de effect. 3. num. 176. & seq. Tamburin. de Jur. Abbat. disput. 15. quæst. 21. num. 28. vers. ad hæc, & Sperell. dec. 35. num. 45.* Ideòque ex utroque capite innegabilis redditur obligatio solutionis Gabellarum.

Qualitas autem Cameralis nostrarum Gabellarum non potest in dubium revocari, cùm ex pluribus manifestissimè convincatur. Et primò, quia inter Onera ordinaria, & Cameralia ea numerantur, quæ ab ipso Principe possidentur, & exiguntur, ad differentiam aliorum extraordinariorum, quæ pro indigentiis particularibus Communitatis exiguntur à Repre- 5
sentantibus Communitatem, ut explicant *Marcabar. de Anguill. cons. 40. num. 184. cum seq. & per tot. Cohell. in Bull. Bon. Regim. cap. 50. num. 90. Card. de Luc. disc. 81. num. 21. vers. Idem clare de Regal. & Rot. in citat. Narnien. Juris Collectandi §. Sive coram Aldrovando*; Unde dubitari non poterit, quòd sint Camerales istæ Gabellæ, quæ nullatenus exiguntur vel affictantur à ministris Communit. Asculi, seu conceduntur in Appaltum ab ipsa R. C. A. Thesaurariis ejusdem Civitatis, ut liquet ex Instrumento Appaltus, & ex Notula, ac fide Testium, adductorum in Summario. Siquidem cùm istimet actus Appaltuum, & Locationum, illas Jure dominii, & possessionis spectare probent ad Cameram locantem, ita dicere necesse est, eas, non tantùm pertinere ad 6
Principem, & R. Cam. Verùm quoque esse Camerales, ut tradunt *Mascard. de Probat. conclus. 1186. num. 11. Post de Manut. observat. 24. num. 17. Rot. dec. 243. num. 2. post eumd. & dec. 161. num. 26. par. 15. & dec. 326. n. 7. part. 16. & dec. 177. n. 3. part. 19. recent. & Imolen. Ripatici super bono Jure 8. Junii 1725. §. Adstipulante coram Ratto.*

Probatur secundò eadem qualitas Cameralis Gabellarum, ex quo Communitas Civitatis Asculi suas habet Gabellas, & Proventus distinctos, & separatos, qui ab ipsa Communitate dantur in Appaltum, vel exiguuntur ab ejus Camerario, sive Exatore, absque eo, quòd inter hujusmodi Proventus numeren- 7
tur Gabellæ, de quibus agitur, ut ex alia Notula, legaliter extracta, quæ pariter data fuit in Summario Sicuti namque ex hujusmodi negativa; quòd non comprehendantur in classe Proventuum, & Gabellarum, quæ à Communitate locantur; aut exiguun- 8
tur, constat, eas non esse communitativas, ut probant *Bald. in cap. Quoniam. contra num. 56. de Probat Rot. decis. 535. num. 5. coram Cavaler. dec. 171. num. 21. coram Bich. & dec. 2. num. 12. coram Cels. & dec. 421. num. 3. coram Crispo, & in d. Imolen. Ripatici §. Quod autem coram Ratto.* Ita plenissimè inde confirmatur, tum illarum pertinentia ad Rev. Cameram, tum, & earundem qualitas Cameralis.

Resultat tertiò, gabellas, de quibus agitur, esse Camerales, ex ea speciali circumstantia, quòd nempè Civitas Asculi ad effectum reddendi immunes, & francas nundinas, quas ipsa quolibet anno celebrat

brat in mensibus Maii, & Novembris, à solutione
9 Gabellarum, Thesaurario Generali debitarum, convenit cum eodem Thesaurario, & eidem solvit annuatim scut. 102. 50. ut ex documentis, relatis in Summario Ex hac enim conventione, fieri solita, à Civitate, etiam cum Thesaurariis antecessoribus, exulat penitus quælibet qualitas communitatis nostrarum Gabellarum, nam suasibile non est, quòd Civitas Asculi, si esset, vel unquam fuisset, Domina dd. Gabellarum, voluisset se subjicere oneri solvendi Thesaurario pro tempore d. annua scut. 102. 50. Cùm ergo d. annuam solutionem in præteritum semper expleverit, & nunc continuet cum Thesaurario, Merlio oritur ex inde plena,
10 & perfecta probatio ex facto ejusdem Civitatis, quòd Gabellæ semper pertinuerunt ad Cameram, quòdque per consequens sint Camerales, ad tradita per *Rota decis. 269. n. 7. p. 2. divers. & coram Seraphin. dec. 63. n. 1. & dec. 983. n. 6.*

Id ipsum quartò loco confirmatur ex facto, & observantia; Quoniam, non solùm, ut dictum est, nullo unquam tempore se se ingessit Communitas in istarum Gabellarum exactione, ut opposito semper, &
11 perpetuò exactæ Thesaurariis, tanquam Ministris Cameralibus; Sed, quod plus est, persolutæ etiam fuerunt pro Animalibus, & Carnibus, mactatis in Macello, quod alias de anno 1716. apertum extitit pro Ecclesiasticorum usu, & servitio; Itaut, si præter pertinentiam ad R. Cameram locantem, seu concedentem easdem Gabellas in Appaltum, & præter observantiam negativam illarum nunquam factæ exactionis à Communitate, concurrit observantia quoque affirmativa, & individua factæ solutionis Ministris Cameralibus, quando Ecclesiastici habuerunt Macellum pro ass. eorum usu, verè concludendum veniat ad tramites istius
12 observantiæ, quòd sit ejus generis, ut etiam ab Ecclesiasticis debeatur, tanquam Cameralis, ut probant *Text. in l. Locatio §. penult. ff. de Public. Vectigal. & leg. Si Publicanus §. final. ff. de Publican. Ferret. de Gabell. numer. 386. Surd. cons. 470. numer. 15. & seq. Rocc. disputat. 75. numer. 19. Zaul. ad Stat. Favent. tom. 1. libr. 2. rub. 6. nu. 11. & Rot. decis. 174. num. 10. & seq. cor. Otthobon.*

Atque hæc observantia, quæ eum respicit statum, quo aliquando Ecclesiastici Macellum habere voluerunt pro ass. eorum usu, corroboratur ex alia, quæ viguit eo tempore, quo Ecclesiastici tale Macellum non habuerunt. Non enim aliter consuevit Macellum locari à Communitate, quàm interessentibus Ecclesiasticis, specialiter in actu licitationis intimatis, itaut Macellum, non minùs fuerit destinatum Laicorum, quàm eorumdem Ecclesiasticorum usui, adhuc verò non controvertitur, quòd Macellarii, seu Conductores, ita
13 constituti, cum interessentia Ecclesiasticorum, & eorum quoque usui inservientes, Gabellas istas persolverint, Et ulteriùs, habitis Recursibus ad Thesaurarium Generalem R. A. C. super fraudibus Carnis, commissis in Locis, immunibus à Conductoribus Thesaurariæ, qui dd. Gabbellas exigunt, isti habuerunt intentum perquirendi etiam in dd. Locis immunibus, cum assistentia Personæ Ecclesiasticæ, ut fuit justificatum in Summario.

Ex quibus manifestè constat, etiam tempore, quo non adfuit Macellum particulare pro usu Ecclesiasticorum, adhuc in Macello communi consideratum fuisse eorum usum, & interesse; & nihilominùs fuisse so-
14 lutam utramque Gabellam, quæ, si haberi debuisset respectus ad Personas Ecclesiasticorum, veluti exemptas, ne quidem eo tempore solvi debuisset, ob paritatem rationis, quæ militaret, tam quando communis est usus Macelli, quàm quando sit singularis pro solis Ecclesiasticis, à quibus exemptio, si Competiisset, adhuc potuisset allegari, quòd si per tempus immemorabile allegata non fuit, argumentum certè inde
15 insurgit, quòd agnitum fuerit, easdem Gabellas ab ipsis quoque Ecclesiasticis esse solvendas, ut benè arguunt *Balducc. ad Roman. cons. 24. numer. 34. & Rot. decis. 5. num. 3. ad Ornat. Card. de Luc. de Jurisdict. & dec. 433. n. 7. & seqq. cor. Crispo.*

Frustra autem exadverso objicitur, quòd utraque ex controversis Gabellis, introductionis scilicet, & Carnium, reperiatur enunciata in quodnam pervetusto Libro, nuncupato, *Statuto della Dogana* Civitatis Asculi in particulis, quæ dantur in Summ. Pro 16
remotione enim objecti duo specialiter videntur ponderanda; Primò nempè, quòd dictum Statutum non est Civitatis, seu Communitatis, ut malè exadverso figuratur, sed est quidem particularis Liberculus, asservatus in Cancellaria Antianali, intitulato -- *Statuto della Dogana*: Hoc sanè Statutum, vel in totum relationem habet ad Supremum Principem, cujus 17
sunt pleraque Vectigalia, quæ solvuntur, vel saltem referri æquè potest, tam a supremum Principem, quàm ad Communitatem; Unde remaneat, tam in ambiguo, & in incerto, utrum Gabellæ, ibidem descriptæ, pertinerent ad Principem, vel ad Communitatem, ut illæ hac solùm, ibi facta, descriptione, nullo modo censeri possint communitativæ; Et secundò, quòd, etiamsi per non admissam hypothesim prædictæ Gabellæ antiquitus, & in sua origine fuissent communitativæ, adhuc hujusmodi naturam, & qualitatem amisissent, quando temporis progressu (quod pluribus modis contingere potuit, & præsertim ve- 18
rosimile est, quod contingerit per impositionem similium Gabellarum, factam pro toto statu à Julio III. Pio IV. & Urbano VIII. ut referunt *Cobell. ad Bull. bon. regim. capit. 47. numer. 207. & Card. de Luc. disc. 71. numer. 12. de Regal.*) incorporatæ extiterunt Rev. Cameræ in causam, & computum onerum Cameralium, per quam erga Cameram Apostolicam incorporationem, novum statum assumpserunt, in quo nullo quæsito colore reputari possunt communitativæ, cùm non amplius spectent ad Communitatem, sed imò, cùm pertineant ad Cameram, & Ærarium Principis, & connumerentur inter alios Cameræ Proventus, dici debent Came- 19
rales, ut notant *Lanar. cons. 74. numer. 8. & cons. 39. numer. 6. Isern. in capit. 1. Quæ sint regalia verb. Angariæ numero 52. Card. de Luc. disc. 43. num. 10. & latiùs disc. 81. num. 21. cum seqq. de Regal.*

Factum tamen, pleniùs elucidatum hodie, palam facit, quòd hujusmodi Gabellæ, etiam in sua primæva origine, pertinuerunt ad Rev. Cameram. Quandoquidem constat, quòd usque ab initio earum Impositionis, & quidem ad præcisum effectum solvendi Onera Cameralia, fuerunt in dominio Principis, 20
& Rev. Cameræ, illarumque exactio usque tunc explebatur à Thesaurario Camerali, in dicta Civitate ad effectum prædictum destinato, & de facto cùm anno 1543. necessitas supervenisset easdem Gabellas augendi pro supplemento Onerum, pariter Cameralium, Communitas Recursum super hoc habuit ad Paulum III. tunc regnantem, de cujus Oraculo Cardinalis de S. Flora, eo tempore S. R. E. Camerarius, licentiam impartitus fuit Communitati easdem Gabellas augendi pro faciliori solutione subsidii Trien- 21
nalis, tunc primum impositi ab eodem Paulo III. ut notant *Cobell. in Bull. bon. regim. cap. 50. num. 123. & antea cap. 35. numero 50. & Rot. d. decis. 1. sub numer. 2. vers. Quæ quidem coram Cardinali Falconerio tit. de Gabellis tom. 2.* In Epistola autem, quam dictus Cardinalis Sfortia, nuncupatus de S. Flora, scripsit anno 1544. Thesaurario Camerali Civitatis Asculi, præter facultatem augendi Gabellas, easque exigendi in satisfactionem dicti Subsidii triennalis, apertissimè declaratum habetur, quòd jam antea, & antiquitùs pleno Jure eædem Gabellæ pertinebant ad 22
Cameram Apostolicam, ibi -- *Cum autem Datia, & Gabellæ istius Civitatis ad SS. D. N. & Cameram Apostolicam antiquitùs, & integrum, & pleno Jure spectent, & pertineant, volumus præsentem Licentiam, & concessionem ordinariis Redditibus, & Proventibus antiquis dictæ Cameræ non præjudicare.*

Insurgunt ex hujusmodi facto duo perspicua ad nostrum intentum argumenta: Alterum, quòd hujusmodi Gabellæ, & si dici velint impositæ per Communitatem, adhuc ab earum initio fuerunt illicò destinatæ, & erogatæ in solutionem onerum Cameralium, sicut servatum fuit etiam circa earum augumen-

mentum, factum dicto anno 1543. dum factum quidem fuit ab ipsa Communitate, sed prævia licen-
23 tia, à Summo Pontifice impetrata, & auctoritate Cardinalis Camerarii, ad eundem præcisum effectum solvendi Onera Cameralia, quorum unum est Subsidium triennale; Et ex hoc proculdubio sequitur, quòd dici debeant Camerales, & solvendæ sint etiam ab Ecclesiasticis, cùm inter Onera, quibus subjacent Ecclesiastici, connumerentur Gabellæ omnes, quæ in solutionem cedunt eorumdem Onerum Cameralium, impositorum à Papa, ut notant *Cobell. ad Bull. bon. regim. cap. 35. numer. 51. Panimoll. decis. 6. annot. 1. numer. 22. & Card. de Luc. disc. 62. num. 4. de Regal.* & in puncto augumenti Gabellæ Carnis, impositæ à Communitate pro satisfactione Subsidii triennalis, adest
25 resolutio hujus Sacræ Congregationis apud citat. *Panimol. decis. 6. annot. 2. numer. 17. & seq. in una Auximana 25. Maii 1665.* in qua dictum fuit -- *quatenùs sit impositio extensiva Subsidii triennalis, Ecclesiasticos teneri.*

Alterum est, quòd nequaquam possit hodie in controversiam revocari, dd. Gabellas fuisse, & esse Camerales, dum tales fuerunt canonizatæ in dicta Epistola Cardinalis Sfortiæ S.R.E. Camerarii anno 1544. in
26 qua claris notis exprimitur, quòd illæ -- *Ad SS. D. N. & Cameram Apostolicam antiquitùs, & integrum, & pleno Jure spectant, & pertineant*, cùm hæc verba declaratione ulteriori non indigeant ad demonstrandum, quòd usque tunc essent Camerales, juxta tam specificè enunciatam earum pertinentiam ad Cameram in actu, adeò proportionato, admittendi earum augumentum, & ideò talem pertinentiam, &
27 qualitatem optimè probent, ut firmat *Rot. decis. 189. numer. 11. & decis. 892. numer. 6. coram Emerix jun. & decis. 220. numer. 4. part. 9. & decis. 524. numer. 10. part. 19. recent.* & fortiùs, dum tales videntur fuisse admisse ab ipsa Communitate, à Civibus, & Officialibus Civitatis Asculi, qui pro obtinenda facultate deveniendi ad illarum augumentum Recursum habuerunt ad Papam, & Cardinalem Camerarium, eamque non aliter assequuti fuerunt, quàm cum dicta expressa declaratione omnimodæ illarum pertinentiæ ad Cameram; Quod præsefert adeò explicitam declarationem,
28 & confessionem istius qualitatis Cameralis earundem Gabellarum, ut ampliùs refricari non debeat ad *Text. in l. Generaliter 13. C. de Non numerat. pecun. Mascard. de Probat. conclus. 43. numer. 9. Cyria. controvers. 244. numer. 30. Rot. decis. 176. numer. 27. part. 18. recent. & decis. 2. numer. 16. in Mantiss. ad Card. de Luc. de Jurepatr.*

Quamvis propterea hæ Gabellæ descriptæ reperiantur in recensito Statuto Dohanæ Civitatis Asculi, veritas semper ea est, quòd fuerunt, & sunt Camerales, neque ulla vis fieri potest in tali descriptione, quæ contrariam qualitatem Communitativam suadere non potest; Advertendo potissimùm, quòd inter alias Gabellas, ibi contentas, seu descriptas, adest
29 quoque Gabella Vini vendendi *ad Spinam*, quæ cæteroquin Gabella Vini *ad Spinam* perpetuò habita fuit pro Camerali, & soluta etiam ab Ecclesiasticis, & tam constanter hic sensus invaluit, ut occurrente casu eorum renitentiæ, Thesaurarius pro tempore Recursum habuit ad Thesaurarium Generale R. C. & iste mediante ejus Epistola, directa Gubernatori Asculi de anno 1702. declaravit de ordine Sanctissimi, d. Gabellam esse Cameralem, &, uti talem, solvi debere ab omnibus Ecclesiasticis, eorumque Colonis, atque etiam ab ipsa mensa Episcopali.

Si ergo Gabella ista, non obstante quòd contineatur in dicto Statuto Dohanæ Civitatis, adhuc est sine dubio Cameralis, & solvitur ab Ecclesiasticis, idem dicendum erit de cæteris Gabellis, quæ in eodem Statuto reperiuntur enunciatæ, nisi admitti velit, quòd sint diversæ qualitatis, & naturæ, licèt in eodem actu determinatæ, & parificatæ, quia Jure
30 exigit, ut omnes æqualem obtineant determinationem, per *Text. in leg. Si socer. in fin. ff. solut. matrim. & firmata per Rot. in dec. 98. n. 21. p. 19. rec. & dec. 488. num. 9. coram Crispo.*

Idemque evidentissimè convincitur ob aliam circumstantiam, desumptam ex ventre ejusdem Statuti, ubi agendo præcisè de venditione Carnium, sancitum legitur, quòd fraudantes Gabellam teneantur ad solutionem pœnæ, cùm declaratione, ibi -- *Della qual* 31
pena lo mezzo ne sia della Camera, la quarta parte dell' Offiziale, la quarta parte del Denunciatore, o Gabelliero, Tantam enim connexionem, & correlationem habet dominium, ac pertinentia Gabellarum cum exactione pœnarum in casibus fraudum, ut si pœnæ, ut hìc, sint Cameræ, vel Principi applicatæ, opporteat necessariò fateri, quòd ad eandem Cameram pertineant etiam Gabellæ, & ideò sint Camerales, ut notant communiter Repetentes *in leg. Commissa* 32
ff. de Public. & Vectigal. Salycet. in leg. Si quis Cod. de Vectigal. & commis. Bald. in leg. 3. Cod. Si adversus Fiscal. numer. 3. vers. Dico, quòd, Barbos in Cod. leg. Si quis sive numer. 5. & leg. Exceptis numer. . Cod. de Vectigal. & commiss. Rosental. de Feud. cap. 6. conc us. 40. numer. 1. Reverter decis. 28. sub numer. 1. & ibi de Marin. num. 1 & seqq. Quod eò magis procedit in hac hypothesi, quia respectu aliarum Gabellarum, quæ in rei veritate sunt communitativæ, pœnæ Contrabannorum, & Fraudum applicantur ipsi Communitati; Ita ut discretiva ista vim augeat argumenti, & evidentissimè probet, quòd ubi de Gabellis agitur communitativis, pœnæ spectant ad Communitatem; Ubi verò de Cameralibus, illæ spectant ad Cameram; Ideòque, si respectum Gabellarum, de quibus agimus, Statutum ip- 33
sum pœnam præscribit, solvendam Rever. Cameræ, ampliùs esse non debet quæstio, quòd eædem Gabellæ usque à primo momento earum impositionis fuerint Camerales ad notata per *Constantin. ad Statut. Urb. annot. 46. n. 200. Adden. ad Ludovis dec. 401. n. 18. Rot. dec. 303. num. 8. part. 16. recent. & decis. 491. num. 5. cor. Emer. jun.*

Additur denique, quòd præfatum Statutum Dohanæ Civitatis Asculi, qualecumque sit, reperitur confirmatum anno 1397. auctoritate Archiepiscopi Tranensis, tanquam Reformatoris, & Vice-Rectoris, à Summo Pontifice in tota Provincia Marchiæ deputati. Quodque plus est, nonnullæ ex Ordinationibus, contentis in dicto Statuto, & signànter illa, quæ disponit circa 34
modum evitandi fraudes, ibi -- *E nulla Persona debba commetter fraude* -- apparent quoque confirmata in Generali Consilio Ecclesiæ Civitatis Asculi; Undè assequimur, quòd hujusmodi Statuta continere, & præseferre omninò debent Onera, & Gabellas, solvendas etiam ab Ecclesiasticis, cùm, non solùm reperiantur confirmata ab Officiali, per Papam deputato, sed ap- 35
probata quoque in Generali Consilio Ecclesiæ Civitatis Asculi ab ipsis Ecclesiasticis, qui post hujusmodi eorum, ad solemnem, acceptationem, & approbationem, nequeunt eorundem Onerum solutionem de- 36
trectare, per ea, quæ tradunt *Abb. in cap. Convenissent 3. de Eo, qui mittitur in possess. Rimin. Jun. cons. 4. per tot. & cons. 574. numer. 10. & seq. del Ben de Immunit. c. 5. dubitat. 6. numer. 12. & dubit. 18. sect. 2. per tot. part. 1. Rot dec. 192. num. 5. p. 14. & dec. 574. num. 12. & 13. p. 19. rec. & dec. 5. num. 3. in Mantiss. ad Card. de Luc. super Conflict. legis, & rationis.*

E conspectu tot demonstrationum, quæ manifestè suadent, controversas Gabellas esse de genere Cameralium, & illarum, quæ ab Ecclesiasticis etiam debeantur, non poterit Clerus exaltare Rescriptum Sacræ Congregationis, editum inter has easdem Partes die 13. Januarii 1728. Ponente Sacripante, quo dictum fuit, Ecclesiasticos, ementes à Laicis, non teneri ad 37
Gabellam extractionis, quatenùs merces inserviant prò usu proprio; Quasi inde argui valeat, quòd jam semel hæc Sacra Congregatio fuerit in sensu, hujusmodi Gabellam esse communitativam. Quoniam in disputatione; tunc temporis habita, nullum penitùs examen assumptum fuit circa qualitatem Gabellæ, neque Merlius, qui de proximo Appaltum susceperat, potuit insistere in hoc puncto, utpote destitutus necessariis notitiis, & documentis; Cùm verò hæc hodiè supervenerint, & ex iis clarè pateat, quòd Gabellæ sunt Camerales, sequitur, quòd d. præcedens Resolutio obsta- 38
re non

re non possit, neque impedimento esse, quò minùs, patefacta nunc veritate sub formali Dubio declarari possit, prædictas Gabellas esse Camerales, dum in præsenti de hoc principaliter, & præcisè disputatur, & antea non nisi incidenter, & præsuppositivè pro-
39 cessum fuit, quod non attenditur, quando ad examen formale descenditur, & specialis fit disputatio ad firmata *per Rota decis. 66. numer. 16. part. 18. & decis. 218. numer. 27. part. 19. recent. & decis. 438. numer. 28. & seq. coram Dunoz. Jun. & decis. 480. num. 30. & seq. coram Bich. & decis. 360. sub numero 5. coram Benincas. & decis. 32. numero 2. ad Ornat. Card. de Luc. lib. 10. de Fidecomm.*

Jam igitur ex isto capite, & ex qualitate Camerali Gabellarum Causa videri potest confecta. Sed insuper firmiter sustinemus, Gabellas, quæ cadunt in controversia, omninò deberi pro Animalibus, & Carnibus, mactatis in Macello, de quo agitur, ex
40 alia æque valida ratione, quòd supradicta Animalia non spectant ad Ecclesiasticos, neque isti aperuerunt dictum Macellum eorum cura, & expensis; sed è contrario Animalia erant propria Antonii Piccioni, ejusque Fratris, & Sociorum, qui idem Macellum aperuerunt ex mera causa eorum negociationis, & puri mercimonii.

Habemus enim in facto, quòd, cùm de mense Maii anni 1729. tempore quadragesimali publicè exposita fuisset licitationi locatio Macelli Communitatis Ascu-
41 li, servando solemnitates, requisitas ex notoria Bulla Boni Regiminis, & enucleatas per *Cobell. in elucbrat. Commentar. ad eandem Bull. cap. 46. numero 3. 9. & per tot.* Antonius Piccioni Sacerdos, omnibus curavit mediis hunc obtinere Appaltum nomine Michaelis, ejus Fratris, & Sociorum, ut patet ex ejus-
42 met depositione recepta per Curiam Episcopalem. Irriti tamen evaserunt ejus conatus, quia Appaltus Macelli, servatis servandis, adjudicatus fuit Joanni Baptistæ Morganti, Civi, & Incolæ Asculano, tanquam ultimo, & majori, Oblatori, sub onere signanter vendendi Carnes Vervicum ad rationem quatrenorum 14. pro qualibet libra.

Rec tam videns Piccionus spem conducendi Macellum Communitatis pro ejus Fratre, & Sociis, ut alia via obtineret intentum vendendi propria Animalia, statuit aperire in Civitate Asculi novum Macellum, & ibi mactare Animalia, & Carnes vendere pro ass. usu Ecclesiasticorum pretio quatrenorum 12. pro qualibet libra, factaque hujusmodi oblatione, sese obligavit, quòd ejus Frater, & Socii personaliter se conferre deberent ad Civitatem Asculi pro exercitio dicti Macelli, illudque manutenere in eo-
43 dem statu, & cum eodem pretio, prævia quoque idonea fidejussione, ut de ejus tractatu cum Ecclesiasticis, & de conclusione contractus constat ex depositione ejusdem Piccioni, Insuper ex Relatione per Canonicum Tutium, ejusdem Cleri Deputatum, facta in publico Capitulo, per Ecclesiasticos habito, super aperitione dicti Macelli -- *Trovandosi in oggi Chi si e essibito aprire spaccio, e Macello di dette Carni per gl' Ecclesiastici Secolari, e Regolari, tanto di Castrato a 12. quattrini, che di Capra a quatrini cinque, e Caprone a quatrini sei la libra, per tutto il corrente anno &c. come si legge nell' Obligo che si no-*
44 *tifica alle Signorie Vostre Illustrissime* -- demùm ex ipsis Literis monitorialibus ad dicendum causam quare &c. ibi -- *Unde de facto superveniente occasione alterius oblationis pro Carnibus vervicinis, Ecclesiasticis ministrandis, optima etiam qualitatis, & ad rationem quatrantium duodecim pro qualibet libra, & per totum annum currentem se obligantis ad favorem, & meliorem conditionem eorumdem Ecclesiasticorum, generale Capitulum inter dd. Ecclesiasticos convocatum fuit, in quo favorabiliter habita fuit Resolutio omnium Votis pro aperitione Macelli.*

In executionem istarum Conventionum transmissa fuerunt à Fratre dicti Piccioni, ejusque Sociis plura Animalia vervicina, eaque introducta extiterunt in Civitatem Asculi, & posita in Stabulo, conducto
45 per ipsum Sacerdotem Piccionum, ut ex supradicta ejus Depositione, ac ex altera Jo. Riccii; Domini ejusdem stabuli prout quoque sollicitus fuit Piccionus invenire Pastores, qui Animalia custodirent, atque etiam Lanionem, qui Carnes mactaret, & venderet, & vel ab ipso Picciono, vel de ejus ordine ponderata fuerunt Animalia, destinata ad mactandum, atque exactæ pecuniæ, ex Carnium venditione retractæ, ut totum hoc habetur ex depositione prædicti Jo. Riccj, qui fuit à Picciono requisitus pro ponderatione Carnium, & exactione earum pretii quòd- 46
que Macellum fuerit apertum, & prosecutum, cùm Animalibus ex pecuniis dicti Petri Piccioni, & Sociorum, & præcipuè Joannis Riccii publici Negociatoris, confirmatur, nedùm ex declaratione Laurentii de Sanctis, alteriùs ex Sociis in dicto Macello, verùm etiam ex aliis probationibus, & Juribus, relatis in *Summario*.

His in facto prænotatis, quisque videt, quòd Ecclesiastici in hoc Negocio non habent, nisi nudum, & purum nomen, & totum commodum, & incommodum spectat ad Personas exteras, exercentes Macellum, quæ, tanquam laicæ, & destitutæ omni Privilegio, nullo quæsito colore evitare possunt solutionem Gabellarum, neque ad hunc effectum eis prodest allegare, quòd Macellum inserviat pro usu Eccle- 47
clesiasticorum, qui in eo Carnes emunt; Tum quia in dicto Macello Carnes venduntur etiam Laicis, ut fuit justificatum in Summ. Tum, & fortiùs quia ad hoc, ut in apertione Macelli locum habeat Privilegium, & exemptio, opus est probare, quòd Ecclesiastici illum exercere faciant eorum cura, & expensis cum Animalibus propriis, & ab eis comparatis, absque mixtura Personæ laicæ, quæ in eo faciat mercimonium, aliàs, si Macellum exercetur à Laicis, etiamsi inserviat pro usu Ecclesiasticorum, adhuc Gabel- 48
la debetur, quia solvitur pro re, existente in dominio Laici, & super qua mercimonium exercet & adductis à *Genuen. Tract. Eccl. quæst. 216. numer. 2. & 3. del Ben. de Immun. tom. 1. capit. 5. dubit. 7. sect. 18. numero 9. & Panimmoll. decis. 6. ann. 7. numer. 47. & seqq. Fontanell. Cathalon. decis. 302. numero 7. -- Laxar. de Rescis. vendit. cap. 9. numer. 10. Pater Molin. in tract. de Just. & Jur. tit. de Tribut. tract. 3. disput. 663. numer. 5. &c.*

Et ratio ea est, quia ubi, ut in præsenti, Ecclesiastici Macellum, sive Jus mactandi Animalia, concesserunt Personis laicis, quæ Animalia propriis pecuniis emunt, eaque mactari faciunt in eodem Macello, & successivè Carnes vendunt pretio, cum Ecclesiasticis convento, & stabilito, hoc casu quæstio exactionis Gabellę super introductione Animalium in 49
Civitate non est cum ipsis Ecclesiasticis, qui Macellum eorum sumptibus, & expensis per Ministrum, & Salariatum exercere non faciunt, sed contentio versatur in Gabellarium, & dictas Personas laicas, quę Mercimonium in dicto Macello exercentes, Animalia, per ipsos empta ex propriis pecuniis, introducunt in Civitatem, eaque mactant, adeòque omnis ratio suadet, ut dictæ Personę, quę nomine, & substantia retinent, & Marcellum exercent, teneantur ad Gabellam, impositam Laicis pro introductione Animalium, ut in terminis Gabellę, impositę Mercatoribus pro traductione Arietum, aliarumque 50
rerum, tradunt *Sanchez consil. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 55. numer. 40. & Molin. de Just. tom. 3. disp 663. numer. 5. post med. vers. Quoniam sicut ex eo*, ubi alii concordantes adducentur.

Et de facto Sacra hęc Congregatio in contingentiis casus declaravit, integrum esse Ecclesiasticis aperire Macella pro eorum usu, absque solutione Vectigalium communitativorum, quatenùs tamen mactent Animalia propria, seu ab ipsis comparata pro usu proprio, & ita resolutum fuit *in Spoletana Mar-* 51
celli 20. Decembris 1702. quia precisè in illa quęstio erat, utrum liceret Ecclesiasticis propria Animalia mactari facere in determinato Macello, ut observavi *in Instit. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 4. sub numer. 42.* ibi -- *An autem licitum sit Clericis propria Animalia mactari facere in determinato Macello, S. Congrega-*

tio

tio respondit. Licuisse, & licere -- imò, perquisito originaliter Decreto in suo Regestro *lib. 3. Decret. Val-*
52 *leman. pag. 463.* habetur: quòd S. Congregatio voluit etiam eodem contextu provisum esse fraudibus, quæ ab Ecclesiasticis committi possent, dum addidit -- *Et Episcopo, & Gubernatori, qui una simul proponant media, quibus possint evitari fraudes.*

Idem decisum fuit in *Florentina 20. Januarii 1637. lib. 3. decretor. Paulut. fol. 22.* quæ ita cantat - *S. Congregatio censuit, scribendum Nuncio, qui authoritate hu-*
53 *jus S. Congregationis demandet Ordinariis Locorum, ut prohibeant Ecclesiasticis Macellariorum, & Inservientium, necnon pro Quibus propriis, non provenien. à Mercatura.*

Et, si quid ampliùs in re, tam clara, exoptari valeat, habemus etiam in nostro casu exemplum, & observantiam Ecclesiasticorum; Constat enim in facto, quòd aliàs, & signanter anno 1716. aperta fuerunt Macella pro eorum usu, & servitio, & tamen quia exercebantur à Laicis cum eorum Animalibus, & in linea mercimonii, ut modò etiam exercentur
54 à Picciono, & Sociis, sine ulla difficultate solutæ fuerunt controversæ Gabellæ in manibus Thesaurari pro tempore, ut resultat ex documentis, relatis *in Summ.* Ideòque vanum est, quòd hodie revocetur in dubio solutio ista Gabellarum, quæ aliàs in iisdem circumstantiis fuit admissa, & approbata per Ecclesia-
55 sticos met, quorum factum, & observantia, addita intrinsecæ rationi, hactenùs demonstratæ, facit in præsenti quæstione rem claram, & manifesta, per *Text. in l. Locatio §. penultimo ff. de Public. vectig. & l. Si Publicanus §. fin. ff. de Publican. Cyriac. contr. 222. num. 20. Card. de Luc. disc. 97. numer. 12. & 23. & disc. 99. num. 6. de Regal. Rot. decis. 175. num. 10. & seq. coram Otthob. & decis. 4. num. 7. penes Balducc. ad Ramon. tom. 2. & in Recinaten. seu Lauretana Territorii 23. Junii 1728. §. final. coram Aldrovando.*

Quin ulla vis fieri possit in extrinsecis, & affectatis coloribus, datis aperitioni d. Macelli, mediante affixione Cartelli cum inscriptione -- *Macello per uso degl' Ecclesiastici* -- & expeditione Literarum patentium, quibus muniti fuerunt Custodes Animalium, aliique Ministri ejusdem Macelli; Nemo namque non videt, hæc omnia adinventa fuisse ad meram
56 apparentiam, & in supplantationem Juris Gabellarum, itaut hujusmodi actus, tanquam simulati, & conficti prævalere neutiquam debeant veritati, & probationibus, elicitis ex ipso Processu Curiæ Episcopalis ex quibus innegabiliter, & in gradu ipsius evidentiæ constat, quòd totum interesse Macelli, & Animalium, pro eo destinatorum, spectat ad Laicos, & præsefert istorum Negociationem, & Mercimonium, in quo themate durum nimis esset, quòd hujusmodi actus, ab omnibus Legibus reprobati, tanquam se opponentes veritati, ac Tertio præjudiciales, substineri vellent sub præsidio Immunitatis Ecclesiasticæ, quæ
57 allegari potest, & debet pro defensione Jurium Ecclesiæ, non verò in patrocinium fraudum, ac in præjudicium Tertii per ea, quæ monent *Sayr. de Censur. libr. 4. cap. 8. numer. 17. Pignatell. consult. 11. numer. 8. Chartar. decis. 50. numer. 15. Rota decis. 1. numero 12. coram Cardinali Falconerio de Sent. Excom. tom. 3.*

Quoque igitur modo res accipiatur, semper clara erit favore hujus Partis, & Gabella erit debita, sive, quia est Cameralis, & solvenda etiam ab Ec-
58 clesiastici; sive, quia, cùm agatur de Macello, exercito per Laicos ex titulo, & causa meri mercimonii, in his terminis non intrat Privilegium exemptionis, competens solùm Ecclesiasticis, quatenùs mactent Animalium propria, & Macellum exerceant propriis sumptibus, & expensis, ex supra firmatis.

IN EADEM CAUSA.

SUbsistit utrumque fundamentum, & hac parte adductum; Alterum scilicet, quòd Gabellæ sunt Camerales, & solven. etiam ab Ecclesiasticis; Alterum
59 verò, quòd Macellum, de quo agitur, non exercetur ab Ecclesiasticis, sed à Personis laicis causa Mercimonii, qui propterea nullam allegare possunt exceptionem pro Animalibus, & Carnibus ejusdem Macelli.

In Ordine ad primum, quòd Gabellæ sint Camerales, probatur re ipsa, & ex facto materiali; Tum, quia exiguntur, & semper exactæ fuerunt à Rev. Camera Apostolica, sive ab ejus Thesaurariis, & Appaltatoribus; Tum quia ex Epistola Cardinalis Sfortiæ, 60
scripta anno 1543. ex mente Pauli III. habemus, easdem Gabellas -- *Ad Sanctissimum D. N. & Cameram Apostolicam antiquitùs, & in integrum, & pleno Jure spectare, & pertinere*, earumque augmentum fuisse tunc permissum ad effectum supplendi solutionem Subsidii triennalis, ut ex tenore dictæ Epistolæ, rela- 61
tæ in Summ. Unde nil clariùs deduci potest ad probandam qualitatem Cameralem hujusmodi Gabellarum, quando, ultra factum executionis, adest declaratio ipsius Principis supremi super illarum pertinentia ad Cameram.

Peccat igitur supposito contraria propositio, quòd doceri debeat de titulo, translativo Gabellarum à dominio Civitatis in illud Rev. Cameræ; Id enim suppo- 62
nit, quòd ab initio Gabellæ spectarent ad Communitatem, quod tamen nullatenus probatur, imò positivè excluditur, tam ex facto negativo Civitatis, quæ dd. Gabellas nunquam exegit, quàm ex supremo oraculo Pontificis, testantis de antiqua, & integra pertinentia Gabellarum ad S. Sedem, & Camera Apostolicam.

Nec subsistit, quòd institutio hujusmodi Gabellarum facta fuerit in generali Consilio Civitatis Asculi, quia tale quid non legitur in Capitulis, & Ordinatio- 63
nibus Dohanæ anni 1413. relatis in contrario Summ. & Decretum Consilii in illis registratum, respicit provisionem, captam anno 1492. super asportatione Mercium ad Dohanam, quæ nihil habet agere cum dictis Capitulis, exaratis octoginta annos ante, ut ex lectura magnificatum est.

Ultra quod dicta Capitula anni 1413. sunt simplices Renovationes Ordinationum præcedentium, quæ emanarunt usque de anno 1397. authoritate Archiepiscopi Tranensis, Visitatoris Apostolici, & con- 64
firmata extiterunt ab Ecclesiasticis in generali eorum Consilio, Ideòque, spectato initio, palam est, quòd Gabellæ fuerunt impositæ ab ipso Summo Pontifice per Organum Visitatoris Apostolici, cum obligatione Ecclesiasticorum, à quibus fuerunt approbatæ, & consequenter semper fuerunt, prout hodie sunt, Camerales.

Redeunte hìc notabili illa circumstantia, quòd nimirum inter alias Gabellas, contentas in prædictis Capitulis Dohanæ, numeretur illa Vini *a Spina*, quæ fuit semper habita pro Camerali, & soluta etiam ab Ecclesiasticis, atque ab eadem Mensa Episcopali, 65
ex quo palàm assequimur, quòd omnes aliæ Gabellæ, contentæ in iisdem Capitulis, fuerunt, & sunt Camerales, tanquam ejusdem naturæ, & orientes ex eodem fonte ex probatis supra & hæc circumstantia, unita aliis, superiùs ponderatis, & declarationi, emissæ in supradicta Epistola Cardinalis Sfortiæ totali pertinentia Gabellarum ad Rev. Cameram, facit in hoc puncto rem claram, & manifestam.

Immeritò autem objicitur ex adverso, quòd Epistola Cardinalis Sfortiæ non constituat probationem in Judicio, licèt edita ex oraculo Papæ, quia id est ponere Os in Cœlum, & prætendere, quòd Cardinalis Camerarius non possit aliquid decernere, & explicare ex Oraculo Papæ, signanter in rebus, pertinentibus ad ejus Officium, & interesse Cameræ, quod est manifestum absurdum, ac præcisè, quòd Cardinalis Sfortia haberet Oraculum Papæ, & de ejus Mandato processerit ad 66
impositionem Subsidii triennalis, super quo emanavit dicta Epistola, testatur *Rota coram Cardinali Falconerio decis. 1. §. Quo quidem tit. de Gab. tom. 2.* Et dum Civitas Asculi usu est eadem Epistola, pro augumen- 67
to Gabellarum Dohanæ in causam Subsidii triennalis, planum est, quòd illam approbavit, nec datum est, ampliùs illam impugnare, ex vulgatis.

Fru.

Frustra itidem opponitur, quòd Gabellæ, & Collectæ impositæ per Civitatem ad effectum solvendi Onera Cameralia, exiguntur ab eius Camerario: Quippè Camerarius Civitatis exigit solum Collectas, & Gabel-
68 las Communitativas, undè obiectum retorquetur, & probat, nostras Gabellas esse diversas ab illis Communitativis, & impositis per Civitatem, dum exiguntur directè à Camera, seu eius Thesaurario, non verò ab Exactore Comunitatis, ut specialiter advertimus supra.

Non merebatur allegari, quòd R. Camera respectu huiusmodi Gabellarum habeat simplex, & nudum Jus Conductionis, & hac de Causa solvat Communitati annuam pensionem scut. 980. Sive, quia nullatenus probatur, quòd dicta pensio solvatur titulo Conductionis, & intuitu Gabellarum, cùm ea referri possit ad alias causas, & Bona, per Civitatem cessa Rev. Cam. Sive, quia Gabellæ appaltantur à Reverenda Camera pro annua summa scut. 5175, sicque non est verisimile,
69 quòd fuerint locatæ pro annuis scut. 980. cum in Locatione pensio debeant correspondere fructibus rei locatæ, ad notata per *Fagn. in cap. Potuit numer. 22. & seq. de Locat. & Conduct. Pacion. eodem tract. capit. 3. numer. 23. Mans. consult. 280. numer. 89. & seq. Rot. decis. 294. numer. 8. & 10. coram Crispo*; Sive demùm, quia assertus titulus Locationis, excluditur ex præfata Epi-
70 stola Cardinalis Sfortiæ, ubi dicitur, Gabellas pertinere ad Cameram *in integrum*, *& pleno Jure*, quæ clausulæ important amplissimum titulum dominii, & non sunt compatibiles cum illo precario, & temporali Conductionis, ex traditis apud *Barbos. de clauf. clauf. 101. numer. 2. & seqq.* cum aliis, supra citatis.

Nec etiam deduci merebatur, quòd Deputati Civitatis Asculi exerceant Jurisdictionem super dictis Gabellis, corrigendo, puniendo, & condemnando Thesaurarios. Id namque gratis asseritur, & nemo non videt quàm incongruum sit supponere, quòd Appaltator Cameralis debeat esse subjectus Jurisdictioni Privatorum, quando in Instrumento Appal-
71 tus, & Chirographo Sanctissimi ei datus fuit in Judicem privativum Thesaurarius Generalis R. C. A. Jurisdictio autem, quam habent Deputati, restricta est ad tempus Nundinarum, & in iis, quæ spectant ad earum Privilegia, & libertatem, ut ostendunt Jura, relata in contrario Summario si aliquando occasione exactionis Gabellarum tractarunt eum Mer-
72 lio Thesaurario, & ab eo petierunt moderationem, aut remissionem Gabellæ, id profectò non excedit metam simplicis discursus, & Contractus privati, nec sine monstruositate erigi pretendit ad fastigium Tribunalis, & Jurisdictionis dictorum Deputatorum.

Quòd Ecclesiastici in præterito nunquam solverint hujusmodi Gabellas, nec à longè probatum remanet ex simplicibus, & informibus Fidelibus, exadverso exhibitis in Summario, quæ ex vulgatis in Judicio non attenduntur; Præsertim quia editæ sunt à Personis interessatis, & suspectis, prout sunt Cancellarii Curiæ Episcopalis, & Religiosi, deponentes ad proprium commodum; Et alter ex dd. Testibus, qui supponit 27. ab hinc annis mactasse Carnes
73 pro Ecclesiasticis; absque solutione Gabellæ, id gratis ubique asserit, cùm non constet, eo anno Ecclesiasticos aperuisse Macellum pro usu proprio, imò idem Testis fatetur, exercuisse Macellum in loco immuni, ibi -- *Io aprij nell' Ospedale della Carità* -- ex quo patet, id præcisè factum fuisse ad fraudandam Gabellam, quæ aliàs solvi debuisset.

Et nihilominùs, etiamsi quoquomodo constaret, quòd Thesaurarii antecessores neglexerint exactionem hujusmodi Gabellarum, eorum tamen factum prejudicare nequiret Cameræ, & Successoribus in Appaltu, cùm ad hunc effectum requiratur, ut res decisa
74 fuerit in contradictorio Judicio, cum citatione Commissarii Generalis Reverendæ Cameræ, ut declaratur in omnibus Instrumentis Appaltum Cameralium; Eòque minùs hec possessio negativa attendi deberet in presenti Controversia in qua non agitur in possessorio, sed in petitorio, & unicè disputatur, an Gabella debeatur, non autem, an fuerit soluta.

Extraneum verò, & inapplicabile est Judicatum Firrau Visitatoris Apostolici, quia eadem Pars fatetur, illud emanasse super aliis Gabellis diversis, & impositis à Communitate; Ideòque non mirum, si Ecclesiastici fuerunt absoluti, imò dictum exemplum favet huic Patri, quia in ea Causa Secretarius Sacræ Congregationis Boni Regiminis declaravit, Ecclesiasti- 75
cos teneri ad prædictas Gabellas, quatenùs essent necessariæ pro solutione Onerum Cameralium; Quo retento themate, non est cur ipsi se dicere velint exemptos à nostris Gabellis, quæ sunt directè camerales, & spectant ad Cameram.

Eadem responsio congruit Resolutioni hujus Sacræ Congregationis *in Asculana* 30. *Maii* 1628. Quia ibi agebatur de Gabella Carnis, imposita per Commu- 76
nitatem Offidæ, & consequenter non applicatur ad casum, & nil habet commune cum presenti Questione, in qua unicè disputamus, an controversæ Gabellæ sint Camerales, necne.

Ad aliam Resolutionem, emanatam inter has easdem Patres die 13. Januarii 1729. super Gabella extractionis jam preventivè satisfecimus supra, ubi ostendimus, quòd tunc temporis non fuit assumpta Questio super natura, & qualitate Gabellarum, nec fuerunt deducta, aut exhibita Documenta, nunc reper- 77
ta, & signanter Epistola Cardinalis Sfortiæ, declarans pertinentiam Gabellarum ad Sanctissimum, & ad Cameram Apostolicam, sicque dicta Resolutio nihil obstat, quominùs hodie sub particulari examine declarandum sit, illas deberi ab Ecclesiasticis, presertim quia ad presens non agitur de eadem Gabella extractionis, sed de aliis, penitùs diversis, nempè Introductionis, & Carnium.

Et quoad Gabellam Introductionis non potest exaltari pro Re judicata Resolutio anni 1668. *in alia Asculana*; Quia Illa non declarat, Gabellam non deberi, 78
sed tantùm confirmat Censuras, latas contra Thesaurarium tunc temporis, ob interceptas duas salmas Vini, & Nobis ignotum est, quale fuerit motivum, in quo Sacra Congregatio desumpsit motivum Censurarum, & lesionis Ecclesiasticæ Immunitatis.

Firmum ergo, & inconcussum stat hoc fundamentum, innixum qualitati Gabellarum, sed clarius, & incontrovertibile est aliud, positum in eo, quòd Macellum, de quo agitur, non fuit apertum ab Ecclesiastici, cum eorum pecuniis, & Animalibus, sed illud in linea meri, & puri mercimonii exercetur à Personis laicis, qui obtulerunt vendere Carnes Ecclesia- 79
sticis ad rationem quadrantium duodecim pro qualibet libra, ut observavimus supra; Ideòque non est allegabilis ratio, propter quam Gabellæ non sint solvendæ, cùm illæ non petantur contra Ecclesiasticos, seu illorum res, sed contra Laicos, & super 80
Animalibus, & Carnibus, ad eos spectantibus, quemadmodum patet ab exequutione, & Instantia pro declaratione fraudis, unicè directis contra Riccium, interessatum in Macello, & Macellarium.

Laici eum, qui, tanquam Mercatores, & mercimonii causa, aperiunt Macellum pro usu Ecclesiasticorum, nullum illud privilegium sibi adscribere possunt, quàm illud libertatis aperiendi tale Macellum, absque eo, quòd prohiberi valeant à Communitate, habente privativam alterius Macelli, ob privilegium, & Immunitatem Ecclesiasticorum, qui hujusmodi privativæ nequaquam subjecti censeri possunt, juxta 81
resolutionem Sacræ Congregationis in *Spoletana* 10. *Decembris* 1702. *inter Decreta Valeman. libr.* 3. *fol.* 464. At verò nullo quesito colore sibi arrogare valent exemptionem à Gabellis, quæ solvuntur pro introductione Animalium, eorumque mactatione, & incisione Carnium, adhuc existentium in eorum dominio, & priùs quam vendantur Ecclesiasticis, ac debentur ratione mercimonii, prout, discriminando hujusmodi Gabellas, solvendas à Macellariis, ab aliis, solvendis pro emptione Carnium ab ipsis Empto- 82
ribus, præter adductos supra, in puncto Gabellæ Carnis egregiè tradit *Baldell. Theolog. moral. tom.* 1. *lib.* 5. *disput.* 37. *numer.* 8. ibi -- *Dupliciter autem in casu præsenti potest se habere hæc impositio; Primò*, ut

ut Gabella sit imposita ipsi rei v.g. Carni, quando à Macellario emitur, aut importatur in Civitatem, vel in Macellum; Et ipsemet Macellarius ad illam teneatur, sive postea Carnem illam de facto vendat, sive non: Secundò, ut sit imposita ipsi Contractui emptioni Carnis, jam existentis in Macello; Et ipsi Ementes Carnem à Macellario teneantur illam solvere ratione suæ emptionis, non autem Macellarius; Si ergo sit imposita primo modo, non videtur contra Immunitatem Ecclesiasticam, quia, si Caro ipsa jam est onerata, & subjecta Gabellæ in manu Macellarii &c.

Mirum autem videri potest, quòd exadversò in dubium revocetur res illa notissima in tota Civitate Asculi, quòd nimirum Macellum exerceatur à laicis Mercatoribus, non autem ab Ecclesiasticis: Hæc enim veritas probatur ex Actibus ipsius Capituli, in quibus apertis notis dicitur, repertum fuis-
83 se Oblatorem, qui se obligavit vendere Carnes Ecclesiasticis ad rationem quadrantium 12. pro qualibet libra, & hujusmodi obligatio fuit exhibita in eodem Capitulo, ibi --- *Trovandosi in oggi Chi si è esibito aprire spaccio, e Macello di dette Carni per gl' Ecclesiastici secolari, e regolari, tanto di Castrato a 12. quatrini, che di Capra a quatrini 5. e Caprone a quatrini 6. la libra per tutto il corrente anno &c. come si legge nell' Obligo, che si notifica alle Signorie VV. Illustrissime.*

Probatur insuper ex Literis monitorialibus Curiæ Episcopalis, in quibus eadem oblatio, & obligatio
84 enunciatur, & refertur ibi -- *Unde de facto, superveniente occasione alterius Oblationis pro Carnibus vervecinis, Ecclesiasticis ministrandis, optimæ etiam qualitatis, & ad rationem quadrantium 12. pro qualibet libra, & per totum annum currentem se obligantis ad favorem, & meliorem conditionem eorundem Ecclesiasticorum, generale Capitulum inter dd. Ecclesiasticos convocatum fuit, in quo favorabiliter habita fuit resolutio omnium Votis pro aperitione Macelli* --

Confirmatur ulteriùs ex depositione Sacerdotis Petri Piccioni, qui in suo Examine, recepto per Curiam Episcopalem, recensendo totam seriem facti, fatetur,
85 & declarat, assumpsisse hoc negocium Macelli pro ejus Fratre, & aliis Interessatis, & Animalia empta fuisse ab eisdem Interessatis, ibi -- *E così procurai di parlare, & a poco a poco fu risoluto d' aprirlo, ed Io promisi di far venire in Città li predetti due Secolari da Cerqueto di Regno, ad obligarsi per Instromento confidejussore abile, e Cittadino di quì; Onde ne è seguito, che per aprire detto Macello li sudetti Obligati principiarono*
86 *a provedersi di Animali Castrati di buona qualità* -- & rursùs ibi -- *E fù cominciato a spacciare in esso le Carni a gl' Ecclesiastici col prezzo, e Cartella apposta a dodici quattrini la libra, conforme era seguita la parola, e lo stabilimento per tutto l' anno, e continuò lo spaccio in detto Macello per lo spatio di sei giorni &c.* -- & denuò ibi -- *E fra tanto, perchè venne tempo di fiera in questa Città, crescette il numero di detti Castrati, parte condotti dal detto Lorenzo, e parte comprati quì in Fiera &c.* --

Id ipsum deponit Riccius, unus ex Interessatis, in suo Examine ibi -- *E si seppe publicamente, che det-*
87 *to Macello degl' Ecclesiasti fù aperto, perche trovarono partito di buonissima Carne a detti quatrini 12. per tutto l' anno.*

Idemque clariùs testatur Laurentius de Sanctis, alter Interessatus, ibi - *E la verità, che li Castrati tanto vivi, che morti, o siano le Carni di essi, essecutati ad istanza del Nob. Giosefppe Merli, Tesoriere della Rev. Camera in questa Città d' Ascoli, nel mese di Maggio prossimo passato &c. erano proprj d' esso Testimonio, del Signor D. Pietro Piccioni, e del Signor Gio. Ricci, Mercante publico in detta Città; da loro incettati, e comprati in Società con proprj loro denari nel Regno di Napoli, e poi fatti da medesimi introdurre in questa Città per farli macellare, come fu principiato nel suo Macello, aperto sotto nome, & uso degl' Ecclesiastici detta Città, con farne vendere a minuto le Carni in detto Macello per loro proprio Negozio, mercanzia, e*
88 *vantaggio &c.* Cui consonat depositio Oratii Ferracioli, alterius Ministri dicti Macelli, ibi -- *Attesta di più, che tutti li Castrati, e Capre, macellati in detti due prossimi passati Mesi di Settembre, ed Ottobre, furono spacciati, e venduti in detto Macello per conto di Gio. Ricci di questa Città, mentre da Lui si compravano detti Castrati, e Capre, e poi da Lui si facevano macellare, e spacciare in detto Macello, e dal primo Novembre fino al presente si è continuato, e si continua a spacciare per conto dell' istesso Ricci le Carni di Castratti, da esso comprati, con essersi dal detto Gio: Ricci pesate al detto Macellaro tutte le Capre, e Castrati, ed in ogni Venerdì dal detto Macellaro si è reso conto al detto Gio. Ricci delle dette Carni di Castrati, e Capre, vendute nel sudetto tempo; & ad esso restituito il denaro ritraito.*

Quibus omnibus accedit, quòd Piccionus conduxit Stabulum, & Pastores pro Custodia Animalium, & Mi-
nistros Macelli, & Riccius alter Interessatus, ponde- 89
ravit Carnes, & pecunias exegit idemque Riccius fuit publicè, & palam reputatus pro Domino Carnium, & Macelli ab ejus Ministris, ut testantur Antonius Prosperi, alter ex Lanionibus, in Examine, facto in Curia Episcopali, ibi -- *Et in quella sera di Lunedì un' altra volta in Cancellaria fui domandato, se Chi riconoscevo Io per Padrone di quel Macello degl' Ecclesiastici; e risposi che riconoscevo per Padrone il Signor Gio. Ricci, perche mi pesava la Carne, ed a Lui rendevo conto, e li quadrini*, & pro tali nuncupatur à 16. & ul-
tra Testibus, exadversò exhibitis, & datis Summa- 90
rio -- *Et il Chierico Gio. Ricci, interessato in detto Macello*:

Undè è conspectu hujus evidentiæ, & veritatis, tot numeris justificatæ, deploratum prorsus est figurare, quòd Macellum fuerit apertum, & exercitum ab Ecclesiasticis, neque potest admitti color, exadversò datus, quòd nimirum Riccius fuerit simplex Provisor Animalium, & ista fuerint empta cum pecuniis Ecclesiasticorum, & cum superintendentia Deputatorum, Quia in contrarium stat factum clarum, & indubitatum, in quo constans est, quòd Animalia fuerunt empta, & emi debebant ab Interessatis in Macello propriis pe-
cuniis cum obligatione illas vendendi Ecclesiasticis ad 91
rationem quadrantium 12. pro qualibet libra, & ista obligatio fuit exhibita in Capitulo, ibi -- *Come si legge nell' Obligo, che si notifica alle Signorie Vostre Illustrissime &c.* -- Nec in ævum uniri poterunt hæc duo contraria, quòd scilicet Animalia, & Carnes essent Ecclesiasticorum atque empta eorum pecuniis, quòdque è contra Tertius se obligaverit illas vendere, prout vendidit iisdem Ecclesiasticis ad rationem quadrantium 12. pro qualibet libra.

Poni idcircò debent ad partes mendicati Testes, asserentes exbursasse pecunias pro emendis Animalibus ad commodum Ecclesiasticorum Nam Hierony-
mus Riccius, unus ex Testibus, Laicus Congregatio- 92
nis S. Philippi, qui dicit, solvisse de proprio scut. 60. in emptione Vervicum, est Frater germanus Jo. Riccij, principalis Interessati in dicto Macello, & consequenter nemo non videt, quòd ipse subministravit pecunia ad commodum Fratris, & ejus Negocii, non verò ad beneficium Ecclesiasticorum.

Alter verò Testis Sacerdos Petrus Piccionus, qui supponit erogasse scut. 61. in eandem causam emptionis Animalium pro Ecclesiasticis, omisso interesse, quod habet in hac Causa, & odio, concepto adversus Merlium, occasione exequutionis, factæ super Animalibus, & Carnibus, est ille, qui tractavit, & conclusit cum Ecclesiasticis aperitionem Macelli pro ejus Fratres, & Sociis, ac inivit Contractum vendendi Carnes iisdem Ecclesiasticis ad rationem quadrantium 12. in singulis libris, & est ille idem, qui deposuit, dd. Interessatos in adimplementum eorum obligationis introduxisse plura Animalia, & alia de novo emisse eorum sumptibus in præteritis Nundinis, ut ex illius depositione, supra transcripta; Proindeque facile est judicare, quænam fides præstanda sit ejus dicto, quod est contrarium, & destructivum præcedentis Examinis, & re-

pugnat apertissimæ veritati, ab ipso priùs panditæ, & confessatæ.

Omisso hac Provincia, alia durior assumitur exadverso supponendo, quòd Laici, exercentes Macellum, reputandi sint, uti Conductores Ecclesiasticorum, & sic participent de illorum privilegio, & exemptione; In primis enim Contractus iste Locationis, & Conductionis exadverso mordicùs impugnatur, & excludi prætenditur per negativam coarctatam, me-
94 diante attestatione Cancellarii Episcopalis, de qua in contrario Summario Adeòque quæstio, desuper assumpta, remanet de subjecto non supponente, & notabilis est in hac parte inconstantia contrariæ defensionis, quæ modò negat, & modò supponit hujusmodi Conductionem, & in constituit fundamentum exemptionis.

Præterea termini Conductoris Bonorum Ecclesiæ, eorumque privilegii, & exemptionis sunt toto Cœlo extranei à puncto nostræ Controversiæ, quia hic non agitur de Bonis stabilibus, nec de Gabellis, quæ debitæ sint ob recollectionem, aut venditionem fructuum, in quibus circumstantiis intrat inspectio an Coloni, & Conductores Bonorum Ecclesiasticorum teneantur nec ne ad earum solutionem, juxta casum auctoritatum, quæ exadverso laudantur; Sed è con-
95 trario res est de Gabellis introductionis Animalium, & mactationis Carnium, & illarum solutio petitur contra Personas, quæ exercent Macellum eorum sumptibus, ratione mercimonii, in quibus terminis cùm nulla adsit commixtio Ecclesiasticorum, seu rerum, aut fructuum, ad illos spectantium, cessat exinde omnis prætextus exemptionis, & immunitatis, & locus omnino est solutioni Gabellarum ex supra animadversis.

Cæterùm, etiam in terminis Conductionis, exadverso ultrò admittitur, quòd Conductores Bonorum Ecclesiæ tenentur ad Gabellas, quotiès istæ non sint impositæ ratione collectionis fructuum, sed intuitu
96 Personarum, & ratione mercimonii, seu industriæ, juxta distinctionem *Card. de Luca disc.* 53. *de Regal.* Et propterea sumus in claris, quòd Exercentes assertum Macellum Ecclesiasticorum nequeunt se dicere exemptos à nostris Gabellis, dum istæ sunt merè personales, & impositæ Personis, introducentibus
97 Animalia, & vendentibus Carnes, ut liquet ex Capitulis Dohanæ, ibi -- *In prima, che qualunque Persona conducerà in detta Città d' Ascoli &c. alcuna Mercanzia viva, o morta, sia tenuto di pagare denari* 12. *per libra distima, e valuta della Mercanzia, che conducesse &c.* -- & rursùs ibi -- *Ordinamo, che qualunque Persona venderà Carne nella Città d'Ascoli, o Borghi, sia tenuta pagare la Gabella infrascritta, vi-*
98 *delicet -- Per ciascuna libra di carne di Castrone, e di Porco denari* 4. & sic debetur præcisè propter industriam, & mercimonium, non autem ex causa recollectionis fructuum, ad quam in sensu Patris unicè restringitur exemptio.

In vanum denique recurritur ad ultimam Tabulam asserendo, quòd, admissa solutione hujusmodi Gabellarum, si non directè, saltem indirectè læsa remaneret Immunitas ecclesiastica, & pretium Carnium auge-
99 retur in præjudicium Ecclesiasticorum; Objectum namque cessat ex facto, quia Macellarii sese obligarunt, Carnes vendere Ecclesiasticis certo signato pretio quadrantium, 12. ut superius ostendimus, & per consequens in concreto casus assertum augumentum pretii fieri non potest contra literam obligationis, & conventionis.

Et rursùs, etiamsi propter Gabellas Ecclesiastici emere non possent Carnes pretio viliori, & inferiori, id tamen nullum præsefrret eorum damnum, aut læsionem immunitatis, sed foret simplex amissio lucri, quod Clerici facere non possunt, nec debent in præjudicium Gabellarum; Aliàs singuli Mercatores, qui res, aut merces vendunt Ecclesiasticis, allegare possent exemptionem à Gabellis sub prætextu facien-
100 di meliorem conditionem iisdem Ecclesiasticis, eisque vendendi merces pretio inferiori, ut in puncto ad objectum respondendo, prosequitur *Baldell. loc. cit.* ibi -- *Si ergo sit imposita primo modo; non videtur contra Immunitatem ecclesiasticam, quia si caro ipsa v.g. est jam onerata, & subjecta Gabellæ in manu Macellarii, & propter hanc Gabellam adhuc existens in manu illius, aliquantulum crescit in valore, & pretio, sive postea transeat ad Laicum, sive ad Clericum, juste transit cum illo onore, & cum illo valore, neque tenetur Macellarius decrescere de pretio suæ Carnis, quando il-* 101
lam vendit Clericis -- & generaliter docent *Noguerol. alleg.* 38. *numer.* 17. *Card. de Luca de Regal. disc.* 52. *n.* 14. *ubi concordantes allegantur.*

Die 10. Januarii 1730. Ponentur Ancajano, Congregatio Immunitatis respondit: *Gabellas, de quibus* 102
agitur, esse communitativas, & Ecclesiasticos non teneri ad solutionem earundem; Lanionem verò in casu, de quo agitur, teneri:

DISCEPTATIO XLIII.

Asculana Censurarum

PRO

Josephio Merlio

CUM

Promotore fiscali Curiæ episcopalis Asculi

ARGUMENTUM.

Censuræ quando dicantur nullæ, vel quia fuerunt præcipitantur latæ, vel postquam Citatus comparuit, allegando causas, quare non debebat declarari excommunicatus, & post talem comparitionem denuò citatus non fuit.

JUs cognoscendi Causas concernentes materiam Appaltuum, & Gabellarum contra quascumque Personas, etiam ecclesiasticas, & privilegiatas, spectat ad Thesaurarium Generalem Rev. Cam. Apost. privativè quoad alios quoscumque Judices, & Tribunalia, juxta ejus amplissimas ordinarias facultates, quas ultimo loco specialissimè confirmavit, & innovavit Innocentius XII. mediante particulari Chiro- 1
grapho in quo præ cæteris habetur -- *Di nuovo concediamo a Voi, & a vostri Successori in perpetuum nell' Officio di Tesorierato, tutte, e singole facoltà, necessarie, & opportune di procedere nelle Cause civili, criminali, e miste in quelle materie, che riguardono esazzione di Gabelle, Appalti Camerali, Tasse, o Imposizioni, e qualunque altro Interesse Camerale, tanto mediato, come immediato contro gl' Ecclesiastici, Regolari, Mendicanti, e delle Congregazioni non mendicanti, e Persone di tutti gl' Ordini militari, benchè Gierosolimitani, Vescovi, Arcivescovi, e qualunque altra Persona, che go-* 2
dono Privilegi &c. E parimente concediamo a Voi, e vostri Successori facoltà di poter perquirere per invenir fraudi, e contrabandi, non solo ne Molini, Case &c. ma ancora nelle Chiese de sopranomati Ecclesiastici &c. ove da Defraudatori fossero state ascose.

Hinc est, quòd in singulis Instrumentis Appaltuum per Rev. Cam. Apost. stipulari solitis cum suis Thesaurariis, seu Appaltatoribus, prævio Chirographo, signato manu Papæ, adest Capitulum literale, quòd omnes Causæ, & Literis, respicientes Appaltum contra quascumque Personas cognosci, & decidi debeant in Tribunali Cameræ, & à Thesaurario, privativè quoad alios quoscumque Judices, & Tribu- 3
nalia; Idque præcisè servatum fuit in concessione Appaltuum Thesaurariæ Asculi, & signanter in Instrumento ejusdem Thesaurariæ, ultimo loco celebrato cum Josepho Merlio: In eo enim præ cæteris conventum fuit quòd omnes Causæ, & Lites, respicientes d. Appaltum, agi deberent privativè coram

quoad omnes alios Judices coram Thesaurario Generali.

Exercendo igitur hujusmodi amplissimam, & privativam Jurisdictionem, tam d. Thesaurarius, quam etiam Judices, ab eo delegati in Civitate Asculi, processerunt in omnibus Causis Thesaurariæ, & præsertim super fraudibus, commissis in præjudicium
4 Appaltus, & Gabellarum: Cùmque ad illas excusandas, & eludendum Jus Gabellæ passim in medium prodirent Personæ Ecclesiasticæ, seu Loca Pia, ideo Thesaurarius reiteratis vicibus facultates
5 communicavit Gubernatori Asculi, ad effectum procedendi -- *contro le Persone Ecclesiastiche, Secolari, regolari &c.* majori amplitudine -- *contro l' Ecclesiastici, Cavalieri di Malta, e loro Affittuarii, e Patentati* -- ut legere est in Epistolis Card. Collicolæ & latius in alia Nigroni Thesaurarii Generalis ibi --
6 *Procedere in Caso di fraudi, che si commettessero da simili Persone, tanto del Clero secolare, che regolare, undici Congregationi, Cavalieri di Malta, loro Coloni e Patentati, come pure quelli della Mensa Vescovale del Santuario di Loretto, ed anche contro i Padri Gesuiti.*

Et adeò firma, & inconcussa semper fuit Jurisdictio Thesaurarii in hisce Causis fraudum contra Ecclesiasticos, ut cum alias in similibus Causis manus apponere tentasset Curia Episcopalis Fanen. fuit de ordine Summi Pontificis, & per viam Secretariæ Status injunctum Episcopo, ut in illis minimè
7 se ingereret, ex quo erat Judex incompetens, ibi -- *Essendo stato rapresentato à Nostro Signore che V. S. pretenda d' ingerirsi nelle materie delle fraudi, che possono esser commesse da Persone Ecclesiastiche in cotesta sua Diocesi, e che anzi Ella abbia fatta la deputazione de Giudici per tal' effetto in Persona del Canonico Dionisi, mi à la Santità Sua commandato di significare à V. S. come fò con la presente, che non s' ingerischi in simili materie, come non competenti alla Giurisdizzione di lei.*

His tamen non obstantibus, in contingentia dd. fraudum nonnulli Ecclesiastici, & Regulares Asculi Causas trahere currunt ad Curiam Episcopalem, sed habito per Appaltatorem Merlium Recursu ad Auditorem Sanctissimi, hic semel, atque iterum avocando hujusmodi Lites à Tribunali Ecclesiasti-
8 co, & circumscriptis Actis, inibi gestis, negocium remisit ad Thesaurarium, tanquam Judicem privativum, & pro tali declaratam à Principe Supremo, ut ex Decretis Cardinalium Marefuschi, Accoramboni, & Pitonii relatis in Summario.

In hoc rerum statu, aperto de anno præterito in Civitate Asculi novo Macello à quodam Piccione, aliisque Sociis, pro ass. Usu Ecclesiasticorum, sed tamen cum Animalibus propriis ipsius Piccioni,
9 & ex causa meri, & puri Mercimonii, cùm Animalia, introducta in Civitatem pro Usu dicti Macelli, non fuerint assignata penes Ministros Thesaurarii, & Appaltatoris, & nec pro illis nec pro eorum Carnibus, jam mactatis, solutæ fuerint consuetæ Gabellæ introductionis, & assignationis Carnium mactatarium; Hinc prædictus Merlius, utens Jure suo, & facultatibus, à Camera sibi concessis, arrestari fecit supradicta Animalia Vervicina in numero 70. prout etiam curavit ab Exequtoribus assecurari Carnes, in Macello existentes; de indeque exposita coram Gubernatore Asculi, tanquam Judi-
10 ce, specialiter delegato per Thesaurarium Generalem, Quærela Fraudis ob introductionem dd. Animalium, nulla facta assignatione, aut solutione Gabellarum, ser. ser. ac citatis Fraudantibus, institit, eadem Animalia, & Carnes cecidisse in commissum & cum occasione ipius Fraudis carcerati etiam fuissent Jo. Riccius, unus ex intereslatis in dicto Macello, Pastores, & Macellarius, hi omnes die, immediatè sequenti, post completum eorum examen (quod erat necessarium pro justificatione fraudis) illicò dimissi fuerunt, & relaxati a Carceribus.

Ministri Curiæ Episcopalis, qui toties apponere manus tentaverant in Causis Fraudem, ac Merlium deterrere metu Censurarum, oblatam sibi crediderunt ex hoc facto occasionem consequendi intentum; Unde à Promotore Fiscali exposita fuit Quærela in Tribunali Ecclesiastico contra Jo: Baptistam Morganti, Appaltatorem alterius Macelli Communitativi, & ipsum Merlium, ac Birruarios, seu Exequtores, subindèque, examinatis Testibus, ad probandum, quòd dicta carceratio, & asportatio Carnium è Macello sequuta fuerit ad instantiam dd. 11
Morgantis, & Merlii uti Interessatorum in Macello Communitatis, & in odium Macelli, aperti pro usu Ecclesiasticorum, cohærenter ad hujusmodi Decisiones expeditæ fuerunt Literæ Monitoriales contra omnes supradictos, in quibus literaliter expressum fuit, actum prædictæ carcerationis factum fuisse per dd. Morgantem, & Merlium, uti Socios, & Appaltatores Macelli Communitatis, & pro interesse istius Macelli, ibi -- *Ægreferentibus igitur D.* 12
Josepho de Merlis, & Jo: Morganti, interessatis, & Appaltatoribus Macelli Laicorum, dictam aperitionem Macelli Ecclesiasticorum, statim in odium dictæ aperitionis &c. desumptoque perperam motivo violatæ Libertatis, & Immunitatis Ecclesiasticæ, præfixus extitit Reis loco trinæ Monitionis, terminus jugulatorius sex horarum ad dicendum Causam, quare 13
non debeant condemnari in pœnam Excommunicationis, indictam à Sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Bulla Cenæ.

Hæc Citatio fuit exequuta die 23. Maii 1729. circa horam vigesimam quartam, Unde omnes; in ea vocati, comparuerunt die sequenti hora 11. & sic longè ante Sententiam; in Tribunali Ecclesiastico, & præ ceteris Merlius, qui solemniter declaravit, prædictam Carcerationem factam fuisse ad ip- 14
sius instantiam pro Interesse Gabellarum, atque ex titulo fraudis, ibi -- *è stata fatta la detta Fraude, come Tesoriere della Rev. Camera per le Gabelle, che mi si devono, e defraudatemi da detti Ricci* -- nec unquam somniasse impedire Ecclesiasticis aperitionem Macelli, ut erroneè suppositum fuerat in Monitorialibus, addendo, quod hujusmodi Causa pendebat, & examinanda erat, *coram Gubernatore Asculi, tan-* 15
quam Judice Ecclesiastico, ac delegato ab Illustrissimo D. Thesaurario, habente omnimodam Jurisdictionem privativam contra Ecclesiasticos in Causis Fraudum, ad quem effectum exhibuit quoque Fidem Actorum, gestorum coram d. Gubernatore, nec non repetiti, ac respectivè produxit Instrumenta Decretorum Auditorem Sanctissimi, qui Causas super frau- 16
dibus remiserant ad Thesaurarium, sive Judicem ab eo delegatum, hisque stantibus, protestatus fuit, nihil posse innovari, protestans in Casu contrario de nullitate, & attentatis, & de Appellatione, seu Recursu ad S. Sedem.

Repetita fuit eadem declaratio, & protestatio à Morgante, Appaltatore Macelli Communitativi, qui, apertis notis dixit, in Carceratione, supra relevata, nullam partem habuisse, nec pro ea ullum ordinem dedisse, neque desuper aliquod minimum habere interesse, nec non, id ipsum reperiunt Bir- 17
ruarii, & Exequtores in successiva eorum comparitione, in qua exposuerunt, Carcerationem fecisse de ordine Merlii, uti Thesaurarii, & Appaltatoris Rev. Cameræ, pro Interesse Gabellarum, & fraude, protestantes, & ipsi de nullitate, signan- 18
ter ob præcipitantiam Termini assignati sex horarum, & in casu contrario appellantes ad Sanctissimum.

Spretis tamen huiusmodi comparitionibus, & Protestationibus, quibus in universum tollebatur speciosus prætextus læsionis Immunitatis, ac Jurisdictionis Ecclesiasticæ, nec non vindictæ, & odii in aperitione Macelli pro Ecclesiasticis, libenter admissa à Thesaurario, & posthabitis Pontificiis Chirographis, totque Decretis Auditorum Sanctissimi, Curia Episco- 19
palis absq; alia Citatione circa horarum vigesimam primam eiusdem diei 24. Maii devenit ad publicationem Sententiæ, in qua supradictos Merlium, & Mor-

gantem, nec non Executores condemnavit in pęnam Excommunicationis, contentam in Citatione, & mandavit, expediri, & relaxari Cedulones sub eadem insubsistenti causa, iterùm expressa, ibi -- *Eo*
20 *quia &c. ausi fuerunt &c. in odium Macelli, de recenti aperti &c. ad usum, & victum Ecclesiasticorum &c. illud penitùs impedire*, & in exequutionem dictæ Sententiæ de facto, & pari præcipitantia affixi, & publicati fuerunt Cedulones, sub repetita ex-
21 pressione, quòd actus Carcerationis expletus fuerat -- *in odium aperitionis alterius Macelli, de recenti factæ in hac Civitate pro mactan. Carnibus ad usum, & Victum Ecclesiasticorum.*

Coacti propterea fuerunt Merlius, & Litis Consortes Decursum habere ad hoc Supremum Tribunal, & obtenta absolutione cum reincidentia, una cum transmissione Processus, fabricati in Curia Episcopali, cùm ex eo resultet evidentissimè nullitas, &
22 injustitia Censurarum, videtur respondendum pro illarum revocatione mediante Rescripto Censuras non substineri.

Exordium sumendo à nullitate, ea profectò multiplex est, & impalliabilis; Constat enim in primis, quòd Censuræ relaxatæ fuerunt maxima, & inaudita præcipitantia sub termino jugulatorio sex
23 tantummodò horarum, & quidem nocturni temporis præfixo in Literis monitorialibus, exequutis, ut diximus, *die* 23. *Maii* 1729. sub hora 24. Unde ex hoc capite sunt insanabiliter nullæ, quia Sacri Canones alta voce clamant quòd pęna, adeò acerba, terribilis, & omnium maxima, ferri non debeat indiscretè, ac præcipitanter, sed dato Citatis competenti termino ad parandas, adducendasque defensiones, præmissaque ad hunc effectum trina Monitione per tres actus, seu Citationes distinctas, ac tribus saltem diebus distinctis, ac separatis, non ve-
24 rò per angustias paucarum horarum, ut generaliter monet *D. Gregorius libr. 12. Epist. 26.* ibi -- *Frequenter Me admonuisse vos, recolo, ut in proferenda Sententia esse præcipites nullatenùs debeatis* -- & concordat *Can. Non in perpetuum 24. quæst. 3.* ibi -- *Multi Sacerdotum culpam Zelo Dei se persequi profitentur, sed dum indiscrete hoc agitur, Sacrilegii facinus incurrunt, & dum præcipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multò magis in deterius ca-*
25 *dunt* -- ubi egregiè *Gloss. verb. dum præcipites* sic inquit -- *Judices non erunt præcipites ad excommunicandum, iniquitas enim omnia præcipitat, Virtus autem lenta est, & omnium percunctatrix* -- & cum aliis apud *Marchant. in Tribunal. Sacram. to. 4. tract. 4. tit. 1. sect. 2. quæst. 2. conlus. 1. fol. 82. & Sperell. decis. 48. num.* 15.

Et in puncto, quòd ante Sententiam Excommuni-
26 cationis sit necessaria trina Monitio, cum competentibus terminis, *Textus est in capit. Constitutionem de Sent. Excommun. in 6.* ibi -- *Observent aliquorum dierum competentia intervalla* - *& in capit. Ex parte, & cap.*
27 *Romana eod. tit.* & communiter docent *Covarr. in cap. Alma Mater part. 1. §. 9. numer. 5. & seq. eod. tit. in 6. Layman. lib. 1. tract. 5. part. 1. cap. 5. numer. 4. §. His adden. Bellett. Disquisit. Cleric. part. 1. tit. de favor. Cleric. Canon. §. 4. numer. 43. Fagnan. in capit. Sacro de Sent. Excom. numer. 16.* ibi -- *Monitio debet esse trina, vel una pro omnibus, cum aliquor. dierum competentibus intervallis* -- & rursùs *num. 19. Pignatell. consult. 27. num. 3. tom. 9. Panimoll. decis. 96. annot. 1. numer. 5.* & ita co-
28 hærenter ad dispositionem Sacrorum Canonum, & Sententiam omnium DD. aliàs declaravit hæc Sacr. Congregatio revocando Censuras, latas sub simili termino sex horarum, in *Thelesina 13. Junii 1710. libr. 1. Decretorum Vallemani fol. 301.*

Et augetur pondus istius nullitatis, tum quia idem Promotor Fiscalis in sua comparitione fassus est, procedendum esse ad Censuras Via ordinaria, ac rursus cum trina Monitione; Tum, & fortiùs quia sumus in Censuris, latis non à Jure, sed ab Homine, seu Judice, dum ipse Promotor Fiscalis in prædicta comparitione institit, deveniri ad Sententiam, seu Decretum condemnatorium in pęnam, seu ad pęnas Censurarum, Idemque expressum fuit in Citatione, seu Monitione, ibi -- *Ad allegandum causam, quare non debeatis condemnari in pænam Excommunicationis*, ac apertissimè declaratum extitit in ipsa Sententia condemnatoria, ibi -- *Citatos, & Monitos fore, & esse condemnandos, prout per hanc suam Sententiam definitivam condemnavit in Excommunicationem, contentam in Citatione*; Quando namque res est de Excommunicatione, lata ab Homine via ordinaria per modum condemnationis, & pęnæ, eò magis rigorosè servari debet tela judicialis, & indispensabi- 30
lis redditur necessitas trinæ Monitis, cum competentibus terminis pro diebus, & non horis, distinctis, & separatis, ut distinguendo benè notat *Gloss. in cap. Repræhensibilis de Appell.* ibique *Abbas num. 6. & 7. Sayr. de Cens. libro primo capit. 12. numer. 33. & seqq. Suarez. eodem tract. disp. 2. sect. 10. numero 19. Layman. ubi supra numer. 6. Sperell. decis. 160. numero 37. & Pignatell. dicta consult. 27. numer. 3. tom. 9.*

Accedente ulteriùs, quòd eadem Curia Episcopalis, diffidens de probationibus, factis in eo brevissimo intervallo, quod intercessit inter Citationem, & Sententiam, curavit post ejus publicationem, & 31
post affixos Cedulones, examinare de novo plures Testes pro fundanda sua intentione, substinendisque Censuris, ut liquet ex Processu Curiæ Episcopalis, ex quo manifestè assequimur, quòd Sententia verè lata fuit cum summa præcipitantia, ac tumultuariè, dùm nec etiam adfuit tempus, habile, & sufficiens ipsi Curiæ, & Fisco ad præmittenda Documenta, & probationes, quas agnovit esse necessarias, & postea procuravit.

Secunda oritur nullitas, quia Sententia fuit lata, & publicata extra terminum Citationis; Citatio enim ad dicendum causam quare, exequuta fuit die 23. Maii 1729. circa horam 24. & in ea post præfixum terminum sex horarum dictum fuit -- *Aliàs dicto ter-* 32
mino elapso, Vobisque non comparentibus &c. videndum Immediate condemnari in dictam pęnam Excommunicationis -- E contra autem Sententia non fuit publicata immediatè post lapsum sex horarum, sed circa horam vigesimam primam diei sequentis adeòque est evidenter nulla, uti lata terminum, in Citatione indictum, quod verificabatur in hora septima, vel 33
ad summum octava post exequutionem Citationis, ut generaliter notat *Rot. in recent. decis. 18. numero primo & decis. 88. numero primo parte 6. & decis. 283. numer. 27. part. 9.* & in individuo ex hoc capite Sacra Congregatio circumscripsit Censuras, latas in una *Sabinen. Censurarum 29. Martii 1729.* Ponente *Calcagnino*.

Tertia, æquè clara, & inexcusabilis nullitas ex eo descendit, quòd post exequutas Literas Monitoriales, tam Merlius Thesaurarius, quàm omnes alii, simul Moniti, & Citati promptè comparuerunt in Tribunali ecclesiastico, & in Actis solemniter declararunt, quòd Arrestum Animalium, & Carnium minimè factum fuerat pro Interesse Macelli commu- 34
nitati, ut supponebatur in iisdem Monitorialibus, sed expletum fuerat ad instantiam Merlii, uti Appaltatoris Cameræ, & pro Interesse Gabellarum, ac titulo Fraudis, & allegarunt eodem contextu quòd pro hujusmodi fraude Lis agebatur coram Gubernatore Asculi, Judice privativo, & competente, etiam contra Ecclesiasticos, uti delegato à Thesaurario, exhibendo ad verificationem expositorum Acta, gesta co- 35
ram eodem Gubernatore, & Instrumenta Decretorum Auditorum Sanctissimi, remissiva Causarum super fraudibus ad Thesaurarium, sive Judices, ab eo delegatos.

Quapropter, attenta hujusmodi comparitione, cum allegatione defensionis, ac Juniorium, facta per Citatos, cessaverat in universum eorum contumacia, ac resoluta fuerat Citatio contra ipsos præcedenter executa, & per consequens non poterat Curia Episcopalis ad ulteriora procedere in Causa, ac respectivè ad Sententiam Excommunicationis, sine nova Citatione, qua deficiente, Sententia ipsa, affixio Cedulonum,

lonum, & omnia, inde sequuta, remanserunt apertissimè nulla, & videntur omnino circumscribenda, ut plenè probant *Covarr. in dicto capit. Alma Mater parte prima §. 9. numer.* 4. *&* 5. *Pax Jordan. Variar. Lucubrat. tom.* 3. *libr.* 14. *tit.* 1. *numer.* 122. *Pignatell. consult.* 49. *numero secundo* & meliùs *numero* 8. *tom.* 9. *Adden. ad Ludovis. ad decis.* 140. *numer.* 16. *Monacell. in Formul. eccles. tom.* 3. *tit.* 1. *formul.* 6. *numer.* 6. *fol.* 44. ubi refert, quòd ex hoc mo-
37 tivo S. Congregatio declaravit nullas Censuras in *Bisinianien.* 18. *Novembris* 1686. *in Conversani* 10 *Februarii* 1698. Idemque fuit resolutum, & decisum in una *Aquipenden. Censurarum* 19. *Septembris* 1724.

Quin hæc substantialis nullitas excusari valeat ex eo, quòd Promotor Curiæ Episcopalis iterùm deindè institerit pro Sententia Excommunicationis, excipiendo, quòd rationes, deductæ à Merlio, aliisque Citatis, non essent attendendæ. Omisso namque pro nunc examine hujusmodi exceptionum, seu responsionum Promotoris Fiscalis, hoc unum certum, & indubitatum est, quòd Curia Episcopalis post dd. comparitiones tenebatur denuò citare, & novum Decretum obtinere ante Sententiam, &
38 Cedulonum affixionem, quia postquam Citati in termino, sibi præfixo, comparuerunt coram Judice ecclesiastico, & allegarunt causam, quare putabant, ipsos non incidisse in Censuras, hoc casu Judex tenebatur super hac comparitione, & defensione novum Decretum interponere, ad hoc ut Rei essent certi, quòd defensiones, per eos adductæ, erant ineptæ, & insufficientes, quod sanè aliter fieri nequibat, nisi prævia nova Citatione, & Decreto, quibus deficientibus, ipsi fuerunt in suprema bona fide, & potuerunt credere, defensiones fuisse à Judice admissa, & approbatas; Undè semper firmum
39 stat, quòd Sententia, contra eos lata sine nova Citatione, & cum læsione eorum bonæ fidei, est undique nulla, & invalida, ut advertunt *Ubert. de Citat. capit.* 12. *numer.* 422. *&* *capit.* 16. *numer.* 22. *Rota decis.* 1031. *numero* 8. *coram Emerix jun. cum aliis citatis in decis. primo numer.* 8. *&* 9. *coram Cardinalis Falconerio tit. de Sent. Excommunic. tom.* 3.

Sequitur quarta nullitas dd. Censurarum, & affixionis Cedulorum, exinde promanans, quòd illæ latæ fuerunt post Appellationem ad Sanctissimum, & hanc Sacr. Congregationem, una voce interposi-
40 tam, tam à Merlio, quàm ab aliis Citatis, in casu processus ad ulteriora in Causa; Attenta quippè hujusmodi Appellatione, interjecta post adductas causas, & fundamenta nullitatis, & injustitiæ comminatæ Excommunicationis, ligatæ erant manus Curiæ Episcopalis, quæ procedere non poterat ad actum irretractabilem publicationis Sententiæ, & illius exequutionem, egregiè *D. Bernard. Epist.* 156. *ad Innoc. Papa inter ejus Opera fol. mihi* 1544. ibi -- *Etiam post Appellationem tui nominis ausi sunt exercere &c.* cum aliis apud *Rotam decis.* 306. *à numer.* 1. *coram Triolo, & decis.* 93. *numer.* 5. *&* 6. *coram Otthobon.* & per consequens Sententia, & alia omnia, gesta post Appellationem, nulla, & irrita remanserunt,
42 juxta *Text. in cap Pastoralis §. Verùm de Appell.* ubi *Franch. numero* 3. *Lancellott. de Attent. part.* 2. *capit.* 12. *ampl.* 17. *numer.* 27. *&* 28. *& capit.* 14. *limit.* 21. *numer.* 4. *Spad. consil.* 141. *numero* 33. *& seqq. libr.* 1. *Scacc. de Appell. quæst.* 17. *limit.* 22. *numer.* 54. *Farinac. quæst. crim.* 101. *numer.* 70. *Pignatell. dicta consult.* 27. *numero* 6. *Ricc. decis.* 103. *numer.* 3. *libr.* 3. *Sperell. dicta decis.* 48. *numero* 7. *& seq. libro primo* optimè *Rot. dict. decis. Card. Falconerio de Sent. Excomm. tom.* 3.

Recurrente hìc circumstantia, superiùs ponderata, quòd nimirum non fumus in casu Excommunicationis, latæ à Jure, aut Sententiæ declaratoriæ incursus in Censuras, sed ex opposito agitur de Censuris, latis ab homine, & de Judicio, via ordinaria intentato, ad infligendam pœnam, & condemnationem,
43 Excommunicationis, ùt patet ex verbis Monitorialium, comparitionis Promotoris Fiscalis, & ipsius Sententiæ, transcriptis; Quo sanè casu absolutissimum est, quòd Appellatio admittitur à futuro gravamine, & Ordinarius debet huic Appellationi deferre, & si, ea non obstante, ad Sententiam procedit, hæc est nulla, cum omnibus, indesequutis, ut, præter mox citatos, distinguendo inter Censuras, latas à Lege, & alias latas ab Homine, ac inter Sententiam declaratoriam, & condemnatoriam, explicat *Fagnan. in capit. Super eo* 2. *de Appell. à numer.* 46. *ad* 50. ibi -- *Ante Sententiam admittitur Appellatio ad hoc futuro gravamine, itaut si à comminata, Excommunicatione appellatum fuerit, Excommunicatio, postea lata, sit ipso Jure nulla, ut in capit* 1. *& ibi Glos. &c. Quamvis enim regulariter in Judicio non detur Appellatio à futuro gravamine, ut hìc, & in capit. Ut debitus &c. Tamen hoc fallit, si comminatum gravamen sit irreparabile, qualis est Censura Ecclesiastica, ut per Felin. &c. Quamobrem Citatus ad dicendum causam, quare non debeat excommunicari, potest appellare, & Ordinarius debebit huic Appellationi deferre, ut ex dictis constat. Secus est, si quis citetur ad dicendum causam, quare non debeat declarari, incidisse in Excommunicationem, quia cùm à declaratoria detur Appellatio, etiam suspensiva &c. illius comminatio non infert gravamen, quòd reparari non possit* 45
per Appellationem -- Concludens demùm quòd hanc differentiam, & distinctionem Censurarum sæpiùs approbavit Congregatio Concilii.

Censuræ igitur nequeunt sustineri, & forent omnino revocandæ ex capite multiplicis, & evidentissimæ nullitatis, sed in idem conspirat earundem injustitia, quæ non potest esse magis clara magisque notoria; Ut enim superiùs indicationus in expositione facti, unicum fundamentum Censurarum positum fuit in eo, quòd Merlius, & Morgantes, uti Socii, 46
& Interessati in Macello communitativo, ægrè tulissent aperitionem Macelli pro usu Ecclesiasticorum, ubi Carnes viliori pretio vendebantur, & ideo in ejus odium attentaverint sequestrationem Animalium, & Carnium, ut plenissimè patet ex Testibus, à Curia Episcopali examinatis; Ex comparitionibus, & In- 47
stantiis Promotoris Fiscalis & ex ipsis Literis Monitorialibus, Sententia, & Cedulonibus, quæ darè ita cantant in Summario.

Hoc autem suppositum fuit, & est undique erroneum, ac mendicatum à Ministris Curiæ Episcopalis, ad effectum colorandi præsentem vexationem, totiès comminatam Merlio occasione aliarum Litium, habitarum super fraudibus, in quibus dicta Curia perpetuò sucubuit. Revoluto siquidem toto Processu Causæ, rimatisque singulis depositionibus Testium, qui tam ante, quàm post Sententiam fuerunt exami-
nati, nullum omnino vestigium, vel fumus habetur 48
probationis, quòd prædicta Carceratio, seu sequestratio processerit ad instantiam Morgantis, seu Merli pro Interessse Macelli Communitativi, dum omnes Testes deponunt quidem univocè circa factum executionis, & Carcerationis, sed interrogati de illius causa, & titulo, respondent, id ignorare. Ideòque Censuræ, tanquam latæ ex causa merè ideali, & nullatenùs verificata in Processu, sunt manifestè injustæ, ac revocandæ, quia, juxta communem Theologorum, & Canonistarum Sententiam, illæ debent esse innixæ causæ, quæ sit plenè, & concludentissimè probata, ut docent *Sayr. de Censur. libro primo capit.* 17. *à numero quarto Bonac. Oper. moral. eod. tract. disput.* 1. *quæst.* 2. *par.* 10. *numer.* 4. *Sot. in* 4. *distinct.* 22. *quæst. prima art.* 3. *conclus.* 1. *Sperell. decis.* 48. *numer.* 26. *& decis.* 7. *numer.* 77. *Pignat. consl.* 11. *num.* 5. *tom.* 9.

Quamquam verò aliqui ex Testibus, Interrogationibus Fisci fatigati, opinari, vel suspicari dixerint, quòd potuerit dicta Carceratio sequi ex causa Macelli
Communitativi, ibi -- *Io per me ò inteso dire &c.* rur- 50
sùs -- *Io di certo à quanto V. S. mi domanda, non posso rispondere di saperlo, ma ò inteso dire alcune cose* ac pariter alibi, ita -- *Io per me non lo sò, mà fù detto frà le Genti &c.* hæc tamen assertio dubitativa, & consistens in opinione, & divinatione super re, non apparente, neque oculis corporeis subjecta, nullum

51 omnino gradum probationis constituit in quavis in differenti materia, ut firmat *Rota decis.* 538. *numer.* 18. *coram Buratt. & decis.* 406. *numer.* 15. *cor. Ludovis. & decis.* 397. *numer.* 10. *& decis.* 548. *numer.* 36. *& seq. part.* 19. *rec. & decis.* 5. *sub numer.* 6. *ad Ornat. Card. de Luc. super Conflict. legal.* & multò minùs in materia pœnali, & admodum gravi Censurarum, in qua probationes debent esse univocæ, & perfectis-
52 simæ, nec procedi valet per possibilitates, & præsumptiones, ut docent *Novar. part.* 2. *quæst. for.* 18. *num.* 1. *& seq.* & in specie *sub num.* 3. *Sperell. dec.* 49. *num.* 23. *& seqq. Pignatel. dicta consult.* 11. *numer.* 5. *in princ. tom.* 9. ibi -- *Excommunicatio &c. nequit fieri ex præsumptionibus, imò nequidem ex indiciis indubitatis, sed requiritur certa, plena, & concludens probatio* -- *Rot. decis.* 96. *numer.* 3. *coram Ludovis.*, ibique *Add. num.* 7.

Ast, non solùm non probatur, quòd sequestratio Animalium, aliique actus consequutivi facti sint à Merlio, & Morgante pro ass. interesse Macelli Communitativi, sed imò id positivè excluditur per lucem ipsam veritatis; Constat enim, quòd dictum arrestum Animalium, & carnium, aliaque omnia, gesta
53 fuerunt ad Instantiam Merlii, uti Appaltatoris Cameræ, pro Interesse Thesaurariæ, ac titulo fraudis, ob introductionem dd. Animalium, & venditionem Carnium absque solutione Gabellarum, ut apertissimè resultat ut Relatione Baroncelli, sive Exequutoris, immediatè post exequutionem exposita, ibi
54 -- *Senza che le medeme siano state accusate alla Dogana publica di questa Città, e pagata ad essa solita, e dovuta Gabella.*

Idemque ad evidentiam comprobatur, tam ex Instantiis, successivè factis per Merlium coram Gubernatore Asculi, uti Judice de legato per Thesau-
55 rarium Generalem, in quibus dictum fuit -- *Senza esser stata pagata a Me la solita Gabella dell' introduzzione, come Tesoriero di questa Città &c. e senza esser stata la medema Carne accusata, e pesata dal mio Ministro* -- & rursùs ibi *Et stante*, quòd *Adversarii ausi fuerunt introducere Vervices, eosque mactari facere cum defraudatione Gabellarum quæ R. C. A. seu huic Thesaurariæ debentur* --. Quàm etiam ex Testibus, ab eodem Merlio examinatis coram prę-
56 dicto Gubernatione, ad hunc effectum præcisum probandi fraudes Gabellarum, ac demum ex solemni Declaratione, & Protestatione, quam Merlius emisit statim ac citatus fuit, pęnes Acta Curiæ Episcopalis, cum exhibitione Processus, & Actorum, gestorum in Curia Gubernatoris ibi -- *Non già, come erroneamente si pretende &c. in qualità d' Interessato nell Appalto del Campione di detta Città ne ad effetto di far chiudere il Macello, che si è aperto &c. ma è stata fatta la d. fraude, come Tesoriere*
57 *della R. C. A. per le Gabelle, che mi si devono, e defraudatemi da detto Ricci* -- & concordat alia similis Declaratio, emissa penes Curiam Episcopalem ab Exequutoribus data in Summario.

Ex prædictis autem actibus, & signanter ex Relatione Exequutoris, exposita in eodem actu carcerationis, & tempore habili, & non suspecto, ac priùs quam Curia Ecclesiastica procederet ad comminationem Censurarum, oritur plena, & perfecta probatio veritatis, & tituli; cujus vigore pro-
58 cessum fuit ad d. exequutionem pro solutione scilicet Gabellarum, & titulo fraudis, indeque ponitur in aperto injustitia Censurarum, utpotè qui latæ fuerunt ex alia causa, penitùs falsa, & erronea, nempè pro supposito Interesse Merlii *in Macello Communitativo, & in odium aperitionis alterius Macelli pro usu Ecclesiasticorum*, quæ in universum excluditur ex evidentia facti, & ex actibus solem-
59 bus, & judicialibus, ut appositè notant *Tusc. Conclus. Juris. verb. Sent conclus.* 140. *num. primo Gabriel. de Sent. conclus.* 7. *numer.* 2. *Nigr. de Exequut. rei judic. capit.* 6. §. 11. *Altimar. de Nullit. tom.* 2. *rubr.* 12. *quæst.* 29. *numer.* 36. *vers. Et idem esset, Pignatell. consult.* 11. *numer.* 5. *tom.* 9. ibi -- *Cùm igitur Excommunicatio feratur ex falsa, & erronea causa, illaque non sit vera, realis, vel non sufficienter probata, communis Scola Theologorum, & Canonistarum tenet, Excommunicationem esse nullam, & injustam &c. ut rescripsit Gelasius Papa in can. Cui est illata* 11. *q.* 3.

Nullius propterea momenti est, quòd Merlius haberet etiam interesse in Macello Communitatis, in Appaltum susceptо per Jo Morgantem; Nam, ultra quòd id non probatur, nisi ex Dictis Testium, depo. 60
nen. de auditu, ac propria credulitate, & opinione, qui propterea nihil concludunt, ut supra notavimus; Eo etiam præsupposito, non tamen exindè sequitur, ut actus exequutionis, & carcerationis dici debeat consumatus ex causa, & pro Interesse ejusdem Macelli, sive, quia in materia odiosissima Censurarum procedi nequit per illationes, & possibilitates, sed requiruntur probationes univocæ, stringentissimæ, & neces- 61
sario concludentes ex auctoritatibus, supra allegatis; sive, quia, cùm, etiam in sensu Patris; Merlius habeat duplicet titulum unum scilicet pro interesse Marcelli communitativi; & alium pro interesse Gabellarum, non est allegabilis ratio, propter quam exequutio referenda potiùs sit ad titulum Macelli, quàm ad alium Gabellarum, quin potiùs omnia Jura clamant, ut actus referri debeat ad titulum, & Jus Gabellarum, uti exclusivum delicti, ac pęnæ Censuram, ut 62
tradunt *Grat. discept.* 365. *numer.* 42. *& seqq. Rot. decis.* 780. *num.* 4. *coram Pennia, dec.* 819. *num.* 1. *coram Emer. jun. & decis.* 354. *coram Crispo*, & potiùs ad causam, quæ licita est, quàm ad illicitam per *Text. in l. Merito* 3. *ff. Pro soc. Rot. decis.* 253. *numer.* 14. *&* 15. *coram Otthob. & decis.* 17. *numer.* 11. *part.* 18. *recent. & decis.* 32. *numer.* 3. *&* 9. *in Mantiss. Card. de Luc. de Judic.*

Sed vanum est pugnare sub Vexillo præsumptionem; quando habemus factum clarum, & incavillabile, ex quo resultat, exequutionem factam fuisse ad Instantiam Merlii Thesaurarii ex titulo Gabellarum, ut latè, & per evidentiam facti supra ostendimus. Silere enim debent conjecturæ, & præsumptiones, quando constat de veritate in oppositum, & impossibile erit substinere per subtilitates, & possibilia, 63
quòd exequutio processerit ex causa Macelli Communitativi, quando id excluditur ex Relatione Exequutoris, atque ex aliis actibus contemporaneis, successivis, & ex Processu; fabricato coram Gubernatore Asculi, delegato a Thesaurario in Causis fraudum, & Gabellarum, ex quibus probatur negativa coarctata, & ponitur in aperto, ac in statu evidentiæ innegabilis, quòd in hoc actu fuit unicè de- 64
ductum Jus, & titulus Gabellarum, sine ulla mixtura alterius tituli, seu interesse, ad *Textum in leg. Continuus §. Cùm Ita ff. de Verb. oblig. animadversa per Card. de Luc. de. Regular. disc.* 36. *numero* 9. *& Surd. cons.* 61. *num.* 48. *& firmata per Rot. coram Otthobon. dec.* 194. *n.* 9.

Irrito autem conatu substineri contenditur, quòd Merlius, nec etiam linea Thesaurarii, procedere potuerit ad actum supradictæ Carcerationis in præjudicium Macelli, aperti pro usu Ecclesiasticorum, nec facere valuerit fraudem pro Gabellis, minimè debitis ab Ecclesiasticis in rebus, quæ inserviunt pro eorum usu, in cujus assumpti verificationem Curia Episcopalis post latam Sententiam conata est adstruere alias probationes, & depositiones Testium; Nam primo loco, sublato de medio erronea illo supposito, & fundamento, quibus nituntur Censuræ, quòd ni- 65
mirum processum fuerit ad exequutionem *intuitu, & causa Macelli Communitativi, & in odium aperitionis novi Macelli pro usu Ecclesiasticorum*, hoc casu jam res confecta est respectu Morgantis, qui nullum habet Interesse in Appaltu Thesaurariæ, & Gabellarum, quinque propterea nullo justo colore, vel colorata condemnari potuisset, prout certè non potuit in pęnam Excommunicationis, ob actum, in quo ipse nullam partem habet, nullumque obtinet imaginabile interesse, & sic neque culpam contrahere, neque penam ullam mereri potuit *L. Sancimus* 66
C. de Pen. Rot. decis. 86. *num.* 52. *& dec.* 393. *num.* 21. *par.* 6. *rec.* & cum aliis adductis in *dec.* 578. *nu.* 3. *cor Crispo.*

Ulte-

Ulteriùs ex hoc novo fundamento Censuræ convalidari nequeunt, nec etiam respectu Merlii, ac respectivè Ministrorum, & Exequutorum; Quippè cùm illæ sint fundatæ in alia causa diversa, respiciente Interesse Macelli Communitativi, & odium
67 aperitionis Macelli pro usu Ecclesiasticorum, ut liquet ex omnibus, gestis ante Sententiam, & ex ipsis Literis monitorialibus, sub quibus Sententia fuit publicata, Utique, detecta istius causæ insubsistentia, & erroneitate, recurri non potest pro eis substinendis ad novam diversam causam, & multò minùs ad novas probationes, post Sententiam deductas, quia in omnibus actionibus criminalibus, ubi agitur de delicto, & pœna, ac præsertim de illa Censura-
68 rum, quæ omnium est acerbissima, sententia debet verificari, & esse probata ex iisdem Actis, neque ad illam substinend. nove probationes admittuntur, aut alia diversa causa potest allegari, ut probant *DD. in cap. Licet de Sent. Excom. in 6. Add. ad Buratt. decis.* 251. *numer.* 15. *Card. de Luc. disc.* 36. *numer.* 41. *de Judic.* cum aliis, supra citatis, & generaliter *Rota decis.* 576. *numer.* 11. *cor. Cerro, & decis.* 229. *numer.* 6. *cor. Benincasa.*

Cujus rei evidens est ratio, quia hæc nova causa, quæ allegatur, requirit novum Processum, Libellum, ac Monitionem, ad hoc, ut Reus super novo delicto possit suas facere defensiones, & propterea Processu, jam fabricatus, & Sententia, jam lata ex alia causa, & delicto, nequit ex alio diverso titulo, vel delicto convalidari, neque Ius, & ordo Judiciorum patitur, ut Inquisitus, & Condemnatus pro uno delicto, illo excluso, pati debeat Sententiæ executionem pro diverso delicto, pro quo non fuit mo-
69 nitus, neque condemnatus, & super quo facere non potui suas defensiones, ut præ cæteris explicat *Vermigl. cons.* 224. *num.* 1. & tradunt *Vant. de nullit. tit. coram quo poss. vel deb. nullit. oppon. num.* 7. *& seqq. Farinac. qu.* 81. *numer.* 67. *& Cartar. de Exequut, sent. Capto Bannit. c. fin. num.* 216. *& seqq.*

Cæterùm in ea quoque figuratione, quòd Censuræ fundatæ essent in hac nova causa Animalium, & Carnium, factæ à Merlio pro Jure Gabellarum, illæ forent injustæ, & revocandæ; Quippè Merlius ad hunc actum processit ex legitimo titulo Appaltus, stipulati cum Rev. Camera, & quidem coram Judice competente, scilicet Thesaurario, sive Gubernatore Asculi, ab eo delegato, qui non erat Judex merè laicus, ut supponitur in Monitorialibus, & Sententia Excommunicationis, in quibus dicitur,
70 Animalia fuisse asportata -- *ad Tribunal laicale* --; Sed habebat amplissimam Jurisdictionem, & facultatem procedendi etiam contra Ecclesiastico, toties comprobatam ex Oraculo Papæ, juxta dictam Epistolam Secretariæ Status, & Chirographum. Innocentii XII. ac totiès confirmatam in contradictorio Judicio ex innumeris Decretis Auditorum San-
71 ctissimi, ut supra in facto præmisimus, & constat ex Summario. Unde in his terminis datum non est percipere, ubi nam fundari valeant Censuræ, & ass. læsio Immunitatis Ecclesiasticæ, quæ nunquam in æternum poterit figurari in exequutione, facta etiam contra Ecclesiasticos, vel eorum Bona sub auctoritate Judicis, qui habebat ex ore Pontificis Jurisdictionem procedendi etiam contra Ecclesiasticos, dum hoc casu omnia, quæ gesta sunt, haberi debent, perindè ac si expleta fuissent auctori-
72 tate ejusdem Summi Pontificis, qui Jurisdictionem, & potestatem dedit procedendi, ad *Text. in capit. Ut fame* 35. *vers. Cùm non ipsi de Sentent. excom. & in cap. Adversus de Immun. Eccles.* & egregiè notat *del Ben. de Immunit. Eccles. cap.* 1. *dub.* 2. *sect.* 3. *num.* 7. *& seqq.*

Extranea verò à præsenti quæstione ne subalterna inspectio, an scilicet Merlius exigere posset Gabellas pro Animalibus, destinatis servitio Macelli, aperti, ut asseritur, pro usu Ecclesiasticorum; Id enim re-
73 spicit merita Causæ, & negocium principale, an scilicet Gabella debeatur nec ne, de quo agitur partes, & illius decisio dependet à qualitate Gabellarum, à qualitate personarum, dictum Macellum exercentium, aliisque circumstantiis, in sua sede examinandis; Nil verò commune habet cum justitia, vel injustitia Censurarum, & læsione Immunitatis ecclesiasticæ, ad quem effectum unicè spectari debet, an aliquid fuerit attentatum contra Ecclesiam, & Personas Ecclesiasticas laicali authoritate, & coram Judice incompetenti, itaut turbata fuerit Immunitas eccle-
siastica, exanimadversis in specie per *Card. Petra ad* 74
Constitut. Apostolic tom. 1. *constitut.* 1. *Leon. IX. sect.* 2. *sub num.* 80. *fol.* 184.

Ultra quòd examen istius articuli tangit interesse privatum, & particulare Ecclesiasticorum, qui nullam habent partem in Processu, facto pro Censuris, & Litem instaurarunt ad Partes, & de facto hæc Controversia super prætensa exemptione à Gabellis ab eisdem Ecclesiasticis introducta fuit, prævio Monitorio in Tribunali A.C. Cùmque dictus Merlius illam
reassumi curaverit coram Thesaurario, placuit deinde 75
Proauditori Sanctissimi Partes remittere ad hoc Supremum Tribunal, & consequenter hujusmodi inspectio, vigens cum aliis personis, & expectat adhuc Judicis decisionem, non respicit Interesse Curiæ Episcopalis, & nihil conducit ad punctum Censurarum.

Quatenùs igitur per falsam hypotesim figurari posset, quòd hujusmodi Gabella non deberetur, hoc casu exequutio, facta à Merlio, revocanda foret via ordinaria, & legali ad Instantiam Ecclesiasticorum, uti nulla, & injusta, nunquam verò ex hoc capite Curia Episcopalis convolare poterat ad formidabile remedium Censurarum, aliàs in omnibus Causis, etiam civilibus, in quibus facta fuit exequutio personalis, &
realis contra Clericos vigore Mandati Judicis eccle- 76
siastici, devenîri posset ad Censuras adversus Creditorem sub prætextu, quòd aliquid plus debito, vel injustè postulaverit; Quod sanè foret absurdum & absurdissimum, & contra omnes regulas, & principia, & quibus absolutum est, quòd remedium Censurarum non est adhibendum in causis contentiosis,
nisi in subsidium, & quando non competit aliud re- 77
medium ordinarium, ut notant *Navarr. in Summ. cap.* 26. *numer.* 10. *& Rot. dec.* 327. *num.* 5. *post primum vol. Cons. Farinac.* Nec adeo de facili hujusmodi pœna, qua nulla est terribilior, infligi potest ad monitum *Sac.*
Conc. Trid. sess. 25. *de Reform. cap.* 3. ibi -- *Sobriè ta-* 78
men, magnaque circumspectione exercendus est -- *Sayr. de Censur. libr.* 1. *cap.* 1. *num.* 13. *Bellet. Disquis. Cleric. part.* 1. *de Favor. Cler. Can.* §. 5. *numer.* 6. *&* 7. *Card. de Luca ad Concil. disc.* 42. *numer.* 1. *& de Benef. disc.* 74. *numer.* 6. *Rot. dec.* 82. *num.* 3. *coram Ansaldo* ibi -- *Remedium Excommunicationis non est, nisi telum subsidiarium, quo Ecclesia, tanquam beni-*
gna Mater, quodammodò alio medicamine desperato, 79
ferit Inobedientes --; Unde facilitas illa adhibendi passim Censuras reprobatur, & aliàs reprobata fuit quod ipsam Curiam Episcopalem Asculi à Congr. Episcoporum *in Asculana* 8. *Februarii* 1715. *Ponente Cardinali Casino de qua in tom.* 1. *part.* 2. *discept.* 12. *in fin.* ubi transcribitur etiam Epistola, scripta Episcopo Ascu-
lano qua ei injungitur -- *Quanto alle Censure, publica-* 80
te da Monsignor Vescovo &c. per l'avvenire si contenti d'astenersi da infliger loro simil pena, che i Sagri Canoni vogliono, che non si debbano usare, se non con gran cautela, egual maturità &c.

Eo etiam addito, quòd ad effectum, de quo agitur, sufficit ipsa dubietas, & quæstio, hodiè reassumpta super eo, an Gabellæ prædictæ debeantur; Quin imò palam est, quòd Merlius fuit in suprema bona fide, & justè putavit, sibi competere Jus exigen. supradictas Gabellas ex solidissimis fundamentis infra
adducendis, idque longè, latèque exuberaret pro 81
ejus absolutione, nam ad effectum evitandi Censuras, requirentes malitiam apertissimam, & dolum ex proposito, satis est, quòd actus fieri potuerit cum bona fide, & probabili titulo, ut docent *D. Thom. in* 4. *distinct.* 18. *quæst.* 3. *art.* 3. *Covar. in cap. Alma Mater part.* 1. §. 9. *numero primo de Sent. Excom. Suarez. de Censur. disp.* 2. *sect.* 2. *numero* 105.

Benac.

Bonac. de Cens. in Bull. Cen. disput. 1. *qu.* 21. *punct.* 1. *num.* 25. *Card. de Luc. in Miscell. Eccles. disc.* 19. *nu.* 7. *& de Jurisdict. disc.* 52. *num.* 8. cum aliis apud *Pignatell. consult.* 11. *num.* 1. *tom.* 9.

Hæc sunt, quæ pertinent ad merita Causæ; Quoniam verò Pars Adversa malum Jus fovere cognoscens, tota erit in intrinsecis præsidiis, & exagerationibus proponendo, quòd sequestratio Animalium, & occupatio Carnium, aliique actus exequutionis, facti fuerint cum strepitu, & scandalo Populi, & Civitatis, ideò repetere cogimur, quòd hujusmodi apparatus, & exclamationes nihil conferunt ad intentum substinendi Censuras, & de cætero Merlius in hac parte usus est Jure suo, & pro Jure Gabellarum, & fraudum devenit ad exequutionem cum legitimo titulo, promanante ab Instrumento publico, & Chirographo Pontificio, & sub authoritate Judicis competentis, & ecclesiastici, qualis est semper in hujusmodi materiis Thesaurarius Generalis, ut notant
82 in puncto *Grass. de effect. Cleric. effect.* 3. *num.* 287. *& Fattinell. resp.* 89. *num.* 11. *lib.* 1. Unde in his terminis cessat omnis prætextus violationis Immunitatis, & Censurarum, ad quas colorandas vanum est allegare motivum scandali, & publicitatis, quia ista ex natura rei erat inevitabilis, dum Animalia publicè vagabantur per Civitatem, & Carnes vendebantur in publico Macello, itaut si facienda aliquo
83 modo erat exequutio, & nonnisi publicè, & palam fieri poterat, neque datum erat ad illam, remotis Arbitris, & sine lucis testimonio devenire, & in hoc passu non credimus allegari posse Constitutionem ullam, vel Canonem, firmantem, quòd ex isto capite irroganda sit pœna Censurarum.

Eademque responsio congruit aliis declamationibus, exadverso forsan emittendis super eo, quod Merlius in aliis casibus fraudum processerat cum strepitu, & violentia, carcerari faciendo Personas, Animalia, & Merces Ecclesiasticorum; Quippè, quia ad probandas ass. violentias satis non est allegare factum Carcerationum, & exequutionum, sed docere opus est, quòd istæ fuerint injustæ, indebitæ, & ex-
84 pletæ sine legitimo titulo, & authoritate, aliàs Merlius utendo Jure suo, nulli injuriam, aut violentiam dicitur irrogasse ad *Tex. in l. Nemo damnum* 195. *ff. de Reg. Iur. cap. Cùm Ecclesia Vulterrana* 31. *vers. Quia non videtur de Elect.* cum aliis vulgatis. Id verò nunquam exadverso probari poterit, dum singulæ exequutiones, factæ pro fraudibus, fuerunt in contradictorio Judicio confirmatæ, suumque habuerunt effectum, mediante reali solutione, ac respectiva exactione Gabellarum, & pœnæ, nullumque miserabile exemplum adduci poterit in contrarium, itaut tantùm absit,
85 quòd ex hisce circumstantiis, de cætero extraneis à puncto quæstionis, salvari possint Censuræ, de quibus agimus, ut imò exinde aggravetur earum nullitas, & iniustitia, dum palpatur manibus, illas fuisse relaxatas in odium exequutionum, ritè pluries factarum ob fraudes, commissas ab Ecclesiasticis, prout iam dudum, & pluries Ministri Curiæ Episcopalis fuerant comminati, & postea inhibiti per superventa Decreta Auditorum Sanctissimi, superiùs memorata.

Die 26. Septembris 1730. proposita Causa in Congregatione Immunitatis per Ancajanum, responsum fuit: *Esse ablocandos ad cautelam.*

DISCEPTATIO XLIV,

Bituntina prætensi Matrimonii

PRO

Crescentio Franco

CUM

Antonia Rosella

ARGUMENTUM.

Matrimonium, contractum coram Parocho, Missam celebrante, & non audiente verba Sponsæ, neque vidente signa illius consensus, an sit validum.

Supponitur in facto, quod ex depositione Parochi Ecclesiæ S. Severi, & ex concordi attestatione duorum Testium, constet, die 21. Julii 1721. eo tempore, quo idem Parochus Missam incipiebat, accessisse propè Altare Crescentium Francum, & Antoniam Russiellam, quorum primus alta voce dixerit; *Questa è mia Moglie*, secundam verò pariter dixerit: *Questo è mio Marito*, uterque indicando seipsos ad invicem.

Supponitur pariter in facto, quod idem Parochus, intentus ad prosequutionem sacrificii, nullatenus ter- 2
ga verterit, sed Missam continuavit; Ingenuè nihilominus fatetur, se cognovisse vocem d. Crescentii, quem tamen non vidit; Nullatenus autem vidisse Antoniam, minusque illius vocem cognovisse; Ex qua facti serie, mihi de Partibus transmissa, oritur dubium validitatis ejusdem Matrimonii.

Scribens autem pro dicto D. Crescentio, nullitas d. Matrimonii videtur clara, quia ad illius validitatem ex rotunda dispositione *Sacri Concil. Trid. sess.* 24. *de Reform. Matrim. cap.* 1. omnino requiritur, ut Pa- 3
rochus perfectè intelligat consensum Contrahentium, ad hoc ut possit esse Testis ejusdem contractus, itaut si illi, qui primum matrimonium contraxerunt, velint iterum secundum contrahere, possit illud impedire, juxta ea, quæ sequendo eandem conciliarem di- 4
spositionem observant *Cabassut. in Not. ad Concil. Trident. num.* 53. *Herintz. in Theolog. scholast. moral. tract.* 5. *de Spons. & Matrim. quæst.* 2. *numer.* 23. *& seqq. Rent. in Encyclop. univers. Theolog. moral. tom.* 2. *lib.* 1. *de Sacr. tract.* 8. *de Matrim. cap.* 3. *sect.* 4. *part.* 12. *vers. Difficultas fol.* 507.

Eo igitur ipso, quod in nostro casu seriò attestatur, & maiori serietate cum iuramento idem Parochus fatetur, se non cognovisse vocem Antoniæ, mi- 5
nusque illam vidisse, quando Crescentius ei dixit: *Questa è mia Moglie*, nullitas eiusdem matrimonii videtur clara, quia non potest esse Testis, neque nutuum, neque verborum eiusdem Antoniæ, & consequenter deficit eius præsentia moralis, & humano modo, seu cum tali attentione, advertentia, & cognitione, ut possit esse Testis contracti matrimonii, dum Parochus nullam aliam facit figuram, quàm Testis Ecclesiæ qualificatio, ut notant *Piasec. in Prax.* 6
part. 2. *cap.* 4. *art.* 4. *num.* 18. *Pont. de Matrim. lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 8. *Boss. cod. tract. cap.* 3. *num.* 21. *Card. Pallavicin. in Histor. Conc. lib.* 22. *cap.* 8. *num.* 16, *&* 17. latè *Fagnan. in cap. Quod Nobis num.* 54. *de Clandestin. Desponsat. & in cap. Literæ num.* 23. *de Matrim. contract. contra Interdict. Eccles. & Rot. decis.* 375. *nu.* 9. *part.* 11. *recent. & in Neapolitana Matrimonii* 21. *Aprilis* 1681. *§. Nec refert coram Albergat.* hodiè impressa *in Tom.* 2. *Miscellan. Pompeii Ursayæ mei Filii d.* 29, *n.* 10.

Nec dicatur, quod illa intelligentia, & Vocis cognitio, quæ revera in illo est innegabilis respectu An- 7
toniæ, attribui debeat eidem Parocho, qui poterat terga vertere, & non solùm vocem, sed ipsammet An-

Antoniam cognoſcere, & interrogare, & conſequenter ex dicta non intelligentia, ſeu non cognitione Vocis ejuſdem Antoniæ, inferri non poſſit nullitas matrimonii, quæ non poteſt, neque debet pendere a mea voluntate Parochi.

Reſponſio ſiquidem in promptu eſt, quod ſcilicet Parochus non poterat, nec debebat id facere, dum Matrimonium attentabatur contra Interdictum Eccleſiæ, ſeu non ſervatis ſolemnitatibus, ab illa præſcriptis, in quibus circumſtantiis Parochi tenentur potiùs reſiſtere, quàm aſſiſtere Matrimonio, taliter
8 attentato, idque ſub pœna ſuſpenſionis à Divinis, & ſub mortali peccato, ut de prima concluſione videre eſt *in capit. Cum inhibitio de Clandeſtin. deſponſat. & apud Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. de Reform. Matrimon. cap. 1. num. 31. Majol. de Irregularitat. lib. 3. cap. 25. num. 27. Guttier. de Matrim. cap. 75. numer. 31. Gavard. in Theolog. exantiquat. tom. 9. quæſt. 2. de Matrim. artic. 8. numer. 16. Raynald. obſervat. criminal. tom. 4. ſupplet. 3. ad cap. 22. numer. 18. & Rota in Leodien. Matrimonii 29. Aprilis 1699. §. Nec relevat*
9 *cor. Triol.* Et de ſecunda videre eſt *apud Sanch. de Matrimon. lib. 3. diſputat. 5. num. 5. & ſeq. Ugolin de Sacrament. titul. de Matrim. quæſt. 25. num. 3. Romaguer. ad Conſtitut. Synodal. Gerunden. lib. 4. titul. 1. cap. 5. nu. 7. & ſeqq. Zerol. in Prax. Epiſcopal verb. Matrimonium fol. 144. Groſſ. in Theolog. moral. tom. 4. titul. de Matrim. art. 4. num. 18. & Card. de Luc. de Matrim. diſc. 2. num. 7.* ubi refert reſolutionem Sacr. Congr. *& diſc. 26. ſub num. 5.*

Neque intrant in præſenti termini affectationis Parochi, valentis, & nolentis audire conſenſum ſponſorum, vel fugiendo, vel occludendo aures, vel claudendo Portam propriæ Domus, vel aliis modis, qui à DD. exemplificari ſolent, & in quibus neque etiam dubitari poteſt de nullitate Matrimoniorum, quando Parochi, affectantes non audire, revera non
10 percipiunt conſenſum ſponſorum; ut Me ſcribente, non ſolum reſolutum fuit *à Sacr. Congr. Concilii in Romana Matrimonii 7. Martii 1700.* ſed reprobata fuit opinio illorum Doctorum qui cenſent, in iſtis circum-
11 ſtantiis ſufficere ſolam præſentiam phyſicam, ſeu materialem Parochi, qualis eſt illa, quæ verificatur in caſu affectationis non audiendi, & revera non audientis, ut videre eſt *in Tom. 1. part. 2. diſcept. 2. per tot. & ſignant. num. 214.*

Ea ratione quia mihi in facto ſupponitur, quod Parochus non ſibi obſervaverit aures, neque ab Altare
12 diſceſſerit, ſed ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium cum omni quiete, & pace perfecerit, & terminaverit.

In iſtis ſiquidem circumſtantiis ſibi ipſis imputare debent Contrahentes, ſi eorum conſenſum taliter non expreſſerunt, ut illum Parochus perfectè audiret, quia ad validitatem Matrimonii indiſpenſabiliter requiritur talis expreſſio conſenſus coram Parocho, ut in caſus contingentia iſte poſſit illum aperire Eccleſiæ, de eoque teſtimonium perhibere, juxta authori-
13 tates, ſupra allegatas, Pro qua opinione habemus Textum literalem *in leg. Coram Titio ff. de verbor. ſignificat.* cujus verba ſunt hæc -- *Coram Titio aliquid facere juſſus, non videtur præſente eo feciſſe, niſi is intelligat,* quem in noſtris terminis ſequuntur *Veracrux in ſpecul. Conjug. in Appendic. dub. 5. concluſ. 4. fol. 14. Franciſc. Bonæſpei in Theolog. ſcholaſt. tom. 5. diſput. 5. de Matrim. dub. 1. num. 12. & num. 29. Marchant. in Tribunal. Sacramentor. poſt Tom. 3. in reſolutionib. de Matrim. fol. 33.*

Minus replicetur, quod de eodem conſenſu, coram Parocho à Sponſis expreſſo, deponam duo Teſtes,
14 in omnibus conteſtes, tam de verbis, quam de indicationibus. *Queſto è mio Marito; Queſta è mia Moglie;* Quia juxta claram diſpoſitionem *Sac. Conc. Trident. in ſeſſ. 24. cap. 1. de Reform. Matrim.* ad iſtius validitatem non ſufficit præſentia cum intelligentia duorum Teſtium, ſed, ultra illam, indiſpenſabiliter requiritur præſentia cum intelligentia Parochi, ſeu Te-
15 ſtis Eccleſiæ, juxta illa clara verba -- *Qui aliter, quam præſente Parocho &c. & duobus, vel tribus Teſtibus, Matrimonium contrahere attentabunt, Sancta Synodus &c. hujuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit.*

Ex quo uno ore inferunt Theologi, & Canoniſtæ quod, deficiente præſentia cum intelligentia Parochi, ſeu, iſto non percipiente conſenſum amborum Con- 16
trahentium, vel unius ex illis, nullum eſt Matrimonium, etiam ſi illud contrahatur, vel coram omnibus Vicinis ut videre eſt apud *Gonzal. in cap. Cùm inhibitio num. 6. de Clandeſt. Deſponſ. Sanch. de Matrim. lib. 3. diſput. 17. num. 7. & Barboſ. de Paroch. cap. 21. num. 61.* vel cor. Magiſtratu, & Plebis multitudine, ex adductis *ab Herintz. in Theolog. ſcholaſt. & moral. tract. 5. de ſponſal. & Matrim. diſp. 5. qu. 2. numer. 25.* Vel in præſentia mille Teſtium, & multarum Perſonarum egregiarum, juxta animadverſa *per Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib. 7. cap. 7. num. 36. Boſs. de Matrim. cap. 1. num. 19. & de Juſtit. de Diſpenſat. Matrim. lib. 2. cap. 6. num. 376. Card. de Luc. de Matrim. diſc. 3.* 17
num. 14. & 15. ubi id ampliat, etiamſi contrahatur cor. magno numero Perſonarum, in maxima etiam eccleſiaſtica Dignitate conſtitutarum.

Non attenta replicatione, quod depoſitio dd. duorum Teſtium, deponentium, de conſenſu ſponſorum, prævalere debet contrariæ depoſitionis Parochi, aſ- 18
ſerentis, talem conſenſum Sponſæ non percepiſſe.

Ultra, quod enim, poſita hujuſmodi contrarietate inter depoſitionem Parochi, & Teſtium, ſemper verum erit dicere, quod Matrimonium eſt nullum, uti 19
contractum, non coram Parocho, & duobus Teſtibus, ſed coram duobus Teſtibus tantum, ex ſupra citatis, quibus addi poſſunt adducta *in tom. 6. p. 2. diſcept. 1. per tot.*

Strictè reſpondemus, quod in diſcordia depoſitionum Parochi, & Teſtium, ſemper præferenda eſt illa Parochi, duplici ratione; Prima, quia teſtatur de re, ad proprium officium ſpectante, quam adducunt Panimoll. *deciſ. 36. nu. 23. & Rot. cor. Cerr. deciſ. 761. num. 13.* ibi -- *Parocho, licet ſingulari, ſolet in hac materia plena fides adhiberi, & in Peruſina Matrimonii 28. Martii 1689. §. In præſenti coram Card. Cacc.* ibi -- *Clarè conſtat ex Fide Parochi, in qua totum reſidet cau-* 20
ſæ momentum, & in dec. 71. nu. 3. & 4. coram Card. Caprar. ibi -- *Ut ex ipſiuſmet Atteſtatione, cui ſtandum eſt, cùm reſpiciat ea, quæ concernunt Parochi officium, & contractum Matrimonii, ut in ſpecie &c.*

Secunda verò, quia Parochus nullum omnino, nec etiam à remotiſſimis, habet in hac Cauſa intereſſe, 21
quæ conſideratio magnam ei fidem auget, ex adductis à *Rota in deciſ. 374. à num. 1. part. 3. recent. & in Luceorien. Matrimonii 5. Maii 1700. §. Quatenus cor. Triol.* in impreſſas *poſt Tom. 2. Miſcell. Pompeii mei Filii dec. 28. num. 10.*

Abſque eo quod inſiſti valeat in illa præſumptione, quod nimis veriſimile ſit, conſenſum Sponſorum perceptum fuiſſe à Parocho, eodem modo, quo ille notus fuit dd. duobus Teſtibus; Palpabilis ſiquidem in- 22
ter utraſque adeſt diſparitas, quia Teſtes, uti conducti ad aſſiſtendum Matrimonio, & uti manentes, unacum ipſis Sponſis, potuerunt, & valuerunt eorundem conſenſum perfectè percipere. Non ſic autem Parochus, cui cùm omnino improviſa, & inopinata accidiſſet talis intentio Sponſorum, fuit quidem eidem facilè percipere materialem ſonitum vocum Sponſorum, ſed non fuit eodem modo facile videre demonſtrationem Sponſæ factam poſt eius tergu, vel cognoſcere illius vocem, cuius nullam antecedentem habebat notitiam.

In omnem verò caſum ſubjungimus cum præciſis verbis docuimus *Gobat. in Theolog. experimentali Tract. 9. num. 461. Præſumptionem tamen, quod re ipſa per-* 23
ceperit percipienda, non eſſe tam firmam, quia Judex eccleſiaſticus, poſſit & debeat fidem habere tali Parocho, jurantis, ſe non intellexiſſe, & concordat *Themund. dec. Luſit. 4. num. 7.* ubi, quod in iſtis circumſtantiis Parochus non poteſt eſſe Teſtis, niſi de credulitate non autem verè, & ex cauſa ſcientiæ, in Cauſa autem graviſſima, qualis eſt Matrimonialis, Teſtis, deponens de credulitate, nihil probat; Admiſſa au- 24
tem huiuſmodi veritate, & credendo iuratæ Parochi

chi Attestationi, se non percepisse consensum Sponsæ, cuius vocem ignorabat, ex cuius signa, videre non poterat uti ad praxim redacta post eius terga, remanet innegabilis Matrimonii nullitas ex defectu talis præsentiæ, ex intelligentiæ Parochi, qualis omnino requiritur ad Matrimonii validitatem ex supra allegatis.

Minusque inferri potest idem consensus Sponsæ ex illius accessu ad Ecclesiam ad inveniendum Parochum, cum assistentia duorum Testium, ad effectum coram illo contrahendi Matrimonium iuxta firmata per Rotam *in Placentina Matrimonii* 15. *Martii*, & 18. *Novembris* 1715. *coram Scotto.*

Obiecto enim punctualissimè occurrit *Marchant. in Trib. Sacram. post Tom.* 3. *casu* 3. *fol.* 31. & 34. ibi -- *Dices &c. boc ipso, quo convenerat ad Ecclesiam,*
26 *& accedebat ad Sacerdotem, in præsentia Testium, censebatur intendere, & consentire Matrimonio &c. Respondeo non potest deduci nisi consensus privativus, qui &c. ad Matrimonium non sufficit, cum requiratur utrimque consensus positivus, positivo signo de præsenti expressus. Ex quibus &c. patet, Parochum, vel quemlibet alium, ab eo commissum, non posse validè assistere Matrimonio, nisi vel per interrogationem eorum consensum liberum inquirat, vel saltem aliunde sine ulla tergiversatione ipsorum consensum intelligat.*

Videntur hæc clarè demonstrare nullitatem Matri-
27 monii, & tamen quando aliquod remaneret dubium, in isto omnino inclinandum esset pro nullitate eiusdem Matrimonii ex duplici motivo.

Primò, quia illud claudicat in substantiali probatione trium Testium, & in necessario requisito moralis præsentiæ & certæ intelligentiæ Parochi, in quibus circumstantiis semper in dubio contra illius existentiam, & validitatem inclinandum est, non ob-
28 stante illius favorabilitate, ut limitando regulam *Text. in capit. final. de Sentent. & re judicat.* observant *Zas. consil.* 3. *numer.* 72. *Dec. consil.* 133. *in fin. Alex. consil.* 252. *numer. primo, lib. quinto, & inter Consil. matrimonial. diversor. Camerar. consil. primo*, *numer.* 43 *Angel. de Castr. consil.* 34. *numer.* 4. *Jacob. Leonis. consil.* 49. *num. primo Gavant. consil.* 81. *numer.* 27. *Malvaticeus cons.* 84. *num.* 1. *Haveman. de Iur. connubial. tom.* 2. *in Appendic. ad consil* 49. *fol. mihi* 260. & *Oliver. de Matrimon. nullit. part.* 3. *fol.* 77. *in fin.*

Secundò, quia attentatum fuit spretis Ecclesiæ solemnitatibus, in quibus terminis in dubio semper inclinandum est contra Matrimonium taliter atten-
29 tatum, ut observant *Vvames consil.* 533. *numer.* 4. *Monald. consil.* 6. *numer.* 4. *part.* 2. *Mascard. de Probationib. conclus.* 1025. *numer.* 4. 10. & 11. *Capon. controvers.* 27. *numer.* 22. *Barbos. Vot. decis.* 1. *num.* 37. *de Iust. de Dispensat. matrim. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 248. & *Card. de Luc. de matrimon. disc.* 16. *numero* 16.

Huiusque limitationis viva ratio adductis *à Sacro-*
30 *sancto Concilio Tridentino sess* 24. *de Reform. matrim. cap.* 5. his verbis: *Siquidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subiiciatur pœnis, non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cujus salubria præcepta temere contempsit*, in cuius sequelam, ita faciendum esse, notant *Oliver. de Matrim. Nullit. part.* 1. *fol.* 42. *Coninck. de Sacrament. tom.* 2. *disputat.* 27. *dub.* 9. *numer.* 80. *Card. de Luc. de Iustit. & Iur. tom.* 2. *disput.* 22. *nu.*
31 23. *vers.* Addidi ibi -- *Quia, licet causa matrimonii, secundùm se favorabilis sit, sed tamen matrimonium clandestinum quale erat illud sine denunciationibus præmissis & Parocho invito præsente, non est favorabile, sed odiosum, nec in eo locum habent, quæ in favorem matrimonii sunt*, & *Tamburin. Oper. moral. lib. octavo, titul. de matrimon. tract.* 6. *cap.* 2. §. 3. *num.* 15. ibi -- *Licèt matrimonium esset dubium, & in dubio so-*
32 *leat præsumi in favorem validitatis matrimonii tamen, quia in hoc Parochus fuit invitus, & non præcessere denunciationes, unde matrimonium, secundum Iura fuit clandestinum, illi non est favendum &c. & consequenter non erit validum pronunciandum.*

Quoad resolutiones Sac. Congregationem circa validitatem Matrimoniorum, contractorum coram Parochis affectantibus non videre Contrahentes, & non audire illorum consensum, remissivè me habeo ad deducta *in tom.* 1. *part.* 2. *mear. Disputat. Eccles. à numer.* 103. *usque ad numer.* 215. & *ad tom.* 3. *part.* 1. 33
§. 13. & 14. *per tot.* nec non ad latissimè in terminis animadversa per *Episcopum Lodiger. in dub. matrimonial. dub.* 3. *numer.* 56. & *seqq.* & *à P. Liber. à Iesu Carmelit. in similibus Dub. matrimonial. fol. mihi* 27. *vers. Obiicitur secundò*, qui requisiti fuerunt de eorum sensu pro veritate, illumque aperuerunt cum hoc, 34
quod omnes authoritates, omnesque resolutiones Sac. Congregationum in quibus asseritur valida esse Matrimonia contracta coram Parocho, affectante non intelligere, vera sunt, & procedunt, quando, tali affectatione non obstante, revera idem Parochus percipit consensum Contrahentium; Secus verò, quan- 35
do affectando non intelligere eumdem consensum, in rei veritate non percipit, quia tunc Matrimonium semper est nullum.

Et hic opinioni magnum accessit robur ex resolutione *Sacr. Congregationis Concilii in Romana matrimonii* 6. *Martii* 1700. quando approbando deducta per dd. insignes Theologos, reprobavit opinionem illorum, qui contrariam opinionem sectabantur, ut vi- 36
dere est *in d. tom. primo, part.* 2. *mear. Discept. eccles. discept.* 2. *num.* 214. ultra nubem DD. ibidem citatorum *num.* 33. quia revera propositio hæc, quod nullum sit Matrimonium, contractum coram Parocho, qui revera consensu unius ex Contrahentis non percipit, sive ex affectatione, sive ex quocumque alio motivo, ex ea palpabili ratione; quod non potest dici contractum coram tribus Testibus, percipientibus 37
consensum contrahentium, adeò solidè innixa videtur Iuris principiis, & Sacrosancti Concilii Tridentini dispositioni conformis, ut nefas videatur, illam in controversiam deducere, ubi idem Sacrosanctum Concilium receptum fuit, & servatur.

Incertus est Exitus.

DISCEPTATIO XLV.

Neapolitana, seu Puteolana Matrimonii

INTER

Mariam Archangelam Vulcano

ET

Michaelem de Aloysio.

ARGUMENTUM.

Matrimonium, contractum coram Parocho illius Loci, in cujus Parochia Sponsi se contulerunt animo evitandi impedimenta, quæ experti fuerunt in propria, quando nullum sit.

De Mandato Congregat. Concilii, forsan pro ultima vice, attenta mea gravi ætate, & graviori lithiasis morbo, quo affligor, calamum sumo in hac Causa pro defensione Matrimonii, die 6. Februarii 1733. D. Maria Archangela Vulcana, cuius No- 1
bilis Familia adscripta est in Sedili Nidi, Vidua quondam Gasparis de Ametrano Ducis Sancti Donati, & Rugiani, contracti coram Canonico Petro Carresio, Vicario Capitulari Puteolano, necnon coram nube Testium, publicè, & palam audientium reciprocum contemporaneum consensum utriusque Sponsi in Ecclesia Sanctæ Andreæ Monachorum Congregat. Montis Virginis ejusdem Civitatis Puteolanæ, circa quod publicum factum uniformi calamo concordant in eorum Relationibus, de Mandato Congregationis 2
compositis, & in Secretaria existentibus, D. Card. Archiepiscopus Neapolitanus, D. Apostolicæ Sedis Nuncius, in eadem Civitate residens, Episcopus Puteo-

Puteolanus ; & dictus Petrus Carresius , olim Vi-
carius Capitularis , quæ originaliter exhibitæ fue-
runt in Secretaria, & in necessariis dantur in Sum-
mario .

Posita autem voluntate eorundem Contrahentium
expressa coram Parocho , & Testibus , nihil aliud
ad validitatem Matrimonii desideratur , juxta lite-
ralem sanctionem illius generalis Concilii , à quo
plura Catholica Ecclesia consequuta est commoda ,
quam ab omnidus generalibus Conciliis ; simul uni-
3 tis , ut observant ilius egregius Defensor *Card. Pal-
lavicinus , in ejus Histor. lib. 1. Introduct. in cap. 1.
num. 4. & Cabassut. in notit. Concil. in notit. Concilii
Tridentin. fol. mihi* 470. *in princ.* pluries resolvit Con-
cilii Congr., & præcisè *in Cæsenaten. seu Forolivien.
Matrimonii 20. Februarii, & 26. Junii 1723. ad pri-
mum Dubium* , & millies firmavit *Rota* , ut videre
4 est *in decis.* allegatis *in Placentina Matrimonii 15.
Martii 1715. §. Series , & 18. Novembris ejusdem
anni §. De consensu enim coram Scotto .*

Antequam vero descendam ad ostendendam insub-
sistentiam obiectorum , quæ contra validitatem ejus-
5 dem Matrimonii adducuntur , præmitto tria in fa-
cto indubitata, & duo in Jure , à nemine contro-
versa .

Primum , quod in facto innegabile est , innititur
claræ , & indubitatæ voluntati utriusque Coniugis
inter se contrahendi Matrimonium , taliter ut Ma-
ria Archangela potius insomni nocte in horrida hye-
me permanere constanter voluit in Ecclesia de men-
6 se Februarii (quando illa est tredecim horarum)
cum illo incommodo; quod faciliùs mente concipi,
quam verbis explicari potest, præcipuè attentis ejus
nobili qualitate , tenerrima ætate annorum 18. &
sextus imbecillitate , quæ omnia sequuta fuerunt co-
ram omni Populo , qui ad novitatem casus de
die in eadem Ecclesia gratia curiositatis , se con-
tulerat , non sine maxima compassione , viden-
te , & audente , eadem Mariam Arcangelam ex-
clamantem *di non voler partire da quel luogo , senza
7 contraere il Matrimonio col mentovato Michiele , dicen-
do , e replicando più volte* (Ministris Sæcularis Cu-
riæ Neapolis , à Pro Rege ad effectum impedien-
di Matrimonii effectuationem ibidem transmissis)
queste parole: *D. Michiele voglio per mio Marito*. Ex-
clamante pariter ex alia parte Ecclesiæ D. Michele,
repetente similia verba , ibi -- *Dal secondo si ripugnò
all' Ordine sudetto* (hoc est Ministrorum Pro-Regis)
8 *con altrettanta constanza , dicendo ancora egli , e re-
plicando più volte : Voglio la Signora D. Maria Ar-
changela per mia Moglie* , juxtà præcisa verba Re-
lationis Nuncii Neapolitani .

Secundum , in facto pariter innegabile , consistit
in carentia cujuscunque canonici dirimentis impedi-
menti , quod neque etiam exadverso allegatur, de-
veniendi ad d. Matrimonii contractum , quod Sa-
cramentum magnum in Christo, & in Ecclesia vo-
9 cat *D. Paul. ad Ephes.* 5. 32. quodque alia Sacra-
menta præcelleræ ratione institutionis , loci , tem-
poris, iterationis , utilitatis , significationis , & so-
cietatis , necnon Bonorum , ab ipso profluentium,
observant *D. Augustin. de Bon. conjug. cap. 18. Ray-
mund. in Summ. tract. 7. de Matr. in præfat. fol.* 523.
cum aliis , citatis in *tom.* 1. *part.* 2. §. 1. *num.* 160.
& *seq.* quibus addo aurea verba *Novellæ* 22. trans-
10 cripta *à Rota in Recineten. Dotis 25. Aprilis 1723.
§. Demum coram de Harrach.* ibi -- *Rectè nobis stu-
dium est de Nuptiis , alia namque omnia , quæ san-
cita sunt à Nobis , non omnibus competunt , nec ho-
minibus , nec rebus , nec temporibus ; Studium verò
Nuptiarum totius est , ut ita dicatur , humanæ so-
bolis* .

Tertium denique indubitatum in facto est , quod
Conjuges omnes omninò adhibuerunt diligentias ad
effectam ser. ser. Matrimonium contrahendi ; pro
quo consequendo ab ultimis Finibus Calabriæ , se-
11 cum adducentes attestationem proprii status liberi ,
se contulerunt ad Civitatem Neapolis , in qua A-
loysius proprium habebat , retinebat Domicilium ,
istudque amiserat quidem Maria Archangela per an-
tecedentem habitationem triennalem in Oppido Ru-
giani ? sed in Civitate Puteolana novum acquisive-
rat per discessum animo non redeundi ad Oppidum 12
Ruggiani , in qua Cvitate Neapolis supplices por-
rexerunt preces , illasque non semel reiterarunt ad
effectum obtinendi licentiam illud ser. ser. contra- 12
hendi , quæ fuit eis denegata , circa quam verita-
tem concordant pariter omnes præfatæ Relationes,
in Secretaria existentes.

In Jure verò præmitto primò , quòd Matrimo-
nium validè contrahi potest coram Vicario , tam
Generali Episcopi , quam Capitulari , Sede vacan-
te , ut de primo casu habemus resolutionem hujus
Sacr. Congregat. *in Nullius Carpen. Matrimonii 20.
Januarii* 1580. *lib.* 31. *Decret. Sac. Congregationis fol* 13
1. & concordant *Ventrigl. de Jurisd. Archiepiscop. cap.*
148. *num.* 1. & *per tot. Amic. in Curs. Theolog. tom.*
9. *disputat.* 4. *section.* 10. *num.* 80. & *seqq.* aliique ,
à Me citati *in Tract. de Matrimon. §. 16 num.* 11.
estque in hac parte magistralis *decis. Rotæ in Leodien.
Matrimonii 19. Junii 1713. §. Quoniam coram Cerro*,
inter aliàs sexaginta sex antiquas, medias , & mo- 14
dernas Matrimoniales Decisiones , nullibi impressas,
post tom. 2. Miscellan. Pompeii Ursayæ mei filii la 49.
num. 8. confirmata *coram Ansaldo* 20. *Januarii* 1714.
impressa ubi supra *la* 50. *num.* 6. & *seqq. a decis.*
282. *num.* 33. *coram Ottobon.* Et de Vicario Capitu-
li , Sede vacante , observant adducti per *Guttier. de
Matrimon. cap. 67. num. 4. & 5. Hurtad. eodem tra-
ctat. difficult. 9. num. 30. versic. 4. Coninck de Sacra-
ment. tit. de Matrimon. disput. 27. Barbos. de Potest. E-
pisc. parte secunda alleg. 42. numero 123. ad Concil.
sess. vigesima quarta de Reform. Matrim. cap. primo
num.* 100.

Præmitto secundò, quod talis, & tanta est favo-
rabilitas Matrimoniorum ; ut etiam in casu dubio , 15
pro illorum validitate semper respondendum sit, *Tex-
tus est literalis in cap. fin. de Sent. & re Judicat.* quam
sequuntur *Olivier. de Matrim. Nullit. fol. mihi 37. vers.
septima , Ursell. conclus. legal.* 115. *sub. num.* 1. *Pi-
gnatell. consul. 136. num. 2. tom. 9. & Rota decis. 26.
num. 4. & 5. part. 1. divers. & decis. 67. num. 26.
part. 14. Recentior.* aliisque , à Me citati *in tom. 1.
part. 2. disceptat. 1. §. primo num. 18. & tom. 5. part.
2. disceptat. 22. num.* 19. & Me citato , *Rot. in Lu-* 16
*ceorien. Matrimonii prima Julii 1726. §. Cùm igitur co-
ram Calcagnino*, impressa post dictum *tom. 2. Miscell.
Pompei Ursayæ decis. 7. num.* 21.

Quibus positis , dubitari nullo modo potest de
validitate nostri Matrimonii , dum illud contractum
fuit coram Vicario Capitulari Puteolano , præsenti-
bus , audientibus , & perfectè intelligentibus reci-
procum , coniuges consensum , multis Testibus ,
Sacerdotali dignitate decoratis aliisque , omni fide
dignis, ut testatur idem Vicarius Capitularis in Re- 17
latione , ibi -- *Li Signori &c. mi presentorono il con-
tentamento &c. in presenza delli RR. D. Genaro Con-
stantino Soccantone &c. D. Giuseppe Mirabella , D. Die-
go Madaloni , e D. Filippo di Filippo di Simone &c.
& in presenza di detti RR. Signori Sacerdoti , come al-
tresì di molte altre Persone , che per curiosità occorse-
ro in detta Chiesa, dicendo lo voglio per Marito il Si-
gnor D. Michiele di Aloisio, & il detto rispose lo vo-
glio la sudetta D. Maria Arcangela per mia Moglie ,
e questo fù replicato da ambedue più , e più volte* --
Quæ verba Matrimonium de præsenti superlativè
contractum comprobant , ex authoritatibus , supra
citatis , quibus addo multas aliàs punctuales Reso-
lutiones huius Sac. Congr. *in Genien. 26. Julii* 1582.
& *in Sarzanen. 15. Februarii 1646. & in Patavina
11. Maii 1669. & in Tolentina 28. Novembris 1691.
& in Venetiarum 11. Martii 1673. & in Romana 6.
Augusti 1712. & in Amerina 15. Decembris 1714.
& 12. Januarii* 1721. præcisè relatis & egregiè re-
strictis , in alia *Romana matrimonii 27. Julii* 1730.
ut videre est in *fol. D.* die distributo *§. Super dubio* ,
& undecim sequentibus , Necnon addo etiam pun-
ctualiorem Resolutionem huius Sac. Congregationis ,
in Cæ-

19 in Cæsaten. seu Forolivien. matrimonii 20. Februarii, & 23. Junii 1723. ad primum Dubium in qua Ego scripsi, & succubui, & in illa concurrebat hæc præcisa circumstantia, ad nostrum effectum omni consideratione digna, quod Contrahentes, nullum omninò de præterito habuerant; nec de præsenti acquisiverant Domicilium in Civitate Forolivii, ubi ad effugiendas difficultates, excitatas a proprio Paroco, & ab Episcopo Cæsenaten. Matrimonium de facto contraxerant, ut testatur idem Episcopus Cæsenaten. in Relatione, huic Sac. Congr. transmissa, & data in eadem Causa in *Summar. num.* 2. sequen-
20 tibus verbis -- *Tanto più, che non si erano ancora avute le Fedi di Ravenna, dove lo Sposo haveva dimorato quattro anni, nè quelle di Comacchio, dove per molto tempo era stata la sposa &c. il giorno seguente contrassero matrimonio clandestino per verba de præsenti avvanti ad un Paroco di Forlì &c. senza veruna prova dello Stato libero*, & clariùs Cardinalis Piazza in Informatione cum Voto de Mandato hujus Sac. Congr. ei iniuncto, & data in propositione eiusdem Causæ in *Summar. num.* 12. ibi -- *Quod*
21 *autem ad meam Sententiam attinet*, *irritum, nullumque hujusmodi matrimonium arbitror ex*; *quod coram alienò Parocho, & neutrius ex Conjugibus peractum; Neque enim ex per brevi eo amborum incolatu in Civitate Foroliviensi, evinci poterit, tale Domicilium in ea contraxisse, quale canonicæ Sanctiones exposcunt ad similes contractus perficiendos. Cùm potissimum eo animo eò se contulisse liqueat, ut cujus in Patria*; *denegatis liberi Status Testimonialibus, compotens fieri non potuerunt, subdole in ea Civitate redderentur*,
22 quam resolutionem huius Sac. Congr. sequuta fuit *Rot. in Leopolien. matrimonii 19. Februarii 1725. §. Non constito coram Cerro.*

Cum illa alia, omni consideratione digna circumstantia, quam comprobat idem Card. Piazza in citata Relatione; & Voto, quod Parochus Forroli-
23 vii, coram quo fuit contractum matrimonium, statim ac percepit intentionem Sponsorum, eis commendabili candore apertè declaravit animum suum, se eorum matrimonio validando parem esse non posse, eo quia sui Juris, qui contrahebant non essent; In nostro autem casu Vicarius Capitularis Puteolanus, audito voluntate Sponsorum, summa pace legit Attestationem illorum Status liberi, nec non li-
24 centiam Parochi Rugiani, nec recusavit eorum matrimonio assistere, sed solùm petiit ab Ordinario Neapolitano solitam legalitatem attestationis dicti status liberi, quam de facto habuit. Quibus stantibus, matrimonium in Civitate Forolivii contractum fuit pessima, nostrum autem optima fide, & proptereà non possunt diversimodè iudicari eadem matrimonia, ne mala fide operantes de eorum malitia commodum reportent, adversus dispositionem
25 *Textus in cap. Plerumque de rescript. & in leg. si Legatarius Cod. de Legat.* ibi -- *Ut non accipiat fructum suæ calliditatis*, cum aliis citatis *in tom. 4. part. 2. discept. 13. num.* 109. quibus addo *Textum in cap. Ita demum de Recept. arbitr.* ibi -- *Ne quis doli sui præmium ferat.*

Nec dicatur, quod Licentia Curiæ Archiepisco-
26 palis Neapolitanæ non fuit expressa, sed ad summum tacita, quæ pro validitate Matrimonii non sufficit.

Cathegoriè enim dupliciter respondemus; Primò, quod non unam, sed duplicem habemus expressam licentiam ab illis, qui poterant eam dare, assistendi Matrimonio controverso, Parochi nimirum Ruggiani (qui poterat eam dare Sacerdoti,
27 existenti etiam extra sua Diœcesim, ex firmatis per *Rot. in decis.* 432. *num.* 2. *part.* 14. *recent.* ea ratione, quia Parochi præsentia in matrimonio non involuit aliquem actum Jurisdictionis, ut videbimus infra & firmavit *Rota dicta decis.* 453. *num.* 10. *par.* 11.) & Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, cui eadem licentia ostensa fuit, dùm in illa præcisè,
28 & literaliter exprimebantur nomina contrahere volentium, *quæ non nisi pro matrimonio contrahendo expostulari potuerunt*, sunt verba *Rot. decis.* 3. *nu.* 6. *de Sponsalib. & matrim. cor. Falcon.* Ulteriùs expressè illi indicata à Vicario Capitulari Puteolano, quando transmisit attestationem status liberi Coniugum, eo eadem legalizandam; *Expressum si quidem, nedum dicitur id quod verbis clarissimis exprimitur, sed quod etiam conjecturis, & verbis prolatis colligitur*: sunt verba *Gamæ decis. Lusitan.* 51. *nu.* 8. ubi ad id probandum allegat singularem *Textum in* 29
leg. Quamvis Cod. de Impuber. & aliis Subftit. cui addi potest alter *Text.*, non minùs clarus, *in leg. Prætor. ait*, ubi *Glossa verb. Expressum ff. de Oper. nov. nunciation.* sequutus *à Surd. decis.* 357. *num.* 37. & *à Barbos. axiom.* 89. *num.* 11.

Secundò respondemus, quod non desunt classici Authores, quos sequuntur in eorum *Tractat. de matrimon. Pont. lib.* 5. *cap.* 29. *num.* 1. *in fin. & Boss. cap.* 30
4. *num.* 119. & *seq.* asserentes, in eo casu sufficere licentiam, etiam tacitam, cum quibus procedendum est in hac favorabili materia, in qua propterea unius etiam Doctoris opinio præferenda est multis aliis, contrarium sentientibus, iuxta theo- 31
ricam *Hostien. in cap. Super eo de Cognat. spirit.* quam, concordantibus cumulatis, sequitur *Rota in decis.* 40. *par.* 16. *rec.* ibi -- *Favore Matrimonii opinio unius Doctoris præfertur multis, contrarium sentientibus.*

Nec deest iuridica ratio, & optima congruentia hujus begninæ opinionis, à duobus primæ classis Collegialibus Urbis Tribunalibus amplexæ, nempe à Sacra Rota *in Placentina matrimonii coram Cardinali* 32
Scotto, de qua infrà, & in *Leopolien. matrimonii* 19. *Februarii* 1725. *coram Cerro*, & ab hac Sacra Congregatione in citata *Cæsenaten. seu Forolivien. Matrimonii*, quia ex una parte Parochus nullam aliam figuram facit in Sacramento Matrimonii, quam Testis Ecclesiæ, seu qualificati, ut aliis adductis, no- 33
tant *Engel. in Ius Canonic. lib. quarto, titul. de Clandestin. desponf. num.* 14. *Pias. in Prax. Episcoporum, part.* 2. *cap.* 4. *nu.* 18. *Boss. de matrim cap.* 3. *num.* 21. *Rossignol. eod. tract. prænot.* 32. *sub nu.* 7. *versic. Dices, Fagnan. in cap. Quod nobis num.* 54. *de Cland. desponf. Cardinal Pallavicin. in Histor. Concil. Tridentin. lib.* 22. *capitulo octavo, numer.* 16. & 17. ubi, quod ad tollendam omnem umbram authoritatis deletum fuit verbum *Præfuerit* à Decreto, juxtà ejus primam ex- 34
tensionem ibi -- *Li Ecclesiastici si tennero così lontani dall' interesse di acquistare nuovo diritto nel contratto del Matrimonio, che dove l'istanza delli Oratori Francesi richiedeva, che il Sacerdote al Matrimonio* Præfuerit, *la quale parola sonava più, che una semplice presenza, cioè volontà, ed autorità, li Padri a fine, che mantenessero più, che potessero la libertà di contrarre con ricercarvi meramente la sicurezza, e stabilità della prova, non vollero, che il Parcco con altro vi dovesse concorrere (quanto ricercasi alla necessità del valore) che con solo ministerio, eziandio forzato, delle orecchie, e dell' occhi, & Rota decis.* 29. *num.* 9. & 10. *post tom.* 2. *Miscellan. Pompeii Ursayæ, & decis.* 375. *num.* 7. & *seqq. par.* 11. *rec.*

Quoque non ad alium finem præscripta fuit illius præsentia in Matrimonii Contractu, quam ad evitandam illius clandestinitatem, & poligamiæ crimen, 35
egregiè observat *Rot. dicta decis.* 375. *numer.* 11. *par.* 11. *recent.* ubi innumeri allegantur concordantes.

Ex alia verò parte Materia, Forma, & Ministri Sacramenti Matrimonii, juxta sensuum omnium Theologorum, & Canonistarum, sunt ipsimet Contrahentes, juxta Divi Thomæ sententiam, quam sequun- 36
tur *Card. Bellarmin. controv. lib.* 1. *tit. Matrim. capit.* 6. *per tot. Suarez in* 3. *part. D. Thom. tom.* 3. *disput.* 2. *sect.* 1. *conclus.* 3. *Casal de Veter. Sac. Christ. Rit. cap.* 1. *num.* 18. *Gavard. in Theolog. exantiq. tom.* 6. *quæst.* 2. *de Matrim. art.* 2. §. 1. *num.* 4. cum aliis, à Me citatis, *in Tract. de Matrim. Nullit.* §. 17. *nu.* 10. & *Rot. decis.* 124. *numer.* 2. *part.* 7. *recent.* ubi quod hoc est verum, sive Matrimonium considere- 37
tur uti Contractus, sive uti Sacramentum, & in *Viterbien. Matrimonii* 19. *Ianuarii* 1629. §. *primo, coram Pirovano* impressa apud *tom.* 2. *Miscell. Pompeii Ursayæ*

sayæ decis. 42. *numer.* 1. *&* *coram Dunoz. Sen. decis.* 308.
num. 3.

Dum igitur in nostro casu Ecclesia superlativè certa est de contractu Matrimonii, coram dicto Vicario Capitulari, plusquam qualificato Teste, contracti, habetur superlativè finis, obquem Parochi præsentia requisita, & præscripta fuit à Concilio Tridentino, & propterea nulla remanere videtur difficultas circa illius validitatem; Aliàs daretur locus exclamationibus illis, quæ, æquali calumniandi, atque maledi-
38 cendi pruritu, publicatæ fuerunt ab Authore damnatæ memoriæ, & referuntur *à Cardin. Pallavicin. in Histor. Concil. Trident. lib.* 22. *cap.* 8. *num.* 12. ibi -- *Un' azzione tanto principale nell' amministrazione politica, ed economica, che fino à quel tempo era stata in sola mano di Chi toccava, veniva tutta sottoposta al Clero, non remanendo via, ne modo, come far Matrimonio, se due Preti, cioè il Parocchiano, ed il Vescovo, per qualche rispetto interessato, ricuseranno di prestare la presenza*: Cui evidentissimæ calumniæ respondet
39 ibidem *n.* 13. *Che non si ode, che nello spazio, e nell'uso di novanta anni* (quot effluxi erant à tempore editionis ejusdem Libri anno 1657. & nos addere possumus annorum 171. usque ab hodie decursorum) *non sento, che li Popoli Cattolici gridino di non potere liberamente contrarre li loro Matrimonii, perche li Preti non voglino.*

Prò quorum faciliori admissione est omni consideratione digna juridica illa reflexio *Rota in Romana Matrimonii* 4. *Februarii* 1697. §. *Et multò minùs coram Ursino*, loquens in præcisis terminis defectus
40 præsentiæ proprii Parochi, impressa in *Theatr. Card. de Luc. lib.* 14. *decis.* 5. *num.* 37. quod scilicet sumus in terminis legis, correctoriæ Juris communis, quo attento; pro validitate Matrimonii, nullatenus per spatium 16. Seculorum, necessaria fuit proprii Parochi
41 præsentia, egregiè *Rot. dec.* 317. *num.* 4. *part.* 12. *recent.* & propterea attenta Theorica *Text. in leg. Præcipimus Cod. de Appellat.* quidquid in nova lege non apparet specialiter expressum, id sub veterum Legum, Constitutionumque regulis relictum intelligitur, Præcipue quia omnis facienda est favorabilis interpretatio pro reditu ab easdem regulas antiqui Juris,
42 ad *Textum in leg. Si unus* §. *Pactus ff. de Pactis*, quem sequuntur *Gratian. discept.* 544. *num.* 31. *& Rot. dec.* 350. *num.* 15. *coram Cerro* cum aliis, à Me allegatis, *in tom.* 6. *part.* 1. *discept.* 32. *numer.* 149. Ex quibus præcipue simul unitis, infertur, quod in nostro casu omnis benigna capienda est interpretatio pro vali-
43 ditate Matrimonii, ex allegatis supra, quibus addo *Rot. decis.* 60. *numer.* 19. *part.* 15. *recent.* ibi -- *Cum sufficiat, ut quis efficiatur Parochianus, quod in loco habitare inceperit, Pontius de matr. &c. Etiamsi hoc fiat ad evitanda impedimenta &c.* -- referendo, ita decisum ab hac Sacra Congregatione *in Sanen.* 17. Maii 1600. quam refert etiam *Barbos. ad Concil. Sess.* 24. *de Reform. matrim. capit. primo numer.* 12. aliosque con-
44 cordantes sequitur etiam *Rot. coram Merlin. dec.* 194. *numer.* 3. *vers. Ad hunc enim effectum, & Capon. discept.* 283. *numer.* 12. loquens de alio Matrimonio, impugnato à Curia Puteolana, declarando authoritates, quæ videntur contrariæ, & *Capon.* sequitur *Rota in Leopolien. matrim.* 19. *Februarii* 1725. §. *Constito cor. Cerro.*

Plusquam tacitè admittuntur hæc ex parte Conjugum, qui proinde transitum faciunt ad aliud objectum, quod Vicarius Capitularis Puteolanus non
45 potuit percipere verba utriusque Contrahentis, dum Sponsa permanebat in loco, nimis remoto, & propterea non potuit audire illius vocem, præsertim attenta multitudine Personarum, in Ecclesia existentium, & circa novitatem, atque curiositatem casus inter se confabulantium.

46 Hoc objectum non subsistit in facto, & non relevat in Jure.

Non subsistit in facto, quia Vicarius Capitularis huic S. Congregationi rotundis illis verbis, supra impressis, & iterum opportunius repetendis, contra-
47 rium fassus fuit: *Spiegarono la loro volontà con dire, tanto in presenza mia, e di dd. RR. Sacerdoti come altresì di molte altre Persone, che per curiosità, occorsero in detta Chiesa, dicendo: Io voglio per mio Marito il detto Signor D. Michele di Aloisio, & il detto rispose. Io voglio la sudetta D. Maria Archangela per mia Moglie, e questo fù replicato da ambedue più, e diverse volte.* Non attento, quod in secunda attestatione, data in Summ. Coniugum, idem Vicarius Capitularis eandem veritatem alio modo, expresserit; Quia in nostris terminis non est permissum Parochis in
secunda attestatione in dubium revocare ea, quæ 48
claris verbis continentur in prima, ex generaliter firmatis per *Card. de Albicis de Inconstant. in Judiciis quæst.* 35. *numer.* 19. & in nostris præcisis terminis bene *Rota in dicta Romana matrimonii, impressa in Theatr. Card. de Luca decis.* 15. *lib.* 14. *num.* 40. & meliùs *in Cajetana Matrimonii* 28. *Junii* 1683. §. *Nil relevante coram Card. Matthæio impressa post Tom.* 2. *Miscell. Pompeii decis.* 11. *num.* 10. *Non relevante, quod in secunda depositione, formiter facta, Franciscus Cocchius dixerit, se matrimonio non interfuisse; Quia stante contraria depositione super illius præsentia, non poterat amplius se retractare, primumq; dictum totaliter destruere* cum multis concordantibus, ibidem citatis; Juridicam autem ra-
tionem huius communiter receptæ conclusionis addu- 49
cit eadem *Rota decis.* 242. *num.* 5. *part.* 16. *recentior.* quia scilicet iuri quæsito favore illius, pro quo cantat prima attestatio, non potest præiudicari per secundam attestationem.

Non relevare pariter in iure idem objectum, quantenus in facto subsisteret, uti punctualissimè reiectum à duobus Collegialibus Tribunalibus, ab hac
scilicet Sacr. Congregatione *in Cæsenaten. seu Foro-* 50
livien. matrimonii 20. *Februarii* 1733. *in* qua fine folii, dicta die distributi, Eminentissimus Lambertinus tunc temporis attentissimus Secretarius, addidit multas antiquas, medias, & modernas resolutiones huius Sacr. Congregationis cum sequenti titulo. *Aliquæ antiquæ declarationes referuntur à Fagnan. in*
capit. Significavit a numer. 28. *de Parochis Prætor* 51
has aliæ leguntur in Regestis, & sunt, quæ sequuntur Romana anni 1631. *Urbinaten.* anni 1640. *Florentina*, alia *Florentina*, *Abulen. Theatina* anni 1640. *Bovinen.* anni 1697. quibus addi potest alia strepitosa *Causa Romana matrimonii* 27. *Julii* 1730. in cuius casu Parochus, nedum non audivit mulierem loquentem, sed neque vidit mulierem aliquam coram ipso præsente, ut cum iuramento testatus fuit in Summario, dato ex parte Viri his verbis. *Non posso dire a V. S. se vi era la Sposa, o nò, perche Io non la viddi, ne sentii parlare nessuna Donna.*

Idemque pariter resolverat priùs *in Patavina ma-*
trimonii 11. *Maii* 1669. in qua fuit responsum pro 53
validitate matrimonii coram Parocho contracti, qui consensum Sponsæ non audivit *ut in Lib.* 26. *Decret. fol.* 227. *à tergo. In Tolentina matrimonii* 28. *Novembris* 1671. *Lib.* 27. *decret. fol* 257. *à tergo*, in qua pariter responsum fuit pro validitate matrimonii, non
obstante quod Parochus ex animi perturbatione non 54
audivit verba Sponsæ. *In Venetiarum matrimonii* 11. *Martii* 1673. *Lib.* 28. *decret. fol.* 41. ubi de matrimonio contracto coram Parocho, qui audivit tantum verba feminæ, non autem Viri. *In Romana matrimonii* 1712. ubi de matrimonio contracto coram Parocho, qui non audivit verba Sponsi, & iste cum
iuramento testabatur, nullum verbum dixisse coram 55
Parocho *Lib.* 62. *decret. fol.* 293. in qua causa ego scripsi, & succubui, ut videre *est in Tom.* 2. *part.* 1. *discept.* 21. *& in Amerina matrimonii* 15. *Decembris* 1714. *&* 12. *Januarii* 1715. ubi de matrimonio, contracto coram Parocho *mentre celebrava la Messa*, cum iuramento asserente, *non aver intesa detta Maria Angelica* (Sponsum) *quale non parlò mai, ne fece atto alcuno, dal quale si potesse dedurre il consenso*, ut videre est in *Lib.* 65. *fol.* 1. *à tergo, & fol.* 2.

Et demùm idem resolvit Rot. in duabus decis.
titulo *Placentina matrimonii* 15. *Martii*, & 18. 56
Novembris 1715. in cujus casu Mulier loquuta non fuit,

fuit, neque potuit audiri à Parocho, sed solùm illam, longè distantem, Parocho indigitavit Sponsus dicendo. *Quella la è mia Moglie*, quæ post talia verba à Sponso prolata, neque etiam fuit loquuta, sed solùm discessit ab eo loco, in quo antea manebat, ad effectum se appropinquandi Sponso, quod factum
57 Rota superlativè habuit pro expresso consensu, *ut in §. Neque obstare* ibi -- *Supposita enim præventiva mutua voluntate in dictis Sponsis contrahendi Matrimonium, ad quem unicum effectum insimul convenerant in Ecclesiam Parochiali, eo ipso, quod Sponso, illam indigitanti, sub aperta expressione* -- Quella la
58 è mia Moglie, *eadem Anna statim surrexit è Genuflexorio, & se appropinquavit Sponso, duplici facto approbando verba, per eundem Sponsum prolata, videlicet elevatione, & appropinquatione, sufficienter visum fuit constare de illius consensu, tam inspecta dispositione Juris Canonici &c.*

Quarum omnium resolutionum illa solet assignari congrua ratio, quòd vim facere videtur cuicumque sano intellectui prætensio, quod Parochus non percipiat voluntatem Sponsæ, existentis in sua Ecclesia ubi ad effectum contrahendi Matrimonio se contulerat: Quæ in nostro casu mirabiliter emicat, dum Sponsa ad præcisum effectum contrahendi Matrimonium non solum se, contulerat, sed constanter permanebat in Ecclesia, exclamando ---- *di non voler partire da quel luogo, senza contraere il Matrimonio*, quæ omnia Parochus perfectissimè sciverat dum ipsemet illa huic Sacræ Congregationi aperuerat, quam in nostris terminis expendit *Sac. Rota in Placentina Matrimonii*, ubi quod in hoc casu superlativè de consensu dicitur constare
60 ex facto, quod est potentiùs verbis, *Textus est literalis in leg. Paulus ff. Rem ratam haberi*, quem sequitur *Rota coram Celso dec. 21. n. 8.*

IN EADEM CAUSA.

QUod Parochus illius Loci, ad quem volentes Matrimonium contrahere (inter quos nullum adest canonicum impedimentum) se conferunt, animo ibidem contrahendi, dicatur proprius ad effectum validitatis Matrimonii, eo quia ad dictum effectum
61 *non requiritur illa rigorosa probatio acquisiti Domicilii, qua ad alios Juris effectus exigi solet &c. etiamsi non habeat animum deserendi primum Domicilium, à quo divertit*, juxta præcisa verba *Rotæ in Leopolien. Matrimonii 19. Februarii 1725. §. Cum igitur coram Cerro*, præter Authoritates, in illa citatas, probant
62 *Emanuel Sà in summ. Verb. Matrimonium 2.* ibi -- *Qui alibi habitant, non animo permanendi, quibusdam non videtur posse sub illo Parocho contrahere, & mihi videtur, Cong. Concilii aliud sentire; sufficere illuc habitare dum contrahit, & Pont. de Matrim lib. 5. cap. 13. §. 1. numer. 4.* ibi -- *Ad Matrimonium verò sufficit, vel modica habitatio* -- quod omissis antiquioribus Resolutionibus, ultimo loco, me Scribente, fuit solemniter decisum in hac Sacra Congr. *in Cæsenaten. seu Forolivien. Matrimonii 20. Februarii 1723.* quam Resolutionem, omnibus Sacræ Rotæ Auditoribus suffragium ferentibus, sequuta fuit eadem *Rota in dicta*
63 *Leopolien. Matrimonii 19. Februarii 1725. §. Non constito coram Cerro*, ibi *& novissimè, idest 20. Februarii 1723. pro validitate Matrimonii respondit in una Cæsenaten. Matrimonii, licet ageretur de brevi mora, facta à Muliere in Loco, ubi Matrimonium contractum fuit, contenderetur, eamdem Mulierem in fraudem legis Conciliaris à Patria recessisse.*

Eamdemque regulam per viam Legis generalis priùs statuerat hæc *S. Congregatio in Theatina Matrimonii 30.*
64 *Aprilis 1661.* ut videre est *Lib. 22. Decret. fol. 506.* cujus præcisa verba sunt hæc.

Per Literas, quarum exemplum inferùs descriptum est. D. Archiepiscopus Theatinus Sacr. hanc Songregationem
65 *consuluit circa facti seriem, in eisdem Literis explicatam.*

Nel mese di Novembre prossimo passato essendomi
66 *pervenuto a notizia: come Urbano del Ciotto, e Navilia Pulsone da Francavilla, Terra della mia Diocesi, senza mia licenza, nè del proprio Curato,* (in nostro casu adfuit licentia proprii Parochi Loci, à quo Sponsi recesserunt) *si erano congionti in Matrimonio nella Villa di Picciano fuori della Diocesi, con l' assistenza di quel Paroco, stimai bene di dar ordine al medemo Curato di Francavilla, che formasse Processo sopra un tal fatto, per il che essendo stata esaminata la medesima Navilia, depone, essersi portata in Picciano con Urbano, a fine di celebrarvi il Matrimonio, per cagione, che essa, come Meretrice, aveva avuto lo sfratto da Francavilla, e che li Parenti dell'Urbano averiano in ogni modo cercato d'impedire il suo Matrimonio, per il sudetto rispetto; Ma che nel resto a Picciano non s'era portata con animo di piantarvi Casa, nè che ci avea mai abitato. Avute queste prove, dal mio* 67
Vicario si fece li giorni passati la monizione ad Sententiam, a fine di pronunciare sopra l'invalidità del Matrimonio, quando è comparso Carlo, fratello del sudetto Urbano, & à dedotto notizia di questo Tribunale, come egli à avuto commercio carnale con la sudetta Navilia, prima dell' asserto Matrimonio con suo Fratello, & à cercato provare la sua asserzione con il detto di tre Testimonii singulari, non e dubio, ma tutti depongono di aver visto entrare il sudetto Carlo nella Casa di detta Navilia, che si trova gravida di quattro mesi, dal sudetto Urbano saputo questo, s'è esibito a propulsare li Testimonj, ma perche, fatta qualsisia prova, non vedo, che potrà levar a me li dubj, che mi sono nati sopra la risoluzione di questo fatto, à ordinato, che li soprasieda nella Causa nell'invalidità del Matrimonio, & in tanto ò stimato bene di partecipare tutto il fatto all'EE. VV. acciò si compiacciono di notificarmi i loro sapientissimi Sentimenti. Potriano succedere de' scandali trà Parenti 68
dell'una, e l'altra parte, e quì all'EE. VV. faccio umilissima riverenza -- Chieti 17. Febraro 1661. -- Dell'EE. VV. -- Divotiss. umilissimo Servitore -- Nicolò Arcivescovo di Chieti -- Quibus præsuppositis quæritur, an secundum ea, quæ narrantur, antedictum Matrimonium fuerit validè contractum. Sacr. Congregatio Concilii re- 69
spondit; Quantum spectat ad præsentiam Parochi, Matrimonium fuisse validum, quo verò ad cætera impedimenta, Archiepiscopus procedat; prout Juris fuerit.

Constans pariter fuit in hac opinione Sac. Rota, antiquioribus omissis, in tribus Decisionibus, ema- 70
natis *in Cajetana Matrimonii 28. Junii 1683. coram Cardinali Matthæo* impressa *in tom. 2. Miscell. Pompeii mei Filii dec. 11. numer. 24.* ibi - *Nec quicquam obstare visum fuit, quod Marchio esset Eques Neapolitanus, ibique Domum apertam, fixumque Domicilium haberet, quia &c. Verùm etiam corruit penitus in Jure, tum quia pro validitate Matrimonii sufficit, illud fuisse celebratum coram Persona legitima illius Loci, ad quem Contrahentes accesserunt* (notentur quæso sequentia verba, quia gemma sunt) *licet solo animo contrahendi, non autem habitandi illuc accesserint, juxta plu-* 71
res declarationes Sac. Congregationis Concilii, de quibus Fagnan. &c. confirmata *coram Rondinino die 20. Junii 1687.* impressa ubi supra *decis. 12. & coram Card. Caprara*, impressa inter alias eiusdem *la 81.* in quibus declarantur authoritates, exadverso allegatæ.

Quantam autem faciant authoritatem hujus Sacræ Congregationis resolutiones, notorium est, & obser- 72
vant adducti per *Rotam in Romana Matrimonii 3. Julii 1719. §. Hinc descendendo coram Corio*, & meliùs *in dicta Leopolien. Matrimonii 19. Februarii 1725. §. Non constito coram Cerro*, ibi -- *Indubia profectò redditur Matrimonii validitas, pro qua decernenda aliàs S. Congregatio Concilii, cujus oracula Sac. nostrum Auditorium, prout par est; in pretio habet, & veneratur, longè breviorem permanentiam in aliquo Loco sufficere arbitrata est, juxta resolutiones &c.* ut egregiè *Raynald. in Hete-* 73
roclita Pietatis tom. 16. sect. 1. punct. 14. de Matrim. Sacram. num. 12. fol. 178. ibi -- *Adversus resolutionis d. Congregationis recalcitrare non licet, quod fas est adversus aliorum Doctorum interpretationes.*

Quanti verò ponderis sit authoritas Sacræ Rotæ Decisionum, notant adducti per *Card. de Albic. in addit.* 74

ad

74 *ad Pamphil. decis.* 43. *num.* 9. *&* 10. ubi quod illae tam-
quam Legum Dogmata, & Sac. Canones servantur
cum aliis citatis ab eadem *Sacra Rota in decis. pri-
ma n.* 13. *coram Herrera*.
Supplicantes hic observare, quod videtur nimis
durum, & aequaliter amarum, nullum declarare prę-
sens Matrimonium, nedum in numerosissima Civita-
te, sed in toto vastissimo Regno Neapolis, & mul-
tis aliis Catholicis Provinciis notorium, dum fuit con-
75 tractum optima fide, & iuxta opinionem duorum pri-
mae classis Collegialium Tribunalium Urbis, & Or-
bis, quorum Resolutiones tamquam oraculo commu-
niter venerantur, & ab omnibus suscipiuntur, quod
notissimum erat Sponso, non hospiti, neque adve-
nae, sed domestico, & Civi Juris prudentiae, qui
unitus cum Sponsa omnem adhibuerunt operam in
pluribus Ecclesiasticis Curiis, ad effectum ser.ser. con-
trahendi Matrimonium, eo tempore quo in nostris
terminis unius Doctoris opinio praefertur multis aliis
in materia ejusdem Sacramenti Matrimonii, ex ad-
76 ductis, supra & aliis allegatis *in meo Tractatu de
Matrim. §.* 14. *num.* 6, *& in tom.* 5. *Discept. Eccles.
part.* 2. *disput.* 45. *num.* 29. *& Rota in Luceorien. Ma-
trimonii prima Junii* 1726. *§. Cùm igitur coram Cal-
cagnino* impress. *post tom.* 2. *Miscellanei Pompei Ur-
sayae decis.* 7. *n.* 21. *& in Leodien. Matrimonii* 28. *Junii*
1720. *§. Ex hisce coram Foscaro*, impress. ubi supra
dec. 26. *num.* 13.
Dignentur proindè Eminentiss. PP. cautè legere
contrarium Restrictum, in quo millies repetitur,
Matrimonium validè celebrari non posse sine actu
jurisdictionis Parochi, quodque licentia, seu facultas
77 illud contrahendi necessario acceptanda sit ab illo
Parocho, coram quo contrahitur. Ambae enim hae
propositiones ex diametro oppositae sunt menti, &
verbis Sacr. Concilii Tridentini juxta animadversa
78 per illius egregium Defensorem, cujus verba retuli-
mus supra. Nec non literali *Textui in leg. Coram
Titio ff. de Verbor. significat.* ibi - *Coram Titio ali-
quid facere jussus, non videtur praesente eo fecisse, ni-
si is intelligat &c. Scire autem non etiam velle is
debet, nam, & invito eo, rectè fit quod jussum est*,
cum Turba Doctorum, quorum praecisa verba ego
retuli *in Tom.* 1. *discept. Ecclesiast. par.* 2. *discept.* 2.
n. 61. *& seqq.*
Ultra quod, si inter Catholicos extra omnem con-
troversiam est, quod Parochus nullam aliam figu-
ram faciat in matrimonio, (quod per quindecim
secula validum fuit sine illius praesentia) quàm sim-
plicis, & nudi Testis Ecclesiae, juxta praecisa vera
magni numeri Canonistarum, à me transcripta, &
frustra hic repetenda, in *Tractatu de Matrim. §.* 11.
79 *per tot.* & signanter *à num.* 5. est pariter indubita-
tum, quod nullam habet jurisdictionem in illius Con-
tractu, sed sat est, quod ipse ad matrimonii contra-
ctum concurrat, *col solo ministerio, eziamdio forzato*
80 *dell' occhio, e dell' orecchio*, ut referendo Vota, & con-
cordem resolutionem PP. Concilii Tridentini, ob-
servat *Card. Pallavicinus in illius Histor. libro* 22.
capitolo 8. *numer.* 16. *&* 17. & concordat alii, ad-
ducti supra.
Poterat omitti declaratio Sponsae, quodi ipsa in di-
scessu ab Oppido Ruggiani, nullam aliam habuit
intentionem, quàm accedendi ad Civitatem Neapo-
lis, ac in illa acquirendi Domicilium; Primò quia
ad validitatem Matrimonii superabundat praesentia
81 unius tantùm Parochi, sive ille sit Viri, sive Mu-
lieris, ex adductis per *Rot. in decis.* 23. *num.* 3. *&* 4.
post secundum volumen Miscell. Pompei Ursayae; Cùm-
que Sponsus similem non fecerit animi sui declara-
tionem, hoc motivum esse non potest magis debi-
le ad inducendam nullitatem matrimonii. Secundò,
quia post discessum ab Oppido Ruggiani, potuit
eadem Sponsa mutare opinionem ex illa volubilita-
82 te Mulierum, de qua egregiè *Gloss. in cap. Forus §.
Testes verb. Varium ff. de Verbor. signific.* quam sequi-
tur *Card. de Albicis de Inconstan. in Judic. in prae-
fat. numer.* 39. ubi quod Mulier ter in hora mutari
solet. Tertiò quia in foro fori, in quo sumus, non
creditur Mulieri, aliquid asserenti in praejudicium Ma-
trimonii, in facie Ecclesiae contracti, egregiè *Rot.* post 83
plures concordantes in *dec.* 32. *nu.* 24. *&* 25. *post* 2. *Tom.
Miscellan. Pompei Ursayae*.
Quartò, quia procedendo etiam (per modum sim-
plicis discursus) cum tali declaratione, ad huc Ma-
trimonium semper validum esset, ut in terminis du-
rioribus, nedum simplicis animi verbalis declarationis,
sed veri, realis, & fixi Domicilii, in eadem Civitate
Neapolis retenti firmavit in terminis *Rot. in Cajeta-* 84
na Matrimonii, cujus verba retulimus supra, & me-
liùs haec Sac. Congregatio *in dicta Theatina*, cujus
pariter verba transcripsimus supra Ex quorum sim-
plici lectura manibus palpatur, illam non loqui de
Vagis, volentibus contrahere matrimonium, juxta
contrariam praetensionem, sed de Viro, & Muliere,
habentibus verum Domicilium in una Dioecesi, &
se conferentibus ad Oppidum alterius, ad praecisum
effectum in illa contrahendi Matrimonium ad evi-
tanda impedimenta, quae in propria Patria experti
fuerunt, iuxta praecisa illa verba, opportune repe- 85
tenda *Urbano Navilia di Francavilla, Terra della
mia Diocesi, senza mia licenza, e del proprio Curato,
si erano congiunti in Matrimonio nella Villa di Piccia
no, fuori della Diocesi, col assistenza di quel Paroco*,
ad quod Oppidum non accesserant *con animo di pian-
tarvi Casa*, sed ad simplicem finem contrahendi in
illo Matrimonium, quod haec Sac. Congregatio vali-
dum declaravit; Poterant proindè omitti ea quae ad
materiae ornatum eruditè asseruntur Matrimoniis Va-
gorum.
Et ex his abundè remanet responsum magnificato
Voto quatuor Theologorum Civitatis Neapolis, dato
in contrario Summario, ubi acsi essent Judices prae-
sentis Causae, legitimè introductae, & à duobus annis
pendentis coram hoc Sacrosancto Senatu, tanquam ex 86
Cathedra loquentes, asserunt -- *Siamo di parere secon-
do la nostra coscienza, & avendo Dio avanti gl' occhi,
che detto Matrimonio sia nullo, & invalido* -- Non enim
novum est, quod haec Sacr. Congregatio, relicta am-
pla facultate Confessariis, & Theologis in foro Poli
propriam opinionem Recurrentibus aperiendi; Quan-
do agitur de Causis, in Judicio pendentibus, in nulla
prorsus consideratione habere soleat similia Vota, non
quatuor tantum Theologorum, sed longè majoris nu-
meri viginti, & ultra insignium Theologorum, in pro-
priis Religionibus qualificatorum Muneribus ex Ge-
neralium, ex Procuratorum Generalium, & consulti-
vum Votum habentium in Sacris Congregationibus
Urbis; ut me scribente practicavit in *Januen. Matri-* 87
monii 20. *Maii* 1729. *&* 27. *Januarii* 1720. de qua in
Tom. 3. *par.* 2. *descept.* 21. & rationem adducit optimus
Canonistam *Navar. ad Can.* 1. *Verb. Caveat n.* 11. *&* 12.
de Poenit. dist. 6. his verbis -- *Puri Theologi, idest sine
scientia Jurisprudentiae, quàm sic curta Supellex, & cir-
ca moralia periculosum judicium*, declamat *Navarrus
&c.* & concordat insignis Theologus, & famosus Cano-
nista *Card. Pallav. nell' Istor. del Concil. lib.* 18. *q.* 12. *n.* 12.
Quae dicta sint in mero Juris articulo, praescindendo
à Facti probatione, illiusque circumstantiis, mihi pror-
sus ignotis, circa quas, postquam exadversò fuerat ac-
ceptata, recusata fuit opera qualificati Procuratoris de 88
Collegio, à me electi ad recognoscendum, & appuran-
dum Factum, in defectum legitimi Processus, de man-
dato hujus Sacr. Congregationis incaepti, & formalis
examinis apprimè informatorum Testium, & praecipue
Matris, & Patrui Sponsae, qui fuerunt Socii in ejus re-
ditu ad Civitatem Neapolis, & in accessu ad illam Pu-
teoli, quive sequentibus verbis honorantur in contrario
Scriptura. *Ob nimiam in rebus agendis inanitatem, ne
dicamus stupiditatem, & ibi: Non solum stupidos Ma-
trem, Patruumque decepit.*
Hoc unum subjungens, quod similia, non solita
practicari in Curia; neque, etiam in Causis mi-
noris momenti, ut sit illa magni Sacramenti Ma- 89
trimonii, in qua, ut dicit *Rota coram Pamphil. dec.*
16. *numer* 6. non minus inconveniens est illud solvere
legitimè contractum, quàm convalidare nullum, viden-
tur involvere aliquam legalem suspicionem. Non

exploratio voluntatis Sponsæ, in Civitate Neapolis demandata; Actus nullus in contrario Summario adductus, uti gestus à dictis Matre, & Patruo, quos unicè eadem Sponsa in hoc Mundo habet valentes illam illuminare circa sui status electionem. Maximæ angustiæ in quibus positus fui ad scribendum. Tarda permutant contrariorum Restrictus, & Summarii; Nec non aliarum Scripturarum non impressarum, quarum aliquas opus fuit videre statim, stando, illasque incontinenti restituere, eo tempore quo nostræ Parti Adversæ communicatæ fuerunt a Mense, & ultra; Imo fuit etiam cum præventione præ-
91 sens communicata Responsio ante impressionem, quod non solet practicari. Plusquam desiderium (effectu punctualiter subsequuto) ut ego non continuarem Informationem in voce EE. PP. aliaque similia, & his maiora, quæ eò exactiorem exquirere videtur attentionem, quo, ut dicitur in principio contrarii Restrictus, Sponsa vix egressa ætatem annorum duodecim desponsata fuit, & hodie in statu vi-
92 duitatis reperitur in satis tenera ætate annorum decem, & septem; Itaut nulla omnino adesse videatur necessitas remittendi solitum illud Probationum, quod in causis longe minoris importantiæ servari solet in Curia, me humillime in hac parte remittendo sapientissimo EE. PP. iudicio.

Die 3. Julii 1734. proposito sequenti Dubio in
93 Congregatione Concilii *An constet de validitate asserti Matrimonii* responsum fuit *Negativè*.

DISCEPTATIO XLVI.

Catanien. Commutationis Voluntatis

INTER

Monasterium S. Michaelis Civitatis Ennæ

ET

Monasterium S. Mariæ Gratiarum ejusdem Civitatis.

ARGUMENTUM.

Commutationi piæ Voluntatis Defunctis quibus concurrentibus locus sit, & in qua opera eadem commutatio ad praxim sit reducenda.

SErius hujus Causæ, cum suis incidentibus, latè recensetur in Voto, in fine registrando, ut pro-
1 pterea superflua videtur nova facti repetitio.

In illo autem primo loco dicitur ut cogendi sint Executores Testamentarii ad reintegrandam hæreditatem quondam Nicolai Josephi Lucca de Bonis nulli-
2 ter in transactione quondam Alonso Medina per eos assignatis.

Secundo loco dicitur, quod iidem Executores com-
3 pellantur ad exactam redditionem rationis fructuum hæreditatis etiam pro prætenso Salario ab ipsis percepto.

Tertiò, quòd fructus extantes hæreditatis erogentur in reparationem Ecclesiæ, & Monasterii Sancti Mi-
4 chaelis, & Puellæ, non nisi absoluta reparatione admittantur ad habitum.

Quartò, quòd, vocatis interesse habentibus, firme-
5 tur status redditum, tam hæreditatis, quàm ipsius Monasterii, ad effectum præfigendi numerum Monialium, & Puellarum, quæ commodè ali poterunt juxta morem Regionis.

Cùm autem ex serie facti in eodem Voto mirabiliter
6 expressa & ex iis, quæ acciderunt, manifesta reddatur, ex eisdem Juris principiis, suspicio Curiæ Episcopalis Catanien. quæ Executoribus ipsis facilem præbuit auditum contra pauperes Moniales Monasterii Sancti Michaelis: proinde æquum, & nullum est, ut prædictorum omnium executio injungatur Episcopo Agrigentino, à quo, sicut quamplura veritatis lumina in caliginoso prius Causæ huiusmodi statu prodita fuerunt; Ita expeditiori modo ad redditionem rationum Executores cogentur, Ecclesiæ, & Monasterii reparatio quantociùs absolvetur, Puellæ ad habitum etiam celeriter in 7
Monasterio admittentur, & absque ulla tergiversatione, firmabitur status tum hæreditatis, tum Monasterii, totaque res ipsa faciliori negocio perficietur.

Præsertim, quia Episcopus Cataniensis debitò obsequio rogatus per Literas ab Abbatissa, & Monialibus dicti Monasterii, ut permitteret licentiam ingressus cuiusdam Puellæ ad habitum dicto Mona- 8
sterio admitti postulantis, respondit die 22. Octobris 1731. per hæc verba -- *Non posso presentemente accordare la licenza, che mi ricercano le RR. VV. attesa la povertà di codesto Monasterio; E per tal motivo non pensino nè à questa, nè ad altra simile licenza;* --; Ex cuius Epistolæ responsivæ tenore, originaliter exhibitæ, sicut priora verba magis canonizant paupertatem nostri Monasterii, ita posterio- 9
ra, quæ non sine mysterio videntur exarata, iunctis iis, quæ in progressu dictæ Causæ sequuta fuerunt, prædictæ Curiæ Episcopalis animum erga idem Monasterium non bene affectum, non obscure indicant, ut cuique Consideranti patet. Et ipse etiam modernus Episcopus Catani, sustinere conatus fuit in suis Responsionibus prætensum Creditum contrarii Monasterii Sanctæ Mariæ ascendere ad uncias 600. ac insuper Assem hæreditarium Josephi Lucca ad uncias annuas 67. cùm econtra in Calculo per Episcopum Agrigentinum cum transcriptione singu- 10
larum Partitarum transmisso, summa dictæ hæreditatis notetur in unciis 218. & quo errore ducti fuerint, sive Episcopi, sive Vicarii Capitulares Catanenses ad supponendum prætensum Creditum contrarii Monasterii, assertasque ingentes pecunias in litem erogatus; ut latiùs patet ex iustificationibus per eumdem Episcopum Agrigentinum suæ Relationis, & fusius in dicto Voto Eminentissimi Pico.

Non re dici posset, exadverso Scribentes perfunctoriè percurrisse elaboratissimum Votum ipsis à pluribus mensibus communicatum, sicco pede tran- 11
seundo in eorum Scriptura efficaciam rationum in illo extensarum.

Hoc tamen non credimus fecisse, sed quia revera parari potuerint, nec valeant responsiones convincenter solidissimis motivis Votum ipsum refertum 12
est; Et ideo nè inutiliter etiam nos tempus teramus, breviter dicimus.

Executores primo loco longam Litem sustinere fuisse coactos ad Hæreditatem Josephi Lucca contra Alonsium Medina recuperandam; eo quia post 13
mortem Annæ primum Decretum obtentum in simplici possessorio ab eodem Alonso, fuit in contumaciam Executorum tunc temporis, qui si suorum mu- 14
nerum partes solerter adimplere curassent, non exinde preiudicium tam grande dictæ Hereditati ortum fuisset.

Minùs in facto subsistit scriptum fuisse Episcopo Cataniensi ut 25. punctis à prædicto Eminentissimo Relatore responsa preberet, contemporaneè ad trans- 15
lationem Monialium nostri Monasterii S. Michaelis, ad illud S. Benedicti, quæ sequuta fuit mense Julio 1730. fuit namque præfato Episcopo præventivè hoc munus iniunctum, videlicet die 4. Februarii dicti anni, prout habetur in dicto Voto §. 9. & refert idem Episcopus in Relatione subindè exarata die 6. Octobris post factam dictam translationem, & post rescriptum huius S.Congregationis auditis Monialium clamoribus editum 19. Augusti dicti anni 1730.

Inutiliter pariter dicitur, quod si ex hac translatione damnum, vel preiudicium nostræ Moniales evenisse contendunt, dirigant ipsæ gressus suos contra Episco- 16
pum, Respondemus enim, quam nè maiora à Curia Episcopali nostrum Monasterium experiatur præiudicia, debita reverentia supplicavimus, & repetimus, ut executio Resolutionis in hac Causa pro commutatione voluntatis ab hoc Sacro Consessu facienda, omnium-

omniumque ab ea dependentium committatur Episcopo Agrigentino.

Quod Monasterium à Nicolao Lucca volitum, esse deberet sub regula S. Augustini, hæc circumstantia potiùs faveret nostro Monasterio Ordinis S. Benedicti, cui magis cohæret Regula S. Augustini, quam Monasterio S. Mariæ Gratiarum sub Regula S. Claræ, ut de se patet.

Sed quia neque in nominibus, neque in similibus reflexionibus substantia commutationum consistere videtur; Propterea cum sit facienda, juxta Sacrosancti Concilii Tridentini dispositionem in aliud opus Institutioni proximum, sive unius, sive alterius no-
18 minis Monasterio fiat, semper Monialium aggregatio Bonorum fiet, solumque consentaneum fuit expendere, an potius uni, quam alteri eandem hæreditatem aggregare expediat.

Quod hoc sanè in casu nostro satis, superque observatum fuerit, patet ex lectura præfati Voti pro nostris Monialibus inclinantis, attenta præsertim earum maxima paupertate, multifariam canonizata, tam in Instrumento tentatæ suppressionis dicti Monasterii, quam in Relationibus eorumdem Ordinariorum Catanensium, itaut amplius de hoc dubitare nefas sit; & proindè apposite scripta fuisse videntur in Epistola Officialium Magistratus Ennæ huic Supremo Senatui directa die 25. Martii 1728. favore ejudem Monasterii sequentia verba -- *Ut scilicet hæc Sanctimonialium Domus hujus hæreditatis aggregatione, possit susci-*
19 *tari de pulvere egenum, & de stercore elevari pauperem &c.*

Neque repetatur pro contrario Monasterio militare saltem æquitatis motivum ob prætensas 600. uncias
19 mutuatas, & in litem contra Alonsium erogatas, quasque condonare intenderit, si favore ipsius facta fuisset bonorum aggregatio.

Ad claudendum enim os Parti coacti fuimus, licet
20 non sine majori dispendio nostrarum miserabilium Monalium, transcribere Relationem Episcopi Agrigentini cum Apoca debitoria, quam fecerunt executores anno 1725. pro unciis 164. favore contrarii Monasterii. Item Instrumentum Cambii favore Signorelli Barresi confectum anno 1726. ad effectum extinguen-
21 di præfatum debitum cum dicto Monasterio. Similiter declarationem factam ab eodem Signorello Barresi prima Aprilis Anno 1728. quod scilicet in dicto Cambii contractu habuerit purum, & nudum nomen.

Ex quibus omnibus assequimur, quod si res verè
22 ita se haberet, prout in eadem asseritur, creditum ad omne pejus, esset pro unciis 164. non autem 600. & palpatur manibus; nam Abbatissa dicti Monasterii fuit cauta in exigenda Apoca obligatoria pro unciis 164. & pro residuali postea majori summa usque ad prætensas sexcentum, nullam cautelam, nullamque confessionem debiti voluisset exigere, ac si bona propria, & non Loci Pii profudisset; quod nefas etiam est asserere in Religiosis, quibus etiam vetitum est dare ad Cambia, & Recambia, quæ essent Cambia sicca reprobata a Sancto Pio V. in ejus Bul-
23 la relata *à Bonac. tom. 2. disput. 3. quæst. 5. part. unic. numer. 2.* & mercimonium prohibitum Deo dicatis, juxta firmata per *Rotam dec. 209. numer. 16. part. 15. recent.*

Ea præsertim addita circumstantia, quod in dicta declaratione facta à Barresi etiam Abbatissa prædicta fassa fuit velle condonare dictum creditum unciarum 164. non autem 600. & tamen cum ea legatur exarata contemporaneè ad Relationem Episcopi Rubba,
24 qui retulit 16. Martii dicti anni, dictum Monasterium non fore suum creditum repetiturum, si applicatio Bonorum fieret favore ipsius, debuisset etiam declarare, à quo fonte hoc aliud residuale, & in majori summa creditum promanabat, nam notula expensarum in litem factarum cantat pro unciis 163. ultra Honoraria Advocati, & Procuratoris à de-
25 posita hæreditatis seorsim soluta; Apoca debitoria cantat pro unciis 164. Cambium pro eadem summa. Declaratio Abbatissæ super oblata remissione dictarum unciarum 164. quamque cæteroquin nescimus, quomodo sibi facere liceret, quatenus dicta declaratio, prout cantat, subsistat, in præiudicium proprii Monasterii fundati à Constantia Rotundo legibus; & oneribus peculiaribus, & Executores sustinere conati fuerunt creditum dicti Monasterii in unciis 600. 26
quod ex deductis prorsus erroneum redditur; dum ab anno, & ultra patefacta fuerunt folia transmissa per dictum Episcopum Agrigentinum, & adhuc nec documentum, seu simplex scartafacium ad justificandum dictum assertum creditum unciarum 600., fuit exadverso exhibitum.

Demum replicetur deesse favore nostri Monasterii consensum dd. Executorum; Cùm enim hodie hæc commutatio sit facienda à Summo Pontifice, cujus potestatis est nedum hujusmodi Legatorum piorum commutationem, nullo Jure alteri quæsito facere, sed etiam Jura unius Ecclesiæ in aliam transferre, juxta firmata per *Rotam in Decisionibus coram Reverendissimo P. D. Aldrovando in Romana Reintegrationis 12. Martii, & 2. Julii 1731. & in Alatrin. coram R.P.D. Corio prima Februarii 1732.* hinc non est opus dicto consensu Executorum, ut lato calamo legitur in eodem Voto. 27

Die 18. Julii 1733. proposito Dubio in Congregatione Concilii *An, & quomodo sit locus commutationi Voluntatis*, responsum fuit *Juxta Votum Eminentissimi Pico*, quod est sequentis tenoris. 28

Ea est veritatis, ac justitiæ singularis sane, nec satis unquam celebranda proprietas, ut quomagis ipsas, vel offuscari, vel à nobis quoquomodo arceri contingat, eo nitidiores, propinquioresque, si voluntas nostra in eis sit, easque diligenti, ac matura inquisitione, ac meditatione prosequamur, coram nobis videamus emergere, & hoc ipsum, quod jugi experientia comprobatur, controversia de hæreditate Nicolai Josephi Lucca Civitatis Ennæ Catanien. Diœcesis inter Moniales Monasteriorum Sanctæ Mariæ Gratiarum, & Sancti Michaelis ejusdem Civitatis EE. VV. decisioni proposita profecto magis, ac magis perspicuum reddit. 29

Cùm præfatus Nicolaus Joseph Lucca in Testamento, quod anno 1667. condiderat, suam hære- 30
ditatem pro constructione Monasterii Sanctimonialium sub regula S. Augustini impendi mandasset, eamque hujusmodi operi Prior, & Dignitates Collegiatæ dictæ Civitatis hæredes fideicommissarii non sufficere agnoscere, preces Summo Pontifici porrexerunt, ut iuxta sancita à *Sacr. Concil. Trident. capitulo octavo sess. 25. de refor.* hæreditatem ipsam in opus institutioni proximum convertere, & Monasterio Sanctæ Mariæ Gratiarum Ordinis Sanctæ Claræ aggregare dignaretur, quod notabilem pecuniarum summam sibi comparaverat, ut Alonsio Medina, qui eandem injuste occupaverat, ac detinebat, opportuno instructio iudicio vindicare.

Precibus huic Sacræ Congregationi remissis, 31
paucos post dies prædictus Alonsius liti, ac Juribus omnibus super dicta hæreditate sibi quomodolibet competentibus se cessurum obtulit, dummodò alteri Monasterio, nempè S. Michaelis Ordinis Sancti Benedicti hæreditas eadem applicaretur, ideoque datis literis, sede tunc vacante, Vicario Capitulari, iste 4. Idus Januarii 1727. comprobavit exposita per Executores Testamentarios, retulitque inane quid esse de novo erigendo Monasterio cogitare, nedum quia Domus Testatoris eidem construendo destinata alteri adiudicata iam fuerat, & hæreditatis proventus pluribus de causis nimium decreverant; verùm etiam quia in Civitate Ennæ, quæ temporum iniuria paucos modò numerat Cives, septem Virginum Monasteria continet, & propterea hæreditatem prædicto Monasterio Sanctæ Mariæ Gratiarum uniri posse existimat; nedum quia hæredes fiduciarii, sive Executores Testamentarii, ac Consanguinei Testatoris, quorum filiæ ab ipso præferuntur, favore eiusdem Monasterii consensum præstabant; Verùm etiam quia sub huiusmodi gratiæ spe haud modicam mu-

tuaverat pecuniarum summam, quibus portionem hæreditatis pluribus litibus involutam liberaverat, atque in frequentiori Urbis parte reperiebatur. Quo verò ad Monasterium Sancti Michaelis nil aliud ipsi favere, quam nudas preces Doctoris Alonsii Medina, asseruit, malo zelo plenas.

Verùm hac relatione non obstante proposito du-
32 bio -- *An, & quomodò sit locus commutationi voluntatis* -- die 7. Junii 1727. responsum prodiit -- *Dilata, & scribatur novo Episcopo injuxta Instructionem* -- à quo ut ex Epistola sub dato diei 6. Decembris ejusdem anni 1727. requisitum fuit -- *Quanta esset summa mutata hæreditati à dicto Monasterio S. Mariæ Gratiarum, quam exhibebat se esse condonaturum, si sui favore fieret applicatio hæreditatis. Item cum Doctor Medina dicat se cessurum liti, si fieret applicatio favore Monasterii Sancti Michaelis, Sac. Congregatio scire exoptabat, quænam essent jura hujus Doctoris, quantam Bonorum partem ipse prætendere posset ex dicta hæreditate, & quæ essent conditiones, quas Monasterium S. Michaelis proponebat in casu applicationis hæreditatis sibi faciendæ.*

Hisce novus Episcopus eorum, quæ contigerant,
33 forsan ignarus, paucis rescripsit die 16. Martii 1728. Monasterium Sanctæ Mariæ Gratiarum 600. *& ultra uncias* illius monetæ, quæ scut. 1300. monetæ Romanæ respondent, mutuasse, Doctorem Medinam, qui antea sua iura cessurum spoponderat Monasterio S. Michaelis, verso deindè pallio, eadem cessisse Monasterio S. Mariæ Gratiarum, Moniales verò S. Michaelis nihil aliud deduxisse, quam -- *tenuitatem redditwum, minorem Monialium numerum, & alia commiserationis motiva recognoscenda potiùs oculari inspectione in actu visitationis.*

Attenta igitur hujusmodi relatione Sac. Congre-
34 gatio eidem Episcopo iniunxit, ut in actu Visitationis juxta prænotatam instructionem omnia diligenter exquireret, & præcipuè statum Monasterii Sancti Michaelis, de quo eandem signanter instructam redderet. Verum, qui iura Monialium Sanctæ Mariæ Gratiarum tuebantur, ulterioris moræ impatientes, de mense Januarii 1729. curarunt novas expediri literas, quibus Episcopo mandatum fuit, ut sive in actu visitationis, sivè extra referret, Atqui eò interim è vivis erepto, die 29. Martii eiusdem anni 1729. Vicario Capitulari juxta eandem Instructionem rescribere necesse fuit, isque nova, ac satis ampla relatione prænarrata confirmans, duo addidit præsertim notatu digna.

Primum quod ex scutis 1300. monetæ Siculæ,
35 quæ Monasterium S. Mariæ Gratiarum iam mutuaverat *detrahenda erant tercenta, quæ à Bonis hæreditariis per triennium circiter hausta fuerant, quapropter expensæ factæ erant scuta millena.*

Secundùm, quod Jura, quæ affectabat prædictus
36 de Medina, nulla, vel fere nulla videbantur: Non illa sanguinis, ipse enim fuit filius naturalis non legitimus, non alia Dotium, quæ per mortem Annæ Uxoris filiæ quondam Nicolai Iosephi Lucca penitùs evanuerant. De cætero quamvis ipse Monasterio S. Mariæ Gratiarum potiùs faveret, nihilominùs recensendo rationum momenta, quæ attulerat Monasterium S. Michaelis, hæc ait -- *Aliud non vulgare, & summa consideratione dignum est, summa rerum omnium inopia, tanta enim, ac tali præmuntur egestate Moniales scilicet, ut his elapsis diebus mihi permittenda fuerit facultas extrahendi ex arca trium Clavium scutata 65. ad emendam aliquam frumenti copiam ad totam, sed ad quotam congruam anni sustentationem, & ipse quondam Reverendissimus D. Andreas Reggio alteri Monasterio aggregandum censuit, quod exilio, & morte præpeditur perficere non potuit, & meo, ni fallor judicio, Monasterium hoc, vel abolendum, vel altori aggregandum, vel aliunde consulendum* -- & paulò post -- *Paupertas Monasterii Sancti Michaelis talis, ac tanta est, ut vix deinceps sustineri valeat, ideòque vestram inclamat Clementiam.*

Repropofito autem subinde die 17. Decembris 1729.
37 præcedenti dubio, scribentibus hinc inde Causæ Patronis, cùm nonnulla essent in facto obscura, pluraque ambigua, placuit huic Sac. Congregationi mihi committere, ut rem perpenderem, eique meam Sententiam aperirem, addendo, ut interim scriberetur Vicario Capitulari, qui mandaret reddi rationem de rebus hæreditariis, ac deponi fructus, & certioraret.

Nonus interim fuit Cataniensis Ecclesiæ Pastor electus, cui ut ea, qua par erat, diligentia EE. VV. 38
mandatis obtemperarem, die 4. Februarii 1730. literas dare necessarium omnino duxi, nonnullis adiunctis articulis, super quibus non minùs eiusdem Episcopi relationem exquisivi, quam documenta, quæ ad tollendas ambages, & æquivoca, quibus factum nimis implexum animadverteram, & ad Causam quantociùs absolvendam opportuna videbantur.

At conceptam spem fefellit eventus Episcopus. enim non solum Monasterium Sancti Michaelis de 39
facto suppressit, verum etiam reticitis omnibus in Sacra Congregatione hactenus gestis, se id perfecisse Sanctissimo D. N. tunc meritissimè electo sub datum 11. Augusti 1730. retulit; addito insuper, quod *cum Diæcesim in actu visitationis lustraret, Monasterium, & Ecclesiam S. Michaelis undique fatiscentem inuerat, quodque Monialibus annui redditus majori ex parte defecerant, atque in eas conjectæ erant angustias, ut non modo declinandis ruinis, sed unde quoque viverent vix haberent, quare Moniales ipsæ maxima rerum inopia laborantes agnoscentes haud, quo par erat decore ali posse, atque hiantibus in dies muris in certum vitæ discrimen adduci* ut ad aliud Monasterium traducerentur efflagitaverat, & idcircò ad illud S. Benedicti eas transtulerat demissequè exorabat -- *ut quod agere in Domino sum arbitratus, paterna dignetur benedictione firmare.*

Relatio hæc à Sanctitate Sua remissa fuit ad Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium & 40
ab ista ad hanc Sac. Congregationem, coram qua negocium istud agebatur, incunctanter transmissa, cum autem iterari Monialium, acriter conquerentium recursus pervenissent, novisque ipsæ in dies clamoribus enixè postularent, ut Sacra Congregatio illas proprio redderet Monasterio, à quo invitæ, ut asserebant, abreptæ fuerant die 19. Augusti 1730. resolutum fuit -- *audiatur Episcopus, & scribatur etiam viciniori* -- Rescripsit ad hæc Episcopus 3. Novembris subsequentis, haud humano zelo, aut privato studio Moniales transtulisse? *Mà che gli unici motivi, che sforzarono il mio zelo Pastorale à fare la consaputa traslatione applaudita da tutta quella Città dal Nobile sino al Plebeo, furono le valide istanze delle Moniali di S. Michaele: il pericolo delle fabriche, la mancanza della Chiesa, e le gran miserie delle Moniali.*

Verùm quia Moniales constantissimè, libellis ab iisdem subscriptis oppositum, nec sine ullo prorsùs 41
fundamento, asserebant, iamque descriptioni proximæ videbantur, non attenta Episcopi relatione, qui huius Sacræ Congregationis mandata non impleverat, die 6. Junii 1731. resolutum fuit -- *scribatur Episcopo Catanien. pro reportatione monialium juxta modum, & interim Episcopus Agrigentinus supersedeat in informatione* -- Et quamvis Procurator Episc. copi peteret inducias duorum mensium, die 22. Septembris 1731. iterùm Sacra Congregatio mandavit, *ut Episcopus invigilet; ut quàm citiùs fieri possit reparetur Clausura Monasterii, necnon restauretur Ecclesia quantum necesse sit, ut ibi Sacramentum Eucharistiæ asservari, & Missa celebrari possit.* Quas tamen ordinationes Episcopus, rem melius secum ipse perpendens, antevertere statuit, ac facti pænitens die 18. præfati mensis Septembris Moniales præfato Monasterio S. Michaelis restituit.

Rebus igitur in pristinum restitutis, quamvis non sine notabili earundem Monialium detrimento, tum ob res hac occasione deperditas, tùm ob non exiguas expensas, quas passæ fuerunt, cum tandem responsiones pervenerint, quas exquisieram, tam Epis-

Episcopi Cataniensis, quàm etiam Agrigentini, cui iterùm à Sacra Congregatione fuerat injunctum, ut eandem instructam redderet; Cumque delata fuerint opportuna documenta super articulis jampridem dicto Episcopo Cataniensi transmissis, ut rem totam multis tenebris offusam puro, quo fieri potest, veritatis lumini reddam, longiùs fortasse, quàm cæteroquin res ipsa postularet, referre habeo.

Nicolaum Josephum Lucca anno millesimo sex-
43 centesimo sexagesimo septimo, dum Oblatorum ad instar in Conventu PP. Eremitarum Ordinis Sancti Augustini Civitatis Ennæ moraretur, primum condidisse Testamentum, quo hæres universales sibi scripsit -- *Omnes illas Puellas Virgines, pauperiores, orphanas intrandas, & Monacandas, & profitendas infra scriptum Monasterium, seu Abbatiam infra erigendum, & construendum* -- ac deindè quoad erectionem Monasterii mandavit -- *quod meam mortem intùs meum Tenimentum Domorum situm, & positum in hac prædicta Urbe, & Parochia Sancti Georgii erigi, construi, & fundari debeat unum Monasterium, sive Abbatia Mulierum Virginum pauperiorum sub titulo Sanctæ Mariæ Sanctissimæ Immaculatæ Conceptionis, quæ Mulieres Virgines pauperiores intrandæ intus dictum Monasterium, sive Abbatiam prædictam vivere habeant sub regula Sancti Augustini more Eremitarum, quæ sint, & esse debeant ex legitimo Matrimonio natæ, & procreatæ, & quod sint Orphanæ, & pauperiores, aptæ, idoneæ, & sufficientes, ac bonis moribus, vitæ, & famæ pro dicto effectu, dummodo non sint minores ætatis annorum novem completorum, & majores annorum duodecim, & adveniente legitimo tempore Novitiatus statim debent ad illum admittere, quo finito, & completo juxta formam Ritus Sac. Concilii Tridentini, & Sacr. Canon. instituta in supradicto Monasterio, seu Abbatia professionem facere habeant, & debeant* - numerum verò Monialium determinari voluit juxtà vires hæreditatis.

Huiusce piæ voluntatis hæredes fideicommissarios, sive Executores reliquit -- *RR. Priorem, & Rectores*
44 *Matricis Ecclesiæ hujus prædictæ Urbis Castri Joannis præsentes, & qui pro tempore erunt in Ecclesia prædicta, semper, & omni futuro tempore in perpetuum conjunctim, & non divisim, imò cum consensu, præsentia, & interventu DD. Procuratorum dict. Matricis Ecclesiæ*. Quibus etiam plenariam potestatem attribuit, tam construendi Monasterium, quam eligendi Puellas præfatis tamen qualitatibus præditas, dictisque Executoribus commisit electionem Abbatissæ, Cappellani, aliorumque Ministrorum, ac Thesaurarii, assignata isti congrua mercede, apud quem deponi deberent omnes hæreditatis proventus, ea conditione adiecta, quod singulis annis horum non minùs, quàm expensarum eisdem rationem redderet, ac demum præcepit, ut conficerent Inventarium, cujus plura fierent exemplaria -- *ad effectum, ut unusquisque ex Fideicommissariis, Procuratoribus habeat notitiam, ac plenam scientiam de omnibus Bonis hæreditariis*.

Quod si Executores præfati hoc onus suscipere re-
45 nuissent substituit Rectorem Collegii Societatis Jesu, & Priorem Conventus Sancti Augustini cum facultate, quatenus per se hoc munus obire nequirent, eligendi -- *alias idoneas, habiles, & sufficientes personas Ecclesiasticas bonæ famæ, & conscientiæ, dummodò non excedant numerum trium, nec sint Nobiles*.

Verùm non multo post idem Testator Oblatorum habitum exuens, Rosaliæ Grimaldi nupsit, ex ea-
46 que suscepit Annam, quam novo condito Testamento 18. Decembris millesimo sexcentesimo septuagesimo octavo, & Notario tradito, prima Martii millesimo sexcentesimo septuagesimo nono, hæredem universalem instituit cum conditione -- *quod moriente dicta Domina Anna ejus filia hærede universali in minori, vel majori ætate, & quandocumque sine liberis legitimis, & naturalibus de suo corpore legitimè descendentibus, & ex legitimo Matrimonio procreandis* -- vim haberet primum Testamentum, facultate solummodo ipsi Annæ tributa disponendi de unciis 200. & quatenùs se opponeret, eam in Jure legitimæ tantùm instituit. Hæredem verò usufructuariam Uxorem reliquit -- *Et hoc dùm vixerit, & vitam vidualem servaverit*: eo insuper addito: *Quod dum dicta Domina Rosalia vixerit, & vitam vidualem servaverit, & dum dictum usufructum omnium bonorum consequi voluerit, consequi nec habere possit, nec debeat illas uncias 1200. per dictum Testatorem dictæ Uxori constitutas pro Dotario, seu Antefato, aliàs nolente dicta Domina Rosalia contentare, & acquiescere de præsenti dispositione, tantum, & dumtaxat consequi, & habere habeat supradictas uncias 1200. constitutas pro Dotario in Capitulis Matrimonialibus cum conditione, & clausula, quod durante vita ipsius Dominæ Rosaliæ, & illa existente in viduitate de dictis unciis 1200. fit, & esse debeat dicta Domina Rosalia mera usufructuaria tantum, & dumtaxat, & casu quo mori contigerit, aut convolaret ad secundas nuptias, dictus usufructus supradictarum unciarum 1200. expiret, & consolidetur cum proprietate, sed tantum, & dumtaxat dicta Domina Rosalia possit, & disponere valeat de unciis quatringentis, & restans acquiratur, & acquiri debeat d. hæredi universali.*

Anna Lucca filia pii Testatoris nupsit Mario Medina, sed præmortuo Mario nullis filiis post se relictis, decessit, & ipsa postquam in Tabulis Testamentariis 47
septimo Decembris anni millesimo septingentesimo undecimo, exaratis in filium adoptaverat Doctorem Alonsium Medina filium naturalem Marii, eumque sibi dixerat hæredem universalem.

Sub hujusmodi institutionis obtentu Alonsius Medina occupavit hæreditatem, pro qua redimenda E- 48
xecutores Testamentarii iudicium in Regiis Tribunalibus instituerunt, & quamvis duo Judicata obtinuissent, ac de re perspicua, imò evidenti ageretur. Quinimò, etsi Alonsius ipse die octava Aprilis millesimo septingentesimo vigesimo septimo, Monasterio Sancti Michaelis omnia sua Jura, publico desuper confecto Instrumento, cessisset; nihilominùs die decima octava Novembris eiusdem anni absque ullo Apostolico, sivè Episcopi consensu, tertiam, & ultrà eiusdem hæreditatis partem; iniusta prorsùs, ac nulla inita transactione, eidem Alonsio dimiserunt, qui idcircò post tres dies mox dictam cessionem revocavit, aliamque in beneficium Monasterii Sanctæ Mariæ Gratiarum scripsit, de qua infrà sermo fusiùs habebitur.

His in facto notatis cum in casu, de quo agitur, inevitabilem esse commutationem voluntatis appa- 49
reat, ut facilior resolutioni aperiatur via, quatuor expendenda videntur.

I. Scilicèt Jura Alonsii Medinæ, si quæ sint, & quatenùs adsint, cui fuerint per cessiones ab ipso factas acquisita?

II. Quænam sint Jura Monasterii Sanctæ Mariæ Gratiarum?

III. An isti, sivè potiùs Monasterio Sancti Michaelis Bona hæreditaria sint applicanda?

IV. Quomodo facienda sit huiusmodi applicatio?

I. Quantum attinet ad Jura Alonsii, cum iste, qui iam ex hac vita migravit, qualiacumque ea fuerint priùs Monasterio Sancti Michaelis cessisset, deindè 50
alteri Sanctæ Mariæ Gratiarum, ut paulò supra narratum est, ideò priùs de Iuribus Alonsii, deindè de cessionum viribus, & demum quænam ex istis sit præferenda, inquirere oportet.

Quod autem nulla isthæc omninò fuerint, ac prorsùs immaginaria, certum perhibet Testimonium, re- 51
latio à Vicario Capitulari Cataniensi transmissa Kalendis Augusti millesimo septingentesimo vigesimo nono, quæ pro Congregatione habita die decima septima Decembris eiusdem anni fuit distributa *Summario Executorum n. 2.*

Id tamen clariùs etiam patet ex facto. In Instrumento etenim cessionis eorundem Iurium favore Mo- 52
naste-

nasterii S. Michaelis stipulato die 8. Aprilis millesimo septingentesimo vigesimo septimo, & distributo in Congregatione habita die septima Junii 52 millesimo septingentesimo vigesimo septimo. *Summario earundem Monialium numer. unico* ita narratur -- *Repериente Creditore ipso Domino Alonsio, tam veluti hærede Dominæ Rosaliæ Grimaldi Matris D. Annæ per intermediam personam ipsius Dominæ Annæ, quam ejusdemmet Dominæ Annæ in ingentissimis summis pecuniarum debit. ab hæreditate dicti quondam Domini Nicolai, tùm ex Causa dotium eidem D. Nicolao apportatarum à dicta Domina Rosalia, tùm ex Causa Dotarii constituti ad summam scutorum* 3000. *& pro aliis quibuscumque Causis* --. Si igitur Iura ipsius Alonsii non aliundè causam habent, quàm ex Testamento Annæ, quæ illum hæredem universalem instituit, cum irrita omninò, & inanis fuerit hujusmodi institutio, quippe, ut dictum est, Nicolaus Ioseph Lucca in Testamento, quod condidit anno millesimo sexcentesimo septuagesimo octavo. Annæ ejus filiæ ; quatenùs sine filiis ex legitimo Matrimonio procreatis decederet, proùt contigit, hæredes fiduciarios substituerat, hinc evidens fit, omnem prorsus facultatem Annæ in casu, de quo agitur, sibi hæredem constituendi fuisse ademptam, ut appositè passim firmant Doctores, & præcipuè *Rot. decis.* 201. *numer. quinto, part.* 17. *Recentior.* ibi -- *Et quamvis ea pervenerint in Joannem Baptistam, ille tamen non poterat uti propria in suos hæredes transmittere, dum erat gravatus fideicommisso, sed tenebatur restituere vocatis, & coram Cerro decis.* 511. *numer. vigesimo nono* ibi -- *Cui propterea debetur immissio excluso Julio Cæsare hærede dicti Gregorii, cum iste in Bonis Antonii subjectis oneri restitutionis non potuerit alium sibi instituere hæredem, ut respondit Rot. &c. Ruin. consil.* 174. *sub numer.* 12. *lib.* 2. *Fusar. consultat.* 78. *numer. nono, & de substitut. quæst.* 340. *nu. primo, & secundo, Peregrin. de Fideicommiss. artic.* 32. *numer. nono, versic. Sed contra tenuit &c.* & optimo Iure nam -- *Ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habentur*, sunt verba *Text. in Leg. Non dubium* 5. *C. de legat.* --

53 Et quamvis videatur institutionem ipsius Alonsii sustineri posse tanquam hæredis particularis, tam Rosaliæ, quam Annæ, nempè super Dote, & legitima earumdem, ut ipse innuit in dicta cessione ibi -- *Tum ex causa Dotium eidem Domino Nicolao apportatarum à dicta Domina Rosalia, tum ex causa Dotarii constituti ad summam scutorum* 3000. Attamen ejusdem Iura etiam quoad hasce detractiones, vel penitùs, vel ferè penitus cessant. Enimverò Nicolaum Iosephum Lucca nullam consequutum fuisse Dotem ex Matrimonio cum Rosalia Grimaldi constat ex Relationibus tam Episcopi Catanien. quam Agrigentini iisdem ferè verbis asserentium -- *Perche la Dote della Rosalia Grimaldi apportata al detto di Lucca fù consistente in sole pretensioni, delle quali niuna se ne portò al segno, in tanto niente riconobbe à nome di Dote il detto di Lucca della Rosalia sua Moglie, e Madre di Anna, ed in conseguenza niente riconobbe l'Anna di Beni materni, allor quando si maritò con D. Mario Medina, essendo stato dotato lo Sposo di Medina dalla Rosalia Suocera, come Tutrice, e prò tempore Curatrice in tutti quelli Beni Ereditarii del q. Nicolò Lucca Padre, anzi in ventre delli medesimi Capitoli Matrimoniali si lodano, ed approvano tutte le disposizioni, vincoli, e fideicommissi fatti nell' ultima volontà del detto Lucca.*

54 Idemque comprobatur ex Testamento ipsius Nicolai Iosephi Lucca anni 1678. in quo nulla fit mentio Dotis Rosaliæ, sed illa solùm hæres usufructuaria relinquitur, *& hoc dum vixerit, & vitam vidualem servaverit, & quatenùs de usufructu totius hæreditatis contenta non esset*, eidem tantum reliquit usufructum Dotarii, seu Antefati, quod in Capitulis Matrimonialibus constituerat idem Lucca in unciis 1200. ubi insuper addidit, *quod si ipsa convolaret ad secundas nuptias, vel decederet, usufructus Dotarii consolidaretur cum hæreditate, sed tantum, & dumtaxat dicta Dom. Rosalia possit, & disponere valeat de unciis quatringentis*, respectu verò Annæ ejus filiæ voluit, quod casu, quo decederet sine filiis legitimis, & naturalibus liberè solùm disponere posset de unciis 200. ut ex verbis Testamenti supra relatis §. 17.

Patet igitur credita Alonsii, quæ *in ingentissimis pecuniarum summis* super ista hæreditate se haberè jactabat ad summum redigerentur ad 400. uncias, de 55 quibus Rosalia, & ad 200. de quibus Anna liberè tantum disponere poterant, nisi ista pariter omninò evanescerent. Non enim est ullatenus ambigendum, quin cum fructibus hæreditatis de facto, & nullo jure occupatæ, injustè perceptis compensanda sint, prout in secunda cessione, quam fraudolenter, & in supplantationem prioris colludendo cum Executoribus fecit Monasterio S. Mariæ Gratiarum die 18. Novembris 1727. ipsemet Alonsius confessus fuit *Escludendo lo credito delle detrazzioni sì per legitima, sì per antefato di detta D. Rosalia forsi competenti, rimasti à conto di D. Alonso, stante quelli secondo il calcolo fra di noi fatto, venire assorbito con li frutti sopra di detti Beni Ereditarii per detta Rosalia, D. Anna, e Alonso perceputi sino alla presente giornata.* Sicut verò hujusmodi confessione in actu tam serio, licet nullo, à dicto Alonsio emissa, major probatio desiderari non potest *Leg. cum te* 5. *Cod. de transact. Leg. Generali Cod. de non numer. pecunia, capit. per tuas de probat. Rot. decis.* 411. *numer.* 6. *decis.* 209. *numer.* 11. *part.* 19. *Recent.* ita optimo quidem Iure post purificatum fideicommissum per obitum Annæ sine filiis legitimis, & naturalibus asserta detractionum Iura cum memoratis fructibus, quos suos facere Alonsius ullo pacto nequiverat compensari debent *Rot. decis.* 500. *numer.* 14. *&* 15. *coram Cerro, & decis.* 378. *numer.* 3. *&* 4. *coram Merlino* ibi -- *Et aliæ doctrinæ allegatæ loquuntur de hærede gravato, qui nondum purificato fideicommisso percipit fructus hæreditatis, dum est hæres, & suos facit, non autem procedunt in hærede gravati, qui fructus post purificatum fideicommissum, perceptos cum credito computare debet, qui hoc tempore nullum jus habet in bonis illis, quæ restituere tenebatur statim ac petitum fuit fideicommissum.*

Neque opponi potest hujusmodi fructus integræ compensationi non sufficere, enim verò prætensa ejus credita uncias 600. non excedunt, ut paulò ante demonstratum est, è contrà verò fructus duodecim, & ultra annorum spatio ex hæreditate percepti ; dato etiam quod fuerint imminuti, sivè summam annuam attingant aureorum 430. sicuti retulit Vicarius Capitularis 4. Idus Ianuarii 1727. sivè tantum uncias 67. iuxta Reverendissimi Episcopi Catanien. assertum, nemo unquam inficiari poterit, eundem Medinam saltem percepisse uncias 814. quæ ipsius credita longè excedunt, cum cæteroquin verisimiliùs sit, annuas ex dicta hæreditate uncias retraxisse 218. iuxta relationem Episcopi Agrigentini, qui bona omnia singillatim enumerando, rem sedulò, & exactius investigavit. 56

Quoties autem sibi quis fingere vellet, iura aliqua, seu credita super hæreditate præfata ipsi Alonsio deberi ; ea procul dubio in vim prioris cessionis, 57 tam solemniter editæ Monasterio S. Michaelis acquisita fuissent. Iura quippe cessa adeò irrevocabiliter cessionario acquiruntur, ut cedens ad illa nullo pacto regressum amplius habere valeat, idque pluribus adductis firmat *Rot. decis.* 296. *num.* 2. *coram Cerro*, & aliis omissis, *Olea de cess. Iur. tit.* 6. *quæst.* 8. *numer. quarto* ibi: *Eum, qui Iura sua in alium ex quocumque contractu transtulit, eadem non rectè, aut non justè alteri postea cedere, quod si faciat, ex primo contractu ad damna, & interesse tenebitur. Paul. Gallerat &c. quo sensu accepta sine dubio transit conclusio illa, quam innumeri firmarunt, quod actio semel cessa, alteri cedi non potest in præjudicium primi Cessionarii Leg. Non quocumque §. Qui Gajum ff. de leg. prima.*

Quod

Quod sanè eò magis justitiæ consonat, quia secundam
58 dam cessionem fraudolenter extortam fuisse, inde etiam evincitur, quòd Executorum molimina contra Monasterium S. Michaelis eousque processerunt, ut quamvis dictum Alonsium die 8. Aprilis millesimo septingentesimo vigesimo septimo, plenè; & per actum publicum sua Jura ipsi cessisse agnovissent, nihilominus die 18. Novembris eiusdem anni per indebitam transactionem proprio marte, absque ullo beneplacito, hæreditatis trientem, & ultra, ac præcipuè Testatoris Domum pro Monasterii constructione destinatam, eidem Alonsio remittere, imò potiùs donare ausi fuerint. Quare nil mirum, quod ipse huiusmodi beneficio allectus, postquam duo Judicata contraria super hæreditate iam passus fuerat; & nulla esse prætensa eius Iura deprehenderat, tribus vix elapsis diebus, nempè 21. eiusdem Novembris, revocata præcedenti cessione, novam, licèt prorsùs inutilem, ac iniustam exarare non dubitaverit.

Cum verò hæc omnia tam ipsi, quàm Executori-
59 bus optimè innotescerent, ut ex eadem cessione constat, asserente ibi Alonsio, se ad eam devenisse, *quia causa fuerat decisa ad favorem dd. Fideicommissariorum, & contra dictum de Medina &c. Tandem facta per D. de Medina matura ponderatione cum Voto suorum Advocatorum, quod sua Jura prætensa de dicta hæreditate sunt nullius momenti &c.* hinc profectò nil videtur ulteriùs desiderandum, ut ea penitùs reprobetur, utpotè dolo malo confecta contra Justitiam, & Sacros Canones in fraudem præcedentis.

II. Progrediendo ad examen Jurium Monasterii S.
60 Mariæ Gratiarum ex triplici fonte manare ista, contenditur.

Primo scilicet ex cessione Alonsii.

Secundo ex consensu, tam Executorum, quàm Consanguineorum interesse habentium.

Tertio demùm ex antidorali quadam remuneratione, quia nempè ingentem pecuniarum summam impendit pro huiusmodi hæreditate recuperanda.

Nullum ius antedicta cessione huic Monasterio ac-
61 cessisse satis superque iam videtur ostensum, atque ideo hoc omisso, Jus illud, quod ab Executorum, aliorumque consensu desumere vellet, modò expendendum est.

Scribentes pro Executoribus, & Monasterio præ-
62 cipuum fundamentum constituunt super auctoritate Doctorum, & præsertim *Abb.* asserentis *in cap. Nos quidem de Testam. numer. 6.* ibi -- *Et pro hoc dico, quod si pecunia relicta à Testatore non sufficeret ad Monasterium construendum, debet converti in alium pium usum, sed unum semper nota, quod ista conversio non potest fieri per solum hæredem, nec per solum Episcopum, sed per eum, & per Episcopum, qui habet exequi.*

Verum huiusmodi Theorica in præsentiam nihil relevat, siquidem non agitur de commutatione fa-
63 cienda ab Episcopo, sed à Summo Pontifice, cuius auctoritas indistinctè ad quascumque Testantium voluntates sine consensu Executorum, vel interesse habentium ex iusta causa commutandas; extenditur *Textus* est literalis, & apertus *in Clem. quia contingit in princip. de Religios. Domib.* ibi -- *Cum tamen ea, quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salva Sedis Apostolicæ auctoritate) converti*, & firmat *Monet. de commut. ultim. volunt. capit. 5. quæst. 4. per tot.* ibi -- „ Romanus „ Pontifex pecuniam legatam in usus pios ad Beneficia, & Sacerdotia instituenda, & ad pauperum „ alimenta, potest in alia opera itidem pia commutare, cùm ipse Summus Pontifex horum omnium „ sit legitimus ex canonicis sanctionibus Administrator. & Rector. Unde in omni, & qualibet „ donatione, quæ Ecclesiæ fiat ad certum, & determinatum onus ministerii Ecclesiastici, excepta intelligitur auctoritas Summi Pontificis, cui ut *Præsidi Reipublicæ Christianæ, licet ex justa causa dispensare unicuique Ecclesiæ, quod alterius membri* „ *proprium sit, iuxta utriusque membri necessitatem, opulentiam, & inopiam, nec per hoc offenditur Donatoris, aut testatoris voluntas*" Immò *nu.* 149. adductis plena manu DD. id asserentibus, Summum Pontificem hoc etiam posse sine causa, affirmat. Quodque magis urget, etiam sine consensu illorum, quibus iam fuisset Jus acquisitum, ut habetur *in cap. Pastoralis in fine, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. Cap.* & distinguendo utramque casum commutationis videlicet, quæ à Pontifice, ab illa, quæ fit ab Episcopo, concludit *cap. 7. quæst. 4. conclus. 6. numer.* 375. & alibi ac signanter *cap. 11. quæst. 7. conclus. 11. n.* 479. ibi -- *Tum ex eo, quod Iura loquuntur cum Episcopus, non autem cum Papa aliquid de hisce negotiis agere, vel disponere intendit, & ubi etiam Papa in his Iuribus comprehenderetur, adhuc iisdem non legitur tanquam Supremus Princeps juxta L. Princeps ff. de Legib. Leg. digna vox Cod. eodem tit. & cap. Proposuit de concess. Præben.* & hoc sanè optima ratione, ut paucis advertit *Card. de Luc. in adnotat. ad Concil. Trident. disc. 21. num. 7.* ibi - *Atque in hoc differunt Pontifex, & Episcopus, quod iste gerit solum partes justitiæ tanquam Iudex, ille autem partes gratiæ, tanquam Princeps Supremus*,

Cæterum cum ista commutatio sit omnino necessaria, & Executores, nedum eidem consensum præstiterint, sed etiam enixè eam postulent, non est dubitandum, quin ad illam posit Summus Pontifex devenire, non attenta conditione, ut Monasterium Gratiarum alteri S. Michaelis præferatur, cum Episcopus ipse ex iusta causa ad commutationem procedere valeat, neglectis hæredum, vel Executorum conditionibus, ut cum aliis sustinet *Rocc. de Curte in tr. de Iurepatron post Lambertin. eodem tract. verb. pro eo num.* 32. ibi -- *Poterit Episcopus eo casu ipsas conditiones immutare, etiam invito hærede, quia causa necessaria eas immutandi subest*; & appositè *Petr. de Ubald. de Canonic. Episcop. inter tract. magn. tom. 15. part. 2. cap. 7. num.* 39. ibi -- *Sed incidenter dubitatur eo casu, quo ex causa legitima potest, & debet fieri conversio ad alium usum, & Ecclesia, cui legatur, & hæres etiam gravatus non consentit in huiusmodi conversione, an Episcopus solus habeat conversionem facere ad alium usum vel locum. Respondeo isto casu sufficit auctoritas solius Episcopi L. 1. Cod. de nupt.* ita pariter *Bart. in L. legatum ff. de usufruct. legat. num. 5. Barbos. de offic. & potest. Episcop. allegat. 83. num. 6. Amostaz. de caus. piis lib. 1. cap. 14. nu. 41. Roman. cons. 409. n. 11.* 64

Hæc sanè sufficerent nedum ad excludendum Jus, quod ab Executorum consensu favore Monasterii 65
Gratiarum derivare contenditur, sed etiam alterum, quod desumitur ab illo Consanguineorum, & Affinium, cum eadem sit utriusque ratio, sed nihilominùs, ut magis veritas elucescat, plura animadvertere oportet: Primò, quod nullum exhibetur legitimum documentum ad prætensam Consanguinitatem, vel Affinitatem probandam. Secundo quod relati Consanguinei, cæterique die 19. Maii 1729. consensum præbuere sub opinione, quod Episcopus ipse huiusmodi hæreditatem Monasterio Gratiarum applicare vellet, atque ideo ne deficeret requisitum à Jure in commutatione ab Episcopo perficienda præscriptum, non autem; ut se opponerent Monasterio Sancti Michaelis, quod tunc temporis hæreditatem sibi attribui nec quidem petierat, undè nulla illius mentio facta fuit; Tertio quod ex undecim in dicto Instrumento subscriptis, alii sunt Regulares, alii Ecclesiastici, alii verò non docent filiam, seù neptem habere, quæ actu velit, vel possit Monasterium ingredi, & habitum suscipere, quapropter huiusmodi Jus ad summum esset eventuale, ac remotum, ac proinde nullatenus advertendum, ut tradunt *Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 6. num.* 144. *Lotter. lib. 2. quæst. 54. num. 32. Rot. cor. Seraphin. dec. 351. numero 19. coram Celso decis. 395. numero 4. & in recen. decis. 24. num. 15. part. 5. & alibi passim* - Quarto demum si res benè perpendatur, nullum Consanguineorum, vel Affinium

nium præjudicium deprehendi poterit, sive enim Monasterio Gratiarum, sive alteri Sancti Michaelis hæreditas applicetur, ipsis profectò idem omninò jus à pio Testatore tributum, firmum, & prorsus intactum remanet, ac proinde de quo iustè conqueri possint, ignoratur.

Verum obiici fortasse posset, quod cum Puellæ
66 Consanguineæ, vel Affines Testatoris sint nobiles, nullo modo in Monasterio Sancti Michaelis collocari possent, cujus Moniales honestæ conditionis gradum non excedunt, cùm e contrà Monasterium S. Mariæ Gratiarum selectiori nobilitate refertum sit, ut testatur Reverendissimus Episcopus Catanienfis in relatione sub datum 6. Octobris 1730 *Mentre il Monastero delle Grazie, come composto di numero 14. Religiose Dame tutte delle principali di Castrogiovanni &c.*

Hæc tamen oppositio quatenùs fieret, directè pu-
67 gnaret, tam contra veritatem, quàm contra voluntatem Testatoris.

Constantia quippe de Rotundis Monasterium San-
68 ctæ Mariæ Gratiarum ea lege fundavit, *ut in Summario secundæ Propositionis Executorum numer.* 7. ibi -- *In quo commorari, & sustentari debuissent tresdecim Puellæ, sive Mulieres Virgines Nobiles, & si tales inveniri minimè potuerunt, saltem sint, & esse debeant mediocris conditionis*, & quod revera non obstante contraria Episcopi Catanien. relatione idem Monasterium nonnullas Puellas honestæ tantum conditionis receperit, ingenuè fatentur scribentes ipsi pro Executoribus in scripturis novissimè mihi exhibitis §. *Nec meretur attendi* ibi -- *Enim verò licet præfatum Monasterium habeat plures Virgines Nobiles, habet tamen alias honestæ tantùm conditionis.*

Quod verò ad Nicolai Josephi Lucca Testatoris
69 voluntatem attinet, qui Puellas Consanguineas, & affines prætulit, cum iste ad recensendas qualitates in Puellis admittendis requisitas descendit, certum est, quod nullo modo nobilitatis conditionem præscripsit, sed tantùm -- *Quæ sint, & esse debeant ex legitimo matrimonio natæ, & procreatæ, & quod sint Orphanæ, & pauperiores, aptæ, idoneæ, & sufficientes, ac bonis moribus vitæ, & famæ* -- Cumque ageret de facultatibus, quas concessit Executoribus hoc idem confirmavit -- *Eligere habeant, & debeant dictas Puellas Virgines Orphanas pauperiores semper ex legitimo matrimonio natas, & procreatas, & nullo modo eligere naturales sive spurias.*

Sicuti igitur si erigeretur novum Monasterium ex
70 voluntate clara, & expressa Testatoris Puellæ Orphanæ pauperiores, etiamsi non essent nobiles, sed honestæ tantum conditionis licet infimæ, deberent admitti, quia hasce non excludit, atque ideo cum istis Consanguineæ, & Affines ejusdem quamvis nobiles commorari, ita nec à Monasterio Sancti Michaelis possent hac de Causa abhorrere, vel saltem justum non esset, quod abhorrent; unde enim argui possit, eam fuisse voluntatem Testatoris, quod propter nobilitatem Affinium dictæ Puellæ Orphanæ pauperiores hac qualitate carentes reiicerentur, prorsus ignoratur.

III. Tandem Monasterium Gratiarum nullum ex
71 eo sibi Jus acquisivit, quod proprium æs, summam videlicet unciarum sexcentum, quæ scuta 1300. monetæ Romanæ constituunt, ad hujusmodi hæreditatem ab injusto Detentore vindicandam, impenderit; Quamvis etenim hoc idem retulerit Vicarius Capitularis *Summar. Executorum primæ Propositionis numer. unico*, ac deinde Episcopus Catanien. *Summ. eorundem Execut secundæ Propositionis num.* 1. qui addidit, quod præfatam summam Monasterium ab hæreditate non repetet, si eidem attribuatur, & hoc etiam cum, expetita nova informatione obiisset dictus episcopus, confirmaverit alter Vicarius Capitularis sub dato Kal. Augusti 1729. *in citato Summario num.* 2. qui tamen §. *His prælibatis* adjunxit *ex dicta summa scutorum* 1300. *detrahenda esse scuta* 300. *percepta ex fructibus hæreditatis*. Quinimo licet modernus Episcopus Catanien. fretus quibusdam notulis sibi exhibitis ab Executoribus, uncias pariter 600. fuisse impensas affirmaverit, nihilque hactenus fuisse restitutum: Attamen nullum prorsus ad assertam veritatem comprobandam assertur documentum, ideoque relationes hujusmodi, utpote ex errore, vel ad Partis insinuationem extensæ, nullam videntur considerationem mereri.

Et profectò eo magis, quia è contra ex relatione Episcopi Agrigentini, ac probationibus eidem insertis præfata nullo modo subsistere, evincitur. 72

Primo enim describit integrum tenorem Apochæ ab Executoribus confectæ 30. Iuli 1725. in qua confessi fuerunt se debere Monasterio Gratiarum uncias 73 non 600. sed 164. *Per altrettante da noi ricevute dalla suddetta M. Abbadessa ad effetto di noi spenderli per lo giudizio della Causa si verte trà noi Fideicommissarj, & Alonso Medina, quali once* 164. *ci obligamo sodisfare, e restituire à detto Monastero delli Beni Ereditarj di detto Lucca nell' ultimo d' Aprile mille settecento venti sei.*

Secundo per extensum, ac singillatim enumerat omnes, & singulas expensas occasione litis ab Executoribus ab initio usque ad annum Indictionis sextæ, quo lis terminavit, distinguendo quid, cui, à quo, & qua de Causa solutum fuerit, quæ omnes uncias 222. 43. non excedunt. 74

Tertio ex hisce uncias 59.46. solutas fuisse ex fructibus hæreditatis ab ejusdem Depositario, opportuni adiunctis probationibus, ostendit. 75

Quarto denique addit Instrumentum stipulatum die 6. Julii 1726. quo fatentur iidem Executores se habuisse, & recepisse à Sacerdote Signorello Barresi Procuratore, tam dicti Monasterii Gratiarum, quàm dictæ hæreditatis ad cambium, & recambium, ut aiunt, uncias 164. ad effectum dimittendi debitum ab eodem Monasterio, ut supra, contractum cum obligatione solvendi dicto Barresio fructus ad rationem quinque pro centenario ex redditibus hæreditatis Lucca, ac restituendi sortem. Nihil igitur de proprio Monasterium Gratiarum pro recuperanda huiusmodi hæreditate erogavit, ac propterea certum videtur, Ius illud, de quo nunc agitur, nullatenus assequi potuisse. 76

Et quamvis Executores postremò exhibuerint Instrumentum confectum die prima Aprilis 1728. in 77 quo postquam dictus Sacerdos Signorellus Barresi declaravit, præfatas uncias 164. fuisse realiter, & cum effectu dicti Monasterii, & simul, eodemque actu Abbatissa, & Moniales promiserunt se eas libere cessuras eidem hæreditati, quatenus proprio Monasterio uniretur, nihilominus ex hoc ipso contractu certò constat, quod Moniales uncias 164. quas anno 1725. gratis mutuaverant Executoribus, anno deinde 1726. studuerunt fructiferas reddere, atque ideo non hæreditatis utilitati, sed propriæ consuluerunt, neque proinde ex hoc Instrumento quidquam aliud inferri potest, nisi quod eidem Monasterio, quatenus hæreditatis unio non fiat, Ius erit repetendi sortem, & fructus dicti Cambii, quoties vere, ut asserunt Executores, sors hactenus restituta non fuerit. Cum igitur hisce ulterius immorari supervacaneum videatur, reliquum est, ut examinetur.

III. An hæreditas controversa Monasterio potiùs Gratiarum, quàm alteri S. Michaelis sit concedenda.

Sanè quod impossibile sit, nec expediat ob hæreditatis tenuitatem novum Monasterium erigere, 78 non est dubitandum, idque, tam Episcopi, quam Vicarii Capitulares Catanienses retulerunt, ac demonstrarunt, & in hanc pariter sententiam descendit Episcopus Agrigentinus, quare alterutri ex prædictis attribuenda videtur.

Paupertatem Monasterii S Michaelis, quæ quidem non ultimis hisce temporibus initium habuit, sed usque tunc, cùm in humanis ageret Episcopus Riggio, & quidem non Monialium incuria, vel culpa, 79 sed ob temporum iniuriam, ob sterilitatem, ac lites

tes

tes passas, extremam, & summam esse ex prædictis relationibus, & præcipuè §. 7. 10. 11. & alibi, ac documentis eisdem adnexis satis comprobatur, & præsertim ex suppressione ejusdem Monasterii à moderno Episcopo, hac de causa ad effectum perducta, simulque ex relatione Sanctissimo Domino Nostro die 11. Augusti millesimo septingentesimo trigesimo transmissa, in qua se vidisse ait -- *Gynicæum ruinosa vetustate ita ex omni parte fatiscens, ut vel egressus, aditusque parvo negotio cuique præberetur, ejusdem verò Monasterii Templum non modo per momenta ruinam minaturi, verùm etiam (ut modestis utar verbis) indignum, ut in illo immortali Deo sacrafierent, habebatur. Sanctimoniales præterea jactura, & expensis litium premebantur, eisque annui redditus majori ex parte defecerant, atque in eas conjectæ erant angustias, ut non modò declinandis ruinis, sed unde quoque viverent vix haberent, quare maxima rerum inopia laborantes, agnoscentes, haud quo par erat, decore ali posse, atque hiantibus in dies muris in certum vitæ discrimen adduci &c.*

80 Quod Episcopus ipse ex calculo exitus, & introitus Monasterii per decennium, & in relatione ad hanc Sacram Congregationem sub die 3. Novembris eiusdem anni millesimo septingentesimo trigesimo, per hæc verba confirmavit -- *L' unici motivi, che sforzorono il mio zelo Pastorale à fare la consaputa translazione furono le valide istanze delle Monial di San Michele, il pericolo delle Fabriche, la mancanza della Chiesa, e le grande miserie delle Moniali.*

Et id quoque in Instrumento occasione suppressionis ejusdem Monasterii confecto, narratum, assertumque fuit ibi -- *Attenta maxima paupertate Monasterii prædicti eventa ob deteriorationem, ac minorationem introituum Monasterii ejusdem causa sterilitatis temporum, & ob nonnullas lites passivas.*

81 In conspectu autem veritatis hujusmodi probationibus innixæ, quis non dicet nullius esse roboris indicem novissimè ab Executoribus exhibitum, in quo enunciantur nonnullæ cessiones, creationes censuum, & Bonorum acquisitiones ab anno millesimo sexcentesimo sexagesimo primo, citra, quibus annuos Monasterii redditus longè uberiores probare contendunt. Prorsùs enim inutile, ac vanum est docere de contractibus, nisi simul ostendatur, bona, & Jura, quæ in ipsis enunciantur actu à Monasterio possideri, sed quod magis est prædictus Index nullo modo consonat Inventario Bonorum conscripto occasione suppressionis ejusdem Monasterii: In eo bona omnia, tam stabilia, quam mobilia, quæ Monasterium tunc obtinebat, etiam levissimi momenti, singillatim descripta fuerunt, neque ulla mentio maioris partis bonorum, ac Jurium, quæ in Indice leguntur, facta conspicitur, sicut neque à Vicariis Capitularibus, neque ab Episcopis pro tempore, qui e contra retulerunt huius Monasterii statum, tum ob temporum iniuriam, tum ob sterilitatem ac lites summoperè, ut supra etiam narratum est; deteriorem evasisse, quinimò in sæpedicto Inventario prope finem notabilis iactura refertur, annuarum scilicèt unciarum 62. super Baronia di Ramarsura.

82 Cùm igitur argumenta mox allata, summam huiusce Monasterii paupertatem indubiam omninò reddant, clarum est eidem favere dispositionem *Text. in leg. Pecuniam ff. de Operib. public.* ibi -- *Pecuniam quæ in opera nova legata est, potiùs in tutelam eorum operum, quæ sunt, convertendam, quàm ad inchoandum opus erogandam D. Pius rescripsit scilicet, si satis operum Civitas habeat, & non facile ad reficiendum pecunia inveniatur* -- ubi *Gloss.* notat: *Pecunia legata in opera nova facienda, potiùs expendi debet circa opera vetera reficienda, quam circa nova facienda, si plura opera sint publica, nec adsit pecunia aliunde ad reficiendum* -- Eadem pariter est sententia utriusque Juris Interpretum, & præcipuè *Bart. in citat. leg. ultim. fol. mihi* 141. *tergo*, ibi: *Not. arg. pro Episcopo, ut possit relictum ad Ecclesiam, vel Monasterium de novo construendum convertere in Eccl. vel Monasterium, iam constructum, cum multa sint Monasteria, vel Ecclesiæ constructæ Imol. in leg. Sub impossibili ff. de condit. institut. numer.* 5. ibi: *Fallit secundo quando Testator reliquit pecuniam pro facienda opere novo in Ecclesia, ubi sunt alia opera, & sufficientia, sed egent reparatione, cui non potest forte aliter subveniri, nam tunc videtur, quod auctoritate Episcopi possit dicta pecunia converti in reparationem antiquorum, argumenti leg. penult. quæ in hoc est singularis cum ibi notatis per Bart. ff. de operib. public.*

Immò præcisè loquendo idem Auctor in terminis præsentis casus paulò post addit -- *Et per hoc etiam videtur, quòd si Testator jussit fieri Monasterium, vel novam Ecclesiam in Civitate, ubi sunt multa Monasteria, & Ecclesiæ, & egent magna reparatione, & non est, unde posset eis subveniri, quod tunc de authoritate Episcopi posset converti d. pecunia in reparationem dictorum Locorum.* 83

Hoc idem notant *Guliel. de Bened. in cap. Raynutius de Testam. verbo reliquit*, ibi -- *Secundò prædicta regula est vera, nisi Testator pecuniam reliquisset pro novo opere faciendo in Ecclesia, puta pro construendo unam Cappellam, ubi sunt aliæ plures ad sufficientiam. Quo casu si antiquum Ecclesiæ ædificium indigeret reparatione, cui aliter subveniri, aut provideri non posset, dicta pecunia converti poterit auctoritate Episcopi in reparationem antiquorum ædificiorum ruinosorum argum. leg. penult. ff. de oper. publ. & idem esset si Testator fieri jussisset Monasterium, vel Ecclesiam de novo in Civitate tali, in qua sunt plures Ecclesiæ indigentes reparatione, & non est, undè subveniri eis possit, quia tunc auctoritate Episcopi poterit illa pecunia converti pro reparatione antiquarum Ecclesiarum, vel Monasteriorum*, & hoc etiam firmant *Monet. de Commut. ultima voluntate, capitulo quinto, num. trecentesimo quinquagesimo quarto, & sequent. Amostaz. de Caus. piis lib. 1. capitulo decimò quarto, numero trigesimo sexto*, ubi aliis allegatis ait -- *Similiter si relinquatur pecunia ad ædificandam Ecclesiam in Civitate, uni sunt plures minantes ruinam, ad earum reparationem poterit Episcopus illam designare.* 84

Quæ profectò si de iure procedunt, ubi pecunia relicta ad novum opus perficiendum fortè sufficiat, quantò magis locum sibi vindicant in præsenti casu, in quo Bona ad novum Monasterium ædificandum sunt prorsùs imparia, & Civitas Ennæ, licèt temporum iniuria paucos modò numeret Cives, septem tamen Monialium Monasteria continet, *itaut si octavum adderetur, evaderet Civitas Monasteriorum*, ut aiebat primus ex Vicariis Capitularibus, & Monasterium Sancti Michaelis ruinam undique minatur, nec media suppetunt, quibus refici valeat, cùm è contrà Monasterium Sanctæ Mariæ Gratiarum nulla indigeat reparatione, ac suis, quæ possidet, Bonis commodè consistere possit, quapropter nulla apparet rationabilis causa, propter quam memorata hæreditas eidem uniri debeat. 85

Hisce accedit, quod voluntas Testatoris, quæ alia non fuit, quàm ut ex ipsius hæreditate Monasterium, & Ecclesia ædificarentur; propterea ex necessaria reparatione Monasterii Sancti Michaelis, quod aliter subsistere non posset, ita prorsùs adimplebitur, ac si novum erigeretur, quia idem Testator verè, & propriè Ædificator, & Fundator dicetur, *Text. est apertus in Auth. Ut nullus fabricet Oratorii Domus &c. tit. 17. collat. 5. novell. 67. §. Sancimus vers. ut autem col. mihi* 720. ibi -- *Si quis sufficiens non sit ad Ecclesiam de novo construendam, nomen forte desiderans, quo & ipse Fabricator Ecclesiæ vocetur, de Episcopi licentia Ecclesiam aliquam vetustam, & ruinas minantem reparet, sic enim poterit Sacræ Domus Fabricator vocari*, & ita docet *Hostien. in Summ. de Jurepat. §. Ex quibus*, ibi -- *Eo quia ita dicitur Ædificator ille, qui reparat, sicut qui de novo ædificat*, & ita etiam advertit *Bart. in dicta Auth. num. 4. fol. mihi 29.* & post alios *Lambert. de Iurepat. lib. 1. §. 3. artic. 6. numero decimo, & sequenti fol. mihi 47. & numer. 28.* ibi: 86

ibi: *Adduco etiam pro hoc vivam rationem, nulli dubium est in casu nostro reædificantem dici verè construentem &c.*

Ulteriùs hanc etiam unionem, quàm maximè suadet sollicitudo illa, quam jugiter Summi Pontifices
87 erga Monialium Monasteria exhibuerunt: notissima enim est Constitutio S. Sancti Pii, in qua §.7. mandat Ordinariis, ut Monialium indigentiis *per collectionem Eleemosynarum, vel aliàs, comeliori, vel commodiori modo, quo fieri poterit arbitrio Ordinariorum, & Superiorum earumdem, & prout congruentiùs expedire videbitur, provideatur, & succurratur.* Huic consonat altera san. memor. Gregor. XIII. incipien. *Deo Sacris Bullar. tom. 2. fol. mihi* 278. §.3. ubi præcipit *Ex Eleemosynis, quæ in pane, frumento, farina, vino, æduliis, pecuniaria, seù aliis ad victum, vel vestitum pertinentibus à quibuscumque Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Hospitalibus, etiam de Jurepatronatus Laicorum, Ducum, Regum &c. dimidiam partem omnium, & quarumcumque Eleemosynarum, & largitionum hujusmodi, quocunque nomine nuncupatarum, Monialibus pauperibus dare, atque distribuere omninò teneantur, & quam dimidiam partem Nos illis applicamus, derogando ad huiusmodi effectum Testatorum voluntatibus* -- Cum autem in præsenti casu voluntas Testatoris, ut mox dictum est, impleatur potiùs, quàm ei derogetur, ideò à fortiori argui potest.

Hinc jure optimo cum Princeps Messapiæ pecu-
88 niam ex certa quantitate frumenti retrahendam legasset pro ædificando in Oppido Sanctæ Susannæ ejus Feudo Conventu Religiosorum Sancti Petri de Alcantara, & Legato Religiosi ipsi renunciassent, quamvis non Executores extranei, non consanguinei, vel affines, sed Princeps ejus filius instanter exposceret, ut legatum hujusmodi in dotalia pauperum Puellarum subsidia converteretur; nihilominus Sacra Congregatio ex officio, tum Vicario Capitulari Brundusino, tum Episcopo Castellanaten. Viciniori literas dari mandavit pro Informatione, an in Feudis Baronalibus d. Principis aliquod Monialium Monasterium indigens reperiretur, compertoque Monasterium Sanctæ Mariæ Lucis dictæ Terræ Messapiæ, cæteroquin redditibus sufficienter instructum, ex penuria universali Olearum, quæ contigerat, ære alieno gravari, proposito sequenti Dubio: II. *An legatum, de quo agitur, sit commutandum in dotationem tot Puellarum Status Principis Messapiæ quolibet anno faciendam ex fructibus Capitalis ejusdem Legati.* Die 3. Martii 1714. acriter se opponente dicto Principe, resolutio prodiit -- *Ad secundum Negativè, sed esse commutandum juxta modum, modus est, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit pro applicatione Legati Monasterio Ordinis Sanctæ Claræ sub titulo Sanctæ Mariæ Lucis Terræ Messapiæ sub onere recipiendi gratis in perpetuum in eodem Monasterio duas Puellas pauperes in Moniales, eligendas per ipsas Moniales Capitulariter, & per vota secreta, & cum onere onorandi pro Testatore, ac apponi lapidem in Ecclesia dicti Monasterii, in quo fiat mentio hujusmodi impositorum, & ampliùs.*

Cùm igitur Monasterii Sancti Michaelis longè ma-
89 jor sit inopia, longèque majori commiseratione dignus ejusdem Status præ illo Sanctæ Mariæ Lucis, hinc omnis ratio postulat, sed potiùs urget, ut ei Bona ejusmodi attribuantur. Certum quippe est majori necessitati opitulari esse opus magis pium, magisque laudabile, ut benè notat *Amostaz. de Caus. piis lib. 4. cap. 4. num.* 17. & docet *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 32. *art.* 3. ibi -- *Dare magis indigenti melius est* quinimò 2. 2. *quæst.* 44. *artic.* 8. *corp.* subdit -- *Ordo charitatis, à qua pietas, misericordia, & similes virtutes dependent, nulli dubium esse, quin cadat sub præcepto.* Qua de causa *in leg. Si quis ad declinandam Cod. de Episcopor. & Cleric.* quam bonam, & notabilem appellat *Bartol. ibidem*, statutum fuerat, quod ubi pauperes alicuius Civitatis, vel Loci, indistinctè ab aliquo scripti fuissent hæredes, hæreditatem nanciscì debere Hospitale illius Loci, quod si plura in eodem Loco essent Hospitalia, tunc hæreditatem pauperiori Hospitali assignari debere.

IV. Postremo tandem inquirendum restat, quomodò commutatio, sive applicatio fieri debeat? 90

In superius memorata Resolutione hujus Sacræ Congregationis in Brundusina, nonnulla præscripta 91
fuere, quæ modo etiam opportuna videntur; Et quia in præsenti casu, attenta prænotata facti serie, peculiares habentur circumstantiæ, ideo quædam insuper addi possent.

Primò scilicet declarando nullam, ac nullius roboris, ac momenti transactionem initam inter Alon- 92
sium Medinam, & Executores Testamentarios, ac monendo Executores ipsos, quod consulant eorum conscientiis, posset injungi Episcopo Cataniensi, quod Juris remediis eosdem cogat ad reintegrandam hæreditatem de Bonis nulliter Alonsio Medina in transactione assignatis; Cùm enim, ut supra dictum est, sine legitima causa, absque Beneplacito Apostolico, & pendente lite in hac Sacra Congregatione trientem, & ultra hæreditatis dicto Alonsio tradiderint, sicut transactio hujusmodi nulla ipso facto, & irrita fuit, ita eisdem onus incumbit hæreditaria Bona vindicare ducto argumento à Curatore, vel Administratore ex notissimis Juribus, de quibus *Urceol. de Transact. quæst.* 23. *per tot. Rota decis.* 341. *num.* 6. & 7. *part.* 9. *rec.*

Secundò, quod à memorato Episcopo, sive ab alio, prout EE. VV. rimatis iis, quæ hactenus eve- 93
nerunt, magis in Domino expedire censuerint, compellantur iidem Executores ad exactam redditionem rationis fructuum hæreditatis, sique aliquam illorum partem, etiam titulo prætensi Salarii ipsos percepisse comperiatur, ad restitutionem adigantur. Etenim Vicarius Capituralis in enunciata relatione data Kalend. Augusti 1629. *Summario ipsorummet Executorum secundæ propositionis num.* 2. retulit ut sequitur: *Illud tamen advertendum puto, Fideicommissarii pro stipendio sibi constituto quadraginta scutatis siculis annuatim fruuntur* --, & tamen pius Testator nullum stipendium Executoribus assignavit, sed illos rogavit, ut vellent -- *Tale meritorium, & charitativum onus acceptare, stante quod agitur de conservatione, & reparatione Virginitatum tot Puellarum, & Orphanarum in Servitio Omnipotentis Dei, & Immaculatæ Virginis Mariæ*: Et alibi eisdem legando Bibliothecam subdit -- *Sed prædictum legatum consequi, & habere debeant, si dignentur prædictum charitativum onus capere, aliter cadant à prædicto legato*: ipsisque recusantibus hujusmodi meritorium, & charitativum munus suscipere, ad illud vocavit Rectorem Societatis Jesu, & Priorem pro tempore Conventus Sancti Augustini, unde proculdubio nullum sibi potuerunt constituere Salarium, nec ullum Jus habent ad illud imposterum consequendum, & quamvis Vicarius Capitularis in relatione 4. Idus Januarii 1727. impressa *in Summario Execut.* 7. *Junii ejusdem anni* fuerit in sensu, *quod facta aggregatione dictæ hæreditatis, magis utile videretur esse, quod in pertinentibus ad illius administrationem in nihilo ulterius segerant Fideicommissarii*; Nihilominus si gratis illam administrare non renuant, fortasse non expediret eos hujusmodi jure privare.

Tertiò. Quod fructus hæreditatis, qui extant, erogentur in reparationem, sive quatenus opus fue- 94
rit, in reædificationem Ecclesiæ, & Monasterii Sancti Michaelis, itaut in illo commodè habitare etiam valeant Puellæ admittendæ juxta vires hæreditatis; quod si fructus superextantes impares comperti fuerint, injungi posset, nonnisi absoluta reparatione, sive reædificatione Ecclesiæ, & Monasterii, Puellas ad Habitum, & Professionem admitti.

Quartò. Quod, vocatis interesse habentibus, for-
metur status redditiuum, tam hæreditatis, quàm ip- 95
sius Monasterii Sancti Michaelis, & deinde inhærendo dispositioni *Sac. Conc. Trident. sess.* 25. *cap.* 3. *de*

Regul.

Regul. & Bull. 8. incipien. *Circa Paſtoralis S. Pii V.*
§. 7. ac etiam voluntati Teſtatoris præfigatur nume-
rus Monialium, & Puellarum, quæ commodè ali po-
terunt juxta morem Regionis.

Quintò. Quamvis Teſtator facultatem tribuerit
96 Executoribus creandi Abbatiſſam, nominandi Cap-
pellanum, Procuratorem, & gerendi alia hujuſmo-
di, nihilominus ad evitanda abſurda, quæ inde ſequi
poſſent, conſultius eſſet ſervare praxim ferè univerſa-
lem omnium Monaſteriorum, ac reſervato ipſi Exe-
cutoribus Jure tantùm eligendi Puellas cum conditio-
nibus à Teſtatore præſcriptis, eiſdem præcipere, ut
à cæteris abſtineant.

Sextò. Quod deinceps Monaſterium, juxta vo-
97 luntatem Teſtatoris, nuncupetur Sanctiſſimæ Con-
ceptionis, una cum titulo antiquo Sancti Michae-
lis, & quod tam Puellæ, quàm Moniales præ-
dictæ teneantur orare prò Anima ipſius Teſtato-
ris.

Septimò demùm, quod apponatur lapis in Eccle-
98 ſia in monumentum, tam præſentis commutationis,
quàm reparationis, ſive reædificationis Eccleſiæ, &
Monaſterii, nec non numeri Puellarum eligendarum,
& ſimilium.

Hæc ſunt, quæ conſiderare, & referre opportu-
num duxi, ut commiſſum mihi munus prò viribus
99 implerem, Sapienti autem EE. VV. Judicio definien-
dum relinquo, an hiſce attentis ſit conſulendum San-
ctiſſimo, ut hæreditatem Nicolai Joſephi de Lucca
Monaſterio Sancti Michaelis unire dignetur, ſimulque
committendum Epiſcopo Cataneníi, ut unionem hu-
juſmodi juxta modum paulò ante relatum executioni
mandet, atque certioret, earumque manus humilli-
me deoſculor.

Datum Romæ ex ædibus noſtris die 3. Decembris 1732.

EE. VV.

Humill. & Addictiſs. Servitor
L. Card. Picus.

DISCEPTATIO XLVII.

Anglanen. prætenſæ Exemptionis

PRO

Epiſcopo Anglonæ

CUM

Sacerdote Jo. Baptiſta de Luca

ARGUMENTUM.

Clerici, ſeu Sacerdotes, qui obtinent Literas patentes, vel commiſſionales à Præceptore generali, ſeu Abbate S. Antonii Vienneníis Civitatis Neapolis, non ſunt exempti à Jurisdictione propriorum Ordinariorum. Beneficia de Pertica quæ dicantur. De natura eccleſiaſticorum Beneficiorum eſt, ut illa ſint perpetua.

SAcerdos Joannes Baptiſta de Luca ratione ori-
ginis, delicti, & domicilii ſubditus Epiſcopo
Anglonæ, anno proximè elapſo, auſu verè teme-
rario, per apertam vim exemit è manibus arma-
tæ Familiæ Regii Delegati Aurelium de Virgilio,
1 ſuum Vitricum, qui ducebatur ad Carceres, ex quo
in ejus Domo, magna reperta fuerat quantitas Sa-

lis, pro qua nullam omnino ſummam pro Gabella
(ut idem Vitricus tenebatur) ſolverat, qui Regius
Delegatus, commendabili moderatione, juncta cum
commendabiliori dexteritate Epiſcopi Anglonæ, re-
licta breviori via procedendi de facto adverſus di-
ctum ſcandaloſum Attentarum, ſer. ſer. Querelam
porrexit in Curia Epiſcopali, quæ Proceſſum deſu- 2
per confecit, ex cujus revolutione conclu lenter pro-
batum remanet idem Attentatum, de die, in pu-
blico Loco, & coram omni Populo, æqualibus te-
meritate, & ſcandalo, patratum, Deo ita permit-
tente, ſine ulla ſanguinis effuſione, omnibus Civi-
bus, tali actui præſentibus, immemor paulò ante
magnum Vitæ periculum evaſiſſe quidem, recepto
tamen inſigni vulnere in illa parte Capitis, quæ, 3
juxta verba *leg. Si quis in Metallum Cod. de Pœn.*
ad ſimilitudinem pulchritudinis cœleſtis figurata eſt,
quod vulnus in facie receptum, omnium oculis,
illum intuentium, expoſitum eſt, itaut, unica mu-
tata dictione, uſurpare poſſit verba illa *Sertorii Ro-
mani Civis*, relata *à P. Bartolo nella Geografia, ri- 4
dotta al morale*, ubi loquitur de Inſula Rhodos. *Va-
dano gl' altri, ed in teſtimonianza delle loro Azzio-
ni portino Maniglie di Oro, moſtrino Aſte, abbiano
Corone di qualunque materia, e lavoro. Elle, o ſi de-
pongono, o ſi perdono, e non ſono continuamente in ve-
duta. A Me il mio &c. è inſeparabile dal mio Volto,
ed ovunque mi moſtro, ſi legge in fronte una non piccola
parte della Iſtoria di Me ſteſſo.*

Compilato Proceſſu, de more citatus fuit ad in-
formandam Curiam; Loco autem præſentandi ſe ſuo
proprio Judici, eidem intimare fecit quoddam Mo- 5
nitorium Nunciaturæ Neapolis vigore Literarum pa-
tentium Curiæ Abbatialis Sancti Antonii Viennen-
ſis, extortarum die prima menſis Maii 1733. qua-
rum vigore ſe prætendit exemptum ab omni Juris-
dictione ſui Ordinarii.

Licet autem Epiſcopus poſſet in Cauſa procede-
re, eodem Monitorio non attento, vigore diſpoſi-
tionis illius Generalis Concilii, à quo plura Catho-
lica Eccleſia conſequuta eſt commoda, quàm ab
omnibus aliis generalibus Conciliis, ſimul unitis, 6
experientia teſte, & id obſervantibus *Cabaſſut. in No-
tit. Concilior. in Notis ad Concil. Trident. fol. 471. in
princ.* necnon Authore Libri, cui titulus *Traittez des
Legat* impreſſo Coloniæ anno 1679. *fol. mihi* 337.
ibi -- *All' avantage de quell'on peut dire &c. che
il ne cede a pas un Concil. & Card. Pallavic. in In-
troduct. Hiſtor. Concilii Trid. cap. 5. lib. 23. cap. 9. num.*
15. *in fine* ibi -- *Nel quale vi ſi congregò il meglio
della Letteratura, dell'Autorità, e della Prudenza, che 7
ſi trovaſſero in tanti anni* (quibus duravit idem Con-
cilium) *nella miglior parte del Mondo; E nel quale
vi fù copia maggiore di Uomini dotti, che forſe in ve-
run' altro Sinodo, comprendendovi ancora il primo Ni-
ceno*, ut pro ſequitur idem *Card.* ubi ſupra.

Dum in eodem *Concil. Trident. ſeſſ. 3. de Refor-
mat. capit.* 3. demandatur, *Ut Eccleſiarum Prælati
ad corrigendum Subditorum exceſſus prudenter, ac di-
ligenter intendant, nemo ſecularis Clericus cujuſcum-
que perſonalis &c. privilegii prætextu, tutus cenſea-
tur, quo minus, ſi deliquerit, ab Ordinario Loci, tan-
quam ſuper hoc à Sede Apoſtolica Delegato, ſecundum
Canonicas ſanctiones, puniri, & corrigi valeat, & in
ſeſſ.* 14. *de Reform. capit.* 4. ubi jungitur, *Ut omnes 8
Eccleſiarum Prælati ad corrigendum Subditorum exceſ-
ſus diligenter intendere debent, & à quibus nullus
Clericus per hujus S. Synodi Statuta, cujuſvis prætex-
tus tutus cenſeatur &c. Etiam extra Viſitationem, tan-
quam ad hoc Apoſtolicæ Sedis Delegati corrigendi, &
caſtigandi facultatem habeant, quibuſcunque exemptio-
nibus &c. minimè ſuffragantibus, & in eadem ſeſſ.*
24. *de Reform. cap.* 10. *Epiſcopi &c. in omnibus iis,
quæ ad Viſitationem, ac morum correctionem Subdito- 9
rum ſuorum ſpectant, jus, & poteſtatem habeant, et-
iam tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegati, ea ordinandi,
puniendi &c. juxta Canonum Sanctiones, quæ illis
&c. neceſſaria videbuntur, nec in his &c. Exemptio,*

aut ulla Inhibitio, Appellatio, seu querela etiam ad
Sedem Apostolicam interposita, exequutionem eorum,
quæ ab his &c. mandata, decreta, aut judicata fue-
rint, quoquo modo impediat, aut suspendat, & in
eadem sess. 24. *capitolo* 11. *de Reform.* ibi -- *Quoniam*
privilegia, & exemptiones, quæ variis titulis plerisque
conceduntur, hodie perturbationem in Episcoporum Juris-
dictione excitare, & Exemptis occasionem laxioris vi-
tæ præbere dignoscuntur (quod utinam quotidiana
experientia verum non demonstraret, iuxta frequen-
tes Ordinariorum querimonias, in præcisissimis ter-
10 minis nostri casus relatas in Folio Cong. Concilii *in*
Teanen. seu Casertana Exemptionis, de qua infra *de-*
cernit S. Synodus, ut &c. nihil ex his privilegiis de-
tractum esse Ordinariis intelligatur, quo minus ii,
quibus eam jam concessa sunt, vel in posterum conced.
contingerit, ipsis Ordinariis, tamquam Apostolicæ Se-
dis Dei legatis, plene in omnibus &c. subjecti exi-
stant, Exceptis tamen iis, qui prædictis Locis, aut
Militiis, actu serviunt, & intra eorum septa, ac Do-
mos resident &c. non obstantibus privilegiis quibuscum-
que, etiam Religionis S. Joannis Hierosolymitani &c.
quæ pretio nobilissimi sanguinis Equitum, illam com-
ponentium, acquisita fuerunt.

Nihilominus Episcopus Anglonæ ad evitandas
Curiam Ecclesiasticarum tricas, & controversias,
necnon inconveniens illud, his verbis descriptum
ab *Abb. Sanctorio* Filio Fratris Cardinalis S. Seve-
rinæ, in Conclavium Historiis satis notis, *in Libro,*
11 cui titulus *Historia Carbonensis*, *fol.mihi* 164. *Frustra de*
Potestatibus secularibus querimur, cum Nos ipsi telo
nostro occidimur: Tutius, & brevius existimavit ad
Sanctam Sedem Recursum habere, petens declara-
tionem, dictum Sacerdotem Joannem Baptistam de
Luca, suum Subditum, licèt Patentatum Abbatis
Commendatarii Generalis Præceptoris Sancti Anto-
nii Neapolis, non esse exemptum ab illius ordina-
ria Jurisdictione, auditoque eodem Cardinali Abba-
te Commendatario, qui suam Relationem transmi-
sit, voti compos fieri sperat cum Rescripto, solito in
his casibus concedi: *Dentur Decreta in Teanen. &*
12 *Casertana prætensæ Exemptionis* 20. *Decembris* 1664.
& in *Neapolitana Jurisdictionis prima Decembris*
1668.

In prima enim proposito sequenti *Dubio die* 20. *De-*
cembr. 1664. *An Literæ D. Abbatis ita suffragentur,*
13 *ut eas obtinentes, à sui Ordinarii Jurisdictione exem-*
pti censendi sint, responsum fuit, *Non suffragari*, ut
videre est in *Libr.* 24. *Decret. Congregationis fol.*
372.

In secunda verò, proposito simili Dubio die pri-
ma Decembris 1668. *An Clerici, seu Presbyteri se-*
culares, qui obtinent ab Abbate Commendatario San-
cti Antonii, Viennensis nuncupati, Civitatis Neapolis,
14 *Literas Patentes, seu Commissionales, ipsarum Litera-*
rum vigore ab Ordinarii Jurisdictione sint exempti, re-
sponsum fuit. *Negative*, ut videre est *in Lib.* 26. *De-*
cret. fol. 129 *à tergo*.

Quantum autem vim habeant punctuales Resolu-
tiones dictæ Congregationis, nemo ignorat, dum vim
15 Legis sortiuntur per ea, quæ observant *Fagnan. in ca-*
pit. Quoniam numero octavo de Constitut. Pasqualig. qu.
moral. centur. prima capit. 61. *numero quarto Raynad.*
in Heterocht. Pietat. tom. 16. *sect. prima punct.* 14. *de*
Sacram. Matrim. numer. 12. *fol. mihi* 178. ibi -- *Adver-*
sus resolutiones Sacr. Congr. Concilii recalcitrare non li-
cet, quod fas est adversus aliorum Doctorum interpre-
tationes, & Riccardell. in Lycæo Eccles. to. 2. *cap.* 8.
§. 6. *sect. unic. numer.* 48. *fol.* 520. ibi -- *Eadem ra-*
tio habenda est de his, quæ scribuntur à Cardinali-
bus Concilii Tridentini, nomine ipsius Congregationis
16 *ac si à Papa scripta essent*, & firmavit *Rota decis.* 7.
numer. 3. post *Antonell. de Jur. & Onerib. Clericor.*
& coram Ansald. decis. 72. *numer.* 4. *& Hispalen Ju-*
ris præsidendi in Capitulo 2. *Julii* 1700. *§. Atque id*
indubie coram Olmo, & in Perusina Præeminentiarum
2. *Decembris* 1711. *§. Fortius coram Ansald. & in*
Romana Matrimonii 3. *Julii* 1719. *Hinc descendendo*
coram Corio, & in Romana Præcedentiæ 12. *Decem-*
bris 1724. *§. Stabilita coram Cerro, & in Faventi-*
na Furni 13. *Januarii* 1727. *§. Neque Dominis co-*
ram Millino, & in Montis Faliscis Cantus figurati
13. *Junii* 1729. *in fin. coram de Gamaches, & in Pas-*
savien. Visitationis 26. *Januarii* 1731. *§. Eoque certius*
coram Rezzonico.

Absque ulla prorsùs difficultate, attenta duplici
circumstantia, concurrente in dictis punctualissimis
Causis, à Congregatione decisis. In dicta enim *Nea-*
politana Jurisdictionis omni observatione digniffi-
mum est, quod illa loquitur in terminis, & ad
favorem Archiepiscopi Neapolitani, qui anno 1668.
erat: Card. Innicus Caracciolus Senior, cuius fun-
data Relatio exhibita fuit in Sacra Congregatio-
ne, & recognosci potest in fine præsentis Disce- 17
ptationis. Durum enim nimis, & æqualiter ama-
rum videtur, quod Archiepiscopus Neapolitanus,
quando sermo est de Subditis propriis, possit illos
condigne punire, iuxta eorum demerita, non ob-
stantibus Literis patentibus Abbatis Generalis Com-
mendatarii Abbatiæ Sancti Antonii Viennensis Nea-
polis; E contra verò, quando agitur de Subditis 18
aliorum Episcoporum, eædem Literæ patentes, ab
eo expeditæ, ut Abbate Commendatario Santi Anto-
nii Viennensis, illos totaliter eximant à Jurisdi-
ctione propriorum Superiorum, totaliter ut isti,
neque etiam uti Sedis Apostolicæ Delegati, adver-
sus illos ser. ser. procedere possit; Quod palpabile
absurdum sola ratione naturali patet, & propterea
nullo indiget fulcimento Doctorum, iuxta nobilem
animadversionem *Cardin. Pallavicin. nell' Istor. del* 19
Concil. libro terzo capitolo terzo numero ottavo ibi --
In quei casi, in cui la raggione naturale si scorge a-
perta, non richiedesi altra Legge, ne altro Dottore,
che il lume, impresso negl' animi dalla Natura --, &
concordant adducti per *Rotam in dec.* 1203. *numer.* 8.
coram Molines, ubi, quod in his casibus ratio natura-
lis stat pro lege.

Secunda verò, quòd in alia *Causa Teanen. &*
Casertana de more processum fuit à dicta Congre-
gatione solita maturitate, non solum strenue infor-
mantibus Partibus, sed audito etiam Apostolico
Nuncio, nempè Card. Julio Spinula, qui tunc tem-
poris moram faciebat Neapoli, quive uti Nuncius
Apostolicus erat, & est ordinarius Conservator Pri-
vilegiorum Congregationis S. Antonii Viennensis 20
Civitatis Neapolis, & qui adduxit omnia moti-
va, omniaque Privilegia, indicata, & exagerata
in moderna Relatione Abbatis, ut videre est in
fine præsentis Disceptationis, illaque inventa fuerunt
minus habentia ad tollendam ab Episcopis faculta-
tem illam, quæ eis competit, ad terminos Sacr.
Canonum, Sacrosanctique Concilii Tridentini, pu-
niendi excessus suorum Subditorum. Unde adver-
sus repetitionem dd motivorum & Privilegiorum 21
adducendorum applicantur ea, quæ firmavit egre-
giè *Rota apud Monacell. in formul. tomo quarto de-*
cis. 14. *numer.* 11. *in decis.* 15. *numer.* 7. *coram Bu-*
ratt. & decis. 416. *numero sexto coram Bichio, in de-*
cis. 1620. *numero quarto coram Coccin.* ibi --- *Vi-*
sum fuit DD. riduculum ea allegare, quæ fuerunt
rejecta.

Crescitque in immensum vis huius reflexionis,
observando, quod in Bulla Urbano VIII. qua me-
diante approbatæ fuerunt Constitutiones reforma-
tæ Congregationis S. Antonii Viennensis, incipien-
te: *Ad perpetuam rei memoriam*, expedita die 30.
Aprilis 1634. confirmatæ quidem fuerunt eædem 22
Constitutiones, sed cum illa clausula -- *Dummo-*
do Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decre-
tis, & Constitutionibus Apostolicis non sint contra-
riæ -- Quæ repetitæ fuerunt à Congregatione E-
piscoporum, & Regularium die 3. Augusti 1725.
Ponente Cardinali Barberino, cum Rescripto, 23
ibi -- *Serventur enunciatæ Constitutiones Summorum*
Pontificum, dummodo dispositionis Sacr. Concilii Triden-
tini, non adversentur -- in Causa agitata inter Abba-
tem

tem unicum Caput, & Generalem Superiorem Congregationis S. Antonii Viennensis, & P.Christophorum de Miralles Præceptorem de Olita, quæ clausula operatur, ut nullius sint efficaciæ, nec in judicio allegari valeant illa Privilegia, illæque concessiones, quæ compatibiles non sunt cum dispositione Sacri Concilii Tridentini, ex animadversis
24 per *Barbos. de Clausul. claus.* 124. *numero terzo & quarto Suarez de Legib. libr.* 8. *capit.* 19. *numero* 6. *Amayden. de Styl. Datur. libro primo capit.* 15. *§. primo numer.* 54. *Card. de Luc. de Regularib. disc.* 2. *numer.* 10. & firmatis per *Rot. decis.* 780. *numer.* 5. *&* 8. *parte prima divers. & decis.* 21. *sub numero tertio parte secunda recent. & coram Buratt. decis.* 798. *numero quinto & coram Cels. decis.* 260. *numer. primo* ibi -- *Clausula hæc -- Dummodo Decretis Sacr. Concilii Tridentini minimè contraria: aperte demonstrati, facultatem esse restrictam, & limitatam ad limites ejusdem Concilii, & decis.*282. *num.* 9. *coram eodem Celso.*

Ex quibus abunde satisfactum remanet Relationi moderni Abbatis Commendatarii, pro cujus abundantiori responsione dignentur Sapientissimi Judices, percurrere aliam fundatissimam Relationem, huic Sac. Congregationi transmissam à Cardinali Julio Spinula, eo tempore, quo erat Nuncius Apostolicus in Civitate Neapolis, & uti talis, Conservator Privi-
25 legiorum dictæ Congregationis S. Antonii Abbatis Viennensis, & cum qua processit favore: Innici Card. Caraccioli Senioris Archiepiscopi Neapolitani per extensum registratam in fine, dum in illa ad evidentiorem præmissorum demonstrationem individuantur duo casus, in quibus totidem Patentatis Abbatis Commendatarii S. Antonii Abbatis Neapolis, in ejusdem Abbatis facie, seu in ipsamet Civitate Neapolis, ubi residere solet, ipso contradi-
26 cente, seque strenue opponente, nihil omnino profuit habere ampliores Literas patentes, dum illis non attentis, neque obstantibus, transmissus fuit ad Triremes Sacerdos Paulus Sangiovanni, Patentatus tunc temporis Abbatis Commendatarii. Alter verò, hoc est Clericus Jacobus Testa, pariter Literas Patentes ad sui favorem habens, ob ejus minorem ætatem exilio mulctatus fuit.

Non attento, quod aliqui ex Patentatis moderni Abbatis dicantur provisi de Beneficiis Ecclesiasticis, quorum collatio ad eundem Abbatem Commendata-
27 rium spectare asseritur, etiamsi de Jurepatronatus Laicorum existant.

Ultra, quòd enim duo ex iisdem succubuerunt in
28 Diœcesi Anglonea ut notorium in nostra Civitate, & Provincia.

Quòdque etiamsi taliter Patentati essent Beneficiati, re, & facto, adhuc non essent exempti à Jurisdictione propriorum Ordinariorum, nisi moram facerent intra septa proprii Monasterii claustralis, ad instar illorum, qui adscripti sunt servitio Sacr. Relig. Hierosolym. vel eius Equitibus, juxta Resolutione hujus Sacr. Congregationis sub diebus 21.
29 Julii, & 4. Octobris 1640. *lib.* 16. *Decret. fol.* 403. per extensum impressas *in tom.* 6. *part.* 2. *discept.* 38. *num.* 39. *&* 40. & juxta aliam Resolutionem Congregationis particularis *Card. Carpinei*, *Tanciatici*, *& Albani*, *postea Clementis XI.* deputatæ ab Innocentio XIII. *die* 29. *Septembris* 1698. per extensum pariter impressam ubi supra *à numer.* 39. *usque ad numer.* 57. & juxta ea, quæ latè, & egregiè observat *Baruf. in Torcular. Jur. resol.* 11. *per tot.* & signanter *à numer.* 9. ubi, quòd etiam in dubio omnis interpretatio capienda est contra Exemptos, attentis
30 favorabilitate Jurisdictionis ordinariæ, & odiositate privilegii exemptionis, quod advertunt etiam *Chokier. de Jurisdict. in Exempt. parte prima quæst.* 4. *numer.* 17. ibi -- *Versatur odium respectu Exemptionum -- Rodriq. quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 64. *artic. quarto & quæst.* 108. *art.* 3. *Paris. de Resignat. libr. quinto quæst.* 11. *numero tertio &* 7. *& Rot. decis.* 590. *numero quinto coram Penia*; Quæ omnia cano-

zavit Sacrosanctum Concil. Trid. *sess.* 24. *de Reform. capit.* 11. aureis illis verbis, supra impressis 31
& opportunè hic repetendis -- *Privilegia, exemptiones, quæ variis titulis plerisque conceduntur, perturbationem in Episcoporum Jurisdictionem excitant, & Exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur*, quod utinam quotidiana experientia verum non demonstraret, & innegabiliter comprobaret; Præcipue in prima Instantia.

Dicimus, talia Beneficia, quæ conferri solent discolis Presbyteris, verè, & propriè, non solùm dici merentur Beneficia *de Pertica*, juxta phrasim *Sacr. Rot. in decis.* 1376. *numero* 18. *coram Coccin. & decis.* 276. *numero* 6. *parte* 19. *recent.* sed 32
nominaliter dumtaxat talia, quod ex sola lectura Literarum patentium, Sacerdotis de Luca, remanet manifestum, cùm in illis dicatur: *Te in illius Administratorem, seu Beneficiatum eligimus ad nostrum nutum, & beneplacitum*, & ibi -- *Donec nostræ placuerit voluntati*; Est enim nova species Ecclesiasticorum Beneficiorum illa, quæ similibus verbis conceduntur ad nutum & beneplacitum Concedentis, dum Jure communi attento unum ex essentialibus Requisitis Ecclesiastici Beneficii in sen- 33
su omnium Canonistarum est perpetuitas ex citatis *in tomo primo, parte prima, discept.* 15. *numero* 74.

Nec credimus autem repetenda generalia Privilegia Religionis S. Antonii Viennensis, concessa à Bonifacio VIII. Joan. XXII. Martino V. Sixto IV. Calixto III. Alexandro VI. Clemente VII. Leone X. Paulo III. indicata in Relatione Nuncii Spinulæ, data in fine. Ultra quod enim illa literaliter loquuntur de ipsismet Religiosis, nempè Abbatibus, Præceptoribus, Prioribus, aliisque Religiosis, Hospitalibus actu inservientibus, vel intra Re- 34
ligiosorum Septa, & Domos residentibus; Quando etiam adversus rei evidentiam, longissimo filo, trahi possent ad casum Sacerdotis Secularis, actu non inservientis Hospitalibus Religionis, neque intra illius Claustra viventis, omnibus dd. generalibus privilegiis literaliter & rotundè derogavit Sacr. Concilium Tridentinum verbis illis, relatis supra & frustrà hic repetendis.

Minus credimus exagerandam posteriorum Bullam: Urbani VIII. indicatam in Relatione moderni Abbatis Commendatarii: In illa enim cubitabilibus literis præservantur Sacri Concilii Tridentini Decreta, quæ præservata etiam fuerunt à 36
Congreg. Episc. & Regularium die 3. Augusti 1725. ut supra animadvertimus.

Pro coronide demum non omittimus observare, numerum similium Beneficiatorum *de Pertica* ab Abbate Commendatario Sancti Antonii Abbatis Neapolis in solo Regno Neapolitano creatum, ferè æquare numerum duorum millium, & quòd magis est, discoli Sacerdotes cujuscumque Diæcesis, Beneficiati creantur, & deputantur ad simplicem In- 35
stantiam illorum, qui delicta commiserunt, cum obligatione singulis annis solvendi miserabilem summam carol. 5. monetæ Neapolis, ut dicitur in Literis patentibus Sacerdotes de Luca ibi -- *Solvere, & assignare tenearis &c. carolenos quinque hìc Neapoli*, absque ulla penitus præcedenti Attestatione propriorum Ordinariorum, quod neque etiam practicare solet Apostolicus Nuncius, in Civita- 38
te Neapolis residens, qui non solet omnes indistinctè ad ipsum Recurrentes suos Commissarios, seu Subcollectores spoliorum declarare, sed solùm certum, & restrictum numerum pro qualibet Diæcesi eligere, nec sine prævia Ordinariorum attestatione circa illorum bonos mores, quodque in illorum Curiis non sint inquisiti, neque processati.

Ita ut etiam ex hac sola reflexione, nedum dignum, & justum, sed æquum, & salutare est, adeo excessivum discolorum Sacerdotum numerum non eximere à potestate, & subjectione illorum imme-

diatorum Superiorum, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, quodque Sacrosanctum Concilium Tridentinum puniendos esse ab Episcopis,
39 saltem tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis, una voce, uniformique omnium Patrum consensu pluries declaravit, juxta animadversa supra.

Teanen. seu Casertana Exemptionis. -- Conquerebantur DD. Episcopi Teani, & Casertæ quòd plures Clerici Regulares eorum Diæcesum morum licentia effrænos, disciplinam recipere abnuentes, Lite-
40 ris ut vocant, Commissionalibus D. Abbatis S. Antonii Viennensis Monasterii Neapolitani se muniant, rati in se, tanquam exemptos, ab Ordinariis animadverti non posse, quas quidem Commissiones per eumdem Abbatem passim concedi dolebant prædicti Episcopi, & cum Libelli, quibus hujusmodi querimoniæ descriptæ continebantur ad D. Nuncium Apostolicum transmissi fuerint, ut Abbate Sancti Antonii audito, per eum allegata ad Sacram Congregationem referret, infrascriptis copiosis Literis refert D. Nuncius.

Si degnò V. E. sotto li 23. Agosto inviarmi un
41 Memoriale, presentato alla Sagra Congregazione da Monsignor Vescovo di Teano, che esponeva la pretensione, che aveva l'Abbate di S. Antonio, che dovesse suffragare al Chierico Luigi Boffera la Commissione, che li fù spedita da questa Precettoria, e poi sotto li 20. Settembre mi fù da V. E. trasmesso un altro Memoriale dato a nome della Corte Vescovale di Caserta, che supponeva non dover suffragare a Beneficiati, e Commissionati di Sant' Antonio l'essenzione, che godono dall' Ordinarj. In essecuzione di quanto V. E. mi hà fatta grazia d'ingiongermi perchè li dassi Informazione sopra l'esposto in detti Memoriali, che ritorno. Avendo sentito il medemo Abbate di Sant' Antonio, dico, allegarsi dall'istesso, che in vigore della Constituzione della santa memoria di Bonifacio VIII. sopra l'erezzione, dell' Abbatia di Sant' Antonio di Vienna, tutti li Canonici, e Frati della medema siano dichiarati liberi, & immuni dalla giurisdizione, potestà, e dominio dell' Ordinarj, e che se bene il governo dell' Abbatia da certo tempo in quà è passato da Regolari a Chierici Secolari, non sia stata controversa l'essenziozione, & Immunità a suoi Ministri, Questori, e Commissionati, considerati come Frati, anche in vigore di dichiarazione uscita da cotesta Sagra Congregazione sotto l'anno 1572. riferita *da Monsignor Maranta nella 56. delle sue Controversie* alla risposta, che fù ancora roborata dal Breve della santa memoria di Urbano VIII. emanato l'anno 1625. come dalla copia, che l'Abbate istesso m'hà presentata, e che viene acclusa.

Il motivo però, che in contrario si fà da Monsignor Vescovo di Teano, è principalmente appog-
42 giato *alla Constitutione 70. di Gregorio XIII.* rispetto a quei Commissarj, che sono destinati, dove attualmente non si esercita l'Ospitalità; Qualità, che precisamente viene ricercata dal Breve della santa memoria di Urbano VIII. e parimente dal sopraespresso Decreto riferito da Monsignor Maranta.

Stima però l'Abbate chiare a suo favore non
43 solo la sopradetta Bolla di Bonifacio VIII. che ferma, che i Monasterj, Monaci, e quelli che li possiedono, come anche li Dependenti dalli medemi Abbati, e Monasterj, che suppone essere li Commissarj, Questori, Donati, & Oblati, siano immediatamente sottoposti alla Santa Sede, ma le altre Bolle seguenti, confirmatorie, & ampliatorie di Giovani XXII. altrimente XXIII. di Martino V. di Sisto IV. e di Calisto III. che espressamente esime l'Ospedale, e Membri, li Abbati, e Precettori, Priori, Amministratori &c. di Alessandro VI. di Clemente VII. di Leone X. di Paolo III. e finalmente di Urbano VIII. con detto Breve del 1625. e che però con molta ragione Monsignor Maranta sudetto, benchè non considerasse tutte le sudette Bolle, ma solo quello di Paolo III. consultò, che non possino essere conosciuti dall' Ordinarj ma solo da questo Tribunale della Nunciatura Apostolica.

Sostiene anco di più il medemo Abbate, che non possa opporsi, che le parole della Bolla, par- 44
ticolarmente di Paolo III. si riferiscono a Beneficii di Sant' Antonio, e non alle Persone da Beneficiati, mentre nella maggior parte delle presenti Bolle si esimono come o detto di sopra, dalla giurisdizione dell' Ordinarj, non solo l'Abbazia, Monasterii, e Beneficii, ma l'Amministratori, & altre Persone, scritte al predetto servizio, & intorno alla predetta Bolla di Gregorio XIII. replica il medemo Abbate, che solo dia la facoltà all' Ordinarj di procedere contro li fraudolenti Questori di Sant' Antonio, per li delitti, e fraudi, che commettono nell' atto del questuare, & in ogni caso, detta Bolla non si possa estendere circa li Beneficiati, contro i quali non si possa fare per disposizione diversa alcuna illazione.

Mi persuado dunque, che tutta la difficoltà si restringa, se li sopradetti Privilegj venghino com- 45
presi nella revocazione generale del Sagro Concilio di Trento, come pare ne dubitasse l'istesso Abbate Generale, mentre procurò la dichiarazione della Sagra Congregazione sotto li 30. Maggio 1571. riferita *da Maranta nel libro quinto delle sue Controversie respons.* 11. *numero ottavo* come sopra, e se in ogni caso si possono estendere li Privilegj, rispetto a Luoghi, dove attualmente non si osserva l'Ospitalità, stante le parole espresse così nel Decreto come nella Bolla della santa memoria di Urbano VIII. *quandiù Hospitalitatem actu retinebant* sopra di che starò attendendo da V. E. li Oracoli della Sagra Congregazione, perche nell'avvenire possino essere con la dovuta puntualità eseguiti, e solo mi sò lecito aggiungere, che detto Abbate fà parimente gran forza sopra la dichiarazione, che ottenne dalla Sagra Congregazione sotto li 17. di Luglio 1649. che li Cappellani di questa Chiesa di Sant' Antonio non fossero obligati di accedere al Sinodo Diocesano, che viene a dichiararsi esenti da questa Corte Arcivescovale, e fò a V. E. umilissima riverenza. Napoli 8. Novembre 1664. Di V. E. Servitore Umilissimo, Devotissimo, & Obligatissimo G. Arcivescovo di Leodicea.

Quæritur an prædictæ Literæ D. Abbatis ita suffragentur, ut eas obtinentes a sui Ordinarii Jurisdictione 46
exempti censendi sint.

Die 20. Decembri 1664. S. Congregatio Concilii re- 47
spondit. Non suffragari.

Relatio Cardinalis Caraccioli.

Alias sub die Augusti proximè præteriti Literis ad istam Sacram Congreg. datis pro indemnitate ju- 48
risdictionis meæ Archiepiscopalis Ecclesiæ, inter cætera, suppliciter referebam.

Primò, quod D. Alexander Magalottus Abbas Preceptoriæ Sancti Antonii Viennensis Literas dimisso- 49
rias suis prætensis Subditis concedit, quarum vigore ad Ordines, etiam Sacros, promoventur, & ad exercitium ipsorum Ordinum in hac mea Diœcesi admitti postulant.

Super quibus placuit EE. VV. audire D. Abbatem, ut quid quid adversum haberet, adduceret, 50
istique Sacr. Congregationi referret. Pro responsione multa, & quidem satis obscura, cumulavit, & involvit Abbas in suis Literis, quibus de more, ut replicatio fieret, communicatis, breviter, quoad fieri poterit respondebitur infrascriptis.

Fun-

Fundat præsertim responsionem suam in collocu-
51 tione, mecum habita, in qua sicut ex multis, quæ ipse collocutus, & fabulatus fuit, nihil suorum iurium ego precipere potui, ita brevibus me expedivi, dicens, ut stante recursu, ad EE. VV. habito, circa ennarrata duo capita, expectaretur Oraculum istius Sacræ Congregationis, quare valdè quidem miratus sum, quod hujusmodi collocutio, ejusque conclusio, diversimodè per Abbatem EE. VV. relata fuerit.

52 Cæterum, quod attinet ad primum caput &c.

Quò ad secundum caput, respiciens concessionem
53 Literarum Patentium Clericis, & Presbyteris, quarum vigore prætenditur exemptio à Jurisdictione proprii Diœcesani, D. Abbas videtur niti assertæ tolerantiæ bonæ memoriæ Cardinalis Philamarini, & suis Privilegiis Abbatialibus.

Prætensa tolerantia, quidquid sit, an possit præ-
54 judicium afferre Archiepiscopis successoribus, prorsus negatur & ii, quibus innotescit, quantum Cardinalis Philamarinus fuerit accerrimus propugnator suę Jurisdictionis, eamque mordicùs sustinuerit, non ità facile credent, illum acquievisse præjudicio, tam evidenti, & quod, ut præcisè ait Dom. Abbas, *Per termine d' amicizia, e di Patronanza colla mia Persona non pretendeva, se non che ne i casi di elezzione lo mi trattenessi il più, che fosse stato possibile d' impiegare i suoi Sudditi per non esimerli dalla sua Giurisdizione*, D. Abbas immemor est, aut immemorem se vult facere, Controversiarum, quas hac de causa cum Curia Archiepiscopali excavit, præsertim sedente in hac Cathedra D. Cardinali Philamarino, & quod, ipso Abbate contradicente, eius Literæ Patentales prorsus nullius roboris habitæ fuerunt, nam Clerici, & Presbyteri licèt dictas Literas Patentes obtinerent, prout gravitas delictorum, ab eius patrator, exigebat, agniti, & puniti fuerunt ab hoc Tribunali Archiepiscopali, etiam pœna Triremium, & omissis aliis exemplis antiquioribus, quæ ex Processibus, hoc Archivio existentibus, colligi possent, duo dumtaxat recentiora referuntur.

Primò. Reminisci posset D. Abbas, quod die 7.
55 Septembris 1665. Sacerdos Paulus Sangiovanne, ob delationem parvi sclopi captus à Curia Archiepiscopali in carcerem coniectus, licèt apud se haberet huiusmodi Literas Patentes, ipso D. Abbate Magalotto minùs legitimè contradicente, & reclamante, damnatus per quinquennium fuit Triremibus, & huiusmodi sententia postea, cum dictus Paulus, appellasset ad D. A. C. confirmata fuit.

Et secundò, cur non reminiscitur D. Abbas, quod
56 Clericus Jacobus Testa itidem ob delatationem Armorum ab eadem Curia Archiepiscopali captus, in carcerem coniectus, & attenta ejus minoritate, nihil suffragantibus ei Patentibus D. Abbatis, exilio damnatus fuit.

His itaque stantibus, quomodo D. Abbas allegat
57 tolerantiam? Nisi forte eam deducere vellet, prout ex eius Literis videtur colligi, ab aliqua concessione facultatis celebrandi, quæ facultas regulariter conceditur a Vicario Generali omnibus Sacerdotibus externis, Neapolim confluentibus, inspectis prius Testimonialibus Diocesanorum, & mirum non videtur, quod Vicarius magnæ Ecclesiæ Napolitanæ, permultis, iisque gravibus negotiis pressus aliquando concesserit hanc facultatem, absque sedula inspectione, si Testimoniales fuerint Vicarii, Episcopi aut D. Abbatis Magalotti, prout facilè evenisset his diebus, nisi Meus Vicarius, attento quod D. Abbas magnum fundamentum facit in concessionibus talium facultatum, peculiarem adhibuisset diligentiam in dignoscendo, & examinando huiusmodi Testimoniales, inter quas reperiit, & iure merito reiecit unum, ab eodem D. Abbate concessam Laurentio Adrinolpho, cuius exemplum his Literis iunctum mitto, ad hoc, ut EE. VV., & eius tenore inspicere valeant quantum ille progrediatur cum sua authoritate, dum ait; *Ut ab hac Civitate Neapolitana abesse possis*, & si hoc modo loquendi utitur Abbas, quid poterit ulterius dicere Archiepiscopus? & insuper testatur, dictum Laurentium esse Subditum suum privativè; quo ad omnes, & non esse inquisitum, quomodo hoc licitè asserere potest, cum dictus Laurentius, licèt Cavensis, commoretur in hac Civitate, ubi si delictum committat, agnoscendus, & puniendus est ab Archiepiscopo, in cuius Diœcesi committitur Delictum.

Sed diutiùs in hoc non est immemorandum: Res in aperto est, adest namque recens resolutio istius 58 Sacræ Congregationis, quæ ad preces DD. Episcoporum Casertani, & Teanen. audita accurata Relatione Eminentissimi Cardinalis Spinolæ, tunc temporis Nuncii Apostolici, coram quo de ordine Congregationis ipse Abbas deduxerat Iura sua, & præsertim Bullas, & Privilegia, quorum omnium distinctè, & copiosa fiebat mentio in dicta Relatione Eminentiss. Spinolæ, & omnibus inde deductis, maturè perpensis, Congregatio sub die 20. Decembris 1664. censuit, dictos Patentatos D. Abbatis Magalotti non esse exemptos a Jurisdictione proprii Ordinarii.

Quare non opus est examinare vim præfatorum Privilegiorum, & Bullarum, cum hoc examen iam 59 factum fuerit per Eminentissimos Dominos meos, singulari doctrina, & prudentia præditos &c. dum EE. VV. manus humillimè deosculor. Neapoli, secunda Octobris, millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo.

Humillimus, & Addictissimus Servus
Innicus, Card. Caracciolus.

Infrascriptas dubitationes circa prætensas facultates, & Iurisdictionem Abbatis Commendatarii S. Antonii Viennensis nuncupati Civitatis Neapolitanæ, 60 videlicet.

I. *An liceat dicto Abbati Dimissorias suis prætensis subditis secularibus concedere, ita ut illas obtinentes, tam in minoribus, quam Sac. Ordines suscipere, & in Ordinibus susceptis ministrari licet valeant.* 61

II. *Quatenus non liceat, an saltem ad effectus præmissos requirantur ejusdem Abbatis Literæ testimoniales.* 62

III. *An Clerici, sive Presbyteri seculares, qui obtinent ab eodem Abbate Litteras patentes, seu commissionales, ipsarum Literarum vigore ab Ordinarii Jurisdictione sint exempti.* 63

Die prima Decembris 1668. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii 64 Tridentini Interpretum, auditis iis, quæ à præfato Abbate fuerunt per suas Literas deducta, ad singulas præmissas Dubitationes Negative respondit. *Libro vigesimo sexto, Decr. ejusdem Sacr. Congregationis fol. 129.*

IN EADEM CAUSA.

Omnibus modis Ecclesiasticæ disciplinæ, & moderationi conveniens est, ut quæ rationabiliter ordinata fuerint, vel decisa, nulla imposterum debeant refrugatione turbari sunt verba *Divi Augustini*, 65 relata in *can. 1. quæst. 9.* Postquam igitur hæc Sacra Congregatio in triplicato Partium acecrrimo Contradictorio pluries solemniter declaravit, *Clericos, & Præsbyteros, obtinentes Literas patentes, seù Commissionales, ab Abbate Commendatario S. Antonii Viennensis Civitatis Neapolis, illorum vigore non esse exemptos ab ordinaria Jurisdictione propriorum Episcoporum*, juxta præcisa verba supra registrata non est permissum post annos septuaginta in controversiam, 66 id amplius revocare in aliis diversis, & multo minus in hoc ipso Sacro Tribunali, ac si in ullo nunquam talis prætensio excitata, & rejecta fuisset, nisi prius iuris ordine servato, non obtineatur nova audientia, juxta laudabilem praxim omnium Tribunalium Urbis & Orbis, noto-

notoriam ipsismet Curialium Tyronibus, & Notariorum Novitiis.

Accedente præsertim in nostris terminis triplici circumstantia; Prima, quia ex punctualiter firmatis per *Rotam in Tarentina Canonicatus 7. Decembris 1716. §. Unde restricta coram Foscaro*, huius Sacræ
67 Congregationis Oracula, adversus illa non quando fuit debito tempore petitus recursus, & gratiose concessa nova audentia, dicuntur constituere Rem iudicatam, de cuius notoria vi, & notiori efficacia est, facere de albo nigrum, quadrare rotundæ, de non ente ens, falsum immutare in verum, & se habere ad instar Muri impenetrabilis, iuxta phrasim illorum
68 Doctorum, quos refert, & sequitur *Ansal. de Commerc. & Mercat. dec. 36. n. 33. & Rot. coram eodem in Romana Fideicommissi 15. Januarii 1700. §. Sed diximus.*

Secunda circumstantia in eo consistit, quod una ex dictis punctualissimis resolutionibus obtenta fuit à Cardinali Caracciolo Seniore, anno 1668. Archiepiscopo Neapolitano, hodie autem Abbas Commendatarius eiusdem Abbatiæ S. Antonii Abbatis, est Eminentissimus Pignattellus in eodem Archiepiscopatu & in Commenda Præceptoriæ Successor, &
69 propterea applicatur dispositio integri tituli Digestorum, *Quod quisque Juris &c.* in cuius *leg.* 1. nimis improprium visum fuit Ulpiano contrarium prætendere, iuxta illa aurea verba; *Quis enim aspernabitur, idem jus sibi dici quod ipsi* (vel eius intecessor) *aliis dici, efficit*, cum concordantibus apud *Rot. dec. 316. n. 13. p. 19. rec.*

Tertia circumstantia innititur illi animadversioni, quod prædicta Oracula hujus Sacræ Congregationis inserta fuerunt in multis Synodis Diœcesum vastissimi Regni Neapolis in quibus injunctum fuit, ut tanquam particulares Leges, iuxta Synodorum effi-
70 caciam, de qua *Rota decis. 79. numer. 20. coram Zarat. & decis. 740. in fine coram Emerix Jun.* executioni punctualiter demandari deberent, ut videre est *in Synodo Isclano Episcopi Drepani part. 2. §. 18. de Cleric. exempt. num. 4. fol. mihi 220.* ibi -- *Clerici, seu Presbyteri seculares, qui obtinent ab Abbate Com-*
71 *mendatario S. Antonii Viennensis nuncupati Civitatis Neapolis, Literas Patentes, seu Commissionales, ipsarum Literarum vigore à nostra ordinaria jurisdictione minime exemptos esse ex Sacr. Congregationis Concilii declaratione, petente Archiepiscopo Neapolitano, omnibus denunciamus*; *Ab Episcopo Crispino*, ut videre est *nella Visita Pastorale p. 1. §. 14. num. 3. fol. mihi 97.*
72 ibi -- *Molti Privilegj di essenzione competevano alli Abbati Commendatarii di S. Antonio di Vienna avanti il Concilio, in virtù de quali pretendendosi, che li pretesi Sudditi del medesimo Abbate fossero esenti dalla giurisdizione delli Ordinarj, il Cardinal Caraccioli Arcivescovo di Napoli, resistendo a queste pretensioni, ne riportò dalla Sagra Congregazione del Concilio dichiarazione, favorevole alla giurisdizione ordinaria, del tenor seguente Neapolitana jurisdictionis &c.* In Sy-
73 nodo Casertana; & in Synodo Theanen. in quibus per extensum insertæ fuerunt Resolutiones huius Sac. Cong. datę in Summario &c, aliis omissis gratia brevitatis, ab Archiepiscopo de Aste in celebri *Tractatu della Sagra Apostolica Visita part. 3. §. 16. numer. 23. fol. mihi 323.* ibi -- *Clerici, seu Presbyteri seculares si obtinens ab Abbate Commendatario &c. Lite-*
74 *ras potentes, seu Commissionales, ipsarum Literarum vigore ab ordinario jurisdictione non sunt exempti, Sacr. Congreg. Concilii in Neapolitanas Jurisdictionis &c.*

Contrarium proinde prætendere, ut determinetur non ex novis Juribus, novisque motivis, sed ex illismet crambe recoctis, diversaque plurali hodie repetitis criticationibus, quæ appositæ multoties in
75 statera acerrime iudicii huius Sacrosancti Senatus, semper fuerunt inventæ minus habentes ad eximendos Subditos ab illa iurisdictione, quàm Episcopi erga illos habent, tam de Jure communi, quàm speciali Sacri Concilii Tridentini, esset magnam stragem Synodorum facere, quod non solent permittere magna Collegialia Tribunalia, ut exclamat *Rota in decis. 311. numer. 2. & decis. 729. numero 15. & seqq. part. 18. recent. & in Romana Testamenti 18. Martii 1672. § Adjecerunt coram Taya; & in Romana Redditiones rationis 27. Novembris 1684. §. Non obstat Cardinali Caccia.*

Præcipue postquam resolutiones Tribunalium vim Rei iudicatæ obtinuerunt, & bonam adducit rationem *Card. de Luca de Judic. disc. 38. numer. 19.* sequentibus verbis; *Quando nihil deducatur de novo, atque constet, quod ea, ex quibus Injustitia desumitur, fuerint jam deducta, & discussa, quamvis talia essent, ut Causam ita dubiam reddat, quòd fortè, si res esset integra, probabilius pro ista, quàm pro altera parte potiùs judicandum esset; Non tamen id sufficiens reputari debet pro concessione rastitutionis in integrum*, subdendo, quód in hoc consistit vis Rei iudicatæ, ut per illam in casu ambiguo quædam statuatur veritas, nisi de magna irrationabilitate constet. 77

Tantum autem abest, quod in nostro casu constet de magna irrationabilitate dictarum Resolutionum huius Sacræ Congregationis, quin potiùs nihil importare, præter punctualem executionem Sacri Concilii Tridentini in illis locis, quorum verba registravimus supra de se patet. 78

Non potest veritas hæc exadverso impugnari, & propterea in contrario Summario adducitur nescio quæ declaratio, quæ supponitur oretenus facta a Cardinali Alciato A.C. Alexandro Riario, qua mediante gratis ubique supponitur, ad hac Sacra Congregatione fuisse resolutum, Religiosos Ordinis Sancti Antonii Viennensis non esse comprehensos sub dispositione *Concilii Tridentini sess. 14. capitulo quinto de Reformat.* Sed magna improprietate, & æquali insubsistentia. 79

Primò, quia idem Concilium Tridentinum loco citato loquitur de Conservatoribus Religionum, non autem de exemptione Patentatorum à Superioribus Religionum, & propterea, quando etiam 80
eadem declaratio esset ex omni sui parte subsistens, non egrederetur fines dispositorum in *dicto capitulo quinto* neque proinde posset extendi ad alia capita, per nos in principio, *seu numero* 8. citata, ubi loquitur in puncto de exemptionis; Quando enim adest dispositio, seu obstaculum duorum vin- 81
culorum, uno sublato, remanet aliud ex animadversis per *Card. de Luca de Emphyt. disc. 3. numero quarto & Rota decis. 299. numero 5. coram Dunozet. jun.*

Dixi, *quando esset ex omni fuit parte subsistens*, quia de eadem prætensa declaratione nullum habemus autenticum Documentum, iuxta formam, ab hac Sacra Congregatione per viam legis generalis præscri- 82
ptam *in Lib. 14. Decret. fol. 433.* ab Urbano VIII. præcisè approbatam, & per extensum impressam à *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 4. num. 83. vers. verum*, ubi expressè demandatur, nullam fidem dandam esse resolutionibus huius Congregationis, quæ solito Sigillo, & subscriptione Cardinalis Præfecti, ac Sacretarii eiusdem Congregationis pro tempore existentium munitæ non fuerunt. Quod tali punctualitate, & reli- 83
giositate servatur, ut doctissimus *Fagnan. in Tom. 1. in Epist. ad Lectorem* qui fuit huius Sacræ Congregationis Secretarius de hoc expressè monitum voluit suorum Operum Lectores, ibi -- *Quamquam ferè omnia descripta fideliter, dum eidem Sac. Congregationi essem à Secretis ea tamen minimè habenda pro authenticis scire debes, quando Eminentissimi Card. Præfecti, & Secretarii subscriptione, signoque carent.*

Tertiò quia Privilegia, concessa Ordini S. Antonii Viennensis in ea parte, in qua Sacro Concilio Tridentino adversantur, non sunt ullo modo exequenda, nec attendenda, non solum ex punctualissima *Constitutione 100. in Bullar. 9. tom. 2. Pii IV.* quæ ita summatur *Confirmatio Gratiarum, & Privilegiorum Abbati Conventui, & Fratribus Ordinis S. Antonii Viennensis concessarum, quatenus Concilio Trid. non adversantur*, sed etiam juxta posterius oraculum eiusdem Urbani VIII., & novissimam resolutionem Sac. Congre-

gregationis Episcoporum die 3. Augusti 1725. Ponente Eminentissimo Barberio, . Dicebat autem Sa-
85 cra *Rota in decis. 1620. num. 4. coram Coccino* esse optimum signum pessimi Juris insistere in authoritatibus antiquis, & antiquatis, vel per novam legem immutatis.

Quartò quia Privilegia exadverso magnificata, literaliter loquuntur de Abbatibus, prioribus, Religiosis cæterisque Personis, moram facientibus in illis locis, Domibus, & Grangiis, in quibus, & quandiù in illis Hospitalitas actualiter exercetur,
86 ibi -- *Dummodo, & quandiu Hospitalitatem hujusmodi retinuerint, & exercuerint*; Nos autem sumus in terminis, toto cœlo diversis, simplicis nimirùm nimis discoli sæcularis Sacerdotis, moram facientis in propria Domo, & non in Grangiis, vel Domibus, in quibus hospitalitas exercetur, & propterea eadem aff. Privilegia nullo longissimo filo trahi possunt ad præsentem casum.

Poterat proindè, imò debebant omitti casus favore Regularium, atque moram facientium in Domibus, in quibus actu exercetur hospitales, ad probandam prætensam consuetudinem immemorabilem favore Privilegiatorum; Tùm quia, quando mero possibili probata dici posset, illa diceretur nedum
87 interrupta, sed de medio penitus sublata à dictis punctualibus Resolutionibus hujus Sacræ Congregationis. Si enim habetur tanquam primum principium inter Doctores, loquentes de vi, & efficacia consuetudinis immemorabilis, ut illa dicatur interrupta per se solum rumorem in contrarium, ex ad-
88 ductis per *Rot. decis. 162. num. 9. coram Ludovis. ubi Adden. num. 15. & coram Cerro decis. 106. num. 19. & coram Emerix Jun. decis. 1296. num. 13. & 14.* Quantomagis in casu nostro sublata dicitur per dictos actus Judiciales, in Contradictorio Judicio canonizatos pro exclusione prætensæ exemptionis, ut
89 ampliando conclusionem notant adducti per *Rot. coram Bich. dec. 290. n. 30. & cor. Emerix Jun. dec. 519. n. 9 & dec. 696. n. 4.*

Tum quia adversus clarè disposita in Concilio Tridentino non attenditur quæcumque consuetudo, etiam immemorabilis, ob illius confirmatione factam à Pio IV. cum clausula *Sublata*, ac Decreto irritanti, quod extenditur, & comprehendit omnia illius
90 capita, juxta magistrales *Sacræ Rotæ Decisiones in Colonien. Jurisdictionis 17. Aprilis 1679. §. Nec suffragari, & 29. Martii 1680. §. Cum enim coram Albergato, & in Corduben. Benedictionum Nuptialium 6. Julii 1683. §. Imò omne, & 17. Martii 1684. §. Tertius coram Paulutio* sequutas *coram Emerix iun. in decis. 1279. num. 17.* ibi -- *Stante Decreto irritante*
91 *in Literis confirmatoriis Sacri Concilii Tridentini contento, quod inesse censetur cuilibet ejus Capitulo, tollitque, quemcumque contrariam quasi possessionem, & observantiam & dec. 1296. num 26. cor. eodem*, ibi -- *Accedente præsertim clausula Sublata, & Decreto irritanti, contentis in Bulla confirmatoria Sac. Concilii*, ubi innumeri allegantur concordantes.

Tum demum quia cum ex hac parte multos adduxerimus actus, in quibus non fuit habita ratio prætensæ exemptionis Sacerdotum secularium, habentium Litteras Patentes Abbatis Commendatarii, in conflictu actuum, hinc inde allegatorum, præferendi
92 sunt illi gesti ab Ordinariis, uti habentibus pro se assistentiam Juris itaut etiam si illi exemptionis essent contrarii actus, ex adductis per *Rot. in dec. 396. in fin. cor. Emerix jun. & dec. 485. n. 19. part. 18. & dec. 567. n. 8. ead. part. 18.*

Mirum autem est, quod dati fuerint in contrario Summ. actus aliqui anteriores Resolutionibus huius Sacræ Congregationis; Quatenus enim per falsam hypothesim aliquam efficaciam in se haberent, uti anteriores dictis Resolutionibus, in nulla prorsus con-
93 sideratione habendi essent, ut probant adduct. *per Rot. dec. 495. num. primo cor. Emer. jun. & in Melevitana Decretorum secundo Martii 1707. §. finali coram Ansaldo*, quæ est in hac materia magistralis.

Secularizatio Præceptoriæ, illiuque Commenda facta Cardinali Magalotto non immutavit naturam Commendarum, per quam conferuntur dumtaxat Commendatariis redditus, & proventus Beneficio-
rum, juxta verba illa data in contrario *Summario cum omnibus Iuribus, & pertinentiis suis*, quæ intelligenda sunt de illius redditibus, & proventibus, non autem de superioritate, & jurisdictione erga illa Personas, quæ Regulares non sunt, neque moram faciunt in Domibus, in quibus hospitalitas non servatur. 94

Obiter observando hic respectu cujusdam antiquæ Scripturæ impressæ de ordine Card. Magalotti, quod illa sequentem habet titulum *Laurentius &c. Tituli S. Mariæ in Aquiro Presbyter Card. Magalottus*, & tamen eadem Ecclesia, non fuit neque est titulus Card. Presbyteri, sed Diaconi, imò quarta
inter illas Diaconorum, ut observat *Piazza nella Gerarchia Cardinalizia fol. mihi 832.*; Ultrà quod eadem Scriptura in Secretaria originaliter exhibita, sed non data in contrario Summario, visibiliter alterata fuit in data diei, & mensis 1. Augusti 1630. in illam 1. Junij 1628. 95

Quidquid sit de prætensa exemptione à publicis Processionibus quæ fiunt in Civitate Neapolis Ministrorum, actualiter inservientium Abbati Commendatario, ab istis disparatis terminis nil potest inferri ad diversam exemptionem à Iurisdictione Ordinariorum, cujus respectu habemus rotundam dispositionem Sa-
cri Concilij Tridentini, & rotundiora Oracula hujus Sacræ Congregationis, quibus nulla omninò non sine admiratione congruam observavimus responsionem, licèt nostræ Scripturæ à duobus Mensibus visæ fuerint, & revisæ, nec non attentè considerate ab exadverso Scribentibus. 69

Sola lectura *contrarij Summarij*, in qua registrantur Literæ Patentes Adversarij, deservire potest pro congrua Responsione, dum in illis dicitur Adversa-
rio *Te Beneficiatum eligimus, creamus, & deputamus ad nostrum nutum, & beneplacitum, volumus autem, quod de redditibus &c. solvere, & assignare tenearit quolibet anno annuam responsionem &c.* Beneficia enim Ecclesiastica sine ulla diminutione conferri debent, toto titulo *Decretalium, vt Ecclesiastica Beneficia sine diminutione conferantur*, ubi quod hoc 97
determinatum fuit in generali Concilio Lateranensi, ibi -- *Non licuit expactione, vel conventione &c. Tibi retinere proventus cum Lateranensi Concilio prohibitum sit, nequis conferendo Ecclesiasticum Beneficium partem proventuum suis usibus retinere præsumat &c. quia Ecclesiastica Beneficia sine diminutione debent conferri.* Præterea repugnat omnibus Iuris principiis, ut Ecclesiastica Beneficia ad tempus, seù ad nutum, & beneplacitum concedentis conferantur, dum ex propria natura debent esse perpetua, & probavimus supra & addimus citatos *à Lotter. de Re Bene-* 98
fic. lib. 1. quæst. 7. num. 20. Omnia demum brevissimè perstringendo dicimus, quod asserta Privilegia exaduerso pro quarta vice coram hoc Sacro sancto Consessu repetita, non sunt aliquid, de novo repertum, suntque posteriora dispositis in Concilio Tridentino, & Constitutioni 100. Pij IV. Fuitque ulteriùs ab hac Sac. Congregatione ter declaratum, quod illa apta non sine eximere Sacerdotes, vel Clericos à nativa Iurisdictione propriorum Ordina- 99
riorum, & propterea respondendum videtur *serventur Decreta Theanen. Casertana, & Neapolitana*, effusis desuper humillimis precibus. 100

Nec dicatur, quod prædictæ Resolutiones non loquantur de Beneficiatis, sed de obtinentibus Litteras Patentes, vel Commissoriales. Respondemus
enim *cum Divo Thoma par. 1. qu. 54. art. 4. ad secundum Sapientis esse non curare de nominibus, & cum Rota in Pisana Iurispatronatus 1. Iunij 1700. §. enim coram Ansaldo, fatuum prorsus esse autem præbere quæstioni de nomine*; Beneficiati autem, Adversario similes, possunt de redditibus eorum Beneficiorum usurpare lepidum illud dictum *Terentij in Andria* 101

dria Hoc solùm mihi nomen relictum est; dum in eorum Literis Patentibus, & præcisè in illis Sacerdotis de Luca, mutilatè exhibitis in contrario Summario, & per extensum existentibus in Secretaria, rotundis literis dicitur *Volumus autem, expresseque mandamus; quod nullatenùs Te intromittere debeat in perceptione votorum, oblationum, & animalium, quæ omnia per præsentes d. generali Præceptoriæ reservamus*.
103 Oblationes siquidem, quæ fiunt alicui Altari, seu Cappellæ, in qua fundatum est Beneficium, non Collatori, sed Beneficiato integraliter debentur, ut latè probat *Bertacchin. vot. decisiv.* 191. *per tot.* & signanter *numer. secundo*, ubi refert Resolutionem huius Sacr. Congregationis in *Fulginaten. Oblationis sexta Aprilis millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo*, & Collator nihil pro se retinere potest de fructibus Beneficiorum, juxta verba Concilii generalis Lateranensi, quæ supra retulimus.

Causa pendet indecisa.

Finis primæ Partis Tomi Noni Disceptatio Ecclesiasticarum Advocati Dominici Ursayæ.

DISCE-



DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM ADVOCATI DOMINICI URSAYÆ.

Tomus Nonus.

PARS SECUNDA.

DISCEPTATIO PRIMA.

Toletana Restitutionis in integrum

PRO

Petro Serrano

CUM

Procuratore Generali Clericorum Regularium, ministrantium Infirmis.

ARGUMENTUM.

Restitutio in integrum concedenda est Religioso, qui per vim, & metum regularem emisit Professionem, & ostenditur, illam non dici ratificatam per Ordinum Sacrorum susceptionem, per exercitium Munerum Religionis, & per renovationem Votorum, vi Constitutionum quolibet anno factam. Ostenditurque ulterius, in dubio ex parte liberæ voluntatis Profitentis inclinandum esse pro nullitate Professionis.



Etrus Serrano Sacerdos Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis nulliter Professus in Conventu, seu Domo B. Mariæ Virginis Assumptionis in Damaso nuncupatæ Villæ Matriti Toletanæ Diœcesis, ad effectum reportandi declarationem Nullitatis suæ Professionis ob vim, & metum cadentem in constantem Virum, sibi à Genitore incussum, exhibuit humillimas preces Benedicto XIII. pro Restitutione in integrum adversùs lapsum quinquennii, præscripti à Sacro Concilio Tri-
1 dentino *in sess. 25. de Regular. cap.* 19. illisque remissis ad hanc Sacram Congregationem sub die 7. Septembris 1726. datæ fuerunt consuetæ Litteræ pro Informatione, directæ Archiepiscopo Toletano, cui desuper injunctum fuit, ut receptis formiter probationibus & audito Superiore Locali, Sacram Congregationem super expositis redderet instructam, & animi sui sensum aperiens, preces ipsas una cum Processu transmitteret.

Subdelegavit Archi-Præsul pro constructione Pro- 1
cessus eius Vicarium Generalem Matritensem, qui acceptata Commissione, admisit probationes faciendas; Quamobrem subiectis rigoroso examini 17. Testibus à P. Serrano inductis, aliisque pluribus ad instantiam Religionis, & compulsatis diversis Juribus, absolutus remansit Processus, eoque ad hanc Sacram
Congregationem transmisso una, cum Informatione 2
Archiepiscopi, referentis, quod Testes sunt Personæ fide dignæ, & timoratæ conscientiæ, eorumque depositionibus adhibenda est fides: Quapropter videtur, quod præd. P. Petrus iustificaverit contextum supplicatione Sanctissimo factæ concordatum fuit, citata Parte, dubium circa dicta resolutionem in integrum sed cùm propter oscitantiam Negotiorum Gestoris constituti à P. Serano in Hispaniarum Regnis degente, retardaretur Causæ Propositio, idem P. Serrano, non obstante diuturna insanabili, & molesta Infirmitate ab effectibus asmaticis proveniente, qua cruciabatur ab
ineunte ætate, ac etiam nunc afficitur, prout depo- 3
nunt Medicus, & Chirurgus incommoda, & pericula Itineris libenter contemnens, personaliter ad Urbem accessit, & ex benignitate hujus Sacræ Congregationis, cum retentione Habitus propriæ Religionis, collocatus in Conventu Sanctæ Franciscæ Romanæ Patrum Trinitariorum Calceatorum, supplicem renovat Instantiam pro affirmativa resolutione dicti Dubii.

Agitur enim de remedio extraordinario restitutionis in integrum, ad quam obtinendam opus non est assumere cognitionem rigorosam nullitatis Professionis, & deducere probationes formales, seu in forma Judicii, sed satis est, ut doceatur summariè de solo fumo eiusdem Nullitatis, & de iusto impedimento
non reclamandi intra quinquennium, quemadmodum 4
ex *Textu in cap. Cùm Virum 12. de Regular.* de communi praxi testantur *Pignatell. consult.* 173. *num.* 28. 70. *vers.*

70. vers. Idque etiam, & numer. 107. tom. 9. Barbos. ad Concil. Trid. ad sess. 25. de Regular. cap. 19. n. 9. & de Offic. & potest. Episcopi part. 3. alleg. 104. num. 18. vers. Hujus restitutionis, Donat. in Prax. rer. Regular. tom. 2. part. 2. tract. 12. quæst. 14. sub num. 11. vers. Quia Dominus Papa, Lezzan. in Summ. qu. Regular. tom. 2. verb. Professio Regular. num. 21. vers. Attende etiam, Corrad. in Prax. dispensat. lib. 5. cap. 14. numer. 15. & seq. Ricciardel. in Lyceo Ecclesiast. tom. 1. cap. 3. §. 7. numer. 142. Panimoll. decis. 29. numer. 49. & Rot. decis. 1356. num. 1. cor. Emerix Junior.

In præsenti autem casu nedum concurrit simplex fumus nullitatis Professionis, emissæ a P. Serrano, verùm etiam concludentissima exhibetur probatio ejusdem nullitatis, dum ex Processu, in Partibus compilato, per univocam depositionem plurium Testium, resultat, quod ipse non aliàs induit Regularem Habitum, & solemni Professioni se obstrinxit, quàm violenter compulsus à Ioanne Antonio Serrano eius Genitore, qui omni contentione virium, omnemque adhibens violentiam, nedùm verbis, sed etiam factis positivis, & immanibus cruciatibus reluctantem filium adegit usque ab ejus pueritia, ut Regularem statum assumeret, quibus attentis circumstantiis, nemini dubium esse potest, quin subsequens Professio, qui Causam dedit vis, & metus illatus Profitenti, ex capite deficientis consensus remanse-
5 rit prorsus nulla, & irrita, ut per *Textum in capit. Perlatum primo de His qui vi, metusvè causa fiunt, & in cap. 1. de Regular.* concors est DD. omnium sententia, de qua *Spad. cons. 96. num. 1. lib. 3. Pignatell. consult. 173. num. 9. & 33. tom. 9. Fagnan. in cap. Nullus num. 22. de Regular. Azzor. Institut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 4. quæst. 10. Donat. rerum Regular. tom. 1. part. 2. tract. 11. quæst. 2. num. 1. cum seqq. Pellizzar. in Manual. Regular. tom. 1. tract. 3. cap. 1. num. 59. Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. in Prax. part. 1. annot. 4. §. Primo, num. 1. Matthæucc. in Official. Cur. Ecclesiast. cap. 41. num. 13. Ricciardell. in Lyceo Ecclesiastico, tom. 1. cap. 3. §. 6. num. 110. Rot. decis. 930. num. 5. coram Dunoz. Junior. & decis. 455. num. 3. coram Merlin. decis. 491. num. 1. & 2. coram Roxas, & decis 229. num. 1. & 2. cor. Carillo, & decis. 300. num. 51. part. 10. & decis. 211. n. 1. part. 13. rec.*

Duplici præsertim adstipulante urgentissima ratione, quarum prima est, quod Professio Religiosa mutuum præsefert contractum inter Professum, & Religionem; Ideòque cum vis, & metus excludant consensum illius, qui gessit actum invitus, pernecesse ipse actus meticulosus perindè haberi debet, ac si gestus non fuisset, quia sicuti contractus consensu per-
6 ficitur: ita etiam corruit, corruente consensu, prout ad rem admonet *Pignatell. consultat. 173. num. 92. tom. 9. Bonacin. Oper. Moral. tom. 1. tit. de Clausur. & pœnis violationi ipsius impositis quæst. 2. punct. 10. difficult. 2. §. 1. num. 1. Tamburin. de Jur. Abbat. to. 3. disput. 6. quæsit. 26. num. 5. Ricciardell. in Lyceo Ecclesiastico tom. 1. cap. 3. §. 7. num. 151. Anaclet. in Jus Canonic. lib. 3. tit. 31. §. 6. num. 167. & Panimol. dec. 29. n. 5. & 6.*

Secunda verò æquè valida ratio in eo consistit, quod Regularis Professio est Sacrificium propriæ voluntatis, Deo oblatum, quod acceptum esse nequit, nisi spontè offeratur, quia non coactos, sed voluntarios Milites eligit sibi Deus, prout David *Psalm. 53.*
7 *vers.* 8. de sua spontanea voluntate in oblatione Sacrificii gloriabatur inquiens — *Voluntariè sacrificabo Tibi* — atque in proposito advertunt *Gonzalez in cap. 1. de His, quæ vi, metusve Causa numer. 26. Pignatell. consultat. 77. num. 2. tom. 7. & consult. 173. n. 75. in fine tom. 9.* cum aliis citatis in *discept. Ecclesiastica prima num. 4. tom. 1. part. 1. & Rota dec. 9. num. 85. & seq. cor. Arguell.*

Undè cum vis, & metus præsupponant deficientiam consensus, & spontaneæ voluntatis, Professio, per vim, & metum facta, nunquam substineri potest, dùm ad essentiam validæ Professionis requiritur liber consensus *Rot. dec. 205. num. 24. cor. Buratt.* 8
& decis. 9. num. 10. cor. Arguell. & decis. 211. num. 3. & seqq. part. 12. & decis. 499. num. 1. & seqq. p. 14. recent. Et de facto, si apud Gentiles in Sacrificiis offerendis Numinibus fictis, non admittebatur immolatio Animalis quod retrocederet, aut invitum traheretur, teste *Plinio lib. 8. cap. 45.* ibi — *Nec clau-dicante, nec aliena hostia Deos placari, nec trahente se* 9
ab Aris — Quantò magis improbandum est Sacrificium sui ipsius, vero Deo offerendum, absque libera, & spontanea voluntate, ut exemplificando eru- 10
ditè observat *Gonzal. in cap. 1. de His quæ vi, metusve causa dicto num. 26.* cum aliis citatis *in tom. 4. discept. 1. §. 7. num. 12.*

Quod autem P. Petrus Serrano fuerit coactus ingredi Religionem, ac Regularem Professionem in ea emittere ob vim, & metum à Genitore incussum, apertissimè justificatur ex depositione plurium Testium, formiter examinatorum, qui unanimiter probant, Joannem Antonium Patrem continuis molestiis, minis, contumeliis, ac etiam verberibus affecisse ejus filium ob hanc præcisam causam, ut fieret Religiosus, & post coactam susceptionem Habitus, Professionem emitteret, ac ulteriùs concludunt, quod 11
violentiæ Patris, & successivus metus in filio, cum omnimoda reluctantia, & aversione ad statum Regularem, continuò intercesserunt, tam ante ingressum in Religionem, quàm post ingressum, & susceptionem Habitus tempore Novitiatus, quàm denique post emissam Professionem, ut propterea dubitari non valeat de sufficienti metus probatione, quæ apprimè resultat ex Testium depositionibus ad tradita per *Pi-* 12
gnatell. consultat. 173. num. 165. tom. 9. Panimoll. dec. 29. num. 19. & 102. num. 8. & Rot. dec. 205. num. 1. & 14. cor. Buratt.

Et quidem opportuna temporum distinctione adhibita, pro eo quod attinet ad metum Serrano incussum antequam Religionem ingrederetur, constat in facto, quod Jo: Antonius ejus Genitor, qui extrema paupertate pressus ad suppeditandum necessarium victum, sibi, Angelæ de Ochoa eius Uxori, & quatuor filiis, ab ea susceptis, Pueros primas literas edocebat in Oppido *di Tor di Laguna*, secum perpendens, quod si Petrus alter ex filiis optimæ indolis Puer, alicui Cœtui Religioso tempore debito adscriberetur, inopiam Domus, & Familiæ sublevare posset, illum ad hunc statum eligendum suadere cœpit; Et quia usque tunc filius aversum animum à Religione ostendebat, ut deponit Testis ad perpetuam examinatus anno 1721. qui successivè ratificavit formiter suam depositionem 13
Nihilominùs Pater firmo animo volebat, quod filius incumberet studiis, adhoc, ut fieret Religiosus, illumque reluctantem verberibus afficiebat septimus Testis, qui P. Serrano erudiebat præceptis Grammaticæ affirmat, quod Joannes Antonius Pater castigabat filium, & ad id faciendum impellebat ipsum Testatorem sub motivo, quod filius erat malæ indolis, *vulgò un Picaro*, & quod nolebat esse Religiosus, deponens quoque, Angela de Ochoa, Matrem P. Serrano, eidem Testi dixisse, quod licèt filius nollet studiis sedulò incumbere, illius Genitor instabat, ut o- 14
mninò in studiis proficeret, nam volebat, quod fieret Religiosus.

Immoderato Genitoris desiderio efficaciores addidit stimulos P. Joannes Garzia Provincialis Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, qui una cum P. Didaco de Ochoa Avunculo P. Serrano, & Religioso eiusdem Ordinis, transeundo per Oppidum *di Tor di Laguna*, & in Domo Joannis Antonii hospitio exceptus, agnita ingenii perspicacia, quae erat prædictus P. Serrano, tunc in Conventu S. Francisci eiusdem Oppidi Summularum studio addictus, manifestavit Genitori desiderium quod habebat, ut filius eidem Religioni Ministrantium Infirmis nomen daret; Utque faciliùs ipsius vota perduci possent ad exitum, sese promptum exhibuit ad omnes impensas necessarias pro ingressu, & Professione, ut concorditer deponunt primus Testis germanus frater P. Serrano, secundus Testis eiusdem P. Serrano Soror, ter-

tius

tius Testis, & ad exonerationem conscientiæ post recepta Ecclesiæ Sacramenta declaravit Angela Mater in articulo mortis constituta, nec discordat ipsemet P. Garzia Provincialis, qui examinatus formiter, licet deponat, quod ipse non induxit P. Serrano, ut fieret Religiosus, ingenuè tamen fatetur --- *quod ob amorem*
16 *quo illum prosequebatur, & quia compatiebatur summam paupertatem cum qua vivebant, facilitavit hujusmodi assumptum, offerendo ei opem, prout fecit in illius ingressu ad Religionem, & in anno Novitiatus acquisivit unum Benefactorem, qui succumberet sumptibus pro Professione, prout succubuit.*

His oblationibus allectus Joannes Antonius Pater, singularem adhibuit curam, & industriam, ut blanditiis, precibus, & suasionibus, obluctantem animum filii ad Regularem statum induceret, omnis tamen labor in irritum cessit, quia filius immutabili constantia semper professus fuit, quod nullam inclinationem habebat ad statum Regularem, sed Clericali Militiæ in statu Seculari adscribi exoptabat, quemadmodum probat primus Testis deponens, quod P. Serrano semper restitit precibus, & suasionibus Patris, *manifestando, quod potius vagaretur per incertas Sedes, quàm fieret*
17 *Religiosus* Alter Testis dicit, quod cum ipse pluries admonuisset Jo. Antonium Patrem, nè filium invitum compelleret ad ingrediendam Religionem, habuit responsum ab eodem Patre valdè contristato -- *Quod licet ipse continuò suaderet, quod prædictus Petrus eius filius fieret Religiosus dicti Ordinis, ille tamen semper repugnabat, dissentiendo suis suasionibus.*

Si autem sola reverentia debita per filium Patri, seu reverentialis timor juxta sententiam plurium non infimi nominis Authorum, sufficiens est ad irritandam Professionem, citati à *Pignatell. consultat.* 173.
18 *numer.* 47. *tom.* 9. *Rebuff respons.* 68. *§. Imò dicit, Peyrin. oper. Regular. tom.* 2. *quæst.* 3. *cap. primo num.* 80. *Diana Coordinat. tom.* 6. *tract.* 3. *resolut.* 118. *num.* 4. *versic. Hinc ergo, & tom.* 7. *tract.* 1. *resolut.* 189. *tota, Bordon. Oper. Regular. tom.* 5. *de Profess. Regular. capit.* 19. *numer.* 54. *Grass. de effect. Clericat. effect.* 4. *numer.* 114. *Sperell. decis.* 79. *num.* 26. & 28. cum aliis adductis *per Sanchez de Matrimon. lib.* 4. *disputat.* 6. *num.* 17. & dixit *Rot. decis.* 930. *num.* 2. *coram Dunoz. Jun. & decis.* 491. *numer.* 6. *coram Royas*. Et rursus, si ad eumdem effectum solæ importunæ persuasiones illius, cui reverentia debetur, habent vim coactionis, & inducunt metum
19 sufficientem, quia non modicè animum agitant, & in angustiis ponunt, ad tradita per *Spad. consil.* 96. *numer.* 6. *lib.* 3. *Caren. resolut.* 81. *num.* 29. *Pignatell. consult.* 173. *numer.* 39. & 84. *in fine tom.* 9. *Barbos. vot. decisiv.* 77. *numer.* 86. *cum seqq. libr.* 3. *Lezzan. Oper. Regular tom.* 4. *consultat.* 47. *a num* 48. *ad num.* 54. *Sperell. decis.* 75. *numer.* 64. *Rot. decis.* 705. *numer.* 5. *in fine parte secunda recent. & decis.* 326. *numer.* 13. *coram Ludovis. & decis.* 1199. *numer.* 4. *coram Penia & decis.* 491. *sub nu.* 8. *vers. Quin imò coram Royas, & dec.* 9. *num.* 7. *coram Arguelles & dec.* 870, *n.* 10. & 11. *coram Emerix Jun.*

Eo certiùs pro annullanda Professione debet sufficere metus reverentialis, quando eidem accedunt importunæ persuasiones, & minæ, quia tunc non ampliùs consideratur simplex reverentia, per filium debita Patri, sed consideratur etiam coactio, ab importunis persuasionibus, & minis promanans, & ob has circumstantias metus reverentialis fit metus gravis,
20 ut sine contradictore notant *Sanchez de matrimon. lib.* 4. *disputat.* 5 *numer.* 7. & *seq. Pignatell. consultat. tom.* 77. *num.* 4. *tom.* 7. & *consultat.* 173. *numer.* 3. *in fine, & numer.* 47. 63. 86. & 139. *tom.* 9. *Donat. Rer. Regular. tom.* 2. *part.* 2. *tract.* 11 *quæst.* 10. *num.* 5. *Pellizar. in Manual. Regullar. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 56. *Barbos. vot. decisiv.* 37. *numer.* 7. *lib.* 2. *Lezzan. Oper. moral. tom.* 4 *consult.* 47. *à numer.* 76. *usque ad numer.* 95. *Anaclet. in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 31. *§.* 6. *numer.* 164. & *seq. Monacell. in Formular. tom.* 3. *tit. primo in annotat. ad formul.* 36. *numer.* 18. *Matthæucc. in Official. Cur. Eccles. cap.* 41. *numer.* 14. *Ricciardell. in Lyceo Ecclesiast. tom.* 1. *cap.* 3. *§.* 4. *numer.* 64. *Sperell. decis* 79 *numer.* 17. *Panimol. decis.* 29. *numer.* 26. & 27. *Rot. decis.* 205. *nu.* 27. & ibi *Adden. num.* 33. *coram Buratt. & decis.* 98. *numer.* 9. 10. *coram Peutinger. & decis.* 178. *numer.* 1. *coram Carillo, & dec.* 373. *num.* 8. *part.* 18. *recent. & in Luccorien. matrimonii prima Julii* 1726. *§. Eo magis coram Calcagnino.* Impressa *in Tom.* 2. *Miscell. Pompeii Ursayæ mei Filii decis.* 7. *n.* 14.

Reverentiæ per P. Serrano debitæ Genitori nedum superaccesserunt molestæ persuasiones, & minæ, verùm etiam positiva facta suppliciorum, quibus eum Pater assiduè coercebat, ut Religiosæ vitæ Institutum amplecteretur; Cùm enim agnosceret, quod preces, & suasiones non erant sufficientes ad immutandum animum filii de nolente ad volentem, convertendo amorem in odium, eum crudeliter tractare cæpit, tam factis, quàm verbis, ut suæ voluntati etiam invitus obsequeretur, cum probroso totius Domus, & Vicinorum scandalo, ut probatur ex luculentissima depositione omnium Testium, Idemque confirmat 21
alter ad perpetuam examinatus, & postea repetitus formiter, nec non Angela Mater in articulo mortis declarans, quod *Pater continuis suppliciis, & inclusionibus dictum filium affligebat, ut in suam sententiam traheret.*

Superaccedunt facta individua, mirificè ostendentia metum gravissimum, quem Genitor incutiebat Filio à Religione abhorrenti. Ipsum enim quadam vice, post immanes verberum cruciatus, in Cubiculum inclusit, furenti rabie proferens hæc verba -- 22
Velis, vel nolis, debes esse Religiosus -- & Januæ obseratæ clavem secum deferens, innocentem Filium in hoc privato Carcere detrusum, tota nocte reliquit, donec Angela Mater, miseratione commota, eum per aliam Januam extractum, transmisit ad Conventum S. Francisci, ut ibidem permaneret usque ad suum novum ordinem, indeque Filius ad Paternam Domum remeavit associatus à quodam Religioso, qui Patrem increpans, ei dixit -- *Omnia quæ* 23
coactè fiunt, bona non sunt, ideoque dum Puer nolebat fieri Religiosus, ad quid illum compellebas? ut de his omnibus circumstantiis deponit primus qualificatus Testis.

Increpationes hujusmodi deserviebant potiùs ad exacerbandum, quam ad deliniendum pervicacem Genitoris animum; Cùm enim Angela ejus Uxor sæpè detestaretur abominabiles violentias, per ipsum communi Filio illatas, eumque à suscepto proposito avertere curaret, Joannes Antonius quadam die magno furore accensus, denudato pugione, in Uxorem irruit, atque illam dubio procul percussisset, nisi Vicini, qui ad rumorem accurrerant, gravioribus malis obicem præstitissent; Istudque detestabile facinus præbuit motivum implorandi brachium Judicis criminalis Oppidi *di Tor di Laguna*, qui strictè 24
præcepit Joanni Antonio, ut se abstineret à violentiis, & minis adversùs Filium, & Uxorem, rigida ulterius comminata pœna in casu inobedientiæ, quod quidem factum distinctè recensitum à Testibus, ac etiam comprobatum à declaratione ipsius Matris, sufficeret de per se ad inducendam perfectissimam probationem gravis metus, qui resultat ex solo armorum aspectu, licet deferens illis non utatur, 25
ex animadversis per *Sanchez de Matrimon. libr.* 4. *disput. quinto numer.* 5. *Bordon. Oper. moral. tomo quinto de Profession. Regular. capit.* 19. *numero* 26. *versic. Armorum usus, Rot. decis.* 98. *num.* 6. *vers. Imò coram Peutinger.*

In sua sententia pertinax Jo. Ant. Pater, novumq; terrorem incutere satagens filio verbis illis -- *Nunc videbis, an debeas exequi meam voluntatem* -- eum denuo in privatum Cubiculi carcerem detrusit, & renovando assidua supplica, eumdem Filium per plures dies ibi detinuit, firmiter asseverans -- *quod solùm* 26
debebat ab illo exire, vel ad Triremes, vel ad Religionem transmissurus -- Ideoque miser Adolescens timore vehementi perculsus, & ad desperationem adductus, præcipitem se projecit per fenestram correspondentem in Atrium, indeque profugus, æstuante mense Augusti; absque ulla viarum cognitione, per incertum iter pervenit ad Civitatem Compluti, ubi octo men-

mensibus circiter, priùs in Domo Emanuelis de Ochoa eius Avunculi, ac deindè, in Conventu Ordinis Prædicatorum occultus permansit, solumque rediit ad Paternam Domum sub fide, ac sponsione alterius Avunculi, qui ei pollicitus fuit, quod deinceps nec plecteretur à Genitore, nec ad ingrediendum Religionem compelleretur. Ita deponunt, singillatim enarrando totàm rei gestæ seriem multi Testes in Summario, & constat ex declaratione Matris, exprimentis ulterius, quod -- *Sponsio, & fides*
27 *frustrata remansit, ex eo, quod prædictus Genitor acrius institerat comminando dicto ejus Filio electionem à sua Domo, necnon terrendo comminatione Triremium, nisi prædictam Religionem ingrederetur.*

Quæ profectò circumstantiæ, à Testium depositione resultantes, prout sunt assidua supplicia, & verberum cruciatus, frequentes inclusiones in privatum Cubiculi carnem, fuga per fenestram, & comminata ejectio à Domo Paterna, concludentem præseferunt justificationem gravis metus, quemadmodum
28 in terminis verborum admonent *Gonzal. in cap. primo de His quæ vis, metusque causa numer. 13. versic. Verberum, seu cruciatur Corporis, Caren. resolut. 81. numer. 7. & sub numer. 27. §. Aliud autem, Bordon. Oper. moral. tom. 5. de Profess. Regular. caqit. 19. sub numer. 26. versic. Verberatio, Anaclet. in Jus Canon. lib. 3. tit. 31. §. 6. numer. 162. Monacell. in formular. tom. 3. titul. primo in annotat. ad formul. 36. numer. 18. Panimoll. decis. 102. annotat. prima numer. 8. Rot. decis. 205. numer. 10. coram Curatt. & decis. 234. numer. 7. coram Vbald.*
29 Et in proposito cruciatus corporis per Carcerem observat *Sanchez de Matrimon. libr. quarto disputat. 5. numer. 7. Donat. Rerum Regular. tom. 2. part. secunda tract. 11. quæst. 6. numer. 2. Anaclet. in Jus Canon. libro tertio tit. 31. §. 6. dicto numer. 162. Panimoll. decis. 92. numer. 22.* & consimilem circumstantiam conclusionis in Cubiculo Domus præ oculis habuit hæc Sacr. Con-
30 gregatio in *Cephaluden. Restitutionis in integrum proposita 14. Februarii, & resoluta 18. Julii 1699. libr. Decret. 49. fol. 57. à ter. & 252. & in Bisuntina Restitutionis in integrum 13. Januarii 1714. libr. Decret. 64. fol. 3. à ter.* Nec non expendendo fugam, &
31 egressum per fenestram, firmat *Rota decis. 211. num. 3. part. 23. recent.* ac demum quoad comminatam ex-
32 pulsionem à Domo Paterna, considerant *Pignatell. consult. 77. numer. quarto tom. 7. Bordon. tom. 3. var. resolut. parte secunda resolut. 57. numer 82.* ibi -- *Ejus Pater volebat eum è Domo expellere &c. Ergo tanquam nulliter Professus restituendus est suæ libertati -. Caren. resolut. 81. num. 30. Panimoll. decis. 29. num. 22. Rot. decis. 305. num. 4. vers. Secundo de maxima, & num. 5. coram Buratt.*

Experimento didicerat Joannes Antonius Genitor, quod tam preces, & suasiones, quàm violentiæ, ac minæ, usque tunc adhibitæ, nil proficiebant, erantque prorsus inefficaces ad flectendum animum Filii, ac propterea in suscepto proposito semper stabilis, novum coactionis genus animo evolvens, manum extremam operi adhibere curavit. Arrepta namque occasione qua Tabellarius ab Oppido *di Tor di Laguna* debebat Epistolas deferre ad Villam Matriti, ex abrupto post mediam noctem, accersitis Petro, & Joanne filiis, una cum ipsis præbuit se comitem dicto Tabellario; Cùm autem post emensum iter trium Leucarum Tabellarius videns, quod Petrus, qui eidem equo insidebat, profundo mœrore angebatur, sciscitatus fuerit à Genitore quo duceret Adolescentem illum, tam gemebundum, & Genitor ei
33 responderit -- *Ad Religionem*, statim Filius præceps ruit ex Equo, & Patriam versus arripiens fugam in hæc verba prorupit -- *Domine, ne defatigeris, quia per vim nihil boni fit, ego nolo esse Religiosus* -- Pater verò descendens ab Equo, & fugientem Filium, illecebris demulcere satagens dixit -- *Ego duco Te, non ut fias Religiosus, sed attento quod hic reperimur, purgamus Matritum ad invisendam Regiam Aulam* -- & successivè in Equum denuo conscendens prosequendo iter, arctæ custodiæ Filii ab eodem Equo ve-
34 cti sedulò incubuit, prout de his omnibus constat ex depositione multorum Testum, nec non ipsiusmet Tabellarii priùs ad perpetuam examinati, exprimentis, audivisse à Genitore, *quod Filium ad Villam Matriti asportabat, ut voluntarie, vel per vim omnino Religiosus fieret, & Regularem statum assumeret*, ac deindè repetiti formiter & concordat Mater in sua declaratione quæ dolosa traductio de uno loco ad alium facta per Patrem ad hoc, ut Filius Religioni se manciparet, urgentissimum præbet argumentum se- 35
quutæ coactionis, prout consideravit hæc Sacra Congregatio *in Elven. Restitutionis in integrum* proposita *5. Martii*, & resoluta *9. Aprilis 1701. lib. decret. 51. fol. 131. & fol. 170. a tergo.*

Absoluto itinere, quamvis Joannes Antonius aliàs in Villa Matriti hospitari consuevisset apud Isabellam de Palazuelos ejus Cognatam, ibidem fixos lares habentem, nihilominus, ad evitanda omnia impedimenta, quæ celerem sui propositi exequutionem retardare potuissent, satius duxit, in Caupona moram trahere cum filii, & mane sequenti sub obtentu eum ducendi ad Regiam Aulam inspiciendam, rectò tramite se contulit ad Conventum, seu Domum Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, atque ingressus Cubiculum P. Garziæ Provincialis, qui Petrum in uberes lachrymas erumpentem blanditiis,
& suasionibus irretire curabat, post renovatas in filium consuetas minas, eum Itineris labore defessum, & somno correptum relinquens in eodem Conventu, regressus fuit ad Oppidum *di Tor di Laguna*, ducto secum Joanne altero filio, Hisque mediis adhibitis P. Serrano die 7. Julii 1715. Habitu religioso indutus remansit, non concurrente tamen sua libera voluntate, sed animo prorsùs invito, & coacto, ut circum- 36
stantiæ hucusque perpensæ manifestissimè patefaciunt, & ex publica omnium opinione deponunt ferè omnes Testes. 37

Deveniendo ex his ad probationem continuationis metus in P. Serrano, illiusque omnimodæ aversionis à statu regulari etiam post susceptionem Habitus, durante Novitiatu, justificatum remanet in facto, quod certior effectus Joannes Antonius Pater de repugnantia, & alieno animo filii, tunc Novitii, statim se contulit ad Oppidum Matriti, eique solitas proposuit minas, ut non dimittere Habitum assumptum, & debito tempore solemnibus Votis per Professio-
nem regularem, ne asserit Testius Testis, qui audivit à Patre, *quod ipse venerat Matritum vocatus ab aliquibus Religiosis dicti Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, qui sibi significaverant defectum voluntatis sui filii permanendi in dicto Ordine, & quod ipse suaderet prædicto filio, ut desisteret ab Intentione quam habebat exeundi*; Ea desuper addita circumstantia, *Quod casu quo nollet desistere, volebat eum occidere*, ut profequitur idem Testis, & affirmat etiam in sua declaratione Angela Mater, ibi -- *Quo ad notitiam Genitoris pervento, intimavit prædicto filio, quod in casu dimissionis suscepti jam Habitus, Certè sciret se vitam quoque dimissurum, exploso in eum sclopo* --; 38
Metus autem comminatæ mortis, utpotè superans quemcumque alium, dicitur gravissimus, & cadens in constantissimum. Virum, ut per *Textum in cap. Cùm dilectus 6. de His, quæ vi, metusve causa*, ad rem nostram opportunè considerant *Gonzal. in capit. primo eodem tit. vers. Et metus gravis, Bordon. Oper. moral. tomo quinto de Professión. Regular. capit. 19. numer. 26. §. Mors comminata, Barbos. vot. decisiv. 77. num. 72. lib. 3. Sanchez de Matrim. lib. 4. disput. 5. numer. 4. Donat. Rer. regular. tom. 2. purt. 2. tractat. 11. quæst. 6. num. primo Rot. decis. 205. numer. 10. coram Buratt. & decis. 326. numer. 19. coram Ludovis. decis. 98. numer. 5. coram Peutinger. & decis. 373. numer. 6. part. 18. recent.* & in puncto, quod Necis comminatio à Patre facto, qua- 39
tenus filius non profiteretur, & à Religione discederet, inducat justum metum annullativum Professionis, egregiè *Rot. decis. 234. sub num. 7. coram Vbaldo*, ibi -- *Et post ingressum, quod idem Joannes Victricus &c. minatus sit se Didacum interfecturum, si e Religione exiret, & non profiteretur &c. & - decis.* 40
211. numer. 5. & 6. part. 13. recent. eamdemque circum- 41
stan-

stantiam prae oculis habuit hæc Sacra Congregatio *in Ulixbonen. Restitutionis in integrum* proposita 17. *Novembris*, & resoluta *prima Decembris* 1714. *lib. decret.*64.*fol.*430.*à tergo*, *&* 463.*à tergo*.

Hinc tamquam ex necessario antecedenti consequebatur magna exhorrescentia, & aversio quam statui regulari ostendebat P. Serrano tempore Novitiatus; Quoties namque sive Mater, sive Soror, sive Amita cum adhuc Novitium invisebant, magno mœrore affectus, & assiduis lachrymis obrutus, eis ostendebat constantem repugnantiam cum qua Religionis Habitum susceperat, & in ea permanebat, & animi sui sensus exprimendo, apertè declarabat, quod eveniente casu, quo emitteret Professionem, id non sequeretur sponte, sed ob metum suppliciorum, & minarum, quem ipsi Genitor incusserat,
42 ut testatur Mater & probat Soror ibi -- *Qua occasione illum summopere afflictum, & gemebundum vidit, & Testi dixit totalem repugnantiam, cum qua persistebat, & quod profiteri nolebat, quià aversum animum in hoc habebat, & quod quasi quotidiè ibat ad Cellam in qua Habitus Novitiorum asservantur, & petebat sua vestimenta, ut e Religione exiret &c.* Idem-
43 que confirmat Amita ibi -- *Tempore, quo dictus P. Serrano stabat in suo Novitiatu, Testis pluribus vicibus ivit ad eum videndum, & semper eum reperiit valde gemebundum, manifestando totalem ejus repugnantiam, & defectum voluntatis permanendi in Religione, adeoque Testis commiserta aliquibus vicibus fuit, videndo eum lugere, & dicentem, quod ejus animus non erat profitendi in Religione. Qua de causa petebat sua Vestimenta, ut è Religione exiret, & quod nolebant ei tradere dicta Vestimenta, & quod, si daretur casus emittendi dictam Professionem, hoc esset absque ejus voluntate, & absque Intentione, dum illam emittebat, ob magnum timorem, quem habebat de suppliciis, & minis contra ipsum incussis à suo Genitore &c.*

Aversio autem statui religioso plurimum confert ad justificandum metum, & ad probandum, quod
44 consensus non fuerit liber, sed meticulosus iuxtà deducta per *Pignatell. consult.* 173. *num.* 144. *&* 159. *vers. Augeturque*, *& consultat.* 180. *num.* 12. *tom.* 9. *Barbos. Vot. decisiv.* 77. *num.* 83. *lib.* 3. *Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. in praxi par. prima*, *annot.* 4. *§. primo num.* 5. cum aliis citatis *tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 20. *numer.* 51. *Ricciardell. in Lyceo Ecclesiastic. tom.* 1. *capit.* 3. *§.* 7. *numer.* 156. *Spada conf.* 96. *n.* 3. *lib.* 3. *Panimol. dec.* 29. *num.*19. *& dec.* 102. *num.* 9. *& seqq. Rot. dec.* 205. *num.* 4. *coram Buratt. decis.* 326. *num.* 7. *coram Ludovis. dec.* 27. *num.*8. *coram Peutinger. decis.*930. *num.* 1. *coram Dunozet Junior. decis.* 870. *num.* 9. *coram Emerix Junior. dec.* 211. *num.*2. *&* 3. *part.* 13. *& decis.* 499. *num.* 2. *cum seqq. part.* 14. *rec.* Concurrentibus præsertim lachrymis, quæ reddunt efficaciorem probationem coactionis, metus,
45 & aversionis animi, ad tradita per *Menoch. de Præsumption. lib.* 3. *præsumpt.* 4. *num.* 11. *& præsumption.* 126. *num.* 17. *Spad. conf.* 96. *num.* 4. *lib.*3. *Barbos. Vot. decisiv.* 77. *numer.* 92. *&* 93. *lib.* 3. *Bordon. Oper. Regular. tom.* 5. *de Profess. Regular. cap.* 19. *numer.* 38. *Ventrigl. in praxi par.* 1. *annotat.* 4. *§.* 3. *num.* 19. cum aliis adductis in *tom.* 2. *part. prima discept.* 9. *sub num.* 29. *vers. Quando*, *& part.* 2. *discept.* 21. *num.* 48. *Panimoll. dec.* 102. *num.* 17. *Rot. decis.* 326. *num.* 41. *cor. Ludovis. & dec.* 25. *num.* 49. *cor. Arguell. & dec.* 930. *num.* 3. *cor. Dunoz. Jun. & dec.* 212. *n.* 1. *part.* 16. *rece.*

Solemnem Professionem invitus iniit P. Petrus Serrano die 16. Julii 1716. sed etiam post huius involuntariæ victimæ sacrificium, dignoscens Pater, quod Petrus filius in sua pristina repugnantia persistebat, non destitit à violentis concussionibus, & minis, & eumdem filium recrudescente metu depressum adigeret ad permanendum in Religione; Cùm enim P. Petrus consuluerit Viros doctos celebris Universitatis Compluti super nullitate suæ Professionis, eorumque Consulta in scriptis reportaverit, ut constat ex
46 depositione primi Testis, & aliorum trium Testium Religiosorum, Pater habita notitia de huiusmodi diligentiis per vim abstulit à manibus filii eadem Consulta; illaque rabido furore discerpsit, ut prosequitur secundus Testis, & de auditu ab ipso Patre deponit primus Testis referens, quod Pater ei dixit.
„ Nescis quod Petrus germanus tuus frater nunc dicit suam Professionem esse nullam, & super hoc consulit plures Personas doctas huius Universitatis, quæ tutum illum reddunt esse nullam Professionem, quam ipse emisit, & abstuli ab eius manibus Consultationes, quas ei dederant. Animadvertas quinam honor erit in illo, & nobis, quod modò prætendat dictam nullitatem, dum si id exequetur, magnum orietur scandalum, tam in Religione, quàm in Patria, & in reliquis Partibus in quibus sumus non cogniti, sed ille cavebit ponere id in exequutionem donec, & quousque ego vivam -- subiungens Testis -- Et hæc omnia protulit valde fastiditus, & ira accensus ultra solitum contra dictum Petrum. 47

Non per hoc tamen abiecit P. Serrano constantem animum exeundi à Religione, prout iam vix emissa Professione, scilicet die 20. Julii 1716. in epistola responsiva Joanni eius fratri, apertis verbis expresserat assiduò namque protestabatur, quod incussi terroris metu coactus emiserat Professionem; Quod non erat verus Religiosus, nullumque habuerat propositum se obligandi; Et quod expectabat opportunum tempus ad 48
effectum infringendi suam Professionem, dimittendi regularem Habitum, & redeundi ad Seculum, ut declar. Mater, & concord. probant multi Test. dati in Sum.

Atque id ipsum desumitur ex depositione Testium Religiosorum, qui unacùm P. Serrano iam Professo in Civitate Compluti, navabant operam studiis; Primus enim diffusà narrat, quod -- *Audivis dictum Pater Serrano variis vicibus exprimere, quod in Re-* 49
ligionem intraverat violentatus ab ejus Genitore cum totali sua repugnantia, & quod ob ingentem timorem quem dicti Genitoris habebat, professus fuerat, licet in sui animi conceptu non erat talis Religiosus, subdens pariter, quod -- *Ob confidentem familiaritatem, quam habuit, & habet cum dicto P. Serrano, Testis in illo vidit, & expertus continuò fuit* -- magnam repugnantiam, quam idem P. Serrano habuit, & habet manendi in Religione ob violentiam, quam manifestavit sibi factam fuisse, ut in Religionem ingrederetur Secundus verò deponit -- Pluries audivis- 50
„ se à dicto P. Serrano, quod ejus Genitor certioratus de præcedentibus, abstulit ab ejus manibus prædictas Consultationes, quas retinebat, & furiosè illas fregit, fecitque alias minas ad finem ut in Religione permaneret; Et quod ob hanc rationem coactus fuerat silere, & permanere in Religione, quousque offerretur occasio opportuna manifestandi suum animum -- *Tertius denique iustificat* -- Displicentiam, & renuentiam exteriorem, quam dictus P. Serrano semper, & continuò manifesta- 51
„ vit ob timorem, & violentiam, cum quibus Religionem ingressus est; *Atque iterùm procedit cum indubitato præsupposito* -- Manifestæ renuentiæ, ac totalis repugnantiæ, & displicentiæ, quam dictus P. Serrano continuò præseferebat permanendi in Religione, *eam reddens rationem* -- Nam frequenter stabat cum tristitia & id clarè manifestabat ..

Nemo autem ignorat, quod hujusmodi conquestiones ac protestationes tanta cum animi perseverantia, & cum tot Personis emissæ, tam ante, quam post Professionem plurimum conferunt ad inducendam sufficientem probationem gravis metus, prout 52
firmant *Gonzal. in cap. primo de is quæ vi, metusve causa num.*7. *Surd. conf.* 513. *num.* 36. *lib.*4. *Pignatell. consult.* 173. *numer.* 64. *& numer.* 142. *tomo nono*, *Ventrigl. in Prax. par. prima annotat.* 4. *§.* 3. *num.* 19. ibique *Carol. Anton. de Luc. num.* 4. *vers. Lamentationes*, *Sperell. dec.* 79. *num.* 13. *Panimol. dec.* 29. *num.* 19. *& dec.* 102. *num.* 17. *Rota dec.* 205. *num.* 14. *coram Buratto dec.*9. *num.* 33. *coram Arguell. dec.* 229. *num.*3. *coram Carillo*, *& dec.* 499. *nu.* 5. *part.* 14. *recent.*

Ex quibus omnibus constabilita remanet concludens probatio metus in P. Serrano, illiusq; aversio positiva statui regulari, nedum ante susceptionem Habitus, verùm etiam

etiam tempore Novitiatus, & post Professionem; sed quatenùs etiam uberiora desiderarentur argumenta hujus manifestissimæ veritatis, ea nobis sub ministrant plura indicia, & adminicula, quæ in subiecta materia difficilis probationis metus exube-
53 rant, ut apposite ratiocinantur *Spada conf. 96. nu. 2. lib. 3. Pignatell. consul. 163. num. 46. & 159. to. 9. Mascard. de Probat. conclus.* 1054. *num. 2. cum seqq. lib. 2. Barbos. Vot. decesiv. 77. num.* 51. *&* 52. *lib. 3. Ricciardell. in Lyceo Ecclesiastic. tom. 1. cap. 3. §. 7. num. 155. Sperell. decis. 5. num. 70. & dec. 79. num. 25. Panimoll. decis. 102. num. 28. Rot. dec. 771. num. 2. coram Seraphin. & dec. 374. numero 1. cor. Ludovis.*

Concurrit enim primò qualitas Personarum, quia Ioannes Antonius Genitor erat homo severus, iracundus, ac terribilis naturæ, ut, affirmat omnes Testis; Filius verò erat pusillanimis, pavidus, mo-
54 dici spiritus, juxta univocam omnium dictorum Testium depositionem; & concordant Magister Novitiorum, Testis à Religione inductus, qui sermonem habens de qualitate P. Serrano inquit -- *Juxta illius operationes Testis habet pro certo, quod fuit & est tam pusillanimis, itaut posset compelli ad profitendum*, Quinimò ex eisdem Testibus habetur, quod quoties P. Serrano videbat Genitorem, totus horrescebat, & intremiscebat ob ingentem timorem ac metum, quem de ipso conceperat, Ad probationem autem sufficientis metus, attenditur potissimè irracunda qualitas Incutientis, & pusillanimis
55 natura illius, qui metum patitur, ex promiscue animadversis per *Honded. conf. 29. num. 28. in fine Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cas. 135. num. 4. & 5. Pignatell. consult. 173. num. 10. vers. Præcipuè, & numero 85. tom. 9. Sanchez. de Matrim. lib. 4. disput. 3. numero quarto* cum aliquis citatis *tomo primo parte prima disceptat. 1. numero 15. & disceptat. 4. numero 24. Sperell. dec. 79. num. 6. Rota decis. 326. num. 12. & dec. 374. num. 16. coram Ludovis. & dec. 98. num. 2. & 3. coram Peutinger. & dec. 234. n. 5. & seq. coram Ubald. & dec. 373. num. 7. part. 18. recent.*

Non relevante, quod sola qualitas iracunda Personæ, incutientis metum non sit sufficiens ad illius probationem, nisi ulterius justificetur, quod metum incutiens fuerit solitus minas exequi; Tum quia hoc solitum in casu nostro est innegabile, attento quod Pater non minis duntaxat, sed effectivis etiam suppliciis iugiter afficiebat filium, ipsamque Uxorem illius crudelitates obiurgantem, denudato pugione, aggredi non dubitavit; ut latius ostensum fuit supra. Tum, & fortius quia, quando agitur de Patre, alio Superiore, cui reverentia debetur, non est ne-
56 cesse probare, quod ipse fuerit solitus minas exequi, ut considerat *Castill. controvers. iur. lib. 8. cap. 59. sub num. 63. §. Ego sane*, ibi -- *Ego sane secundam hanc opinionem constanter, & secure retineo quam, & veriorem, & in actu practico tenendam omninò arbitror, videlicet, quod probatis minis illius cui reverentia debetur; hoc est Mariti, Patris aut alterius Superioris, necesse non sit, quod minans solitus sit minas exequi &c.* -- cum concordatis, citatis in *tom. 1. par. 1. discept. 20. num. 45. & tom. 2. part. 1. discept. 9. n. 18. Rot. decis. 870. num. 16. coram Emerix Jun.* Accedentibus præsertim aliis conjecturis, & demonstrationibus, justificantibus metum, quæ de per se
57 sufficiunt etiamsi non probetur, quod minans fuerit solitus minas exequi iuxta animadversa per *Cyriac. controv. 106. nu. 76. lib. 1. & Farinac. in Prax. crimin. quæst. 50. num. 11.*

Secundò in idem collimat minoritas P. Serrano, qui de tempore passi metus vix attingebat ætatem annorum 15. ut proinde cùm agatur de Minore, in quo facilius imprimitur formido, & inducitur animi perturbatio, sufficiant leviores probationes metus,
58 per ea quæ specialiter admonet *Castren. conf. 174. n. 3. lib. 1. Riminald. Sen. conf. 15. num. 22. Purpur. conf. 579. num. 7. Rebuff. respons. 68. §. Quarto Rot. decis. 205. num. 21. coram Buratt. decis. 326. num. 25. & 26. coram Ludovis. & decis. 178. num. 2. & 3. coram Carill. & decis. 89. num. 55. coram Arguell. & decis. 300. n. 57. part. 10. & decis. 373. num. 7. part. 18. rec.*

Tertiò concurrit, quod omnes Testes, deponentes de coactione, ac metu incusso P. Seranno, ac de illius repugnantia, & aversione, concordes adducunt requisitum publicæ vocis, & famæ, quam profectò publicam vocem, & famam pro coadiuvanda metus probatione summopere attendendam esse notant *Menoch. de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 126.* 59
num. 22. Barbos. vot. decisiv. primo num. 61. lib. 1. & vot. decisiv. 77. num. 103. lib. 3. cum aliis citatis in *tom. 1. part. 1. discept. 2. num. 23. & discept. 20. n. 52. Sperell. decis. 79. num. 11. Rot. decis. 859. num. 7. coram Seraphin. & decis. 205. num. 18. coram Buratt. & decis. 9. num. 82. coram Arguell. & decis. 395. nu. 2. & coram Bich. & decis. 211. num. 17. part. 13. & decis. 212. num. 6. part. 16. recent.* & ponderatum 60
fuit ab hac Sac. Congregatione *in Bisuntina Restitutionis in integrum* proposita 18. *Novembris*, & resoluta 2. *Dec.* 1713. *l. decret. 63. fol.* 461. & 504 *à tergo*.

Quartò denique pro Coronide accedit solemnis declaratio die 3. Septembris 1728. emissa per ipsum P. Serrano, qui recenset medio iuramento suæ coactæ Vestitionis, & Professionis dolentem historiam; & disertè confirmat repugnantiam, & aversionem quam semper habuit, & habet ad Regularem Statum, Quamvis autem in hac materia nullitatis Professionis regulariter non attendatur juramentum ipsius Professi, quando tamen aliundè probatur metus, annullativus Professionis, & concurrunt aliæ præsumptiones, adminicula, & conjecturæ, ad eumdem finem conducentes, juramentum Professi multum operatur, & ceteris probationibus efficacius addit firmitatis ro- 61
bur, quemadmodum notat *Pignatell. consultat. Canon. 4. n. 9. tom. 1. & consult. 173. sub n. 107. vers. comprobatur tom. 9.* cum aliis adductis in *tom. 1. part. 1. discept. 3. num. 48. & tom. 3. part. 1. discept. 6. num. 28.*

His tantò certius locum sibi vindicantibus, quia probationes insimul iunctæ sufficiunt ad justificandum metum, etiamsi quælibet ex ipsis considerata seorsim præseferre posset aliquam difficultatem, juxta communem regulam, quam in nostris terminis exor- 62
nant *Corn. conf. 124. num. 4. lib. 3. Honded. conf. 29. num. 49. lib. 1. Barbos. vot. decisiv. 16. num. 56. lib. 2. & vot. decisiv. 77. num. 110. & 111. lib. 3. Lezzan. oper. regular. tom. 4. consult. 47. num. 35. cum seq.* cum concordantibus *in tom. 1. part. 1. discept. 1. num. 34. & tom. 2. parte 2. disceptat. 21. num. 24. Sperell. decis. 5. num. 67. & decis. 79. num. 30. Rota decis. 9. num. 81. & decis. 25. num. 47. & decis. 89. num. 56. coram Arguell. & decis. 491. num. 9. coram Roias, & decis. 373. num. 13. part. 18. recent.*

Efficaciæ probationis, à tot factis, & adminiculis desumptæ, vim nequit adimere obiectum quod scilicet metus non probetur incussus P. Serrano de præciso tempore, quo ipse Religiosum Habitum assumpsit, & professionem emisit, dum tam actui Vestitionis, quam solemni non fuit præsens Genitor, meram tradens in Oppido di Tor di Laguna. Quandoquidem ad effectum de quo agitur, satis est, quod facta, & minæ præcedant, etiamsi non fuerint illatæ in ipso actu Vestitionis, & professionis, ut punctualiter advertunt *Honded. consult. vigesimo nono num. 40. lib. 1. Caren. resol. 81. num. 35. cum seq. Sperell. decis. 79. num. 22. Rot. decis. 326. num. 30. coram Ludovis. & decis. 172. numer. 43. & 44. part. 7. & decis. 211. n. 11. part. 13. & decis. 373. num. 10. part. 18. recent.* & in præcisis terminis Professionis emissæ in Civitate Melitæ per vim, & metum, filio incussum à 64
Patre degente in Civitate Messanæ firmavit *Rot. dec. 75. numer. 12. coram Peutinger.* de cujus casu vide *Tom. 2. p. 2. discept. 21.*

Ratio autem hujus certissimæ Conclusionis animativa, ea est, quia persistente adhuc Causa metus, non purgatur ipse metus semel illatus, etiamsi actus postea, seu ex intervallo videantur liberè fieri, ut 65
egregiè ponderant *Mascard. de Probat. conclus. 1053. num. 36. lib. 2. Rebuff. respons. 68. §. Nec me movet. Berdon. Oper. regular. tom. 5. de Profess. regular. cap. 19. num. 43. & 64. Matthæucc. Official. Cur. Eccles. capit. 41. sub n.*

sub numer. 15. *§. Respondeo negativè Ventrigl. in Prax. part.* 1. *notat.* 4. *§. Secundo numer.* 20. *cum seqq. Riccardell. in Lyceo Ecclesiastic. tom.* 1. *cap.* 3. *§.* 7. *numer.* 163. *cum aliis, citatis in to.* 1. *part.* 1. *discept.* 20. *num.* 53. *Panimoll. decis.* 102. *numer.* 13. *Adden. ad Buratt. decis.* 205. *sub num.* 35. *§. Secundo ampliat, Rot. decis.* 392. *num.* 3. *coram Ludovis. & decis.* 445. *n.* 5. *& decis.* 628. *numer.* 1. *coram Merlin. & deb.* 189. *n.* 6. *coram Carill. & dec.* 5. *n.* 6. *post Tamburin. de Jur. Abbatissarum & decis.* 172. *n.* 44. *part.* 7. *& dec.* 211. *n.* 23. *part.* 13. *& dec.* 373. *n.* 11. *part.* 18. *recent.*

Cui propositioni alia additum æque certa Conclusio, quod actus subsequuti, & provenientes ab initio meticuloso, quamvis gesti ex intervallo, ubi durat causa metus, & potentia nocendi de tempore actus, laborant eodem vitio, & præsumuntur meti-
66 culosi, ut solidè advertunt, *Menoch. de Præsumpt. libr.* 3. *præsumpt.* 4. *numer.* 23. *Mascard. de Probation. conclus.* 1053. *num.* 36. *Bordon. Oper. Moral. tom.* 5. *cap.* 19. *num.* 40. *&* 51. *Pignatell. consult.* 173. *num.* 74. *in fine tom.* 9. *Sanchez de Matrim. lib.* 4. *disput.* 18. *numer.* 7. *Matthæu. Official. Cur. Ecclesiæ cap.* 41. *numer.* 15. *cum aliis adductis in tom.* 3. *part.* 1. *discept.* 7. *numer.* 42. *Sperell decis.* 80. *numer.* 7. *Panimoll. decis.* 29. *numer.* 55. *& decis.* 102. *numer.* 12. *cum seqq. Rot. decis.* 9. *numer.* 4. 5. *&* 6. *coram Arguelles*, ubi adducitur resolutio huius Sac. Congregationis, *& decis.* 276. *numer.* 9.
67 *cum seqq. coram Ubald. & decis.* 98. *numer.* 16. *coram Peutinger. & decis.* 175. *numer.* 5. *part.* 1. *& decis.* 172. *num.* 43. *&* 44. *part.* 7. *& decis.* 373. *n.* 10. *part.* 18. *recent.*

Facilius in subjecto casu, in quo de omnimoda præcedenti aversione, ac repugnantia P. Serrano Testes deponunt cum dictione *Semper*, quæ dictio *Semper* complectitur omne tempus, & sic etiam illud
68 Vestitionis, & Professionis, ut ad rem considerat *Pignatell. consult.* 173. *numer.* 100. *&* 103. *tom.* 9. *cum aliis, citatis in tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 20. *num.* 34. *Rot. decis.* 178. *numer.* 8. *coram Carill. & decis.* 276. *numer.* 14. *coram Ubald.* repetita *post Bordon. de Profess. Regular. decis.* 3. *sub numer.* 9. *§. Quoad secundam*; Quando de cætero posita præcedenti repugnantia, & aversione, de qua dubitari nequit, præsumendum est, quod ea intervenerit etiam in actu Assumptionis Habitus, & factæ Professionis, dum ex abrupto, nullaque urgente, aut superveniente nova causa extrinseca, non debet censeri, quod quis mutaverit voluntatem aversam Statui Religioso, & Professioni,
69 se potius credendum est, quod in ea perseveraverit, juxta magistralia *Glos. in capit. Per latum de his quæ vi, metusve causa verb. Non timore*, ibi -- *Respondetur, quod verum est hoc, sed quia constabat de protestatione voluntatis ab initio facta, adhuc præsumitur velle &c. & qui voluntatem immutatam allegat, hoc probare debet* -- cum qua procedit *Rot. decis.* 9. *nu.* 36. *coram Arguell. & dec. &* 98. *num.* 15. *coram Peutinger. & dec.* 499. *n.* 2. *cum seqq. p.* 14. *& dec.* 373. *n.* 10. *part.* 18. *rec.*

Multoque minus obesse posset quod circa plures urgentiores facti circumstantias, Testes qui de illis deponunt, sint singulares; Ultraquod enim substantia coactionis, & incussi metus, nec non continuatæ aversionis, & repugnantiæ in P. Serrano non probatur ex Testibus singularibus, sed ex pluribus Testibus qui sunt inter se concordes, nihilominus ad effectum justificandi metum qui est difficilis probationis, absque ulla dubitatione admittuntur etiam
70 Testes singulares in dictis, ex animadversis per *Gabrielem de Testib. conclus.* 2. *numer.* 56. *Pignatell. consult.* 77. *num.* 5. *tom.* 6. *& consult.* 173. *numer* 148. *& consult.* 180. *numer.* 22. *tom.* 9. *Barbos. vot. decisiv.* 77. *num.* 66 *libr.* 3. *Ventrgil. in prax. part.* 1. *annot.* 4. *§.* 3. *numer.* 3. *Monacell. in formular. tom.* 3. *tit.* 1. *annot. ad formul.* 36. *num.* 19. *Sperell. decis.* 70. *numer.* 15. 23. *&* 24. *tom.* 1. *Panimol. decis.* 102. *numer.* 26. *Rot. decis.* 250. *numer.* 7. *&* 11. *cor. Buratt. & dec.* 189. *num.* 7. *& decis.* 234. *num* 9. *&* 10. *coram Ubald. & dec.* 211. *n.* 16. *part.* 13. *rec.*

Nullamque animadversionem promereri possunt oppositiones, quas P. Procurator Generalis Ordinis excitat in sua Informatione adversus Personas Testium, nempè Matrem, Sororem, ac fratrem P. Serrano; Et sane quoad Matrem undequaque in subsistens est reflexio, quod ipsa spem forte reposuerat in quadam hæreditate Comitisse *de la Cadena*, mox defunctæ, ad quam filius oculos, & quasi manus converterat, & quam deinde fuit assequutus, ex quo infert prædictus P. Procurator Generalis, quod non sit attendendum Testimonium Matris, exoptantis filium sui Juris, & capacem hæreditatis. Quandoquidem tempore quo Angela Mater suam fecit declarationem, adhuc vivebat Comitissa *de la Cadena*, ideoque suasibile non est, quod Mater sub 71
remota spe hujus hæreditatis, quæ contigibiliter solum poterat deferri ad filium, voluerit declarare falsum; Potissimè reflectendo, quod Angela Mater fecit declarationem tempore, quo Ecclesiæ Sacramentis munita in extremo vitæ Agone versabatur, & jam jam tremendum Dei Judicium erat subitura, quodque fortius perstringit, evulgavit dictam declarationem, non ut morem gereret voluntati filii, sed in exonerationem propriæ Conscientiæ 72
ibi -- *Solùm ei uti Catholicæ Christianæ scrupulum remanebat non pandendi nullitatem Professionis, emissæ per P. Petrum Serranno ejus filium, nam animadvertebat, nunquam posse obtinere veniam à Deo, nisi id exequeretur, ideoque pro exoneratione suæ conscientiæ debebat dicere &c.*

In his autem circumstantiis præsumi non potest quod Mater in articulo mortis constituta propriam 73
animam perdere voluerit asserendo falsum ob spem incertam, & caducam hæreditatis filio acquirendæ, ut considerat *Card. de Luca de Donat. disc.* 74. *numero ultimo vers. Tertia est pariter Rot. decis.* 3. *numero* 3. *tit.* 13. *de falsitat. & simulat. coram Falconerio tom. primo, in Nuccrina Donatis* 12. *Decembris* 1710. *§. finali coram Aldrovando Decano, & in Romana Donationis* 17. *Aprilis* 1711. *§.* 30. *coram Ansaldo*, & in terminis declarationis emissæ 74
in exonerationem propriæ conscientiæ ratiocinatur *Actolin. resolut.* 21. *numer.* 7. *Rodulphin. allegat.* 162. *numer.* 12 *& Rot. decis.* 733. *numer. primo, coram Buratt. & decis.* 190. *numer.* 3. *coram Herrera quæ est in eodem causam Cæsenaten. Successionis*, 4. *Februarii* 1724. *§. Constabat autem coram de Gamaches, & in Romana Pecuniaria* 29. *Januarii* 1725. *§.* 33. *coram Ratto*; Consimilem autem declarationem Matris emissam in articulo mortis super violentiis, à 75
Patre illatis filio, consideravit hac Sacr. Congregatio *in Antissiodoren. Restitutionis in integrum* 24. *Januarii* 1705. *lib. decret.* 55. *fol.* 25. *à terg.*

Eadem incerta spes hæreditatis P. Serrano quærendæ fidem non adimit depositionis Sororis, cujus respectu irrelevans etiam detegitur altera subalternans exceptio, quod scilicet ipsa esset valde teneræ ac imbecillis ætatis, quando Frater patiebatur metum, sibi incussum à Genitore; Si enim Soror tempore depositionis receptæ *die* 5. *Aprilis* 1727. constituta erat in ætate annorum 27. palam inde fit, quod anno 1715. quo P. Serrano indutus fuit habitu Religioso Decimum quintum ætatis annum expleverat, ideoque rectè deponere potuit de præcedentibus Coactionibus, & minis eidem P. Serrano à communi genitore illati, cum Testis dicatur idoneus ad deponendum, eo ipso quod pervenit ad pubertatem, idque verificatur in Masculo majore annorum 14. & in fœmina duodeci- 76
mum ætatis annum excedente, ut per *Textum in Can. Testes* 4. *quæst.* 2. *probat Narbon. de ætat. anno* 14. *quæst.* 44. *numer.* 6. *& firmavit. Rot. in Luceorien. Matrimonii prima Julii* 1726. *§. Nihilominus coram Calcagino* hodiè impressa *a decis.* 7. *numero.* 34. *pænes Pompejum meum Filium tom.* 2. *Miscellan.* Et licet de tempore incussi metus eadem Soror fuisset impubes, postquam tamen ad pubertatem accessit, non prohibebatur testificari de his, quæ viderat in ipsa ætate pubertati proxima, *Cephal. consil.* 98. *numero* 40. *libro secundo*, 77

Mascard. de Probation. libr. 3. *conclus.* 1246. *numer.* 11. *Farinac. de Testib. qu.* 58. *nu.* 61. *&* 62. *Card. Tusch. pract. Conclus. Jur. litt. T. conclus.* 183. *num.* 1. *Vivius Commun. Opinion.* 964. *num.* 4. §. *Et istud equidem procedit*, *&* *Narbon. de ætate ann.* 14. *quæst.* 44. *num.* 11.

Ceteris debilior, ac prorsùs divinatoria exceptio est, quod Pater Joannes Seranus, germanus Frater Petri *tali sensuum habetudine*, *&* *intellectus imbecillitate laborat*, *ut eius superior Doctus*, *ac pius*
78 *eum prorsùs ineptum esse*, *ac fore declaraverit ad testimonium ferendum in re gravi*, *qualis est Religiosa*, *&* *propterea non nisi auctoritate suprema coactus*, *ei permisit testificari in præsenti negocio de metu*, *ac minis à Patre oratori incussis* --

Etenim quàm facile est divinare, tàm pronum est quæ quis divinando dixerit; repellere; Nullibi namque constat ex Processu, quod superior Carmelitarum declaraverit fratrem Ioannem tali sensuum habetudine, & intellectus imbecillitate laborare, ut esset prorsùs ineptus ad testimonium ferendum in re gravi, solumque habetur, quod cum prædicto Superiori Carmelitarum notificatum fuerit præceptum, quo ei Hispaniarum Nuncius demandabat in vim sanctæ obedientiæ, ut compelleret Fr. Joannem sui Ordinis Religiosum ad deponendum quidquid sciret
79 in hac Causa, respondit superior, *quod usque nunc distulit præcipere dicto Fr. Joanni*, *ut dictam depositionem exequeretur*, *attento quia consideravit*, *illum esse incapacem deponendi in materia tam gravi* -- Nulla prorsùs facta mentione ideatæ causæ *imbecillitatis intellectus*, *&* *hebetudinis sensuum*, quæ proinde non aliàs justificatur, quàm ex simplici assertiva P. Procuratoris Generalis, cui adversatur indubitata præsumptio Juris, quod scilicet unusquisque censeatur sanæ mentis, & integri, ac perfecti Judicii, nisi
80 contrarium evidentissimè probetur *ad Text. in l. Codicillos Cod. de Codicill. l. final. Cod. de Hæred. Instit.* & tradita per *Rot. dec.* 203. *num.* 5. *cor. Rembold. &* *dec.* 6. *n.* 14. inter impressas *ad Ornat. Card. de Luc. lib.* 9. *de Testam. tom.* 1. *&* *decis.* 6. *num.* 3. *tit.* 42. *de Tutor. &* *Curator. cor. Falconer. tom.* 3. *in Romana*, *seu Tyburtina Donationis* 25. *Januarii* 1700. §. *Aut verò coram Ansaldo*, *&* *in Nullius*, *seù Sublacen. Donationis* 29. *Novembris* 1715. §. *Cessante cor. Crispo* inter aliàs hodie impressas coram eodem la 73. *n.* 4.

Verùm nec ipsam incapacitatem deponendi in materia tam gravi, quam in Patre Ioanne Superior Carmellitarum præceptis Nuncii obsequi detractans, generaliter prætexebat, nullam habuisse subsistentiam demonstravit subsequens factum, Postquam enim idem Superior dederat responsum prædictum, & ad novam interpellationem replicaverat -- *Nul-*
81 *lam posse dare licentiam Patri Joanni Serrano pro explenda sua depositione in re tam gravi*, *nisi priùs prædictus Illustrissimus Nuncius decerneret*, *quod non obstante præcedenti sua responsione omninò licentiam de qua agitur*, *impertiretur* Reverendissimus Nuncius novam relaxavit, aggravatoriam sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ, præcipiendo eidem superiori, ut statim -- *&* *non obstante sua responsione de tempore notificationis data*, *illico pareat*, *concedendo licentiam Patri Ioanni Serra-*
82 *no Religioso ut tamquam Testis deponat in Causa*, *de qua in dicto mandato fit mentio*, *&* *sic adimpleat* Signum profectò evidens, quod Nuncius probè agnoverat non subsistere oppositam incapacitatem P. Ioannis, aliàs, ea subsistente, non demandasset illius examen, multoque minùs Archiepiscopus in sua Informatione huic Sacræ Congregationi directa expressisset, quod Testes qui deposuerunt in actis,
83 *sunt Personæ fide dignæ &c. eorumque depositionibus adhibenda est fides*, Cui Relationi Archiepiscopi, sive inspecta dignitate Personæ, sive attenta exacta cognitione, quam ipse habet qualitatem suorum
84 Subditorum, plenissima fides est adhibenda, ut aliàs dixit *Rota decis.* 234. *n.* 16. *&* 17. *part.* 16. *rec. &* *in Bisinianen. Præeminentiarum* 2. *Julii* 1725. §. *Consuetudo cor. Calcagnino*, *&* *in Alexanen. Participationum* 3. *Martii* 1727. §. *Quod autem coram eodem*; Atque in hac materia Sac. Congregatio plurium deferre solet Relationibus Episcoporum, ut videre est *in Bisuntina Restitutionis in integrum* proposita 28. *Junii* & resoluta 9. *Julii* 1701. *lib. decretor.* 51. *fol.* 341. *&* *fol.* 372. 85

Non prætereundo ex abundanti quod quicumque defectus per impossibilem hypotesim obiiciendus Depositioni unius, vel alterius Testis remaneret suppletus in præsenti casu à conspicuo numero aliorum Testium; cum prorsùs inverisimile sit, quòd tàm ingens qualificatorum Testium caterva nullum habentium in Causa Interesse, voluerint conspirare in veritatis subversionem, ut generaliter firmant 86
Bald. in ac consultissima num. 20. *Cod. Qui Testam. facere possunt Rota decis.* 135. *sub num.* 7. §. *Quibus accedit coram Merlin. dec.* 408. *num.* 10. *coram Priolo &* *dec* 1251. *num.* 7. *coram Emerix Jun. &* *dec.* 11. *nu.* 13. *part.* 18. *recent.*, *in Romana Pecunaria* 10. *Februarii* 1730. §. *In hunc autem coram Ratto*, cum aliqui citatis in *tomo primo*, *part. prima disceptat* 20. *nu.* 64.

E conspectu verò tot Testium de coactione, metu, & aversione positiva statui Religioso deponentium, parvipendenda est contraria Depositio P. Provincialis, Magistri Novitiorum, aliorumque paucorum Religiosorum, qui suadere conantur, quod P. Serrano, tàm Novitius, quàm Professus semper fuit sereno vultu, & quieta mente, absque ulla conquestione de Professione facienda, aut facta per vim, & metum incussum à Genitore; Tum quia Testes Regulares cum deponere censeantur pro Interesse Monasterii, & ad evitandam propriæ Religionis diffamationem, haberi non debent in consideratione, ex animadversis in *tom.* 1. *par.* 1. *discept.* 1. *num.* 40. ex firmatis per *Rot. decis.* 3. *num.* 5. 87
vers. Quia altera post Bordon. de Profess. & *dec.* 1166. *sub num.* 1. *vers. Præterea*, *&* *dec.* 1177. *num.* 3. *coram Seraphin &* *decis.* 178. *num.* 10. *coram Carillo* ibi -- *Quia sunt Moniales ejusdem Monasterii*, *cujus interest Professionem esse validam*, *&* *ideo non sunt integræ fidei*, *dum adsunt alii Testes* --

Tum, & fortius quia contrarii Testes, deponere affectantes de hilaritate Animi, & sereno vultu P. Serrano, nedum tempore Novitiatus, sed etiam post Professionem, consequantur ab aliis Testibus, etiam Religiosis, quibus cum P. Serrano familiaris consuetudo intercedebat occasione Studiorum in Civitate Compluti, apertissimè concludentibus repugnantiam, contrarietatem atque aversionem permanentiæ in Religione; quam idem P. Serrano continuo manifestabat, cum quibus conveniunt alii plures Testes Seculares, apertissimè justificantes coactionem, ac metum, prout hucusque probatum fuit. Plus autem deferendum est Testibus, deponentibus de metu coactione, atque aversione, quàm omnibus aliis qui deponere possunt de libera, & spontanea voluntate juxta concordem DD. omnium sententiam, 88
de qua *Mascard. de Probat. conclus.* 1055. *num.* 1. 89
cum seqq. libro secundo Menoch. de Præsumption. lib. 3. *præsumpt.* 126. *num.* 31 *&* *Rebuff. respons.* 68. §. *Respondeo*, *&* §. *Ratio est* ubi adducit rationem, quia Testes deponentes de metu deponunt de eo, quod sensu corporis percipi potest; Illi autem, qui deponunt de animo spontaneo, deponunt de eo, quod non percipitur sensu corporis, & ideò illis non creditur, *Bord. Oper. Moral. tom.* 5. *de profess. regular. capitulo decimo nono numero* 34 *Barbos. vot. decisiv.* 16. *numero* 89. *libro secundo Corrad. in Prax. dispensation. libro quinto capitulo decimo quarto numero decimo primo Panimoll. decis.* 102. *adnotat. prima numero decimo octavo &* *vigesimo Rot. decis.* 326. *numero* 47. *coram Ludovis. decisio nona numero* 78. *coram Arguellès*, *&* *decisio* 178. *numero decimo primo cor. Carill.*

Et consonat plures huius Sac. Congregationis resolutiones; ex quibus eruitur; quod in concursu Testium, depositiones illorum, qui deponebant de Metu, fuerunt amplexæ, posthabitis Depositionibus Regu-

Regularium deponentium de spontanea volunrate ,
91 ut patet in *Bisuntina Restitutionis in integrum* proposita 18. *Juni*, & resoluta 9. *Julii* 1701. *libr. decretor.* 51. *fol.* 341. *à tergo* , *&* 372. *à tergo* , ubi concessa fuit restitutio in integrum , licet quatuor Moniales deponerent super libera voluntate Professæ, ac super illius permanentia in religione , nul-
92 la penitus emissa conquestione , seu reclamatione , & in *Amalphitana Restitutionis in integrum* 8. *Augusti* 1711. *libr. decretor.* 61. *fol.* 361. *à ter.* ubi responsum fuit pro restitutione in integrum adversus Professionem ob metum Patris emissam, licet Guardianus tunc temporis, Magister Novitiorum, aliique Testes Connovitii deponerent, Religiosum de tempore Novitiatus nunquam quæsivisse sua Vestimenta Secularia ad discessum, imò ante Professionem satisfecisse omnibus functionibus , & requisitis à Regula præscriptis.

Quibus non adversatur Dispositio *Sacr. Concilii Tridentini in sess.* 25. *de Regular. cap.* 19. decernens, ut qui prætendit se nulliter Professum *non audiatur, nisi infra quinquennium tantum à die Professionis* . Quia hujusmodi decretum passivam recipit interpretationem , quod non habeat locum , vel quando suppetiere justæ causæ non reclamandi, vel quando quinquennio durante , non dum sublata erat Causa
93 metus; prout explicant *Barbos. ibidem numer.* 8. *&* 9. *Card. de Luc. de Regular. disc.* 41. *numer.* 12 *Lezzan. in Sum. quæst. Regular. tom.* 1. *capit.* 2. *numer.* 7. *& tom.* 2. *verb. Professio Regularis sub numer.* 21. *vers. idem dico*, *Van. Espen. in Jus Canonicum Univers. part.* 1. *tit.* 27. *capit.* 6. *numer.* 9. *Corrad. in Prax. dispensat. libr.* 5. *capit.* 14. *à numer.* 40. *ad numer.* 44. *Monacell. in formular tom.* 3. *tit.* 1. *formul.* 36. *nu.* 3. *Matthæuc. Official. Cur. Eccles. cap.* 41. *sub num.* 16. *vers. Nec obstat.*

Prout nec officit, quod Gregorius XIII. ex sententia hujus Sacr. Congregationis declaraverit, Prætendentes nullitatem Professionis ob vim , & metum , non esse audiendos, elapso quinquennio, tametsi allegent vim , & metum durasse , quam declaratio-
94 nem refert *Pignatell. consult.* 37. *tom.* 3. quam re adducit P. Procurator Generalis in sua contraria Informatione. Quia decretum prædictum à Gregorio XIII. approbatum , non procedit , quando Professus intra quinquennium, prout in casu nostro, mediantibus reclamationibus, & Protestationibus , manifestavit animum Religioni aversum , & de nullitate suæ Professionis, utpote per vim, & metum factæ
95 assiduas habuit quærimonias , ut in puncto explicat *Rota decis.* 276. *numer.* 14. *coram Ubald.* repetita post *Bordon. de Profess. Regular. dec.* 3. *sub numer.* 8. *§. Quoad secundam* ibi -- *Quoad secundam verò quæ emanavit à fel. record. Gregorio XIII. &c. non videbatur obstare , quia ex Testibus pro Didaco datis , apparet eum reclamasse etiam intra quinquennium* -- Et quod idem Decretum non habeat locum ad impediendam restitutionem in integrum concurrente justo impedimen-
96 to non reclamandi , probat *Panimil. decis.* 29. *numer.* 48. *&* 49.

Atque hinc multiplicia se se offerunt exempla, in quibus hæc Sacr. Congregatio concedere non dubitavit restitutionem in integrum nulliter Professis ob vim, & metum à Patre incussum , etiamsi lapsum fuerit quinquennium , quando causa metus duravit, & justa intercesserunt motiva non reclamandi , pro-
97 ut signanter videre est in *Tholosana Restitutionis in integrum* 28. *Februarii* 1693. *lib. Decret.* 43. *fol.* 86. *in Caducen. Restitutionis in integrum* 19. *Junii* 1694. *lib. Decret.* 44. *fol.* 298. *in Taurinen. Restitutionis in integrum* 9. *Februarii* 1697. *libr. decis.* 47. *fol.* 59. *in Cephaluden. Restitutionis in integrum* 18. *Julii* 1699. *libr. Decretor.* 49. *fol.* 252. *in Aquen. seu Arelaten. Restitutionis in integrum* proposita 29. *Januarii* , & resoluta 19. *Februarii* 1701. *libr. Decret.* 51. *fol.* 64. *&* 96. *à tergo* , *& in Antissiodoren. Restitutionis in integrum* 24. *Januarii* 1705. *libr. Decretor.* 55. *fol.* 25. *à tergo.*

Quinimo perdurante Causa metus, aliisque ratio-nabilibus concurrentibus motivis, ex quibus nulliter Professi non potuerunt judiciales promovere Instantias intra quinquennium , eadem Sacr. Congregatio impertita fuit Restitutionem in integrum, non obstante acquiescentia, & taciturnitate diuturna , nec non longissimi temporis lapsu, quemadmodum in casu acquiescentiæ annorum , 15. resolutum fuit in 98
Ulixbonen. Restitutionis in integrum proposita 17. *Novembris*, & resoluta *prima Decembris* 1714. *libr. Decretor.* 64. *fol.* 430. *à ter.* *&* 463. *à ter.* In terminis acquiescentiæ annorum 16. *in Suessana Restitutionis in* 99
integrum 3. *Augusti* 1715. *libr. Decret.* 65. *fol.* 337. *à tergo* , In casu taciturnitatis annorum 17. *in Corduben.* 25. *Januarii* , *&* 22. *Martii* 1698. *libr. Decret.* 100
48. *fol.* 40. *à tergo* , *&* 131. In proposito acquiescentiæ annorum 24. *in alia Corduben.* 17. *Decembris* 101
1701. *libr. Decret.* 51. *fol.* 586. *a tergo* . In casu lapsus temporis annorum 29. *in Eluen. Restitutionis in integrum* proposita 5. *Martii* , & resoluta 9. *Aprilis* 1701. *lib. Decret.* 51. *fol.* 131. *&* 170. *à tergo* . In terminis acquiescentiæ annorum 30. & ultra *in Tho-* 102
losana Restitutionis in integrum 8. *Julii* 1705. *lib. Decret.* 55. *fol.* 264. *& in Cremonen. Restitutionis in integrum* proposita 27. *Augusti* 1712. *&* 30. *Septembris* 1713. & resoluta 18. *Novembris ejusdem anni lib. Decret.* 62. *fol.* 327. *& lib.* 63. *fol.* 420. *&* 458. *à tergo*; Ac denique in casu lapsus temporis annorum 32.
in Melevitana Restitutionis in integrum proposita 29. 103
Aprilis 1702. & resoluta 15. *Septembris* 1703. *libr. Decret.* 52. *fol.* 164. *& lib.* 53. *fol.* 413. de qua in *Tom.* 2. *part.* 1. *discept.* 17.

Vivente autem illo, qui metum incussit, semper durare dicitur eadem Causa metus , & adesse motivum sufficiens, propter quod Professus ad deducendam judicialem nullitatem suæ Professionis impeditus remanserit, ex congestis per *Rebuff. respons.* 68. 104
§. etiam non cessat, *Caren. resol.* 81. *num.* 83. *Pignatell. consul.* 173. *num.* 22. *tom.* 9. *Monacell. in Formular. tom.* 3. *tit.* 1. *formul.* 36. *numer.* 21. *Matthæuc. Official. Cur. Ecclesiasticæ cap.* 41. *sub num.* 15. *§. Respondeo negative Rot. dec.* 705. *num.* 1. *cum seqq. part.* 2. *& dec.* 373. *num.* 10. *part.* 18. *rec.*

Neque in hypothesi allegabilis est tacita Professio , seu ratificatio præcedentis Professionis nullæ , ad hunc enim effectum requiritur novus consensus Profitentis ex nunc , idemque consensus debet esse omnino certus, & liber , cùm agatur de subjiciendo Religiosum novæ obligationi , contra quam in dubio quælibet semper capienda est interpretatio , 105
ut ex *Capit. Significatum* 11. *capit. consult.* 20. *de Regular. notant Camerat. respons. decis.* 1. *art.* 2. *numero* 78. 108. *&* 123. *Ricciardel. in Lyceo Ecclesiast. tomo primo capit.* 3. *§.* 7. *numero* 165. *& Castropal. Oper. Moral. parte* 3. *tract.* 16. *disputat.* 2. *punct.* 5. *num.* 2.

Frustraque induci prætenditur in P. Serrano hic novus Consensus , aut ratificatio tacita Professionis ex quo ipse ad Sacros Ordines ascenderit , & exercuerit Officia Regionis, Capserii nempe , Secretarii P. Provincialis , & Concionatoris . Quandoquidem nullo Jure cavetur , quod invalide professus per susceptionem Ordinum in Religione, suam Professionem ratificet , ut præcisè ad excludendam ratifica- 106
tionem tacitam desumptam ex Ordinum susceptione communiter notant *Pignatell. consult.* 173. *numer.* 74. 76. 96. *&* 97. *tom* 9. *Caren. resol.* 81. *numero* 38. *Barbos. de Offic. & potest. Episcopi part.* 3. *allegat.* 104. *numero* 19. *Amayden. de Stylo Datariæ libro* 1. *capit.* 12. *numer.* 26. ibi -- *Tacitè autem non dicitur ratificare, licet quis Ordines suscipiat &c. Si constet de principio eum invito professum fuisse, hujusmodi enim Professus Ordinis non suscipit ex propria voluntate , sed Superioris Mandantis eum accedere ad Ordines, cui Refractarius , dum Habitum gerit regularem, esse non debet &c. Bordon. Oper. Regular. tomo* 5. *Profession. Regular. capit.* 21. *numero* 25. *Mirand. in Manual. Prælator. tom.* 1. *quæst.* 36. *artic.* 1. *circa finem vers. Neque etiamsi suscipiat Ordines Sacros*, *Pellizar. in Manual. Regular. tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 1. 107

num. 70. *Donat. Prax. rer. Regular. tom.* 2. *part.* 2. *tract.* 8. *quæst.* 5. *num.* 11. *vers. Nec his obstat, Monacell. in Fomular. tom.* 2. *tit.* 13. *formul.* 4. *num.* 11. *& in supplemento tom.* 4. *fol.* 38. *nu.* 82. *Matthæuc. Official. Cur. Ecclesiast. cap.* 41. *sub numer.* 16. §. *Nec obstat, & §. Quapropter, Rot. decis.* 705. *numer.* 1. *part.* 2. *recent. & decis.* 60. *numer.* 18. *post Vivian. de Jurepatron. & dec.* 276. *num.* 1. *& decis.* 552. *num.* 20. *coram Ubald.*

Et non obstante Sacrorum Ordinum susceptione concessa fuit restitutio in integrum ab hac Sac. Congregatione in *Urbevetana Restitutionis in integrum* proposita 18. *Februarii*, & resoluta 11. *Martii* 1713. *lib. Decretor.* 63. *fol.* 57. *à tergo, &* 81. *à terg.* & in for-
108 tioribus terminis *in Cremonen. Restitutionis in integrum* proposita 30. *Septembris*, & resoluta 18. *Novembris* 1713. *lib. Decretor.* 63. *fol.* 421. *&* 458. *à terg.* ubi Professus in susceptione Sacrorum Ordinum juxtà dispositionem *Concilii Mediolanensis V.* Jure Jurando affirmaverat sponte, & non coactè professum fuisse.

Officia verò, exercita per Serrano, ultrà quod recenseri non possunt inter Munera honorifica Religionis, quæ quodammodo præseferant in exercente approbationem sui Status; quia munus Capserii, & Secretarii P. Provincialis reducitur ad simplex laboriosum, & manuale Servitium, nullam existimationem, aut Superioritatem Religioso tribuens. Hoc unum tamen est certum, quod ex receptione Officiorum, quæ provenire potest ab Obedientia Superiori debita, non inducitur tacita ratificatio, ut ad-
109 vertunt *Mattheucc. Official. Cur. Ecclesiast. cap.* 41. *sub num.* 16. §. *Nec obstat. Ricciardel. in Lyceo Ecclesiast. cap.* 3. §. 7. *num.* 115. 118. *&* 135. cum aliis citatis in *tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 20. *num.* 92. *&* 93. *& Rot. decis.* 628. *num.* 7. *coram Merlin.* ubi quod non obstabat, Monialem per triennium exercuisse Officium Cellerariæ.

Nec dissimilis fuit Sensus hujus Sacr. Congregationis, quæ pluries concessit restitutionem in inte-
110 grum etiamsi Professi exercuissent Officia Religionis, ut in *Cephaluden. Restitutionis in integrum* 14. *Februarii, &* 18. *Junii* 1699. *lib. decretor.* 49. *fol.* 57. *à ter. & fol.* 252. ubi Monialis exercuerat Officium Magi-
111 stræ Novitiarum, *in Mantuana* 16. *Januarii* 1700. *lib. Decret.* 50. *fol.* 2. *&* 9. *Iulii* 1701. *lib. Decretor.* 51. *fol.* 375. ubi Professus, Religionis Munia exer-
112 cuerat per viginti annos, & ultra, *in Melevitana Restitutionis in integrum proposita* 29. *Aprilis* 1702. *& resoluta* 15. *Septembris* 1703. *lib. Decret.* 52. *fol.* 164. *& lib.* 53. *fol.* 413. ubi Monialis per annos 32. permanserat in Monasterio, & ex Informatione E-
113 piscopi constabat eam -- *Munera Infirmariæ, Sacristiæ, aliaque hujusmodi exercuisse &c. ac omnes Ordinationes Regulares, sicut ceteræ Moniales Professæ, observasse.*

Hoc insuper addito, quod perdurante Causa metus, eademque potestate, ac superioritate cogendi ex quibuscumque actibus Professis tantùm convenientibus, & à Regulari gestis, qui sunt potiùs effectus Obedientiæ, quàm voluntatis, nunquàm resultat nova Professio, vel præcedentis Professionis
114 nullæ tacita ratificatio, ex animadversis *per Pignatell. consult.* 173. *num.* 15. *&* 31. *tom.* 9. *Bordon. Oper. Moral. tom.* 5. *de Profession. Regular. cap.* 21. *num.* 51. *& Matthæucc. Official. cur. Ecclesiast. cap.* 41. *num. n.* 15. *&* 16. *Sperell. dec.* 80. *num.* 7. *&* 8. *Panimoll. decis.* 29. *num.* 45. *& decis.* 102. *annot.* 2. *num.* 27. *Rot. dec.* 98. *num.* 16. *coram Peutinger. & decis.* 628. *numer.* 7. *coram Merlin. & decis.* 178. *num.* 6. *coram Carill. & decis.* 705. *num.* 1. *& per tot. part.* 2. *& decis.* 172. *n.* 43. *part.* 7. *& decis.* 373. *numer.* 10. *part.* 18. *recentior.* & in terminis Monialis, quæ in quodam Instrumento dixerat, quod licèt non esset Monialis, tunc
115 Monialis esse volebat, firmavit *ead. Rota decis.* 9. *à numer.* 2. *ad numer.* 8. *& numer.* 11. *coram Arguell. & decis.* 229. *numer. quarto, cum seqq. coram Carill.*

Quando præsertim constat, quod Religiosus, tam ante Professionem, quàm post illam, ostendit animum aversum Statui Religioso, & semper de hoc fuit conquestus apud Consanguineos, & Amicos, qua stante aversione allegari nequit ratificatio, seu tacita Professio, uti fundata in simplici præsumptione Juris, & è converso elisa ex reclamationibus, declarationibus, & actibus in contrarium gestis, cum impossibile sit, inter hanc aversionem, totque reclamationes, colligere illam liberam, & spontaneam voluntatem, quæ pro actus substantia est simpliciter necessaria in ratificatione Professionis, ut benè con- 116
siderant *Innocent. in cap. Perlatum num.* 3. *de His quæ vi, metusve causa, Cyriac. controvers.* 371. *num.* 35. *&* 36. *Suarez de Relig. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 6. *Pignatell. consult.* 173. *numer.* 29. 32. 43. *&* 75. *tom.* 9. *Caren. resolut.* 81. *num.* 38. *&* 40. *Rebuff. cons.* 68. §. *Etiam nunquam Bordon. tom.* 5. *de Profession. Regular. cap.* 21. *numer.* 50. *Card. de Luc. de Regular. disc.* 45. *num.* 5. *& in Annot. ad Concil. Trident. disc.* 41. *num.* 8. *Matthæucc. Official. Cur. Ecclesiast. cap.* 41. *sub num.* 15. §. *Nec obstat in fine Panimol. decis.* 29. *num.* 57. *& adnotat.* 3. *num.* 23. 24. *&* 28. *Rot. decis.* 189. *numer.* 3. *&* 6. *& decis.* 276. *num.* 11. *coram Ubald.* 117
& decis. 229. *num.* 3. *coram Carill. & decis.* 9. *num.* 34. *& decis.* 25. *sub num.* 10. §. *Cùm ergò coram Arguelles, & decis.* 857. *num.* 9. *coram Cerro, & decis.* 491. *num.* 18. *coram Royas, & decis.* 117. *numer.* 15. *coram Ottobon. & decis.* 952. *numer.* 25. *coram Emer. Jun. decis.* 705. *numer.* 5. *part.* 2. *& decis.* 397. *num.* 1. *part.* 4. *tom.* 1. *& dec.* 96. *numer.* 4. *&* 5. *par.* 9. *& decis.* 211. *num.* 19. *part.* 13. *& decis.* 134. *numer.* 13. *cum seqq. part.* 14. *& decis.* 373. *num.* 11. *&* 12. *p.* 18. *recent.*

Idque procedit, etiamsi reclamationes, & protestationes non fuerint Judiciales; Ad excludendam namque tacitam ratificationem sufficiunt simplices Declarationes extrajudiciales, coram Amicis, & Consanguineis emissæ, quia si deductæ fuissent in Judicium, frustranea remaneret Instantia Restitutionis adversus Lapsum quinquenii, prout conside- 118
rant *Pignatell. consult.* 173. *num.* 28. 29. *&* 101. *to.* 9. *Hodiern. controv. forens. capit.* 16. *num.* 51. *Barbos. ad Concil. Trident. sess.* 25. *de Regular. cap.* 19. *num.* 10. *Card. de Luc. de Regular. disc.* 45. *numer.* 5. *& in Annotat. ad Concil. Trid. disc.* 41. *num.* 8. *Matthæuc. Official. Cur. Ecclesiast. cap.* 41. *nu.* 16. §. *Nec obstat dec.* 1210. *num.* 4. *in fine coram Pænia, & dec.* 930. *numer.* 3. §. *Accedentibus coram Dunoz. Junior. & decis.* 705. *numer. quinto, part.* 2. *& dec.* 211. *numer.* 20. *part.* 13. *recent.*

Nil attento, quod superfluum sit differere de novo tacito consensu P. Serrani, quando ipse singulis annis iuxta præscriptum Constitutionum Ordinis 119
Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis ratificavit expressè sua Vota in pervigilio festivitatis Sanctissimæ Conceptionis B. Mariæ Virginis. Siquidem actus ratificationis, seu Annualis Renovationis Votorum, iniunctus à Constitutionibus Ordinis, uti actus necessarius, non est sufficiens ad inducendum novum consensum in P. Serrano, & ad impediendam Restitutionem in integrum, quia ipse huiusmodi actui debebat intervenire titulo Obedientiæ ac iussu Superiorum, quibus obsequi voluisse præsumitur, & refractarius esse non poterat, ut admonet *Pignatell. consult.* 180. *numer.* 16. *tom.* 9. *Roderic. qu. regular. tom.* 3. *quæst.* 17. *art.* 15. *Amayden. de Stylo Datariæ lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 26. cum aliis citatis in *tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 1. *num.* 56. *cùm duobus sequent. & tom.* 2. *part.* 2. *discept.* 21. *num.* 41. & firmavit *Rot. dec.* 2. *sub num.* 5. *vers. in proposito post Tamburin. de Jur. Abbat. & dec.* 397. *num.* 6. *part.* 4. *tom.* 1. *rec.* ibi *Credendum est Renatam intervenisse in illis actibus jussu Abbatissæ, cui illa cum esset quoad formam exteriorem in Statu Monialis, & Professæ, contradicere non poterat.*

Et hæc Sacr. Congregatio pluries concessit Restitutionem in integrum adversus lapsum quinquenni ratione Nullitatis Professionis, emissæ per vim, & metum, non obstante Ratificatione Votorum sequuta singulis annis, & præcipuè in *Lingonen. Restitutionis in integrum* proposita 12. *Aprilis, & resoluta* 120

20. *De-*

20. *Decemb.1698.lib. Decret. 48.fol.161.à ter. & fol.598.* & *in Melevitana Restitutionis in integrum* proposita 29. *Aprilis* 1702. & resoluta 15. *Septembris* 1703. *libr. Decret.* 52. *fol.* 164. & *libr.* 53. *fol.* 413. ubi Monialis Professa per vim, & metum anno 1675. per 30. annos, & ultra solemniter peregerat Renovationem Votorum in festo Epiphaniæ Domini juxta Constitutiones Ordinis.

Quodque P. Serranno post Professionem dubio procul interfuerit consuetæ solemnitati renovationis Votorum, tamquàm actui necessario in vim obedientiæ Superiori debitæ, atque ad explendam exteriorem formalitatem, non autem animo se obligandi, aut ratificandi suam Professionem nullam, satis superque comprobatur ex depositione Testim Et signanter quinti asserentis, quod cùm ipse dixerit P. Ser-
121 rano -- *Quamprimùm veniet tempus, in quo Vestra Reverentia ratificet Vota suæ Professionis* -- Accepit responsum -- *Certum est, quod reperiet in illo actu, sed solùm illum faciam pro explenenda exterioritate* -- & concordant Testes Religiosi, Primus videlicet habens *pro certo,* & *absque ullo dubio, quod ille neque tacite, neque expresse ratificaverit suam Professionem* Secundus ac Tertius affirmantes, quòd -- *habent pro*
122 *certo,* & *absque ullo prorsùs dubio, quod casu, quo dictus P. Serrano hoc anno, vel aliis forsan annis dicto ratificationis actui adstitisset, involuntarius adfuisset,* & *ad solum finem externe explendi consuetam Cæremoniam respectu manifestæ renuentiæ*, ac totalis repugnantiæ, & displicentiæ, quàm d. P. Serrano continuo præseferebat permanendi in Religione.

Paris denique relevantiæ detegitur objectum inculcatum in sua Informatione à P. Procuratore Generali, & in eo consistens, quod cessata causa metus ob Genitoris obitum sequutum die 5. Octobris 1711. adhuc P. Serrano acquieverit per aliud Quinquennium, eoque solùm effluxo, Judiciales Instantias promoverit super nullitate suæ Professionis; Cùm enim concludenter justificetur, quod P. Serrano immediate post obitum Patris evulgavit animum determinatum obtinendi judicialiter declarationem nullitatis Professionis; Quod continuò reclamavit, &
123 frequentes protestationes super dicta nullitate Professionis emisit, quodque demum supervenerunt justæ causæ impedientes, ne illius propositum illico demandaretur exequutioni, perseverantia in Religione per quemcumque temporis lapsum, inefficax est ad impediendam Gratiam restitutionis in integrum, quemadmodùm ex punctualibus hujus Sacræ Congr. resolutionibus probatum fuit supra & in puncto, quod perseverantia in Religione post mortem illius, qui metum incussit, non officiat, quando intercedunt
124 protestationes, & declarationes factæ à nulliter Professo, animadvertit *Caren.resol.81.n.34.Rota dec.579. n.2.* & *3.part.1.rec.*

De apertis declarationibus animi, à P. Serrano statim factis post obitum Patris, & de firma ipsius voluntate parandi documenta necessaria pro justificanda nullitate suæ Professionis ob viam, & metum, incussum à Patre, superlativum Testimonium perhibent Testis asserentes, quod -- *Interne non sentie-*
125 *bat mortem sui Genitoris, nam modò poterat cum plena libertate,* & *absque suo detrimento ponere hanc Litem nullitatis suæ Professionis, quam prius non fuerat executus, vivente Genitore, ob ingentem metum,* & *timorem, quos de illo,* & *de ejus minis habebat*.

Præterea idem P. Serrano in Epistola, illicò post mortem Patris conscripta Joanni ejus Fratri ab Oppido *de Chillaron*, ubi Pater decesserat, significando eidem Statum hæreditarium Bonorum, declaravit, quod eatenus tunc non promovebat suæ Professionis nullitatem, quia cùm esset jam in Sacr. Subdiaconatus Ordine constitutus, verebatur, quod intentata nullitatis Professio ei præpediret ascensum ad reliquos Sacros Ordines, ideoque deliberaverat se
126 promoveri facere ad illos, statim ac perveniret Matritum, & successive obtinere Apostolicum Indultum, cujus vigore permanere posset extra Claustra, retento habitu, sub motivo præstandi assistentiam ejus Matri Senio confectæ, ac pauperi, ut ita facilius in libertate positus, Judicialem Instantiam super nullitate suæ Professionis valeret instruere, ut deponunt Testes ibi -- *Introducere volebat Judicium* 127
super nullitate suæ Professionis, postquam obtinuisset Beneplacitum Apostolicum, ut posset, Habitu retento, extra Claustra pernoctare in Materna Domo, ad effectum eam alendi, & *quod, si similem Gratiam dictus P. Serrano obtinuisset, habebat in animo probare nullitatem suæ Professionis, dum sic poterat quiete Litem movere,* & *absque metu, quo augebatur intus Religionem*.

Verbalibus animi expressionibus cohærentia dignoscuntur positiva facta; Etenim P Serrano die 30. Octobris 1711. & sic mense nondum elapso à die obitus Genitoris, coram publico Notario comparens, institit, ut examinarentur tres Testes ad perpetuam super coactionibus, & violentiis ab eodem Genitore illatis, & completo examine, illius authentico do- 128
cumento se præmunire curavit Rursus eodem anno 1721. dispensatis instetitiis ad Sacrum Diaconatus Ordinem promoveri obtinuit, & sequenti anno 1722. prævia dispensatione tresdecim mensium ad Sacrum Ordinem Presbyteratus ascendit.

Successivè autem, ut liberius extra Religionem, prout animo conceperat, intentare posset Judicium super nullitate sue Professionis anno 1723. reportavit à Sancta Sede Apostolicum Indultum permanendi extra Claustra, & inhabitandi Domum Maternam, ut resultat ex depositione Secundi Testis; Sed cùm exequutioni ejusdem Indulti se se opposuerint Religiosi, ut affirmat ipsemet P. Garzia Provincialis, & 129
judicialiter fassa fuit Religio coram Judice Subdelegato, P. Serrano coactus fuit magis opportunam præstolari occasionem, ut in plena libertate constitutus instruere posset iudicium nullitatis Professionis, ea ductus opinione, quod Quinquennium à Sacro Concilio Tridentino concessum ad reclamandum, computari deberet solùm à die, qua per obitum Patris cessavit 130
causa metus, quam opinionem adductis concordantibus, sequutus fuit *Pignatell. consult.* 173. *numer.6.tom. 9.* ibi -- *Ex his autem colligitur, quod Quinquennium concessum à Tridentino ad reclamandum pro invaliditate Professionis, debet computari à die, quo cessat metus,* & *ideo si metus duret post Quinquennium, quia durat Causa ipsius, adhuc concedendum est aliud Quinquennium post cessationem metus, in quo possit reclamare, aut si cessat intra Quinquennium, tunc debet incipere Beneplacitum Quinquennii concessum* &c.

Et revera non sine fundamento P. Serrano pertimescebat, quod in Religione degens, non habuisset omnimodam libertatem intentandi, & prosequendi Judicium nullitatis Professionis, quia id ipsum demonstravit eventus, dum post inchoatum Judicium, Religio tales adhibuit conatus ad impediendam illius prosequutionem, talibusque vexationibus insequi cœpit eumdem P. Serrano, ut opus fuerit recurrere ad 131
supremum Autoritatem Judicis Subdelegati, qui experimento cognoscens inutilia fuisse reiterata Præcepta, per ipsum facta Superioribus, tandem, ut P. Serrano plenam tribueret libertatem deducendi sua Jura, eum in Regio Conventu S. Philippi Ordinis S. Augusti per modum Depositi collocari mandavit, prout fuit exequutum.

Expeditæ inchoationi formalis Judicii, alterum superaccessit omni commiseratione dignum impedimentum, ex eo promanans, quod P. Serrano post Genitoris obitum prius febri maligna, & anginæ morbo, ac deinde aliis Infirmitatibus pluries oppressus remansit, ut desumitur ex depositione multorum Testium Religiosorum, ac propterea dilatio Reclamationis post mortem Patris, & aliquorum annorum acquiescentia ab impedimento Infirmitatum procedens, impedire nequit Gratiam restitutiones in integrum, quam alias, ea non obstante, concessit hæc 132
Sacra Congregatio *in Corduben. Restitutionis in integrum* 17. *Decembris* 1701. *Lib. decretorum* 51. *fol.* 587. *à tergo,* & *in Tolosana Restitutionis in integrum* 18. *Julii* 1705. *libro decret.* 55. *fol.* 264. & *in Suessana* 3.

na 3. *Augusti* 1715. *Libr. decret.* 65. *fol.* 337. *à tergo*.

Nec minoris ponderis est reflexio illa, quod Serrano post obitum Patris fas non erat amplius reclamare, vel coram Ordinario, vel coram Superioribus Ordinis, quia effluxo quinquennio iuxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini, recurrendum erat per necesse ad Summum Pontificem pro implorando extraordinario remedio Restitutionis in integrum, quod iuxta communiorem, ac tutiorem DD. sententiam ab aliis concedi nequit, nisi à Papa, ex animadversis per *Fagn. in cap. Consuluit, Qui Cleric. vel voven. sub numer.* 35. §. *Hæc autem tom.* 4. *Zipeus in Jus Pontific. libr.* 3. *tit. de Regular. sub numer.* 47. *vers. Cæterum, Diana Oper. moral. coordinat. part.* 7. *tract. primo resolut.* 181. *numer.* 2. *Bordon. Oper. Moral. tom.* 5. *de Profess. Regular. cap.* 22. *numer.* 13. *Card. de Luc. de Regular. disc.* 41. *numer.* 13. *Van. Espen. in Jus Canonicum part. prima tit.* 27. *cap.* 6. *numer.* 9. *Donat. Rerum Regular. tom.* 2. *part.* 2. *tractat.* 12. *quæst.* 14. *num.* 8. *&* 9. *& tom.* 4. *tractat.* 12. *quæst.* 30. *numer.* 2. *Monacell. in Formular. tom.* 3. *tit. primo formul.* 36. *numer.* 3. & declaravit hæc Sacra Congregatio 21. *Decembris* 1621. *lib. decretor.* 12. *pag.* 84. *& in Carthaginen.* 22. *Decembris* 1646. *lib. decret.* 18. *fol.* 202. ubi censuit scribendum Nuncio Hispaniarum, ut se abstineant à concessione Restitutionis adversus lapsum quinquennii.

Exinde autem præ oculis habendo nedum eximias impensas erogari solitas in Causis, quæ agitantur in Curia, ut advertit *Rot. decis.* 325. *numer.* 11. *part.* 14. *& decis.* 527. *numer.* 2. *part.* 18. *& decis.* 479. *num.* 17. *part.* 19. *recent.* Verum etiam extremam inopiam P. Serrano, qui ob familiares angustias propriæ Domus, Teste ipsomet P. Provinciali opus habuit charitativis Subsidiis, ut indui posset Habitu Regulari, & Professionem emittere, in comperto erit, quod neutiquam refragantur, ipsum post obitum Patris per aliquod tempus protraxisse reclamationem Judicialem ob impotentiam succumbendi expensis ad id necessariis, ut in proposito considerat adducti in *tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 20. *n.* 82. *&* 119.

Nec obstat, quod P. Serrano assistens in Paterna domo ultimæ Infirmitati Patris, potuisset, vel per se, vel per alios moribundum Patrem compellere, vel saltem consiliis suadere, ut propriæ saluti, & conscientiæ consuleret, declarando se pertinaciter vim, & metum proprio filio intulisse, quod tamen, nec facere cogitavit, quemadmodum totidem ferè verbis opponit P. Procurator Generalis. Etenim ultra quod conveniens non erat, quod P. Serrano vexaret Genitorem ad mortis angustias redactum, illiusque conscientiam scrupulis agitaret, quando viventibus adhuc Testibus apprime consciis de metu, sibi à Patre illato, non indigebat ulteriori declaratione Paterna pro instruendis concludentissimis probationibus; Veritas tamen est, quod P. Serrano, quando accessit ad Domum Paternam, ut Infirmo Genitori assisteret, illum adinvenit sensibns iam destitutum Et in eo statu, ut non nisi de proximo Transitu ad æternam vitam discursus fieri debebant.

Ad inducendam verò in P. Serrano expressam ratificationem Professionis, etiam post Genitoris obitum, nullam vim facere potest annualis renovatio Votorum ad formam Constitutionum Ordinis ministrantium Infirmis expleri solita in Vigilia festivitatis Sanctissimæ Conceptionis; Tùm quia huiusmodi renovatio Votorum tamquam actus necessarius, & ab obedientia Superioribus debita promanans, inefficax est ad inducendam ratificationem, ut probatum fuit supra. Tum etiam quia P. Serrano ab anno 1721. quo Genitor decessit, usque ad annum 1725. non interfuit actui ratificationis.

Anno autem 1726. fuit quidem præsens dictæ solemnitatis renovationis Votorum, sed absque ulla intentione se obligandi, explicitè declarando, *quod ratificabat dicta Vota, eademmet forma qua suam Professionem fecerat*, sub quo involucro verborum significare intendebat, quod sicuti fuerat nulla eius Professio, ita eadem nullitate laborare deberet subsequens renovatio, ut de auditu ab ipso P. Seranno deponunt quatuor Testes, quorum unus affirmat, -- *qualiter prædictus P. Serrano anno proxime præterito* 1726. *concurrit renovationi Votorum, dicendo quod vota renovabat eademmet forma, quam ea fecerat in sua Professione*, Quod Testis a dicto P. Serrano audivit in illo actu -- ut propterea ex eodem actu vanum sit prætendere, quod possit desumi ratificatio, prout in terminis consimilis renovationis Votorum factæ absque animo ratificandi probant adducti in *tom.* 2. *part.* 2. *discept.* 21. *num.* 38.

Nullam in facto habet subsistentiam, quod P. Serrano, ut supponit contraria secunda Informatio P. Procuratoris Generalis §. *Accedit* -- *P. Generalem Ordinis, etiam interpositis Personis, ac mediis per Epistolas precatus est, ut Regii Concionatoris titulo se insigniri permitteret*; -- Diligentiæ namque adhibitæ ad hoc, ut P. Serrano Regii Concionatoris munere decoraretur, solùm processerunt à Comite *de la Cadena*, qui per hoc medium sibi blandiebatur avertere posse P. Serrano à suo firmo proposito intentandi nullitatem suæ Professionis, ut de auditu ab ipso Comite narrat primus Testis, & deponit etiam quintus Testis quæ erat Uxor eiusdem Comitis.

Irrito demùm conatu P. Procurator Generalis in sæpedicta secunda contraria Informatione §. *Tandem* suadere satagit, quod P. Serrano suam Professionem fassus fuerit ratam, id deducendo ex quo in Epistola *die* 8. *Aprilis* 1726. directa P. Consultori Generali Ordinis, expresserit -- *Giorni sono, & anche anni, che feci riflessione sopra l'Abito Religioso, che indegnamente vesto, e che per mezzo del medesimo* (*così lo permetta Dio*) *hò assicurata la strada della salute dell' Anima mia*. Quoniam ex prædicta Epistola originaliter ad literam transcripta in alia *diei* 15. *Junii ejusdem anni* 1726. directa *P. Generali*, apparet, quod Superiores Ordinis eo sub motivo, quod P. Serrano *administraret varia Capitalia, prorsus aliena à suo Religioso statu*, prout dicunt contrarii Testes Religiosi, eum volebant transmittere ad Civitatem Cæsaraugustanam; Id verò ægrè ferens P. Serrano, ex eo quod, iuxta Medici attestationem, Civitatis Cæsaraugustanæ clima, detrimento esse poterat eius habitualibus Infirmitatibus cùm evidenti propriæ vitæ discrimine, in prædictis Epistolis permiscebat expressiones vero filio Religionis convenientes, ut sic Superiorum benevolentiam sibi compararet, atque illorum animum permulceret, quem potiùs irritasset, quatenus asperis verbis protestatus fuisset, quod erat nulliter professus.

Eaque propter, cùm tranquillitas animi fuerit expressa incidenter ad alium finem, & effectum, nullum inde potest desumi validum argumentum ratificationis Professionis, quia, ut confessio facta in Epistola noceat confitenti, debet esse deliberatè prolata, & ex certa scientia, itaut si fuerit facta incidenter propter aliam causam, & ad alium finem, nihil probat, ut egregiè advertit *Rubeus in adnotat ad decis.* 282. *à num.* 72. *cum seqq. part.* 9. *recent.* & signanter *num.* 75. *cum seqq.* eam rationem adducens -- *Quando enim aliquid non est deliberatè, & cùm causa prolatum, non est attendendum, prout dicimus de verbis ampullosis, & adulatoriis, quæ tamquam inania, frustratoria, & sine mente serio prolata non attenduntur, & faciat illud vulgatum dictum -- Leniebat dictis, & mens contraria putabat*.

Cæterùm etiamsi fundamenta usque nunc perpensa, & apertum aditum sternentia petitæ Gratiæ restitutionis in integrum, aliquam dubietatis umbram præseferre adhuc possent, in dubio locus esse deberet cuicumque arbitrio favore P. Serrano, ne illius anima subsit periculo perditionis, absque ulla Religionis utilitate, imò potiùs cum maxima ejus inquietitudine, ac perturbatione ad tradita per *Pignatell. consult.* 4. *numer.* 10. *tom.* 1. *& consult.* 173. *numer.* 7. *vers. Quod sanè tom.* 9. *Amayden. de Stylo Datariæ lib. primo capit.* 12. *numer.* 23. Potissimè quia nullitas oritur

ex

ex defectu liberi consensus, quo casu in statu dubie-
tatis judicatur pro nullitate Professionis, cum favor
libertatis, quæ est de Jure naturæ, potior semper sit,
& prævaleat favori Religionis, ut considerant *Pigna-*
146 *tell. dicta consult.* 173. *num.* 157. *tom.* 9. *Cardin. de Luc.*
de Regular. disc. 43. *n.* 13. *Ricciardell. in Lyceo Ecclesia-*
stico tom. 1. *cap.* 3. §. 7. *num.* 186. *cum seq. Rot. decis.* 491.
num. 20. *coram Royas*, & *decis.* 9. *num.* 84. & *seq. coram*
Arguelles.

IN EADEM CAUSA.

Proposita fuit præsens Causa in Cong. habita
die 2. Decembris 1730. quando fuit rescri-
ptum -- *Dilata*. Reproposita verò die 13. Januarii
1731. negativum emanavit Responsum, adversus
quod benigne Nobis concessa fuit nova Audientia,
& propterea iterum reproponitur hodie. Prævia au-
tem reassumptione nostrarum Scripturarum, distri-
butarum dicta die 2. Decembris 1730. una cum aliis
147 novis Animadversionibus, de quibus infra, supplica-
mus pro Rescripto; *Prævio recessu à Decisis, esse lo-*
cum petitæ Restitutioni in integrum --

Ad quem effectum, ad evitandum tædium repe-
titionis, breviter epilogando æque veram, ac com-
miserandam Facti seriem, dignentur Eminentissimi
PP. sub eorum misericordibus oculis habere conclu-
dentes illas probationes metus, cadentis in constan-
148 tissimum Virum, à quo coactus fuit infelix Princi-
palis adversus propriam voluntatem Professionem
emittere, distinguendo tria tempora, scilicet ante
Professionem; Tempus Novitiatus; Et post emissio-
nem Professionis.

Respectu temporis, antecedentis Professionem,
omnes Testes ser. ser. examinati concordant in eo,
quod ad extorquendum consensum Principalis illius
crudelis Pater, severæ naturæ, & exequi solitus mi-
149 nas, illum in Cubiculo clausit; cum sequenti Anti-
phona, non semel ad ejus aures furenti rabie intima-
ta: *Velis, nolis, debes, fieri Religiosus.*

Quod illius amantissima Mater, ejus miseriæ mise-
rendo, volens illum ab angustiis privati Carceris, li-
150 berare non sine evidenti Vitæ periculo, insequuta fuit
à bestiali Marito, pugione denudato.

Quod omnia hæc adeo nota fuerunt Domesticis, &
per Vicos, & Plateas Civitatis taliter vulgata, ut
Secularis Judex; misericordia motus, necnon ad evi-
tanda majora mala, manus in hac parte apposuerit,
rigorosum intimando Præceptum eidem Patri, nè
infelicis Filii voluntatem violentiis, minis, aliisque
151 malis tractamentis coarctaret, quod ad nostrum effe-
ctum considerant *Panimoll. dec.* 102. *n.* 9.

Quod, his omnibus non attentis, iterum Filium
in privato Carcere inclusit, ubi longo tempore il-
lum semper lacrymantem semperque se conqueren-
tem detinuit, eo autem tempore quo ad illum acce-
debat, antiquam repetendo dolorosam antiphonam,
152 torvis oculis, & terribili voce dicebat: *Ab hoc Cu-*
biculo non exibis, nisi iturus ad Triremes, vel ad Re-
ligionem.

Quod cùm d. Principalis concepisset (sunt verba
Testis in præcedenti Summario *numer.* 5. *litt. V.*)
pergrandem metum de dicto suo Genitore, his auditis,
se præcipitem projecit per Fenestram in Atrium, &
fugit ad Civitatem Complutensem &c. in qua Civita-
153 *te occultus remansit per spatium octo, vel novem men-*
sium.

Quodque demum, volens idem inhumanus Pater
suum intentum ad finem perducere, *postquam dolo-*
sè ei persuaserat, ut rediret ad Paternos Lares, sub
sua fide, & sponsione, quod deinceps neutiquam ple-
cteretur, nec ingredi Religionem compelleretur, sunt
154 verba ejusdem Testis, ubi supra, prætextu videndi
Regiam Curiam, illum licet nolentem, secum du-
xit ad Oppidum Matriti, se una cum Filio asso-
ciando Tabellario, qui videns innocentem Puerum
irremediabilibus lacrymis continuo plorantem, petiit
à Patre ubi Filium ducere volebat? Cui terribilibus
oculis erga Filium conversus, respondit *Ad Religio-*
nem: Quo audito idem innocens Filius statim se præ-
cipitavit ab Equo, fugam versus Patriam arripiendo;
Verum tamen est, quod à Patre insequutus, captus-
que, coactus fuit iterum in Equum conscendere, Pa-
tremque vel invitus associare. Non valens autem di-
ctus Tabellarius (qui unicus aderat spectator dicti ty-
rannici Tractamenti) ad ira se temperare, iterum
ab eo petiit quare Filium tali barbarie tractabant?
Qui, veram causam eidem aperiendo, non dubitavit 155
serena fronte eidem Tabellario respondere, *quia no-*
lebat Religionem ingredi, quodque eundem filium ad Vil-
lam Matriti asportabat, ut voluntarie, vel per vim
omnino Religiosus fieret, & *regularem statum assume-*
ret, juxta verba Testis.

Post multos verò similes inhumanos casus, & post
multa rerum discrimina, quæ infelix Principalis in
dicto Oppido Matriti passus fuit, & brevitatis cau-
sa hic omittuntur, non valens amplius resistere Pa-
ternis violentiis, coactus tandem fuit Patris volun-
tari obtemperare, & plusquam invitus Religiosum
Habitum assumere, mediante etiam opera Religio- 156
sorum Conventus, *qui videntes defectum voluntatis*
&c. fecerunt ei plures suasiones cum precibus, & mu-
neribus, & quia ea ad nihilum inserviebant, subinde
increparunt cum iisdem Paternis minis, & die sequen-
ti Habitu Religioso illum induerunt, cum omnimoda
prædicti Petri repugnantia, prout omnia prædicta,
& longe majores violentiæ intra evidentiæ fines po-
nuntur ab omnibus Testibus, ser. ser. examinatis, quo-
rum verba registrata fuerunt in plenissimo Summa-
rio, supra autem innumeræ adducuntur classicorum 157
Doctorum punctuales authoritates, & punctualiores
hujus Sacræ Congregationis resolutiones, quibus me-
diantibus fuit concludentissime probatum, etiam in
circumstantiis longè minoris barbari modi operandi,
Professiones, taliter emissas, nullas esse, & tanquam
tales ab hac Sac. Congregatione declaratas fuisse, qui-
bus addimus multas alias, à Nobis verè improbo la-
bore relatas *in Institut. Crimin. tertiæ Venetæ impres-* 158
sionis lib. primo tit. 10. §. 4. *à num.* 169. *usque ad numer.*
205.

Tempore Novitiatus, nè illius animus, Religioni
aversus, & Professioni oppositus, alicui pateficret,
nemini permissum fuit illum alloqui, quod *Sacra Ro-*
ta in decis. 326. *numer.* 32. & *seqq. coram Ludovis.* ma- 159
gnifecit ad probandum metum, ibi -- *Prohibitio enim*
commercii, & loquelæ non parum conducit ad arguen-
dum metum Aymon. &c. Cumque (sunt verba Te-
stis,) *permissum ei fuisset, quod una vice dictum Pe-*
trum videret, illum summopere afflictum, & gemebun-
dum vidit, & Testi dixit totalem repugnantiam, cum
qua persistebat, & profiteri nolebat, quia aversum ani-
mum in hoc habebat, & quod quasi quotidie ibat ad Cel-
lam, in quo Habitus Seculares Novitiorum asservantur,
& petebat sua Vestimenta, ut à Religione exiret, quæ
Vestimentorum Secularium petitio pro alio stringenti
argumento metus canonizata fuit ab hac Sacra Con- 160
gr. in *Romana Nullitatis Professionis* 1. *Octobr.* 1720.
& 31. *Januar.* 1721. de qua *in tom.* 4. *part. prima*
discept prima §. 3. *numer.* 45. & *seqq.* & §. 8. *nu-*
mero 83.

Post dictam Professionem, emissam die 15. Julii
1726. incipiendo à diebus immediatè sequentibus,
cæpit infelix Principalis se conquerere, & nunquam
cessavit à repetitis, conquestionibus de violentiis, 161
minis, coacta voluntate, aliisque impropriis modis,
cum quibus eandem Professionem coactus fuerat e-
mittere, circa quas conquestiones uniformi voce con-
cordant omnes Testes, ser. ser. examinati, quorum
præcisa verba transcripta fuerunt in nostro Summa-
rio.

Cumque negari non possit, quod hujusmodi con-
quæstiones emissæ fuerint intra quinquennium, &
deinde nullo temporis momento omissæ fuerint, il-
læ aperiunt viam, & facilem præbent aditum Gra-
tiæ restitutionis in integrum, juxta laudabile solitum
hujus Sac. Congr. quæ prædictis concurrentibus con
questionibus, tam intra, quàm post quinquennium
emissis, Gratiam restitutionis in integrum denegare
non

non solet, ut latè demonstravimus supra, & addimus
162 *Pignatell. consult.* 173. *numer.* 10. *tom.* 9. ubi sequentem adducit legalem reflexionem, quia similes conquestiones extrajudiciales *regulariter supplent defectum formalis reclamationis*, ad effectum obtinendi Gratiam Restitutionis in integrum.

Ex quibus, unitim consideratis, una cum aliis reflexionibus, de quibus infra, ut in nostris terminis
163 faciendum esse monet *Barbos. vot. decis.* 16. *numer.* 56. *lib.* 2. & practicavit Sac. Rota *in decis.* 25. *numer.* 47. *coram Arguelles*, *& decis.* 731. *& dec.* 773. *utrobique numer.* 2. *coram Emer. Jun.* tali evidentia, talique claritate constare videtur de metu, Principali incusso ad emittendam Professionem, deque illius conquestionibus toto tempore, quo in Religione permansit nunquam intermissis, ut non de facili assignari possit alter casus, in quo majores adductæ fuerint probationes vis, & metus ad extorquendam coactam Professionem, vel ab inhumanis Genitoribus ad praxim redacti fuerint modi magis barbari, magisque crudeles. Et in quo ab hac Sacr. Congregatione concessa non fuerit in integrum Restitutio, ut longum recensendo
164 Cathalogum similium Gratiarum, observavi *in Institut. Crimin. tertiæ Venetæ impressionis lib.* 1. *tit.* 10. §. 4. *n.* 185. *& pluribus sequentibus*.

Videamus modò quid adversus hæc adducta fuerint
165 in Voto P. Procuratoris Generalis, in Secretaria existente; In isto

Dicitur primo, quod vigore specialis Constitutionis Gregorii XIII. de qua *Pignatell. consult.* 37. *tom.* 3. post
166 quinquennium à die emissæ Professionis, Regularis, prætendens, illam emisisse per vim, & metum, non potest allegare illius nullitatem.

Respondemus, quod in hac parte in dicto Voto proceditur cum æquivoco palmari; Aliud siquidem est, quod post quinquennium non possit peti declaratio Nullitatis Professionis, qui sunt termini dictæ Constitu-
167 tionis Gregorianæ, sequutæ à *Pignatell. dicta consult.* 37. *tom.* 3. in qua quærit: *An Regularis, prætendens Professionem suam emisisse per vim, & metum, aliamve causam; possit etiam post quinquenniam dare de nullitate suæ Professionis*, quod ultro admittimus, id ei non esse permissum; Aliud verò, toto Cælo diversum, quando Religiosus, prætendens per vim, & metum suam emisisse Professionem juxta terminos nostri casus, preces precibus addendo, supplicat pro Gratia Restitutionis in integrum, qua mediante petit reponi in illo statu, in quo erat ante quinquennium, juxta notam vim, ex notiorem efficaciam Gratiæ
168 Restitutionis in integrum, ex generaliter animadversis per *Fagnan. in cap. Mandato numer.* 56. *de Simon.* & in nostris præcisis terminis per *Adden. ad Card. Bellarmin. in Notis ad Conc. Trid. sess.* 25. *de Regul. cap.* 19. & firmatis per *Rot. decis.* 705. *num.* 6. *in fin. part.* 2. *recent. & decis.* 25. *num.* 23. *coram Arguell. & decis.* 952. *num.* 2. *coram Emer. Jun.* ibi -- *Stante præfata Restitutione in integrum, ipse repositus fuit in eo statu, in quo futurus fuisset, si quinquennium non fuisse elapsum.*

Quæ unicè dicta sint ad materiæ ornatum, quia factum in nostris terminis non regit; In manibus etenim Reverendissimi Secretarii concludenter docemus, Principalem, etiam intra quinquennium reclamasse, & quantum in ipso fuit specialem Recursum
169 habuisse ad Summum Pontificem, & ad hanc Sacram Congregationem, id præcisè, & specialiter injungendo ejus Procuratori, seu Agenti; in Urbe existenti, qui id solemniter testatur in Summario.

Et tamen ad effectum obtinendi Gratiam Restitutionis in integrum superabundant extrajudiciales conquestiones, intra quinquennium emissæ cum solis Consanguineis, Affinibus, vel Amicis, ex quibus plenum est nostrum præteritum Summarium, egregiè *Barbosa ad Concil. sess.* 25. *ad Regular. capit.* 19. *numer.* 10. ubi quod ipso scribente ita declarari obtinuit ab hac Sacra Congr. in una *Coimbrien.* 17.
170 *Aprilis* 1630. quæ est *in lib.* 13. *hujus Sacræ Congr. fol.* 251. & concordant *Roderic. in Compen. quæst. reg. resolut.* 101. *numer. primo*, *Cyriac. controv.* 37. *numer.* 38. *Novar. in Lucer. reg. verbo Professio nu.* 31. *& Rot. coram Arguel. decis.* 25. *numer.* 17. *&* 18. *& coram Dunozet. Jun. decis.* 50. *numer.* 3. *& in decis.* 134. *numer.* 13. *part.* 14. *recent. & in Taurinen. Nullitatis Professionis* 6. *Februar.* 1614. *coram Verospio*, impressa apud *Pignatell. consult.* 173. *num.* 163. *tom.* 9. & resolvit hæc Sacr. Congr. *in alia Nicien.* 21. *Julii* 1631. quæ est *in lib.* 14. *Decretor. fol.* 448. *à tergo*.

Dicitur secundo, quod Principalis postquam fuit ad Sacerdotium promotus *libentissime multa Officia Religionis obivit*, *Capserii nimirum*, *Secretarii P. Provincialis*, *& Concionatoris*, sunt verba dicti Voti §. 171
Accedit etiam, ubi subditur procurasse ulterius munus Concionatoris Regii, nec non facultatem assistenti Matri Seni, & invalidæ. Quæ posteriora Munera non sine maxima improprietate, nec non æqualiter longissimo, ac tenuissimo filio trahi possunt ad Officia, & Munera Religionis, ut Consideranti patet.

Respondemus, quod dicta Officia Capserii, & Secretarii P. Provincialis, necnon promotionis ad Sacerdotium in nulla prorsus consideratione habentur ad impediendam Gratiam Restitutionis in integrum, uti vel nullam, vel nimis remotam habentia connexionem cum solemni Professione; Sigillatim etenim de omnibus discurrendo, non attenditur rece-
ptio Sacrorum Ordinum, juxta celebrare *conf. Na-* 172
var. 6. *numer.* 3. *tit. de His, quæ vi, metusve causa fiunt*, sequutum à Rota in magistrali *decis. Conchen. Nullitatis Ordinum* 10. *Martii* 1606. *coram Penia*, inter ejus impressas *la* 1220. *per tot.* Cum qua processit eadem *in Sacr. Rot. decis.* 705. *numer.* 1, *part.* 2. *& decis.* 195. *numer.* 22. *part.* 4. *recent.* ibi -- *Tanquam res, à Professione separata*, & concordant alii adducti à *Pignatell. consult.* 173. *numer.* 16. *tom.* 9. ibi -- *Non obstat si fuerit lapsum quinquennium, quod susceperit Ordines Sacros. Quia cum constet de assiduis Querimoniis, utique ex his tacita Professio omnino excluditur.* Imò habemus in hac parte celebrem
resolutionem Sac. Congregationis Episcoporum *in Me-* 173
diolanen. 4. *Aprilis* 1663. *Ponente Cardinali Julio Sacchetto*, specifice approbatam à S. Mem Alexandro VII. referente *Pignatello ubi supra*.

Cum qua in puncto nostri casus processit hæc Sac. Congregatio *in Tolicastren.* 17. *Augusti*, *&* 7. *Septembris* 1726. benigne concedendo Restitutionem in integrum post annos decem, & septem Religionis
Religioso, reclamanti adversus suam meticulosam 174
Professionem, non attentis Ordinis Sacris, ad titulum Religiosæ paupertatis susceptis, & longa mora annorum decem, & septem in sua Religione.

Minus eandem Gratiam impedire apta sunt exercitium seu Munus Capserii, nec non Secretarii P. Provincialis; Ad nostrum enim effectum distinguenda sunt Officia illa, quibus annexa est Jurisdictio in Subditos, seu Religiosos, ab aliis Muneribus, & Officiis, omni prorsus Jurisdictione denudatis, qualia sunt Muneta Casperii, Secretarii, Concionatoris &c. Quidquid enim sit de primis, quæ neque etiam
asseritur exadverso fuisse Principali concessa, vel ab 175
ipso petita, hoc unum est indubitatum. quod dicta alia manualia Officia ad impediendam Gratiam Restitutionis in integrum in nulla prorsus consideratione haberi solent ab hac Sacr. Congregatione, quæ tali exercitio Munerum manualium, vel Oeconomicorum non attento, eandem Gratiam sæpissime
concessit juxta innumeros illos casus, indicatos supra, 176
aliosque registratos *in Instit. tertiæ Venetæ Impressionis lib.* 1. *tit.* 10. §. 4. *à n.* 193.

Dicitur tertiò, tres Correligiosos Viros cordatos,
& pios, deponere in Processu de spontanea perse- 177
verentia Principalis in Religione, nec unquam eum audivisse conqueri.

Respondemus, quod quatenus etiam id verum esset in facto, sat esset, quod Principalis conquestus fuisset coram illis aliis Testibus, qui id in Processu deponunt; Non enim necesse est, quod conquestiones illius infelicis Religiosi, qui per vim, & metum suam

suam Professionem emisit, aperiantur in Capitulo Vocalium, vel mediante Tubæ sono coram omnibus Religiosis repetantur; Imò in hac parte quò magis exad-
178 verso extolluntur insignes qualitates dictorum trium Correligiosorum, eo minus vim faciunt; Similes siquidem conquestiones emitti nunquam solent coram primariis Religiosis, ut experientia notum est, sed regulariter cùm Connovitiis, vel Religiosis æqualis gradus, & quandoque etiam inferioris, & semper coram Domesticis, Consanguineis, vel Affinibus, qui una voce de illis in nostro Summario veridicum perhibuerunt Testimonium.

Respondemus secundò, quod in Testimonio Correligiosorum, favore proprii Monasterii deponentium, non possunt neque solent figi pedes, contra Recurrentem adversus suam meticulosam Professionem, ex illis bonis, & legalibus reflexionibus, quas in nostris præcisis terminis adducunt classici Authores, citati supra,
179 quibus addo alios allegatos *in tom.* 1 *part.* 1. *discept.* 1. *numer.* 40. *& tom.* 4. *part. prima*, *discept.* 1. *§. numer.* 40.

Respondemus tertiò, quod in omnem casum applicatur nostris terminis æque vulgatum, ac communiter receptum Juris illud axioma, quod Testes, deponentes de metu, & coacta voluntate, semper præferuntur Testibus, deponentibus de voluntate sponta-
170 nea, de quo *Rota coram Bich. decis.* 47. *numer.* 40. *& coram Zarat. decis.* 53. *numer.* 21. *& coram Priol. decis.*
181 425. *num.* 12. ea ratione, quam his verbis adducit eadem *Rota coram carill. decis.* 178. *numer.* 11. *Quia deponentes super metu deponunt super actu perceptibili sensu corporeo, sed alii de actu imperceptibili, nempè de intrinsecis cordis -- & cor. Arguelles dec. 9. numer.* 65. ibi -- *Plus creditur duobus Testibus, deponentibus de metu, quàm mille de spontanea voluntate Innoc. &c. & à n.* 78. ibi -- *Preferuntur aliis Testibus &c. quia illi deponunt de actu perceptibili sensu, isti verò de non perceptibili, qui includitur corde &c.*

Agnoscitur exadverso vis harum legalium reflexionum, & propterea ad debilitandam fidem aliquorum ex nostris Testibus, quarto loco dicitur non esse præstandam fidem Matri, germano Fratri, licèt Religioso, & Sorori Principalis, attenta illorum arcta Consanguinitate; Cum illo alio addito, quod potuerint
182 habere spem participandi de hæreditate, relicta Principali à Comitissa Lucia Catena; Neque dubitavit P. Procurator Generalis in dicto Voto asserere etiam, eundem germanum Fratrem Principalis, dignissimum Religiosum, laborare mentis defectum, seu hebetudine.

Respondemus primò, quod, ad differentiam illarum actionum, & operationum, quæ fieri solent in locis publicis, & in quibus de facili solent adesse multi Testes; Respectu illarum, quæ fiunt inter domesticos parietes, qualitas Consanguinitatis, & domesti-
183 citatis auget potius, quàm minuat Testium fidem ex animadversis per *Menoch. de Præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 38. *n.* 14. & firmatis per *Rotam dec.* 344. *nu.* 4. *coram Dunoz. Jun. & dec.* 197. *n.* 18. *coram Priol. & dec.* 113. *nu.* 5. *coram Emer. Jun.*

Respondemus secundò respectu assertæ spei participandi de hæreditate, Principali relicta, quod in ordine ad Matrem contraria criticatio est prorsus insubsistens, eo quia constans in facto est, quod illius depositio emissa fuit multo tempore ante Testamentum ejusdem Comitissæ, & propterea in hac etiam parte applicatur commune illud axioma, quod ejusdem Matris voluntas pro veritate Testimonium prohibendo de actibus inhumani, erga communem filium à Patre exercitis, ferri non potuit in incognitam dispositionem
184 tionem dictæ Comitissæ, juxta animadversa per *Altograd. conf.* 80. *num.* 12. *lib.* 1. *Gob. consult.* 122. *num.* 42. *& Actolin. resol.* 11. *numer.* 59. & firmata per *Rotam decis.* 1. *de Pension. numer.* 9 *coram Falcon. tom.* 2. *& decis.* 96 *numer.* 6. *part.* 17. *recent.* & in nostris præcisis; terminis *eadem Rota coram Arguell. decis.* 25. *numer.* 54.

Respondemus tertiò respectu ejusdem spei succedendi in ordine ad germanum Fratrem Principalis, quod cùm ipse sit exemplaris vitæ Religiosus ex Or-
dine Mendicantium, non potest aspirare ad hæreditates Sæcularium Personarum; Respectu demum illius Sororis, eadem spes erat penitus incerta, & æqualiter dubia, uti pendens ab obitu Testatricis ante hæredem, necnon ab illius libera voluntate. 185

Ultra quod videtur ulterius vim facere cuicumque intellectui consideratio illa, quod intuitu densi Luti, juxta phrasim *Habacuc* 2. 6. Mater, Frater, & Soror Principalis unanimi consensu falsum deponere voluerint; Si enim respectu omnium Christianorum verùm 186
est illud *Matth.* 16. 26. *Quid prodest Homini, si Mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur*. Quantò magis verùm erit respectu dictorum trium informatorum Testium illius æque piæ, ac inclytæ Nationis, quæ titulo verè Catholicæ merito gloriatur.

Ea demum, quæ gratis ubique exadverso asseruntur de mentis habetudine germani Fratris Principalis Carmelitanæ Religionis Alumni, ex sola lectura illius formalis examinis clare insubsistentia apparent; In illo enim talibus serietate, proprietate, & candore evacuavit omnia Interrogatoria, ut non nisi divinando possint illi applicari mentis hebetudo, seu defectus, qui nunquam præsumitur nisi contrarium concludenter probetur, ex animadversis per *Rotam decis.* 187
203. *numer.* 5. *coram Rembold. & in Tyburtina Donationum* 25. *Jan.* 1700. *§. Aut vero coram Ansaldo*. Dictisque contrariis gratuitis criticationibus opponimus sonora, & clara verba Archiepiscopi Compostellani *Testes sunt Personæ fide dignæ, & timoratæ conscientiæ, eorumque depositionibus adhibenda est fides*.

Dicitur quintò, Principalem non semel, sed quolibet anno suam Professionem ratificasse. 188

Respondemus, quod cùm talis ratificatio præscribatur in nostris Constitutionibus, illaque ab omnibus Religiosis determinatis die, & verbis fieri debeat, nullatenus apta est impedire gratiam restitutionis in integrum, egregiè *Pignatell. consult.* 180. *numer.* 19. *to.* 189
9. ibi -- *Non obstaret si statutis temporibus secundum consuetudinem Religionis ratificaverit Professionem quia hæc ratificatio tanquam veniens in consequentiam ad Professionem coactam, quamvis libera videatur, præsumitur tamen, ex eadem causa provenire, & ex suppositione quod aliud non potueris agere, Pasqual. qu. moral. jurid.* 20. *numer.* 5. ibi -- *Nec item obstat, quod statutis temporibus juxta consuetudinem Religionis, ratificaverit Professionem, quia hæc ratificatio tanquam veniens in consequentiam ad Professionem coactam, quamvis libera videatur, præsumitur tamen ex eadem causa provenire, & ex suppositione, quod aliud non potuerit facere, Panimoll. decis.* 29. *numer.* 57. ibi -- *Unde potius* 190
credendum est, gestasse Habitum, & intervenisse aliis actibus ad formam Regulæ, & Ordinis Instituti, à Religiosis expleri solitis, ob reverentiam, seu vigore motus, & imperii Superioris, cui ille, cùm sit quo ad formam exteriorem in statu Religioso subditus, contradicere non poterat, nec potest, Novar. in Summ. comment. 88. *sub n.* 4. *versic. Non obstante quod per eundem fuissent renovata Vota pluries &c. Cancer. var. solut. cap.* 81. *nu.* 37. *&* 38.

Ex quibus, & aliis rationibus adductis Authoribus, in similibus casibus hæc Sacra Congregatio in nulla prorsùs habuit consideratione Votorum renovationem ad impediendam gratiam Restitutionis in integrum, & signanter *in Lingonien.* 12. *Aprilis, &*
30. *Decembris* 1698. ubi sequuta fuit Votum Episcopi, in folio dicta die distributo registratum, ibi -- 191
La dichiarazione che l'Oratore à fatta ogn' anno nella Casa Conventuale, con tutti gl' altri Religiosi per la ri- 192
novazione de suoi Voti, non lo deve impedire di reclamare, perche questa sorte di rinovazione di Voti è una Ceremonia di divozione, e pietà, solita pratticarsi in tutte le Case di Religiosi, & essendo necessaria, e di Regola non puol dirsi approvazione volontaria, & in Cephaluden. 4. *Februarii* 1699. *lib.* 49. *dec. fol.* 252. *& in Mantuana* 9. *Julii* 1701. *lib.* 51. *decis. fol.* 285. *& in Melevitana* 29. *Aprilis* 1702. *&* 8. *Augusti* 1705. In cuius Folio, d. die distributo, hæc leguntur.

tur *Successive quot annis* (qui fuerunt anni 32.) *reno-*
193 *vationes Votorum solemniter peregisse in die Epiphaniæ Domini, juxta Constitutionem Ordinis, & omnes Ordinationes Regulares, sicuti cæteræ Moniales professæ observasse &c.* & latius videre est *in Tomo 2. par. 2. discept. 21. & in Viennen. Nullitatis Professionis* 25. *Januarii* 1711. ut dicitur in Folio dicta die distributo, ibi -- *In eo quod spectat ad renovationem Voto-*
194 *rum, subdit de ea non esse curandum ad effectum, de quo agitur, quatenus etiam in facto subsisteret, cùm hæc sit Ceremonia, devotionem redolens, & pietatem, sed quæ non impedit de nullitate Professionis dici possit juxta Resolutiones hujus Sacræ Congregationis relatas apud Dominum Ursayam &c.*

Et quod magis est fuit hoc ultimo loco solemniter decisum in Concilio Romano, ut observavi *in Tom. 6. part. 2. discept. 32. num.* 14. Cùm enim Episcopus Fulginaten. ad tollendum in radice omnem omnino prætextum impugnandi solemnes Professiones, demandasset, ut Regulares, ab eo ordinandi, prius sequentem emitterent Ratificationem solemnis Pro-
195 fessionis, ab eisdem emissæ -- *Ego Frater N. N. Ordinis N. N. coram Reverendissimo Vicario Generali &c. tactis Sacrosanctis Dei Evangelii in manibus præfati Reverendissimi Domini, Juro me sponte, non coactè, nullaque vi, vel impedimento concurrente, Professionem in dicto meo Ordine, seu Religione Sancti N. emisisse, eamque sic emissam sponte, liberè, expressè omnique meliori modo, quatenus opus sit, nunc ratifico, & illam me ratam habere, etiam meæ manus subscriptione. Ego idem Frater N. N. affirmo, spondeo, ac Juro, sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia* --: Deindè verò, postquam obtinuit confirmationem ejusdem Synodi à particulari Congregatione, specialiter deputata pro qua ego Scripsi, ut *in tom. 1. part. 2. discept.* 31. summis precibus petiisset ulterius talem Synodalem Constitutionem approbari à d. Concilio Romano, idque generaliter esse statuendum, illius petitio, re mature considerata, & in pluribus Theologorum, & Canonistarum (inter quos Ego minimus) Congressibus discussa, admissa nullatenus fuit, omniumque Votis rejecta, prout omnia hæc referuntur in *Policastren. in* Folio hujus
196 Sac. Congregat. diei 24. Aug. 1726. his verbis -- *Qua potissimum de causa in ultima Synodo Romana non fuit determinatum, quod Regulares ante receptionem Sacrorum Ordinum, Professionem ratificarent, licet in plerisque Synodis, & signanter Mediolanensis sub S. Carolo Borromeo id fuisset statutum, & in contradictorio Partium admissum fuit à Congregatione particulari deputata super examine ultimæ Synodi Fulginatensis.*

Nec dicatur, quod omnia hæc procedant respectu Professionis expressæ, nullo autem modo influant in nullitatem tacitæ Professionis, quæ induci præten-
197 ditur ex ejusdem Principalis longa permanentia viginti ferè annorum in nostra Religione cum gestatione Habitus, aliis Religiosis communis.

Ultra quod enim *post Concilium Tridentinum rarissimo contingere potest casu, ut validè quis tacitè profiteatur sunt verba Rotæ decis.* 28. *num.* 25. *cor. Merlin.* sequuta *in decis.* 310. *num.* 15. *coram Cardin. Caprara*, ibi -- *Hodie post Concilium Tridentinum rarissime contingit, ut validè quis tacitè profiteatur, ut ex Sanchez &c. monet Rota &c.* ea ratione, quia ad di-
198 ctum effectum copulativè concurrere debent quinque illa Requisita, latè explicata per *Sanchez. ad Præcept. Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 3. à numer.* 14. *usque ad numer.* 18. & latius in *tom. 1. part. 1. discept. 3. à num.* 59. & *tom. 2. part. 1. discept. 9. à num.* 51. dum in nostris terminis ferè omnia in facto non regunt, ex probatis supra.

Cathegoricè respondemus, quod præsumptio tacitæ Professionis, innixæ dictis æquivocis actibus, tollitur per aliam contrariam, longè efficaciorem, resultantem ex verbis, aliisque actibus, eidem tacitæ professioni ex diametro oppositis (circa quos adduximus nubem Testium in Summario, de eisdem
169 actibus uno ore deponentium) iuxta singularem *Gloss. in cap. Tuarum verb. Signatos de Privil.* quam uno ore sequuntur innumeri illi Doctores quos referunt *Pignatell. consult.* 173. *num.* 76. *tom.* 9. *Panimoll. decis.* 29. *numer.* 10. *usque ad finem Rot. dec.* 34. *numer.* 11. *coram Carill. & decis.* 189. *numer.* 3. *coram Ubald. & decis.* 205. *numer.* 24. *coram Buratt. & dec.* 117. *numer.* 5. *coram Ottobon. & decis.* 9. *numer.* 33. *coram Arguell. & decis.* 34. *numer.* 11. *part.* 13. *recent.* Habemusque in hac parte magistralem *dec.* 628. *per totam cor. Merlin.*

Et in punctualissimis terminis Religiosæ, quæ per spatium 24. annorum in Monasterio permanserat, in eoque omnes actus, aliis Monialibus communes, abs- 200
que ullo displicentiæ signo fecerat *Rota coram Carill. dicta decis.* 229. *num.* 3. ibi -- *Nec dicta Professio sic nulliter emissa ex cursu longissimi temporis quo Francisca permansit in Monasterio, deferendo Habitum, & facienda diversos actus, ad Professas pertinentes, potest dici saltem tacite ratificata; Quia per Testes pro ea examinatos constat de continuis lamentationibus, & protestationibus, ab ipsa, tam ante, quam post professionem immediate, & successive omni tempore factis, ex quibus tacita professio omnino excluditur, cùm expressus dissensus faciat cessare tacitum, Et præsumptum* --.

Pro quorum faciliori admissione tria præoculis videntur habenda. 201

Primùm, quod Archiepiscopus Toletanus, qui de mandato hujus Sacræ Congreg. Processum compilavit, quive præsumitur apprime informatus, & egregie instructus de facti serie, omnibusque violentiis, Principali illatis ab inhumanissimo Genitore, in Partibus notoriis, inclinat pro Gratia Restitutionis in 202
integrum ibi -- „ Factæ fuerunt Acta, & probatio- „ nes coram meo Vicario Generali, auditis Superio- „ re Locali, & Fiscale Ecclesiastico, Testes qui de „ illis deposuerunt sunt Personæ fide dignæ, & ti- „ moratæ conscientiæ, eorumque depositionibus ad- „ hibenda est fides. Quapropter videtur, quod præ- „ dictus Petrus justificàverit contextum Supplica- „ tionis, Sanctissimo factæ &c. Admodum autem at- „ tendendas esse consimiles Relationes, quæ per Or- „ dinarios ad Sacras Congregationes transmittun- 203
tur " per hæc præcisa verba firmavit *Rota coram Ansaldo decis.* 14. *numer.* 17. Idemque firmavit *coram Cerro decis.* 685. *numer.* 9. & *in part.* 6. *recent. dec.* 234. *num.* 16. & 17. & *in parte* 18. *decis.* 305. *num.* 12. & *decis.* 460. *num.* 9. & 10. & *in Bisinianen. Præheminentiarum* 27. *Januarii* 1727. §. *Hisque coram Calcagnino*, & *Eystetten. fundationis Hospitii* 27. *Junii* 1729. §. *Hisque omnibus coram Ratto*, & *in Baron. Juris funerandi super Remissoria* 11. *Martii ejusdem anni* §. *Satisque cor. Aldrovando.*

Secundum verò quod ipsemet P. Procurator Generalis plusquam taciteagnoscens veritatem, & subsistentiam præmissorum, in substantia non videtur dissentire à concessione Gratiæ Restitutionis in integrum, ex officio insistendo solùm pro denegatione declarationis nullitatis Professionis, cum insubsistenti supposito, quod talis Gratia opponatur Con- stitutioni Gregorii XIII. sequutæ *à Pignatell. loco su-* 204
pracitato, ut videre est in §. *Cæterum* suæ Relationis ibi -- " Videns nostras rationes, supra adductas, & „ argumenta esse negativa, & præsumptiones, ex „ quibus non facile enodantur fortasse rationes Ora- „ toris, EE. VV. Causæ iustitiam prorsùs remittit, „ humillime postulans, ut quatenus metus, cadens „ in Virum constantem, verè cognoscatur subsiste- „ re pro primo quinquennio, & pro secundo quin- „ quennio tales proferantur rationes, quæ verè Ora- „ torem excusent, quod non reclamaverit, ex quo, „ vel non potuerit, vel non adhuc debuerit, di- „ gnentur declarare, esse locum Restitutioni in in- „ tegrum, & successivè statuant, Oratorem esse, „ ac fore absolutum à vinculis Religionis in genere, 205
& in specie " . Mediante siquidem dicta Gratia restitutionis in integrum, quæ unicè locum habere potest in præsenti, dum Principalis formiter non reclamavit intra quinquennium, commendabili candore agnoscens, & fatens, magnam nostræ Religioni resul-

resultare utilitatem, iuxta verba illa ultimi paragraphi dictæ suæ Relationis -- *Neque enim humilis nostra Congregatio, Infirmorum ministerio addicta, ex coacto, & involuntario filio &c. sive sibi sive pauperibus Infirmis commodum aliquod, seu utilitatem poterit in posterum sibi promittere* -- Quod in omnibus Religionis Communitatibus experientia notum est, & ad nostrum præcisum effectum, facilioris nimirum concessionis Gratiæ Restitutionis in integrum egregiè observant
206 *Amayden. de styl. Datariæ lib. 1. cap. 12. num. 23.* ibi -- *Ego sanè, ut hoc ingenuè fatear, propensior jam ergà dimissiones Regularium, in Claustris vitam degere renuentium, nam ii sunt, qui reliquos quietos turbis miscent, Ordinemque universum susque, deque agunt, & propterea existimo me obsequium præstare Deo, quandocumque adsum Causæ Regularis, contra Professionem reclamantis, qui, ope mea, à religionis vinculo liberetur* --
207 & concordant adducti per *Pignatell. consult. 173. nu. 6. & 7. tom. 9.* ibi -- *Quod sanè magis expediens est Religionibus, ac ipsis Regularibus, quia Regularis eò deveniens, ut prætendat nullam fuisse suam Professionem, dum invitus intra Claustra manet, semper molestias offert Religioni, nec quidquam boni ab ipso expectari potest. Unde utilius est Religioni quod dimittatur si potest dimitti, & Card. de Luc. de Regal. disc. 41. nu. 2.* ibi -- *In meo sensu saluberrimum Religionis videtur egressui ostium faciliè, perniciosum autem è converso illud rigorose clausum retinere, ob axioma, seu dicterium Morbida facta pecus &c.*

Cum qua optima congruentia, ab experientia comprobata, sæpè, me scribente, processit hæc S. Con-
208 gregatio, & signanter *in Mantoana 3. Dec. 1715. & 28. Martii 1716.* ut videre est *in tom. 1. part. 1. discept. 20. n. 97. & 146. & tom. 2. part. 1. discept. 9. in fine* & alibi sæpè.

Neque deest æquè legalis, ac stringens ratio, quia scilicèt, cùm in istis circumstantiis (in omnem pessimum casum) saltem remaneat dubia validitas, vel nullitas Professionis, dubietare se tenente ex defectus liberi consensus, In hoc dubio semper inclinandum est
209 pro nullitate Professionis, seu favore libertatis egregiè *Rebuff. cons. 68. columna finali, vers. Nec me turbat,* ubi, quod in his terminis non consideratur favor Re-
210 ligionis, qui nunquam adest, non probato valido consensu, & *Riciardell. in Liceo Eccles. tom. 1. cap. 3. §. 7. num. 186. & seq. Rot. decis. 9. n. 84. & seq. coram Arguell. & dec. 491. nu. 20. & 21. cor. Royas,* ubi, quod conclusio illa, quod in dubio facienda sit interpretatio pro validitate Professionis, limitatur in casu, in quo illa prætenditur nulla ex defectu consensus, per vim; & metum exteriori, quo casu semper fa-
211 cienda est interpretatio pro libertate Personæ, ibi -- *Non obstat conclusio, quod in dubio facienda est interpretatio, itaut Professio sustineatur; eo quia illa procedit, quando dubitatur de validitate ex alio capite, quam ex defectu consensus, prout in præsenti, quo stante, semper facienda est interpretatio pro libertate Personæ &c.*

In hoc pariter dubio, ad omnem omninò scrupulum tollendum posset Principali dari iuramentum in supple-
212 mentum plenæ probationis juxta theoricam *Innoc. in cap. Vidua num. 5. de Regular. ubi Hostiens. nu. 10. versic. Nam si haberet, Butr. n. 12. vers. Quædam est approbatio Iuramenti, Anchar. n. 3.* ibi -- *Ubi verò de animo apparet, statur Iuramento, Portell. de Dub. regular. Verb. Professio nu. 11. versic. Neque illi Piton. discept. 110 n. 20.* ibi -- *Cui Iuramento ipsius Professi credendum esse, quando concurrunt adminicula, & præsumptiones, quæ illud reddunt verisimile, dicunt &c.* & sequendo *Angles, Caietanum, Navarrum,* & alios, probat *Pignatell. consult. 4 sub num. 9. tom. 1.* iuxta Romanam impressio-
213 nem, necnon respondendo argumento, quod in contrarium fieri posset, hæc ait: Non obstat, quod in „ re Professionis stari non debeat Iuramento Professi „ &c. quia, quando sunt aliæ præsumptiones potentis- „ simæ, adminicula, & coniecturæ, quæ nulliter „ Professio favent &c. multi Authores, iique gravissi- „ mi asserunt, stari posse Iuramento illius &c.

Quam opinionem sequuta fuit hæc Sacra Congregatio *in Asten. nullitatis Professionis die 20. Septemb. 1710.* prævio recessu à decisis *die 5. Junii ejusdem anni,* referente *Piton. discept. 58. à n. 47. usque ad finem, & discept. 110. num. 1. versic. Et quia idem Procurator.* Nec non, me scribente, sequuta pariter fuit hæc Sac. Con- 214
gregatio *in Veneta, seu Mantuana Nullitatis Professionis 18. Augusti 1696.* ut videre est *in tom. 1. part. 1. discep. 3. n. 48. & 80. & in Neapolitana Restitutionis in integ. 7. Septemb. 1718.* ut videre est *in tom. 3. par. 1. discep. 6. n. 29. & 77. & in Cesenaten. Restitut. in int. 16. Martii 1720.* de qua *in tom. 4. parte secunda disceptatio vigesima numero vigesimo nono.*

Eamque amplexa pariter fuit *Sac. Cong. Episc., & Regul. in Prænestina Nullitatis Professionis 12. Novemb. 1717. ad relationem Card. de Abdua,* ut videre est *in d. tom. 3. part. 1. discept. 7. num. 38. & 62.* & cum illa 215
etiam fuit processum *in Nullius Nullitatis Professionis anni 1717.* de qua *tom. 8. part. 1. discept. 20. num. 43. & per totam* quæ est in terminis illius Monialis S. Apolloniæ Urbis, quæ paulò post nuptum, in seculo infeliciter vixit, & in summa paupertate infeliciùs obiit, ex divina forsan dispositione, cujus Providentia in sui dispositione nunquam fallitur, dum idem casus Evenit alteri Moniali, de qua in *in tom. 2. part. 2. discept. 21.* & alteri, de qua in *tom 4. part. 1. discept. 1. §. 10. num. 71.*

Ad majorem autem comprobationem boni Juris Principalis supplicamus præ oculis habere juratam Depositionem Angelæ de Ochoa, illius dulcissimæ Matris, eo tempore exaratam, quo post Sanctissimum Viaticum, reperiebatur in, æquè proximo, ac evidenti vitæ periculo, prout cum effectu paulò post ex hac vita migravit, quæ per extensum registrata fuit in Summ. 216
quæve non potest sinè lachrymis, & maxima compassione erga infelicem Filium sub oculis haberi; In illa enim refert ad minutias usque omnes illos barbaros, inhumanosque modos quibus mediantibus per manifestam vim coactus fuit Principalis in Religionem ingredi, & ipsa Professionem emittere; Cui proinde omnis in hac parte adhibenda est fides, cùm de illius iurata Depositione verificentur ea, quæ de se 217
ipso scripta reliquit *S. Ioann. Epist. 1.* ibi -- *Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt, testamur, & annunciamus* -- Attento præcipuè æquè proximo, ac gravissimo vitæ periculo tempore iuratæ Depositionis, & in quo nullus Christianus præsumitur velle mentiri, juxta communiter receptam DD. opinionem, de qua *Rot. dec. 263. n. 13. & 14. part. 19.* 218
rec., & in dec. 260. n. 2. coram Crispo. Et cum qua processit hæc Sac. Congregatio in gravissima Causa *Pragen. Matrimonii trigesimo Septembris millesimo septingentesimo vigesimo tertio.*

Cùmque deponat de rebus, & actibus, qui eius fidelibus oculis subiecti fuerunt, illius Dictum, aliis probationibus, & conjecturis adminiculatum, concludentissimam metus probationem facit ex punctua- 219
liter firmatis *Rot. in dec. 870. n. 7. & 8. cor. Emer. Iunior.* & resolvit hæc Sac. Congr. *in Bisuntina 9 Septembris 1713. & in Mantuana 7. Decembris 1715. & 28. Martii 1716.* In quarum prima post annos decem, & octo; In secunda verò post annos viginti quinque concessa fuit Gratia Restitutionis in integrum, attento metu, in prima Causa probato à Claudia Grey, Famula; & in secunda à Barbara Gazella Cubicularia, adminiculatis earum Deposi-
tionibus ab aliis Testibus de auditu, ut videre est 220
in tomo secundo parte prima disceptatio primo, & disceptatio vigesimo per tot. Et quod magis est in utroque casu verificabatur renovatio Votorum, seu Ratificatio Professionis, quolibet anno facta in exequutionem propriarum Constitutionum. Quæ in nostris terminis post mortem Patris semel tantùm, idque cum salutari clausula emissa fuit, ut concludenter probant omnes nostri Testes & admittitur *in Folio hujus Sacræ congregationis die secunda Decembris millesimo septingentesimo trigesimo §. primo* Et tamen, etiamsi esset quolibet anno in exequutionem nostrarum Constitutionum simpliciter renovata, adhuc in nulla prorsus consideratione habenda esset ex supra animadversis.

Dixi:

Dixi: *cum salutari clausula*, quia qualificatus Testis, suus Correligiosus, Sac. Theologiæ Licentiatus, & dignissimus Sacerdos, qui renovationem ejus
221 Votorum propriis auribus audit in Summ. hæc asseruit -- *P. Seranus anno proxime præterito 1726. concurrit renovationi Votorum, dicendo, quod Vota renovabat eademet forma, qua ea fecerat in sua Professione, quod Testis, à d. P. Serano audivit in illo actu*. Circa quod concordant quatuor alii Testes Correligiosi, & Sacerdotes in dicto Summ.

Tarditas in reclamando intra primum quinquennium non subsistit in facto, ex probatis in Summario. Post mortem verò Patris Principalis non deferunt
222 continuæ, & nunquam interruptæ conquestiones, *quæ regulariter supplent defectum formalis reclamationis* sunt verba *Pignatell. consult.* 137. *num.* 19. *tom.* 9. qualve admittere solet hæc Sac. Congregatio, iuxta innumera exempla, quæ cum maiori otio cumulari possent, & signanter ita practicavit *in Casertana* 27. *A-*
223 *prilis* 1714. In cuius casu Religiosus Carmelita Professionem emisit anno 1675. inhumanus Pater, qui Filio metum incusserat, obiit mense Augusti 1696. Et tamen d. die 28. Aprilis 1714. hæc Sac. Congregatio benignè eidem Gratiam Restitutionis in inte-
224 grum concessit. *Cremonen.* 27. *Augusti* 1712. 30. *Septembris*, & 18. *Novembris* 1713. ubi de Reclamatione post annos duos à morte Patris. *Et in Suessana* 13. *Augusti* 1715. ubi de reclamatione pariter post duos annos à morte Patris; *Et in Mantuana* 7. *Decembris* 1715. ubi de Reclamatione post annos octo à morte Patris; *Et in Pacen.* 5. & 19. *Decembris* 1722. ubi de Reclamatione post annos 14. ut videre est *in tom.* 5. *part.* 2. *discept.* 17. *per tot.*

Hoc intercedente discrimine inter formalem reclamationem intra quinquennium, & inter conquestiones: lacrymas, lamentationes mæstitiam, petitionem Vestium Secularium &c. intra idem quinquennium, quod primo casu prorogaturo seu perpetuarum Jurisdictio Episcoporum, & Superiorum Regularium, quod scilicet isti, attenta dicta formali reclamatio-
225 ne, etiam post quinquennium possunt declarare nullam Professionem *illam, quæ per vim, & metum emissa fuit*, *Rota decis.* 134. *num.* 16. *part.* 14. *Rec.* Non sic autem in secundo casu, quia tunc illorum Jurisdictio, terminato quinquennio, statim expirat, & dictæ conquestiones, lacrymæ, lamentationes &c. deserviunt dumtaxat ad facilitandam Gratiam restitutionis in integrum, juxta punctuales authoritates, & punctualiores Resolutiones huius Sacræ Congregationis supra allegatas.

Nec dicatur, quod attenta moderna praxi huius Sacræ Congregationis idem hodie sit obtinere Restitutionem in integrum, ac declarationem nullitatis Professionis; Ultra quod enim huic reflexioni
226 ad hominem respondent dd. quinque punctuales Resolutiones, supra citatæ, quæ non sunt antiquæ, & cum maiori otio aliæ etiam adduci possent.

Respondemus, quod ad omnem scrupulum tollendum EE. PP. demandare possunt, ut, prævia Restitutione in integrum, articulus validitatis nostræ Professionis videatur in hac Sac. Congregatione vel in Sac. Rota, juxta id, quod rarò quidem, sed aliquando practicari vidimus in Causis arduissimis, vel
227 exemplarissimis, ut potest recognosci *ex dec.* 952. *in princ. cor. Emer. jun.* ibi -- *Hac tamen lege, quod Causa super nullitate Professionis discuti deberet in ipsamet Sac. Congregatione*, & *ex Lib.* 48. *Decret. hujus Sac. Congreg. fol.* 182. *à tergo*, *in Conversana Nullitatis Professionis* 12. *Aprilis*, & 20. *Julii* 1698. decisa à Congregatione Particulari *CC. Carpinei*, *Casanattæ*, *Marescotti*, *Petruccii*, *Colloredi*, & *Sacripantis*.

Posita autem probatione metus, ante Professionem Principali incussi, circa quem uniformi voce concordant omnes nostri Testes, non erat necesse, ut in actu eiusdem Professionis de illo protestaretur, egre-
228 giè *Fagnan. in cap. Perlatum num.* 26. & *seqq. de iis, quæ vi metusve causa*, ubi quod sicuti metus excusat à Reclamatione, ita etiam excusat à Prote-
229 statione, & bonam adducit rationem ibidem *Ianoc. num.* 1. *vers. Nota*, ubi quod metus, nedum imminet, quando gladii præsentes sunt, sed totoillo tempore, quo vivit is, qui metum incussit, cum aliis 230
concordantibus citatis *à Panimoll. dec.* 102. *num.* 3. Et tamen qualificatus Testis in nostro Summ. plusquam tacitè demonstrat repugnantem ipsius voluntatem, sequentibus verbis -- *Religiosi Conventus videntes defectum voluntatis fecerunt ei plures suasiones cum precibus*, & *muneribus*, & *quia ea ad nihilum inserviebant*, *subinde increparunt cum eisdem Pater mis minis*, & *die sequenti Habitu Religioso illum induerunt cum omnimoda prædicti Petri repugnantia*.

Ultro demum admittentes cum P. Procuratore Generali in fine suæ Relationis, quod illius Congregatio Infirmorum ministerio addicta ex coacto, & involuntario Filio &c. nequit, sive sibi, sive pauperibus Infirmis commodum aliquod, seu utilitatem in posterum sibi promittere; Subdimus, quod id fortiùs procedit in nostro casu, attento quod Principalis, quando etiam vellet, non posset eidem Religioni ex sanitatis defectu commodum aliquod afferre, Testibus; omni exceptione majoribus, Medicis 231
qui eundem curarunt, de quibus *in Summ.* ibi -- *Laborat quodam Accidenti asmatico*, *curationis incapaci*, & ibi -- *Quapropter d. P. Petrus nunquam erit capax perfectæ curationis à radice, quia morbus jam est valde inveteratus*, & *radicatus* -- Quibus, uti testantibus de re, ad propriam Professionem spectante, om- 232
nis adhibenda est fides, *Fagnan. in cap. Licet num.* 141. *de Præbend. Zacch. medicoleg. lib.* 2. *tit.* 3. *quæst.* 4. *n.* 2. & *Rot. dec.* 117. *num.* 15. & *dec.* 312. *num.* 6. *par.* 15. *Rec.*

IN EADEM CAUSA.

DIE 2. Decembris 1730. dilata fuit resolutio huius Causæ, cujus originale Dubium -- *An sit locus Restitutioni in integrum*, negativè fuerat resolutum die 13. Januarii 1731. Reproposita deinde fuit die 10. Martii pariter 1731. fuitque rescriptum: *Iterum pro-* 233
ponatur; In cujus exequutionem reproponitur hodie & ex Iuribus, dd. diebus ex hac parte adductis, ex speciali gratia reassumendis, nec non ex aliis, infra adducendis, & videtur resolvendum *Prævio recessu à decisis*, *esse locum petitæ Restitutioni in integrum*.

In dicta ultima Causæ propositione inter informandum fuit Nobis benignè insinuatum, quod respectu vis, & metus, Principali incussi, ad hoc, ut ille in Religionem ingrederetur, & in ea solemnem emitteret Professionem, nulla adegerat difficultas, Imo non sit facile in Regestis huius Sac. Congregationis invenire similem casum, in quo barbarus, & inhumanus Pater maiori vi, & terribiliori metu, ferino more, paterna authoritate abusus fuerit ad omni modo obligandum, 234
omnique medio cogendum, strangulandumque æquè innocentem, ac inuitum Filium ad amplectendum religiosum statum; sed difficultas redacta fuit ad Actus posteriores, à Principali gestos, & præcipuè post mortem Patris, ex quibus prætenditur induci Ratificatio eiusdem Professionis, licèt nulliter emissæ.

Procedendo proinde cum hoc principio, ex adductis supra intra evidentiæ fines posito, quod solemnis Professio, à Principali emissa, fuerit nulla, nullisque efficaciæ, uti meticulosa, & ab eo per manifestam vim extorta, constanter dicimus, quod omnes Actus, 235
ab illo subsequenter gesti, non sunt tantæ virtutis, & operationis, ut d. nullã Professionem convalidare potuerint.

Ad hoc demonstrandum videntur distinguendi dd. 236
Actus nec non solita maturitate sub oculis habendum tempus, & modos quibus expleti fuerunt.

Circa tempus, est in facto indubitatum, quod Principalis ingressus fuit in Religionem die 7. Julii 1715. 237
& in illa Professionem emisit die 15. Julii 1716. Quodq; ejus Pater ex hoc Mundo discessit die 5. Octobris 1721.

Ex quo sequitur; quod omnes illius illi Actus, qui gesti fuerunt ante dictam diem 5. Octobris 1721. seù in vita Patris, & consequenter, durante causa metus, in nulla prorsus consideratione habendi sunt, ad inducendam legalem præsumptionem libere ratificationis Professionis, in radice nullæ, ex nube illa Doctorum quos ad evitandam repetitionem causa brevitatis, suppli-

238 supplicamus recognoscere *in meis Institut. crim. tertiæ Venetæ impressionis lib.* 1. *tit.* 10. §. 4. *num.* 195. *& pluribus seqq.* Ubi etiam registravi multas punctualissimas Resolutiones hujus Sacræ Congregationis, quæ in similibus casibus semper pocessit cum dicto principio, quod in quibuscumque Actibus, gestis in vita illius, qui metum incussit, non possunt figi pedes ad præsumendum liberam ratificationem Professionis, per vim, & metum emissæ.

Discurrendo proinde de Actibus, sequutis post
239 mortem Patris, seu post diem 5. Octobris 1721., quo ille vivere desiit.

Nulla vis fieri potest in prætensa renovatione Votorum, quæ quodlibet anno fieri debet in exequutio-
240 nem Constitutionum nostræ Congregationis die 8. Decembris in Vigilia seu Festo SS. Conceptionis; Quia contraria reflexio non subsistit in facto, & non relevat in Iure.

Non subsistit in facto, attento quod in hoc constans est, & circa illud concordant omnes Testes, quorum depositiones exhibitæ fuerunt in Summario quod post mortem Partis, sequutam die 5. Octobris 1721. annis 1721. 1722. 1723. 1724. & 1725. P. Seranus talem Renovationem Votorum nunquam fecit; Anno verò 1726. concurrit quidem unacum a-
241 liis Correligiosis Renovationi Votorum, sed palam dicendo, *quod Vota renovabat eademmet forma, qua ea fecerat in sua Professione, quod Testis à d. P. Serano audivit in illo Actu*, sunt verba eiusdem Testis Religiosi, de quo in Summario cum quo concordant alii quatuor Religiosi, & consequenter omni fide digni Testes, de quibus in d. Sum.

Et quod magis est, dicta die 8. Decembris 1726. quando P. Seranus dictam qualificatam, restrictamque emisit Ratificationem, eo tamen modo, quo Professionem emiserat (quod idem est, ac per vim, & metum) idem Principalis per tres menses ante, hoc est die 7. Septembris eiusdem anni 1726. formalem,
242 & expressum habuerat Recursum ad hac Sacram Congr. pro obtinenda Gratia Restitutionis in integrum adversus dictam suam meticulosam Professionem, In conflictu igitur huiusmodi expressæ voluntatis Principalis, verbis, & opere declarata per tres menses ante, in nulla prorsùs consideratione habenda est dicta qualificata, & restricta; & quod magis est, necessaria Votorum Renovatio; Actus enim taciti inallegabiles sunt, ubi concurrit expressa voluntas in contrarium, juxta indubitatam Juris conclusionem, de qua in nostris præcisis terminis Rota
243 cumulans innumeros concordantes; *in dec. 628. per tot. coram Merlin.* & *dec. 229. n. 3. cor. Carillo*, *& dec. 9. num. 33. coram Arguell. & cor. Emer. Jun. dec. 652. num. 25.*

Cathegoricæ huic responsioni, ex claro facto deductæ, additur alia de Jure, potius ad materiæ ornatum, quàm ad Causæ necessitatem, in eo consistens, quod cum talis Renovatio Votorum in exequutionem Constitutionum nostræ Religionis fieri omninò debeat ab omnibus Religiosis, illa nunquam dicitur voluntaria, & consequenter neque, dici potest efficax ad convalidandam antecedentem meticulosam Professionem, ex punctualibus authoritatibus, allegatis in supra; Cuius communiter recep-
244 tæ opinionis æquè legalem, ac stringentem adducit rationem *Pignatell. consult.* 180. *num.* 16. *tom.* 9. his verbis -- *Quia hæc ratificatio, tanquàm veniens in consequentiam ad Professionem coactam, quamvis libera videatur, præsumitur tamen ex eadem causa provenire, & ex suppositione, quod aliud non potuerit agere.*

Minùs obstat susceptio Sacrorum Ordinum, quia
245 hæc pariter reflexio claudicat in facto, & non relevat in Iure.

Claudicat in facto, quia in hoc constans est, quod P. Seranus ante obitum Patris ex ipsius iussibus, & continuatis minis Sacrum Subdiaconatus Ordinem iam
246 susceperat, quod animadversum *in Folio huius Sacræ Congregationis diei 2. Decembris 1730. §. 1. ibi -- Die 20. Septembris 1721. ad titulum Religionis promotus ad Sac. Subdiaconatus Ordinem.*

Dùm igitur ante mortem Patris P. Seranus reperiebatur in statu irretratabili, mediante Sacro Subdiaconatus Ordine ad titulum Religiosæ paupertatis susceptο, nulla vis fieri potest in sequenti susceptione Ordinis Diaconatus, & Sacerdotii, quia isti respectu ejus status irretractabilis, nullam omninò vim, nullamque efficaciam addiderunt Voto castitatis, quo se adstrinxerat in susceptione prædicti Sacri Ordinis Subdiaconatus, sive illud sit de substantia ejusdem Ordinis Subdiaconatus, sive additum fuerit ex Eccle- 247
siæ Statuto, circa quod non concordant *Repetentes*, allegati *à Gonzal. in cap. A multis lit. C. de Aetat. & qualitat.* cum aliis apud *P. Schiar. in Theolog. bellic. §. 9. sub num.* 43.

Non relevat pariter in Iure eadem reflexio, quia Sacrorum Ordinnm susceptio, cum nullam omninò habeat necessariam connexionem cum Professione religiosa, nullam pariter inducit favore istius præsum- 248
ptionem, egregiè *Rot. decis.* 195. *n.* 21. *part.* 4. *recent.* ibi -- *Tanquam res, à Professione separata* -- Circa quod concordant innumeri illi Authores, qui sequuntur celebre *consil. 6. Navar. tit. de His, quæ vi metusve caus.* allegati *Instit. crimin.* tertiæ Venetæ impressionis *lib. primo tit.* 10. §. 4. *num.* 196. & in *tom.* 5. *par. prima discept.* 12. *num.* 105. quibus addo *Rot.* 249
in decis. 276. *num. primo coram Vbald.* ibi -- *Nam de tempore, quo vixit Victricus, qui metum incusserat, videbatur indubitatum, metum non fuisse purgatum per perseverantiam in Religione, & alios actus, etiam susceptionis Ordinum, ex quo durabat eadem causa metus,* & *decisio* 552. *sub numero vigesimo coram eodem* ibi -- *Et eodem modo respondetur ad aliam præsumptionem, quæ desumitur ex Sacrorum Ordinum susceptione &c. Quia hæc præsumptio non plus operatur, quàm ipsa Habitus Professorum gestatio, vel præstatio suffragii; Imò minùs, tanquam res, à Profesione separata*, cum aliis apud *Monacell. in Formul. tomo quarto fol.* 38. *num.* 2.

Et viva ratio hæc est, quia susceptio Sacrorum Ordinum non est de illorum actuum numero, & qualitate; qui privativè exercentur à Religiosis claustralibus, vel eis quarto modo conveniat, eo quia communis est etiam Clericis secularibus, ut discurrebam in *Policastren. Restitutionis in integrum 7. Augusti* 250
1726. & cum quo discursu processit in dicta *Causa Policastren.* hæc Sacra Congregatio, solita benignitate concedendo Gratiam Restitutionis in integrum Religioso strictoris Observantiæ S. Francisci, post annos sexdecim recurrenti adversus propriam meticulosam Professionem, ut videre est in Folio, dicta die distributio ibi -- *Et quia opponi posset, quod Or-* 251
dines Sacros in Religione recepit ad titulum religiosæ Paupertatis, hinc inferendo ad Ratificationem Professionis, Replicatio nihilominus suppetit, & est, quod susceptio Sacrorum Ordinum, utpote separata à Professione, minùs operatur, quàm gestatio Habitus Professorum &c. iuxta latè deducta per D. Ursayam tom. 5. part. 1. discept: 12. num. 104. & 105.

Quibus addi possunt tres aliæ punctualissimæ Resolutiones hujus Sacræ congregationis, in quibus ex eadem ratione Sacra Congregatio Recurrentibus benignè Gratiam Restitutionis in integrum concessit, non obstante omnium Sacrorum Ordinum susceptione, nempè *Urbevetana Restitutionis in integrum* 14. *Novembris* 1711. & 11. *Martii* 1713. ut patet ex Folio, dicta die 14. Novembris distributo, ibi -- *Et post lapsum plurimam annorum, Sacris omnibus susceptis Ordinibus, tandem de anno* 1709. *recurrit &c.* Et *Amalphitana Restit. in integrum* 8. *Augusti ejusdem anni* 1711. iuxta verba illa Folii; *Solemnem Professionem peregit in Conventu S. Francisci Minorum de Observantia &c. ubi Sacris Ordinibus, tandem anno defluxo* 1510. *recurrit &c.* Et *Cremonen. Rest. in int.* 30. *Septembris*, & 18. *Novembris* 1713. quæ est in casu, longè fortiori, eo quia Religiosus, Sacris Ordinibus initiatus unacum aliis Religiosis, sequenti Juramenti formula prius declaraverat: *Nos Re-* 253
gulares Ordinum respectivè nostrorum, descripti in Lista &c. iuramus, tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis, in ma-

in manibus &c. spontè, & non coactè, Professionem in nostris respectivè Religionibus emisisse : Idque in exequutionem Concilii quinti Provincialis Mediolanensis, ut refertur in eodem Folio.

Retorquetur autem ad hominem reflexio illa P. Procuratoris Generalis, in §. *Accedit etiam* ejus Voti
254 quod Principalis *Recursum habuerit ad Sacr. Congregationem Episcoporum, postulans, ut, Habitu retento, in materna Domo degere posset, Matri suæ seni, & invalidæ ministrando*: habendo præ oculis duo in facto innegabilia.

Primum nimirum, comprobatum a qualificato Teste, cuius depositio data fuit in nostro Summario ibi: *Petiit Rescriptum Sac. Congregationis, ut habitaret in materna Domo, & hoc animo excitandi cum libertate, extra Religionem, Litem super dicta Nullitate*, circa
255 quod concordat alter æquè qualificatus Testis, in dicto Summario ibi -- *Sollicitandi Breve Apostolicum ad finem permanendi extra Religionem, Habitu retento, alendi causa suam Matrem; Sed Testi evidenter constat, quod finis unicus, & præcipuus, qui dictum D. Petrum movebat ad petendum simile Breve, erat ille introducendi Petitionem judicialem, de, & super nullitate suæ Professionis statim ac extra Religionem maneret*.

Secundum verò, quòd à tota facti serie, & continuis conquestionibus Principalis dictum ejus finem arguendo, æquè providi, ac attenti Superiores ejus Conventus, tali conatu, tantisque strenuis operationibus in Nunciatura Apostolica se se opposuerunt eidem principali fini, & præcipuo desiderio Principalis, ut iste coactus fuerit ab illius exequutione desistere, ut concludenter probavimus in Summario ex ingenua, & sonora Protestatione judiciali Procuratoris il-
256 lius Conventus, in quo Principalis moram faciebat, ibi -- *Post obitum dict. ejus Genitoris obtinuit Beneplacitum Apostolicum, ut Habitu retento, assisteret ejus Genitrici, permanendo in istius Domo, quod Rescriptum, licet Pater Seranus exhibuerit in Tribunali Nunciaturæ Apostolicæ pro illius exequutione, quia mei Principales se opposuerunt, recessit à simili prætensione*; Et maiori claritate nec non commendabili candore id fassus fuit P. Joannes Garzias unus ex Testibus con-
257 trariis ibi -- *Dictam licentiam prætendit sub prætextu alendi suam Genitricem, & Fratres pauperes, licet Religio noluit id concedere, & ita respondit &c.*

Longè autem à vero distant verba illa eiusdem Procuratoris Conventus *post obitum ejus Genitoris obtinuit Beneplacitum Apostolicum, ut Habitu retento, assisteret ejus Genitrici, permanendo in istius Domo*. Propositio enim æternæ veritatis in hac parte hæc est, quod
258 Sacra Congregatio Episcoporum permisit dumtaxat Principali, ut succurrere valeret indigentiis propriæ Matris, mediantibus Eleemosynis Missarum, expressè eidem denegando facultatem permanend. in materna Domo.

Ecce verba authentici Decreti, originaliter exhi-
259 biti in manibus Rev. Secretarii.

Ministri degl' Infermi. P. Pietro Serano -- Sacr. Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, Negotiis, & Consultationibus Episcoporum & Regularium præposita audito P. Procuratore Generali, ac attentis narratis, Oratoris Instantiam quoad permanentiam in Domo materna rejecit; Benignè tamen indulsit eidem, quatenus Matris, Sororis, &
260 *germani Fratris indigentiis; in Religione commorans, eleemosynis Sermonum, & Missarum, quas libere juxta Regulam celebrare potest, succurrere valeat. Romæ decima septima Septembris millesimo septingentesimo vigesimo tertio. Ita reperitur in Regesto autographo Decretorum Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, quod asservatur in ejus Secretaria; In quorum fidem &c. Romæ die decima quarta Iannarii millesimo septingentesimo trigesimo primo. A. Archiepisc. Petrensis Secretarius. Loco ✠ Sigilli.*

Obiter observando hic illegalia media, insolitosque modos, quibus exadverso prætenditur impediri Principali Gratia Restitutionis in integrum, serena fronte aliter narrando ea, quæ sola revolutione Regestorum
261 Sacr. Congregationum, quæ habemus in Urbe, apparent insubsistentia, exindè arguendo quid suspicandum sit de rebus, & factis, gestis in immensum distantibus Hispaniarum Regnis circa prætextum Hæreditatis Comitissæ Catenæ, Luciæ Martinez Verdeio.

Circa cuius magnificatam Hæreditatem omnem superant admirationem ea, quæ exadverso gratis ubique ad aures exagerata fuerunt ad faciendam magnam impressionem, quod scilicet unicus finis Principalis in promovenda præsenti Instantia, sit ille potiendi pingui Hæreditate d. Comitissæ, ad d. effectum læta fronte asserendo, quod idem Principalis Recursum habuit ad hanc Sacr. Congregationem post ipsius mortem. Et tamen hoc in facto nullam habet subsistentiam, dum in illo innegabile est, quod Principalis reclamavit die vigesima Julii millesimo septingentesimo vigesimo sexto. Quod ab hac Sacra Congregatione die 7. Septembris eiusdem anni millesimo septingentebmo vigesimo sexto, scriptum fuit pro Informatione, & Voto Archiepiscopo Toletano. Quod inter alios Testes, a dicto Archiepiscopo examinatos, annumeratur etiam d. D. Comitissa, examinata d. die quinta Aprilis, millesimo septingentesimo vigesimo septimo. Quodque illa mortales reliquit exuvias die 15. Julii 1728. 262

In istis igitur facti innegabilibus circumstantiis, qui potest capere, capiat, qua verisimilitudine asseri possit, quod Principalis reclamaverit intuitu opulentissimæ Hæreditatis d. Comitissæ, sibi Testamento relictæ, 263
eo tempore, quo ista super vixit duobus ferè integris annis post introductum Judicium Restitutionis in integrum; In quo inter alios Testes, ipsamet D. Comitissa testimonium pro veritate perhibuit in formali Judicio cum Juramento examinata; *Quia ubi Testamentum est, mors necesse est intercedat Testatoris; Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet, dum vivit, qui testatus est*, scriptum reliquit *Doctor Gentium ad Hebr. 9. 16. 17.*

Veritas hæc intra evidentiæ fines ponitur ex sola pervolutione voluminosissimi Processus de Partibus *fol.* 135. quem foliatim non semel percurrere volui; In illo enim, 264
inter alios Testes, formiter examinati fuerunt illi Religiosi, quos qualificatissimos vocat P. Procurator Generalis in eius Voto §. *Secundum*, nempè *P. Garzias, tunc temporis Provincialis P. Delaminos Viceprovincialis, P. Zamorra, Novitiorum Magister, & alii, ultra doctrinam, viri cordati, & pii*, in quorum longissimis iuratis depositionibus, nec jota unum, vel miserabilis legitur Apex de dicta opulentissima Hæreditate, multoque minus de divinatoria intentione Principalis, soli Deo nota, quod pro illa acquirenda introduxerit Judicium ad obtinendam Gratiam Restitutionis in integrum; Vim proindè facere videtur cuicumque sano intellectui reflexio hæc, quod, sive ex revelatione, sive ex relatione (Deus scit cuius qualitatis Relatoris) P. Procuratori Generali in Urbe probè notum sit magnum secretum dictæ opulentissimæ Hæredita- 265
tis *ad quam Orator quasi jam manus apposuerat &c.* sunt præcisa verba eiusdem P. Procurator Generalis in d. Voto, prorsusque ignotum dd. qualificatissimis *PP. Provinciali, Viceprovinciali, Magistro Novitiorum, aliisque ultra doctrinam, Viris cordatis, & piis*; Longè autem minorem inverisimilitudinem habere, imaginem falsitatis docuit *Bald. in leg. 1. num. 16. Cod.* 266
de serv. fugit. sequutus *in decis. 5. num. 21. tit de Probat. coram Falconer. tom. 3.* cum multis concordantibus, ibidem citatis.

Atque habemus in hac parte rotundum *Textum in leg. Si quis forte ff. de Pœnis*, in quo non habetur pro legitima talis taciturnitas, illa adducta bona ratione: *Non enim debebat tam magnam rem taudiù reticere*. 267
Quodque tarda allegatio alicuius motivi non sit veritatis inditium, notat *Oldrad. conf.* 185. à quo prædictum Textum didicisse fatetur *Craveta conf. 148. n. 12.* ut testatur *Rota coram Ansald. decis. 26. num. 14.* 268
& observat eadem *Rota in decis. 223. num. 16. coram Royas, & dec. 59 num. 9. part. 13. rec.*

Respectu Officiorum Religionis, à Principali exercitorum, his verbis magnificatorum in Voto P. Procura-

curatoris Generalis §. *Accedit: Libentissime multa Of-*
269 *ficia Religionis obivit, Capserii, Secretarii P. Provincialis, & Concionatoris*, supplicamus distinguere tempus illorum exercitiis, & eorundem Officiorum qualitatem.

Circa tempus, unus ex Testibus contrariis, nempe dictus P. Joannes Garzias, hæc cum Juramento asserit in Summario *Ipsemet Testis, cum esset Provin-*
270 *cialis, illum elegit in suum Secretarium, deditque licentiam ad prædicandum, & fuitque deputatus in Depositarium.*

Notetur quæso mysteriosa illa testificandi phrasis *dedit Licentiam ad prædicandum*, quæ non est synonima, sed longè minùs importat, ac aliquem destinare in Concionatorem gr. ex. pro Quadragesima, vel Adventu in tali, vel tali Ecclesia, & cum omni ser-
271 monis proprietate verificari potest in Licentia unicæ miserabilis Concionis, quæ aliquando ex permissione Provincialium sequi solet inter Religiosos ad probandam idoneitatem, & eloquentiam noviter Professorum, qualis tunc temporis erat Principalis.

Cùmque ejusdem P. Garzias Officium Provincialatus, prima vice ab illo exercitum, terminaverit die 3. Maii 1720. ut est in nostra Religione notorium, palpatur manibus, exercitium dd. Officiorum sequutum fuisse tempore, quo vivebat inhumanus Pater, qui obiit die 5. Octobris sequentis anni millesimo septingentesimo vigesimo primo, & consequenter exercitium eorumdem Officiorum, quando etiam ista habuissent annexam Jurisdictionem, & superioritatem in Subditos, adhuc in nulla consideratione habendum esset, ex allegatis supra, quibus addimus
272 alios, sequutos à *Pignatell. consult.* 173. *à num. 6. tom. 9. & à Rota in decis. 628. per totam, & signanter num. 6. cor. Merlin.* ibi -- *Permanente causa incussi metus, nec functio muneris Cellerariæ, nec permanentia in Religione, nec quicumque alii actus, suffragantur ad inducendam Ratificationem Professionis*; Observando præcipuè, quod annis 1719. & 1720. quibus prima vice fuit Provincialis P. Garzias, Principalis, vix egressus à Novitiatu, constitutus reperiebatur in solo Ordine Subdiaconatus, nec etiam conveniens erat eidem dare Officia, habentia annexam Jurisdictionem, & superioritatem in Religiosos.

Dixi, *quando habuissent annexam Jurisdictionem, & superioritatem*; Quia exercitia Officiorum, talem Jurisdictionem annexam non habentium, ad effectum præsumendi validam ratificationem Professionis nullæ, attendi non mereretur, prout cum effectu (beni-
274 gnè Recurrentibus concessa Gratia Restitutionis in integrum) non fuerunt habita in consideratione in sequentibus Causis, ab hac S. Congregatione decisis, aliisque cum majori otio adducendis, nempè in.

Albiganen Restitutionis in integrum 28. Julii, & 18. Aug. 1696. lib. 46. Decr. fol. 315. à tergo, & fol. 345. à terg.
Altisiodoren. R.i.i. 24. Jan. 1705. lib. 55. Dec. fol. 25. à ter.
Amalphitana R.i.i. 8. Aug. 1711. lib. 61. Dec. fol. 361.
Anconitana R.i.i. 20. Dec. 1664. & 28. Mart. 1665. f. 461.
Antuerpien R.i.i. 10. Julii 1706. lib. 56. Dec. fol. 228.
Aquen. seu Arelaten. R.i.i. 29. Jan. & 19. Febr. 1701. lib. 51. Dec. fol. 64. à terg. & fol. 96. à terg.
275 *Bajocen. R.i.i. 16. Jan. 1700. lib. 50. Dec. fol. 1. à terg.*
Bisuntina R.i.i. 18. Jun. & 9. Jul. 1701. li. 51. f. 341. & 372.
Bisuntina R.i.i. 24. Sept. 1712. lib. 62. Dec. fol. 360. à ter.
Bisuntina R.i.i. 9. Sept. 1713. lib. 63. Dec. fol. 386. à ter.
Bisuntina R.i.i. 2. Dec. 1713. lib. 63. Dec. fol. 504. à tergo.
Bisuntina R.i.i. 13. Jan. 1714. lib. 64. Dec. fol. 3. à tergo.
Bononien. R.i.i. 17. Apr. 1706. lib. 56. Dec. fol. 120.
Brundusina R.i.i. 12. Nov. 1712. lib. 62. Dec. fol. 411. à terg.
Caputaquen. R.i.i. 2. Aug. 1710. lib. 60. Dec. fol. 301.
Casertana R.i.i. 28. Apr. 1714. lib. 64. Dec. fol. 167. à terg.
Cathacen. R.i.i. 23. Mar. & 20. Ap. 1697. l. 47. D. f. 114. 149
Ceneten. R.i.i. 16. Martii 1720. lib. 70. Dec. fol. 88.
Cephaluden. 14. Feb. & 18. Jul. 1699. li. 49. D. f. 47. à t. f. 252
Corduben. R.i.i. 17. Dec. 1701. lib. 51. Dec. fol. 587. à tergo.
276 *Cremonen. R.i.i. 18. Nov. 1713. lib. 63. Dec. fol. 458. à terg.*
Elnen. R.i.i. 5. Martii, 9. Ap. 1701. lib. 51. D. f. 131. 170. à t.
Ferrarien. R.ii. 15. Martii 1712. lib. 62. fol. ...
Geneven. R.i.i. 3. Martii 1708. lib. 58. Dec. fol. 75. à ter.
Januen. R.i.i. 17. Junii 1713. lib. 63. Dec. fol. 252.
Januen. R.i.i. 13. Apr. 1715. lib. 65. Dec. fol. 161. à ter.
Mantuana R.i.i. 11. Junii 1698. lib. 48. Dec. fol. 300. à ter.
Mantuana R.i.i. 15. Nov. 1698. lib. 48. Dec. fol. 522. à terg.
Mantuana R.i.i. 6. Jan. 1700 & 19. Julii 1701. lib. 50. Dec. fol. 2. & lib. 51. fol. 375.
Mantuana R.i.i. 1. Apr. 1702. lib. 52. Dec. fol. 133. à t.
Mantuana R.i.i. 16. Nov. & 7. Dec. 1715. lib. 65. Dec. fol. 447. à terg. & fol. 479.
Montis Politiani R.i.i. 30. Aug. 1698. lib. 48. De fol. 426. à t.
Neapolitana R.i.i. 19. Apr. 1692. lib. 42. Dec. fol. 240.
Neapolitana R.i.i. 12. Apr. 1710. lib. 60. Dec. fol. 153. à t.
Neapolitana R.i.i. 8. Febr. 1710. lib. 60. Dec. fol. 57. à terg.
Neocastren. R.i.i. 21. Aug. & 11. Sept. 1728. l. 78. Dec. f. 418.
Pacen. R.i.i. 19. Dec. 1722. lib. 72. Dec. fol. 591.
Papien. R.i.i. 17. Febr. 1663. lib. 23. Dec. fol. 437. à tergo.
Policastren. R.i.i. 7. Sept. 1726. lib. 76. Dec. fol. 475.
Provinciæ Bethicæ R.i.i. 11. Martii 1702. lib. 52. Dec. f. 97.
Romana R.i.i. 3. Martii 1708. lib. 58. Dec. fol. 75. à terg.
Sancti Miniati R.i.i. 3. Oct. 1705. lib. 65. Dec. fol. 361. à t.
Senen. R.i.i. 1. Dec. 1703. lib. 53. Dec. fol. 518. à terg.
Suessana R.i.i. 8. Febr. 1710. lib. 60. Dec. fol. 57. à tergo.
Suessana R.i.i. 3. Aug. 1715. lib. 65. Dec. fol. 337. à terg.
Sulmonen. R.i.i. 24. Apr. 1594. lib. 44. dec. fol. 173. à tergo. 277
Taurinen. R.i.i. 23. Februar. 1669 lib. 26. dec. fol. 180. à ter.
Taurinen. R.i.i. 5. Martii 1712. lib. 62. dec. fol. 75.
Tolonen. R.i.i. 28. Februarii 1693. lib. 43. dec. fol. 86.
Tholosana R.i.i. 18. Julii 1705. lib. 55. dec. fol. 264.
Toletana R.i.i. 18. Maii 1715. lib. 65. dec. fol. 214. à tergo.
Tullen. R.i.i. 23. Januarii 1706. lib. 56. dec. fol. 24.
Ulixbonen. R.i.i. 17. Novembris, & prima Decembris 1714. lib. 64. dec. fol. 430. & 423. à tergo.
Urbevetana R.i.i. 14. Novemb. 1711. & 11. Martii 1713. 278
lib. 61. dec. fol. 500. à tergo, & lib. 63. fol. 81. à tergo.
Urbevetana. R.i.i. 11. Martii. 1713. lib. 63. Decret. fol. 81.

Disparatis ratio inter exercitium Munerum cum Jurisdictione, vel sine, palpabilis est, quia in primo casu, declarata Professione nulla, omnes actus, gesti à Religioso, nulliter professo, remanent nulli, & quidem non sine scandalo Populi, nec absque Religionis detri- 279
mento, præcipue, quatenus agatur in terminis receptionis, & admissionis Religiosorum ad Habitum, vel ad Professionem; Non sic autem in secundo casu, in quo ex declaratione nullitatis Professionis nullum sequitur inconveniens. Gratia exempli in nostro casu, quòd P. Seranos, vix expleto Novitiatus anno, & quod magis est, durante Vita inhumani Patris, exegerit aliquem summam, illamque expenderit de mandato sui Provincialis; Quodque, ipso dictante, scripserit aliquas, vel multas Epistolas, habueritque aliquas panegyricas Orationes, vel Conciones, nullum scandalum generat in Populo, nullumque præjudicium Religioni resultat ex Gratia Restitutionis in integrum, concessa adversus ejus meticulosam Professionem, ut patet Consideranti, quam diversitatis palpabilem ratione, sequendo insignem theoricum 280
Navarum in consil. 40. quæst. ult. de Regularib. notat insignior theoricus, & Sacrarum Congregationum laudabilis Soliti magnus practicus *Fagnanus* (qui anno 1616. erat hujus Sacr. Congregationis Secretarius, ut refert *in cap. Cum contingat numit.* 51. *in fin. de Decim.*) *in cap. Perlatum num.* 52. *de his, quæ vi, metusve caus.* ibi -- *Ne aperiatur via quamplurimi Religiosis ad Seculum redeundi cum Populi scandalo, & Religionum detrimento, præsertim quoad eos, qui Muneribus, & Officiis functi sunt, quorum Actus legitimi nullitatis periculo subiacebunt, si eorum Professiones irritæ decernantur.* Ubi quod ad hoc inconveniens evitandam *Mos Religionum non est, ut Subditi infra il-* 281
lud tempus (hoc est quinquenium) *ad Gradus, & Prælaturas promoveantur.*

Perstringendo demum omnia, in præsenti, & deducta. De vi, & metu, cadentibus in constantissimum Virum Principali in tenera ętate constituto, barbaris modis incussis, ab inhumano Patre, deque continuatis, & nunquam intermissis conquestionibus, & irremediabilibus lacrymis innocentis, & angariati Filii, dubitari non potest; Et consequenter in controversiam revocari nequeat

patens nullitas ejus Professionis ; Deus enim coacta
281 servitia aspernatur , atque voluntarium Militem sibi eligit Christus , scriptum reliquit *D. Ambros. de Vit. beat. libro primo cap.* 3. & juxta Dictum *Apostol.* 2. *ad Corinth.* 9. 7. *Hilarem Datorem diligit Deus*, ad nostrum præcisum effectum sequutum *à Rota coram Carill. decis.* 229. *num.* 1. *& coram Arguell. decis.* 25. *eodem numero* .

Ratificatio autem ejusdem Professionis non potest desumi ex renovatione Votorum, facta in vita Patris , quia , uti actus sequuti durante causâ metus , in nulla habentur consideratione , Post mortem verò ejusdem Patris , annis 1721. 1722. 1723. 1724. & 1725. neque etiam exadverso allegatur, quia in rei veritate emissa nullatenus fuit ; Illa demum anni 1726. quando Pater mortuus erat , nullum pari-
283 ter operata fuit effectum , uti qualificata, & restricta verbis illis: *Facio id ipsum eademmet forma , prout Professionem feci , ex quo sicuti Actus ille fuerat per vim , & metum factus , & consequenter nulliter , ita etiam exequebar alium secundum actum ratificationis , vel renovationis Votorum* . Ultra quod in Iure uno, ore receptum est inter Theologos, & Canonistas , quod Votorum renovatio quando (ut in præsenti verificatur) præscripta est à Constitutionibus , non potest dici libera , minusque voluntaria , qualis ad nostrum effectum debet esse .

Non ex susceptione Sac. Ordinum , quia Subdiaconatum prius susceperat ex maximo impulsu , & mediantibus violentis operationibus Patris, tunc viventis , à quo Sacro Subdiaconatus Ordine resilere ampliùs non poterat . Ultra quod susceptio nedum
284 Subdiaconatus , sed etiam omnium trium Sacrorum Ordinum , liberè facta , uti Actus à Professione Religiosa prorsus separatus , & secularibus Sacerdotibus communis , ad nostrum effectum non habetur in consideratione .

Non à Licentia in Domo materna assistendi Matri seni, & infirmæ ; Quia factum in hac parte non regit , cùm fuerit eidem Principali à Sac. Congregatione Episcoporum rotundè denegata ; imò petitio ejusdem licentiæ ad hominem tetorqueretur , quia petita fuit eo præciso fine , & intentione , pluribus
285 Testibus antecedenter clarè declarata , quid cum Iuramento deponunt: *Quod similem Gratiam obtinuisset, habebat in animo probare nullitatem suæ Professionis , dum sic poterat quiete Litem movere , & absque metu, quo angebatur intus Religionem* .

Non ex spe acquirendi opulentissimam Hæreditatem;Quia illa neque concludenter probatur, neque ve-
286 risimilis erat tempore , quo inceptum fuit Iudicium pro obtinenda Gratia Restitutionis in integrum .

Ultra quod, ingenuè fatendo in hac parte meam imbecillitatem , nescio videre , quid commune habeat cum Gratia Restitutionis in integrum , humillimè petita ex fundatis rationibus , supra adductis, æquè vaga , incerta , atque , experientia teste , fallacissima spes obtinendi aliquid à voluntate unius ; vel alterius Mulieris , quæ , nedum qualibet die ,
287 sed ter in hora mutari solent , experientia teste ; & id observante *Card. de Albic. de Inconstant. in Iudic. in proem. num.* 39. ubi refert versus illos, registratos à *Gloss. in cap. Forus* 10. *verb. Varium de verb. signif.*

Quid leviùs fumo ? Flamen . Quid flamine Ventus .
Quid Vento? Mulier . Quid Muliere ? Nihil .

Non demum ab exercitio Officiorum Religionis; Quia id evenit , vivente Patre , quando Principalis in iuvenili ætate constitutus vix à Novitiatu egressus erat , & solum Subdiaconatus Ordinem susce-
288 perat : Et quod magis est respectu Officiorum , nullam habentium annexam Jurisdictionem , nullamque involventiam superioritatem in Religiosos .

Quæ omnia eò faciliùs admittenda videntur, attenta favorabili Relatione Archiepiscopi Toletani , ab hac Sac. Congregatio pro veritate , & conscientia de suo sensu requisiti, ubi solemne perhibet testimonium , quod : *Facta fuerunt Acta , & probationes*
289 *coram meo Vicario generali , auditis Superiore locali , & Fiscali Ecclesiastico. Testes , qui de illis deposuerunt , sunt Personæ fide digne , & timoratæ conscientiæ , eorumque Depositionibus adhibenda est fides* ; *Quapropter videtur quod prædictus P. Petrus iustificaverit contextum Supplicationis , Sanctissimo factæ* ; Nedum enim , tanquam Ordinarius , consequenter plenè informatus ; & egregiè instructus de rebus , & factis suæ Diœcesis , sed uti ab hac Sac. Congregatione pro veritate requisitus , & tanquam S. R. E. dignissimus Cardinalis , omnem meretur fidem , ut respectu primæ 290
conclusionis videre est apud *Rot. decis.* 305. *nu.* 12. *& decis.* 460. *num.* 9. *&* 10. *part.* 18. *recent.* Respectu secundæ *in decis.* 14. *num.* 7. *coram Ansald.* Et res- 291
pectu tertiæ *in Romana Pecuniaria* 26. *Februarii* 1725. 292
§. Frustra coram Cerro .

Necnon præ oculis habendo æquè infelicem deplorabilem , atque omni commiseratione dignissimum , pessimumque salutis statum Principalis, cui cum omni sermonis proprietate convenire videntur verba illa 293
Deuter. 58. 59. *Plagas meas magnas , & perseverantes , infirmitates pessimas , & perpetuas , & Ecclesiast.* 2. 23. *Cuncti dies eius doloribus, & erumnis pleni sunt , nec per noctem requiescat . Laborat enim quodam accidenti asmatico, Curationis incapaci &c. Quapropter dictus P. Petrus nunquam erit capax perfectæ curationis à radice , quia morbus jam est valde inveteratus , & radicatus* , sunt verba *Excellentissimorum Physicorum Matritensium.* Quæ omnia veritate impellente , ultro admitit P. Procurator Generalis in ejus 294
Voto ibi -- *Ex præfata habituali Infirmitate &c. Neque humilis nostra Congregatio Infirmorum Ministerio addicta , nocte , ac die commodum aliquod , vel utilitatem poterit in posterum sibi promittere ab involuntario , & coacto filio &c.* Quibus antiquis , inveteratis , & radicatio pessimis corporis affectionibus , in Urbe superadditæ fuerunt aliæ , quæ compassionem extor- 295
quere aptæ sunt ab ipsemet lapidibus , juxta phrasim *Farinac. consil. crim.* 108. *num.* 2. *tom.* 2.

Ex quibus proinde remanet manifestum quod in circumstantiis nostri casus Gratia Restitutionis in integrum , à Principali petita , tendit potiùs ad favorem nostræ Religionis , ut solidè discurrendo observant classici illi Authores , quorum verba supra re- 296
gistravimus Quibus addo *Fagnan. in cap. Perlatum num.* 53. *de his , quæ vi , metusve caus.* ibi : *Abeuntibus satius sit Potem , ut dicitur argenteum , construere, quam viam occludere , ex his , quæ docet D.Thom. quodlibet* 12. *art. vult.* Ibique , æquè punctualibus authoritatibus demonstravimus , id verùm esse, etiamsi aliquod remaneret dubium circa Professionis validitatem , quia in isto semper inclinandum est pro libertate , quando dubium versatur circa liberam , & spontaneam voluntatem Profitentis (qui sunt præcisi termini nostri casus.)

Omnia hæc: præcipuè simul unita, de toto rigore justitiæ videntur superabundare , etiam ad effectum obtinendi declarationem nullitatis professionis ; & proindè multò magis erunt sufficientia pro obtinenda sola Gratia Restitutionis in integrum , qua stante 297
repositus erit Principalis in eo statu, in quo futurus fuisset, si quinquennium non fuisset elapsum sunt verba : *decision.* 952. *numer. secundo , coram Emerix Junior* , ad quem effectum minores probationes attenduntur , relicta illarum ponderatione formali judicio nullitatis Professionis, juxta magistralem *Sac. Rotæ deci-* 198
sione in Taurinen. Nullitatis Professionis impressa *apud Pignatell consult.* 173. *num.* 163. *tom.* 9. cum aliis punctualibus authoritatibus , allegatis supra.

Adversus, quæ non relevat reflexio, quod concessa Gratia Restitutionis in integrum, causa videatur finita , ex quo hæc Sacra Congregatio, juxta ipsius recentem, laudabilemque praxim , quando eandem Gratiam Restitutionis in integrum concedit , Causa habetur pro terminata, & ferè cæremoniales dicuntur Actus illi , qui postea fieri debent per Locorum Ordina- 299
rio, ex firmatis per *Rotam in Januen. Restitutionis in integrum* 3. *Julii* 1702. *§. Et quanquam coram Molines* , impressa *apud Advoc. Pompeium Ursayam in Miscellan. Sacro , & Profano part.* 2. *decis.* 9. *num.* 4.

Ultra

Ultra quod enim probationes, ex hac parte adductæ ad demonstrandam nullitatem Professionis Principalis,
300 & excludendam illius Ratificationem, videntur incapaces augumento.

Ad omnem omnino scrupulum in hac parte tollendum, dicimus, quod, prævia benigna concessione Gratiæ Restitutionis in integrum, à Principali humillimè petitæ, quando vel minima superfit difficultas, potest hæc Sac. Congregatio demandare novi Processus confectionem, novasque probationes omnis generis exquirere; Injungendo ulterius, ut præsens articulus nullitatis Professionis decidatur ab hac Sacr. Congregatione, in qua id novum non erit, uti sæpè ab eadem practicatum, & punctualissimè
301 *in alia Toletana, seu Matriten. Nullitatis Professionis 13. Augusti 1718.* juxta verba illa Folii *Petrus de Sousa Correa, Professus in Ordine Minorum Capuccinorum, huic Sacr. Congregationi supplicavit pro Restitutione in integrum adversus Regularem Professionem, à se emissam in Ordine prædicto &c. Obtenta in integrum Restitutione, idem Petrus Sanctissimo supplicavit, ut Causam Nullitatis Professionis huic Sac. Congregationi delegaret, auditoque tunc temporis Secretario, Sanctitas Sua hujus ejusdem Instantiæ examen ad eandem Sac. Congregationem remisit*; Quæ deinde pro nullitate ejusdem Professionis respondit. Necnon in multis alii similibus Causis, nempè in

Siculana N. P. 18. Maii, & 27. Julii 1726. & 11. Januarii 1727. lib. 76. dec. fol. 257. & 387. & lib. 77. dec. fol. 2.

Tolosana N. P. 27. Julii 1707. libr. 57. decis. fol. 274.

Tudertina N. P. 20. Decembris 1721. & 7. & 28. Februarii, & 14. Martii 1722. lib. 71. dec. fol. 589. & lib. 78. dec. fol. 600.

Tullen. N. P. 7. & 21. Octobris 1721. & 17. Julii 1723. lib. 71. decis. fol. 555. à tergo, & lib. 73. dec. fol. 337.

Veneta N. P. 18. Augusti 1696. libr. 46. dec. fol. 345.

Viennen. N. P. 25. Januarii, 8. Februarii, & 13. Decembris 1721. libr. 71. decis. fol. 43. & fol. 73. & fol. 398. à tergo

RespectuCongregationis Episcoporum, & Regularium in Balneoregien. Nullitatis Professionis 12. Martii 1727. Ponente Card. Petra, de qua in tom. 7. part. 1. discept. 13.

Neapolitana N. P. 7. Decembris 1718. de qua in tom. 3. part. 1. discept. 6.

Prænestina N. P. 12. Novembris 1717. Ponentur Card. de Abdua, de qua in tom. 3. part. 1. discept. 8.

Respectu Congregationis particularis, compositæ ex Cardinalibus Carpineo, Casanatta, Marescotto, Petruccio, & Colloredo, Sacripante in Conversana Nullitatis Professionis 12. Aprilis, & 20. Julii 1698. de qua Monacelli in Formul. tom. 3. tit. 1. form. 36. sub n. 8.

Respectu alterius Congregationis particularis, compositæ ex Cardinalibus Carpineo, Marescotto, Colloredo, Panciatico, & Bichio in Januen. Nullitatis Professionis, 8. Aprilis 1704. de qua in to. 1. part. 1. discept. 20. num. 136. & Rot. in Romana, seu Januen. Successionis 3. Junii 1729. §. Quandoquidem coram Corio.

Respectu hujus Sac. Congregationis Concilii in Amerina Nullitatis Professionis 20. Decembris 1721. lib. 71. Decret. fol 589. & 17. Januarii, 7. & 28. Februarii, & 14. Martii ejusdem anni lib. 72. dec. fol. 2. à tergo, fol. 41. à tergo, & fol. 74. & fol. 93.

Assisien. N. P. 28. Novembris 1705. lib. 55. dec. fol. 421. à tergo.

Asten. N. P. 29. Augusti 1609. 15. Martii, & 5. Julii, & 20. Septembris 1710. lib. 59. dec. fol. 298. à tergo, & libr. 60. fol. 99. à tergo, & fol. 268. & 368.

Calaritana N. P. 18. Decembris 1728. lib. 72. decis. fol. 600.

Carnoten. N. P. 23. Julii 1718. lib. 68. Decr. fol. 287. à tergo.

Cassanen. N. P. 24. Maii 1727. lib. 77. decis. fol. 307. à tergo.

Cathacen. N. P. 20. Novembris 1728. lib. 78. decis. fol. 531.

Comen. N. P. 13. Januarii 1720. libr. 70. decis. fol. 1.

Firmana N. P. 8. Februarii, & 15. Martii 1727. lib. 77. decis. fol. 107. à tergo, & fol. 149. à tergo.

Firmana N. P. 27. Julii 1730. lib. 80. dec. fol. 104.

Florentina N. P. 27. Julii 1726. lib. 76. decis. fol. 385. à tergo.

Leodien. N. P. 2. Augusti 1721. & 13. Junii 1722. lib. 71. dec. fol. 306. à tergo, & lib. 72. dec. fol. 274. à tergo.

Lugdunen. N. P. 7. Septembris 1720. lib. 70. dec. fol. 408. à tergo.

Mantuana N. P. 18. Augusti 1696. lib. 46. dec. fol. 345.

Mantuana N. P. 30. Januarii, & 27. Februarii 1717. lib. 67. dec. fol. 30. & 57.

Melevitana N. P. 8. Augusti 1705. lib. 55. dec. fol. 293. à tergo.

Neapolitana N. P. 14. Martii. 1705. lib. 55. decis. fol. 73.

Neapolitana N. P. 27. Maii 1713. libr. 63. decis. fol. 222.

Neapolitana N. P. 11. Junii, & 2. Julii 1718. lib. 68. decis. fol. 230. & 253.

Neapolitana N. P. 17. Decembris 1718. & 21. Januarii 1719. lib. 68. dec. fol. 52. à tergo, & lib. 69. fol. 1.

Neapolitana N. P. 9. Septembris 1724. lib. 74. decis. fol. 356. à tergo.

Ordinis Cappucinorum N. P. 20. Novembris 1728. lib. 78. dec. fol. 531.

Papien. N. P. 27. Junii, & 8. Augusti 1705. lib. 55. dec. fol. 235. à tergo, & fol. 291. à tergo.

Papien. N. P. 4. Junii 1707. libr. 57. dec. 208. à tergo.

Passavien. N. P. 28. Septembris, & 16. Novembris 1709. lib. 59. dec. fol. 332. & fol. 574.

Placentina N. P. 4. Junii 1707. libr. 57. decis. fol. 208. à tergo.

Posnanien. N. P. 27. Augusti 1712. libr. 62. decis. fol. 324.

Provinciæ Romanæ N. P. 31. Julii 1723. lib. 73. dec. fol. 385.

Provinciæ Romanæ Cappucinorum N. P. 1. Julii 1724. lib. 74. dec. fol. 188.

Romana N. P. 3. & 24. Augusti 1720. & 11. Januarii 1721. lib. 70. dec. fol. 330. & fol. 371. à tergo, & lib. 71. dec. fol. 2.

Romana N. P. 1. Octobris 1720. lib. 70. decis. fol. 442. à tergo.

Sabinien. N. P. 1. Julii 1662. lib. 23. dec. fol. 213.

Savonen. Nullitatis Professionis 4. Februarii, & 5. Augusti 1719. & 13. Aprilis 1720. libr. 69. & 70. Decret.

Non autem unus vel alter, minusque duo, vel tres, qui in omni materia concludentem faciunt probationem, juxta punctuales resolutiones hujus Sacr. Congregationis in nostris præcisis terminis allegatas supra; Sed viginti sex qualificati Testes, fer. fer. examinati fuerunt in hac Causa, auditis Superiore locali, & Fiscali Ecclesiastico, qui uno labio, & per unicum sermonem concludentissimè probarunt maximam vim, & æqualem metum, quibus medantibus omni commiseratione dignissimus Principalis coactus fuit solemnem emittere Professionem, illiusque continuas, & nunquam interruptas conquæstiones, fixamque voluntatem reclamandi adversùs suam meticulosam Professionem; Qui sunt 1. Augustina 308
Gil. 2. Maria Thomiz. 3. Angela Romera. 4. Angela de Ochoa. 5. Emanuel de la Pena. 6. Josepha Verma. 7. P. Antonius Gonzalez. 8. P. Jo: Antonius Fuente. 9. P. Jo: Antonius del Rio. 10. P. Franciscus Pazo. 11. P. Michael de Carralho. 12. Lucretia Martinez Comitissa Catena. 13. Jo: Emanuel de Posa. 14. Maria Emanuel Serano. 15. Isabella de Palazuelos. 16. Joseph Veniter. 17. Emanuel Serrin. 18. Emanuel de

de la Rena. 19. Joseph Vermexo. 20. Andreas Lopez Arias. 21. Joannes Serano. 22. P. Antonius de Zamorra. 23. P. Joannes Garzias. 24. P. Michael Alaminos. 25. P. Josephus Priettus, & 26. P. Franciscus de Paxos.

Tremit autem manus scribere, quod omnes *prædicti Testes, fide digni, & timoratæ conscientiæ, quorum Depositionibus adhibenda est fides*, sunt verba Archiepiscopi Toletani, diversæ Professionis, & qualitatis, in propriarum Animarum irreparabile præjudicium, uniformi mala voluntate conspirare voluerint in perniciem illius veritatis, quàm quærimus, quod
309 ferè impossibile visum fuit *Sac. Rotæ in dec.* 408. *num.* 10. *coram Priol.* ibi: *Manifestam imverisimilitudinem implicat, quod tot Personæ disparis conditionis adstruendam hujusmodi falsitatem conspiraverint*; Et in terminis
310 trium dumtaxat Testium eadem *Rot. cor. Emer. Jun. decis.* 1251. *n.* 7. ibi -- *Per tres Testes &c. quos verisimile non est conspirasse omnes in falsitatem, præsertim sine ullo lucro, vel interesse.*

Et quod magis est tres ex iisdem Testibus, illius sexus, qui devotus dicitur, munitis omnibus Ecclesiæ Sacramentis, ex hoc Mundo discesserunt, non retractatis eorum juratis Depositionibus, quæ circumstan-
311 tia eorum fidem in immensum auget, *Rot. coram Priol. dec.* 68. *n.* 19.

Non possunt hæc exadversò controverti; sed dicitur à secundo contrario Teste, quòd *si Pater Principalis exequutus fuisse contra Filium violentias, non deerant mille modi Principali, ut ei non indulgeret quoad hoc punctum*, excusando se ipsum, eo quia omnes Testes recordant in eo, quòd ipse fuit primum Mo-
312 bile coactionis Principalis, *Falsum est, quod nullum, præter ipsum Testem, potuerit illum inducere, ut fieret Religiosus, quia Testis illum non induxit, neque habet genium, & conscientiam ad id patrandum*; Præcipue, quia deinde ingenuè fatetur, eidem Principali subministrasse omnes necessarias expensas pro ingressu in Religione. Tertius asserit dumtaxat, *ad ejus notitiam non pervenisse, quòd Principalis coactus;*
313 *& volentatus fuerit à suo Genitore, nec ab ulla alia Persona*, Cum quo concordat quartus, qui ulterius genue fatetur, *Nescit, quòd obtinuerit Officium Secretarii Provincialis* (Obiter observando hic qualitatem dicti exadv. magnificati Officii Secretarii Provin-
314 cialis, cuius notitia non pervenit ad aures unius *ex dictis qualificatis Religiosis, Viris, ultra doctrinam, cordatis, & piis*, iuxta verba P. Procuratoris Generalis, & Ego addo, moram facientis in illa Provincia, ubi supponitur dictum Officium exercuisse, quod superare videtur omnem admirationem.)

Omnes autem dicti tres Testes contrarii, tanquam ex Cathedra loquentes intrepidè asserunt, quod minæ, Principali repetitæ ab inhumano Patre, non fuerunt sufficientes ad annullandam illius Professio-
315 nem, ibi -- *Testis judicat, quòd non erant sufficientes, licet essent certæ, minæ sui Genitoris*, ibi -- *Testis pro certo habet, quòd non erant sufficientes minæ sui Genitoris*; In qua parte nullam merentur fidem, quia Testis officium est, asserere ea, quæ in facto
316 scit, intactam relinquendo Judicibus judicandi munus & potestatem, *Rot. decis.* 829. *numer.* 8. *coram Dunozett. jun. & decis.* 544. *numer.* 5. *part.* 18. *recentior.*

Posito proindè, quod evidenter constet de nullitate Professionis Principalis, deque illius continuis conquestionibus, ejus miseriæ miserendo, faciliùs ad-
317 mittendæ videntur responsiones, supra adductæ adversùs objecta, quæ contra ipsum exadverso exagerantur.

Inter quas responsiones circa assertam spem opulentissimæ hæreditatis, à qua Principalis prætenditur motus ad promovendam præsentem Instantiam, animadversionibus, supra adductis addimus sequentem cathegoricam responsionem, deductam ex formali examine dictorum trium contrariorum Te-
318 stium, qui proindè favore Principalis concludentissimam faciunt probationem, ex firmatis per *Rot. in dec.* 73. *n.* 15. *& dec.* 329. *n.* 10. *p.* 19. *rec.* Quorum

Primus est P. Joannes Grazias Procurator Generalis, ubi asseritur *Testis certissimè infert, quod si permissum fuisset d. P. Petro libere, & ad sui libitum vivere in Oppido Matriti, nunquam introduxisset talem prætensionem*. Secundus P. Michael Alaminos ex Pro- 319
curator Generalis, ibi -- *Testis habet pro certo, quod si P. Petrus coactus non fuisset exire à Matrito, tale Rescriptum non exhibuisset, neque præsentem Instantiam promovisset*. Tertius P. Josephus Priettus, ibi -- *Te- 320
stis absque dubio credit, quod si coactus non fuisset ad execundum à Matrito &c. & id totum Testis scit, tam quia est notorium, quam quia id expertus, fuit.*

Dum igitur dd. tres contrarii Testes, ultra doctrinam, Viri cordati, & pii, *pro certo* habent, *certissimè* existimant, *& absque dubio* sciunt, *quia notorium est, & quia experti sunt*, quod Principalis motus fuerit ad promovendam præsentem Instantiam à Præcepto, sibi à P. Provinciali injuncto, discedendi ab Oppido Matriti, non est permissum, aliud divinando asserere ad faciendam impressionem, sine facti assistentia, illiusque concludenti pro- 321
batione, per ea, quæ notat *Rot. decis.* 424. *numer.* 7. *part.* 4. *tom. secundo recent.* ibi -- *Quod hæreditas ad ipsum deveniret &c. quia hæc est mera divinatio.*

Eademque pia meditatio, uti extra Acta, seu non contenta in voluminoso Processu (quem ita exigentibus justitia, & necessitate ad re cognoscendum bonum Jus Principalis, anathomatizare volui) dicitur extra Mundum ex vulgatis apud *Bich. decis.* 322
396. *numer.* 17. Illiusque respectu undique afflictus Principalis uti potest responsione illa præteriti seculi Dignitatis Episcopalis honoris, & ornamenti *S. Francisci Salesii nelli Discor. di Sag. Controv. par.* 2. *disc.* 5. 323
ante fin. fol. 74. *Perche voi non allegate in prova di ciò, che una vostra semplice affermativa, senza altro riscontro particolare. Io vi sodisfarò, senza vostra offesa, con una assoluta mia negativa*: Est enim d. contraria propositio de illarum numero, de quibus Canonistarum 324
Pater *Innocetius in cap. Olim* 17. *ante num.* 1. *de Restit. Spol.* ait: *In labiis Assertoris solet aliquando residere subsistentia alicujus propositionis, & Innocentium* sequitur *Bald. inter Usus Feudor.* §. *Sacramentum de consuetud. rect. feud. sub num.* 17.

Non regit in facto, quod Principalis ad titulum religiosæ paupertatis promotus fuerit ad Sac. Ordines post mortem Patris, quia Subdiaconatum suscepit, adhuc illo vivente, & ex ejusdem violentis operationibus. Omnibus autem notum est, quòd in susceptione Sac. 325
Subdiaconatus Ordinis specificatur, & assignatur titulus Beneficii, Pensionis, Missionis, Paupertatis religiosæ, Patrimonii &c. ad quem Sacerdotes Seculares, & Religiosi ordini solent.

In d. igitur Sacro Subdiaconatus statu ad titulum religiosæ Paupertatis in vita Patris existens Principalis, non nisi ex mera, & maxima necessitate transivit ad Diaconatum, & Sacerdotium. Et tamen etiam in illis terminis, in quibus Religiosus omnes tres Sac. Ordines recipit ad titulum religiosæ Paupertatis, adhuc hæc Sacra Congregatio concedere solet Gratiam Restitutionis in integrum Recurrentibus adversus eorum meticulosas Professiones, ea viva ratione, quia Sac. Ordinum susceptio, tanquam res prorsus distincta, & omnino separata à Professione religiosa, operatur mi- 326
nus, quàm Professorum Habitus gestatio, ex adductis supra quibus addo *Rodriq. qu. Regular. tom.* 3. *qu.* 17. *art.* 16. ibi -- *Quia susceptio Ordinis res est à Professione distincta, & Pignatell. consult.* 173. *num.* 95. *tom.* 9. ibi -- *Quoad susceptionem Ordinum cùm sint actus qui citra Jus, & nomen Religionis fieri possint, & conveniunt etiam in Secularibus, remanent æquivoci, & non apti ad inducendam tacitam Professionem.*

IN

IN EADEM CAUSA.

P*Rævio recessu à decisis, esse locum Restitutioni in in-*
tegrum. Et prævia confectione novi Processus fa-
ciendi per Ordinarium, unacum Superiore Locali, Cau-
sa super nullitate Professionis discutiatur in Congrega.
tione, rescriptum fuit in hac Causa die 21. Aprilis
1731. cujus Rescripti omnes partes libenti animo
executioni demandaret infelix P. Serranus, si ei fa.
cilè permissum esset novum facere Processum; Sed
327 quia hoc ei, à continuis pessimis corporis affectio-
nibus summoperè afflicto, ferè impossibile redditur,
cogimur humillimas effundere preces, ut Causa nul-
litatis suæ Professionis decidatur ex Processu, in Se-
cretaria existente.

In eodem Processu, desuper de mandato hujus
Sac. Congregationis coram Ordinario in Hispania-
rum Regnis confecto, & in Secretaria existente,
examinati fuerunt viginti sex informatissimi Testes,
diversæ Professionis, & qualitatis, inter quos unde-
cim numeratur Religiosi, quorum præcisa nomina
registrata fuerunt Supra ex quibus tres ex hoc Mun-
do discesserunt, non retractatis eorum juratis depo-
sitionibus, nempè Angela de Ochoa, ejus Mater
P. Comitissa Catena Lucia Martinez, & P. Franci-
scus de Pazos, quibus attentis in illorum iratis At-
testationibus tuto figi possunt pedes circa veritatem
eorum depositionis, ut in terminis duorum dumta-
328 xat Testium firmavit *Rota decis.* 83. *numer.* 25. *&*
decis. 95. *numer.* 24. *coram Ansaldo*, & concordat
laudabilis praxis huius Sac. Congregationis, quæ in
nostris terminis, attenta depositione unici Testis ad
miniculati, declaravit meticulosas, & nullas Profes-
siones, ex adductis Supra.

Præcipuè, quia *earum examen peractum fuit, au-*
ditis Superiore Locali, & Fiscale Ecclesiastico, Testes
sunt Personæ fide dignæ, & timoratæ conscientiæ,
329 *eorumque depositionibus adhibenda est fides*, sunt verba
Ordinarii.

Observando ulterius, quod antiqui Testes repeti
non possunt, ex quo, ultra dictos tres, qui vitam
cum morte commutarunt, alii in longinquas Partes
abierunt; Ex novis verò difficile erit invenire alios,
qui recordentur de rebus, & factis, sequutis ante
annum 1715. quando P. Seranus per apertam vim
coactus fuit Professionem emittere, eo quia *per spa-*
330 *tium decennii oblivionis præsumptio inducitur, etiam*
in factis propriis, sunt verba *Rot. dec.* 5. *n.* 7. *coram Fal-*
conerio tit. de Reb. credit.

Quibus additur, quod in Hispaniarum Regnis ne-
mo reperitur, qui procurare possit formationem no-
vi Processus; P. Seranus verò sine evidenti vitæ pe-
riculo, & sine longi tempore mora facienda in Ur-
be, ad recuperandum talem, qualem valetudinis sta-
tum, necessaria, se exponere non potest notoriis in-
commodis longissimi itineris ad novum Processum,
in Partibus procurandum, tam attentis antiquis pes-
simis, radicatis; & perfectæ curationis incapacibus,
seu incurabilibus corporis affectionibus, de quibus
331 per hæc præcisa verba Testes sunt Excellentissimi
Medici Hispani. Quibus superadditæ fuerunt aliæ
æqualis incommodi, & afflictionis in Urbe, Testi-
bus omni exceptione maioribus Medico, & Chirur-
go, sub quorum cura misere vivit, qui prædicta
omnia cum iuramento afferunt in Summario, ultra
graves expensas, & longum tempus, quod ad illum
complendum simpliciter necessarium esset, quæ om-
nia facilius mente concipi possunt, quàm verbi ex-
primi.

Nomine proinde eiusdem afflictissimi P. Serrani
humillimæ repetuntur preces, ut eius miseriæ mise-
rendo, dignentur rescribere, ut Causa super nullita-
te eius professionis videatur in hac Sac. Congrega-
tione cum voluminoso Processu ser. ser. confecto, &
in eius Secretaria existente, circa cuius validitatem
nulla omnino adest dubietas, & relevantia deposi-
tionis Testium desumitur ex illius recognitione, ut
332 in nostris punctualissimis terminis practicavit hæc S.
Congr. *in alia Toletana Nullitatis Professionis* 13. *Au-*
gusti 1718.

Attento præcipue, quòd non una dumtaxat, sed
duæ exhibitæ fuerunt Informationes à P. Procurato-
re Generali, una cum Relatione Ordinarii Toleta-
ni; Ita ut nihil omnino desideretur ad hoc, ut Cau-
sa cum d. Processu, Relatione, & Informationibus
Procuratoris Generalis decidi possit, ex Requisitis, 333
præscriptis in Instructionibus huius Sac. Congr. im-
pressis *in Bullariol. Innocentii XII. Constit.* 73. *§. &*
seqq.

Ad quem effectum repetimus, quod ex speciali
Gratia huius Sacr. Congregationis restitutus P. Sera-
nus in illo statu, in quo reperiebatur in primo quin-
quennio Professionis, ab ipso per vim, & metum
emissæ, supplex hodie implorat declarationem nul-
litatis eiusdem Professionis, ex duplici capite, ex eo
scilicet, quòd illam emittere fuit coactus per mani-
festam vim, & maximum metum, eidem illatum, 334
& incussum ab eius inhumano Patre, nec non ex
quo tempore dictæ Professionis insanabili morbo af-
fectus erat, à quo etiam hodie, nedum misere af-
fligitur, sed ille in Urbe magnum incrementum re-
cepit, & illius incurabilitas magis, magisque con-
firmato fuit; In istis autem terminis nostræ Religio-
nis Constitutiones, præcisè, & præventivè omnem
denegant facultatem Superioribus, omnemque tol-
lunt consensum Religionis pro validitate Professio-
nis, ad quem effectum ex utraque parte concurrere
debet validus consensus cùm sit Contractus ultro, 335
citroque obligatorius ex adductis *per Panimoll. decis.*
29. *num.* 3.

Antequam autem descendamus ad probationes
utriusque capitis nullitatis dictæ Professionis, suppo-
sita facti serie, latè explicata Supra præmittimus,
hodiè non esse amplius locum discurrendi de Profes-
sione tacita, deque actibus, illam inducentibus post
quinquennium, sed unice videndum est, an Professio
fuerit voluntarie emissa, quia, probata coactione, il-
la omni Jure nulla est; Deus siquidem aspernatur
coacta servitia, & voluntarium sibi Militem eligit 336
Christus, ut observat *Div. Ambros. de Vita beata lib.*
1. *cap.* 1. & habemus vulgatum illud *Psalm.* 53. 8.
Voluntariè sacrificabo Tibi, quod ad nostrum effe-
ctum sequitur *Rot. decis.* 9. *num.* 85. *& seqq. coram*
Arguelles; Indeque uno ore observant Canonistæ,
quod probata vi, vel metu, & deficientia consen-
sus, non concurrente spontanea voluntate, quælibet
Professio nulla est, ex late adductis supra quibus ad-
dimus decem punctuales Resolutiones, huius Sacræ
Congregationis, specificatas *in Tom.* 6. *part.* 1. *di-* 337
scept. 5. *numer.* 5. *&* 6.

Præmittimus secundò cum *Sac. Rot. in Januen. Pro-*
fessionis 3. *Julii* 1702. *§. Et quamquam, cor. Molin.* im-
presa *apud Pompejum Ursajam Tom.* 2. *Miscellan.*
decis. 9. *n.* 9. *&* 7. quod *quando* (ut præsenti pun-
ctualiter fuit practicatum) *prævia formali cognitione,*
prodiit Rescriptum super Restitutione, tunc apud Ju-
dices Causa videtur frequentius decisa, & ulterior Pro-
cessus remanet quodammodo cæremonialis, & concor-
dat *Card. de Luc. de Regal. disc.* 41. *numer.* 13. ibi: 338
In disputationibus, quæ habentur in Congregatione Con-
cilii agitur quasi ex professo de ipso puncto principali
nullitatis, seu de Meritis Causæ, adeout quando, præ-
via hac formali cognitione emanat Judicium Congre-
gationis super concessione Restitutionis, tunc apud Ju-
dices Causa videatur frequentius decisa, eorumque Pro-
cessus quodammodo cæremoniales.

Præmittimus tertiò, quod cùm metus sit animi
passivo, hæc non potest directè probari, & propte-
rea superlativè demonstratus dicitur ex præsumptio- 339
nibus, & coniecturis, ex firmatis *per Rotam coram*
Seraphin. decis. 242. *num.* 2. *& in part.* 8. *recent. dec.* 273.
numer. 5.

Et tamen in nostro casu adduximus concludentes
probationes metus, & concludentiores demonstra-
tiones vis, quibus mediantibus in tenera ætate an- 340
norum sexdecim infelix Seranus coactus fuit Profes-
sionem emittere, distinguendo tempora ante Ve-
stitio-

ſtitionem , durante Novitiatu , & poſt Profeſſio-
nem.

Ante Veſtitionem, omnes Teſtes una voce concor-
dant in hoc, quod crudelis Pater , ſeveræ naturæ,
& exequi ſolitus minas, obſervans magnam averſio-
nem animi Filii à ſtatu religioſo, *poſtquam eum aſpe-
rè, & crudeliter tractavit, tam factis, quam verbis,
prout Teſtibus vidit* , illum clauſit in anguſto Cubi-
culo, non ſemel furenti rabie ad eius aures ſequen-
341 ti inconata doloroſa Antiphona : *Velis , nolis, debes
fieri Religioſus*; Quod amantiſſima illius Mater pro-
curans cum ab anguſtiis dicti privati Carceris libe-
rare, à beſtiali Marito inſequuta fuit ad necem uſ-
que, pugione denudato ; Quod , ad aures ſæcularis
Judicis perventa notitia d. inhumani procedendi mo-
di, ad evitanda maiora mala, rigoroſum intimare fe-
cit Præceptum eidem Patri , ne voluntatem infeli-
ci Filii ſimilibus violentiis coarctaret , quod Præce-
ptum ad noſtrum præciſum effectum probandi me-
342 tum , conſiderant adducti *per Panimoll. deciſ. 262.
num. 9.* Quod poſt aliquod tempus , his omnibus
non attentis, iterum innocentem Filium in priva-
to Carcere ſeverius incluſit, ubi longo tempore cum
ſemper lacrimantem , ſemperque ſe conquerentem
detinuit; Una autem , vel alia vice ad ipſum ac-
343 cedendo , toruis oculis, & terribili voce doloroſam
repetendo antiquam Antiphonam ei dicebat : *Ab
hoc Cubiculo non exibis , niſi iturus ad Triremes, vel
ad Religionem* , quam non valens undique afflictus
Filius audire, tandem ſe præcipitem projecit è Fe-
neſtra in Atrium Domus, ubi ferè miraculosè illæ-
ſus à Deo incolumis ſervatus, ad Civitatem Com-
plutenſem recto tramite aufugit , ibique permanſit
ſpatio novem circiter Menſium.

Poſtquam autem dictus inhumanus Pater ſcivit
ubi Filius moram faciebat, procuravit ei dolosè per-
ſuadere, ut rediret, ad paternos Lares, ſub ſua fide,
& repetita promiſſione, quod in paterna Domo non
amplius cogeretur ad ingrediendum Religionem ,
neque malè tractaretur , cui nimis credulus obedi-
vit; Poſtquam verò Domum repetiit , prætextu vi-
dendi Regiam Curiam , illum nolentem , & repu-
gnantem ſecum duxit ad Oppidum Matriti , ſe ſe
344 aſſociando Tabellario, qui videns innocentem Pue-
rum irremediabilibus lacrymis continuò plorantem
per Viam , ſeque jugiter conquerentem, petiit à Pa-
tre, ad quem finem ſecum ducebat Filium ? Cui ad
eundem Filium converſus, terribilibus oculis reſpon-
dit . *Ad Religionem* , quo audito innocens Filius ſe
præcipitavit ab Equo , fugam arripiendo Patriam
verſus : Inſequutus autem à Patre ; coactus fuit in
Equum iterum conſcendere, Patremque ſequi; Quæ
omnia non ſine magna admiratione videns d. Tabel-
larius, unicus ſpectator dicti tyrannici modi operan-
di Literum à Patre petiit, quare Filium tali, tan-
taque barbarie tractabat ? Qui non dubitavit ſere-
na fronte ei reſpondere , quia nolebat Religionem
ingredi.

Perventus ad Oppidum Matriti poſt multos ſimi-
les inhumanos actus, quos referunt Teſtes , vel il-
lis præſentes, vel de auditu ab aliis, quorum fide-
345 libus oculis ſubjecti fuerunt , tandem Paternis vio-
lentiis non valens ampliùs reſiſtere , *cum apertiſſi-
ma tamen voluntatis repugnantia* , Religionis Habi-
tum induere coactus fuit, & in illa Profeſſionem e-
mittere.

Novitiatus tempore pluries propria ſecularia Ve-
ſtimenta petiit ab hoc, ut ad Patriam rediret, *&
quaſi quotidie ibat ad Cellam, in qua Habitus ſæcula-
res Novitiorum aſſervantur, & petebat ſua Veſtimen-
ta, ut à Religione exiret*, ſunt verba Teſtis Summa-
346 rio Nec autem idem animus ſæcularibus Perſonis
palam fieret , nemini permiſſum fuit illum alloqui,
*quæ prohibitio commercii non parum conducit ad ar-
guendum metum*, ſunt verba *Rotæ deciſ. 326. num. 32.
coram Ludoviſio.*

Poſt Profeſſionem, modis illis, & violentiis emiſ-
ſam , quas aperiunt multi qualificati Teſtes , cum
omnimoda dicti Petri repugnantia, juxta præciſa ver-
ba Teſtis nil aliud vivente inhumano Patre facere
potuit, nihilque aliud fecit infelix Filius, quàm quo-
tidiè ſe conquerere, & nunquam ceſſare à lamenta-
tionibus circa violentias, & minas, alioſque impro-
prios modos, quibus mediantibus eandem Profeſſio-
nem coactus fuerat emittere , circa quas uno ore
concordant omnes Teſtes , ſer. ſer. examinati juxta
ſeptimum Interrogatorium , quorum præciſa verba 347
regiſtrata fuerunt in Summario aſſerentes *coactè, per
vim Profeſſionem emiſiſſe , & non animo e obligandi ,
ſed effugiendi iram ſui Genitoris , & comminatam ei
internicionem, proteſtando ſe expectare tempus opportu-
num pro frigenda ejus Profeſſione , vi Habitum regu-
larem dimitteret, & ad Sæculum rediret.*

Animo autem ſemper volens ea, quæ paſſus fue-
rat pro emittenda Profeſſione, hoc interim conſule-
re voluit celebres Doctores Univerſitatis Complu-
ti, qui concorditer fuerunt in Voto, ejus Profeſſio-
nem eſſe nullam , quod ad effectum perducere non
potuit, qui Pater omnium prædictorum notitiam ha-
beret, *quivè* (ſunt verba *certioratus abſtulit ab ejus* 348
*manibus dictas Conſultationes, & furioſe illas fregit,
fecitque alias minas ad finem, ut in Religione permane-
ret.* Non contentus autem dicta, licet involuntaria,
& coacta permanentia Filii in Religione, idem Ge-
nitor ira accenſus ultra ſolitum, contra dictum Fi-
lium multa alia fecit , multaque dixit , quæ refert
Teſtis de proprio auditu in Summario.

Cùmque fuiſſet ei confirmatus defectus volunta-
tis ſui Filii *venit Matritum , vocatur ab aliquibus Re-
ligioſis dicti Ordinis ad hoc, ut ipſi ſuaderet, ut deſiſte-
ret ab intentione, quam habebat , exeundi à Religione* ,
quod punctualiter adimplevit, Filio minando, *quod
caſu, quo nollet deſiſtere , volebat eum occidere* , ſunt 349
verba Teſti in Summario Cum quo concordat Ma-
ter ibi. *Quo ad notitiam Genitoris pervento, intimavit
prædicto Filio. quod in caſu dimiſſionis ſuſcepti jam Ha-
bitus, certè ſciret , ſe vitam quoque dimiſſurum, ex-
ploſo eum Sclopo*:

Cæterum ad hoc , ut etiam poſt ipſius mortem
difficultatem augeret obtinendi declarationem nulli-
tatis Profeſſionis Filii , omnibus modi in ejus vita
eum obligavit ad ſuſcipiendum Ordinem Subdiaco-
natus ad titulum religioſæ paupertatis, prout indu- 350
bitatum eſt, quod illum tali titulo , vivente Patre,
ſuſcipere coactus fuit.

Quibus poſitis , aliiſque ſupra latè adductis , tali
evidentia, tantaque palpabilitate conſtare dicitur de
violentiis minis , aliiſque undique barbaris modis ,
quibus mediantibus extorta fuit Profeſſio , ut ſi in
Scholis, gratia exempli , adducendum eſſet paradi- 351
gma Profeſſionis, per vim, & metum emiſſæ juxta
phraſim . *Cardinalis Sfrondati in Libro* , cui titulus
Legatio Romam fol. 40. cum omni ſermonis proprieta-
te adduci poſſet illa , quam per apertam vim coa-
ctus fuit emittere Petrus Serranus , Puer annorum
ſexdecim, imbecillis naturæ parum firmæ valetudi-
nis, nullumque habens Conſolatorem, vel Auxilia-
torem, præter dilectiſſimam Matrem, quæ cum evi-
denti propriæ vitæ periculo eo tempore , quo pre-
ces precibus addendo enixe rogabat beſtialem Ma-
ritum , ut deſiſteret a violentando innocentem Fi-
lium *arreptis armis curavit ſuas objectiones vindicare,* 352
*quas violentias , ac minas , ac armorum arreptionem
cùm ipſa Angela Uxor detuliſſet* . Quæ omnia, præ-
cipuè ſimul unita, manibus palpare faciunt nullita-
tem dictæ Profeſſionis ex punctualibus Sacræ Rotæ
Deciſionibus, & punctualioribus hujus Sac. Congre-
gationis Reſolutionibus, latè adductis, & medianti-
bus illorum præciſis verbis regiſtratis ſupra.

Præcipuè prædicta omnia ſub duplice conſidera-
tione ſub oculis habendo; Prima, *quia Teſtes, qui de
prædictis minis, & violentiis deponunt, ſunt fide digni,
& timoratæ conſcientiæ, quorum depoſitionibus adhiben-
da eſt fides* , ſunt verba Archiepiſcopi Toletani in
Summario Secunda verò , quia trrs ex eiſdem Te- 353
ſtibus vitam cum morte commutarunt , non retra-
ctata priori formali depoſitione, quod eorum Fidem
in immenſum auget ex firmatis *per Rotam coram*

Prio-

Triolo decis. 68. *num.* 19. & in debilioribus terminis simplicis extrajudicialis Fidei, quòd depositio Testis, qui morte præventus formiter examinari non potuit,
354 habeatur pro concludenti probatione *Rot. decis.* 692. *num.* 17. *coram Merlin.* & *dec.* 8. *num.* 43 *coram Arguell.* & *dec.* 201. *n.* 10. & 11. *part.* 12. *recent.* & *in Romana Filiationis* 26. *Januarii* 1683. §. *Non obstante cor. Card. Caccia.*

Observando præsertim maximum numerum viginti sex Testium, qui in hac Causa fuerunt examinati, & quorum nomina sigillatim specificati, fuerunt
355 supra inter quos novem Religiosi: *Manifestam siquidem implicat inverisimilitudinem, quod tot Personæ, dispares conditionis, qualitatis, & professionis, absque ulla minima propria utilitate, vel commodo, conspirare voluerint ad struendam falsitatem,* sunt verba *Rotæ d. dec.* 408. *n.* 10. *coram Triolo;* Et in terminis trium
356 dumtaxat Testium eadem *Rot. coram Emerix jun. dec.* 1251. *num.* 7. ibi -- *Per tres Testes &c. Verisimile non est conspirasse omnes in falsitatem, præsertim sine ullo lucro, vel interesse.*

Videntur hæc, præcipue simul unita, ad nostrum effectum superabundare, absque necessitate percurrendi actus, gestos post quinquennium, ex quibus aliquando probari solet tacita Professio, attenta Gratia Restitutionis in integrum: ab hac Sac. Congregatione benigne concessa, cujus vigore repositus fuit Petrus in eo statu, in quo erat intra primum quin-
357 quennium, quo durante non attenduntur quicumque actus, juxta firmata per *Rota in decis.* 25. *numer.* 23. *coram Arguell.* & *decis.* 952. *numer.* 2. *coram Emer. jun.*

Et nihilominus ad omnem abundantiorem cautelam, remissive, Nos habentes ad supra comprobata, in quibus sigillatim responsum fuit omnibus dictis Actibus, durante vita Patris, quàm post ejus
358 mortem à Petro gestis observandis est quod post *Concil. Trident. rarissimo contingere potest casu, ut valide quis tacite profiteatur,* sunt verba *Rot. decis.* 18. *numer.* 5. *coram Merlin.* & *decis.* 210. *numer.* 15. *coram Card. Caprara,* ea viva ratione, quia ad dictum effectum copulative concurrere debent, & conclu-
359 denter probari quatuor Requisita; I. Ut actus sequentes fiant cum Consensu Superioris, qui Professionem admittere potest. II. Ut spontanea voluntate emittantur. III. Ut id sequatur cum præcisa scientia, & certa notitia, quod hujusmodi actus, uti ad solos Professos spectantes, efficaces sint ad validandam Professionem. IV. Quod tales actus emittens, non se habeat negative, seu indifferenter, sed verum animum, & firmam voluntatem habeat profi-
360 tendi, sine quibus conditionibus tacita Professio nunquam inducitur, ex adductis à *de Vecchis in Prax. Novitiorum disput.* 13. *dubit.* 8. *num.* 13. *Sanchez ad Præcept. Decalog. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *à num.* 14. *Panimol. dec.* 29. *annot.* 3. *numer.* 3. & *Rota decis.* 491. *numer.* 16. *coram Ryyas.*

Et stringens ratio hæc est, quia præsumptio tacitæ Professionis quæ desumi potest ex uno, vel altero ex dictis Actibus, eisdem conditionibus deficientibus, tollitur per aliam contrariam efficaciorem præsumptionem, resultantem ex conquestionibus, lamentationibus, aliisque similibus actibus, ex quibus componitur noster voluminosus Processus, juxta ma-
361 gistralem *Gloss. in cap. Tuarum verbo Signatos de Privileg.* quem sequuntur adducti in *dec.* 9. *num.* 33. *coram Arguell.* & *dec.* 628. *per tot. coram Merlin.* & *dec.* 157. *n.* 5. *coram Otthobono,* & *dec.* 229. *n.* 3. *coram Carillo,* & *dec.* 34. *n.* 11. *part.* 14. *rec.*

Ad tollendum autem in hac parte omnem omnino scrupulum breviter percurrendo Actus illos, qui ad hunc effectum fuerunt exgerati à P. Procuratore
362 Generali nostræ Religionis in ejus replicatis Informationibus.

Quoad Officia Religionis, quæ asseritur exadverso à Petro fuisse libentissimè exercita, Casperii nimirum, Secretarii Provincialis, & Concionatoris, ad solius materiæ ornatum ad effectum, de quo dispu-
363 tamus, videntur distinguenda cum *Bordon. Oper. moral. tom.* 2. *resol.* 12. *numer.* 24. tria genera Officiorum, quæ solent exerceri à Religiosis -- *Primi generis Officia habent adjunctam Superioritatem, cum Jurisdictione Fori externi, cujus modi sunt Officia Generalatus, Provincialatus, Custodiatus, Prioratus, Guardianatus &c. Isti omnes habent conjunctam cum suo Officio Superioritatem, administrationem, & Jurisdictionem Fori externi. Secundi generis Officia excludunt superioritatem, & regimen animarum, includunt tamen quandam prærogativam, & excellentiam, per* 364
quam dicuntur dignificati, & magni honorati aliis, carentibus Officio, cujusmodi sunt Officia Consiliariorum, Discretorum, Patrum Provinciæ, Regentium, Lectorum &c. quæ sunt potius Officia laboris, quàm Dignitatis, unde possunt reduci ad tertium genus, hoc est ad Officia tertii generis, quæ sunt laboris, & oneris servilis, excludentia non solum Superioritatem, sed etiam Dignitatem, & Personatum, cujusmodi sunt Officia Procuratoris localis, Syndici, Sacristæ &c. & concordat *Portell. in dub. Regular. verb. Officia Ordinis,* ubi brevius distinguit eadem Officia *in Digni-* 365
tatem; Officium, & Personatum, Dignitatem asserit esse ejus, qui habet Jurisdictione Fori externi, & rerum administrationem; Officium ejus, qui habet aliquarum rerum administrationem, sine Jurisdictione externa; Personatum demum ejus, qui neutrum habet, sed alio præcedit in Choro, vel alio simili loco propter particularem excellentiam, & remunerationem, ut sunt Magistri, Lectores &c.

Cùmque prædicta Officia, quæ Petrus exercuit fuerint tertii generis, & sic meri laboris, & puri oneris, nedum omnem excludentia superioritatem, & Jurisdictionem, sed etiam quamlibet Dignitatem, de se patet nullum operari posset effectum ad inducendam Professionis validitatem, ex supra citatis, & in effectu ex hoc motivo nullam omnino rationem habuit hæc Sac. Congregatio exercitii dd. Offi- 366
ciorum, ut non sine magno, vereque improbo labore, observavi in *Instit. crimin. tertiæ Venetæ impressionis lib.* 1. *tit.* 10. §. 4. *à num.* 193. & *tom.* 1. *Discep. Eccles. part.* 1. *discept.* 20. *à num.* 92. & *tom.* 6. *part.* 1. *Discept.* 5. *à num.* 43. ubi registravi innumeras Resolutiones hujus Sacr. Congregationis, cum specifica individuatione temporis, quo eadem Munera exercita fuerunt à Religiosis, recurrentibus adversus eorum meticulosas Professiones, quibus hæc Sac. Congregatio gratiam Restitutionis in integrum benigne concessit, cum successiva declaratione nullitatis eorum Professionum, ab Ordinariis Locorum reportata.

Susceptioni Ordinum Sacrorum ad titulum religiogiosæ Paupertatis ad hominem satisfecimus supra, ubi late demonstravimus, hanc exceptionem in nostro casu evidenter claudicare in facto, ex quo constat, Petrum Subdiaconatus Ordinem suscepisse, vivente inhumàno Patre; Quæ circumstantia omnem illi adimit vim, ex animadversis per 367
Rebuff. consf. 68. *num.* 22. *Ciarlin. contr.* 108. *num.* 56. & 93. *Pignatell. consult.* 173. *num.* 5. *tom.* 9. & firmatis per *Rot. decis.* 98. *numer.* 15. *coram Peutinger.* & *decis.* 178. *à numer.* 6. *coram Carill.* & *in par.* 18. *recent. decis.* 373. *num.* 10.

Nullamque habere subsistentiam in Jure, quia Sac. Ordinum susceptio, uti res prorsus distincta, & nullam habens necessariam connexionem cum religiosa Professione, minus operatur, ac Habito Professorum gestatio, juxta punctualissimè firmata, & practicata per hanc Sacr. Congregationem in *Policastr.* 368
7. *Augusti* 1726. & *in Urbevetana* 14. *Novembris* 1711. & 11. *Martii* 1713. & *in Amalaphytana* 8. *Augusti* 1711. & *in Cremonen.* 30. *Septembris*, & 18. *Novembris* 1713. quarum Resolutionum præcisa verba registravimus supra.

Ejusdem prorsùs insubsistentiæ ad nostrum effectum esse Votorum renovationem, evidenter pari- 369
ter comprobavimus supra observando, hanc pariter reflexionem non relevare in Jure, & non subsistere in facto.

Non relevat in Jure, quia, uti præscripta à Constitu-

stitutionibus Ordinis, nullo modo dici potest voluntaria, & consequenter prorsùs insubsistens ad convalidandam Professionem nullam, juxta punctuales authoritates, in illis citatas, nec non innumeras Resolutiones huius Sacr. Congregationis, cum quibus processum fuit in Concilio Romano, iuxta verba, registrata supra.

Minus subsistit in facto, ex quo talem Votorum renovationem, licet in Constitutionibus Ordinis præscriptam, & ab omnibus Religiosis quolibet anno in Vigilia Sanctissimæ Conceptionis emissa, Petrus sub diversis prætextibus nunquam fecit; Unica verò vice, hoc est anno 1726. quando ab illa, se liberare non potuit, emisit quidem, sed præventivè se expressè declarando, non cum uno, vel altero, sed cum quinque qualificatis Sacerdotibus, qui id testan-
371 tur in Summario *a concurrere renovationi Votorum, dicendo, quòd Vota renovabat eademet forma, qua fecerat suam Professionem, quod Testis à d. P. Serano audivit in illo actu.*

Sub quibus verbis plusquam tacitè suam voluntatem aperuit, quod sicuti fuerat nulla eius Professio, ob vim, & metum, sibi à Genitore illatum, ita pariter nulla erat accessoria Votorum renovatio, uti strangulatoriè emittenda in vim Constitutionum Ordinis, quæ ipsum arctabant ad ea renovanda.

Quantæ autem efficaciæ, quantæque virtutis ad nostrum effectum sit eadem antecedens animi decla-
372 ratio, & protestatio, latè probat *Franc. de Protest. consid.* 55. *numer.* 3. ibi -- *Si verò Religiosus, deferens Professorum Habitum, in contrarium fuerit protestatus &c. tali utique protestatione Professio tacita omnino excluditur*, -- & concordant adducti per *Rot. dec.* 134. *numer.* 13. *part.* 14. *recent.* ibi -- *Protestando &c. adducendo causas, per quas Professio ab initio irrata fuit &c. hoc enim casu non intelligitur inducta ratificatio, sed sumus in claris, præsumptiones excludentibus, & huic veritati standum est.*

Respectu magnificatæ Hæreditatis Comitissæ Catenæ, diximus supra, & constanter repetimus, id nullam habere in facto subsistentiam, dum in illo constans est, quòd Petrus formaliter reclamavit die 7. Septembris 1726. quod, inter alios Testes, in Curia Toletana examinatos die 5. Aprilis 1727. legitur etiam dicta Comitissa quæ die 15. Julii 1728. ex hoc Mundo discessit; Ex quibus remanere vide-
373 tur impossibile, quòd Petrus motus fuerit ad promovendam præsentem Instantiam intuitu Hæreditatis d. Comitissæ, quæ supervixit integris annis duobus post introductionem præsentis Litis.

Ultra quod videtur vim facere cuicumque Intellectui reflexio hæc, quod P. Procuratori Generali nota sit in Urbe intentio habendi hæreditatem dictæ Comitissæ, *ad quam Orator quàm jam manus apposuerat*, iuxta præcisa verba eius primæ Informationis, illaque prorsùs incognita fuerit in Hispaniarum Re-
374 gnis *PP. Provinciali, Vice Provinciali, Magistro Novitiorum, aliisque, ultra doctrinam, Viris cordatis, & piis*; eodem tempore moram facientibus in eisdem Hispaniarum Regnis, in quibus eadem Comitissa examinata fuit, & mortem oppetiit, dum non solùm in longissimis iuratis depositionibus dd. qualificatorum Religiosorum nec unum iota, vel miserabilis legitur apex de dicta opulentissima Hæreditate, deque divinatoria intentione Petri apponendi ad illam manus in vita Testatricis; Imò antequam hęc suum confecisset Testamentum; Sed, quod magis est, dd. Religiosi per eadem numero verba, assignando præcisum motivum introductionis præsentis Litis, asserunt, illam ortum habuisse à præcepto, Pe-
375 tro iniuncto, discedendi ab Oppido Matriti, ibi -- *Testis habet pro certo, quod si P. Petrus coactus non fuisset exire à Matrito, tale Rescriptum non exhibuisset, neque præsentem Instantiam promovisset, Proces. fol.* 205. 210. & 214. *ubique à tergo.* Quam magnam inverisimilitudinem ut Religioso Italo nota fuerit eadem divinatoria intentio, prorsùs ignota quatuor qualificatis Religiosis Hispanis, circa rem, in eis-
376 dem Hispaniarum Regnis tractatam, ad nostrum effectum considerant adductis *in decis.* 68. *numer.* 5. *coram Priol.*

Ex sola lectura Epistolæ, à Petro scriptæ die 8. Aprilis 1726. P. Consultori Ordinis, patet, illius æquivocas expressiones habuisse unicum finem demulcendi animum Superioris Generalis, qui non bene informatus de sinceritate, & candore eius intentionis, sub eo motivo, quòd se ingerebat negociis, suo statui Religioso non conformibus, nedum ei præcepit, ut à Matriti Oppido discederet, sed se conferret ad Civitatem Cæsaraugustanam, non attento, quod aer eiusdem Civitatis nimis infensus erat saluti eiusdem Principalis ex probatis in Summario, quæ est iusta causa non exequendi Superiorum Mandata, iuxta 377
celebrem *Gloss. in can. Communis verb. Suorum dist.* 25. ibi -- *Nota, quòd propter intemperiem Loci aliquis excusatur, ut hic*, quam sequuntur *Menoch. de Arbitrar. lib.* 2. *cas.* 421. *numer.* 227. *Corrad. in Prax. dispens. lib.* 8. *cap.* 10. *num.* 18. *vers. Quartum, & Pacis Jordan. var. lucubrat. tom.* 1. *prælud.* 8. *num.* 8. existimans ferè inhumanum esse cum vitæ periculo aliquem obligare ad accedendum ad Locum illum, cuius saluti præiudicialis est *Eccles. decis.* 776. *nu.* 6. *cum Emer. jun.* ubi quod verè propriè quis posse non dicitur id, quod cum periculo vitæ potest. Ad quæ pręiudicia salutis evitanda nil mirum si in eadem Epistola aliquæ legantur æquivocæ expressiones, unicè directæ ad obtinendam revocationem dicti rigorosi Pręcepti; Et propterea in istis circumstantiis in eadem Epistola non possunt figi pedes ad convalidandum eius Professionem, in radice nullam, ex generaliter ani- 378
madversis per *Adden. ad decis.* 232. *à num.* 72. *part.* 9. *recent.* & in puncto nostri casus firmatis per *Rot. in dec.* 491. *nu.* 18. *coram Royas*, ibi -- *Unde, dum facta fuit dumtaxat ad consequendum commodum prædictarum pecuniarum, nullo pacto potest importare ratificationem Professionis.*

Quoad secundum caput nullitatis Professionis, innixæ incurabili morbo, quo Petrus misere laborabat eo tempore, quo illam emittere coactus fuit, duo sunt 379
innegabilia, unum in facto, aliud in Jure.

In facto omnes nostris Testes formiter examinati juxta 14. Interrogatorium una voce concordant; *quod Petrus multo tempore ante ingressum in Religionem laborabat pectoris infirmitate, qua effectus in Religione permansit, & ad præsens permanet, adeo ut continua Medicamina sumit, & Medici declararunt dictum morbum esse incurabilem* & ibi -- *Pectoris infirmitate à multo* 380
tempore ante ejus ingressum in Religionem afficiebatur, & est certum, quod Medici declararunt esse in eo talem Infirmitatem incurabilem. Quam morbi incurabilitatem comprobavit, & confirmavit dolorosa nimis experientia, de qua Testes sunt Medici, & 381
Chirurghi Hispani ibi -- *Laborat quodam accidenti asmatico, curationis incapaci*; Nec non Medici, & Chirurghi Romani & quod magis est illam admittit etiam P. Procuratoris Generalis *in ejus Voto §.* 382
Cæterum ibi -- *Ex præfata habituali Infirmitate &c. neque humilis nostra Congregatio, Infirmorum Ministerio addicta, nocte, ac die, commodum aliquod, aut utilitatem poterit in posterum sibi promittere ab involuntario, & coacto Filio.*

In Jure verò nostræ Constitutiones *libro primo, cap. secundo numer.* 9. nedum expressè mandant, non esse recipiendos in Novitios, neque admittendos ad Professionem illos, *qui insanabili morbo affecti sunt*, sed ulterius omnem tollunt facultatem Superioribus illos admittendi, declarando in casu contraventionis deficere assensum ex parte Reli- 383
gionis, ibi --- *Nullus cujusvis Gradus, & Dignitatis Superior sub pœna &c. ipso facto incurrenda, valeat recipere, aut permittere, ut Novitiatum, & eo minus ad solemnem Professionem admittantur quicumque vigore præsentis Constitutionis reperiatur exclusus. In casu autem contraventionis tanquam irrita, & nullius momenti omnia ea acta habeantur, idque ex defectu assensus necessarii ex parte Religioni, cujus mens tenore præsentium declaratur, quòd ipsa scilicet hisce minime assentitur, nisi ea condi-*

conditione , ut nullum ex supra relatis Impedimentis occurrat .

Quibus attentis, non potest in dubium revocari illius nullitas ea viva ratione, quia Professio dicitur , & est veriùs contractus, ultro, citroque obligatorius , tam ex parte Novitii, quam Religionis: Quoties autem Religio se expressè declarat, nolle admittere ad Professionem Carentem aliqua qualitate, vel Laborantem aliquo defectu, remanet ipso Jure nullus, & inva idus, ut
384 in nostris punctualibus terminis probant *Peregrin. ad Constit. Theatinor. quæst. 2. cap. 5. litt. D. §. Postea Pasqual. quæst. moral. iurid. 134. per tot.* referens, in Urbe ita decisum, *Ledesm. Oper. moral. tit. de Stat. Religion: in commun. c. 6. conclus. 1. vers. Quarta conditio , Donat. Rer. regul. tom. 3. tract. 6. cap. 5. num. 10. & to. 4. tract. 10. cap. 1. nu. 48. & 29. de Vecch. in Prax. Novitior. disp. 13. dub. 15. nu. 5. & seqq. Novar. in Summ. Bullar. comment. 100. num. 3. & seqq. Panimoll. decis. 29. nu. 3. Dian. tom. 7. tit. de Dub. regular. resolut. 179. num. 2. Card. de Luc. de Regul. discurs. 43. num. 2. & seqq.* estque in hac parte magistralis *decis. 394. per tot. coram Ubald.*

Cum quibus, me scribente, processit hæc *Sac. Congr. in Neapolitana* 11. *Martii* 1718. in terminis morbi epileptici, qui ex adductis per *Willis de Morb. convulsiv. cap.* 12. ubi illum annumerat inter morbos scorbuticos
385 (& sequendo *Galenum*, aliosque primæ classis Medicos, notat *Castell. in Lexicon. Medicor. verb. Asthma*) longè minùs Homines vexat, ac faciat Asthma, ut videre est in *tomo 3. mearum part. 1. discept. 6. per tot.* & signanter *num. 8. & 9.*

Observando hic, quòd huiusmodi essentiales defectus voluntatis Religionis , & potestatis Superioris, admittentis ad Professionem Laborantem morbo, à Constitutionibus Ordinis designato , non operantur nullitatem ejusdem Professionis tunc , quando iidem
386 defectus clarius apparent, seque manifestius demonstrant, sed illam inducunt ab initio, taliter inficiendo actum Professionis, ut hæc perinde habeatur, ac si nunquam emissa fuisset , ut egregiè discurrendo notant *Bartholomæus de Vecchis , Diana , Card. de Luca , & Rota coram Ubaldo in locis, supra citatis.*

Pro quorum faciliori admissione tria præ oculis habenda videntur.

Primum, quod Archiepiscopus Toletanus, qui Jure communi, & Conciliari attento esset proprius Iudex huius Causæ in prima instantia nullitatis Professionis ipsam obtentam Gratiam restitutionis in integrum, quivè de Mandato hujus Sac. Congreg. Processum compilavit, & apprimè informatus præsumitur, & egregiè instructus dicitur de omnibus violentiis , Petro illatis ab inhumanissimo Genitore , quæ in Partibus notoriæ sunt, suum sensum aperuit pro declaratione
387 nullitatis Professionis, quod omnem meretur animadversionem , *quia admodum attendendæ sunt consimiles Relationes , quæ per Ordinarios ad S. Congregationes remittuntur* , sunt verba *Rota decisio decima quarta nu. 17. coram Ansald.* cum aliis concordantibus , supra citatis .

Secundùm verò, quod sive attendatur primum caput nullitatis Professionis , per vim, & metum emissæ, sive ob incurabilem morbum , quo laborabat Petrus tempore, quo illam emisit, etiam si aliquod remaneret dubium, in isto semper esset respondendum pro nullitate Professionis, non solùm ob Animarum salutem illorum Religiosorum , qui reclamant adversus eorum meticulosas Professiones, sed etiam ob Bonum Religionis, iuxta ea, quæ in nostris punctualibus terminis observat, æquè doctus, ac in his materiis exercitatus *Fagnanus* , qui fuit hujus Sac. Con-
388 gregationis Secretarius, in *cap. Perlatum num. 53. de His, quæ vi , metusve caus.* ubi sequendo *D. Thom. quodlibet 12. art. ult.* ait -- *Abeuntibus satius est Pontem , ut dicunt , argenteum , construere quam viam occludere* , cum quo concordant *Amaydenus , Pignatellus, & Card. de Luca* , quorum verba registravimus supra , & addimus *Ricciardell. in Lyceo Eccles. tom. 1. cap. 3. §. 7. num. 186. & Rot. coram Arguell. dec. 9. num. 84.*

Tertium denique, quòd ad omnem omninò scrupulum funditùs tollendum , posset dari Petro Iuramentum in supplementum plenæ probationis, tam circa primum caput nullitatis ex defectu liberæ voluntatis , quam respectu existentiæ morbi incurabilis tempore Profes-
sionis ; *Quando enim sunt aliæ præsumptiones potentissimæ , adminicula, & conjecturæ* (quibus plenissimum est nostrum Summarium) *quæ nulliter Professo favent &c. multi Authores , iique gravissimi asserunt , dari posse Iuramentum illius &c.* sunt verba *Pignatell. consult.* 389
390 *4. sub num. 59. tom. 1. iuxta Roman. impress.* Habemusque in hac parte theoricam *Innocent. in cap. Vidua nu. 5. de Regular.* ubi *Hostiens. nu. 10. vers. Nam si haberet , Butr. num. 12. vers. Quædam est , Anchara n. nu. 3. vers. Ubi verò* , & concordant *Cajetan. in 2. 2. D. Thom. qu. 88. art. 1. Navarr. in Summ. cap. 11. num. 27. Anglés. in Florib. par. 2. de Vot. quæst. unic. art. 1. difficult. 4. Portell. de Dub. Regul verb. Professio num. 11. vers. Neque illi* , cum aliis apud *Piton. discept. 110. num. 20.* ibi -- *Cui Iuramento ipsius Professi credendum esse quando concurrunt adminicula , & præsumptiones , quæ illum reddant verisimile , dicunt &c.*

Cùm qua benigna opinione, quæ Animarum Fidelium saluti viam aperit , Tranquillitatem , & Concordiam in Religionibus apta est inducere , & con-
servare, Me scribente, sæpe processit hæc Sac. Con- 391
gregatio nec non alia , Negociis Episcoporum , & Regularium præposita, quarum aliquas Resolutiones adduxi supra quibus aliæ cum maiori otio (quod per spatium annorum 53. Deus nunquam Mihi facit in Urbe) facilè addi possent .

IN EADEM CAUSA.

D*ifficile est ut bono perganturexitu, quæ malo sunt incboata principio*, sunt verba *Tex. in Can. Principatus prima quæst. prima*. Ex pervolutione autem no-
stri voluminosi Processus , constantis ex depositione 392
viginti septem Testium , concludentissimè probatum habemus pessimum principium Professionis Petri , qui talem, tantamque aversionem habebat ad statum Religionis , ut post quam in faciem Patris semper ei restitit , ejusque minas , & sævitias summa passus fuerat , tandem, post varias violentias , postque multa vitæ discrimina , satius duxit se præcipitem à Fenestra proiicere, non sine evidenti vitæ periculo, quam eligere religiosum Statum ; Quod alia etiam vice practicavit per viam, quando dolosis persuasionibus deceptus à Patre , ab isto, tanquam Ovis ad occasionem , ad Locum ei præparatum pro Habitus Regularis vestitione, invitus, & repugnans ducebatur ; *Qui Testes de prædictis minis , & violentii deponentes , sunt fide digni , & timoratæ conscientiæ , quorum depositionibus adhibenda est fides* , sunt verba Archiepiscopi Toletani .

Quo malo principio posito, actus subsequentes in-
terpretandi sunt compatibiliter cum eorum malo prin- 393
cipio , à quo omnes sequentes actus regulantur , interpretationem recipiunt, ad *Textum in l. Si unus §. Pactu ff. de Pactis*, cum concordantibus apud *Rot. decis 350. num. 15, coram Cerro* .

Et hæc est ratio, quare eadem Sac. Rota (post multos concordantes) *in dec. 210. num. 15. coram Card. Caprara*, solidè firmavit ; *Hodiè post Concilium Tridentinum rarissimè contingit, ut validè quis tacitè profiteatur*,
quia scilicet (iuxta præcisos terminos nostri casus) ex 394
latè animadversis supra ; Vel actus posteriores gesti fuerunt vivente Patre, qui metum incussit; Vel quia sunt æquivoci; Vel quia destruuntur ab aliis contrariis, numero maioribus , & qualitate efficacioribus; Vel quia gesti non fuerunt cum præcisa scientia, quod essent
apti ad inducendam validam professionem , sed solum 395
negativè, & indifferenter; Vel quia interpretationem recipiunt à coactivo malo principio ; Vel demum, quia etiamsi remaneat aliquod dubium, in hoc dubio, uti se tenente ex parte consensus, semper inclinandum est pro libertate, ratione deficientiæ spontaneitatis , quæ omnino concurrere debet pro validitate Professionis .

Quæ omnia absque ulla prorsùs difficultate procedunt quando (& isti etiam sunt præcisi termini nostri casus) Religiosus, prævio rigoroso examine in Iudicio Restitutionis in integrum Gratiam ab hac Sacr. Congregatione, iuxta modernum rigorem, & illius
396 laudabilem stylum benignè obtinuit; In istis enim circumstantiis non erit facie invenire casum (si excipiatur una vel altera gravissima & exemplarissima Causa) in quo post talem Gratiam de novo appensi fuerint in rigorosiori statera actus, adducti, & non habiti in consideratione pro impedienda Gratia Restitutionis, ex viva ratione, quia si hęc Sac. Congregatio illos habuisset
397 pro relevantibus ad inducenda vel pręsumendam tacitam Professionem, Gratiam rotundè denegasset, iuxta quotidiana exempla omnibus notissima.

Respectu cuius laudabilis praxis, ego cum omni veritate asserere possum quod per spatium medietatis unius Sæculi, ex ultra, in unico tantùm casu, nimis singulari, ratione plusquam magnatitiæ qualitatis Personarum, Episcopus Mantuanus post Gratiam Restitutionis in integrum, concessam Recurrenti, rationibus,
398 adductis in *tom. 1. par. 1. discept. 20.* volens manus rigorosè apponere in formali Iudicio nullitatis Professionis, fuit eius Agenti insinuatum, ut à tali novitate se abstineret, & factum fuit ita, ut patet ex *tom. 2. part. 2. di-*
399 *scept. 9. nu. 82.* ibi -- *Die Sabbati 24. Aprilis anni 1717. Episcopus præcepit Monialibus, ut eidem D. Margaritæ liberum permitterent exitum, effectu punctualiter subsequuto.*

Contrarium autem practicando, aperiretur hodie via permittendi Ordinarii, qui sunt Iudices in prima Instantia, manus rigorosè opponere in similibus Causis, & in futurum non venerari, neque exequi Oracula huius Sac. Congregationis, de quo gloriatur ipsamet Sac. Rota, ut, omissis generalibus, in nostris punctualibus terminis se expressè declaravit *in Januen. Professionis 3.*
400 *Julii 1702. §. Et quaquam in fin. cor. Molines* impressa *in 2. Tomo Miscell. Sacri, & profani Pompeii Ursayæ mei dilectissimi Filii dec. 9.*

Reflexio, quod poterat Petrus facili negocio recurrere post mortem Patris, cum impensa unius folii chartæ, Mihi facta inter informandum, nullam meretur hodiè animadversionem in Iudicio Nullitatis Professionis; Et tamen in d. Causa *Mantuana* mihi obiecta eidem sequentibus verbis respondi, & hæc Sacr. Congregatio responsionem benignè admisit: ut videre est *in tom. 1. part. 1. discept. 20. num. 118.* ibi -- *Non subsistit autem,*
401 *quòd cum miserabili impensa unius vilis quadrantis, seu cum uno folio charitatæ, potuisset Principalis sua Jura ponere in tuto, quia recurrendam erat ad Urbem, seu ad Summum Pontificem, in qua Lites non agitantur cum impensa ùnius vilis quadrantis, sed illæ sunt nimis excessivæ, ut experientia docet miseros Litigantes*, sunt verba *Rota decis. 527. num. secundo, part. decima octava*
402 *recent.* & in effectu docuit infelicem Petrum, & in hac parte usque ad sydera conqueritur de maximis Expensis, in hac Causa factis, deque impotentia ad alias faciendas.

Quibus attentis, quatenus non placeat respondere pro nullitate Professionis, in omnem casum rescribendus videtur *Ad Iudices suos*, ut in terminis du-
403 rioribus, hoc est speciales remissionis alterius exemplaris Causę, ab Innoc. XII. huic Sac. Congregationi remissę, constanter practicavit *in Dubiis Pensionum, & Congruæ 10. Novembris 1696.* ut legitur in Folio, d. die distributo, ibi -- *Cùmque æquum visum fuerit Sanctitati suæ super articulo, plurimam gravi, & exemplari, consilium hujus Sac. Congregationis exqui-*
404 *rere &c.* intrepide rescribendo, *Omnia ad Iudices suos*, ut videre est *in Lib. 46. Decret. fol. 389.* & observavi *in tom. 3. part. 2. discept. 9. num. 158.*

Et merito, quia in Causis, primæ Instantiæ, in quibus requiritur formalis Processus, hæc Sac. Congregatio non solet manus apponere, juxtà notorias Constitutiones *Sixti V. & Innocentii XII.* novissimè con-
405 firmatas à *Benedicto XIII.* sub die 17. Aprilis 1728. ut videre est in parvo Regesto, vulgò *Vacchetta* huius Sac. Congregationis sub d. die, ibi -- *Sanctissimus D. N. Benedictus XIII. per Organum Secretariæ Status jussit, per Sac. Congregationem Concilii non ampliùs recipi, nec cognoscis Causas contentiosas, tam Civiles, quàm Crimi-* 406
nales, ordinem judiciarium, cùm Processu, & probationibus requirentes, secundum Bullas sa. mem. Sixti V. & Innocentii XII. quas omnino servari mandavit, & sub die 4. mensis Aprilis 1731. iterum confirmatis à Clemente XII. ibi -- *Quoad Causas cognoscendas in Sacris Congregationibus, exactè servetur Constitutio 74.* 407
Sixto V. cum declarationibus editis jussu sa. mem. Innocent. XII.

Die 2. Decembris 1730. proposita Causa in Congregatione Concilii sub Dubio: *An sit locus restitu-* 408
tioni in integrum; Responsum fuit: Dilata.

Reproposita die 13. Januarii 1731. super eodem Dubio, responsum fuit: *Negative.* 409

Reproposita die 10. Martii 1731. responsum fuit: 410
Iterum proponatur.

Iterum proposita die 21. Aprilis ejusdem anni, 411
responsum fuit: *Prævio recessu à decisis, esse locum restitutioni in integrum, & prægia factione novi Processus, faciendi per Ordinarium, una cum superiore locali, Causa super nullitate Professionis discutiatur in Sac. Congregatione.*

Demum reproposita die 16. Junii ejusdem anni 1731. sub Dub. *An constet de nullitate Professionis*, responsum fuit *Ad Eminentissimum Ordinarium, qui una cum superiore locali procedat, prout de Jure*, qui rescribendi modus non videtur concordare cum praxi Sac. Congregationis *de qua supra num. 338.* Seranus autem post innumera rerum discrimina, Sententiam, ser. ser. latam super nullitate suæ Profes-
sionis ab ejus Ordinario obtinuit, illiusque vigore 412
die, S. Bartholomæo dicata anno 1733. ad Statum Sacerdotis secularis transivit. Verum tamen est, quòd victoriæ fructum non fuit consequutus, dum post paucos menses ex hac Vita migravit, oppressus ab eo morbo, quem non semel in Sac. Congregatione exageravimus, ut videre est supra *num. 131. & num. 379. & seqq.*

Ego verò dum hæc scribo experto adhuc reim-
bursationem scutorum triginta circiter, quæ, ejus 413
miseriæ miserendo, de proprio impendi pro impressione Scripturarum ultimæ propositionis, sine quibus reproponi non poterat Causa in Sacr. Congregatione Ultra Honoraria ejusdem ultimæ propositionis, quod de facili forsan practicari non solet ab
aliis Causæ Defensoribus, inexorabiliter reducendo 414
ad praxim vulgatum illud - *A Cliente, Lite pendente.*

Quod tamen ad praxim nunquam reducere volui, memor facti Temistocli, quod refert *P. Segner. nella Predic. 33. num. 2.* verbis istis: *Parlando un giorno Temistocle nel Senato di Atene, disse di avere un conseglio utilissimo, utilissimo alla Republica, ma che sic-*
come non voleva proporlo in publico, così fosseli as- 415
segnato qualch'uno, cui lo confidasse in privato. Fu destinato Aristide per ascoltarlo, ed a lui Temistocle distintamente scoperse una certa fraude, con cui si poteva maliziosamente dar fuoco a Legni Spartani, loro Nemici, benche allora loro Collegati. Udito questo Aristide tornò in Senato con grandissima aspettazione di ogn' uno, e senza spiegare il caso in particolare, solo disse in genere, che il consiglio di Temistocle era utile sì, ma non era onesto; Come? Ripigliarono allora tutti, gridando senza distinzione, e senza ordine, ad una voce: Questo è impossibile: Quod honestum non est,
non potest esse utile: *Ed così senza ne pure degnarsi* 416
di udirlo, lo ributtarono. Tanto era radicata in quei Consiglieri questa opinione, come conchiuse Cicerone, e con lui Plutarco, ut quod justum non erat, minime putaretur esse utile.

DIS-

DISCEPTATIO II.

Vormatien. Fundationis Conventus.

INTER

Electorem Moguntinum, uti Epiſcopum Vvormatien.

ET

Patres Carmelites diſcalceatos Oppidi Heidelbergenſis

ARGUMENTUM.

In novis fundationibus Monaſteriorum Carmelitarum diſcalceatarum expedit, Moniales immediatè ſubiicere Locorum Ordinarii potiùs, quàm illarum Generalibus ſuperioribus regularibus. Reſpondetur omnibus exemplis, & rationibus, quæ in contrarium adduci ſolent, & poſſunt. Privilegia, Carmelitis diſcalceatis conceſſe erigendi Conventus cum ſolo conſenſu Ordinariorum Locorum, an ſint in uſu.

IN ſuo, deceſſit ultimo Elogio Comes de Efferen quamplurima legavit Bona ſanctimonialis Carmelitis excalceatis, ad Reginam Pacis Coloniæ degentibus, pro fundatione novi Monaſterii Monialium Carmelitarum diſcalceatarum in Oppido Heidelbergenſi, Vvormatien. Diœceſis, cumque Patres Carmelitæ diſcalceati prætendant poſſe eligere, & fundare novos Conventus, mediante ſola licentia Epiſcopi Diæceſani, vigore Conſtitutionis ſ. m. Pauli V. incipientis *Ad*
1 *Eccleſiæ* in ordine *la* 10. *in Bullar. nov. tom.* 3. ibi -- *Quare motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ejuſdem Ordinis Carmelitarum diſcalceatorum ſuperioribus, & Religioſis, ut ubique Locorum quilibet in Reſtrictu ſuo &c. Domos, & Monaſteria, juxta Concilii Tridentini Decreta de ſola licentia Ordinariorum nullo aliarum Perſonarum cujuſvis Ordinis, etiam Regularium, requiſito conſenſu condere, fundare, & erigere valeant, authoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & indulgemus*. Con-
2 firmatam à Clemente IX. die 6. Octobris 1668. ibi -- *De Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ejuſdem Ordinis Carmelitarum diſcalceatarum Superioribus, & Religioſis, ut ubique Locorum &c. Domos &c. de ſola licentia Ordinariorum nulla aliarum Perſonarum cujuſvis Ordinis etiam Regularium, requiſito conſenſu &c. erigere valeant, authoritate Apoſtolica licentiam, & facultatem concedimus, non obſtantibus &c.* de quibus *in tom.* 3. *part.* 2. *diſcept.* 5. *per tot.* & ſignanter *num.* 2. & 28. quæve per extenſum reperiuntur hodie impreſſæ *in tomo ſecundo Bullar. Carmelitar. fol. trigenteſimo quadrigeſimo ſecundo*, & *fol.* 555.

Hinc præfatæ Moniales, ad Reginam Pacis d. fundationem exequi intendentes, ſupplicem porrexerunt Libellum hodierno Electori Moguntino, uti Epiſcopo Vvormatien. ut earum Monaſterium ſub obedientia, & Juriſdictione ſuperiorum, Generalium Carmelitarum diſcalceatarum, & cum exemptione à ſubjectione Ordinarii Vvormatien, erigi poſſit;
3 Dictus autem Epiſcopus ex ejus pietate, & juſtitia, quibus pollet, neque Juribus Ordinariatus Vvormatienſis præjudicium afferre volens, neque piam fundationem pro eiſdem Monialibus, à d. Comite de Efferen demandatam, ulterius protrahere cupiens, conſultius exiſtimavit conſilium petere Advocatorum Romanæ Curiæ, qui, tam reſpectu Juriſdictionis Ordinariorum, quàm circa exemptionem Carmelitarum diſcalceatorum, æquè benè verſati ſint in praxi, ac in theorica inſtructi.

Quæritur proinde in ſenſu veritatis, ut dandum ſit conſilium eidem Electorum tanquam Epiſcopo Vvormatien. permitendi d. fundationem novi Monaſterii Monialium ſub obedientia PP. Carmelitarum diſcalceatorum; Vel potiùs ſub Ordinaria Juriſdictione Epiſcopi Vvormatien. pro tempore. 4

Videtur autem prima facie reſpondendum affirmativè quoad primam partem, & conſequenter negativè quoad ſecundam.

Primò, quia videtur oppoſitum voluntati S. Matris Thereſiæ, Fundatricis dd. Carmelitarum excalceatarum, quod illarum Monaſteria fundentur ſub Juriſdictione Ordinariorum, ex eo, quod in Hiſpaniarum Regnis primum Monaſterium, ab ipſa fundatum in Civitate Abulæ tali hodie gaudeat exemptione, ut legitur *in lib.* 1. *Fundat. cap.* 30. ibi: *Dixit Mihi Dominus expedire, & conſentaneum eſse, quod Moniales S. Ioſephi Abulæ obedientia in poſterum Ordini præſtent, hocque ut fieret ipſa procurarem, quia, niſi id fieret fore ut Monaſterium hoc quamprimum de vigore, & rigore ſuo remitteret.* 5

Secundò ex eo, quia fundatione Conventus Caravacenſis non poterat eadem S. Thereſia conſenſum præſtare, quòd idem Conventus ſubiectus eſſet Commendatariis, ut eadem Sancta teſtatur *in Fundat.* 6 *cap.* 26. ibi: *Cùm jam vero facultas* (fundandi nimirum Monaſterium Caravacenſe) *ſubmiſſa, & ego in procinctu, ut illuc abirem, jam eſse, intellexi inter alias hanc conditionem habitam eſse, ut Commendatitiis Domus ſubjecta eſset, ipſiſque Moniales obedientiam præſtarent, in quam ipſa conſentire prorſus non poterat, quod Carmelitarum, & proinde B. V. Deipare, is Ordo eſset.*

Tertiò idem colligi videtur ex Epiſtola ejuſdem S. Thereſiæ ad Prioriſſam Granatenſem, ex qua reſultat, præfatam S. Thereſiam potiùs deſiſtere voluiſſe ab inchoata fundatione Monaſterii in Civitate Granatæ, quàm quòd idem Monaſterium obedientiæ Superiorem Ordinis non eſſet ſubiectum ibi -- Ti- 7
„ mor veſter, quo, eſt Nos vult afficere, quod Archiepiſcopus hoc Monaſterium ſuæ Juriſdictioni, & obedientiæ ſit ſubictурus, cauſavit Mihi viſum, nihil amplius habeo cum illo agendum; Proinde neſcio quare tantum ipſi attribuant; priùs morietur, quam id efficiat, & ſi hoc initium exiguæ obedientiæ Ordini introduceret, ſatiùs foret Monaſterio carere. Quandoquidem noſtrum lucrum non eſt in multis Monaſteriis, benè autem in hoc, quòd in iiſdem Commorantes Sanctæ ſint.

Ratio autem, quare eadem S. Mater Thereſia nulla fundare voluerit Monaſteria extra ſuperiorum ordinis obedientiam, hæc erat, quia ad conſervandas Moniales in primitivo ſpiritu, & regulari diſci- 8
plina magis expedire videtur, ſi Directorem habebant, quibus per practicam obſervantiam, & experimentale, notitiam Regulæ, & Conſtitutiones Carmelitarum excalceatorum notæ ſint, quàm ſi in Spiritualibus ſortiantur Directorem, qui ſpeculativam tantùm Regularum cognitionem, & Conſti- 9
tutionum intelligentiam habeat, ut legitur *in* 4. *epiſt. ejuſdem S. Thereſiæ ad Alvarum de Mendozza Epiſcopum Abulæ*, regiſtrata in *libro quarto ſuar. Epiſt.* ibi -- *Si V. P. obſervaſſet quam maxime neceſſarium Nobis erat à tali Perſona* (ſubintellige Priorem Viſitatorem Ordinis noſtri) *Viſitationem factam* 10
eſſe, cui ex practica obſervantia Conſtitutiones erant conſciæ, Perſuaſiſſimum Mihi haberem, longè majorem ſatisfactionem in illis reſultaſſe, ſimulque magnam illam Gratiam agnoviſſe, quam Dominus huic Domui conceſſerit ex hoc, quòd ex alterius arbitrio (ideſt Epiſcopi) *non dependeret, cui Domus hujus qualitas, & indoles ignota erat.*

Ex quibus pluſquam tacitè inferri videtur, mentem ejuſdem S. Thereſiæ eſſe, quòd Monaſteria Monialium ſui Ordinis permaneant ſub obedientia ſuperiorum regularium, non verò ſub Ordinariorum Juriſdictione; Quibus attentis, non videtur congruum, neque dignum, quod Monaſterium 11
Monialium Carmelitarum diſcalceatarum, de novo fun-

fundandum Heidelbergę à Monialibus Carmelitis discalceatis ad Reginam Pacis nuncupatis, Coloniæ degentibus, fundetur sub Jurisdictione Episcopi, sed relinquendum sit sub obedientia superioris regularis, cum summa, nostra esse debeat observantia, summaq; veneratio in eandem Sanctam Theresiam, utpote in Celesti Theologia versatissimam ut notat *Thomasin. de Veter. & nov. eccles. Disciplin. to. 1. lib. 3. cap. 28. n. 15. fol.*
12 *Mihi* 714. & legitur in 2. Lect. eius Offic. ibi -- *Multa cælestis sapientiæ documenta conscripsit, quibus fidelium mentes ad supernæ Patriæ desiderium maximè excitantur.*

Præter mentem, & voluntatem ejusdem S. Theresiæ, suadentem, Monasteria Monialium Carmelitarum discalceatarum manere debere sub obedientia Superiorum regularium ejusdem Ordinis, duo adducun-
13 tur Summorum Pontificum Privilegia Pontificum ob egregia Ordinis Carmelitarum erga Apostolicam Sedem merita, ad instantiam maximorum Principum concessa, quibus Monasteria Monialium subtrahi ridentur ab ordinaria Episcoporum Jurisdictione obtenta fuit à Gregorio XIII. ad enixas primis ad preces Philippi II.
14 Hispaniarum Regis, quem *Medran. de Consens. connubial. cap. 10. num. 2.* sequutas *Trat. de Matrimon. §. 8. num. 1. & 2.* Dictus Salomonem Hispaniarum vocat. Dictus Siquidem Summus Pontifex Gregorius XIII. Carmelitarum discalceatarum, tam Virorum, quàm Mulierum, tranquillitati indemnitati, eorumque Instituti propagationi, & profectui consulere cupiens, ipsos Religiosos discalceatos utriusque sexus primitivam Regulam in Hispaniarum Regis observantes, eorumque Domos, Monasteria, & Loca tunc, & pro tempore existentia, à Provinciis Fratrum, & Monialium ejusdem Ordinis Beatæ Mariæ, de Monte Carmelo. Regulam, ab Eugenio IV. mitigatam, profitentium, penitus, & omnino in perpetuum amplis-
15 sima authoritate se junxit separavit, & dismembravit, ipsosque Discalceatos ab omni, & quacumque Jurisdictione, Visitatione, correctione, & superioritate Prioribus, Provincialibus, & aliis Prælatis, & superioribus mitigatis, in ipsos discalceatos competere, perpetuo exemit, & liberavit, & ipsam Jurisdictionem ad unum de eadem Familia discalceatorum idoneum, & canonico ab ipsis Fratribus electum, assignavit ut patet ex ejus Construere quæ incipit *Pia consideratione* & reperitur impressa *in Bullar. nov. tom. 2. la*
16 *64. & notat Roderic. Quest. regular. tomo secundo articulo quinto.*

Secundùm verò à Paulo V. in ejus Constitutione, incipiente *Cùm sicut accipimus* in qua Monasteria Monialium Carmelitarum discalceatarum in Belgio existentia exemit à Jurisdictione Ordinariorum, illaque subiecit obedientiæ, gubernio, Curę, & re-
17 gimini Regularium ejusdem Ordinis, ut legitur in d. Constitutione ibi -- *Cùm sicut accipimus in Belgio nonnulla Monialium Ordinis B. M. de Monte Carmelo discalceatarum nuncupatarum Monasteria ad Omnipotentis Dei, & ejus Matris V. M. Sanctorumque omnium laudem, & gloriam, ac Mulierum illarum Partium sub suavi Religionis jugo altissimo perpetuum exhibere famulatum desiderantium, custodiam, prævia sedis apostolicæ licentia fundata, & erecta sint, Nos pro nostro pastoralis Officii debito, prospero dd. Monasteriorum regimini, & administrationi prospicere volentes, ac sperantes, si regimen & administratio dd. Monasteriorum Vobis committatur, illa in spiritualibus, & temporalibus incrementa susceptura esse, idcirco apostolica authoritate tenore præsentium Vobis in virtute Sanctæ obedientiæ committimus, & mandamus, ut juxta ea-*
18 *rundem Monialium Monasteriorum Constitutiones, ac Statuta à fel. rec. Sixto Papa V. & Gregorio XIV. Prædecessoribus nostris confirmata, dd. Monasteriorum, illorumque Conventuum, atque Personarum, in illis pro tempore degentium in spiritualibus curam, gubernium tur regimen, moderationem, & institutionem suscipia- & geratis, in eumque finem talem ex vestro Ordine designetis, & deputetis Sacerdotem, ad nutum superiorum amovibilem, qui verbo, & exemplo, vitæ, ac morum puritate ad Constitutionum regularium observationem eas inducere, ac juxta supradictas Constitutiones, & Statuta regere, & gubernare valeat; & possit.*

Dum igitur Carmelitarum discalceatarum Ordo habetà dd. duobus Summis Pontificibus Privilegia, ut Monasteria Monialium discalceatarum sint, & permaneant sub obedientia, & gubernio superioris Ordinis, non potuerit proinde, neque debebit Monasterium, de novo erigendum in Oppido Heidelbergensi, subiici Jurisdictioni Ordinariatus Vvormatiensis contra expressa huiusmodi Privilegia, minusque idem Ordinariatus prætendere poterit in d. Monasterium de novo fundandum, Jurisdictionem aliquam exercere. Licèt enim, Jure communi attento, fundatam habeant Episcopi intentionem pro libero exercitio ordinariæ coram Jurisdictionis in omnia Locą, quamvis monastica, vita intra Fines eorum Diecesum ut videre est in *can. Omnes Basilicę decima sexta quest. 7. & in can. Quidam Monachorum decima octava quæst. 2.* cum aliis apud *Fagnan. in cap. Nimis prava de Eccles. Prælator. Pignatell. consultatio nonagesimo quarto numero primo & seqq tomo primo* & latè *Rot. in firmana Jurisdictionis super modo visitandi Monasteria decima tertia Martii 1702. §. Fundamentum coram Molin.* impressa apud *Prosper. de Terit. separ. decisio decimo quinto numero primo* Hujusmodi tamen ordinaria Episcoporum Jurisdictio in Ecclesias, & Monasteria Regularium, limitatur in illis terminis, & casibus, in quibus concurrunt Privilegia in contrarium, juxta doctrinam *Geminian. in Cap. cum Episcopus numero quarto de Offic. Ordin. in 6.* sequutam *Bellett. Disquisit. clerical. tit. de Jurisd. clerical. tit. de Jurisd. Abbat. S. Michael de Clusa §. unic. num. 5. & seq. Card. de Luca de Jurid. disceptatio vigesima octava numero octavo & Rota decisio 54. num. 5. coram Martin. Andr. & decisio 97. numero sexto & septimo coram emerix. junior. & in part. 5. recen. decis. 546. numero secundo &* sequentibus. 19 20 21

Tertius, quia subjectio Iurisdictioni Ordinarii Vvormatien. Monialium Monasterii fundandi in Oppidum Heidelberg ulterius opposita videtur voluntate d. Comitis de Efferen Fundationis; Asserit enim illius Uxor, ab eodem factum fuisse d. Legatum pium pro fundatione eiusdem Monasteri sub ea conditione, ut illud fundaretur à Monialibus Carmelitis discalceatis B. M. V. de Pace Civitatis Colonien. sub regimine, & Jurisdictione Superiorum Ordinis, cui 22
omnis fides prestanda sit; attenta insigni nobilitate Personæ testantis, *ad Textum in can. Nobilissimus 97. dist.* ibi -- *Nos tamen &c. ejus gravitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones,* cum aliis apud *Rot. decisio 401. numero nono coram Emer. jun. & decisio 83. numero vigesimo sexto coram Ansaldo & in parte decim. octava recentior. decisio 200. numero decimo primo & in Romana Pecuniaria 26. Februari 1725. §. Frustrà coram Cerro.*

Qua voluntate Fundationis attenta eo minus refert præfatum Monasterium erigi sub Iurisdictione Ordinariatus Vvormatien. sed fundari debet sub obedientia superiorum Regularium dd. Carmelitarum discalceatorum, ea ratione, quia conditiones, in limine fundationum, sive Beneficium, sive Monasteriorum, à Fundatoribus appositæ, omnino servandæ sunt ad alliciendos pios Benefactores ad Opera pia erigenda, Et fundanda, *ad Textum in can. Eleuterius decima octava, parte secunda, & in capitul. Præterea de Jurepatron. Rot. in Volaterana Beneficii 7. Junii 1709. in princ. coram Ansaldo cum alii authoritatibus, relatis apud Fagnan. in Commentar. in singul. Can. de Jurepatr. parte secunda can. 27. in comment.* 23

His tamen non obstantibus, neque attentis, re maturè perpensa, consideratisque omnibus considerantis, pro veritate, & conscientia non possum aliud dare consilium Moguntiæ Electori, uti Vvormatiensi Episcopo, nisi, ut d. novum Monaste- 24
rium Monialium Carmelitarum discalceatarum, fundandum in Oppido Heidelbergæ erigatur sub ea præcisa conditione, quod Moniales, in illo moram facientes, subsint Iurisdictioni Ordinariatus Vvor-

Vjormatien. ; non verò ſub obedientia Superiorum
Carmelitarum diſcalceatarum .
Idque, tam attento Jure civili, quam canonico, nec
non præ oculis habendo Summorum Pontificum Con-
ſtitutiones, Sac.Congregationum repetita Oracula &
fundatiſſimam Doctorum opinionem; & quod magis
eſt attenta fundatione primi Monaſterii Monialium
25 Carmelitarum diſcalceatarum in Civitate Abulæ cum
d. expreſſa conditione ſubjectionis Juriſdictioni ordi-
nariæ Epiſcopi Abulenſis, de ſpeciali mandato, &
præciſo precepto f. m. Pii IV. appoſita in breve fa-
cultativo, procurato à S. Thereſia mediantibus ope-
rationibus nobilium Viduarum Donnæ Adonie de
26 Guzmar, & Donnæ Guiumar de Ulloga, de qui-
bus infra.
Quoad Jus civilè, habemus ſequentia verba in *novell.*
123. *cap.* 21. *Si quis contra Clericum, aut Monachum, aut*
Diaconiſſam, aut Monaſtriam, aut Aſcetriam habeat ali-
quam Actionem, adeat priùs Sanctiſſimum Epiſcopum,
27 *cui horum unuſquiſque ſubiaceat, & leg.* 40. *Cod. Epiſcop.*
& Cleric. ibi -- *Monaſteria degunt, ſeu cenſentur ſub Epiſ-*
copis Territoriorum ſuorum, & Abbatum, quidem Cu-
ramgerunt Epiſcopi, Monachorum verò Abbates.
Quoad Jus canonicum Regulares, eorumque Mona-
ſteria ſubiiciuntur poteſtati, & ordinariæ Juriſdictionis
ad inſtar Cleri ſecularis, & Epiſcopi de Jure commu-
ni fundatam habent intentionem pro omnimoda Ju-
riſdictione Eccleſiaſtica, nedum in Clericos, & Ec-
28 cleſias ſeculares, ſed etiam regulares ſuæ Diæceſis,
juxta claram diſpoſitionem *Concilii Calcedonen. can.* 4.
ibi -- *Qui vere, & ſincere monaſticam Vitam aggrediun-*
tur, digni conveniente honore habeantur: Quoniam autem
nonnulli, monaſtico prætextu utentes, & Eccleſias, &
negotia civilia perturbant, & temere vitia ullam diſcrimi-
nis rationem in Urbibus circumſtantes, quin etiam Mo-
naſteria ſibi conſtituere ſtudentes, viſum eſt, nullum un-
quam ædificare, nec conſtituere poſſe Monaſterium, vel O-
ratoria Domorum, preter Sententiam ipſius Civitatis Epiſ-
copi; Monachos autem, qui ſunt in unaquaque Regione,
29 *& Civitate ſubiectos eſſe &c.* & ſequendo *Textum in can.*
Cognovimus 18. *qu.* 2. obſervant *Tamburin. de Jur. Ab-*
batiſ. diſput. 33. *quæſit.* 1. *num.* 1. *Lezzan. in Summ. to.*
3. *in Mar. magn. Carmelitar. n.* 383. *fol. Mihi* 237. *Franc.*
in Paſtoral. Regular. qu. 2. *part.* 2. *à num.* 8. *uſque ad fin.*
Thomaſin. de Benefic. lib. 3. *cap.* 26. *per tot. Card. de Luc.*
de Juriſd. diſc. 28. *num.* 8. *verſic. Verùm, & Card. de*
Albic. apud eund. de Juriſd. Card. in ſuis Titul. qu. 1. *num.*
3. *& ſeqq. & Rot. deciſ.* 47. *num.* 14. *apud. d. Tamburin.*
de Jur. Abbat. & in Firmana Juriſdictionis ſuper modo vi-
30 *ſitandi Monaſteria* 13. *Martii* 1702. *§. Fundamentum cor.*
Molin. impreſſa *apud Proſper de Territor. ſepar. dec.* 15. *n.*
1. *& in Conſtantien. Juriſdictionis ſuper bono Jure* 4. *Ju-*
nii 1717. *§. Reſolutionis, & primo Julii* 1718. *§. Moti co-*
ram Anſaldo.
Quoad Conſtitutiones Summ. Pontificium in *Chronic.*
Carmelit. excalceat. P. Gaſparis à S. Michaele tom. 1. fol.
151. per extenſum refertur Breve à f. m. Pio IV. obten-
tum per medium Sac. Pænitentiariæ pro fundatione pri-
mi Monaſterii in Civitate Avilæ; in quo expreſſe de-
mandatur, ut idem Monaſterium erigeretur ſub obedien-
31 tia, & correctione Epiſcopi Abulenſis, ut videre *eſt ibi-*
dem fol. 151. ibi -- Raynuntius miſeratione divina
„ titulo S. Angeli Preſbyter Cardinalis Olivetis in
„ Chriſto Donnæ Aldoncæ de Guzman, & Don-
„ næ Guiomar de Ulloa Mulieribus illuſtribus viduis,
„ Incolis Abulenſis Civitatis, ſalutem in Domino. Ex
„ parte veſtra Nobis oblata petitio continebat, quod
„ Vos, zelo devotionis accenſæ ad Dei laudem, &
„ honorem deſideratis in d. Civitate Abulenſe unum
„ Monaſterium Monialium numero, & ſub invoca-
„ tione, Vobis benè viſis Regulæ, & Ordinis B. M.
„ de Monte Carmelo, ac ſub obedientia, & corre-
„ ctione Ven. in Chriſto P. Dei gratia Epiſcopi Abu-
„ lenſis, pro tempore exiſtentiis cum Eccleſia; Cam-
„ panilia &c. conſtruere, & edificare &c. Quare ſuppli-
„ care feciſtis &c. Nos igitur attendentes, quod in his,
„ quæ in divini cultus augumentum tendunt, favora-
„ biles eſſe debemus, atque benignè veſtris in hac
„ parte Supplicationibus inclinati, authoritate D.

„ Papæ; cujus Pænitentiariæ Curam gerimus, & 32
„ de cujus ſpeciali mandato ſuper hoc vivæ vocis
„ Oraculo Nobis facto, Vobis, ut unum Monaſterium
„ Monialium numero, & ſub invocatione; Vobis benè
„ viſis, Regule, & Ordinis B. M. de Monte Carmelo,
„ ac ſub obedientia, & correctione d. D. Epiſcopi Abu-
„ lenenſis, pro tempore exiſtentis, cum Eccleſia,
„ Campanili, Campanis, Clauſtro &c. conſtruere, &
„ ædificare &c. tenore præſentium concedimus, & in-
„ dulgemus. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Si-
„ gillo Pænitentiariæ ſeptimo Idus Februarii Pontifi-
„ catus D. Pii Pape IV. anno III. *qui fuit annus Do-* 33
„ *mini* 1562. *De eodem Breve mentionem facit* S. Petr. de
„ Alcantar in Epiſt. *directa eidem Epiſcopo Avilæ,*
„ *per extenſum tranſcripta* in dd. Chronicis Carmeli-
„ tar. fol. 154 ibi -- All'Ill., e Rev. Sig. Veſcovo di
„ Avila, che Dio faccia Santo. Lo ſpirito di Criſto
„ riempie l' Anima di V. S. &c. L'infermità mi à
„ aggravato tanto, che mi à impedito il trattare un
„ negozio molto importante per ſervizio di N. S. e per
„ eſſer tale, e perchè abbia effetto per fare ciò, che
„ e da conto noſtro, o voluto dare brevemente no-
„ tizia di eſſo à V. S. ed è, che una Perſona molto ſpi- 34
„ rituale (*hæc eſt S. Thereſia*) con vero zelo ſono alcuni
„ giorni, che pretende fare in queſto Luogo un Mona-
„ ſterio religioſiſſimo, e d' intiera perfezzione di Mo-
„ nache della primittiva Regola, ed Ordine di Noſtra
„ Signora di Monte Carmelo, per il quale à voluto pren-
„ dere per fine, e rimedio dell' oſſervanza di d. prima
„ Regola il dare l' obbedienza all'Ordinario di coteſto
„ Luogo, confidando nella bontà, e ſantità grande di V. S.
„ poiche N. S. glie l' à dato per Prelato, à ridotto il nego-
„ zio ſino a queſto punto con ſpeſa di più di cinque mila
„ reali, per il quale à ottenuto il Breve &c. S. M. dia,
„ e conſervi à V. S. per molta gloria ſua, e per l' univer-
„ ſale profitto della ſua Chieſa. Amen, Amen. Cap-
„ pellano di V. S. indegno Fr. Pietro di Alcantara. *De quo*
Breve etiam mentionem facit Manzaned. Sac. Rotæ Audi- 35
tor, & Promotor Canoniz. S. Thereſ. in compend. Vit. eiuſd.
Sanctæ reimpreſſo Taurini anno 1709. fol. Mihi 63.
ibi: „ Paſſati ſei meſi, non ſenza miracolo li fu da
Roma preſentato il Breve di Pio IV. nel quale li ſi
dava licenza d'introdurre la Riforma del Carmine,
e con altre Compagne ritirarſi nel nuovo Mona-
ſtero, purchè lo ſottometteſſe alla giuriſdizione del
Veſcovo.
Aliud Breve ejuſdem Summi Pontificis Pii IV.
confirmatorium præcedentis diei 15. Julii 1565. per
excenſum refertur " in Bullar. Carmelitor. ultimo 36
loco impreſſo in Urbe tom. 2. fol. Mihi 135. *ibi*:
Cùm à Nobis petitur, quod juſtum eſt, tam vigor
æquitatis, quàm ordo excipit rationis, ut id per ſol-
licitudinem Officii noſtri ad debitum perducatur ef-
fectum, ſanè pro parte veſtra Nobis nuper exhibi-
ta petitio continebat &c. conſtruere erigere, & æ-
dificare propoſueratis, & deſideraretis, idque abſque
Sedis apoſtolicæ ſpeciali Indulto facere poſſe dubi-
taretis quaſdam ſub certa forma, tunc expreſſa à Se-
de Apoſtolica, ſeu illius Sacra Pœnitentia, & inter 37
alia, ut unum Monaſterium Monialium in numero,
& ſub invocatione, Vobis benè viſis, Regulæ, &
Ordinis B. M. de Monte Carmelo, ab ſub obedientia,
& correctione pro tempore extenſis Epiſcopi Abu-
lenſis, cum Eccleſia, Clauſtro, Refectorio, Dormi-
torio, & aliis neceſſariis Officinis, conſtruere, ædi-
ficare &c.
Non minus clarum ac individuale eſt aliud Breve
Alexandri VII. expeditum die 5. Septemb. 1665. pro
Monaſteriis Monialium Carmelitarum Diſcalceatorum,
tunc temporis erectorum, & in futurum erigendum in
Belgio, cum hac tamen conditione, ut illa eſſe, & per-
manere deberent ſub cura, gubernio, & Juriſdictione 38
Ordinariorum ibi -- „ Ex injuncti Nobis divinitus pa-
„ ſtoralis officii debito &c. Exponi Nobis nuper fe-
„ cerunt dilectæ in Chriſto Filiæ Moniales Ordinis
„ Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Diſcalceatæ nun-
„ cupatæ ſub cura, gubernio, & Juriſdictione Epiſ-
„ coporum in Belgio exiſtentes, quod ipſæ primiti-
„ vam regulam eiuſdem Ordinis, & Conſtitutiones ha-

„ ctenus sub stricta clausura viventes Religiosæ obser-
„ vaverint &c. Nos specialem ipsis exponentibus gra-
„ tiam facere volentes &c. supplicationibus earum no-
„ mine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclina-
„ ti &c. quod omnia, & singula Monasteria Monia-
„ lium Carmelitarum discalceatarum, tam hactenus
„ in Civitate Antuerpiensi, ac Oppidis Cobariensi,
39 „ Lizzano Ablotano, & Vivordiensi, Mechliniensis,
„ & Antuerpiensis Diœcesum erecta, quæ Jurisdictio-
„ ni, & superioritate Ven. Fratrum Archiepiscopum
„ Mechliniensis, & Episcopi Antuerpiensis respective
„ subsunt, quam deinceps perpetuis futuris tempori-
„ bus in Belgio sub cura, gubernio, jurisdictione, &
„ superioritate Ordinariorum Locorum. Canonice eri-
„ genda, earumque superioristæ, ac Moniales, &
„ Personæ quæcumque, omnibus, & singulis pri-
„ vilegii, facultatibus, libertatibus, immunitatibus
„ exemptionibus non tamen à Jurisdictione ex supe-
„ rioritate Ordinariorum Locorum præfatorum, pre-
„ rogativis præeminentiis, indulgentiis &c. quibus
„ Monasteria Monialium Carmelitarum excalceata-
„ rum in Regno Franciæ, & Coloniæ, Monasterii,
„ Neoburgi Aquisgrani, & alibi in Germania existen-
„ tia de Jure usu &c. fruuntur, & gaudent.

Quia verò in Constitutionibus earundem Monialium pro illarum superiore descriptum fuerat illorum superior ex Carmelitis discalceatis, mandavit idem summus Pontifex, ut, illius nomine deleto, subrogaretur nomen. Episcopi seu Loci Ordinarii ibi -- *Præterea supradictorum Monasterium in Belgio Erectorum, & eringendorum Monialibus, ut ipsæ nomen Vicarii Generalis & Superioris Ordinis Fratrum ejusdem Beatæ Mariæ de Monte Carmello ex earum, Constitutionibus, delere, illiusque loco nomen Episcopis seu Archiepiscopi Ordinarii Loci, ejusque Commissariorum uti illis subjectæ reponere liberè pariter, & licitè valeant, authoritate, & tenore præsentium concedi-*
41 *mus similiter, & indulgemus*. Quòd Apost. Breve cum nullibi reperiatur impressum, in fine registrat. per extensum.

Quoad Resolutiones, & Oracula Sacr. Congreg hæ in casuum contingentia semper responsum dederunt non so-
42 lum expedire, quod Monast. Monialium de novo erigenda subiiciantur Iurisdictioni, curæ, & superioritati Ordinariorum Locorum sed etiam, ut jam fundata restituantur eorundem Ordinarior. Jurisdictionis, & Obedientiæ, & signanter *in Orilien* 18. *Aug.* 1690. contra PP. Agostinianos, & *in Malacitana* 21. *Martii* 1697. contra eosdem Religiosos, & *in Januen* 24. *Januarii* & 13.
43 *Martii* 1698. contra PP. Minores Observantes S. Francisci, & *in Vicen.* 18. *Februar.* 1701. *contra PP. Carmelitas* antiquæ observantiæ, in qua Moniales exemptæ fuerunt à Jurisdictione Regularium, non atten-
44 ta contraria Fundatoris dispositione, & clara vol. & *in Salernitana* 13. *Februarii* 1692. in qua concessa fuit Monasterii fundatio seu restitutio, cum clau-
45 sula *Dummodo Monasterium sub Jurisdictione immediata Archiepiscopi remaneat*, & in *Ulyssiponen.* 3. *Maii* 1699. in qua concessa fuit licentia erigendi novum Monasterium Monialibus Conceptionistis sub expressa conditione, quod Iurisdictioni Ordinarii plenariè
46 subiicerentur, quas omnes punctuales resolutiones refert *Monacell. in Formul. tom. primo tit. sexto, formul.* 19. *à n.* 22. *usque ad numer.* 25. quem sequutus fuit *in tom.* 4. *p.* 1. *discept.* 5. *num.* 44. ibi -- *In qua parte Testator, seu Fundator novi Monasterii, se conformavit praxi, & laudabili solito hujus Sac. Congregationis quæ, quantum fieri potest, semper inclinat pro subordinatione Monialium Ordinariis locorum juxta quam plures modernas resolutiones, quas refert, & sequitur Monacell.*

In casu autem dictæ *disc.* 5. *p. prima*, *tom.* 4. Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium Ponente Cardinali Fabrono rescripsit. *Ad D. Secretarium cum Sanctissimo pro suspensione Brevis*, ut videre est ibidem *nu.* 30. & ulterius, quia Maria Lintermans pia Fundatrix in Belgio novi Monasterii Monialium Carmelitarum excalceatarum, tali religiositate se confor-
47 mavit d. Brevi Alexandri VII. ut expressè declaraverit animum suum sequentibus verbis -- *Me non velle fundare, aut perficere fundationem cujusdam Conventus Carmelit. in Moll, nisi subjectæ fuerint, & regantur ab Ordinario, & nullatenus ab Ord. Carmel. discalceator.*

Quantam autem vim habeant hujusmodi Sacrarum Congregat. Oracula, & individuales resolutiones, de se patet, eo quia dicuntur habere vim legis, per ea, quæ notant *Fagn. in c. Quoniam nu.* 8. *de Constit.* & *Pasqualig.* 48
q. moral. Centur. 1. *cap.* 61. *n.* 4. & *per tot.* & firmavit *Rot. in dec.* 72. *n.* 4. *cor. Ansald.* & *in Perusina Præeminentiarum* 2. *Dec.* 1711. *§. Fortiùs coram eodem*, & *in Romana Matr.* 3. *Jul.* 1719. *§. Hinc descendendo cor. Corio* & *in Rom. Præcedentiæ* 12. *Dec.* 1724. *§. Stabilita cor. Cerro.*

Nec dicatur, quod hujusmodi Decretis, seu sacrarum Congr. Resolutionibus non sit præstanda fides, nisi exhibeantur munitæ sigillo, & subscriptione Cardinalium Præfectorum, & Secretariorum earundem Sacrar. Congregat. juxta Oraculum Urbani VIII. registratum *in lib.*
14. Decr. Sac. Congregation. Conc. fol. 473. à quo illud transcripsit, & per extensum impressit *Barbos. de Jur. Eccles. universo lib.* 1. *c.* 4. *n.* 83. quem causam dedisse eidem Urbanæ constitutioni, ex quo, tam in Collectaneis ad 49
Concilium Tridentinum, quàm in aliis ejus operibus, multa apocrypha inseruit, testatur *Pignatell. consult.* 104. *nu.* 11. *in fine tom.* 9. Signanter verò æquè citat aliquas resolutiones, sequutas *à Sellio*, & *ab Aldano in Compendio resolutionum sacrarum Congreg.* 50
qui Authores nunquam eorum opera Typis dederunt, ut experientia notum est, & advertit *Capon. discept.* 51
164. *n.* 34. *vers. Respondet* sequutas *in to.* 2. *p.* 1. *disc.* 17. *n.* 37.

Ultra enim magnam illam, quam habent pro se verisimilitudinem eorum subsistentiæ, & veritatis quando allegantur ab Authoribus Romanis, vel in operibus, in Urbe impressis, attenta facilitate illas recognoscendi; quæ nemini denegatur, à Ministris, & officialibus 52
Secretariarum ut omnibus notum est, & ad nostrum præcisum effectum observat *Card. de Luc. in relatione Romanæ Curiæ Forensis disc.* 16. *n.* 2. *in fine*, & observavi *in meo Tractatu de livellis c.* 1. *§.* 4. *n.* 5. *in fine* ubi sequuntur fui *Lactan. de fals. Religion. lib.* 1. *c.* 9. ibi -- *Qui Nos mentiri putat, proferat alios, quibus credamus &c.*

Quatenus ad hanc inspectionem difficultas reducatur, facili negotio illa tolli poterit, procurando illarum authentica documenta quod brevi tempore adimpleri potest. 53

Quoad Doctorum opinionem unum pro Cunctis superabundat allegare, *d. Monac. in Formul. d. to.* 1. *tit.* 6 *form.* 19. *n.* 22. & *seqq.* Quantam enim mereatur fidem idem doctissimus æquè, ac piissimus Author in munere Vicarii Generales maximè exercitatus, & in Rom. Cur. uti Auditor Card. Petrucii in materiis Sacr. Congr. ver- 54
satissimus, de se patet, & his verbis observavi *Ego in to.* 55
5. *p.* 1. *disc.* 4. *nu.* 42. ibi: *Cujus authoritas apud me magni momenti est, attentis ejus notoria pietate, scientia, experientia, atque praxi Tribunalium Ecclesiasticor.* & *Sacr. Congregat. Crescitque ulteriùs ex eo quod idem Liber recognitus, & non sine laude approbatus fuit à D. Canonico Cugiò in his materiis versatissimo*, dum currit annus 34. in quo æquali attentione, & integritate exercet munus Secretarii Tribunalis Eminentissimi Urbis Vicarii.

Quo demum ad fundationem primi Monasterii no-
stræ Religionis in Civit. Abulæ ex animadversis supra, 56
remanet manifestum, quod illud fundatum fuit sub expressa conditione, ut illud subjectum esset curæ, obedientiæ correctioni, & Jurisdictioni Episcopi Abulensis pro tempore; Videtur proinde nimis improprium, & æqualiter absurdum, quod in fundatione Monasterii in Oppido Heidelbergæ diversimodè practicetur, concedendo in illius fundatione majorem exemptionem eidem Monasterio, quàm habuerit d. primum Monasterium Monialium Carmelitarum Discalceatarum, con-
tra dispositionem *Textus in cap. Cum non liceat de præscript.* & animadversa per *Federic. de Senis cons.* 151. *n.* 1. & 57
3. *vers. Item constat*, & firmatis *per Rot. dec.* 295. *n.* 9. & 10. *cor. Priol.* & *in Firmana Jurisdict. super modo visitandi* 20. *Martii* 1702. *§. Et quamvis S. Conc. in fin. cor. Mol.* impressa apud *Prosper de Territ. separ. dec.* 17. *n.* 7. ubi, quod nimis incongruum est, quod Membra melioris sint conditionis, ac fuerit illorum Caput.

Nec deest congrua ratio hujusmodi æquè legalis, ac à Sac. Cong. communiter receptæ opinionis, in eo resi-
dens,

dens, quòd est magis utile, magisque expediens Monialibus, quòd subsint Iurisdictioni Ordinariorum, quàm quòd sint sub obedientia Regularium; Meliùs enim custoditur Clausura, & meliùs administrantur Mona-
58 steriorum Bona Episcoporum Iurisdictioni, & regimini subjecta quàm per subiectionem eorundem curæ, & Iurisdictioni Regularium, quia custodia Clausuræ, ac recta Monialium gubernatio præ oculis haberi debet, non solum ab intra, & ut ita dicam, materialiter, nè ipsi Muri corruant, & Moniales à Clausura non exeant, sed spectari principaliter debet etiam ab extra, & habito respectu ad Clerum, & Populum secularem, ne scilicet Seculares Crates frequentent, nevè cum Monialibus, vel per Epistolas, vel oretenus
59 conversentur, aliaq; non faciant, quæ Clausuræ, aut Monialium gubernio præjudicare possunt, eisdem Secularibus prohibendo etiam actus remotos, & indifferentes cum Monialibus, quando tractù temporis possunt mali speciem præseferre; Quibus inconvenientibus, sicuti nullo modo occurri potest à Superioribus regularibus, nullam habentibus Iurisdictionem in Clerum, & Populum secularium, ita facilitate maxima tolli, & removeri possunt eadem, & similia inconvenientia à Locorum Ordinariis, omnem habentibus Iurisdictionem in d. Clerum, & Populum secularem remediis illis, & modis, quos Ordinariis Locorum indicat *Monacell. in Formular. tom. 3. tit. 1. form*[illegible] 12.
60 *& seqq.* Quæ omnia adeo nota, adeoque [illegible]nt, ut ad illa comprobanda non opus sit allegarè Doctorem
61 aliquem, & rationem adducit *Card. Pallavic. in Histor. Conc. Trident. lib. 3. c. 3. num. 8.* verbis illis. *In quei casi, in cui la raggione naturale si scorge aperta, non richiedesi altra legge, ne altro Dottore, che il lume, impresso negli animi dalla Natura*, quem sequutus fui *in Inst. crim. lib. 2. tit. 8. n. 248.*

Et tamen addimus spectabilem authoritatem *Petri Blesens. in epist. 68* in qua summoperè commendat Sanctos illos Religiosos, Religiosasque quæ constanti animo exemptionem à Jurisdictionem Ordi-
62 nariorum recusarunt, ibi: *Monasteria enim, quæ hoc beneficium damnatissimæ libertatis, sive apostolica authoritate, sive (quod frequentius est) Bullis adulterinis adepta sunt, plus inquietudinis, plus inobedientiæ, plus inopiæ incurrerunt, ideoque multæ Domus, quæ nominatissimæ fuit in Sanctitate, & Religione, has immunitates, aut nunquam habere voluerunt, aut habitas continuò rejecerunt*, quem referunt, & sequuntur *Van Espen in Jur. ecclesi. tom. 3. tit. 12. de Exempt. à Jurisd. Ordin. cap. 4. num. 34. & Pignatell. Consult. 170. num. 1. tom. 4. juxta Romanam impressionem.*

Ejusdemque opinionis fuerunt etiam multi insignes Fundatores Sac. Familiarum, inter quos *S. Ber-*
63 *nard. in tr. de Morib. & Offic. Episc. c. 9.* ita contra Regulares hujusmodi exemptionem à Episcoporum Jurisdictione procurantes: loquitur: *Miror, quosdam in nostro Ordine Monasteriorum Abbates hanc humilitatis Regulam odiosa contentione infringere, & sub humili (quod pejus est) Habitu, & Tonsura, tam superbè sapere, ut cùm ne unum quidem verbulum de suis imperiis subditos suos prætergredi patiantur, nisi propriis obedire condemnant Episcopis, Spoliant Ecclesias, ut emancipentur redimunt sed ne obediant, Non ita Christus: Ille siquidem dedit vitam, ne perderet obedientiam qua isti ut careant, totum fere suum, suorumque victum ex-*
64 *pendunt &c.* Et infra ibi .. *Sed non propter me, inquit, facio, sed quærit Ecclesiæ libertatem. Ob libertas omni, ut ita loquar, servitute servilior! Patienter ab hujusmodi libertate abstineant, quæ me pessimè addicat superbiæ servituti; Plus timeo dentes Lupi, quàm virgam Pastoris; Certus sum enim ego Monachus, & Monachorum qualiscumque Abbas, si mei quandoque*
65 *Pontificii à propriis cervicibus excutere jugum tentavero, quòd Sathanæ mox Tyrannidi meipsum subjicio*, Et infra concludit, *Quid igitur Vos ò Monachi Sacerdotum gravat authoritas? Metuistis infestationem? sed si quid patimini propter justitiam, beati secularitatem contemnitis? Sed secularior nemo Pilato, cui Dominus adstitit judicandus.*

Et quod magis est non solùm idem S. Bernardus contra Regulares, exemptiones, ut supra prætendentes, invehit, verùm etiam æquali modestia, ac candore non dubitavit exorbitantiam d. Exemptionis ipsimet Summo Pontifici apertè aperire, ut reco- 66
gnosci *potest in libr. 3. de Consid. ad Eugen.* ibi; *Subtrahuntur Abbates Episcopis, Episcopi Archiepiscopis &c. sic factitando probatis Vos habere plenitudinem potestatis, sed justitiæ fortè non ita; facitis hoc, quia potestis, sed utrum & debeatis, quæstio est. Et D. Bernardum sequitur Paulut. de Jurisprud. Sacr. tom. 1. lib. 2. tract. 2. cap. 14. de Metropolita num. 4. vers. Per Sedem fol. Mihi* 244. & utrosque sequutus fui *Ego in Discursu, edito coram Congr. particulari in Moguntina, seu Herbipolen. quis.* Discursus impressus reperitur *apud Antioch. de Jurib. & onerib. Cleric. fol 22.* 67

Sanctus pariter Franciscus, Fundator innumerabilium ferè Conventuum, in eodem etiam fuit sensu, quòd sui Religiosi esse deberent subjecti Ordinariorum Jurisdictioni, præceptisque proinde ejus Alumnis, ne à S. Sede exemptionem ab eadem Jurisdictione Ordinariorum procurarent, ut testatur *Van* 68
Espen in Jur. ecclesi. tom. 3. tit. 12. de Exempt. à Jurisd. Ordin. cap. 4. num. 42. ibi: *Præcipio firmiter Fratribus universis per obedientiam, quòd ubicumque sint, non audeant petere aliquam Literam in Curia Romana, adeoque nec Literas exemptionis; Hoc enim & Fratrum meorum est Privilegium nullum habere Privilegium super Terram, sed omnibus obedire, & inferiores Nos omnibus reputare.*

Quodque, tam S. Bernardus, quàm S. Franciscus adversati fuerint exemptioni à Jurisdictione Ordinariorum, testes sunt *Thomasin. de Benefic. lib. 3. cap.* 69
29. num. 11. & seqq. Altaserr. in Asceticis. sive de Origin. rei monastic. lib. 2. cap. 5. per tot. van Espen in Jus ecclesi. univers. tom. 2. part. 3. tit. 12. cap. 4. per tot. cum quibus concordat *Card. Baron. Annalium Ecclesiasticorum Pater, ad ann. 676.* ibi: *Certè quidem nunquam placuit S. Bernardo ut Monachi ab episcopali obedientia hujusmodi Privilegiis se subtraherent, nec* 70
gratum fuit S. Francisco, sed Fratris Eliæ Hominis, non divino spiritu, sed carnis prudentia nitentis, fuit opus, aliosque concordantes refert, & sequitur *Rot. decis. 15. num. 7. apud Prosper. de Territor. separ.*

Non sine autem admiratione audiri possunt contrariæ gratuitæ assertiones, quod S. Bernardus ideo reprobaverit Regularium exemptiones, quia isti magno pretio exemptionum Privilegia comparabant; sed verum motivum illud fuit, quia idem Sanctus existimabat, eadem Privilegia repugnare justitiæ, ut se declaravit *Eod. lib. 3. de Consid. ad Eugen. cap.* 71
4. ibi: *Tu ne Tibi licitum censeas suis Ecclesias mutilare Membris, confundere ordinem, perturbare terminos, quos posuerunt Patres tui? Si justitia est, Jus cuique servare suum; Auferre cuique sua, Justo quomodo poterit convenire?*

Cum dd. antiquis Religionum Fundatoribus concordant etiam duo Lumina ecclesiasticæ Jurisdictionis, & Hierarchiæ nec ad præteriti seculi Dignitatis Episcopalis Deus, & ornamentum Primus est S. Carolus Borromæus, qui, utilias existimans Monialium Monasteria subjecta esse Jurisdictioni Episcopi, quàm sub obedientia Regularium, quam plurima Monialium Monasteria sub Episcoporum Jurisdictione reducit, illa subtrahendo à Regularium obedientia, teste *Thomasin. de Veter. & nov. Eccles. Disciplin. part. prima libr. 3. capit. 28. numer. 14. fol. Mihi* 724.

Secundus verò S. Franciscus Salesius, qui non potuit adduci, ut, Monialium Monasteria regi, & gubernari deberent à Regularibus, Adeout inter alias 73
ejus Epistolas Epist. 8. *lib. 6. hæc scripta reliquerit. Video equidem conspicuos Natalium, & pietatis splendore Viros, qui malint Monasteria subesse Ordinariorum potestati prisco more, per omnem Italiam nunc restituto, non sub regimine Monachorum, juxta usum, qui in Galliis quadringentis, quingentisve jam ab hinc annis invaluit. Ego vero adduci non possum, ut probem Mo-* 74
nasteria Sanctimonialium regi à Monachis, maximè quæ sint ejusdem Ordinis; Ea verò in re Mihi quidem videor

videor apostolicæ Sedi obsequi, quæ quando opportuna se dat occasio illam subjectionem solvit.

Dum igitur dd. insignes Religionum Fundatores, & religiosissimi præteriti seculi Episcopi, sanctius, melius, & utilius existimarunt, Monasteria Monialium permanere sub Jurisdictione Ordinariorum, præsumendum est etiam in eodem sensu fuisse S. Theresiam in Fundatione Monasteriorum suæ Re-
75 formationis. Ad quod comprobandum *nell' Istoire des Charmes deschaussez de Espagne tom. primo libr. 2. cap. 6. & 9. & lib. 3. cap. 2. num. 4. & 10. & cap. 20.* legitur, eandem S. Theresiam admonitam fuisse, ut Monasteria suarum Monialium, non discalceatis
76 Carmelitis sed Ordinariis subjiceret, referente *Thomas. de Veter. & nov. Eccles. Disciplin. tom. 1. lib. 3. cap. 8. n. 15. fol. Mihi 724.* ibi: *Verùm nihil hìc occurrit, quod plus habeat admirabilitatis, quàm quod ipsamet refert S. Theresia de fundatione Monasteriorum novæ suæ, vel Religioni, vel Reformationi accrescentium, cælesti quodam primum Oraculo admonita est, ut Monasteria sua subjiceret, non Monachis Carmelitis, sed Episcopo Diæcesano, quod & Brevi apostolico mox firmatum est sub obedientia, & correctione Episcopi Abulensis, pro tempore existentis*; Quod Breve per extensum impressum fuisse, tam in Chronicis Carmelitarum discalceatorum, quàm in novissimo Bullario Carmelitarum antiquæ Observantiæ ut supra observavimus.

Quibus non adversatur, quòd postea eadem S. M. Theresia aliqua ex suis Monasteriis restituere procuraverit obedientiæ Prioris Generalis Carmelitarum discalceatorum: Ex hoc enim nihil aliud inferri potest quàm quod pro diversitate temporum, circumstantiarum, Locorum, & Personarum, magis expediat uno tempore Mo-
78 nasterium Monialium manere sub Jurisdictione Episcopi, alio verò non; Nunquam autem argui potest, quòd conditio hæc, quòd Monasteria Monialium in illorum fundatione subjiciantur Jurisdictioni Episcoporum, cubitalibus literis à Summi Pontificibus, Sacrisque Congregat. demandata & plures, etiam in acerrimo Partium contradictorio, canonizata. Sit contra bonum Religiosarum, vel Carmelitarum, vel cujusvis alterius Ordinis vel Instituti.

Et de facto, loquendo de Monasteriis Carmelitarum discalceatarum, existentibus in amplissimo Galliarum Regno, in Flandria, & in Colonia, adsunt multa Monasteria dd. Monialium discalceatarum, quæ reguntur, & gubernantur ab Episcopis, Loco-
79 rumque Ordinariis. Et quod magis est in Urbe, & in faciem Generalis, & Definitorum Generalium Carmelitarum discalceatorum, duo videmus religiosissima Monialium Carmelitarum discalceatarum Monasteria sanctissimè gubernari, & regi sub cura, obedientia, & Jurisdictione Urbis Vicarii, ut omnibus no-
80 torium est, & legitur in Liberculo, cui titulus *Notizie dell'anno 1729. fol. 34.* nempe Monasterium S. Josephi ad Capita Domorum, & aliud Gymnasiarum.

Ex quo innegabili facto palpatur manibus, eodem spiritu S. Matris Theresiæ regi, & gubernari posse Monasteria illa Monialium Carmelitarum discalceatarum, quæ reguntur, & gubernantur ab Ordinariis Locorum, quàm illa, quæ maneat sub obedientia Regularium. Nec non, S. M. Theresia utrumque re-
81 gimen, ac gubernium approbasse, & ad praxim reduxisse, ut egregiè notat eruditissimus *Thomasin. de Veter. & nov. eccles. Disciplin. tom. primo lib. 3. cap. 28. num. 15.* ibi: *Quod hìc de Carmelitis Virginibus dixi, ad Hispaniam spectat; Quæ enim in Galliis posterius institutæ sunt, Episcoporum curæ, & providentiæ subsunt, & ea certè cælestium gratiarum ubertas, quæ in has quoque exundavit, argumento est has, atque illas ipsissimo regi spiritu Theresiæ, quæ in Hispania ipsa diversis temporibus diversum quoque hoc utrumque regimen approbavit.*

Quidquid autem sit, an melius in spiritualibus gubernentur eædem Moniales, si sortiantur Directorem, qui per practicam observantiam, & experimentalem notitiam Regulas, & Constitutiones Carmelitarum discalceatorum noverit, quàm si earundem Regularum, & Constitutionum solam speculativam habeat cognitionem; Hoc unum videtur indubitatum, quòd ex hoc motivo illæ nullatenus eximi debent à cura, subjectione, & Jurisdictionem Episcoporum, quia d. fi-
nis, quatenus utilis, vel necessarius existimetur, poterit commodè obtineri per hoc, quòd permittatur 82
Carmelitis discalceatis, Heidelbergæ moram facientibus, nominare aliquem Religiosum proprii Instituti pro Confessario, & Directore spirituali Monasterii Heidelbergæ, de novo erigendi, quo ut credimus Ordinariatum Vvormatien. nullam habere in hac parte difficultatem præfatis Religiosis impertiendi facultatem deputandi in Confessarium, seu Directorem spiritualem unum ex Regularibus proprii Ordinis, cum approbatione tamen Ordinarii, ad formam 83
Const. 18. Gregorii XV. de qua *in Bullar. nov. to. 3. §. 5. quæ incipit Inscrutabili.*

Minusque advertantur Privilegia, supra relata, Ordini Carmelitarum discalceatorum à Gregorio XV. gratiosissime concessa: Illa siquidem nullatenus disponunt quod Monasteria Monialium discalceatarum, de novo fundanda, poni debeant sub obedientia Regularium, non verò subjici Jurisdictioni Ordinariorum; Et quod magis est pro Monasteriis in Provin- 84
ciis Belgicis revocata fuerunt ab Alexandro VII. me-dia[illegible]ve, supra indicato, & in fine per extensum [illegible]tato: Et propterea quatenus importent gratiam specialem pro uno, vel altero Monasterio Monialium excalceatarum in Hispaniis fundato, illa extendi non debet per viam regulæ ad omnia, alia Monasteria Carmelitarum discalceatarum, ubique Terrarum da novo fundando & erigenda; Privilegia siquidem, uti odiosa, nunquam extenduntur de casu ad casus, ex animadversis *per Fagnan. in capit. 6. de* 85
Postul. Prælator. & firmatis *per Rot. in Constantien. Jurisdictionis super bono Jure 4. Junii 1717. §. Et profectò, & §. Ast semper coram Ansald.* Præcipuè, si illa tendant in præjudicium Jurisdictionis episcopalis, juxta disposita *in Concilio Tolosano anni 1590.* 86
part. 4. cap. 16. ibi: *Ut illas scilicet Exemptiones ad unguem observent, & ultra quam loquuntur, minimè extendant, quia Episcoporum Jurisdictioni non mediocre impedimentum Exemptis profusioris vitæ occasionem, Christianis non vulgare scandalum laxius, quàm par sit, acceptæ exemptiones consueverunt*, & *Rot. decis. 534. num. primo part. 19. recent.* ubi, quòd sola dubietas Privilegii operatur favore Episcopi, ut recedendum non sit à Juris assistentia, quæ veluti cla- 87
ra, semper potior reputatur, & *in Giennen. Adjunctorum 15. Februarii 1701. §. Quibus omnibus coram Molin.*

Attestatio nobilissimæ Uxoris Comitis de Efferen Fundatoris, quòd ejus mens fuerit, ut Monasterium, ex ejus Bonis erigendum in Oppido Heidelbergæ, 88
exemptum esset à Jurisdictione Ordinarii, & unicè subjectum Superioribus Regularibus Carmelitarum discalceatorum, non subsistit in facto, & non relevaret in Jure.

Non subsistit in facto, quia illa nullatenus legitur in Testamento ejusdem Comitis de Efferen, minusque pro illa admittenda figi possunt pedes in Di- 89
cto ejusdem nobilissimæ Mulieris, *ex Textu literali in cap. In omni Judicio de Testib. & in leg. Jurisjurandi Cod. eod* cum concordantibus *apud Conciol. Resol. crim. verb. Testis quoad Dicta resol. 16. per tot.* & signanter *num. 3.* ubi, quòd conclusio procedit etiam si Testis unicus sit valdè dignus, seu in senatoria, vel alia Dignitate positus, referendo exemplum Scevolæ, Viri Excellentissimi in Testem pro- 90
ducti, quod refert etiam *Tiraquell. in Reb. exiguis in princ. & Rot. decis. 48. num. 13. coram Ansald.* ubi, quòd in Attestatione Mulieris quando est unica, non potest fieri fundamentum circa id, quod in Testamento non legitur.

Minus relevaret in Jure, quatenus etiam in facto concludentissimè probaretur Quia hæc conditio, quòd novæ Moniales subjacere debeant Jurisdictio- 91
ni *Regularium, & non propriæ Ordinarii inter injuriosas*

riosas reponenda est, & Privatorum dispositio non de-
bet, nec potest generalem Constitutionem Canonum im-
mutare, sunt verba Monacell. in Formular. legal. pra.
tom. primo tit. 6. for. 19. num. 21. Præcipuè quia il-
la pro legali, & utili canonizata fuit à duobus sum-
mis Pontificibus Pio IV. & Alexandro VII. ex su-
pra animadversis.

Habemus præterea d. usum, etiam inter Græcos,
à quibus non permittebatur in fundatione Monaste-
riorum aliquid detrahi spirituali authoritati Episco-
92 porum!, teste Theodoro Balsamon. ad can. 6. Calcen-
donens. Conc. ibi: Clerici ergo, vel Monachi, qui di-
cunt hodie, se Patriarchę, vel Regionis Episcopo non
esse subjectos, tanquam sint liberæ Mansionis, vel Ec-
clesiæ, proferentes utique etiam à Fundatoribus facto-
rum Statutorum ordinationes, quid ad hæc responde-
bant? Omnino nihil; Etiam si enim quis Fundator Mo-
nasterii, vel Ecclesiæ in suis Statutis, vel ordinatione
sua decreverit, non subiici, eorum Monachos, ad Cle-
93 ricos Regionis Episcopo non audietur, ut qui divinis,
Sacrisque Canonibus contraria statuerit, quæ stare non
possunt scripserit, teste van. Espen in Jur. Eccles. tom.
3. tit. 12. de Exempt. à Jurisd. Ordin. cap. 2. numer. 39.

Exemplum exemptionis Monasterii Abulæ à Juris-
dictione Ordinarii mirabiliter retorquetur; Est enim
indubitatum, quod in illius fundatione acerrimè præ-
tensum fuit, illud erigendum esse cum d. exemptione, &
privativa subjectione superioribus Religionis, quodque
id nullatenus obtineri potuit, neque ab insignis probita-
tis, & æqualis Scientiæ Viro, D. Alvaro de Mendozza
tunc temporis vigillantissimo Abulæ Episcopo, neque
ab Apostolica sede, à qua tandem obtenta quidem fuit
facultas illud fundandi sed cum sequenti præcisa condi-
94 tione; Dummodo remaneat sub obedientia, & correctio-
ne Episcopi Abulensis pro tempore & examinandis supra;
Licèt autem post quatuor Lustra talem obtinuerit exem-
ptionem, & deinde effluxi fuerit ferè duplex centena-
ria, ex hoc nihil inferri potest ad præsentem casum,
quia d. lapsus adeo longi temporis facit præsumere, vel
consensum successori Episcopi, vel Apostolicum Privi-
95 legium, vel quemlibet alium meliorem & efficaciorem
titulum de mundo, juxta animadversa per Rot. in dec.
770. numer. 8. & 9. par. 18. recent. & in Tranen. Præe-
minentiarum 19. Novembris 1717. §. Immemorabili co-
ram Ansald. cum aliis citatis in tom. 5. part. 2. discept.
13. §. 2. num. 11. & seqq. ubi quod centenaria æquipol-
lèt immemorabili, quodque istam pro se habens, ne-
dum unum, sed mille Apostolica privilegia allegare
potest; Imo etiam allegare potest omne id, quod Im-
perator, vel Papa per viam gratiæ, vel Justitiæ con-
cedere possunt.

Circa fundationem Monasterii in Oppido Carava-
censi, in qua testo Baudrant in Lexic. gerograph. Verb. Ca-
ravacca summa veneratione asservatur, & æquali devo-
tione colitur mirabile illud nostræ Redemptionis Vexil-
lum, è Cęlo missum Catholico Sacerdoti, Sacra celebra-
turo coram Rege Mauro, observo, quod in Libro Fundat.
c. 26. ubi sermo est de illius fundatione, non legitur exclu-
sio Jurisdictionis Episcopi, sed Commendatarii ejusdem
96 Oppidi, ibi--Intellexi inter alios hanc conditionem habitam
esse, ut Commendatariis Domus subjecta esset, ipsisque Mo-
niales obedientiam præstarent; in quam ipsa consentire pror-
sus non poteram--. Et meritò, quia Jurisdictio Commen-
datariorum, præcipuè quando isti non sunt S.R.E. Cardi-
nalis, non est ordinaria, neque proinde se extendit ad gu-
bernium spirituale illorum Monasteriorum, quę eis com-
97 mendata sunt, ut notant Fagnan. in c. Edoceri nu. 4. vers.
Quæro, an Commendatarii de Rescript. Lezzan. consult. 57.
per tot. to 4. Panimoll. dec. 30. n. 8. & 18. & Rot. dec. 157. in
princ. coram Coccin. & magistraliter in Nullius, seu Cla-
revallen. Visitationis 25. Junii 1706. & 21. Martii 1707.
coram Kaunitz cum aliis citatis in Tom. 7. part. 2. discept.
30. per totam.

Et proinde ab exclusione restrictæ Jurisdictionis Com-
mendatarii non potest aliquid inferri adversus ordina-
riam Episcoporum Jurisdictionem, quæ favorabilis est,
& in dubio semper pro illius admissione est inclinandum
juxta animadversa per Chochier. de Jurisd. in Exempt. part.
1. qu. 2. n. 7. & q. 4. per tot. Franc. de Eccles. Cathedr. c. 30. à
n. 124. usque ad n. 133. & Rot. dec. 7. n. 10. apud Prosper. de
Territ. separ. & in Gerunden. Jurisdictionis 13. Junii 1692.
§. Ac per consequens coram Molin.

Alteri fundationi Monasterii in Civitate Granatæ ap-
plicatur responsio, supra data fundationi Monasterii in
Civitate Abulæ, quia illius etiam respectu verificatur la-
psus longissimi temporis unius seculi, cũ dimidio alterius.

Generaliter verò pro cathegorica responsione adver-
sus dd. exempla, & omnia alia similia, quæ in contrarium
adduci possunt, strictè respondemus, quòd Nos nullate-
nus revocamus in dubium, in Catholico Orbe adesse ali-
qua Monasteria Monialium Carmelitarum discalcea- 100
rum, quæ gaudeant dicta exemptione, dum om-
nium oculis exposita sunt in Urbe Monasteria, S. Æ-
gidii, & S. Theresiæ & Reginę Cęli, simili exemptione
ab Eminentissimi Urbis Vicarii Jurisdictione gaudentia;
Sed insistimus in hoc, quod ex eo, quia reperiuntur pa-
riter multa alia Monasteria earundem Carmelitanę di-
scalceatarum Ordinariorum Jurisdictioni subjecta & si-
gnanter in universa Gallia, in toto Belgio, in Civitate
Coloniæ, aliisque Civitatis Germaniæ, & alibi, expe-
rientia teste, & id observante van Espen in Jus eccles. tom. 101
3. tit. 12. de Exempt. Jurisd Ordin. c. 4. n. 34. non sit proinde,
neque dicatur oppositum essentiæ Regulæ, seu Constitu-
tionibus Monialium Carmelitarum discalceatarũ, ut illa-
rum Monasteria subjecta sint Locorum Ordinariis. Mi-
nusque Moniales illæ, quæ vivunt in Monasteriis Epi-
scopis subjectis, in sanctitate, & observantia Constitu-
tionum cedunt Monialibus illorum Monasteriorum, quæ
regularibus superioribus subjacent.

Ex quibus non credimus, dd. Patres Carmelitas discal-
ceatos nolle in hac parte adimplere d. piam voluntatem 102
Comitis ab Efferem cum d. conditione subjectionis Ju-
risdictioni ordinariæ, ex hoc prætextu negligerent exe-
qui voluntatem d. pii Fundatoris vel Moniales Carmeli-
tæ excalceatis, moram facientes in Conventu ad Regi-
nam Pacis Coloniæ, quod unum est ex illis, qui ab Ordi-
narii Jurisdictione exemptum est, renuerent accedere
Heidelbergam ad d. effectum fundationis novi Mona-
steri: Vvormatiensis Ordinariatus in hoc casu poterit
devenire ad d. novam fundationem ejusdem Monasterii
in Oppido Heidelbergæ, vel assumendo pro illius funda-
tione aliquas ex Monialibus Carmelitis discalceatis alte- 103
rius Monasterii Coloniæ, vulgò appellatas Kuppetagas-
sen quæ vivunt sub obedientia Coloniæ Electoris, &
Archiepiscopi, vel alias ex similibus Monasteriis Flan-
driæ, ordinariæ Jurisdictioni subjectis, existentibus in
Civitatibus Antuertiensi, & Mechliniensi, nec non in
Oppidis Cobaniensi, Lizzano, Alostano, & Vivordien-
si, hoc modo exequendo d. piam Voluntatem. De Jure
enim, negligentibus Hæredibus, aut Legatariis, vel
Exequutoribus testamentariis exequi pias Testatorum
Voluntates, Episcopi, tanquam omnium piarum Dispo-
sitionum, tam in ultima Voluntate, quàm inter Viros 104
demandatarum, Exequutores, illas exequi tenentur juxta
disposita in clem. Quia contingit de Relig Domib. & in Conc.
Trident. sess. 22. de Reform. cum aliis citatis in Tom. 71.
part. 1. discept. 9. n. 22. & 23.

Sed in hoc casu Ordinariatus Vvormatiensis osservare
attentissimè debet, quòd Bona, ad d. effectum assignata à
d. Comite de Efferen pro fundatione d. Monasterii suffi-
cientia sint pro alendis saltem duodecim Monialibus, ea
ratione, quia Monialium Monasteria erigi non possunt,
neque debent, nisi habeant sufficientes Redditus pro d.
duodenario numero Monialium alendo, ut disponitur
in Conc. Trident. sess. 25. de Regul. c. 3. ubi Barbos. n. 17. & 105
seqq. Passerin. in cap. Cùm ex eo n. 33. de Excess. Prælat. in
6. Quaranta in Summ Bullar. verb. Monasteria Monialium
fol. Mihi 341. Campanil. in Diversor. Jur. canon. rubr. 12. cap.
17. n. 7. Barbos de Offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 98. n. 1. &
seqq. & Monacell. in Formul. to. 1. tit. 6. form. 19. n. 21. & seqq.

Quatenus autem dd. Redditus non sufficiant, neque re-
periatur pia aliqua Persona, quæ supplere velit deficien-
tem quantitatem, in omnem casum summa, ab eodem
Comite de Efferen pro d. fundatione relicta, multiplicari 106
poterit usquequò Fructus, deinde percipiendi, uniti cum
Capitali, satis sint ad d. fundationem perficiendam.

Licèt enim per Constitutionem Pauli V. incipien. Ad
Ecclesiæ inter ejus impressas in Bullar. nov. tom. 3. la 10. in
ordi-

ordine, derogatum fuerit Constitutioni Clementis VIII.
incipientis *Quoniam*, la 96. *in Bullar. nov. tom.* 3. cujus
107 vigore non possunt Familiæ regulares novum Monasterium, seu Conventum erigere, sine consensu Religiosorum vicinorum Conventuum, seu Monasteriorum, sed dicta effectum sufficiat sola licentia Ordinariorum.

Duplex tamen occurrit responsio; Prima, quòd in d. Paulina Constitutione non fuit derogatum Constitutioni. Gregorii XV. *in Bular. nov. tom. 3. la* 31. in ordine, in-
108 cipien. *Cùm aliàs*, in quam disponitur, non esse erigenda nova Monasteria, nisi illa sint sufficienter dotata, taliter ut Religiosi, saltem in numero duodenario, in illo commode substentari valeant, ut legitur in §. 3. ibi: *Volens*,
109 *quòd de cætero Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio vel Societas Sociorum, seu Regularium, cujuscumque etiam Mendicantium Ordinis, Societatis, & Instituti, quocumque nomine nuncupantur, etiamsi de illa particularis, expressa, & specifica mentio habenda esset, in quacumque Civitate, vel Oppido, seu quocumque alio Loco non erigatur, nisi in eo saltem duodecim Fratres, aut Monachi, seu Religiosi in habitare, ac ex Redditibus, & consuetis Eleemosynis sustentari valeant.*

Quæ Constitutio licèt loquatur de Monasteriis Virorum, illa tamen à fortiori locum habet in fundatione Monasteriorum Monialium, ut sequendo plures Reso-
110 lutiones Sac. Congregationum notant *Nicol. in Floscul. verb. Monasterium n.* 4. ibi: *Redditus firmi tot debent esse ut sufficiant ad vivendum, sine quæstuatione, & num.* 5. ibi: *Debent esse saltem* 300. *aurei annui, ut, adjunctis Dotibus, sufficiant pro duodecim Monialibus, nec non Confes-*
111 *sario, & Cappellano, & Card. ad Const. apostol. tom. 3. fol. Mihi* 109. *num.* 40. ibi. *Unde inconcussus est stylus Sacr. Congregationis Episcoporum, ut Fundationes Monasteriorum regulariter non admittat, nisi ex Redditibus Monasterii constituatur Dos certa, & perpetua pro duodecim Monialibus, quæ non minoris summæ, quàm annuorum scut.* 300. *esse debeat, eaque non in Censibus, sed in stabilibus, & fructiferis Bonis.*

Quo est adeo verum, ut si agatur de illis Monialibus, ut sunt Cappucinæ, quæ neque Census neque Bona stabilia possidere possunt pro illorum fundatione debet dari perpetuum Assecuratos Victus, & Vestitus, saltem duodecim Monalium, ut præter antiqua Decreta, relata *à*
112 *Nicol. in Floscul. verb. Cappuccini n.* 6. *& verb. Monasterium n.* 7 anno 1696. referente Card. Collored. declaravit Congregationis Episcoporum *in Hispalen. Fundationis Conventus Cappuccinorum Matriti*; Idemque Assecurator non debet esse Persona privata, quia mori potest,
113 vel impotens ipsa, ejusque Hæredes reddi, sed debent esse, vel Confraternitates, vel Loca pia, Facultatis sufficientes habentes ad manutenendas dd. Moniales.

Secunda responsio in eo residet, quod d. Constitutio Pauli V. revocata fuit per aliam Urbani VIII. *la* 25. *in or-*
114 *dine Bullar. tom.* 4. ut observat *Barbos. in Summ. Apostol. dec. Verb. Fratres Carmelitæ Discalceati collect.* 367. *n.* 16. *Novar. in Lucern. Regular. Verb. Carmelitæ num.* 11. *&c. Rot. coram Cels. dec.* 47. *n.* 3. Quæ revocatio operatur, ut perinde habeatur, ac si non emanasset, ad Textum *in leg. Cùm quis in princ* §. 1. *ff. de Solutionibus* & firmata per *Rot. in dec.* 469. *num.* 1. *part.* 2. *rec. & dec.* 607. *n.* 1. *par.* 3. *& dec.* 330. *n.* 9. *part.* 5.

Licèt autem eadem Paulina Constitutio approbata
115 fuerit à Clemente IX. mediante Breve, cujus verba, relata fuerunt supra. Id tamen Mihi allegare non iuvit, scribenti pro PP. Carmelitis discalceatis Mediolani in fundatione Conventus, quem faceri volebant in eadem Civitate, in qua Sac. Congregatio rigorosè procedere
116 voluit cum dd. Constitutionibus Clementis, VIII. & Urbani VIII. ut videre *in tom.* 3. *part.* 2. *discept.* 5. *per tot.* & signanter *num.* 2. *num.* 28. *& num.* 136. ut ibi observavi sequentibus verbis. *Nec relevat reflexio, quòd idem Indultum Clem. IX. attendendum non sit, ut subreptitie, & obreptitiè extortum, eò quia in illius impetratione non fuit Summo Pontifici narratum, quod in contrarium aderant Const.*
117 60. *Clementis VIII. & alias Constit.* 27. *Urbani VIII. in Bullar. nov. tom.* 3. *&* 4. *Responsio enim in promtu Est &c.* Quam tamen Sac. Congregatio in d. casu, & Causa Mediolanen. nullatenus admisit.

Concludo proinde, quod *si Summi Pontifices*, (sunt
verba *Pellizzar. de Monial. capit.* 10. *sect.* 1. *subsect.* 118
1. *quæst.* 5. *sub numer.* 10. *fol. Mihi* 362.) *ducti bono spirituali, sive ipsorum Religiosorum sive Monialium, sive utrorumque plura monialia Cænobia subtraxerunt administrationi Regularium, eaque commiserunt Ordinariis Locorum, & plura, in dies identidem subtrahunt, quod non facerent, si putarent, id ipsis Religiosis non esse expediens, utile, imò & necessarium.* Non videtur congruum, dignum, neque justum, ut Monasterium Carmelitarum discalceatarum, fundandum
in Oppido Heidelbergæ erigatur sub obedientia Re- 119
ligiosorum discalceatorum eiusdem Instituti, eò quia si reperiretur jam fundatum cum d. subjectione Superioribus Carmelitis discalceatis, nedum expediens, & utile, sed pro bono spirituali earundem Monialium fortè necessarium esset, illud Jurisdictioni Ordinarii Vvormatiensis subiicere.

Alexander Papa VII. ad perpetuam rei memoriam
Ex iniuncti Nobis Divinitùs pastoralis Officii debi- 120
to felici Sacrarum Virginum, & devotarum mulierum, quod oblitæ populum suum, & domum Patris sui, Divinis obsequiis, & beneplacitis sese sub suavi Religionis jugo devoverunt, statui, & progressui, quantum cum Domino possumus libenter providemus, easque favoribus, & gratiis prosequimur opportunis. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt, dilectæ in Christo filiæ Moniales Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo, discalceatæ nuncupatæ, *sub cura, gubernio, & jurisdictione Episcoporum in Belgio existentes*, Quod ipsæ primitivam Regulam eiusdem Ordinis, & Constitutiones à primis Institutoribus ex Hispania, & Gallia in Belgium vocatis, sibi exhibitas, & optima fide à se acceptas, hactenus sub stricta Clausura viventes. Religiosè observaverint. Cùm autem (sicut eadem expositio subiungebat) præfatæ Exponentes, ut deinceps paratiori, & abundantiori spiritu in sancta Religione, quum professi sunt, celesti earum sponso Jesu Christo, Domino nostro, servire valeant, opportunè sibi in præmissis à Nobis provideri, & ut infra indulgeri summoperè desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus Gratiam facere volentes, & earum singulares Personas à quibusvis excomunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, Censuris, & penis, à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, quod omnia, & singula Monasteria monialium Carmelitarum discalceatarum, tam hactenus in Civitate Antuerpiensi, ac Oppidis Cobaniensi, Lizzano, Alostano, & Vivordiensi, Meclinienses & Antuerpiensis Diecesum erecta, quæ Iurisdictioni, & superioritati Ven. Fratrum Archiepiscopi Mechliniensis, & Episcopi Antuerpiensis respectivè subsunt, quàm deinceps perpetuis futuris temporibus in Belgio sub cura gubernio, iurisdictione, & superioritate ordinariorum Locorum Canonicè erigenda, earumquè superiorissæ, ac Moniales, & Personæ quæcumque omnibus, & singulis privilegiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, *non tamen à Jurisdictione, & superioritate Ordinariorum Locorum præfatorum* prærogativis, præeminentiis, indulgentiis, Indultis, favoribus, aliisque Gratiis Universis, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus Monasteria monialium Carmelitarum excalceatarum in Regno Franciæ, & Coloniæ, Monasterii, Neoburgi, Aquisgrani, & alii in Germania existentia, de Iure, usu, & consuetudine, seu quacunq, concessione Apostolica, aut aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quovis modo in futurum, non solùm ad eorum instar, sed etiam æquè principaliter, & pariformiter, ac absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere, ac potiri libere, & licitè possint, & valeant, authoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, eisque concedimus, & indulgemus;

gemus; „ Præterea supradictor Monasteriorum in Belgio erectorum, & erigendum Monialibus, ut ipsæ „ nomen Vicarii Generalis, & superioris Ordinis „ Fratrum ejusdem Beatæ Mariæ de Monte Carmelo ex earum Constitutionibus, debere, illiusque „ loco nomen Episcopi seu Archiepiscopi Ordinarii „ Locis, eiusque Commissariorum, uti illis subietæ, „ reponere, liberè pariter, & licitè valeant, authoritate, & tenore præsentium concedimus similiter, & indulgemus" sublata cæteroquin cuivis easdem Constitutiones alterandi, mutandi, vel innovandi facultate. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus, sortiri, & obtinere, ac eis, ad quas, vel quos spectat, & protempore quandocumque spectabit, plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari; Non obstantibus quatenus opus sit nostra, ex Cancellariæ Apostolica Regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, & aliis quibuscumque, etiam iuramento, confirmatione Apostolicam, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, eidem ordini eiusque superioribus, Fratribus, & Personis, aliisvè quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogationem derogatoriis, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, totisque illorum tenoribus, specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitis omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque; Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum Transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, Sigillo Personæ in Ecclesiatica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus Fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Anulo Piscatoris die 5. Septembris 1665. Pontificus nostri anno XI. T. Velinus.

DISCEPTATIO III.

Anglonen. prætensæ Præcedentiæ

PRO

Archipresbytero, & aliis Sacerdotibus Ecclesiæ S. Jo. Baptistæ Terræ Claromontis.

CUM

Rectore, & Presbyteris Ecclesiæ S. Thomæ ejusdem Terræ.

ARGUMENTUM.

Sacerdotes, inservientes Ecclesiæ cum abusivo titulo, & denominatione Canonicorum, non possunt præcedere Sacerdotibus, inservientibus Ecclesiæ matrici.

JUxta antiquum Collitigantium solitum excitandi semper novas Controversias, quando succumbunt in primis Dubiis, circa qualitatem parochialis Ecclesiæ S. Thomæ Terræ Claromontis, Diæcesis Anglonen, & prætensæ reintegrationis Jurium Funera- 1
lium necnon percipiendi Decimas, aliud superadditum Fuit dubium circa præcedentiam, quam prætendunt Rector, & alii Presbyteri Ecclesiæ S. Thomæ; Verùm prætensio hæc taliter insubsistens videtur, ut nullo velamine colorari possit.

Admittitur enim ex parte Rectori eiusdem Ecclesiæ, quòd inconcussa observantia, & immemorabiles consuetudo præcedendi assistat Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ, quod superabundare videtur pro reiectione contrariæ prætensionis, eo quia uno ore receptum est inter Doctores, quod in materia præcedentiæ totum Faciat consuetudo, quæ unicè attendenda sit, tam in petitorio, quàm in possessorio, etiamsi Juris dispositio in contrarium militet iuxta Theoricam 2
Bald. in cap. Cùm aliam de Comut. quam sequuntur *Tranchedin consult. 14. num. 1. Prat. discept. 39. numer. 43. & seqq. lib. 4. Martin. de Præcedent quæst. 18. nu. 1. Bordon. eodem tract. num. 28. & Rot. decis. 138. num. 4. coram Coccin. & decis. 156. num. 5. & dec. 785. eodem numer. part. 18. recent.* & magistraliter *in decis. 19. numer. & per tot. apud Antonell. de Jurib. Cleric.* ibi -- *Consuetudo hujusmodi, quæ regulariter in hac materia totum facit, ut inquit Bald. &c.* 3
omnino servari debet non autem dispositio Juris communis, eidem repugnantis, nedum in possessorio, sed etiam in petitorio Judicio &c. quæ decisio dat præcedentiam Canonicis Collegiatarum in concursu excelsi Capituli Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniensis.

Fortius quia consuetudo, militans favore nostræ Ecclesiæ Santi Joannis Baptistæ non est brevis temporis, sed antiquissima imo immemorabilis, qualis etiam exadverso admittitur, & propterea illius vigore allegari potest quodlibet amplum privilegium Apostolicum & quælibet amplissima conventio, inter Partes solemniter inita, & ut Doctores dicunt, quilibet melior titulus de Mundo, & quidquid necessarium esset pro subsistentia, & validitate d. antiquis 4
simæ, & imemorabilis consuetudinis juxta præcisa verba *Rot. decis. 494. numer. 4. & seqq. part. 19. rec.* cum aliis sequuti *ab eadem Rot. coram Priol. dec. 318. num. 28. & coram Peuting. dec. 373. num. 4. & cor. Ansald. dec. 82. nu. 16.*

Quibus non obstat unicum contrarium obiectum, innixum assertæ irrationabilitati, in eo fundatum, quod Ecclesiæ S. Ioannis Baptistæ, quæ supponitur minus digna, in concursu Ecclesiæ S. Thomæ, quæ prętenditur Collegiata, pręferretur eidem Ecclesiæ digniori Obiectum enim non subsistit in facto, & non relevat in Jure.

Non subsistit in facto, in quo constans est, quòd Eccle-

Ecclesia S. Thomæ non est libera, ut est illa Ecclesia S. Joannis Baptistæ, sed de Jure patronatus Familiæ Patronæ d. Terræ. Quod autem Ecclesia patronata, & dependens à particulari, seu privata, licet nobilissima Familia, tanquam serva, & suddita postponenda sit Ecclesiæ liberæ, & à sæculis à nemine dependente, adeò naturale est, ut nullo Authore ad id probandum ægeat, juxta nobilem animadversionem *Card. Pallavic. nell' Istor. del Concil. Trident. libr. 3. capit. 13. numer. 8.* observavi ego *in Januen. Precedentium 16. Julii* 1710. & Partibus acerrime sunt Jura deducentibus, admisit Sacr. Rit. Congregatio ad relationem Card. Barberini, ut vi-
6 dere est *in tom. primo part. prima discept. 6. per tot.* & signanter *num.* 147. *&* 192. in qua Sac. Congreg. præcedentiam concessit Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Vinearum Genuæ in concursu insignis Collegiatæ Ecclesiæ SS. Fabiani, & Sebastiani ejusdem Civitatis, non obstante quòd hæc haberet usum Cappæ magnæ, cujus non habebat Ecclesia Vineum, ex eo motivo, quòd illa, uti patronata, non erat dignior Ecclesiæ liberæ; quæ circumstantia ad hominem verificatur in nostris terminis.

Minus eadem reflexio relevat in Iure, in quo suos habet Contradictores, & quidem æque classicos, ac
7 magnæ authoritatis opinio, quod dignior semper præferendus sit minus digno, ut in terminis durioribus Canonicorum Ecclesiarum Collegiatarum Coloniæ in concursu dignissimi Capituli Metropolitanæ, & Electoralis Ecclesiæ Coloniensis, illiusque qualificatissimorum Canonicorum, admisit *Sac. Rot. in d. decis. 19. numer. 18. apud Antonell. de Jurib. Cleric.* & observant *Capon. discept. 5. numer. 25. Tondut. Resol. benef. 81. numer. finali libr. primo Franchedin, consult. 13. numer. 7. Sperell. decis. 179. numer. 36. Panimoll. decis. prima annot. 2. numer. 7. & 8. Adden. ad Ludovis. decis. 124. numer. 3. & Rot. decis. 560. numer. 17. part. 19. recent.* cum qua processit Sac. Cong. *Rit. in dicta Januen. Præcedentiarum* ut videre &, in *discept. 6. n. 185. par. 1. tom. 1.*

In quarum authoritatum conflictum nullatenus attendi meretur *Antonell. de Regim. Eccles. lib. 3. capit. 18. num. 2.* quia in Concursu opinionis Sacræ Rotæ nulla ratio habenda est opinionis aliorum Doctorum, & notatis per *Afflict. decis. 351. numer. 10. Ursell,*
8 *congress. legal. 8. numer. 20.* ubi quod Concilium Neapolitanum in quodam magno dubio consulit *Rotam Romanam* & secundum illius sententiam judicavit, *Card. de Albic. in addition ad Pamphil. decis. 43. nu. 9. & 10.* cum aliis citatis *in tom. 3. part. 1. discept. 1. §. 23. n. 3. & seq. in dec. 1. n. 13. cor. Herrera.*

Idemque quotidie praticari videmus in Urbe, cujus praxis inservire debet pro regula in toto Orbe, iuxta firmata per *Rot. in Majoricen. Parochialis de Mon. 2. Julii* 1708. *§. Hocque coram Omanna, & 16. Novembris ejusdem anni §. Attenta coram Moli-*
9 *nes*, cum aliis concordantibus, citatis in *tom. 1. part. 2. discept. 10. numer. 28.* quibus addo eandem *Rotam in Constantien. 27. Januarii* 1713. *§. Idipsum coram Ansaldo.*

Videmus enim in Urbe Canonicos S. Mariæ ad Martyres, vulgò *Rotonda*, non habentes usum, neque Almutiarum, neque Rocchetti, neque Cappæ magnæ, præcedentiam habere in concursu octo alia-
10 rum Collegiatarum eiusdem Urbis quarum maior pars habet Almutiam, vel aliud proprium magisque honorificum signum, & distintivum.

Idemque resolvit eadem *Sac. Congregatio in Civitatis Castellanæ 13. Februarii* 1700. quando concessit præcedentiam Collegiatæ Terræ Gallesii, minus dignæ, in concursu Collegiatæ SS. Vincentii, & Ana-
11 stasii Terræ Arignani, habentis proprium distintivum signum, magis dignum &c. me scribente in *Novacien. 8. Maii* 1700. *ad 11. dub.* quando concessi præceden-
12 tiam Collegiatis SS. Gervasii, & Protasii Oisulæ, & S. Victorii Intri in concursu dignioris Ecclesiæ Collegiatæ S. Bartholomei Burgi Maineii; ut videre est in *tom. 2. part. secunda, disput. 9. num. 71.*

Et quibus cum omni fundamento imponendum videtur silentium dictis Rectori, & Presbyteris Ecclesiæ S. Thomæ, & abstinendum in hac parte ab omnibus novitatibus, quæ in Iure semper odiosæ reputantur, ut in nostris præcisi terminis observavit egregiè *Rot. in d. decis. 19. in fine apud Antonell. de Jurib. Cleric.* cum aliis concordantibus apud *Capon. discept. 5. num. 24. & Prat. discept. 39. numer. 3. lib. 4.* Habemusque in hac parte Textum literalem, ta- 13 14
les novitates improbantem in *capit. Quòd dilectio de Consaguin. & Affinit.* & celebre dictum *S. Joannis Chrisostomi in Epist. 1. ad Corinth. homil. 7.* inter eius opera *tom. 4.* cum aliis concordantibus, citatis in *to. 2. part. 1. discept. 26. n. 113.*

Quæ superabundare videntur ad nostrum effectum, absque ulla necessitate ostendendi insubsistentiam contrariæ pretensionis, denominationis Ecclesiæ Collegiatæ, qualis prætendit esse Ecclesia S. Thomæ, una cum abusiva denominatione Canonicorum, trium Sacerdotum illi inservientium, absque ulla erectione, ulloque signo, vel coniectura Collegialitatis, dum in illa non adest communis Arca, non recitantur in communi divina Officia, non adest particulare si- 15
gillum, minusque alia concurrunt Requisita Collegialitatis, annumerata per Rectores illos, quas citant, & sequuntur *Barbos. de Canonic. cap. 2. num. 9. & seqq. Corrad. in Prax. benefic. lib. 2. cap. 9. n. 28. & Rot. decis. 81. numer. 14. apud Urceol. de Transat. & decis. 234. numer. 4. part. 16. & decis. 469. num. 22. part. 9. rec. & in Sutrina Præcedentiæ 8. Maii 1716. §. Si verò cor. Althan.*

Quibus deficientibus, simplex denominatio Canonicorum non facit Canonicos, ut notat *Card. de Luc.* 16
de Canonic. discurs. 19. num. 6. & firmavit *Rot. dec. 633. numer 14. & 15. part. 4. tom. 3. rec.* ibi -- *Ex eo quod Rectores aliarum Ecclesiarum appellantur Canonici, non ideo sequitur, quod tales sint ut constituant Collegiatam, cùm nec sola denominatio Capituli sufficiat ad probationem Collegii &c. Et in omnem eventum deberet probari, quod isti Canonici facerent Capitulum, & haberent Arcam, & massam communem, & quod sint soliti congregari capitulariter, & quod habeant sigillum, & alia signa Ecclesiæ Collegiatæ*, Quæ omnia in nostris terminis nullatenus concurrunt.

Ex rationem adducit *Rota coram Bichio dec. 155. num. 5.* afferens nomina abusivè honorifica carere omni effectu, adducitque exemplum Canonico Ravennatensis, qui nuncupatur Cardinalis, absque ullo effectu, Videmusque quotidiè aliquos appellari Comites, & Marchiones, absque ullo Comitatu, vel 17
Marchionatu, ut specie observat *Cyriac. contr. 201. n. 97.* In qua parte celebre est illud Ciceronis de clar. Orator. sequenti à *Rota dicta dec. 155. num 8. coram Bichio* ibi -- *Non est habere honorem, si honoris tantùm nomen habens*; Aliudque ibi -- *Parum est dignitatis nomen tenere, si ab ipsa re dictas.*

Post editum præsentem Discursum anno 1730. nil amplius de presenti Causa audivi. Verùm observavi in Foliis Congregationis Concilii quòd anno 1733. die 13. Iunii proposita in illius Congregatione fuerunt quinque Dubia, quæ non fuerunt resoluta, sed rescriptum: *Dilata, & ad mentem*, quæ fuit ut audiretur aliquis ex finitimis Episcopis. Repropofita verò die 9. Ianuarii 1734. cum eisdem quinque Dubiis, quæ sunt seqq.

I. An substineatur Concordia; Et quatenus negativè.

II. An confert de Matricitate Ecclesiæ Parochialis S. Jo. Baptistæ, seu alio titulo superioritatis.

III. Archipresbytero, & Clero ejusdem Ecclesiæ competant supra Clerum, & Rectorem S. Thomæ omnes illæ prærogativæ, quibus gaudere asserebatur ante Concordiam.

IV. An Ecclesia S. Thomæ sit vere Parochialis; Vel simpliciter Curata, & dependens ab Ecclesia S. Jo. Baptistæ; Et quatenus negativè quoad primam partem, & affirmativè quoad secundam.

V. An sit locus divisioni Curæ Populi, & Reddituum in casu &c.

Fuitque rescriptum ad *I. Negativè, & in reliquis ad*

ad Eminentissimum Præfectum pro nova Concordia, cum facultatibus Sac. Congregationis ac &c. cum facultatem interim providendi, juxta modum, eidem Eminentissimo benevisum, & amplius Causa non proponatur.

Hoc autem rarum non est, & seppè sibi evanisse narrat *Card. de Luca* in suis Operibus, & præcipuè in locis, allegatis à *Pompejo, meo Filio, in Miscellan. tom. 1. lit. A. n. 55. & 56.* ea ratione, quia, mutato Defensore Facti, iste regulariter scribere facit in Causa Advocatum, suum Amicum, vel Benevolum, nullo habito respectu, an novus Advocatus, saltem minus instructus de meritis Causæ, æqualiter Jura sui Clientis defendere aptus, habilisq; sit; Circa quod illa Clientes non possunt conqueri, qui id permittunt; Ceterùm non desunt alii attentiores Clientes, qui, mutato Defensore Facti, solent præcise eidem præscribere, ut opera antiquorum Advocatorum utatur. Non solent autem antiqui Advocati consequeri, præcipuè si sermo est de illis, qui non sunt *de Ordine Mendicantium*, iuxta phrasim *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. disc. 46. nu. 116. in fin.* Ego verò in hoc parte sequutus semper fui exemplum doctissimi Prati, qui hæc scripsit *in tom. 3. discept. forens. c. 46. in fin. Meam Exquirentibus in defendendo operam, tota ingenii facultate collata, totus incubui, rogavi neminem.*

DISCEPTATIO IV.

Aretina Cappellaniæ

INTER

Clericum Matthæum de Raffinis

ET

Equitem Cosmum de Azzis, & Benedictum de Sotiis.

ARGUMENTUM.

Passivè Vocatus ad Beneficium, etiam si à Patrono non præsentetur, illud consequi debet, quando concurrunt, & verificantur omnes conditiones, cum quibus vocatus fuit. Explicatur differentia inter vocationes mediatam, & immediatam ad aliquod Beneficium. Quænam ætas præcisè requiratur ad hoc, ut quis in publicis Universalitatibus doctorali Laurea valeat decorari.

FRanciscus Raffinus in Testamento, condito die 5. Augusti 1693. *Ordinò una Prebenda Canonicale, da erigersi nella Pieve di Arezzo, con dote di scudi mille in tanti Beni stabili &c. con obligo di una Edommada, cioè di una Messa la Settimana in perpetuo, a Chi succederà in*
1 *d. Canonicato &c. & il Patronato di tal Prebenda si aspetti al Nobile Sig. Cavaliere Francesco Maria del q. Sig. Cavalier Cosimo degli Azzi di detta Città, e doppo di esso, alli suoi Figliuoli descendenti maschi, & al maggior Nato di esso, per ragione di Primogenitura in infinito &c. Volendo, che essendovi alcun Dottore delli Descendenti di d. Matteo, suo Nipote, deva questo essere preferito ad ogni altro, purche sia addottorato in Pisa, e non altrove.*

Verùm, quia Capitulum dictæ Ecclesiæ S. Mariæ Plebis Aretinæ noluit acceptare talem Præbendam Canonicalem; Omisso medio illo, quod in his terminis praticari solet, obligandi nimirum Canonicos ad acceptationem Erectioni Canonicatus, in eorum Ecclesiis erigendi
2 de quo medio, in durioribus terminis erectionis Dignitatis Archipresbyteralis in Cathedrali Cesenæ, videre est *in Tom. 5. mear. part. 1. discept. 18. & part. 2. discept. 11.* habitus fuit Recursus ad Innocentium XII. à quo remisse fuerunt preces Cong. Concilii, quæ die 29. Novebris 1698. dubio -- *An loco Præbendæ Canonicalis sit erigendum simplex Beneficium, cum eodem onere Missarum,*
3 *& cum reservatione Jurispatronatus ad formam Testamenti, rescripsit: Affirmativè, duplicato onere Missarum, & servata in reliquis voluntate Testatoris*, & hoc modo dicta Prebenda Canonicalis redacta fuit in simplex Beneficium, cum onere 2. Missar. qualibet hebdomada.

Primus Possessor ejusdem simplicis Beneficii fuit Abbas Raynaldus de Azzis, Filius Equitis Francisci Mariæ, cui à Fundatore relictum fuerat Jus nominandi & Frater Equitis de Azzis, qui per mortem, ultimo loco sequutum, d. sui Fratris, ac si idem simplex Beneficium esset liberè reservatum Primogenito eius Familiæ, illud contulit Benedicto de Sotiis, eius Leviro, penitus extraneo, excluso Clerico Matthæo Raffino iuniore, Pro Nepote Testatoris.

Ad cuius proinde instantiam de duobus pro veritate 5
requisitus fui.

Primo scilicet, *an d. Eques de Azzis, uti successor in Primogenitura Familiæ de Azzis, ad dictum* 6
Beneficium nominare potuerit Personam, sibi benevisam, omisso dict. Cler. Matthæo Raffino, Pro Nepote Testatoris.

Secundo verò, an eidem Matthæjo taliter obstet defectus Laureæ doctoralis, in Universitate Pisæ non ad- 7
huc susceptæ, ut incapax dicatur ejusdem Beneficii.

Quod primum, videtur, indubitatum, quòd nullam habeat facultatem, nullumque arbitrium Primogenitus dictæ Familiæ de Azzis nominare extraneum ad dictum Beneficium, eo tempore, quo (juxta circumstantias præsentis casus) reperitur aliquis ex Descendentibus à Matthæo seniore, qualis est Matthæus junior. Pronepos Testatoris, attentis claris illis verbis 8
Testamenti -- *Volendo, che essendovi alcun Dottore delli Descendenti di d. Matteo suo Nipote, deva questo essere preferito ad ogni altro*; Testatoris Sì quidem voluntas pro lege habenda *est ad Textum in §. Disponat auth. de Nupt.* Inter acerba etenim mortis discrimina Summa Justiniani clementia guttam hanc consolationis languentibus Mortalibus generosissimè infundere voluit, ut suprema Morientium Elogia ipismet imperialibus sanctionibus essent æqualia, atque proinde moriens Homo in Testamento, tanquam Imperator, Leges condere posset; Nihil propterea magis cordi esse debet, quàm ut piæ Morientium Dispositiones punctuali excequutioni 9
demandentur, ut dicit. in *leg. 1. Cod. de Sacros. Eccles.* & observat *Rot. dec. 293. numer. 8. coram Royas, & decis. 363. num. 3. part. 18. recent.* ubi, quod unica hæc libertas in humanitatis solatium Hominibus relicta, & *in* 10
Sabinen electionis Juvenis 9. Martii 1714. §. Nihil enim coram Crispo inter ejus impressa cum aliis, citatis *in tom. 4. part. 1. discept. 2. num. 84. & seqq.*

Forciùs, quia eadem pia Testatoris voluntas approbata, & canonizata fuit à Congregatione Concilii, quando commutavit erectionem Præbendæ canonicalis in simplex Beneficium, mediantibus illis verbis -- *ser-* 11
vata in reliquis voluntate Testatoris; Quantum enim vim habeant Resolutiones dicta Congregationis de se patet, & observat *Fagnan. in cap. Quoniam num. 8. de Constit.* & formavit *Rot. in decis. 7. num. 3 apud Antonell' de Jurib. Cleric. & in Romana Præcedentiæ 12. Decembris 1724. §. stabilita coram Cerro, & in Tarentina Canonicatus 11. Decembris 1616. §. Unde coram Foscaro*, ubi, quòd Resolutiones Sacr. Congregationum constituunt rem judicatam, de cujus natura est facere de non ente ens, de albo nigrum, & quadrare rotunda, quam se- 12
quutus fui *in tom. 4. part. 2. discept. 6. num. 114.*

Non attento, quòd dict. Primogenitus de Azzis non nominaverit Matthæum de Raffinis, sed eundem Benedictum de Sociis pro adequata enim responsione; observo, in hac parte inter Canonistas communiter receptam esse illam distinctionem, de 13
qua *Carol. Anton. de Luc. de Lin. legal. art. 24. à num. 24. & Piton. de Controvers. Patronor. alleg. 1. num. 40. & seqq.* quod quando ex lege fundationis certum Personarum genus necessariò præsentandum est (juxta præcisos terminos nostri casus) id duplici modo potest contingere, quem Ego explicavi *in to. 6. part. 2. discept.* 14
50. à numer. 157. Primò per vocationem directum, seu immediatam; Et secundò per vocationem mediatam, seu indirectam Directa vocatio verificatur tunc, quando Fundator in casu vacationis Beneficiis præcipit, ut illud conferatur certis Personis, puta eius Consanguineis, qui cuicumque alio præferri debeant, ut sunt termini nostræ fundationis, ibi -- 15
Sendovi alcun Dottore delli Descendenti di detto Matteo, suo Nipote, deva questo essere preferito ad ogni altro: Et hoc casu non est Opus præsentatione Patroni, habentis Jus patronatus activum, quia Consanguineus hoc modo vocatus, dicitur præsentatus ab ipso Fundatore seu Patrono Patronorum. Mediata autem vocatio illa est, quando Fun-

do Fundator dirigit verba præsentandi in Patronos, eis injungendo, ut præsentent unum ex ejus Consanguineis: Et in hoc casu opus est præsentatione Patroni.

Ratio diversitatis inter utrumque casum egregiè de more explicatur *à Rot. in decis. 52. num. 1. tit. 9. de Jurepatron. coram Card. Falconerio* quod scilicet in hoc
16 secundo casu Beneficiatus dicitur præsentatus à Patrono; In primo verò a Patrono Patronorum ibi -- „ Nihil obstante, quòd non fuerit à Patronis „ præsentatus; Optima enim omnium est præsen-
17 „ tatio illa, quæ resultat à vocatione Fundatoris; „ Cùm in uno concurrant qualitates, à Testatore „ volitæ, illum Patroni tenentur præsentare, quod „ si nolint, is nihilominus habetur tanquam præsenta„ tus ab ipso Fundatore, qui est melior omnium Patronus.

Respectu secundi Dubii, an d. Matthæo Raffino obstet qualitas Doctoralis, quam usque adhuc non fuit adeptus, prima facie videtur dicendum, defectum ejusdem qualitatis ipsum repellere à consequutione dicti Beneficii, quia eadem qualitas Doctoratus per viam expressæ conditionis, nedum præcisè
18 demandata fuit ab eodem Testatore ibi -- *Sendovi alcun Dotore delli Descendenti di detto Matteo*; sed cum illo alio addito: *Purche sia addotorato in Pisa, e non altrove*. Conditionalis siquidem vocatio, con-
19 ditione non purificata, perinde habetur ac si facta non esset, ad *Textum in leg. Qui Hæredi §. ult. ff. de Condit. & demonstr. & in leg. certi conditio, ubi Bartol. num. 33. ff. si cert. petat.* & firmata per *Rot. in decis. 157. num. 1. & 2. coram Mantic. & decis. 54. num. 2. part. 14. recent.* Et in conditionibus nu-
20 dum factum attenditur, juxta animadversa per *Surd. decis. 37. à num. 13. & Rodulphin. alleg. 77. num. 12.* quos sequutus fui *in tom. 2. part. 2. discept. 29. num. 89.* Quod factum in nostro casu innegabile est, quia revera d. Cler. Matthæus Ruffinus nullatenus doctoralem Lauream in Universitate Pisarum usq; adhuc suscepit.

Quibus addi potest, quòd ex parte Primogeniti Familiæ de Azzis prætenditur ulterius, ut illam per multos annos suscipere non possit, attento quod de præsenti reperitur in ætate annorum decem, & se-
21 ptem, uti natus die 26. Aprilis 1711. quæ ætas in Apostilla num. sexti Summarii, exhibiti in Sig. habita die 15. Aprilis 1728. Ponente, Origo, Romanæ Curiæ Prælato nimis erudito, & æqualiter in legalibus materiæ exercitato quidem Juvene, sed moribus, ex prudentia sane prætenditur naturaliter incapax Doctoratus ibi -- *Adversarius est minor annorum decem & octo, ideoque naturaliter incapax Doctoratus*.

Cæterùm, hoc pariter defectu non obstante, in eo-
22 dem sensu veritatis credo, eundem Matthæum de Raffinis esse omnino præferendum in assequutione ejusdem Beneficii.

Ad quod credendum moveor ex clara, directa, & immediata vocatione ejusdem unita cum amplissima derogatione ejusdem defectus, à Bened. XIII. obtenta die 28. Augusti 1722. juxta Breve dictæ Dispensationis, mihi per extensum exhibitum ubi, postquam præcisè expressa fuit, & usque ad minutias Summo Pontifici narrata voluntas Matthæi senioris de Raffinis, erigendi Præbendam canonicalem, & illius loco simplex Benefi-
23 cium, juxta Gratiam, obtentam à Benedicto XIII. prævio concilio Congregationis Concilii, in specie exprimitur quod d. Matthæus junior pro consequenda eadem Præbenda canonicali, seu simplici Beneficio, in ejus locum subrogato, deberet esse laureatus in Universitate Pisarum, & non alibi, d. Summus Pontifex eidem Matthæo juniori specialem Gratiam concessi, ut non obstante tali defectu Gradus Doctoratus, nullatenus ade-
24 pti in Universitate Pisæ, in consequutione ejusdem Beneficii præferri deberet, *etiam si super illo adesset introducta aliqua Lis, illaque penderet indecisa* cum solita tamen clausula; *Dummodo de tempore Datæ præsentium non sit in eo alicui Jus quæsitum: Non obstantibus fundatione hujusmodi quoad dictum Gradum Doctoratus, quatenus opus sit &c.*

Cùmque d. Beneficium vacaverit die 11. Junii 1727. per obitum d. Abbatis Raynaldi de Azzis, & eadem derogatio, seu Apostolica dispensatio Circa defectum qualitatis Doctoralis obtenta fuerit intra quadrimestre, hoc est die 29. Augusti ejusdem anni 1727. nullum Jus dici potest fuisse quæsitum Benedicto de Sotiis, præsentato à Primogenito Familiæ de Azzis, quia per dictam Gratiam, à Summo Pontifice obtentam, perinde habendus & Matthæus Raffinus, ac si Doctoratus Lauream in Pisana Universitate esset consequutus, ex illa legali ratione, quam his verbis assignat *Lotter de Re Benefic. lib. 1. qu. 4. nu. 167. Circa habilitatem Personæ, non admittitur distinctio inter habilem naturaliter, seu de Jure communi, & habilem, ex dispensatione alios Jure singulari, cùm omnis habitas provenit ab eodem fonte, idest à Principe, qui potest Lege sua inducere habilitatem, & in habilitatem, quem sequitur Piton. de Controv. Patron. contr. 100. n. 329.* & firmavit *Rota dec. 96. n. 7. apud Vivian. de Jurepatron.* ibi - *Dispensatus remanet idem, ac si non indiguisset dispensatione* & n. 8. ibi - *Quis dicitur esse in eadem habilitate de Jure communi, vel ex dispensatione Papæ, Ancharanus &c. Idemque sit, esse habilem de Jure, quàm ex Privilegio, tam in odiosis, quàm in favorabilibus, & in Leodien. Canonicatus 1. Julii 1707. §. Et hic patet coram Scotto* ibi -- *Dum in illo dicitur capacem esse &c. quod intelligi potest, mediante dispensatione, & in Frisig. Canonic. 10. Maii 1715. §. Non subsistente coram Cerr.* 25 26

Nec dicatur, quod d. Dispensatio defectus qualitatis Doctoralis attendenda non sit, ex quo Raffinus petiit ab Ordinario purè, & simpliciter admitti ad Beneficium, absque ulla mentione voluntatis reportandi Apostolicam Dispensationem circa eamdem defectum. Ideoque illa retrotrahi non possit ad diem vacationis d. Beneficii 27 in præiudicium Sotii, præsentati à Patrono ante d. Apostolicam Dispensationem, iuxta firmata *per Rotam in Volaterana Benefic. 7. Decemb. 1708. §. Restituto Josepho cor. Crispo*, impressa apud *Fargn. de Jurepatron. tom. 1. fol. 209. Visum fuit eidem* „ suffragari non potuisse, quod se ca„ pacem ad obtinendum beneficium Ostenderit me„ diante Apostolica dispensatione quoad ætatem repor„ tata de tempore petitæ, & obtentæ Institutionis co„ ram Ordinario, cujus vigore, remoto obstaculo inca„ pacitatis, & habili effecto, tanquam primo nominato „ & fundationis lege, eidem debita sit prælatio; Omisso „ enim examine, an ex hoc casu Joseph tanquam habi„ litatus per dispensationem possit præferri Antonio „ Francisco, tanquam de Jure habili &c. Hoc unum est 28 „ certum, quod dispensatio præfata reportata fuit, absq; „ eo quod Papæ narratum extiterit, quod Cappellania „ erat debita certo Generi Personarum, & in ea median„ te Patronorum Consensu fuerat præsentatus Antonius „ Franciscus, constitutus in ætate legitima; Cui propte„ rea ex Fundatoris dispositione, uti passivè vocato, fue„ rat usque è die vacationis Beneficii, ac suæ compari„ tionis coram Ordinario Jus quæsitum, quæ sanè, si Pa„ pæ fuissent narrata dispensationem non induisset, vel „ difficilius, quod operatur, ut Literæ dispensationis ta„ li modo reportatæ, inefficaces, & nullæ removeant ob *subreptionis vitium, in eis insitum, ut ex Glossa &c.*

Pro adequata siquidem responsione, & inapplicabilitate ejusdem decisionis, supponendum est in facto pro indubitato, quod in casu vocationis beneficii in *d. Volaterana* Fundator, qui fuit Pompejus de Birellis, ad illud invitavit omnes Clericos de sua Familia Birella, *quatenus tamen tempore vacationis reperirentur habiles ad illud assequendum, providendo ulterius, ut in suffragiorum paritate ille remaneret electus, qui primo loco nominatus extitisset* juxta 29 verba dictæ decisionis *§. Tum.*

Vacato eodem Beneficio, Patronis quæ divisis, unus nominavit Josephum Bonaccursium de Birellis annorum tredecim, alter verò nominavit Antonium Franciscum de Birellis annorum viginti unius; Dictus autem Joseph Bartholomæus de Birellis nulla facta mentione habilitatis, requisitæ, de tempore vacationis Beneficii, 30 quam expresse voluit Fundator inter omnes Clericos de sua Familia *ad effetto che possino essere squittinati tutti li soggetti abbili*, Obtinuit S. Sede simplicem Dispensatione quoad ætate annorum quatuordecim, necessariam ad obtinenda Beneficia simplicia, juxta claram dispositionem

Sacri Concilii Tridentini in sess. 23. de Reformat. cap. 6. Tacendo ulterius, quod Antonius Franciscus, Adversarius, constitutus reperiebatur in ætate legitimi, & nominatus fuerat à medietate Patronorum.

Ex quam omissione mentionis habilitatis ad assequendum dictum Beneficium de tempore illius vacationis, & taciturnitate qualitatum, quæ concurebant respectu d. Francisci Antonii, merito Sac. Rot. habuit dictum Dispensationem pro subreptitia, quin si illa Papę fuisset nar-
31 rat dictam *dispensationem, vel non indulsisset, vel difficilius, quod Operatur, ut Literæ dispensationis, tali modo reportatæ, inefficaces, & nullæ remanent, ob subreptionis vitium, in eis insitum* iuxta, præcisa verba dictæ Decisionis §. *Destituto Joseph*; Quæ omnia longè distant à presenti casu.

Primò, quia Summo Pontifici æquali candore, ac claritate, à Matthæio iuniore expressum fuit, quod illi obstabat pro consecutione Beneficii qualitas Doctoratus, nullatenus obtenti in universitate Pisarum, illosque non obstante, neque attentó, mandavit Summus Pontifex, ip-
32 sum esse præferendum, eique Beneficium conferendum esse: *Non obstantibus fundatione hujusmodi quoad dictum gradum Doctoratus &c.*

Secundò, quia præsens Controversia non vertitur inter unum de Familia Raffina; & alterum eiusdem pariter Familiæ, & consequenter inter duos æqualiter vocatos, quorum unus in actu Institutionis habeat omnes qualitates, à Fundatore requisitas, alter verò non; sed intra quadrimestre; & sic tempore habili, concurrunt ad Beneficium, de quo est quæstio, Benedictus de Sotiis, penitus extraneus, & neque etiam Concivis Fundatoris, qui prętendit excludere Matthæum iuniorem de Raffinis, ex Raphaele Pro Nepotem Fundatoris; Quod repugnare
33 videtur dispositioni omnium iurium, omnibusque congruentiæ, & æquitatis motivis, exadductis *per Carolum Antonium de Luc. de Linea legali lib. 1. disc. 2. n. 5. & Piton. post. 2 Tom ejus discept. Ecclesiast. in Parergen. n. 26.* ibi — *Fundator vocando prius Agnatos intellexit, quod illi haberent Beneficium prius quàm Cognati, & quidem omni modo possibili, qui dari potest, & stante hac voluntate, debet dari dispensatio, ut & affectuetur, & habeat locum vocatio Generis pro dilecti*; Et in longè durioribus terminis melius de *Controvers. Patron. allegat. 68. num. 27.* ubi quod in concursu Laici, de linea Vocatorum ad aliquod Beneficium, & Clerici de alia linea, secundo loco vocata, ordinarius debet ordines conferre laico, de linea primò vocata, eique Beneficium conferre, excluso Clerico attua-
34 li, de linea, secundo loco vocata ibi -, „ Concurrente uno „ de linea primò vocata, qui est Laicus, & altero de li„ nea, per posterius vocata, qui est Clericus, Ordinarius „ tenetur clericare Laicum de linea, primo vocata, illumque instituere, excluso Clerico actuali de linea „ subsidiaria vocata, quos sequutus fuit in *Tom. 6. mear. discept. Ecclesiar. part. 2. discept. 50. n. 94.*

Quibus non adversatur clausula illa, quæ legitur in Gratia dispensationis *Dummodo de tempore Datæ præsentium non sit alteri Jus quæsitum*; Illa enim intelligitur de Iure valido, intrinseco, & radicato, non autem de extrinseco, accidentali & eventuali, consistente in simpli-
35 ci Spe, ex adductis per *Barbos. de Claus. claus. 44. num. 3. & 10. & Adden. ad Burat. dec. 55. n. 7. & firmatis per Rotam coram Ottbobon. dec. 135. n. 7. & coram Emer. jun. dec. 5. n. 10. De quo* Jure merè eventuali, & in simplici spe consistente, non tenebatur Matthæus mentionem facere Summo Pontifici, quia iste in concedendis Gratiis unicè respicit Jura illa, quæ certa sunt, non autem eventualia, & consistentia in simplici spe, ut benè notant adducti
36 per *Lotter. de Re Benefic. lib. 2. qu. 51. numer. 265. Piton. discept. eccles. 13. n. 41. tom. 1. & in tom. 2. in Parerg. num. 19. in fin. & Fargn. de Jurepatron. post. 2. can. 3. numer. 5. tom. 2.*

Quod autem Jus quod prætendit Sotius in omnem casum esset merè eventuale, & in spe, ex eo clarè colligi videtur, quod intra quadrimestre, & ante Institutionem, obtentum ab Ordinario ille, quo præsentatur à Patrono, non certum, & indubitatum, sed solum eventuale, & in spe Ius habere dicitur ad illud Beneficium, ad quod fuit præsentatus,
37 ægregiè *Card. de Luc. de Jurepatron. disc. 7. num. 16. & seqq. ubi n. 17.* sequentem adducit bonam rationem, meliorem congruentiam, quia intra quadrimestre ille, qui est capax, potest effici incapax, vel decedere: Unde propterea nullum dicitur habere Jus formatum, neque in re, neque ad rem, sed solam ipsam, seu aptitudinem ad Obtinendum Beneficium, quam sequitur *Carol. Anton. de Luca de Lin. legal. lib. 1. art. 24. num. 11. & in observat. ad Ventrigl. part. 2. annot. 6. §. 1. num. 8. & 9. & Piton. tom. 2. discept. Eccles. in Parerg. num. 18.* ibi — *Subsidiariè vocatus, non dicitur habere Jus quæsitum &c. sed solum habet spem incertam, & Jus mere eventuale, & conditionale, quatenus, elapso quadrimestre, prius Vocatus de tempore Institutionis non reperiatur capax, & Fargn. de Jurepatron. tom. 1. part. 2. can. 3. cas. 6. num. 8. ubi, quod* Jus mere eventuale, & nullatenus certum, neque radicatum dicitur habere subsidiaria Vocatus, durante Quadrimestre. 38

Dixi *in omnem casum*, quia respectu d. Clerici Solii neque etiam verificatur Jus aliquod incertum, & eventuale, attento Iure illo fixo, certo, & radicato, quod acquisitum fuit à d. Matthæo de Raffinis, uti immediatè 39
præsentato à Fundatore Beneficii, præsentatione illa immediata, de qua supra; Qua attenta duo in necessariam consequentiam sequuntur in exclusionem d. Sotii.

Primum quod Jus Matthæi est anterius, & potentius Jure, prætenso ad d. Sotio, uti innixum d. immediatæ nominatione Fundatoris, quæ omni Iure prævalet mediantæ nominationi Patroni, postea factæ, juxta *punctualem decis. 52. n. 1. tit. 19. de Jurepatron. coram Falconerio*, cujus verba transcripsi *in Tom. 6. part. 2. discept. 50. nu. 59.* & egregiè *Piton. tom. 2. vers. Primus est* ibi — *Cùm Fundator non dederit ei facultatem, nominandi, sed ipse vacaverit directè, præsentando de per se, & dirigendo verba ad Collatorem, prælatio spectat ad Judicem, non ad Patronum.* 40

Secundum vero, quod, hoc admisso, immediatè post mortem ultimi Beneficiati, attenta existentia Matthæi de Raffinis ex Descendentibus à germano Fratre Fundatoris, nullum aliud remansit Ius nominandi penes dictam Patronum in præjudicium immediatè Vocatorum à d. Fundatore, quia illud in totum, & per totum præventivè consumptum fuit à dicta immediata vocatione Fundatoris, qua attenta Matthæus nulla alia indigebat nominatione Equitis de Azzis Patroni, *Lambertin. de Jurepatron. lib. 2. part. 3. qu. 4. art. 5. num. 1. & seqq. Rota select. interpr. cap. 190. num. 21. & seqq. Rot. coram Bich. dec. 189. n. 19. ubi sequendo Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæst. 38. n. 26. & seqq.* egregiè observat, quod in istis circumstantiis immediatæ vocationis Fundatoris, ab illo descendens dicitur habere titulum præexistentem, cujus vigore Beneficium vindicat, tanquam suum, idque verum est, etiam si qualitates, à Fundatore requisitæ, probentur, & verificentur post vacationem Beneficii. 41 42

Pro quorum faciliori admissione tria urgere videntur. 43

Primum innititur nimis verisimili menti Fundatoris, qui si videret hodie Canonicatum ab ipso tanto studio ordinatum, & dotatum redditibus propria industria, & sudoribus acquisitis, redactum esse ad statum & qualitatem simplicis Beneficii, pro cujus capacitate nil aliud requiritur, præter quàm Tonsura Clericalis, & ætas annorum quatuordecim, innegabiliter concurrentes in ejus Pronepote, statui 44
clericali, & studiis supra ætatem inclinato, & moram faciente in Seminario Aretino, Nec non ad illius consequutionem concurrere Clericum Perusinum, non Doctorem, penitus extraneum ab ejus familia, penitusque exterum à propria Patria, ex ejus introspecta voluntate, nedum nimis verisimiliter, sed forè certitudinaliter asserere possumus, nolle excludere proprium Pronepotem; *Id autem quoad Testator vivens facturus esset, ab Hæredibus sui fieri jussisse intelligitur* Sunt verba *Text. in leg. cùm servus prope finem digestis de Condition. & demonstrat. concordat. alterum Textus in legibus Item legatum §. Item interest ff. de Legat. 3.* ibi — *Assignaturus si vixisset* —

xisset, quos sequuntur *Valasc. de Privileg. Miserab. person. quæst. 62. per tot. Rub. de Testam. c. 75. n. 1. & seqq. Card. de Luc. de Dot. disc. 174. n. 3. & Rot. dec. 14. n. 38. cor. Argnell.* ibi -- *Illud videtur dispositum, &*
46 *mandatum per Testatorem, quod verisimiliter responderet interrogatus, ex singulari doctrina, &c. & coram Emer. jun. dec. 1137. n. 5.* ibi -- *Hæres tenetur exequi, nedum id, quod Testator voluit, sive expresse, sive tacite, verum etiam id, quod deinceps verisimiliter vellet, si viveret*, cum aliis sequutis *in tom. 6. p. 2. discept. 50. n. 89. & 90.*

Et considerando cognitionem, quam habebat Fundator Genitoris illius Personæ, quæ aspirat ad pium Legatum, ab eo relictum, egregiè *Rot. decis. 94. n*
47 *4. cor. Duran.* ibi -- *Nedum esse contra æquitatem, sed etiam contra Testatoris voluntatem; qui si voluit præferri Puellas pauperes &c. ei non notas, multò magis istas &c. quorum Pater fuit ei notus, & dilectus*, & possumus addere in casu nostro, cujus Avus erat ejus amantissimus Germanus Frater, illiusque Nepos suus dilectissimus Pronepos.

Et quod magis est, videtur omni animadversione dignum, quod pius Testator in toto contextu ejus
48 Testamenti nimio amore respexit ad ejus carnem, & sanguinem, dum primo loco instituit Hæredem Donatum Raffinum, illius Fratrem; Secundo loco Magdalenam ejus sororem; Tertio Matthæum, Filium Raphaelis, ejus Germani Fratris, & Patrem Matthæi junioris aspirantes ad Beneficium, de quo est quæstio; Et quanto ordinavit perpetuum Fideicommissum favore omnium Descendentium à prædicto Matthæo, Filio ejus Fratris; Ex quibus remanet manifestum, quod omnibus Descendentibus ab ejus germanis Fratribus providere voluit; Et propterea videtur nimis durum; & æqualiter amarum, quod deficientibus Personis nobilis Familiæ de Azzis, ca-
49 pacibus obtinendi d. Beneficium, permittere voluerint Primogenito ejusdem Familiæ penitus Extraneum nominare cum evidenti præjudicio, & exclusione unius ex Descendentibus ejus germani Fratris, arctissima consanguinitate eidem juncti, ut Consideranti patet.

Secundum verò innititur illi reflexioni, quod qualitas Doctoratus non est una ex illis, quæ, vel necessariò, vel naturaliter concurrere debet pro assequutione simplicis Beneficii, ut de se notum est; In tantum autem apposita fuit à Testatore, quia iste mediante tali qualitate voluit qualificare Descendentes ex ejus germano Fratre, nec non allicere nobiles Canonicos Cathedralis Aretinæ ad illos recipiendos, & admittendos in Fratres, & Concanonicos, attenta nobilitate illa, quam habet annexam gradus Doctora-
50 tus, ex adductis per *Muscatell' in particulari Tractatu de Præstantia Doctoratus impresso post ejus Praxim Pratus respons. crim. 21. & 22. per tot. Paschal de Patr. potest. p. 2. cap. 5. num. 69. & seqq. & Card. de Luc. de Præeminent. disc. 35. n. 8.* Tali autem, tantaque inflexibilitate, & constantia Can. Aretini de præsenti & ullo unquam futuro tempore recusarunt admittere in eorum Consortium aliquem ex Familia de Ruffinis, descendentem & Raphaele, germano Fratre Fundatoris, ut opus fuerit recurrere ad summum Pontificem pro commutanda natura, & qualitate ejusdem Canonicatus in simplex Beneficium; In istis si-
51 quidem circumstantiis, vel qualitas doctoralis respectu Possessoris dicti simplicis Beneficii nullo modo requiritur, juxta notoriam praxim omnium Beneficiorum simplicium Urbis, & Orbis; Vel in omnem casum circa illius concursum non est judaicè insistendum in verbis Testamenti, sed potiùs consideranda verisimilis mens Testatoris, ita ut in concursu Clerici
52 penitus Extranei, neque etiam Doctoris, & Clerici, descendentes à Familia Testatoris, iste omnino præferendus sit in consequutione ejusdem Beneficii, attenta præcipuè dispensatione Summi Pontificis circa eundem gradum Doctoratus.

Nec subsistit, quod ætas annorum decem, & septem naturaliter incapax sit ad doctoralem Lauream consequendam; *De Jure enim* (sunt verba *Narbon. de Ætat. ann. 17. p. 1. n. 4.*) *nulla ætas ad Doctoratum præscripta est &c. unde meritò scripsit Card. in Proem. Clement. vers. Joannes*, quem sequuntur *Felinus, Mandosius, & Campanile, quod in quacumque ætate quis potest doctorari, dummodo habeat alia Requisita, & suadetur, nedum ex* 53
eo, quòd nullo Juris Testimonio contrarium probatur, sed etiam ipsa experientia, qua quotidie docemur, cujuscumque ætatis Viros ad hujusmodi gradum ascendere, De qua experientia respectu Universitatis Romanæ sapientiæ per septem Lustra Nos etiam testes esse possumus; Et de duobus Lotterii Filiis, quorum unus Lauream Doctoris consequutus fuit anno 14. alter verò anno 13. eorum ætatis, Testis est illorum Pater *in Tract. de Benef. lib. 3. q. 7. n. 191.* quem sequutus fuit *Pompejus Ursaya meus Filius in Misc. sacr. & profan. to. 1. lit. L. n. 143.* 54

Imò melius esse legalibus studiis incumbere antequam feliciter studendi ætas terga vertat, notabiliter advertit *Barthol. in Proem Inst n. 16.* ubi, quod illis, qui in grandi ætate incipiunt operam dare Studiis legalibus, lepidè dici potest: *Amice, Tu eris Advocatus in alio seculo*, quem sequutus fui *in Instit. crim. lib. 3. tit. 10. n. 25.* 55

Tertium demum non sine magna æquitate, & quali gratitudine, desumitur ab illa antidorali obligatione, quam in Sacr. Congregatio Concilii die sexta Martii 1726. his verbis exageravi, & eadem Sacr. Congr. admisit in casu, de quo *in tom. 6. p. 1. disc. 9. n. 11. Si Testator eidem Nepoti d. Legatum non reliquisset, adhuc idem Hæres* (Patronus dicere possumus in nostro casu) *tradere debuisset ex illis antidorali obligatione, quam ipsamet Natura omnia Animalia docuit*, & de qua habemus *Textum in cap. cùm in officiis de testam.* ibi -- *Illis tenemur obnoxii, à quibus beneficium Nos cognoscimus recepisse, Glos. in leg. sed, & si Lege verb. obligaverunt ff. de Petition. Hæredit.* ibi -- *Omnis Creatura movetur ac benefaciendum ei, qui sibi benefecit, & talis obligatio ex instinctu naturæ procedit & Rot. dec. p. 5. rec. & in Rom. Dotis 16. Junii 1679. §. Tum denique cor. Bourlemont.* Ita ut, nunquam, aliàs sanè in his terminis ad praxim reducendum videtur consilium *Sac. Rot. in dec. 4. in fin. de Appell. in nov. procedendi nimirum magis de una bona, & grossa æquitate, quàm de Juris rigore.* 56 57

Idque ad evitandum inconveniens illud, quod his verbis improbat *Pitonius disc. Eccles. 4. sub nu. 29. Videtur iniquum, quod unus ex Hæredibus magis honoratis per Fundatorem, præsentando Extraneum excludere velit Consanguineum Fundatoris, abutendo largitate, quem recepit, & committendo ingratitudinem erga illum, Quæ repetit in Tract. de Controv. Patron. p. 2. allegat. 51. in principio* ibi -- *Durat adhuc Juspatronatus passivum in sanguine Fundatoris, & ideo reiicienda omnino venit præsentatio Extranei, facta per Comm. quæ hodie veniendo contra Sanguinem Fundatoris, dicitur committere ingratitudinem contra illum, & abuti largitate, quam recepit.* 58

Judex de Partibus sententiam protulit favore Matthæi. 59

IN EADEM CAUSA.

ANno 1729. pro veritate requisitus de meo sensu circa prætensionem Equitis de Azzis volentis nominare Personam, sibi benevisam ad Beneficium, erectum vigore piæ Dispositionis qu. Francisci Raffini, ad exclusionem & Matthæi Raffini, Pro Nepotis Fundatoris demandantis, *che essendovi alcun Dottore delli Descendenti di d. Matteo, suo Nipote, deva questo esser preferito ad ogni altro*, in ea fui opinione, ut illius prætensio destituta esset omni legali fundamento, & in effectu doctissimus Causæ Judex ita per sententiam pronunciavit. 60

Quia verò idem Matthæus de Raffinis vigore d. favorabilis sententiæ possessionem ejusdem Beneficii cœpit, non citato Bernardino Sotio, qui reperiebatur in illius possessione, vigore dicti Nominationis, nulliter reportatæ à dict. Equite de Azzis, Signatura Justitiæ, ad quam habitus fuit Recursus à dict. Sotio rescripsit: *Alteri per Breve in Partibus* 61
circum-

circumscripta possessione, & apposito Oeconomo, cuius vigore pendat hodie Causa coram alio doctissimo Judice Florentiæ, cum Voto duorum Assessorum.

Antequam autem descendam ad Causæ merita, observo, quòd idem Judex non tenetur sequi Votum dd. Assessorum, iuxta distinctionem, communiter in hac parte receptam, quòd Judex, obligatus procedere de Voto alicuius Assessoris, non potest illud non sequi, ad differentiam alterius casus (qui est noster præcisus) quando procedere tenetur cum Vo-
62 to alicuius, quia tunc potest illud non sequi, iuxta ea, quæ adnotavi *in tom. 1. part. 1. discept. 7. n. 13.* sequendo *Gratian. discept. 324. num. 2. & 3. Coccin. adnot. 185. per*
63 *tot. Card. de Luc. de Jud. disc. 4. num. 10. & 11. & Ansald. in Addit. ad decis. 27. num. 5 & 6.*

Deveniendo modo ad Dubia, excitata noviter ex parte eiusdem Sotii coram Judicibus de Partibus.

Primum est *che il Sig. Raffini avendo domandato all' Ordinario liberamente l' Instituzione, e non sotto la condizione di ottenere il grado dottorale* quam ex præcepto Fundatoris tenebatur assumere in Universitate Pi-
64 sarum, & non alibi, ovvero la Dispensa, quam postea obtinuit à f. m. Benedicto XIII. *perdesse subito il Jus passivo al Beneficio*.

Secundum verò, *che spirasse al Sig. Raffini il qua-*
65 *drimestre il giorno, che per ordine suo furono affissi li Editti*.

In eodem autem veritatis sensu iterum requisitus circa dd. duo Dubia, constanter teneo, utrumque
66 difficultatem nullius esse subsistentiæ ad effectum, de quo disputatur.

Non prima, quia Institutio ab Episcopo petita fuit cum salutari illa clausula *Omni meliori modo*, *quæ comprehendit omnem modum meliorem, quo Actus sustine-*
67 *ri potest, etiam non expressum sunt* verba *Rot. decis. 271. num. 23. coram Cerr.* & concordant innumeri Authores, adducti in d. decis. 1. nec non *in part. 9. recent. dec. 165. n. 6.* ubi, quòd hæc conclusio caret omni difficultate, quia censetur imploratum Judicis Officium eo titulo, & Jure, prout valere potest, circa quam conclusionem facili negocio componi possent Volumina, si adversus genium, & solitum multiplicari vellent folia Originalis.

Et propterea, attenta dicta qualificata petitione, cum eadem salutari clausula, hæc sola circumstan-
68 tia videtur superabundare ad demonstrandam insubsistentiam contrariæ criticationis, ex punctualibus authoritatibus supracitatis; Et tamen.

Secundò respondet, quòd cùm tempore Precum, à Raffino porrectarum Episcopo Aretino die 11. Junii 1727 idem Raffinus esset ætate minor, uti notus Mense Aprilis 1711. non posset ei denegari in integrum restitutio, quæ semper conceditur minori, inconsultò actum ali-
69 quem, sibi præiudicialem, gerenti, ut videre est apud innumeros Concordantes, sequutos *à Rota dec. 381. n. 3. & 4. part. 13. rec.* ubi testatur Rota hanc esse communem omnium Doctorem opinionem, & coram Caprara *dec. 404. num. 1.*

Quod est adeò verum, ut locum habeat etiam si Minor debitis solemnitatibus renunciet beneficio d. restitutionis in integrum, quia talis renunciatio est ipso Jure nulla, ut, sequendo *Bartol. in leg. Cùm Minor n. 2. ff. Rem. rat. habet. & Od. de Restitut. in integr. quæst. 26. art. 4. num. 24. & 29.* probat *Jovius de solemnit. in Contract. Min. gloss. 19. §. 6. n. 1. & tribus seqq.*

Ceterum respectu huius dubii Ego, fatendo ingenuè meum imbecillitatem, nescio percipere vim prætensionis Sotii, eo quia per falsam hypothesim procedendo cum insubsistenti supposito, quòd Clericus Raffinus in hac parte defecisset, quodque ei non esset succurrendum beneficio restitutionis in integrum, idem Sotius exciperet de Jure Tertii, seu Episcopi Aretini ad quem, indefectum validæ nominationis Patronarum, pro ille vice
71 devolvitur Ius nominandi ad Beneficia de Iurepatronatus, *Cap. si verò 12. de Jurepatronatus* iuxta animadversa per *Vivian. cod. Tract. libr. 4. c. 6. num. 17. & sequentibus Massobr. in Prax. habend. Concurs. requis. 1. dub. 4. numer. 9. Berton. de Negligent. part. 1. art. 12. num. 19. & seq. Panimoll. decis. 9. num. 15. decis. 131. num. 17. & Rot. coram Falconer. decis. 14. numer. 1. in med. tit. de Jurep. tom. 2.*

Cùmque idem Episcopus probè agnoscens bonum Jus Raffini, nullam in hac parte excitet prætensionem, talis exceptio de Jure dicti Episcopi, adversus istius voluntatem, allegari non potest à Sotio, juxta communiter 72
receptam Opinionem, de qua *Gratian discept. 543. à nu. 38. Magon. dec. Florent. prima num. 59. & Rot. dec. 48 n. 5. e 6. cor. Ludovis. & dec. 36. n. 5. & dec. 56. n. 1. coram Ansaldo, & dec. 30. n. 8. part. 12. rec.* cum aliis citatis *in tom. 3. part. 1. discept. 24. num. 59. & tom. 4. discept. 7. num. 61. part. 1.*

Ultra quòd longè inter se differunt præsentare ad Beneficium aliquam indignum ex dispositione Iuris, juxta terminos Authorum, qui in hac parte allegari possunt, vel præsentare aliquem simpliciter inhabilem, seu indigentem sola dispensatione, ad hoc ut capax sit, quia iste validè potest præsentari, & adveniente dispensatione, hæc retrotrahitur ad diem petitioni, ac si ab illo tempore dispensatus fuisset capax, ut præcisè loquendo de quali- 73
tate Doctoratus, à Testatore demandata, adductis concordantibus, probat *Piton. de Controv. Patron. allegat. 61. n. 14.* Et ratio est, quia in istis circumstantiis dispensatio, postea superveniens, ad effectum dispensatum, abstrahit, & eradicat omnem inhabilitatem, perinde ac si eadem inhabilitas ab initio nunquam adfuisset, ut sequendo Theoricam *Joannis Andreæ in cap. In generali 82. sub n.* 74
30. de Regul. Juris in 6. per hæc præcisa verba, cumulatis concordantibus, firmavit *Rot. dec. 12. n. 73. p. 5. rec. & concordant alii adducti in dec. 22. n. 18. cor. Herrer. & in Melevitana Beneficium 10. Joan. 1712. §. pro remotione coram Aldrovando.*

Circa secundum Dubium verificantur ea, quæ notat *Card. de Luc. de Don. disc. 10. n. 8.* quod scilicet in Notulis, quæ de Partibus transmittuntur, ut plurimum non benè exprimitur factum, neque illius circumstantiæ, quem se- 75
quitur *Pompejus meus Filius in Miscellaneo sacro, & profano tom. 1. lit. N. n. 77.* Et proinde applicantur verba illa *Textus in leg. 15. C. de Transaction. Ut responsum congruum accipere possit, inserere pacti exemplum.* Indicta enim Notula nullatenus exprimitur tempus vacationis Beneficii, non fuit transmissa Copia Papalis Gratiæ, seu dispensationis, minusque Decretum Episcopi, de mandantis execu- 76
tioni d. dispensationis, & multa alia deficiunt quæ pro firmiori Responso essent necessaria, Et propterea procedendo cum d. Notula,

Observo, Patrono Laico dari à Iure terminum quatuor Mensium ad præsentandum, quod incipit currere à die scientiæ vacationis *Rot. dec. 255. n. 1. cor. Card. Caprara.* Intra quod tempus si à Patrono Præsentatus habilis efficiatur, seu qualitas, à Testatore requisita, superveniat, vel circa illius defectum dispensationem à Papa obtineat, non potest & denegari Institutio *Ventrigl in Prax. par. 2. anot. 6. §. 1. sub n. 8.* ibique *Carolus Antonius de Luca in addit. n. 7. Corrad. in Prax. benef. lib. 4. cap. 6. n. 26. & Piton. discept. 13. num. 40. & sequentibus.*

Debilitas autem huius contrariæ exceptionis est talis naturæ, ut in Notula, de Partibus transmissa, mihique communicata, asseratur circa illam convenire *tutti li Sig. Avvocati di Firenze, e tutti li Sig. Giudici*, & proinde nihil in hac parte videtur addendum fundato judicio dd. Doctissimorum Advocatorum & Sapientissimorum Iudicum ad demonstrandam obiecti insubsistentiam.

Procedunt hæc de Summo Iuris rigore, & tamen quatenus aliquam admitterent criticationem, & illo infortunio, quòd hodie ad eam miseriam legalis facultas redacta est, ut nihil in Iure adeò pacificum reperiatur, quod offuscari non possit, ut observavi *in Inst. Crim. lib. 3. tit. 5. n.* 79
185. & Me citato firmavit *Rot. in Firmana Fideicomm. 4. Maii 1703. §. Verùm cor. Ansaldo* ibi--*Ut dicebat Surd. dec. 272. in fine, & prosequitur Rota in Assisien. cor. me, quam laudat modernus a Bosco seu Salernitanus in suis Instit. crim. &c. nihil est & in Jure nostro pacificum &c.* Nullam saltem admittunt difficultatem, præ oculis habendo æquitatem, seu Ius humanum, quale illam appellant *Menoch. de Præsumpt. libr. 2. præsumpt. 76. num. 16. Capon. discept. 397. numer. 27. & Rot. decis. 172. numer. 74. par. 6. recent.* Ubi quod æquitas nihil aliud est, quàm con-

congruentia quædam, in principiis Juris naturalis fundata, & meliùs *in decis. 4. in fin. de Appell. in nov.* ibi-- *Magis de una bona, & grossa æquitate, quàm de Juris rigore procedi solet & in part. 10. recent. decis. 233. num. 22.* ubi, quòd in Tribunalibus ecclesiasticis æquitas vim legis habet, & pro lege allegari potest.
81

Videtur enim nimis durum, & æqualiter amarum, imò ferè inhumanum, adversus claram voluntatem piis Fundatoris privare pauperem Pronepotem commodo illius Beneficiis, in cujus consequutione cubitalibus literis demandavit unum & ejus Descendentibus esse præferendum cuicumque alteri ibi -- *Essendoci alcun Dottore delli Descendenti di detto Matteo deva questi essere preferito ad ogni altro*, Idque subtilibus interpretationibus, & criticationibus, quæ in Jure non admittuntur, ad *Textum literalem in cap. Dilecti filii, ubi Gloss. Urb. Subtiliter de Judic.* præcipuè in Foro ecclesiastico, ut ampliat adducti per *Barbos. axiom. 214. n. 1.* ibi -- *Subtilizatio non est curanda in foro Ecclesiastico, ex quo de mente constat & Rota dec. 1. n. 5. part. 1. rec.*
82
83

Fortiùs, quia dictæ criticationes unicè directæ sunt ad privationem certi Juris, eidem Pronepoti Fundatoris competentis, ad quem effectum quælibet causa excusat, & quidem etiam fatua, & bestialis, ut utar phrasi Doctorum, quos citat *Rot. dec. 160 n. 13. coram Otthob. & dec. 81. n. 3. coram Cavaler. & dec. 182. n. 25. & decis. 624. nu. 8. coram Buratt. & decis. 62. n. 4. coram Ansald.* ubi, quod barbarum, & inhumanum esset, ut in his terminis quis caderet à Jure suos, quos sequutus fui *in tom. 6. part. 2. discept. 50. nu. 19.* & in præcisis terminis Jurispatronatus quod à pœna illius devolutionis excuset sola probabilis ignorantia inhabilitatis, vel indignitatis Personæ præsentatæ, egregiè probant *Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 43. num. 11. & Piton. discept. 4. num. 48.* & meliùs firmavit *Rot. decis. 16. num. 7. de Jurepatr. coram Falcon.* ibi: *Maxima ad effectum eosdem excusandi à pœna devolutionis, quæ nunquam incurritur quoties Patroni ignoranter Indignum, seu Incapacem præsentarunt, ut docet Jo. Andrea* Et in durioribus terminis notoriæ incapacitatis Patrum M.O.S. Francisci, quòd illos Præsentans ad Beneficium cum probabili ignorantia illorum incapacitatis non privetur Iure præsentandi, ea ratione, quia præsentatio præsumitur facta, data habilizate Personarum, adductis concordantibus, firmavit *Rot. decis. 276. numer. 7. & 8. coram Caprar.* confirmata *in decis. 306. coram eod.*
84
85

Habemus præterea in hac parte communiter receptum, quòd Iudex non solùm alligatus & verisimili Disponentis voluntati, ex firmatis *per Rot. in Narnien. Successionis 19. Januarii 1731. §. Totam coram Corio*, sed tenetur exequi id, quod Testator interrogatus verisimiliter, si viveret, responderet, *Textus est literalis in leg. Cùm Servus in fin. Cod. de Condit. & demonstr.* ibi: *Nam quod ipse vivens facturus erat, ab Hæredibus suis fieri jussisse intelligitur, & in leg. Item legato §. Item interest ff. de Legat. 3.* quos sequuntur *Bald. cons. 87. circa med. lib. 5. Natt. cons. 61. numer. 3. vers. sed dicendum, Mantic. de Conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 19. numer. 4. & 5. Surd. decis. 62. numer. 12. & Rot. decis. 1173. num. 5. & decis. 1153. num. 2. coram Emer. jun.*
87

Quantò igitur magis idem admittendum est in nostro casu, in quo non est sermo de verisimili, sed de vera, clara, & indubitata voluntate piis Fundatoris, non solùm desiderantis, sed expresè mandantis: *Deva essere preferito ad ogni altro il Dottore, discendente da Matteo, mio Nipote*; Observando efficaciam illius verbis *Deva*, quod necessitatem importat, juxta notata per *Gloss. in cap. Proposuit verb. Non debet de Appell.* cum aliis concordantibus citatis *in tom. 2. part. 1. discept. 38. num. 26.*
88

IN EADEM CAUSA.

Decisio Rotæ Florentinæ Relatore Advocato Petro Antonio Marchi

Sabbati 19. Augusti 1730.

PIetate erga Deum, atque amore erga suos proximiores consanguineos impulsus olim Francicus Locæ de Raffinis, Presbyter, ac Civis Aretinus, in ultimis sui Testamenti tabulis, ordinata erectione Præbendæ Canonicalis in Ecclesia Collegiata, & Cathedrali S. Mariæ Plebis Aretii, cum reservatione jurispatronatus activi favore Nobilis Equitis Francisci Mariæ de Azzis ejusdem Civitatis, ejusque filiorum, & descendentium masculorum, ordine Primogenituræ: Passivum illius juspatronatus omnino reliquit descendentibus olim Matthæi de Raffinis ex prædefuncto Raphaele germano ejus fratre dilectissimi Nepotis, quem, & quos etiam pingui substitutione donaverat suæmet hæreditatis, his tamen Descendentibus, qui Lauream Doctoratus in Pisano Liceo adepti fuissent, per hæc expressa verba. „ *Volendo che essendovi alcun Dottore delli descendenti di Matteo Raffini suo Nipote, debba questi esser preferito ad ogn'altro, purche sia Dottorato in Pisa, &c.* "
89

Quum autem Familia de Raffinis ea non præfulgeat Nobilitate, qua sunt decorati Canonici dictæ Ecclesiæ, velut ex primoribus ejusdem Civitatis, ad tollenda, quæ inter Collegas genere dispares oriri potuissent, murmura, atque diffidia, fuit ex Decreto Sacræ Congregationis Concilii commutata voluntas præfati Testatoris, & loco Præbendæ Canonicalis erectum in eadem Ecclesia simplex Beneficium sub invocatione SS. Donati, & Francisci, cum reservatione jurispatronatus in omnibus ad formam præcitati Testamenti. Quamobrem sequuta anno 1727. sub die 10. Iunii vacatione dicti Beneficii per obitum Nobilis D. Raynaldi de Azzis, die immediatè sequenti Reverendus D. Matthæus Lucæ Antonii filius, & præfati alterius Matthæi de Raffinis Nepos, & Clericus Seminarii Aretini Alumnus iudicialiter institit coram Ordinario Loci pro consequenda ad illud Beneficium institutione, quam sibi deberi autumavit tanquam descendenti ab ipso Matthæo Seniore, proindeque habenti iuspatronatus passivum, eamque petiit omni meliori modo.
90

Adversus huiusmodi instantiam in termino edictali se opposuit Nobilis D. Eques Cosmas de Azzis Patronus activus, præsentavitque Nobilem D. Benedictum de Sozzis Clericum Perusinum, absentem quadraginta ferè miliaribus, quibus Perusia distat ab Aretio, atque ex Familia prorsus incognita prælaudato D. Francisco de Raffinis Testatori, qui Clericus Perusinus, deinde per Procuratorem acceptata præsentatione, successivè petiit institui, è contrario autem repelli dictum D. de Raffinis unicà exceptione quòd Iurisconsultorum ornamentis minimè insigniretur.
91

Qualitatem verò Doctoratus illico supplevit benigna dispensatio Pontificis ad præces ejusdem D. de Raffinis emanata, cum derogatione expressa fundationi quoad dictam qualitatem, & gradum. Sed quum Reverendissimus D. Executor Apostolicus de partibus illum in possessionem induxisset, non citato Collitigante, hinc factus est rumor magnus, & in Signatura Justitiæ fuit circumscripta possessio. Causaque commissa per Breve Reverendissimo D. de Vergellis, qui super hujuscemodi Controversia nostrum efflagitavit Votum; censuimus Litteras Apostolicas favore dicti D. Matthæi de Raffinis ex integro fuisse, & esse exequendas.
92

Ratio

Ratio decidendi fuit, quia quum non mereretur
93 attendi memorata exceptio defectus Doctoratus è medio sublata, ut dicebamus, ex dispensatione Apostolica, cæteraque omnia verificarentur extrema necessaria ad intentum ejusdem D. de Raffinis; apertè constitit has Litteras esse undique justificatas, & per consequens legitimè exequendas juxta perpetuam praxim, quam servat *Rota post De Luc. de Benefic. in Mantiss. dec. 4. num. 5. coram Royas dec. 337. num. 10. & seqq. Emer. jun. dec. 1176. numer. 1. Falconer. tom. 2. tit. 19. de jurepatr. & Capellan. dec 10. num. 1. & tom. 3. tit. 29. de Rescript. & Litt. Apostol. dec. 1. decis. 3. dec. 4. dec. 7. ubique num. 1. & dec. 18. num. 8. in recent. decis. 468. dec. 508. & dec. 606.* ubique pariter *num. 1. part. 19.*

Neque in contrarium movit prætensum, & exag-
94 geratum tantoperè vitium subreptionis, & obreptionis, ex quo in precibus Sanctissimo porrectis pro dispensatione à qualitate Doctoratus fuit reticita præsentatio dicti Domini Benedicti de Sozzis, cui proinde nullum irrogaverit præjudicium gratia Apostolica obtenta ab ipsomet Dom. de Raffinis, quum præsertim insitam haberet clausulam præservativam -- *dummodo tempora datæ præsentium non sit in eo alicui specialiter jus quæsitum.*

Quoniam pro totali objecti remotione considera-
95 tum fuit, non omnia, quæ in precibus tacita, vel etiam quæ aliter expressa fuissent, quàm veritas se haberet, Gratiam, vel Rescriptum subreptitium, vel obreptitium facere, & annullare; sed ea duntaxat, quæ vel in jure declarata sunt, quod exprimi debeant, vel si in jure non sunt declarata, nihilominus est verisimile, & à communiter contingentibus certò scire possumus, quòd si Pontifici veritas narrata fuisset, Gratiam non concessisset, vel difficilius concessurus fuisset, ut præ cæteris ajunt *Ger. Spin. cons. 16. numer. 22. Merlin. Pignatell. controv. Forens. centur. 1. cap. 54. num. 8. & 9. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 51. num. 50. & seq. Lancellott. de Attent. in præfat. part. 2. cap. 4. nu. 758. Bellamer. dec. 697. sub. num. 4. vers. tertio principaliter. Rota decis. 21. de præbendis num. 7. in Novis, & cor. Merlin. dec. 243. num. 4. & seqq. Dunozzett. jun. dec. 640. num. 27. Falcon. tom. 3. tit. 29. de Rescript. & Litt. Apost. dec. 7. num. 6. & post De Luc. de jurepatr. in Mantiss. dec. 18. num. 9.* Quod maximè procedit in materia executionis Litterarum Apostolicarum; qui enim plenè, concludenter subreptionem earundem Litterarum non probaverit, illarum nequit executionem retardare tanquam non legitimus Contradictor, ut asseverat *Piton. de controv. Patron. allegat. 99. num. 14. Spad. cons. 82. nu. 1. & seqq. tom. 2.* latissimè *De Rosa de Executor. Litt. Apostol. part. 1. cap. 5. num. 44. & seqq. & numer. 116. & seq.* ubi quòd propterea exceptio turbida subreptionis, seu quum subreptio non est clara, Litterarum Apostolicarum executionem retardare non potest: firmavitque *Rota post De Luc. de Beneficiis dec. 9. num. 9. & seq. dec. 161. num. 11. & 12. part. 18. recen.* Unde satis non est probare aliquid fuisse tacitum, nisi etiam probetur, quòd si fuisset expressum, potuisset reddere Pontificem difficiliorem ad concedendam Gratiam, ut prosequitur *De Rosa de Executor. Litter. Apost. part. 1. dict. cap. 5. numer. 117. in fine Spad. dict. consil. 82. num. 2. tom. 2. Rota cor. Royas dec. 337. num. 10. Dunozzett. jun. dec. 363. num. 16.* ubi quòd non omnis taciturnitas inducit subreptionem, sed duntaxat eorum quibus expositis, Papa nullo modo Gratiam fuisset elargitus, & post *De Luc. de Benefic. dict. dec. 9. numer. 10.* Ita ut in dubio semper fieri debeat interpretatio pro sustinenda Gratia, neque præsumatur Papam difficilius concessurum quando fuisset expressum, ut distinguendo casum, quando Gratia sit in fieri ab alio casu, quando sit in facto esse, & jam concessa, egregiè connotat *Merlin. controv. for. centur. 1. dict. cap. 54. num. 10. De Rosa de Executor. Litt. Apost. part. 1. dict. cap. 5. num. 52. Rot. coram Dunozzet. jun. dict. decis. 367. num. 17 Post De Luc. de Benefic. dict. dec. 9. num. 12.* Neque inter Arbitrium pro retardatione Litterarum Apostolicarum, quando exceptiones sunt turbidæ, benè verò pro illarum executione *Rota coram Caprar. dec. 536. num. 1. & dec. 668. num. 17. Ottbobon. dec. 261. num. 1. & 2. dec. 413. num. 2. part. 18. rec.*

In subiecta specie nedum turbida visa est prætensæ subreptionis exceptio, sed obscurissima quidem, 96
& penitus inefficax: quum non fuerit unquam probatum, quod si Pontifici narrata fuisset præsentatio D. de Sozzis collitigantis, abstinuisset à concessione Gratiæ, vel difficiliùs concessisset. Immò qualitas Doctoratus à Testatore desiderata cum supposito erectionis Præbendę Canonicalis, ut Patronus passivus eodem honore frueretur, quo in Ecclesia Cathedrali nitent cæteri Canonici, evaserat prorsus inutilis, & superflua post erectionem simplicis Beneficii loco dictæ præbendæ Canonicalis, atque in hoc immutatam ipsius Testatoris voluntatem, quę deficiente supposito ipsa quoque deficere dicebatur. Præsertim quia Dom. de Raffinis est de sanguine, & agnatione Fundatoris, & nedum honoratus patronatu passivo, verum etiam, ut prænotavimus, in ejusmet hæreditate substitutus, eique propterea dilectissimus, & collitiganti præferendus, ex uniformi voto Doctorum omnium semper gratificari volentium consanguineo Fundatoris in concursu extranei, inter quos optimè *Piton. discept. Eccles. 22. num. 38. & discep. 38. num. 6.* ubi quod præsentatus de Familia Fundatoris esset etiam præferendus in concursu alterius de Familia Patronorum præsentantium, & rursus *de Controv. Patron. Alleg. 7. num. 1.* & præsertim *num. 6. & seqq.* ubi quod ille de sanguine Fundatoris prævalere debet non solùm in concursu minùs digni, verùm etiam dignioris, atque etiamsi Adversarius esset compatronus, quia tanquam extraneus adverso facto succumberet in concursu præsentati de sanguine Fundatoris, cujus respectu qualitas compatroni censetur inanis, & supervacua, & *Allegat. 8. num. 18. & seqq. alleg. 20. num. 19. allegat. 40. num. 5. allegat. 44. num. 18. & allegat. 100. num. 379. Vivian. de jurepatr. lib. 14. cap. 2. numer. 64. vers. tantò magis. Addens ad Buratt. dec. 647. num. 16. Addens ad Pamphil. dec. 294. numer. 11. Rota coram Merlin. decis. 733. num. 6.*

Nam sicuti natura docet etiam Feras immanes,
& formidabiles rationis expertes proprios catulos diligere, cæterisque omnibus anteferre; ita iura Canonica, & Civilia plurimùm huic naturali consuetudini videntur accomodata: cuius rei nitidum occurrit exemplum in ipsa materia præsentationis ad Beneficium, nempe quòd ex duobus præsentatis, licèt regulariter prævalere debeat in consecutione Beneficii præsentatus à Patrono habente pinguiorem vocem *Rota cor. Emer. jun. dec. 1361. num. 6. Piton. discept. Eccles. 4. num. 28.* Non ille Voti compos evaderet, si alter præsentatus ab alio Patrono esset de genere, & familia Fundatoris; quia tunc ratione sanguinis, & naturalis affectionis erga propriam sobolem præsumendæ, immo hic præferri deberet, velut expresè docet *Piton. dict. discept. 4. num. 28. & seqq.* ubi tradit rationem, quia videtur ab omni æquitate alienum, quod unus ex hæredibus magis honoratis per Fundatorem in maiori parte hæreditatis, præsentando extraneum, excludere debeat consanguineum ipsius Fundatoris, abutendo largitate, quam recepit, & committendo ingrati animi vitium erga illum. Unde in paritate iurispatronatus æqualiter delati in hęredes inæqualiter institutos pręvalet sanius iudicium alterius hæredis præsentantis consanguineum tanquam gratum, & conveniens Menti Fundatoris, cui pariter Ecclesia mutuam gratiam hoc modo retribuit. 97

Eò magis quia Dom. de Raffinis nulla indigebat patroni passivus, & immediate vocatus à Fundatore quidem vocatione directa, ex notatis per *Piton. de Controv. Patron. Allegat. 1. numer. 1. & seqq. allegat. 65. numer. 2. & discept. Ecclesiast. part. 2. in Parerg. num. 12.* præferendus erat cuilibet præsentato

tato à patrono activo, cuius iura quiescunt vigente nominatione facta per ipsum Fundatorem, ut statuit *Rota cor. Flaconer. tom. 2. tit. 19. de jurepatr. & Capellan. dec. 57. num. 1.*

Eò magis iterum quia dispensatio Pontificis à qualitate Doctor.non fuit absoluta, neq;ad omne tempus relativa,sbenè tamen adiecta conditione, quòd illam D. de Raffinis teneretur assumere post obtentam Beneficii possessionem. Unde nullo pacto deneganda videbatur Consanguineo Gratia, quæ licèt illum ad Convivium admitteret nuptiali veste non indutum; non tamen perpetuò derogavit qualitati Doctoratus postea de facto assumendæ; neque præiudicium intulit Patrono activo, cui nulla competebat præsentandi facultas, quum adesset Consanguineus Testatoris, qui poterat ad gradum Doctoratus promoveri, ut in simili materia fideicommissi, adinstar cuius in Beneficiis, & Capellaniis regulatur illa jurispatronatus passivi *Palm. allegat.* 101. *num.* 23. *De Luca de jurep. disc.* 50. *n.* 5. *& disc.* 92. *n.* 8. *Ansf. ann.ad dec.* 52. *n.* 32. *Rota dec.* 68. *n.*7. *p.*12. *recent.* Non dari transitum ad substitutos, donec in aliquo ex familia prædilecta supervenire potest qualitas Doctoratus à Testatore desiderata, expressè tenuit *Rot. coram Buratt. dec.* 322. *num.* 13. *decisio* 103. *ex numer.* 51. *& seqq. part.* 15. *recent. Addens ad Gregor. dec.* 338. *num.* 16. in præcisis terminis Beneficiorum, & Capellaniarum *De Luca de jurepatron. disc.* 82. *num.* 5. pluribusque recensitis magistraliter *Piton. de Controv. Patron. Alleg.* 100. *numer.* 338. *& seqq.* & signanter *num* 339. ubi quòd omnes concludunt non esse admittendum substitutum, vel subsidiariè vocatum, quando adest spes habilitationis primò vocati, cuius habilitas sufficit in potentia, quòd nempe supervenire possit, ne jus transferatur contra legem fundationis ad minis dilectum.

Quibus non putavimus obstare clausulam præser-
100 vativam exaratam in Litteris Apostolicis -- *dummodo tempore datæ præsentium non sit in eo alicui specialiter jus quæsitum, &c.* -- quæ perseverare videtur jus ex præsentatione competens, etiamsi non fuerit sequuta institutio secundum *Garz. de Benefic. part.* 4. *cap.* 3. *sub. num.* 14. *Corad. in Prax. Benefic. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 58. *Rot. cor. Coccin. dec.* 1882. *num.* 3. *Caval. dec.* 517. *num.* 6. *Buratt. dec.* 316. *num.* 17. *Addens ad eundem Buratt. dec.* 651. *num.* 10.

Id enim procedere comperimus solum quando ju-
101 ra ex præsentatione resultantia sunt valde considerabilia, nempe quando præsentatio talis est virtutis, & efficaciæ, ut ex illa præsentatus necessario veniat instituendus, prout luculenter explicat idem *Garcia de Benefic. part.* 4. *dict. cap.* 3. *num.* 14. *vers. hoc tamen procedit. Corrad. in prax. Benef. lib.* 4. *dict. cap.*6. *num.* 3. *in fin. vers. quod intelligitur, & n.* 58. *de Rosa de Executor. Lit. Apostolic. part.* 1. *cap.* 5. *sub num.* 114. *Rota coram Coccin. dict. dec.* 1882. *numer.* 4. *Cavaler. dec.* 517. *nu.* 6. *vers. sed responsum fuit. Buratt. dict. decis.* 316. *num.* 18. „ ibi -- *Quia hoc intelligitur quando præsentatio est* „ *talis, ut ex ea quis veniat necessario instituendus* -- repet. post *Vivian. de jurepatr. decisio* 59. *numero* 12. *Addens ad eund. Burat. dict. decisio* 651. *numero* 11. & amplius *Rota cor. Bich. decisio* 396. *numero* 36. *& seqq. dec.* 572. *num.* 6. *part.* 1. *dec.* 331. *n.* 14. *part.* 15. *recent.* Quod evenit in præsentato ab unico Patrono nullum Contradictorem habente, vel etiam à majori parte Patronorum, secus autem in præsentato ab illorum medietate, cui non dicitur jus quæsitum præservabile per ipsam clausulam -- *dummodo, &c* -- quum tali casu fiat locus gratificationi, nemini sit jus perfectè quæsitum, cui præiudicium irrogetur; ut declarando contraria connotant *Ridolphin. in Prax. parte secunda capitulo octavo num.* 91. *Garc. de Benefic. part.* 4. *dict. cap.* 3. *numer.* 14. *Corrad. in Benefic. lib.* 4. *dict. capitulo sexto num.* 58. *Addens ad Buratt. dec.* 651. *num.* 11. *& seqq. Rota cor. eod. Burat. dict. decis.* 316. *num.* 18. *Coccin. dict. dec.* 1882. *nu.* 4. *Cavaler. dict. decis.* 517. *num.* 7. *Bich. dict. decis.* 396. *numero trentesimo sexto & seqq.* Ex quibus optimè arguitur non ex nuda, & simplici taciturnitate cujuslibet Juris Oppositoris contrahi subreptionis labem, sed illius duntaxat Juris, quod sit validum, & efficax.

Ineluctabili ratione, quia præcipitata clausula --
dummodo, &c. -- in Litteris Apostolicis adiecta u- 102
nicè præservat ius perfectè, quæsitum, validum, legitimum, & radicatum, quod nulla exceptione possit everti, non autem ius invalidum, & non radicatum, velut in puncto docent *Piton. de Controv. Patron. alleg.* 16. *num.* 7. *Et discept. Ecclesiast.* 28. *num.* 13. *in fin. Rota apud ipsum post discept.* 4. *num.* 61. *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 51. *num.* 52. *De Luc. de Benefic. disc.* 54. *num.* 3. *& seq.* ubi præcisè, quod de iure invalido meminisse non oportet, eaque clausula „ *dummodo &c.* „ intelligitur de iure valido *Rota post ipsum De Luc. de Benefic. dec.* 12. *num.* 16. *cor. Caval. Dec.* 280. *& dec.* 333. *utrobique num.* 2. *Otthob. dec.* 135. *num.* 7. *& dec.* 221. *num.* 10. *Cerr. dec.* 196. *num.* 13. *& dec.* 571. *num.* 8. *&* 9. *Priol. decisio* 247. *numero nono, Emer. Jun. decisio* 1247. *numero quarto in recent. part.* 1. *dec.* 572. *n.* 6. *& part.* 2. *decisio* 504. *num.* 3. *& decisio* 634. *sub num.* 1. & revocata prima decisione, quæ in contrarium magno plausu afferebatur, nempe *dec.* 74. *num.*2. *& seqq. part.* 16. id ipsum firmavit *Rota part.* 17. *dec.* 13. *num.* 9. „ ibi -- *Hinc non obstat. clausula* „ *dummodo, &c.* „ *quia illa tantum præservat jus validum, & legitimum, non autem nullum, & inefficax, &c.* „ & latiùs *pag.* 19. *dec.* 606. *ex num.* 4. *& seqq.* ubi relatis contrariis ita respondendum censuit „ Talis siquidem clausula præservat duntaxat ius „ perfectè quæsitum ex impetratione ob non factam „ publicationem, ac insuper ius validum, ex quo „ tertius medio tempore impetrans necessario obti- „ nere debebat, non autem ius invalidum, de quo „ nulla venit de stylo facienda mentio " cum aliis apud *Fargn. de jurepatr. part.* 2. *fol.* 411. *num.* 6. *& in Faventina Beneficii* 24. *Aprilis* 1705. *coram Kaunitz impress. apud ipsum Fargn. part.* 2. *fol.* 413. *sub n.* 15.

Sive, ut alii similibus verbis edifferunt, ea clausula solùm præservat ius validum, considerabile, & 103
canonizabile, & exclusivum impetrantis, inter quos *Vivian. de jurepatr. part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *nu.* 73. *& seqq.* ubi quòd præservat ius ad rem quæsitum per electionem, seu præsentationem, quando tamen illud est considerabile intelligendo de jure valido, & canonizabili, & exclusivo impetrantis *& numero* 82. ubi quod præservat eius radicatum, incorporatum, & plenum *De Ros. de Executor. Lit. Apostol. parte prima capitulo quinto num.* 111. *Rota decis.* 253. *numero secundo par.* 2. *recent.* Nullum autem, & invalidum, & coloratum hæc eadem clausula non præservat, quemadmodum prosequitur *De Rosa de Executor. litt. Apostolic. part.* 1. *dict. cap.* 5. *sub num.* 14. *Ridolphin. in Prax. pag.* 2. *cap.* 8. *num.* 90. egregiè *Sperell. dec.* 52. quæ quum referat obiectum *numer.* 5. *&* 6. deinde illi animosè respondet *n.* 17. *& seqq.* „ ibi -- non obstante clausula -- dummo- „ do, &c. quæ quidem intelligitur de iure valido, & „ canonizabili, & exclusivo impetrantis, & de iure „ pleno, quæsito, & radicato, &c. "*Addens. ad Buratt. dec.* 55. *num.* 8. *Rota cor. Seraphin. dec.* 1498. *nu.* 4. ubi quòd per eam clausulam præservatur ius alterius, dummodo sit canonicum, & validum, non autem ius tantummodò coloratum.

Quare tollitur etiam de medio regula de Jure quæ-
sito non tollendo, quam non habere locum, nisi in 104
iure plenè quæsito, & radicato admonet *Garcia de Benefic. part.* 4 *cap.* 3. *num.*64. *De Luca pariter de Benefic. disc.* 54. *num.* 3. *Rota cor. Mantic. dec.* 30. *num.* 8. *Bich. dec.* 286. *num.* 42. *& part.* 1. *divers. decisio* 759. *num.* 4. ubi quòd ea regula non vindicat sibi locum, nisi quando ius est verè, & perfectè quæsitum, nempe radicatum, & incorporatum, quum verbum quæsitum denotet perfectionem incorporationem, & radicationem *& dec.* 174. *nu.* 8. *part.* 1. *rec.*

Præsentatio autem Domini de Sozzis Clerici Per-
rusini penitus extranei, & incogniti D. Francisco 105
de Raf-

de Raffinis Testatori, tanti roboris non fuit, quòd eum necessariò cogeret institui; neque inde quaesitum est illi jus validum, & efficax, radicatum, & legitimum, sed inane prorsus, & invalidum in concursu D.Matthaei de Raffinis de sanguine, & agnatione ipsius Testatoris. Nam licèt jura patronatus passivi reliquerit suis consanguineis Doctoribus; haec tamen qualitas adhaerebat subjecto Praebendae Canonicalis, qua sublata per translactionem in simplex Beneficium, sola ratio sanguinis, & naturalis dilectionis permansit omnibus extraneis praeferenda, & praesertim nedum genere, & familia, sed Coelo, & regione dissitis, atque remotis.

106 Non fuit igitur in precibus exprimenda praesentatio Collitigantis omnino intempestiva, & inutilis, quum sibi anteriorem haberet patronum passivum, cui nihilominus debebatur gratificatio, ex firmatis in duriori casu *per Rot. coram Emer. Jun. dec.* 1361. *numer.* 19. *&* 20. Neque sit necesse mentionem facere de jure invalido, cujus expressio potest impunè praetermitti absque vitio subreptionis, quia, ut praefati sumus, clausula *dummodo, &c.* accipitur de iure valido, non autem de invalido *Garcia de Benefic. pag.* 4. *capit.* 3. *num.* 64. *& seq. De Luca de Benefic. disc.* 54. *numer.* 3. *&* 4. *Rota cor. Cavaler. dec.* 280. *& dec.* 333. utrobique *numer.* 2. *Cerr. dec.* 571. *numer.* 6. 7. *Caprar. decis.* 453. *num.* 11. *& decis.* 500. *numer.* 10. *in recent. decis.* 634. *n.* 1. *vers. Unde sequebatur*, *part.* 2. *decis.* 606. *nu.* 6. *part.* 19. cum caeteris praeallegatis.

107 Immo quatenus aliquam dictae clausulae operationem tribuere velimus, ea propriè non inducit conditionem, quum non impediat, neque suspendat executionem Gratiae, sed iura tantùm praeservet alteri competentia *Marescott. variar. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 172. *Rota apud Garc. de Benefic. part.* 10. *capit.* 1. *numer.* 74. *ante fin. vers. Non obstat, quod dicitur, & cor. Coccin. decis.* 1882. *numer.* 2. Eaque praeservet quodam simplici modo, & prout de jure competunt, adeo ut si nullum ius praeservabile inveniat, nullum praeservet, ex traditis per *Vivian. de jurepatr. part.* 3. *libr.* 13. *cap.* 8. *num.* 73. *& seqq. & per Rot. cor. Ansald. dec.* 38. *num.* 14. *dec.* 323. *num.* 38. *part.* 16. *recent.*

108 Quod amplius evincitur aliis pluribus quidem validissimis fundamentis. Tum quia facta supplicatione Pontifici ad obtinendam dispensationem à qualitate Doctoratus, facillimè potuit intelligere, adesse aliquem contradicentem, qui occasionem capere satagebat, atque sub velamine deficientiae dictae qualitatis in patrono passivo nimiam suam cupidinem abscondere, illumque à consecutione Beneficii penitus excludere. Atqui sat est Principem, seu Papam in genere cogitasse, vel cogitare potuisse quod tacitum, vel praetermissum fuit, ne taciturnitas, vel omissio Gratiam lue subreptionis inficiat *Gratian. discept. Forens. capit.* 673. *numer.* 20. *Ger. Spin. consil.* 16. *numer.* 25. *in fin. Merlin. Pignat. contrv. Forens. cent.* 2. *cap.* 87. *num.* 10. optimè, latèque *De Ros. de Execut. Litt. Apostolic. part.* 1. *cap.* 5. *numer.* 53. *Rota coram Merlin. decis.* 293. *numer.* 9. *Caprar. decis.* 115. *num.* 2. *& decis.* 211. *numer.* 20. *& seq. In recent. decis.* 38. *numer.* 3. *& decis.* 210. *numer.* 5. *part.* 1. *decis.* 628. *numer.* 9 *part.* 4. *tom.* 1. *dec.* 57. *numer.* 11. *part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 608. *numer.* 16. *& seq. part.* 4. *tom.* 3. *decis.* 100. *numer.* 30. *part.* 5. *dec.* 70. *numer.* 19. *part.* 8. *decis.* 75. *numer.* 3. *& decis.* 465. *numer.* 11. *part.* 9. *decis.* 16. *numer.* 9. *part.* 11. *decis.* 357. *numer.* 18. *part.* 12. *decis.* 139. *num.* 11. ubi firmat sufficere Pontificem ex narratis implicitè saltem posse intelligere praeiudicium, ne Gratia reddatur subreptitia *part.* 14. *& dec.* 161. *num.* 15. *part.* 18. *recent.*

109 Tum quia Papam re vera cogitasse de aliqua pendentia litis perspicuè deprehenditur ex ipsis Litteris Apostolicis, ubique quoque inseritur clausula „ *Et super eo inter aliquos lis, cujus litis statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa* " per quam clausulam dicitur facta sufficiens mentio litis, ita ut Pontifex prae oculis mentis habuerit litem eo modo, quo pendebat *Lotter. de re Benef. libr.* 2. *quaest.* 51. *numer.* 54. *Marta de Clausulis claus.* 174. *n.* 1. *& seqq. par.* 1. *Corrad. in prax. Benef. l.* 5. *cap.* 1. *numer.* 74. *De Ros. de Execut. Litter. Apostol. part.* 2. *cap.* 4. *numer.* 100. *& seqq. Rota in Colonien. Canonicatus coram Pamphil. Sen. impress. apud Garciam de Benefic. pag.* 10. *cap.* 1. *num.* 74. *in fin. coram Gregor. decis.* 2. *numer.* 6. ibique *Addens. num.* 15. *vers. Advertendum tamen. Mantic. decis.* 213. *numer.* 8. *decis.* 605. *sub numer.* 11. *part.* 2. *recent.* Etsi enim ibi prosequatur immediatè clausula „ *Dummodo, &c.* " haec tamen restringitur ad iura, quae potuissent alicui specialiter competere, prout exprimitur ibi „ *Dummodo tempore datae praesentium non sit in eo alicui specialiter jus quaesitum* " nunquam verò trahi valet ad praesentationem patroni activi nullam, & invalidam, & mala fide peractam, postquàm consanguineus Testatoris habens iura patronatus passivi palam comparuerat, & institui petierat: quibus in terminis ad intrudendam praetensae subreptionis umbram, quamvis multum obstreperetur in contrarium, nulla fuit allegabilis auctoritas.

Tum etiam quia dicta praesentatio ultra caeteros, 110
quos patiebatur defectus, eo minùs poterat ius tribuere certum, & radicatum, quum subiiceretur periculo variationis licitae Patrono laico intra quadrimestre cumulativè *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *qu.* 13. *numer.* 14. *Vivian. de jurepatr. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 32. *& seqq. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 68 *& lib.* 10. *cap.* 1. *per tot. Rota coram Cavaler. decis.* 21. *numer.* 2. *Triol.* 91. *num.* 4. *& dub. seqq.* Et idcirco esset resolubilis per ratificationem, seu praeelectionem Ordinarii *Vivian. de jurepatr. lib.* 10 *dict. c.* 1. *num.* 10. Non refragante litis pendentia inter praesentatos, quae alias impedimento fuisset huiusmodi variationi *Vivian. de jurepatr. libr.* 10. *dict. cap.* 1. *numer.* 2. Quippe quum D. Eques Cosmas de Azzis patronus activus non esset in Causa, non incidisset in vitium attentatorum utendo iure suo, & alium praesentando; neque tamen conqueri potisset D. de Sozzis primus praesentatus, quum scivisset, vel saltem scire debuisset de iure lizere patrono laico in ultima quoque die quadrimestris cumulativam praesentationem peragere, ut disputato ad Partes articulo concludere videtur *Piton. de Controv. Patron. Allegat.* 2. *ex num.* 18. *& seqq.* & signanter *numer.* 24. ubi etsi cogitandum relinquat, nihilominus hanc Sententiam illi magis arrisisse deprehenditur, tanquam ultimo loco relatam, & a contrariis ibi per eum enixè vindicatam, quam deinde repetit quoque in *Alleg.* 100. *numer.* 27. ubi meminit ab ipsamet *Rota* fuisse approbatam *in Hipporegien. Parochialis* 21. *Junii* 1700. *§. Est certum, coram Molines* inter eius nuperrimè impressas *dec.* 691. *numer.* 20. *tom.* 3. similemque casum resolutum *in Osnaburgen. Canonicat.* 14. *Junii* 1715. *§. Haud relevante coram Crispo* inter eius *decis.* 336. *num.* 5. subdens ibidem praelaudatus *Piton.* quòd licèt postea ipsemet obtinuerit revocationem illius *Dec. in Osnaburgen. coram Crisp.* revocatio tamen prodivit ex motivo facti prius non ponderati.

Tum demum quia vehemens, & deliberata Papae voluntas gratificandi Dom. de Raffinis enitet 111
in Clausula - *Anteferri* - superaddita in ipsismet Litteris Apostolicis - ibi - *Quibus omnibus eundem Matthaeum in assecutione dicti Beneficii volumus anteferri* - quae tanti ponderis esse reputatur, ut enervet, & restringat operationem alterius clausulae - *Dummodo, &c.* - quum enim illa secundum facti contingentiam in pluribus casibus apta sit praeservationis iuris nedum in re, sed etiam ad rem quaesiti; secus evenit quando associata reperitur cum alia clausula - *anteferri* - per quam sublatum censetur omne ius ad rem quovis modo quaesitum, limitato effectu eiusdem clausulae - *dummodo, &c.* - ut solùm ius in re praeservet, egregiè *Darbos. de Claus. claus.* 44. *numer.* 18. *Maceraten. variar. lib.* 1. *resolut.* 9. *numer.* 13. *&*

13. & seqq. ubi loquitur in fortioribus terminis juris ad rem quæsiti ex præsentatione patroni ecclesiastici. *Vivian. de jurepatr. part. 2. lib. 13. c. 8. n. 85. & seqq. Rot. coram Verall. dec. 337. num. 5. & seq. part. 1.* Non attento, quod objiciebatur eandem clausulam : *Anteferri* : unicè apponi consuevisse ad tollendas reservationes, & expectativas tam à Pontifice, quam à Legatis de Latere concessas, ad hoc ut impetrans anteponatur expectantibus : vel quia Doctores modò allegati scripserunt longè post sublatum usum expectativarum per *Concil. Trident. sess. 24. de Reformat. cap. 19.* ex relatis *per Barbos. in Collect. Doctor. ibid. num. 2. & per De Luc. Annot. ad ipsum Concil. disc. 45. num. 1.* vel quia pinguius, & plenius esse videtur jus ad rem quæsitum per acceptationem in expectativis, quàm illud quæsitum per simplicem nominationem, & præsentationem in Beneficio jurispatronatus, in puncto *Maceraten. variar. lib. 1. dict. resolut. 9. num. 3. §. Secundò*, vel quia Doctores præallegati loquuntur generaliter in omni iure ad rem quæsito; quamobrem illorum dictum restringendum non est in expectativis tantùm: quum præsertim dicta clausula : *Anteferri* : Litteris Apostolicis inserta evaderet frustratoria, prout mirificè objecto respondet *Macerat. var. d. res. 9. ex n. 13. usque ad fin.*

112 His omnibus sedulò perpensis, pro certo habuimus, quòd etiamsi Pontifici palam ostensa fuisset præsentatio Dom. de Sozzis collitigantis, nihilominus gratificatus esset Dom. de Raffinis ; unde nullam duximus contrahi potuisse maculam subreptionis ab re taciturnitate, qua prorsus amota, Papa tamen eodem modo se beneficium præbuisset, veluti superius copiosè firmavimus, & ajunt *Ger. Spin. cons. 16. numer. 24. vers. Quinimmo potius, Rota coram Merlin. dec. 243. num. 4. & seqq. Cavaler. dec. 551. num. 5. Caprar. dec. 391. num. 12. & dec. 616. num. 5. Falconer. tom. 3. tit. 29. de Rescript. & Litter. Apostol. dec. 8. num. 27. dec. 11. num. 15. & 16. part. 6. dec. 140. num. 7. part. 7. recent.* Quamvis, ut eamdem amplecteremur sententiam, pernecesse non requireretur omnimoda certitudo, sed etiam sufficere potuisset quædam credulitas, & opinio, quod Papa etiam plenissimè imformatus haud aliter respondisset, ad hoc ut executioni Litterarum Apostolicarum favore Dom. de Raffinis ex familia, & agnatione Testatoris summoperè prædilecta nostrum accomodaremus arbitrium, cui tandem in hac prætensæ subreptionis quæstione totum remitti volunt *Ger. Spin. dict. cons. 16. numer. 23. 24. & num. 27. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 201. num. 30. De Ros. de Executor. Litter. Apostolic. pag. 1. cap. 6. sub nu. 48.* Admonendo, ut quatenus adhuc res dubia dici posset, interpretatio fiat, Gratiam nec subreptitiam, nec esse invalidam *Ger. Spin. dict. cons. 16. nu. 35. Menoch. cons. 356. num. 14.*

113 Vanum proinde esset postremo respondere singulis auctoribus, quæ in contrarium afferebantur: etenim procedunt cum supposito, quòd certa qualitas à Testatore exoptata in patrono passivo utique verificanda sit de præciso tempore vacationis Beneficii, & successivæ præsentationis, ideo non applicabiles ad hypotesim, in qua principaliter motus est ipse Domin. Olim de Raffinis Testator ex ratione sanguinis ad disponendum favore descendentium olim Matthei sui Nepotis, & qualitas Doctoratus jam suppleta remansit ex dispensatione Apostolica, quæ dicitur simplex obstaculi remotio, qua in re Pontifex utitur iure suo, nec cupiam facit injuriam : quum non differat quem esse habilem naturaliter, & civiliter, seu per dispensationem, prout latius effatur *Piton. de Controv. Patron. Alleg. 100. num. 341.* Maximè quia de facili absolvendus videbatur consanguineus Testatoris à qualitate Doctoratus, quæ necessaria nec etiam fuisset in quolibet extraneo subsidiariè vocato ; illaque ut prænotavimus, adiiciebatur supposito erectionis Præbendæ Canonicalis postea in simplex Beneficium variatæ. Quo casu credere non dubitavimus qualitatem expressam per verba de præsenti, ac per modum essendi, prout in hac specie: *volendo, che essendovi alcun Dottore delli discendenti di Matteo Raffini suo Nipote, &c.* : rectè posse in futurum supervenire, ut perbellè de verbo *existentes*, quòd prædicetur etiam de existere valentibus post *Alberic. in Dictionario in verb. existat* : ibi -- *Existat, idest existere possit* : animadvertit *Piton. de Controv. Patron. allegat. 54. nu. 17.* Et in consimili dispositione : *Admittatur proximior. habilis, &c.* : utique sufficere habilitatem supervenientem, docet idem *Piton. discept. Eccles. in Parerg. tom. 2. à num. 17. & seqq.* & antea *discept. 13. a num. 39. & seqq.* ulterius notando, illam quæstionem, an habilitas requiratur de tempore facti casus, vel sufficiat quòd verificetur infra legitima tempora, solum intrare posse, quando oppositor esset de eodem genere, sive aliàs vocatus in eodem vocationis gradu, adeo ut veniret in coæquali concursu, & ita sola quæstio restringeretur ad prælationem ; secus autem quando aliud genus oppositoris vocatum est subsidiariè in defectum illorum de familia, quo casu verius, ac receptum est sufficere spem, vel potentiam existentiæ personarum de genere prius vocato, velut in puncto explicat *De Luca de Jurepatr disc. 82. num. 5. Piton. de Controv. Patron. Alleg. 100. num. 39.* cum aliis jam superius cumulatis in *§. Eò magis iterum fol. 7. & seq.*

Procedunt etiam quando iura alterius præsentati, adversus quem supplicatum est Pontifici, sunt adeo 114
certa, & radicata, ut de illis opus omnino fuisset in præcibus mentionem facere : si ageretur de patrono activo, qui in actu præsentationis sub fide juramenti sibimet variandi facultatem ademisset ; vel à die præterlapsum fuisset quadrimestre, vel etiam ageretur de præsentato unico habente jura passiva, & necessariò præsentato, & instituendo; vel tandem de iuribus competentibus ex præsentatione patroni ecclesiastici, cui censetur prohibita variatio, prout hos casus distinguendo explicat *Garcia de Benefic. par. 5. cap. 1. num. 290. & seqq.* Vel etiamsi versaremur inter duos præsentatos, alterum validè, alterum invalidè ; tunc enim verè, & rectè præsentato diceretur ius quæsitum pro institutione in concursu nulliter præsentati, velut animadvertit *Piton. de Controv. Patr. tom. 1. alleg. 2. num. 19. §. Probat hoc ipsum vers. cum ergo.*

Nemo autem ex Doctoribus in contrarium datis audet asserere in exclusionem consanguinei prædilecti quæri ex sola præsentatione ius validum extraneo.

Et re vera hisce mediis aliena redditur ab hypothesi adeo magnificata *Decis. Rotæ in Volaterrana* 115
Beneficii 7. Decembr. 1708. cor. Crispo relat. penes Fargn. de jurepatr. tit. 1. fol. 204. Et nuper inter ejus impressas in ordine *decis. 2. num. 22. & seqq.* ibidem confirmata *dec. 6.* In cuius themate neutiquam tractabatur de beneficio conferendo in extraneum ; verum de duobus præsentatis ex eadem Familia de Birellis propria ipsius Testatoris, quorum alter ætatem infra conciliarem agebat; alter verò illam fuerat prætergressus. Quum igitur ex dispositione *Sacri Concilii Trident. Sess. 23. de Reformat. cap. 6.* ad assequenda Beneficia Ecclesiastica etiam simplicia, & de iurepatronatus laicorum, ætas requiratur annorum quatuordecim, ut semel, atque iterum clamat eadem *Rota coram Crisp. dict. dec. 2. & cor. Falconer. tom. 2. tit. 19. de jurepatron. & Cappellan. dec. 60. num. 2. & dec. 61. num. 3. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæst. 49. num. 17. Garcia de Benefic. pag. 7. cap. 4. num. 8.* Nihil mirum quòd Clerico ex ipsamet Familia de Birellis ætatem agenti supra legitimam diceretur ex præsentatione quæsitum ius validum, & certum in concursu alterius illa ætate carentis, cuius idcirco oportuerat mentionem habere in precibus Pontifici exhibitis ab alio præsentato in minori ætate constitutio pro necessaria dispensatione, & habilitatione, eoque iure prætermisso, Gratia postea subsequuta vitio subreptionis maculabatur, Quod toto cœlo distat ab hac specie, quum non

non agatur de certa qualitate, aut requisito substantiali, quod jubente lege omnino verificari debuerit in patrono passivo; unicè vero de accidentali qualitate Doctoratus à Testatore desiderata simpliciter in ejus consanguineis ob aliquam honestatem, & decus cum supposito erectionis Præbendæ Canonicalis, quæ deinde in simplex Beneficium translata est. Quamobrem licèt eadem *Decis. coram Crispo* maxime urgeat etiam in eo, quòd ætas legitima, & sic habilitas in Beneficiato requiratur de præciso tempore vacationis Beneficii: hac de re in contingenti debuimus esse parùm solliciti ex præfata ratione, quod opus non fuerat altius inquirere, an tempore vacationis exigeretur qualitas Doctoratus, quæ non sequunta erectione dictæ Præbendæ Canonicalis ex conjectura mente Testatoris fortè nullo tempore fuisset necessaria.

Quibus se habentibus corruebat etiam quod unus ex DD. oretenus excitaverat, nempe quod veluti patronus activus scienter præsentans indignum, pro illa vice amitti ius præsentandi, quod consolidatur in aliis Compatronis, vel ad Ordinarium devolvitur *Bellon. de jure Accrescend. cap. 6. quæst.* 48. *nu.* 27. *& seqq. De Luca de jurepatr. disc.* 31. *num.* 3. *Rota cor. Crispo dec.* 150. *numer.* 4. *&* 5. *tom.* 1. *Falcon. tit.* 19. *de jurepatr. & Capell. decisio* 36. *num.* 5. ceterique *apud Fargn. de jurepatr. t.* 2. *part.* 2. *can.* 3. *cas.* 2. *fol.* 115. *numero primo & seqq.* Idem quoque præiudicium subire cogatur patronus passivus, qui sciens à Testatore volitam qualitatem Doctoratus, etsi eadem qualitate non esset decoratus; libere comparuit coram Ordinario, petendo institutionem, non tamen sub conditione illam asumendi, vel dispensationis in futurum reportandæ, prout fieri consuevit, ex notatis apud *Piton. de Controv. Patron. Allegat.* 1. *num.* 24. *§. Modus autem*, *Allegat.* 2. *nu.* 3. *& discept. Eccles.* 13. *n.* 40. *Garcia de Benefic. part.* 7. *cap.* 1. *nu.* 28. *& duob. seqq. Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 26.

Quoniam prælaudatus D. de Raffinis immò sciverat contrarium, scilicet non esse necessarium Lauream Doctoratus pro assequendo simplici Beneficio erecto in locum Præbendæ Canonicalis, neque erat ipse reprehendendus, quòd Jurisprudentium ornamentis non indureretur, quæ ad hunc effectum supervacanea fuissent etiam in quolibet extraneo. 117

Cæterum illud argumentum deficit in antecedenti, multòque magis in consequentia. Non enim semper est verum, quòd patronus activus scienter præsentans indignum, pro illa vice spolietur facultate præsentandi; siquidem hoc servatur in patrono Ecclesiastico, non autem in laico, qui si post præsentationem unius etiam idonei potest non elapso quadrimestre ad præsentationem alterius idonei devenire; multò magis præsentare poterit alium idoneum, & habilem, quando primus præsentatus est indignus, aut non idoneus; potissimum quia patronus laicus non ita exactus reputatur in perquirendo habilitatem præsentati; quemadmodum tenetur esse patronus Ecclesiasticus, ut distinguendo firmant *Vivian. de jurepatr. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 67. *& seqq. Fagnan. in cap. cum vos. num.* 46. *& seqq. de Offic. Ordinar. Barbos. de jure Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 174. *& seqq. Amostaz. de Causis piis lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 35. *Rota coram Priol. decis.* 91. *num.* 4. *& seqq.* Latèque examinato articulo, & rejectis contrariis *Farg. de jurepatr. tom.* 2. *fol.* 115. *dict. cas.* 3. *per tot. & signanter nu.* 6. *& seqq.* ibique impressa *Rot. in Barchionen. Benef. vigesimo Jun.* 1701. *cor. Priol. num.* 17. 118

Eò minùs verum censuimus, quòd ipse D. de Raffinis jacturam fecerit juris passivi, ex quo non efflagitaverit institui sub conditione futuræ habilitatis; non reperitur enim in jure cautum huiusmodi præjudicium: & procul omni dubio, quia petiit institutionem, adhibita clausula: *omni meliori modo*: quæ suapte natura importat actus subsistentiam eo utiliori, ac magis proficuo modo, quo valeat sustineri, velut in propria materia censuit *Rota in Romana Capellaniæ apud Fargn. de jurepatron. tom.* 3. *fol.* 451. *numer.* 3. Suoque facto comprobavit nunquam abhorruisse à specioso nomine, & insignibus Doctoratus, quæ omnia, prout in Litteris Apostolicis præscribitur, statim accepta possessione Beneficii, se paratum exhibuit adimplere. 119

Et ita utraque, &c.

IN EADEM CAUSA.

Responsio motivis Decisionis.

Motiva Decisionis æditæ in præsenti Causa sub die 19. Augusti 1730. favore D. Matthæi de Raffinis Adversarii, non videntur omnino in facto, ac jure subsistere; & ideo nunc contra d. Decisionem respondendum esse, favore scilicet Nobilis Clerici D. Benedicti de Sotiis præsentati a vero patrono supplicatur humiliter, & speratur. 120

Retento enim facto in Decisione expresso, & Decisionis ipsius ordinem insequendo, principaliter in ea supponitur, quod licet Fundator in prælatione quam concessit in passiva præsentatione descendentium quond. Matthæi de Raffinis ejusdem fundatoris olim Nepotis, requisivisset in eis qualitatem Doctoratus adeptam in publica Universitate Pisarum, ibi -- *Volendo, che essendovi alcun Dottore delli Descendenti di Matteo Raffini suo nipote, debba questi esser preferito ad ogn' altro, pur che sia Dottorato in Pisa, e non altrove, perche così volse dispose, ed ordinò, &c.*; Hæc tamen qualitas a Testatore desiderata fuerit cum supposito erectionis Præbendæ Canonicalis in Ecclesia Cathedrali, prout ipse disposuit: sed quia per dissensum Capituli hæc electio Præbendæ Canonicalis effectum non habuit, & loco illius, interposita authoritate Sacr. Congregationis Concilii, fuit erectum simplex Beneficium, in eadem Cathedrali, duplicato onore missarum, ideo pro tali casu minimè dici debeat per fundatorem volita, & requisita qualitas ista Doctoralis, & propterea illius defectus minimè obstare potuerit supradicto D. Mathæo de Raffinis juniori adversario, quin uti descendenti a prædicto Matthæo seniore de Raffinis omnino deberetur Beneficium, & jus illi quæsitum fuerit per oppositionem, & instantiam tempore habili factam coram Ordinario, ut disserit contraria Decisio *§. In subiecta materia &c.* 121

Hic autem opinativus discursus certè non subsistit nec in facto, nec in jure; non quidem in facto, quia dictam qualitatem Doctoralem Fundator simpliciter, & absolutè requisivit ad qualificandam Personam, quæ suo Beneficio potiri posset; & ideo non est magis referibilis ad unum casum, quam alterum; quia ubi Testator non distinxit, nec nos distinguere debemus, quemadmodum dicitur de dispositio Testatoris, quæ etiam nomine legis appellatur *§. Disponat*, *Auth. de Nuptiis collat.* 4. & valet argumentum de lege ad Testatorem, ut notant per illum *Tex. DD. in l. si ita fuerit*, 13. *in fin. ff. de manumiss. Testam. & in leg. si quis legaverit* 121. *ff. de legat.* 1. *Everard. in topic. legal. loc.* 46. *numero primo Rocca selectar. cap.* 57. *numer.* 85. *Rota coram Gregor. XV. decis.* 219. *numero secundo*, & notum axioma est, quod ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus *l. non distinguemus*, *ff. de recep. arbitr. l.* 1. *§. Generaliter*, ubi *Gloss. verb. in infinitum*, *ff. de legat. præstan. lege secunda §. Convenire*, *ff. de judic.* cum aliis plenè cumulatis per *Barbos. axiom. millesimo trigentesimosexto*, *numero primo & quarto Surd. Cons. trigentesimo octavo*, *numero tertio*. 122

Non etiam in jure, quia quando agitur de conditionibus, & qualitatibus voluntariis a Testatore appositis, oro ut est ista qualitas Doctoralis a Testatore volita in Descendentibus d. Matthæi de Raffinis per modum conditionis per illa verba -- *pur che sia Dot-*

sia Dottorato (quæ dictio dummodò adjecta dispositioni importat conditionem *Surd. decis.* 209. *nu.* 4. *Rot. coram. Seraph. decis.* 1017 *num.* 4.) non est divinandum de ratione, cur Testator ita disposuerit, sed pro ratione stat ipsa voluntas, ex facultate illa, quam habet quilibet apponendi conditionem in rebus suis, quæ sibi placet *l. in traditionibus*, *ff. de pact.* & ideo nudum ipsum factum conditionis inspicitur, & specificè adimplendum est absque ullo ratiocinio, & absque ulla discretione, & extensione casus ad casum *l. in conditionibus* 19. *ff. de condit.* & *demonstr. l. Mænius*, & *l. Qui hæredi*, *§. final. ff. eodem*, *Paris. cons.* 89. *num.* 19. *lib.* 2. & *cons.* 63. *num.* 11. *lib.* 3. *de Pont. cons.* 5. *num.* 56. *lib.* 1. *De Ros. consult.* 4. *num.* 10. & *seqq. Gratian. cap.* 27. *num.* 4. & *seqq. Castill. lib.* 4. *controvers. cap.* 15. *num.* 55. & *seqq.* aliique apud *Rocc. select. cap.* 25. *numer.* 1. & *seqq.*

Præsertim ponderando illa repetita verba enixæ
124 voluntatis Testatoris -- ibi -- *perchè così volse*, *dispose*, *ordinò* &c. quæ sicut determinatam voluntatem disponentis exprimunt, ità certam formam inducunt, & removent omnem consensum in casu contrario *Tusc. lit. C. conclus.* 311. *Gratian. cap.* 208. *num.* 22. *Barbos. claus.* 81. *num.* 7. & *seqq.* & *diction.* 365. *num.* 5.

Et hoc agnovit etiam ipsa Sac. Congregatio Con-
125 cilii, quæ propter dissensum Capituli, justam adesse putans Causam commutandi voluntatem Fundatoris circa naturam, & qualitatem Beneficii, utscilicet loco Præbendæ Canonicalis erigi posset simplex Beneficium super dubio sibi proposito -- *An loco Præbendæ Canonicalis sit erigendum simplex Beneficium cum eodem onere missarum*, & *sub eadem reservatione Juris Patronatus ad formam Testam. in casu*, &c. Resp. *Affirmat. duplicato onere missarum*, & *servata in reliquis voluntate Testat.* ergo firmam esse voluit qualitatem requisitam Doctoratus etiam in eo casu, quo non Præbenda Canonicalis erigebatur, sed simplex Beneficium: nam illa dictio *in reliquis* omnia comprehendit præter excepta *Menoch. cons.* 1020. *numer.* 39. & ipsa natura exceptionis operatur, ut cætera omnia remaneant sub firmitate suæ regulæ *l. Quæsitum*, *§. Denique*, *ff. de fund. instruct. Decius in l.* 1. *nu.* 20. & *Cagnol. num.* 31. *ff. de reg. jur. Everard. in topic. legal. loc.* 9. *num.* 1. & *seqq.*

Sed ulterius hanc necessitatem laureæ Doctoralis
126 etiam post erectum Beneficium in qualitate simplici agnovit, & confessus fuit ipsemet Adversarius coram summo Pontifice, cui exposuit firmam adhuc remanere dictam conditionem habendi Doctoratum, super qua, neque Pontifex derogavit, differendo solum tempus assumendi, ut habetur in ipsis litteris Adversarii -- ibi -- *Nunc vero, ex Decreto S. Congregationis Concilii commutata voluntate in perpetuum simplex Beneficium*, &c. *Servata tamen in reliquis Fundatoris voluntate videlicet, quod Descendens ex quondam Matthæo de Raffinis J. V. D.* & *in Universitate Pisarum*, & *non alibi laureatus*, *seu graduatus præferri deberet*, &c. Vanum est ergo dicere, pro ut dicitur in contraria Decisione, quod ista qualitas post erectione simplicis Beneficii non fuerit necessaria, cujus necessitatem ipse Principalis Adversarius coram Pontifice confessus fuit, & Pontifex observari voluit.

Insubsistens pariter est secundum suppositum contrariæ Decisionis, quod in dict. *§. In subjecta specie*, &c. & in *§. Eo magis quia*, &c. quod scilicet D. Adversarius uti de Agnatione Fundatoris, & honoratus etiam substitutione in hæreditate, censeri debeat pariter prædilectus in hoc jure patronatus, & præferendus cuicumque alio, quamvis non præsentatus a Patronis, cum ipse habeat vocationem directam ab ipso Fundatore, & sic nulla indigeat præsentatione Patronorum.

Hoc enim assumptum in neutra parte subsistere videtur: non in prima parte prædilectionis, quia
128 quantumvis D. Adversarius honoratus fuerit super aliis bonis hæreditariis Fundatoris certum est quod respectu Jurispatronatus Fundator prædilexit Equitem Franciscum Mariam de Azzis, cui, & suis Descendentibus Juspatronatus activum reliquit per modum Primogenituræ posthabitis Descendentibus Matthæi de Raffinis Agnatis; prædilectus enim ille dicitur, qui in subjecta materia magis honoratus est ad *Tex. in l. Publius*, *§. final. ff. de condit.* & *demonstr. l. si quis eum* 37. *versic. Quoniam magis*, &c. *ff. eodem*, *Larrea decis.* 61. *namer.* 6. & *seqq. Rot. part.* 6. *rec. decis.* 256. *num.* 31. & *in Mantiss. da Card. de Luc. tom.* 3. *lib.* 10. *de Fideicom. decis.* 40. *num.* 9. quapropter Adversarius comparativè ad dictum Patronum, qui jam præsentavit, & cujus interest suam præsentationem sustineri, prædilectus utiq. dici non potest; & Præsentatus a Patrono quamvis extraneus, non debet considerari absolutè in se ipso, sed uti repræsentans jura ipsius Patroni, a quo præsentatus fuit, & qui a Fundatore in Jurepatronatus fuit prædilectus; & licet in concursu, & paritate Jurium extraneo præferatur ille, qui est de sanguine Fundatoris ad tradita per *Piton. in allegata controv. patronali* 7. *num.* 6. & 7. ista paritas Jurium non adest in casu nostro, dum agitur inter præsentatum, & non præsentatum, in quo casu regula est, quod Beneficium adjudicari debeat ex justitia illi qui est præsentatus a vero Patrono *Vivian de Jurepatronat. lib.* 8. *cap.* 7. *numer.* 34. *Marant. controv.* 82. *num.* 1. *lib.* 3. *Rot. post Piton. controv. patron. allegat.* 30. *nu.* 40. & *post allegat.* 85. *num.* 16. & *coram Eminentissimo Falconerio de Jurepatr. decis.* 3. *sub num.* 3. Et liberam Patroni facultatem relinquere non debemus nisi in casu a Testatore conditionaliter expresso, scilicet si existat aliquis descendens Matthæi de Raffinis Doctoratus in Universitate Pisarum; nam quæ conditionaliter præferuntur pro non scriptis habentur si conditio non verificetur *Casanatt. cons.* 3. *nu.* 31. *Rocc. Select. cap.* 13. *num.* 12. & 13. *Peregrin. de Fideic. art.* 29. *n.* 14. & *art.* 43. *n.* 16. *Rot. cor. Molines dec.* 646 *n.* 19.

Non etiam subsistit in secunda parte quod scilicet Adversarius uti habens vocationem, & præsentatio- 129
nem ab ipso Fundatore minimè indigeat alia præsentatione Patronorum; hæc enim propositio verissima est, quando ille qui est de genere Fundatoris habet omnes qualitates a Testatore volitas, & unicus est cum dictis qualitatibus, itaut Patronus non possit alium præter ipsum præsentare, ut bene declarat *Lotter. de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 38. *num* 28. & *seqq. Rot. par.* 3. *rec. dec.* 97. *num.* 3. & *cor. Bich. dec.* 189. *num.* 10. & *decis.* 277. *num.* 1., sed in casu præsenti Adversarius quamvis vocatus a Fundatore inter descendentes Matthæi de Raffinis, non tamen habet illam qualitatem a Fundatore præcise volitam in ipsis descendentibus, ut scilicet esset Doctoratus in Universitate Pisarum, quia nec ibi, nec alibi tempore vacationis lauream Doctoralem assumpserat, & nec etiam tempore præsentationis factæ per Patronum de alio subjecto. Et idem est aliquem non existere, vel non habere qualitates a Fundatore volitas *Gabriel. cons.* 130. *num.* 2. & *num.* 40. *lib.* 2. *Cravett. cons.* 677. *num.* 10. *Federic. de Sen. cons.* 26. *num.* 6. *Surd cons.* 403. *numer.* 65. *Card. de Luc. de Fideicomm. disc.* 45. *num.* 3.

Tertio supponit contraria Decisio in *§. Eo magis iterum*, &c. & in *§. Præsentatio autem*, &c. quod 130
præsentatio facta per D. Patronum de Clerico extraneo fuerit nulla, irrita, & nullius effectus, quia nempe nulla competebat Patrono activo facultas præsentandi, cum adesset consanguineus Testatoris, qui poterat ad gradum Doctoratus promoveri. Sed hoc etiam suppositum est omninò insubsistens, quia Patronus habebat liberum exercitium Juris Patronatus nullo impedimento refrenatum, quia nullus aderat ex descendentibus Matthæi de Raffinis Doctoratus in quo solo casu gravatus erat illum præferre juxta verba Testatoris -- ibi -- *Il Padronato s' aspetti al nobil Sig. Cavaliere degli Azzi*, &c. *e dopo di esso allì suoi figli*, *e descendenti*, &c. *volendo che essendovi alcun Dottore delli descendenti di detto Matteo suo Nipote*,

pote, debba questo esser preferito ad ogn' altro pur che sia Dottorato in Pisa, e non altrove, perchè così, &c.; Unde patet quod Fundator non simpliciter vocavit descendentem dicti Matthæi, nec aliter refrenavit liberum arbitrium Patroni in præsentando nisi sub duplici conditione scilicet, si adesset aliquis Doctor ex descendentibus Matthæi, & esset Doctoratus in Universitate Pisarum, & non alibi: dum autem in facto admittitur, quod tempore quo Patronus fecit præsentationem, nulla ex dictis conditionibus verificabatur, quia nullus existebat ex dictis descendentibus Doctoratus in Universitate Pisarum, aut alibi, planè sequitur, quod nullum aderat impedimentum pro suo libito præsentandi, nam dispositio qualificata, vel conditionalis nihil operatur non existente conditione ipsa vel qualitate, ut supra diximus *leg. si quis sub conditione, digestis si quis, omiss. Caus. testam. leg. ex facto, digestis de hæred. instituen. cum concordan.* apud *Cephal. consil.* 56. *numero undecimo, & sequentibus Roman. consil.* 421. *numero secundo, Rolan. consil.* 58. *numero* 14. *& sequentibus libro tertius, Surd. consil.* 38. *numer.* 24. *& decis.* 209. *num.* 1.

131 Imò potius dicendum est quod pro eo tempore nulla aderat vocatio dd. descendentium, dum nullus habebat qualitatem requisitam, quia datum sub aliqua conditione censetur denegatum in Casu contrario *leg. Pecuniam, digestis si cert. petat, leg. quod pure, digestis quando dies, legat, cedat. leg. si legatum pure, digestis de adimen. legat. Rota coram Duran. decis.* 339. *numer.* 38. Et ubi deficit qualitas adjuncta dispositioni, ipsa etiam dispositio cessat, & pro non scripta habetur *Surd. consil.* 400. *numer.* 16. *Menoch. libro sesto, præs.* 15. *numer.* 47. *Antonin. Maceraten. variar. libro primo, resol.* 82. *numero primo, Salgad. in Labyrint. parte prima capitulo,* 32. *numer.* 9. *Pacian. de Probation. libro secundo capit.* 14. *numer.* 8. cum aliis supra allegatis in §. 9. ideoque potuit omni Jure Patronus exercere suum Juspatronatus activum faciendo præsentationem ut in puncto *Pirr.* 3. *Corrad. in prax. benefic. libro secundo capitulo,* 12. *numer.* 59. ibi -- „ Postremo in proposito præsentandi personas secundum formam fundationis qualificatas pro ut superius dicebamus, ita hæc intelligenda sunt, videlicet quatenus reperiantur ad præscriptum fundationis qualificatæ, quæ petant sibi de tali Beneficio provideri, aliter enim non impediuntur Patroni præsentare, & Ordinarius instituere alium non qualificatum alias tamen dignum, &c.

132 Et hinc etiam sequitur nullum impedimentum præstitisse Parono quin suam præsentationem expleret, comparitio facta coram Ordinario per Clericum de Raffinis Adversarium petendo institutionem uti vocatus, & nominatus a Fundatore: quia retentis conclusionibus præmissis, tunc oppositio, & instantia facta coram Ordinario per vocatum a Fundatore facit illi acquirere Jus ad rem, quando habet omnes qualitates a Fundatore volitas, & est unicus qui concurrat cum ipsis qualitatibus, ita ut Patronus teneretur necessario illum præsentare, & Ordinarius instituere *Lotter. dict. libro secundo, quæst.* 38. *numer.* 26. *& sequentibus, & quæst.* 51. *numero* 39. *& sequentibus, Rota coram, Bich. dict. dec.* 189. *numer.* 10. *& decis.* 264. *numer.* 18. *& decis.* 277. *numero primo, & coram Buratt. decis.* 559. *numero primo, & in Barcn. Beneficii* 25. *Junii* 1725. *coram Reverendissimo Ratto.*

Secus vero quando quis comparet petendo institutionem uti vocatus a Fundatore destitutus tamen illa qualitate, quam Fundator in ipso requisivit, quia sine tali qualitate, sicut non erat necessario præsentandus, vel instituendus *Piton. controv. patronal. allegat.* 100. *numer.* 515. *Rota in Melfiten. Capellaniæ §. Nulla siquidem, &c.* 17. *Junii* 1699. *coram Muto, & in Mediolanen. Capellaniæ* 9. *Maii* 1701. *§. Sicuti, &c. coram Card. Priolo*, ita nullum Jus acquirere potuit per oppositionem, & instantiam factam coram Ordinario, & ipsa oppositio nullius effectus habetur: nam qualitas a Fundatore volita sicut requiritur in actu præsentationis ita etiam requiritur in actu oppositionis *Guttier. cons. primo numero undecimo, & seqq. & consil.* 44. *numer.* 7. *in fin.* ibi -- *Oppositor non graduatus tunc temporis nullum Jus habuit, &c. Cavall. quæst.* 693. *numer.* 7. *Garz. de Benefi. part.* 7. *capitolo quarto numer.* 85. *&* 86. ibi -- *Secundo procedit etiam in præsentatione, & in oppositione, nam etiam tempore oppositionis, & petitionis requiritur habilitas, & qualitas requisita, &c. Rota coram Reverendissimo Crispo decis. secundo, numer.* 25. Ubi quod semper ac aliquis comparet coram Ordinario petens institutionem debet habere qualitates necessarias, aliter nullum Jus acquirit, ut post *Vivian. dec.* 147. *n.* 15. *& seqq. p.* 15. *recent. dec.* 636. *num.* 4.

Eoque magis quod D. Oppositor non declaravit coram Ordinario velle se habilitari per assecutionem Doctoratus intra quadrimestre concessum ad præsentandum. Quidquid enim sit, an qualitas volita per Fundatorem requiratur præcisè de tempore revocationis, hoc certum est quod saltem requiritur tempore præsentationis, vel oppositionis factæ coram Ordinario ut prædictum est: nam aliter præsentaretur, & opponeretur incapax, & indignus, & consequenter præsentatio, & oppositio esset nulla, & irrita. Ad evitandam vero hanc nullitatem praxis admisit, quod incapax, & inhabilis possit præsentari, vel se opponere sub conditione tamen, atque declaratione superventuræ capacitatis, & habilitatis infra quadrimestre, quod Ordinarius, aut Patronus tunc expectare debebit juxta receptiorem sententiam de qua *Cardin. De Luc. de Jurepatron. disc.* 45. *numer.* 7. *Cirill. quæst. jur. capitulo,* 93. *numer.* 28. *Piton. controv. patron. alleg. prima numero,* 22. ibi -- „ Si autem passivè vocatus vacante Beneficio non esset Clericus, aut non legitimæ ætatis, sed speraret intra quadrimestre se habilitari posse per assumptionem Clericatus, vel dispensationem ab ætate, comparere debebit coram Ordinario, & petere quod supersedeatur usque ad finem termini, & interim abstineat ob institutione alterius præsentati, allegando se esse de vocatis per Fundatorem, & sibi capacitatem obventuram intra terminum Juris, &c.

Quoties igitur talis conditio, & declaratio pro- 135
ut in casu prætermissa est tunc præsentatio, vel oppositio nulla est, & nullius effectus, nullumque Jus acquirere potest illa, qui destitutus qualitate requisita per Fundatorem nullam habere dicitur vocationem, & juxta voluntatem ipsius Fundatoris est omnino incapax, & reiiciendus *Corrad. in Prax. dispensat. libro quarto capitulo secundo numero,* 12. *& seqq. & in prax. Benefic. libro quarto capit. sesto numer.* 31. *Card. de Luc. de Jurepatron. disc.* 64. *num.* 28. *Rot. in Melevitana Beneficiorum* 10. *Junii* 1710. apud *Piton. controv. patron. allegat.* 100. *num.* 443. *& in Volaterrana Beneficii* 7. *Decembris* 1708. *coram Reverendissimo Crispo* inter ipsius impressas *decis.* 2. *numer.* 34. confirmata in *decis.* 6. *coram eodem, & in Leodicen. Beneficii prim. Aprilis* 1707. *§. Nec superventus, &c. coram bon. mem. Lancetta* inter ejus impressas *dec.* 480. *n.* 8.

Hic autem succedit quartum suppositum insubsistens contrariæ decisionis, dicendo scilicet quod ista 136
procedunt in illa incapacitate, quæ provenit a Jure, puta propter defectum ætatis, aut ordinis Clericalis: non autem in alia incapacitate propter defectum alicujus qualitatis a Fundatore volitæ, ut in §. *Et re vera hisce mediis; &c.* Ista enim distinctio nulla ratione fovetur, quia tam reddit aliquem incapacem dispositio Juris, quam dispositio Testatoris, quæ pro lege habetur §. *disponat, Auth. de Nupt.* ita ut valeat argumentum a lege ad Testatorem, ut supra probavimus: Immo fortius urget dispositio Testatoris, quam dispositio legis: quia mitius agitur cum lege, quam cum homine *leg. Celsus, ff. de arbitr. Federic. de Sen. consil. secundo, in princ.*, & quia lex exequitur omnino voluntatis Testatorum

torum *l.* 1. *C. de Sacros. Eccles.* Testator vero, & Fundator Beneficii derogare potest in limine fundationis dispositioni Juris, ætati pe Concilium Tridentinum requisitæ, atque excludere etiam reservationes Apostolicas *Card. de Luc. Jurisdict. disc.* 6, *numero decimo & disc. vigesimo sexto, numero octavo & de Benefic. disc.* 95. *num.* 8. & 10. *Lotter. de re Benefic. libro primo quæst.* 32. *numero* 17. *Monet. de Commut. ultim. volunt. capitulo quinto, numero* 312, *Tondut. quæst. Benefic. parte prima cap.* 112. *num.* 5. *Rot. cor. Eminentissimo Falconerio de Jurepatronat. dec.* 39. *num.* 8. & *dec.* 53. *sub num.* 11.

137 Et ideo nil nimirum, quod *Car. de Luc.* loquendo de d. præsentatione incapacis facienda conditionaliter, loquitur promiscuè tam de incapacitate Juris, quam etiam ex lege fundationis ut in *discors. sexagesimo quarto, numero vigesimo octavo, de Jurepatr.* ibi -- Tertium validæ præsentationis requisitum versatur circa personam præsentati: Primò scilicet circa ejus habilitatem, quod nempè sit Clericus, atque habeat requisita, quæ ex natura Beneficii, vel ex lege fundationis desiderantur cadente quæstione, an possit præsentari sub conditione, dummodo infra terminum Juris superveniat habilitas &c.

138 Minime suffragante clausula *omni meliori modo, &c.* adiecta per Adversarium in dicta sua instantia seu oppositione coram Ordinario; ibi -- super qua Capella D. Comparens habet Juspatronatum merè passivum, & ideo petiit institui in Rectorem, tanquam nominatus a dicto Testatore, & super prædictis fieri, & interponi quodcumque Decretum, &c. omni, &c.

139 Etenim quantacumque sit virtus dictæ Clausulæ receptum tamen est apud Doctores, quod nihil operatur quo ad non expressa *Aretin. consult.* 17. *numero quinto Calderin. cons.* 479. *numero secundo Tusc. lit. C. conclus.* 358. *numer.* 50. & 51. *Barbos. claus.* 95. *numer.* 52. ibi -- *Limita primò, ut nihil operetur, quo ad non expressa, & ideo si validitas, vel modus per quem actus valere potest non est expressus cum aliis modis ineptis non operatur, &c.* -- *Rot. coram Gregor. XV. decis.* 207. *num. quarto* ibi -- *non obstat clausula omni meliori modo, quia non facit, ut recedatur a modo expresso, nec alterat, aut ampliat dispositionem, &c. Coram Seraphin. decis.* 1216. *numer.* 13. præsertim quando prout in Casu d. Clausula posita est sine particula copulativa *Marta de Claus. part.* 1. *claus.* 88. *numer.* 3. *Rot. cor. Seraphin. decis.* 1184. *numer.* 3. *coram Gregor. dict. decis.* 207. *sub dict. numer.* 4. *cor. Emerix Jun. decis.* 588. *num.* 2. & 3. *p.* 14. *recentiorum, decis.* 536. *num.* 122. ubi aliæ concordantes.

140 Si igitur Patronus potuit licito Jure præsentare: quia nullum habebat legitimum contradictorem, vel oppositorem habentem prælativam a Fundatore volitam; & oppositio facta per Adversarium fuit nulla, & contemptibilis uti facta per non habentem vestem nuptialem & sine ulla conditione, seu mentione habilitatis acquirendæ, pro uno fieri debebat, planè sequitur, quod per dictam præsentationem a præsentato acceptatam, & coram Ordinario reproductam fuit illi quæsitum jus validum saltem ad rem si non in re, nam hic est proprius, & unicus effectus validæ præsentationis Abbas, & *Felin. in c. cum Bertoldus de re judic. Gonzalez ad regul.* 8. *Cancellar. glos.* 15. §. 2. *numer.* 1. *Vivian. de Jurepatr. part. secunda, lib. octavo, capit. octavo, & final. numer. primo, & seqq. Rota coram Seraphin. dec.* 1238. *numer.* 4.

141 Quamobrem licet Adversarius postea impetraverit literas Apostolicas uti vocatus a Fundatore cum derogatione pro tunc ad requisitam qualitatem Doctoratus, quam Pontifex voluit assumendam esse in posterum infra tempus consuetum in Universitate Pisarum; Istæ tamen literæ nihil illi possunt prodesse; tum quia non fuit Pontifici narratum, quod per defectum laureæ Doctoralis requisitæ per Testatorem, jam Patronus alium præsentaverat, qui acceptationem præsentationis acquisierat Jus ad rem; tum etiam, quia ipse Pontifex expressè præservavit Jus alteri quæsitum per clausulam insertam in literis *dummodo tempore datæ præsentium non sit in eo Beneficio alicui specialiter Jus quæsitum, &c.* Quæ quidem clausula non solum præservat Jus in re, sed etiam Jus ad rem, quæsitum scilicet ex præsentatione *Ridolfin. in prax. parte secunda, capit. octavo, numer.* 88. *Tondut. quæst. Benefic. part.* 1. *capit.* 118. *numer.* 25. *Rosa de execut. literar. Apostol. capitulo quarto, numer.* 112. ibi -- *Præservat consequenter Jus quæsitum ex præsentatione quamvis non fuerit secuta institutio, &c.* -- *Vivian. de Jurepatron. dict. lib.* 8. *cap.* 8. *numer.* 3. ibi -- *Quod Jus ad rem præservatur per clausulam dummodo alteri, &c.* -- *Rot. coram Seraphin. decis.* 1238. *numer.* 4. *coram Dunoz. Junior decis.* 956. *numer.* 2. *coram Buratt. decis.* 651. *num.* 4. *cor. Durand. decis.* 100. *numer.* 5. *cor. Cels. decis.* 31. *numer.* 14. & *decis.* 144. *numer.* 12. *coram Otthobon. decis.* 120. *numer. nono*, & alibi frequentissimè.

Jam verò sumus in quinto supposito insubsistenti contrariæ decisionis, dicendo, quod dicta clausula *dummodo, &c.* præservat solum Jus validum certum, & radicatum, quale dici non potest Jus quæsitum dict. præsentato, quia illud erat subjectum periculo variationis licitæ Patrono laico intra quadrimestre saltem cumulativè; quo Casu poterat Episcopus per gratificationem posteriori præsentato Beneficium adjudicare, & sic certum non erat quod primò præsentatus Beneficium assequi debuisset, ut habetur in dict. *Decisione §. Tum etiam, &c.* & in *§. Proc dunt etiam, &c.* 142

Doctores enim de hac re loquentes nullo modo considerant hanc possibilem variationem faciendam a Patrono laico; sed id solum considerant quid realiter factum sit a Patronis, ita quidem, ut si aliquis præsentatus fuerit a majori parte Patronorum, vel ab unico Patrono unus tantum fuerit præsentatus, & præsentationem acceptaverit, is dicatur habere Jus certum, & radicatum ad rem, quod præservatum dicitur a dict. clausula *dummodo alteri, &c.* quidquid sit, quando quis fuerit præsentatus tantum a medietate Patronorum; aut unicus Patronus plures de facto cumulativè præsentaverit *Ridolfin. in prax. part. secunda, capit. octavo, numer.* 91. *Vivian. de Jurepatron. lib.* 8. *capitul.* 8. *sub numer.* 3. ibi -- *Dummodo sit præsentatus ab omnibus, vel a majori parte; secus si præsentatus sit a medietate, &c.* & *dicta procedunt quando Patronus unum tantum præsentavit, secus duos cumulativè, &c.* -- & *numer. quinto* -- ibi -- *Præsentatus vero habet Jus ad rem quando unus solus fuit præsentatus, & acceptavit, &c. Corrad. in prax. Benefic. libr. quarto, capitul.* 6. *numer.* 58. *Rosa de execut. liter. Apostol. capit. quinto, sub numer.* 112. *Garz. de Benefic. part. quarta, capit.* 5. *numer.* 8. & *sequentibus*, ubi quod ad effectum consequendi Jus ad rem considerabile sufficit, quod præsentatus fuerit a majori parte Patronorum, vel unicus, & solus ab unico Patrono, sive Laico, sive Ecclesiastico, secus vero quando sunt plures a Patrono præsentati, aut quando unus est præsentatus a quibusdam Patronis, & alius ab aliis inæquali, & Pari numero *Piton. disceptation. Ecclesiasticarum, tomo quarto, capitulo centesimo quarantesimo, numero decimo, Sperell. decis. centesimo octuagemo, numero ventesimo nono, & trigesimo* -- ibi *Quando plures præsentantur, sicut nemo habet certam institutionem, ita nemo ipsorum acquirit Jus ad rem, licet Ordinarius unum ex eis debeat instituere ut probant, &c. at secus est quando unus dumtaxat præsentatus fuit ut in casu, &c. tunc enim cum post ejus acceptationem supposita idoneitate, necessario sequi debeat institutio, utique per dictam præsentationem canonice factam acquiritur Jus ad rem ipsi præsentato capit. Dilectus, &c. Adden. ad Buratt. decis. sexcentesima quinquagesima prima, numer. nono, & decimo, Rota part. quarta, recentiorum, decisio* 643. *numer. septimo*. 143

Et

Et mille possent afferri decisiones, quæ firmant
144 absolutè propositionem, quod clausula *dummodo non sit alteri, &c.* præservat Jus acquisitum ex præsentatione, quando scilicet quis præsentatus fuit a majori parte vel unicus ab unico Patrono: eamque limitant solum, quando quis non habet majoritatem vocum, vel quando Patronus unus plures præsentavit: quæ exceptio firmat regulam in contrarium ex vulgatis: nullusque doctor facit illam distinctionem inter præsentatum a Patrono laico, vel Ecclesiastico; & nec aliquis Doctor invenitur, qui addat illam aliam limitationem, quatenus scilicet Patronus laicus fecerit præsentationem invariabilem, & cum juramento non variandi, nec etiam cumulativè, quæ gratis affertur in contraria Decisione.

Nec pariter obstat, quod Pontifex mandave-
145 verit prædictum Matthæum in assecutione Beneficii alii quibuscumque anteferri, ut ponderat contraria Decisio §. *Tum demum, &c.* Etenim hic latet alind Juris æquivocum in intelligentia hujus clausulæ, quæ quidem operatur solum ut si Pontifex, aut ejus Legatus in partibus in eodem Beneficio concesserit aliis præcedenter favorabile rescriptum de provisione facienda, quam expectativam gratiam vocant, hic ultimus illis præferatur minime vero tollit Jus alteri quæsitum, ex alio titulo, quam rescripti Apostolici; alioquin frustra esset illa clausula in eisdem literis apposita *dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri Jus quæsitum* ex communissima opinione Doctorum extenditur etiam ad jus ad rem quæsitum ex præsentatione. Id vero constat evidenter ex ipsis literis Apostolicis Adversarii ibi -- *Si alicui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictæ sedis, vel Legatorum ejus literas impetraverint, &c. quibus eumdem Matthæum volumus anteferri, &c.* Et ita clausulam hanc declarant *Felin. in capitulo, Capitulum S. Crucis* 30. *descript.* ubi illam explicat perindè ac si Papa dixisset *Non obstante quod pro aliis rescripserimus, quibus te volumus anteferri Rebuff. in Max. Benefic. parte prima*, in forma novæ provisionis verbis. *Non obstatibus, &c. Monet. de Commut. ultim. volunt. capitulo undecimo numero*, 457. *& sequentibus Mart. de Clauf. parte prima clausul.* 212. *numero primo & sequentibus Vivian. de Jupatron. parte secunda libro decimotertio capitulo* 8. *a numero* 98. *ad* 102. *Barbos. de clausul. capitolo* 8. *numer. quinto, & sequentibus Tusc. lit. C. conclus.* 314. *per totam.*

Et in his terminis intelligendus est *Barbos. ex-*
146 *adverso allegatus clauf.* 44. *numero decimoctavo*, ubi allegat *Text. in capitulo penultimo, de præbend. in 6.* qui expresse loquitur de gratis expectativis, quarum una sit anterior, & alter posterior cum calusula *anteferri Lap. allegat.* 79. *numer. primo, Mandos. de Signatur. grat. rubric. de expectativis, & Rot. coram Vivian. parte* 1. *decis.* 337. qui omnes loquuntur de expectativis; Doctor enim intelligendus est juxta Jura, quæ allegat *Valenz. consil.* 187. *numero* 106. *& consil.* 194. *numer.* 10. *Surd. consil.* 132. *numero* 93. *& consil.* 139. *numero* 66.

Neque obstat *Antonin. Maceraten. libro primo,*
147 *variar. resolut.* 9. ubi conatur ostendere quod clausula *anteferri* quemadmodum tollit Jus ad rem quæsitum per expectativam: ita etiam tollit Jus ad rem quæsitum per acceptatam præsentationem: quia contra eum est communis opinio DD. & *Sacræ Rotæ* facientis magnam differentiam inter expectativam; & præsentationem, ut tradit *Gomez in regul. de jur. quæsit. non tollen. §. Illud tamen, &c.* ibi -- *Limitatur secundum Dominus Rotæ intelligi debere, non de omni Jure ad rem, sed tantum de Jure ad rem competenti ex acceptatione expectantis: Secus vero de Jure ad rem competenti ex electione, aut præsentatione, quia tale Jus bene præsumitur præservatum ut in decis.* 16. *in titul. de præbend. in novis. & rationem ponit illa decisio, quia in primo casu licet præjudicetur expectanti, non per hoc ex toto gratia sua perimitur, cum possit postea aliud volens Beneficium acceptare, dum hoc pendet a voluntate sua. Secus vero est in Jure competenti ex electione, vel præsentatione, quod si amittatur ejus acquisitio erit difficilis, cum pendeat a voluntate alterius; nam sperare aliam electionem, vel præsentationem non dependet a voluntate electi, vel præsentati, sed eligentium, vel præsentantium, qui possunt de facili mutata voluntate alios eligere vel præsentare, &c. Monet. de Commut. ultim. volunt. dict. capitulo undecimo, numer.* 473. ubi alios adducit *Garz. de Benef. parte quarta capitolo tertio, a numero,* 18. *ad* 26.

Et ista quæstio totaliter cessat in casu nostro si tenor inspiciatur ipsarum literarum Apostolicarum 148
Adversarii; nam ut supra diximus expresse Pontifex dictam clausulam *anteferri* apposuit relativè ad alios habende a S. Sede, aut ejus Legatis præcedentes literas expectativas, quibus voluit Adversarium preferri juxta ipsa verba mox relata; itaque cessat omnis disputatio; nam Pontifex inter plures habentes a S. Sede literas potest facere quod ultimus præferatur primis, ut facit per dictam clausulam *Fagnan. in capitulo ex parte numero,* 10. *de Offic. delegat.*: Sed ista operatio non debet extendi ad alios habentes titulum independenter a Sancta Sede: quia dicta Clausula est odiosissima, strictissime intelligenda, cum non habeat multum honestatis, ut ait *Oldrad. consil.* 198. *numero tertio, Bellamin. consil.* 33. *numer.* 22. quos refert, & sequitur *Fagnan. in dict. capitulo ex parte* 12. *numer.* 10. *cum duob. sequentibus de Offic. de legat. Tusc. lit. C. conclus.* 314. *numero tertio, Barbos. clausul. octava numero decimotertio*, Et ex alia parte certissima, & indubitata est hodie conclusio, quod per illam clausulam *dummodo tempore datæ non sit alteri Jus quæsitum* præservatum censetur etiam Jus quæsitum ex præsentatione facta per Patronum sive Laicum, sive Clericum juxta authoritates jam supra allegatas.

Nec demum suffragatur derogatio Pontificis in qualitate requisita Doctoratus, habilitando Adver- 149
sarium ad illam postea recipiendam; quia dum eodem tempore Pontifex præservavit Ius alteri quæsitum, licet Adversarius fuisset pro tunc dispensatus a dicta qualitate salvum tamen, & integrum remansit Ius præsentatis habitis *Corrad. in Prax. Benefic. libro quarto capitulo quarto, sub numero tertio*, ibi, *Nihil ponderit Oratorem obtinuisse provisionem „ etiam cum derogatione, &c., nam cum in ea adjecta fuerit consueta clausula præservativa Juris tertii (dummodo tempore datæ, &c.) id operatur, „ ut etiam quod Papa dispensaverit cum eodem, ut „ posset intra dictum annum promoverit non propterea intellexit tollere præsentationem, & institutionem factam de persona habili, quod quidem si fuisset expressum utique gratiam prædictam non concessisset in præjudicium Juris alteri quæsiti (nam „ dicta clausula, dummodo, &c.) præservat non solum Jus in re, sed etiam ad rem ut per Sarnen. „ & Rot.; &c. Quinimmò etiam si habilis præsentatus a medietate Patronorum nondum esset in eodem „ Beneficio ab Ordinario institutus, ex eo quod tanquam habilis habuit Jus ad rem, videlicet ad petendam institutionem & istud Jus per dicta Clausulam censetur sibi præservatum.*

Et concordat *Rot. coram Emerix Jun. decis.* 1552. „ *numero sesto*, ibi -- *Non obstat quod in literis Apostolicis Henrici fuerit specialiter derogatum dictæ „ Concordiæ, quia hæc derogatio poterit quidem operari, ut ipse factus sit Capax hujus Parochialis, quamvis non esset Canonicus; non tamen tollit Jus interim quæsitum Guilelmo, quod fuit per „ Papam exprese præservatum (per clausulam, dummodo, &c.)* ideoque talis gratia haberi de-

„ *debet, ac si non fuisset obtenta ex deductis per Rot.*
„ *&c.*

Dum igitur ex prædictis constat, quod nostro
151 Principali quæsitum fuit Jus ad rem validum, & legitimum ex præsentatione, quam unicus accepit ab unico Patrono in tempore, quo nullus aderat legitimus oppositor, & contradictor, nullusque habens qualitatem prælativam a Fundatore volitam; & hoc Jus ad rem quæsitum ex præsentatione reservatum expresse fuit a Pontifice per dictam clausulam - *dummodo, &c.* - Juxta communem Doctorum intelligentiam, sequitur manifeste quod cessante operatione dd. literarum Apostolicarum institutio debetur nostro Principali, prout supplicatur.

In Eadem Causam duplicatio.

IN hac Causa, quæ non videtur nimis involuta in facto, neque multum intricata circa aliquem Juris articulum, de quo verificetur id, quod obser-
152 vat *Adden. ad decis.* 632. *num.* 41. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* ibi -- *Hæc opinio talis est, ut à tergo habeat Lupos, & fronte præcipitium*, tertiò calamum sumo ad instantiam Matthæi de Raffinis, ad respondendum Restrictui Facti, & Juris duorum Advocatorum, qui omnem adhibuerunt diligentiam ad evertenda fundamenta magistralis Decisionis inclytæ Rotæ Florentinæ, cohærenter ad mea priora scripta emanatæ die 19. Augusti 1730. & postquam bis in hac Causa meum sensum pro veritate aperueram fa-
153 vore d. Matthæi de Raffinis. Quæ magistralis Decisio adeò solidis innixa est juridicis principiis, ut cum omni legali fundamento in qualibet alia Instantia & coràm quocumque alio Tribunali sperari possit illius confirmatio.

In facto enim constans est, quod pius Sacerdos, honoratusque Civis Aretinus, Franciscus de Raffinis,
154 volens erigere novum Canonicatum in Cathedrali Aretina, ad facilitandam admissionem ejus Consanguineorum inter nobiles Canonicos ejusdem Civitatis, qui solent esse de illius primoribus Viris, patritiisque Familiis, non solùm reliquit Juspatronatus activum favore Equitis Francisci Mariæ de Azzis, passivum verò favore suorum Consanguineorum, verbis illis: *Volendo, che essendovi alcun Dottore delli Descendenti di Matteo Raffini, suo Nipote, debba questi essere preferito ad ogni altro, purche sia dottorato in Pisa* sed ad eundem finem facilis admissionis ejus Consanguineorum apposuit præcisam obligationem laureæ doctoralis, suscipiendæ in Civitate Pisana, posita in Dictione temporalis Hetruriæ sibi subiectæ magni Ducis, habendo respectum ad illam nobilitatem, quam tribuit Laurea doctoralis, in aliqua ex famosis Universitatibus cum laude suscepta, iuxta ea,
155 quæ latè, atque eruditè *probant Cassan. in Cathal. glor. mundi part.* 8. *consid.* 28. *fol.* 185. *Andreas de Mendo de Jure accadem. lib.* 1. *quæst.* 13. *§.* 2. *à n.* 313. *Card. de Luc. de Præem. dist.* 35. *numer.* 6. *Muscatell. de Dignit. & authorit. doctorat. part.* 2. *per totam Brancaccin. de Jure doctor. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 10. *& Carol. Anton. de Luc. de præstant. laureæ doctoral. cap.* 12. *num.* 2.

Et in præcisis terminis, quod si à Statuto alicujus Ecclesiæ, ad illam admitti nequeunt, nisi nobiles, inter istos reputentur J.U. Doctores, probant
156 adducti per *Jacobum Benium de Privileg. Juris consult. privileg.* 30. *num.* 1. *& Rot. coram Mohedan. dec.* 2. *alias* 34. *de Privileg.* quibus addo alios citatos *à Carol. Anton. de Luca de Præstant. Laureæ Doctoralis cap.* 12. *num.* 4. & firmavit eadem *Sacra Rota in Constantien. Canonicatus* 29. *Februarii* 1699. *§. Præterea coram Pio* ibi -- *Et respondit Rotam in cujus casu ex statuto Ecclesiæ, à Pontifice confirmato, requirebatur vera nobilitas ex utroque Parente.*

Eventus tamen oppositum demonstravit; Nobiles enim Canonici Cathedralis Aretinæ inexorabiliter noluerunt inter illos admittere Consanguineos eiusdem piis Sacerdotis, & Fundatoris Canonicatus, quamvis ille esset honoratus Civis Aretii, & propterea opus fuit recurrere ad f. m. Innocent. XIII. qui instantiam remisit Sac. Cong. Concilii, in qua die 157
29. Novembris 1698. disputato sequenti Dubio, *An loco Præbendæ Canonicalis sit erigendum simplex Beneficium, cum eodem onere missarum, & cum reservatione Jurispatronatus ad formam Testamenti*, rescriptum fuit *Affirmativè, duplicato onere Missarum, & servata in reliquis voluntate Testatoris.*

Hæc præservatio voluntatis Testatoris non potest dici ab eadem Sac. Congregatione volita, minusque demandata respectu d. Gradus Doctoratus, qui ad 158
omnem abundantiorem cautelam talis defectus, superlativè suppletus fuit mediante Apostolica Dispensatione, obtenta ub Innocentio XII. intra quadrimestre à die ultimæ vacationis; quod in facto non controvertitur; *Circa habilitatem siquidem Personæ non admittitur distinctio inter habilem naturaliter, seu de Jure communi, & Habilem ex Dispensatione, aliove Jure singulari, cum omnis habilitas proveniat ab* 159
eodem fonte, idest à Principe, qui potest Lege sua inducere habilitatem, & inhabilitatem sunt verba *Lotter de Re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 40. *numer.* 167. & concordant alii, adducti *per Rot. in decis.* 96. *num.* 7. *apud Vivian. de Jurepatr. & in Leodien. Canonicatus prima Julii* 1707. *§. Ex his patet coram Card. Scotto.*

Jure verò communi attento, *prælatio, volita in uno casu, stat pro regula in omnibus aliis casibus, in quibus eadem rationis identitas dari, & excogitari potest*, iuxta communiter receptam theoricam *Baldi*, 160
quam per hac præcisa verba, post multos concordantes, sequuntur adducti per *Piton. de Controvers. Patron. alleg.* 85. *n.* 14.

Remanet proinde videndum, an Prælatio illa, quæ Consanguineis Fundatoris Canonicatus concessa fuit in casu, in quo eadem Canonicatus erectio in 161
Cathedrali Aretina suum habuisset effectum competat etiam in præsentibus circumstantiis, in quibus locus esse non potuit erectioni eiusdem Canonicatus, sed solius simplicis Beneficii, cum duplicato onere Missarum.

In hac autem parte videtur evidens, quod eadem 162
prælatio locum habeat in circumstantiis præsentis casus, iuxta dicta theoricam *Baldi*, aliasque punctuales authoritates, sequutas *à Pitonio* ubi supra; Idque ex introspecta voluntate Fundatoris; si enim iste dictam prælationem concessit in magis qualificato casu erectionis Canonicatus in dicta Cathedrali, ad quem effectum, nec non ad facilitandam dictam admissionem sui Consanguinei, non solùm reliquit Jus patronatum activum uni ex nobilibus Familiis Civitatis Aretii, sed etiam iniunxit qualificationem novi Canonici, mediante Laurea dottorali, assequenda in famosa Pisana Universitate; Fortius dicen- 163
dum est, eandem prælationem suis Consanguineis concessisse in casu erectionis simplicis Beneficii, ad cuius consequutionem nulla alia requiritur qualitas præter illam clericatus, unitam cum ætate annorum quatuordecim, quæ innegabiliter concurrunt hodiè in Matthæo, uno ex Consanguineis Fundatoris.

Videtur enim vim facere cuicumque sano intellectui consideratio hæc, quod si in vita eiusdem 164
Fundatoris secuta fuisset commutatio ejus voluntatis ab erectione nobilis Canonicatus in illam simplicis Beneficii, voluisset præfere uni & dilectis Consanguineis, descendentibus ab ejus germano Fratre, aliam Consanguineam illius extranei, cui Jus nominandi, non alio titulo reliquisse dicendum, quàm ad facilitandam admissionem eius consanguineorum inter nobiles Canonicos Cathedralis Aretinæ; *Illud* 165
autem, quod Testator vivens facturus esset, ab Hæredibus suis fieri jussisset intelligitur; sunt verba *Textus in leg. Cum servus propè finem ff. de Condition, & demonstrat*, & concordat alter *Textus in leg. Item legato §. Item interest ff. de legat* 3. ibi - *Assignaturus si vixisset*, quos sequuntur *Valasc. de Privileg. Miserab.*

quæst. 62. per tot. Rub. de Testam. cap. 75. numer. 1. seqq. Card. de Luc. de Dot. disc. 174. *nu.* 3. *& Rot. decis.* 14. *numer.* 38. *coram Arguell.* ibi - *Illud videtur dispositum, & demandatum per Testatorem, quod verisimiliter responderet interrogatus, ex singulari doctrinam, &c. coram Emer. Jun. decis.* 1137. *numer.* 5. ibi - *Hæres tenetur exequi nedum, id quod Testator voluit, sive expresse, sive tacite, verùm etiam id quod deinceps verisimiliter vellet, si viveret, cum aliis sequutis in tom. 6. part. 2. disput. 5. numer. 89. & 90.*

Imo non sine legali fundamento dici potest, quod
166 corruente per commutationem voluntatis Testatoris erectione Canonicatus, unita cum obligatione assumendi Gradum Doctoratus, ad hoc, ut illius Consanguinei facilius admitti possent in Cathedrali Aretina inter illius nobiles Canonicatos, nedum sussuperflua, sed prorsus inutilis remanserit, imo cessaverit in radice necessitas dictæ Doctoralis Laureæ, assumendæ in Universitate Pisana; supposito siqui-
167 dem corruente, cessant omnia ea, quæ circa ipsum disposita fuerunt, juxta firmata per *Rotam* coram *Dunozzet. jun. decis.* 584. *numer.* 12. *& in part.* 17. *recent. decis.* 274. *numer.* 11. *& in Pacen. Funeralium* 15. *Maii* 1723. *§. Verùm coram b.m Gamacbes, & in Cervien. Bonorum* 14. *Martii* 1732. *§. Quod autem coram Nunez.*

Agnoscitur exadverso vis hujus reflexionis, quæ in rei veritate nimis naturalis, nimisque stringens
168 est, & propterea ad evitandam illius efficaciam, respondetur, *quòd Fundatur Beneficii doctoralem qualitatem simpliciter, & absolute requisivit, ad qualificandam Personam, quæ suo Beneficio potiri posset;* Quodque Matthæus admiserit in Precibus, porrectis f. m. Innoc. XII. talem qualitatem Doctoratûs esse eidem necessariam, pro obtinendo eodem simplici Beneficio.

Sed factum dictæ æqualiter subtili, atque ingen-
169 tiosæ reflexioni, non assistit; In mente enim Fundatoris nunquam venit, velle in Cathedrali Aretina erigere simplex Beneficium, & ad dictum effectum præcisè obligare Beneficiatum ad assumendam Lauream doctoralem, nullam omnino habentem connexionem cum Beneficiis simplicibus; sed id, quod enixè desideravit idem Fundator, omnemque ejus cogitationem, & operam, ad dictum effectum consequendum, adhibuit, circa quod suam præcisam voluntatem clarissimè expressit, fuit erigendi novum
170 Canonicatum in illa nobili Ecclesia, in qua omnes Canonici generosa gaudent nobilitate; Quibus attentis, remanet indubitatum, quod erectio Beneficii simplicis sequuta fuerit contra pii Fundatoris expressam voluntatem, quæ proinde nullo longissimo filo trahi potest ad ea, quæ ipse prorsus ignoravit, juxta communiter receptum axioma, tam inter Philosophos, quàm Legistas, quòd voluntas nunquam
171 fertur incognitum, de quo *Altograd. cons.* 80. *numer.* 12. *libr.* 1. *Actolin. resol.* 141. *numer.* 58. *Gob. consultat.* 122. *numer.* 42. *Mantic. de Conjectur. ultim. volunt. lib.* 1. *tit.* 3. *numer.* 1. *& Rot. decis.* 296. *numer.* 30. *part.* 17. *recent. & coram Falconer. decis.* 1. *numer.* 8. *tom.* 2. *titol. de Pension.*

Imò non sine legali Fundamento dici potest, quod
172 idem pius Sacerdos nullum in hac parte habuerit dubium erectionis d. Canonicatus in Cathedrali Ecclesia Aretina, eo quod disparitate circa nobilitatem nullatenus attenta, solent Sac. Congregationes fundationes, non solùm novorum Canonicatuum, sed etiam novarum Dignitatum in qualificatis Cathedralibus admittere, quando non est sermo de conditionibus, ex diametro oppositis Juris principiis, sed solùm de admissione eorum minus nobilium Consanguineorum inter nobiliores Canonicos, ut me scribente & suc-
173 cumbente, resolvit *Congregatio Concilii in Cæsenaten. erectionis Archipresbyteratus*, quæ recognosci potest *ex tom.* 5. *part.* 1. *discept.* 19. *per totam*, scribente exadverso *Piton.* ut videre *est in tom.* 3. *ejusdem discept. Ecclesiast. discept.* 99. *à numer.* 48. *usque ad numero* 94. ubi *numer.* 81. in specie respondit nostræ resolutioni Aretinæ, in hac Causa emanatæ.

Respectu verò Matthæi, iste in supplicatione,
porrecta Innocentio XII. nihil aliud fecit, quàm can- 174
didè narrare Summo Pontifici piam Fundatoris voluntatem, eo modo, quo ab ipso pandita fuerat, una cum præcisis verbis Rescripti Congregationis Concilii, quæ eandem voluntatem piis Fundatoris commutaverat ab erectione nobilis Canonicatus, ad erectionem simplicis Beneficii, cujus proinde Preces non possunt trahi ad aliquod præjudicium, eidem inferen- 175
dum, contra claram voluntatem supplicantis, juxta *Textum in leg. Nulla Juris ratio ff. de Legib. & in c. Quod ob gratiam de Regul. Jur. in 6.* cum aliis apud *Rot. dec.* 403. *n.* 5 *coram Priol.*

Non attenta clausula illa; *servata in reliquis Voluntate Testatoris*, quæ legitur in d. Rescripto Congregationis 176
Concilii; Eidem enim clausulæ egregiè respondet *Rota in dec.* 299. *num.* 20. *part.* 11. *recent.* observando, illam non se extendere ad ea, quæ cum principali Dispositione non cohærent, quæ punctualis decisio loquitur in terminis fortioribus, hoc est in illis, in quibus dictum fuerat, *Reliquis omnibus firmis remanentibus*, quæ dictio 177
omnibus nullatenus legitur in d. Rescripto Congreg. Concilii Et propterea in necessariam consequentiam commutationis erectionis Canonicatus illa qualitas Doctoratus, quæ demandata fuit cum supposito dictæ erectionis, remansit sine subjecto, prorsusque inutilissimo superflua ut egregiè observat Rot. Florentina in nostra dec. *§. in subjecta specie*, & uti talis non meretur tantam Dotem, minusque illius defectus præjudicium aliquod afferre potest Matthæo, à Fundatore prædilecto, & omnibus aliis prælato, verbis illis semper opportunius 178
repetendis: *Essendovi alcun Dottore delli descendenti di detto Matteo deva questi essere preferito* præ oculis habendo verbum illud *Deva*, quod necessitatem importat *Gloss in cap. Proposuit Verb. Non debet de Appellat.* & in *clement. Ascendentes, v. Debeant de stat. Monach. cum aliis, allegatis à Rot. dec.* 179. *n.* 1. *coram Coccin. & dec.* 93. *n.* 68. *coram Ansaldo.*

Et ex hac reflexione cathegorica desumitur respon-
sio ad ea, quæ exadverso dicuntur de præsentationis de- 179
fectu, dum Matthæus non fuit præsentatus ab illas de Azzis, habentibus activum Jus præsentandi, qui præsentarunt Sotium; Idem etenim Matthæus, uti vocatus à Fundatore Beneficii, dicitur præsentatus à Patrono Patronorum, præsentatione illa, quam Canonistæ proprio vocabulo appellant directam, & immediatam; Et propterea nulla alia indiget præsentatione illius, cui à Fundatore relictum fuit Jus præsentandi, egregiè *Carol. Anton. de Luc. de Linea legal. art.* 24. *n.* 24. *& seqq.* & melius *Piton. de Controv. Patron. alleg.* 1. *n.* 40. *& seqq. Rot. dec.* 52. *n.* 1. *tit. de Jurepatr. coram Falconerio & dec.* 180
57. *num.* 1. *coram eodem* ibi -- *Uti vocatus a Fundatore, instituendus est, præferendus cuicumque præsentato à Patronis, quorum Jus quiescit, vigente præsentatione facta per Fundatorem, quæ potissima omnium præsentatio est* cum aliis citatis *in part.* 16. *recent. decis.* 213. *num. finali.*

Non negantur hæc exadverso, quia re vera nullum
habent in Jure contradictorem, sed respondetur, illa 181
non applicari nostro casui, ex quo Matthæus non habeat qualitatem Doctoratus, à Fundatore Canonicatus per viam conditionis requisiti; sed responsio non subsistit, quia qualitas Doctoratus requisita fuit non in genere, seu in omni casu, sed in solo atque præcisissimo, casu, 182
in quo erigeretur Canonicatus, ab ipso demandatus in Cathedrali Aretina, cujus voluntas cùm in hac parte suum non fuerit consequuta effectum, sed expressè commutata in longè diversum casum erectionis simplicis Beneficiis; sequitur exinde, quod eadem Doctoratus qualitas perinde haberi debeat, ac si non fuisset à fundatore demandata respectu Beneficiis simplicis, quale est hodie Canonicatus ille, enixissima volun- 183
tate à Fundatore desideratus, sed nullatenus executioni demandatus; Cessante enim fine, seu causa, propterquam aliquid demandatum fuit, cessare quoque debet id, quod ad eundem finem deman- 184
datum fuit, *ad Textus literales in leg. Adigere §. Quamvis de Jurepatr. & leg. Si Pater digestis*

de Hæred. Institut. cum aliis allegatis *à Rot. coram Coccin. decis.* 1827. *numer.* 8. & viva ratione quia omnis dispositio, sive Testamentaria, sive inter vivos, restringitur, & limitatur à sua causa, adducunt Authores illi, quod citant, & sequantur
185 *Angel. consf.* 346. *numer.* 1. *& seqq. Barbos. axiom.* 11. *à numer.* 4. *& Rot. in Romana seu Florentina* 19. *Junii* 1711. *in princ. coram Ansald.* ubi quod hoc patet ratione naturali, quodque nullum magis frequens magisque Familiare adagium datur, quàm, quod cessante causa, propter quam aliquid dispositum, fuit, cesset etiam illius dispositio.

Redit deinde contrarius Defensor ad debilitandum
186 Jus Matthæi, ex quo, licèt ipse intra Quadrimestre comparuerit coram Episcopo, petenda Institutionem in Beneficio, de quo agitur, ad quod, uti descendens à dilectissimo Fratre Institutionis Canonicatus fundatum Ius habebat, Ex literalis directa vocatione Fundatoris, non habebat tamen qualitatem Doctoratus, ab eodem Fundatore requisitam; sed huic sepè repetitæ, semperque insubsistenti obiectioni,
187 applicatur strangulatoria reflexio, supra adducta, quod qualitas Doctoratus, demandata intuitu erectionis Canonicatus, ad favorem Descendentium ab ejus germano Fratre, & sic in eorum favorem, Et consequenter per speciem, & ad similitudinem impedimenti impedientis, trahi non potest ad effectum impediendi consequutionem simplicis Beneficii, cum quo nullam omnino habet connexionem, nec ex Iuris di-
188 spositione, nec ex Fundatoris voluntate ex supra animadversis, Quibus addo alios citatos à *Piton. discept.* 103. *numer.* 36. ubi quod asserendo contrarium, inducta in favorem alicuius, retorquerentur in illius odium; adversus omnia Juris notoria principia, de quibus *Rota coram Priol. dec.* 403. *n.* 5.

Fortiùs, quia Sotius, nullo affinitatis, & consan-
189 guinitatis vinculo iunctus Fundatori, nec etiam talem qualitatem Doctoratus habet; Et quod magis est, neque etiam periit Pontificiam dispensationem, quam intra quadrimestre benignè obtinuit Matthæus,
190 & cuius vigore perinde habetur ac si tali qualitate præditus fuisset, etiam si illa (per modum falsæ hypothesis) respectu simplicis Beneficii requirentur, quod est prorsus insubsistent, ut supra observavimus.

Nec iuvat replicare, quod eadem Pontificia Gra-
191 tia dilationis assequioris Gradus doctoralis in Universitate Pisana, nulla sit, ex quo in illius impetratione non fuit expressum Summo Pontifici Ius illud, quòd ad controversum Beneficium habebat Sotius, uti præsentatus ab illis de Azzis, cui ius nominandi reliquerat Fundator Canonicatus in Cathedrali Aretina; Imò Summus Pontifex dictam prætensum Ius Sotii expressè præservaverat, mediante clausula illa,
192 *Dummodo de tempore Datæ præsentium non sic alteri Jus quæsitum* Ultra quod enim videtur nimis alienum à verisimili voluntate Fundatoris asserere, quam iste
193 ex una parte taliter requisiverit in descendentibus ab eius dilectissimo germano Fratre qualitatem Doctoratus, ut propter illius meram, & simplicem dilationem, à Summo Pontifice gratiosissimè obtentam, voluerit indignos reddere, prorsusque incapaces omnes eius consanguineos ad assequendos Redditus illos, quos in sudore sui vultus acquisiverat, quosve reliquerat suis Consanguineis honorifico titulo Canonicatus, Cathedrali Arentina erigendi.

Ex alia verò parte talem qualitatem laureæ do-
194 ctoralis nullo modo requisiverit in nominatione facienda de Extraneis ab eo, cui activum præsentandi plus concessit, quæ magna inverisimilitudo deservire congrue potest adversus omnes contrarias subtilitates, & criticationes voluntatis pii Fundatoris ex firmatis *per Rot. cor. Falconerio decis.* 5. *n.* 19. *sub titulo de Fideic.*
195 ubi, quod à simili, imo minori inverisimilitudine, superantur omnia ea, quæ in oppositum exagerari possunt in destructionem claræ voluntatis Fundatoris qui in nostro casu innegabiliter prædilexit omnes eius consanguineos, descendentes ab eius dilectissimo ger-
196 mano Fratre, ut considerando similem prælectionem firmavit egregia *Rota decis.* 98. *nu.* 4. *coram Duran.* ibi- *Multo magis istas, quorum Pater fuit ei notus, & dilectus.*

Cathegoricè respondemus, quod eadem *clausula dummodo &c. intelligitur de Jure valido, ex quo necessariò Præsentatus veniat instituendus*, sunt verba *Rotæ*, 197
cumulantis concordantes, *in dec.* 331. *n.* 14. *part.* 15. *rec.* quibus addo alios seqqutos ab eadem *Rota in Faventina Beneficii* 24. *Aprilis* 1705. §. *Nec obstat coram Kaunitz* ibi - *Nec obstat, quòd in Literis adsit clausula, dummo-* 198
do de tempore ætate præsentium non fuerit alteri jus quesitum, Quia ejus vigore censetur solummodo præservatum Jus validum, & radicatum, non autem minimè radicatum, & efficaciter non quæsitum.

Quod autem prætensum Jus Sotii nominati ab illis de Azzis, non fuerit, neque sit talis qualitatis, adeo solidis rationibus probatur indicta magistrali Decisione inclitæ Rotæ Florentinæ, felicissimo calamo extensa, à §. *Quibus non putavimus* usque ad §. 199
His omnino sedulo, ut (ultra hucusque animadversa (nihil clarius addi possit, nihilque efficacius adduci valeat ad ostendendum bonus ius Matthæi.

Quibus attentis, ex una parte excludere unum ex consanguineis Fundatoris, eique præferre Sotium prorsus extraneum, videtur æqualiter durunt, at- 200
que amarum, & forsan etiam iniquum, ut utar phrasi *Piton. discept. Ecclesiast.* 4. *numer.* 29.) sunt eius præcisa verba (*Videtur iniquum, quod unus hæredibus magis honoratis*,) quod in nostris terminis respectu illorum de Azzis verificatur in æquè nobili Jure, atque utili facultate nominandis ad Canonicatum, erigendum in Cathedralibus Aretina) *præ-* 201
sentando extraneum, excludere velit Consanguineum Fundatoris abutendo largitate, quam recepit & committendo ingratitudinem erga illum; Quæ æquali energia repetit *in Tractatu de Controv. patron. part.* 2. *allegat.* 51. *in princ.* ibi -- *Durat adhuc jus patron. passivum in sanguine Fundatoris, & ideo reiicienda omnino venit præsentatio extranei, facta per Communitatem, quæ hodie veniendo contra sanguinem Fundatoris, dicitur committere ingratitudinem contra illum, & abuti largitate, quam recepit.*

Ex alia verò prætendere, ut Mathæus qui nullam 202
partem facere omisit, recurrendo etiam ad Summum Pontificem, obtinenda Gratia simplicis dilationis consecutionis Laureæ doctoralis (licèt per Commutationem voluntatis piis Benefactoris, nullatenus necessariæ) ad hoc, ut fructus, & redictus posset Beneficiis, de quo est quæsito, ad quos percipiendos clarum ius habet ex directa, & immediata vocatione Fundatoris, prætendere inquam, ut absque sua culpa, illis privatus remaneat, nedum barbarum, sed prorsus inhumanum visum fuit *Rot. coram Ansaldo decis.* 62. *n.* 203
4. ibi - *Barbarum enim, & inhumanum foret, quod quis, non ex propria socordia &c. caderet à Jure suo.*

Quæ omnia nimis clara videntur, & tamen etiam si circa illorum admissionem aliqua remaneret difficul- 204
tas, quod tamen nullatenus subsistit neque potest in facto affirmari ex supra animadversis, & punctualiter firmatis in dicta fundatissima decision. Rotæ Florentinæ, Favore Matthæi emanatæ, semper, & in omni dubio pro eodem Matthæo esset respondendum, ad vitandum maximum illud inconveniens præferendi ex- 205
traneum Clerico Consanguineo, & prædilecto à Fundatore directè nominato, *cujus favore omnis in dubio capienda est interpretatio* sunt verba Rotæ *in Vercellen. Cappellaniæ* 4. *Julii* 1732. *in fine coram Millino.*

Et ita si Judex essent; constanti animo judicarem, 206
utendo phrasi *Decii consf.* 294. *num.* 10. prout ita indicavit doctus Judex in partibus.

DIS.

DISCEPTATIO V.

Ordinis Reformatorum S. Francisci Privilegiorum

PRO

Missionariis, ejusdem Religionis

ARGUMENTUM.

Missionariorum Privilegia an veniant sua generali revocatione Privilegiorum. Adducuntur Privilegia, eisdem Missionarii concessa à Summis Pontificibus Clementibus IX. X. & XI.

NOn nisi ille, qui experitur, credere potest quæ, & qualia patiantur, & summa patientia fuerant incommoda pauperes illi Religiosi Reformati S. Francisci, qui omnium divinorum divinissimis occupationibus se promptas, pacatosque exhibentes, in Animarum salutem in calidissimis Africæ Regionibus cooperantur in periculis Fluminum, in Latronum, & inter falsos Fratres, per aspera, & deserta Loca Arabiæ & Ethiopiæ incedentes, in vigiliis multis, in fame, & siti, in frigore, & nuditate, & in
1 multis aliis, quæ ipsis per dolorosam experimentalem notitiam cognita sunt, quæve in immensum crescunt, observando Regionum Ethiopiæ, Arabiæ, & aliarum conterminarum excessivos calores, diversa Climata, Ciborumque insalubres qualitates; Quibus attentis à tribus Clementibus Summis Pontificibus IX. X. & XI. intuitu dd. laborum eis gratiosissimè concessum fuit Privilegium, ut in reditu ad patrios Lares (quem tamen pauci experiuntur) eligere Sibi possint Conventum aliquem, in quo Vitam finire in Domino valeant; ut respectu Clementis IX.
2 patet ex Brevi, expedito die 10. Sept. 1668. quod incipit *Crediti Nobis cælitus*. Respectu Clementis X. ex alio Brevi, expedito die 31. Maii 1673. quod in-
3 cipit *Æquitatis, & justitiæ ratio*. Et respectu Clementis XI. Brevi expedito die 11. Januarii 1704. quod incipit *Justitiæ, & æquitatis ratio*, de quibus mentionem fecit in *tom. 2. part. 1 discept. 11. num. 23. & sequen.* & quæ per extensum registrantur in fine.

Hoc Privilegium concessum eis fuit, non sine matura causæ cognitione, *& de nonnullorum ex Vener.*
4 *Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationis Negociis Propagandæ Fidei præpositæ, super rebus Ethiopiæ specialiter deputatis, consilio*, sunt verba d. Brevis Clementis XI. Eodemque pacificè usi fuerunt omnes Præfecti dd. Missionum omnesque Missionarii, & Lectores Linguæ Arabicæ postquam per tempus, ab eadem Sacr. Congreg. eisdem præscriptum, suum Munus punctualiter adimpleverunt, ut est in nostra Reformatione notorium; Idque tam ante, quàm post
5 notam Constitutionem Benedicti XIII. quæ incipit *Universalis Ecclesiæ regimini* sub Datum diei 16. Novembris 1724.

Verùm, quia in eadem Constitutione Benedictina
6 demandatum fuit, ut infra.

Fratres verò, quibus per d. Ordinis Constitutiones Conventus, in quibus degant, pro suo arbitrio deligere concessum est, cùm ad præscriptum Regulæ, quam so-
7 *lemniter voverunt, nec Domum, nec Locum, nec aliquam rem in hoc Mundo sibi possint appropriare, ex nunc, & de cætero perpetuis futuris temporibus, omni usu in contrarium penitus sublato à Superioribus Generalibus, vel Provincialibus de Conventibus, eis magis acceptis, ea, qua decet, humilitate, sibi provideri postulent Superiores autem pro singularum meritis, & qualitate eos in Conventibus postulatis collocari procurent, sicut in Domino expedire vident.*

Ortum fuit dubium, an vigore dispositionum dd. trium Clementinorum Oraculorum hodie possint Missionarii eodem Privilegio uti, retardando proinde
8 uti ex dictis Religiosis Provinciæ Romanæ electionem d. Conventus, postquam idem Religiosus suum Munus strenuè adimplevit per annos quatuordecim moram faciendo in Regione illa, ubi D. N. J. C. natales habuit in Terris visus fuit, & cum Hominibus conversatus est, & per alios quatuor annos in Missionibus Ethiopiæ, & Ægypti superioris.

Licèt autem ad tollendum omne dubium sufficere videatur sola reflexio, quòd sumus in terminis Legis, seu Constitutionis, revocatoriæ antiquorum Privilegiorum, quæ proinde ita interpretari debeat, ut quò minùs fieri possit, dd. antiqua Privilegia corrigat, seu restringat, ad *Textum in leg. Præcipimus in fin. Cod. de Appellationib.* ibi: *Quidquid hac Lege specialiter non videtur expressum, id veterum Legum, Constitutionumque regulis omnes relictum intelligant*, & firmavit *per Rot. decis.* 845. *numer.* 5. *& 6. cor. Cerro, & in Romana Matrimonii 4. Februarii 1697. §. Et multò minùs cor. Ursin.*

Itaut proinde dum Constitutio Benedictina, nullam omninò mentionem facit dicti specialis Privilegii, Missionariis concessi in remunerationem magnorum laborum, utque alii ad huiusmodi labores alacriter subeundos stimulentur prout dicitur in d. Brevi Clementis X. & repetitur in d. alio Clementis XI. ibi: 10
Ut Operarii in Vinea Domini strenuè, utiliterque laborantes præmiis, & honoribus decorentur, quibus, & ipsi ad constanter in suis laboribus persistendum, & alii ad ejusmodi labores alacriter subeundos stimulentur, sed generaliter loquatur de similibus Privilegiis, vel ab Ordinis Constitutionibus concessit, vel usui, seu consuetudini innixis, nullo modo extendi debeat, minùsque restringere valeat d. Privilegium, oneroso titulo concessum, ut, præter supra allegatos, observant adducti per *Cobell. ad Bull. bon. regim. cap.* 11
9. num. 10. & seqq. & firmavit *Rot. in decis.* 576. *num. 16. p. 19. recentior.* & habemus in hac parte rotunda *Textum in leg. Attilius ff. de Donat.*

Nihilominus pro majori firmitate d. Privilegii electionis Conventus urgere videtur alia stringens reflexio, quod illud, uti concessum in remunerationem insignium laborum, & ærumnarum, quibus dd. Missionarii subjecti sunt per longum tempus eorum moræ in dd. aridis Regionibus Ethiopiæ, Ægypti, & Arabiæ nunquam dicitur revocatum sub generali mentione revocationis Privilegiorum ex adductis per
Felin. in cap. Novit num. 2. de Judic. Capyc. dec. 121. num. 16. Natt. cons. 268. num. 7. & seqq. Donat. Rer. reg. tom. 1. tract. 13. de Revocat. privil. qu. 4. num. 3. & q. 9 num. 1. & firmatis *per Rotam dec. 1293. coram Seraphin. & dicta dec. 556. nu. 16. p. 19. recentiorum.* 12

Quibus additur alia ratio, nimisque stringens congruentia, quod similia Privilegia passim concedi solent ad alliciendos alios ad idem Munus subeundum, juxta ea, quæ observant *D. Augustin. ad Cyrill Hierosolym. de Miracul. Hieronym.* ibi: *Minuit laborum pondus spes præmiorum, & D. Ambros. lib. 12. de Restitut. cap. 3. inter ejus Oper. tom. 4.* ibi: *Tolle Gubernatori perveniendi spem, & in mediis fluctibus incertus errabit; Tolle Luctatori Coronam, lentus, jacebit in Stadio; Tolle Piscatori capiendi efficaciam, desinet jactare Retia*, & concordat *Cassiod. Variar. lib. 2. epist.* 13
16. ibi: *Nutriunt sane præmiorum exempla virtutes nec quisquam est, qui non ad morum summa nitatur ascendere, quando irremuneratum non relinquitur &c.* & meliùs *Bonacin. Oper. moral. tom. 1. tit. de Hor. canonic. disput. 2. q. 5. punct. 6. num. 15. vers. Nec est*, ibi: *Expedit enim hoc illis permittere, ut periculo Vitæ amittendæ non deterreantur, allecti spe evadendi, & immunitatis præmio perfruendi.* 14

Et in præcisis terminis Privilegiorum, concessorum Missionariis, habemus dd. tria Oracula in fine per extensum registranda Clementis IX. ibi: *Ut autem hujus Ordinis Religiosi aliquo etiam temporali præmio alliciantur, animosque fortiùs intendant ad libentiùs semetipsos dicandum Sac. Missionum ministerio &c.* Et Clementis X. ibi: *Ut illis, qui in Ecclesia Dei strenuò laborarunt, præmia non desint, quibus aliis ad ejusmodi labores alacriter subeundos stimulentur &c. ac proinde*

inde Religiosi eorum labores aliquo honoris præmio decorari debere videantur , & Clementis XI. ibi : *Maximos labores sustineantur , quo verò eorum animi ponderi non succumbant in susceptis pro Catholicæ Fidei , Christianæque , Religionis propagatione laboribus hujusmodi confirmentur , & defessis , seu miecedem emeritis ,*
16 *non semper , & alacres , strenuique Operarii succedant spe alicujus honoris , & præmii sublevandi , & excitandi sunt* ,

Et propterea eò minùs dicendum est , quòd sub generali revocatione Privilegiorum veniat facultas, concessa Missionariis , sibi eligendi Conventum post reditum à Missionibus , attento d. speciali motivo illud concedendi ad alliciendum nimirum alios Religiosos ad similes labores pro Deo , & pro salute Animarum , pretioso sanguine D. N. J. C. redemptarum , alacriter subeundos , juxta ea , quæ in si-
17 mili observant *Vivjan. de Jurepatron. lib. 4. cap. 9. sub num. 56. Lotter. de Re benefic. lib. 1. quæst. 34. num. 17. & Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 30. num. 15. & disc. 68. num. 9. & 10.* & in proximis terminis *Natt. cons. 268. num. 7. & seqq.* ubi , quòd non solent Principes etiam de plenitudine potestatis auferre Privilegia , concessa subditis propter labores , & industrias, eo quia illa dicuntur concessa ad excitandos
18 Homines ad bona opera . Quæ si producunt respectu Principum secularium , & quod Privilegia , concessa intuitu laborum in profanis iuxta terminos in quibus loquutus præfati Doctores , multo magis videntur admittenda respectu Apostolicæ Sedis , & circa Privilegia , concernentia salutem Animarum , ad Textum *in lege . Cùm ratio ff. de Bon. Proscript.* & animadversa *per Alexand. cons. 75. num. 3. & 4. lib. 5. Fulgos. cons. 15. num. 2. & Rot. decis. 348. num. 13. part. 17. recent.*

Pro quorum faciliori admissione non omittimus observare , quod aliter interpretrando d. tria Oracula totidem summorum Pontificum , quod inducta in favorem Missionariorum recorquerentur in eorundem
19 odium ; & præjudicium , eò quia , nisi habuissent respectum ad dd. Privilegia , Missionariorum laboribus , & ærumnis concessa exercendo alia Religionis officia , potirentur hodie Muneribus , & prærogativis , competentibus Religiosis illius , qui , Missionibus omissis , per alios Religionis gradus incedunt, ut est in nostra Reformatione , & in omnibus religiosis Familiis notorium , quod non videtur tolerandum, uti oppositum utriusque Juris dispositioni ,
20 ut de Jure canonico videre est *in cap. Quod ob Gratiam de Regul. Jur. in 6.* ibi : *Quod ob gratiam alicujus conceditur , non est in eis dispendium retorquendum* , & de Jure civili in *leg. 24. ff. de Legib.* ibi : *Nulla ratio , aut æquitatis benignitas petitur , ut quæ salubriter pro hominum utilitate introducuntur , ea Nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem* , & *in leg. 6. Cod. eod.* ibi : *Quod*
21 *favore quorundam constitutum , est quibusdam casibus ad læsionem eorum nolumus inventum videri.*

Neque hujusmodi respectus ad laborum præmia alienus est à Religiosorum solito , & Christianorum usu, ut de Moyse scriptum reliquit *D. Paul. ad Hebr. 11. 26.* ibi : *Aspiciebat in remunerationem* , & de se
22 ipso testatus fuit *David. psalm. 118. 112.* ibi : *Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem* , ubi Card. Bellarm. ait. *Ego inclinavi cor meum , tanquam stateram , aut Bilancem ad Legem tuam faciendam , propter retributionem , quia videlicet considerari stipendium Legis tuæ.* Quod præcisè verificatur in nostris terminis pauperes Missionarii antequam assumerent idem laboriosissimum Munios, posuerunt in Staterá, seu Bilance eorum considerationis , Privilegia Missionarium ex una parte ex alia verò Munera Religionis , ista illis postponendo , ex quo illorum judicio inventa fueruut minus habentia pro eorum æterna salute ; Utriusque autem
23 privati remanerent, admittendo contrariam prætensionem quod non videtur tolerandum , ut exclamat *Cobell. ad Bull. bon. regim. cap. 34. art. 25. num. 1.* ubi , quod nisi crederent Homines sibi servanda esse Privilegia , alicui Officio annexa , nemo eadem Officia exercerent , quando aliis adductis sequutus fui 24
in tom. 5. part. 2. discept. 8. num. 81.

Tenor dd. trium Oraculorum totidem Summorum Pontificum Clementium IX. X. & XI. est sequens .

Clemens Papa IX. Ad perpetuam rei memoriam. Crediti Nobis cælitus sacrosancti Apostolatus Officii ratio exigit , ut illis , quæ pro felici Studiorum Christianæ Religionis propagandæ , Catolicæque Fidei 25
tuendæ consilio sapienter Institutorum , statu , ac progressu proinde constituta esse noscuntur, quò firmiùs subsistant , & serventur exactiùs , Apostolici muniminis adiungamus firmitatem . Alias siquidem emanarunt à Congregatione Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium , Negotiis Propagandæ Fidei præpositorum pro fælici , prosperoque Studii Linguę Arabicæ , & Controversiarum in Conventu Sancti Petri in Monte Aureo de Urbe Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de observantia Reformatorum nuncupat. Instituti regimine, & gubernio , ac ad studiorum animos , ut sedulam litteris operam navando in bonos , atque aptos ad laborandum in Vinea Domini Operarios evadere satagant, congruis laborum præmiis incitandos , nonnulla decreta , & ordinationes tenoris sequentis , qui sequitur videlicet &c. *Ut autem hujus Ordinis Religiosi aliquo etiam* temporali præmio alliciantur , animosque fortiùs intendant ad libentius semetipsos dicandos , S. Missionum Ministerio , & consequenter etiam studio præfato veluti ad Missiones ipsas directos Missionarii , ac respectivè studentes , iisque sequuntur potiantur Privilegiis &c. *Liceat pariter iis , qui commendabiliter duodecim annorum spatio Sac. Congregationi in Missionibus inservierint* , *post reditum* , *unum ex principalibus propriæ Provincię Conventibus sibi diligere* , eorumque locus sit post ultimum Diffinitorem &c. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos , etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari , & definiri debere, ac irritum , & inane , si secus super his a quoquam , quavis authoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari , non obstan. &c. Dat. Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Septembris 1668. Pontificatus nostri anno secundo &c.

Clemens Papa X. Ad perpetuam rei memoriam *Aequitatis , & iustitiæ ratio exigit , ut illis , qui in Ecclesia Dei strenue laborarunt , præmia non desint , quibus , & ipsorum honorificentiæ consulatur ; & aliis ad eiusmodi labores alacriter subeundos stimulentur* . Cùm itaque, sicut Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Car- 26
dinales, Negotiis Propagandæ Fidei præpositæ, Nobis nuper exposuerunt , Pręfecti Missionum , & Lectores Linguæ Arabicæ , & Controversiarum in Collegio Sancti Petri in Monte Aureo de Urbe Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum in Ecclesia Dei , & Religionis obsequium , atque præsidium egregiam laudabilemque operam præstent , ac proindè Religiosi eorum labores aliquo honoris præmio decorari debere videantur; Nos ex commissæ Nobis cęlitus dispensationis munere illorum honorificentiæ consulere, & Cardinalium præfatorum supplicationibus Nobis super hoc humilliter porrectis , favorabiliter annuere volentes *ex Præfecti Missionum , & ex Lectoribus Linguæ Arabicæ , & Controversiarum Collegii prædicti , ut post Completum tempus Præfecturæ , & Lectoratus respectivè a Congregatione prædd. Cardinalium, in suis Decretis taxatum* , omnibus , & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis &c. Decernentis easdem præsentes litteras semper firmas , validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere , ac illis ad quos spectat , & pro tempore spectabit in omnibus , & per omnia plenissimè suffragari ; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios , & delegatos

tos Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris Die 31. Maii 1673. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Clemens Papa XI. Ad perpetuam rei memoriam *Justitiæ, & æquitatis ratio postulat, ut Operarii in Vinea Domini strenuè, utiliterque laborantes, præmiis, & ho-*
17 *noribus decorentur, quibus, & ipsi ad constanter in suis laboribus persistendum, & alii ad ejusmodi labores alacriter subeundos, stimulentur.* Cùm itaque (sicut accepimus) Fratres Missionarii Ordinis Minorum S. Francisci de observantia Reformatorum nuncupatorum in Æthiopiam pro tempore deputati, sive illuc ex Europa se conferendo propter itinerum, per aspera, & deserta Loca, Montesque agendorum difficultates, & pericula, sive ibi commorando, propter immodicos illarum Regionum calores, & diversi Climatis, ciborumque insalubrium qualitates, eorum naturæ contrarias, maximos labores substineant, quo verò eorum animo ponderi non succumbant, in susceptis pro Catholicæ Fidei Christianæque Religionis propagatione laboribus hujusmodi confirmentur, & defessis, seu mercedem emeritis, novi semper, & alacres, strenuique Operarii succedant; spe alicujus honoris, & præmii sublevandi, & excitandi sunt; Hinc est, quod nox ex commissæ nobis Cœlitus dispensationis munere illorum honorificentiæ consulere volentes, de nonnullorum, ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationis negotiis Propagandæ Fidei præpositæ, super rebus Æthiopiæ specialiter deputatis, consilio, ac motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine dictis Fratribus Missionariis, ut post servitium seu Ministerium in Missione Æthiopiæ per duodecim annos dicatur Congregationi Cardinalium perseverantur, & laudabiliter præscriptum, si ad suas proprias dicti Ordinis Provincias redire voluerint; reversi, omnibus, & singulis Privilegiis, & prærogativis &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XI. Januar. 1704. Pontificatus nostri Anno IV. F. Oliverius.

DISCEPTATIO VI.

Arelaten. Ordinis Subdiaconatus

INTER

Josephum de Scudier de Baudier

ET

Ludovicum Antonium Athanasium de Scudier

ARGUMENTUM.

In Ordine Subdiaconatus, qui prætenditur per vim, & metum susceptus, quando denegari, vel concedi soleat Dispensatio.

QUæritur in primo dubio, Dubio, *An Ludovicus Antonius Athanasius de Scudier Subdiaconus teneatur ad Votum continentiæ, ejus Ordini Subdiaconatus annexum*, sive illud constitutum fuerit ex Ecclesiæ
1 Statuto, sive a principio fuerit de substantia ejusdem Ordinis, juxta ea, quæ notant communiter *Repetentes in cap. A multis de Ætat. & qualitat.* & signanter *Gonzal. lit. C.* cum aliis sequutis *à Schiar. in Theolog. Bellic. §. 5. sub numer. 43.* Circa quod, uti extraneum à nostris Dubiis, non expedit immorari. Pro cujus affirmativa resolutione, dicimus nihil esse magis naturale est, Hominibusque convenientius, quàm promissa servare, juxtà illud *Psalm. 75. 12. Vovete, &*
2 *reddite &c.* circa quod generaliter habemus Textus literales *in leg. 1. ff. de Pact. & in leg. Nihil ità Cod. de Transact.* & in nostris terminis celebrem authoritatem *S. Urbani primi Papæ in Epist. de Rerum communion.* impressa *inter Opera S. Clementis Papæ*, Parisiis edita anno 1568. *fol. 200.* ibi -- *Satius est non vovere, quàm Votum non perficere.*

Et in præcisis terminis Voti Subdiaconatus, Partibus acerrimè informantibus, habemus quatuor magistrales Decisiones *in Parmen. Nullitatis Ordinis*, impressas *in part. 6. rec. 40. & dec. 325. & dec. 331. & 343.* suntque punctualiores Resolutiones hujus Sacræ Con- 3
gregationis *in Hispalen. Nullitatis Ordinis 25. Martii & 2. Maii 1716.* in qua disputaio sequenti Dubio, *An constet de nullitate collationis Ordinis*, qui prætendebatur susceptus per vim, & metum, illud resolutum fuit cum Rescripto *Negative, & amplius*; Attento quòd Subdiaconus nullam emiserat Protestationem in actu susceptionis ejusdem Ordinis, & reclamaverat solùm post triennium à morte Patris, & *in Monasterien. Nullitatis Ordinis*, in qua pariter *diebus 20. Novem-* 4
bris 1823. & 15. Januarii 1724. disputatum fuit Dubium; *An Orator teneretur ad Votum continentiæ*, & resolutum cum Rescripto *Affirmativè*, non obstante eodem prætextu metus, licèt Orator nunquam exercuisset actum aliquem; Subdiaconatui annexum, ut testabatur Episcopus, & advertitur *in Folio dicta die distributo §. Et pro coronide*, ibi -- *Ab eodem Apostolico Administratore transmissum fuit Hermanni Antonii Jura-* 5
mentum, de Ordine Subdiaconatus, recepto per vim, & metum, & quod eum nunquam exercuisset.

Licet autem, quando concludenter probatur metus in præciso tempore susceptionis ejusdem Ordinis, cum qualitate illa, ut cadat in constantem Virum, illius collatio de nullitate notari possit, juxta firmata *per Rot. in* decisione, per Contradictas emanata *coram Emerix jun. la 87.* In nostris terminis talis prætextus 6
inallegabilis est ex sola qualitate Subdiaconi Oratoris, ex quo iste in sua juventute ad Bellum processit, in eoque strenuitatis suæ vires ostendit; Cui proindè ab eodem Bello reverso, & proindè ex numero illorum, qui nullam pietatem exercere solent, quando Castra sequuntur juxta vulgatum illud Nulla fides, pietatesque Viris, qui Castra sequuntur, non de facili metus incussus dici potest, ut advertunt communiter *Repetentes in c. Consultationi de Sponsal;* & signanter *Butr. nu. 4. Præposit. n. 23. & Fagn. n. 14 Sanch. de Matrim. lib. 4. di-* 7
sput. 17. n. 2. & Rot. dec. 9. nu. 38. cor. Arguelles, & tamen idem prætensus metus concludentissimè excluditur in nostro casu, non solùm ex spontanea consequutione Canonicatus, & Præceptoriæ in Collegiata Ecclesia S. Ægidii, Nemausensis Diœcesis, sed multò magis ex ejus pacifica Possessione, & Fructuum perceptione per quinque annos liberè continuata, hoc est ab anno 1724. usque ad mensem Aprilis 1729. isti siquidem, æquè replicati ac spontanei actus continuæ assistentiæ Choro, & fructuum perceptiones, omnem prætextum metus excludunt, ut omissis generalibus, in nostris præcisis terminis firmavit *Rota in decis. 40.* 8
numero decimo, & 11., & decisio 325. num. 5. & sexto, parte sexta recent. ibi -- *Et ex retentione Canonicatus, & perceptione fructuum per multos annos prætenditur purgatio metus, nam ex spontanea administratione metus purgatur.* -

Tarditas etiam in allegando talem prætextum metus mirabiliter prædicta omnia confirmat; Non enim debebat Athanasius tam magnam rem tandiù reticere, jux- 9
ta verba *Textus in leg. Si quis forte §. primo ff. de Pæn.* & concordant adducti per *Oldrad. consf. 185.* à quo dictum Textum didicisse fatetur *Cravett. consf. 148. num. 12.* teste *Ansald. dec. 26. n. 4.*

Cæterùm, quid adhuc in hac parte egemus Testibus, aliisque probationibus ad excludendum dictum prætensum metum? Dum habemus æquè seriam, ac claram confessionem ejusdem Athanasii in Epistola ad Patruum scripta die 5. Apr. 1729. omnes principium metus, & assertarum violentiarum prorsus excludentis, ibi -- 10
Voi sapete ciò, che lo ò promesso a quelle Persone, e si sono ostinati ad arrischiar tutto per ottenere la mia Dispensa, questo e il loro grande affare. Voi credete che Io non dirò niente, che sia falso, ne che mi sia stata fatta alcuna violenza, che essi non lo richiedono, e si contentano, che Io dica, che ò abbracciato senza vocazione lo Stato ecclesiastico --; Quantam enim vim, quantamque efficaciam habeat Principalis confessio ad veritatem eruendam, nemò ignorat, in conflictu etiam non

11 non unius, vel alterius Testis, sed integri Exercitus Testium, juxta phrasim *Covaruv. de Sponsal. tit. 2. part. 2. nu. 2.*, & concordant adducti *per Rotam in decis. 317. num. 8. coram Buratto, & in Hispalen. Separationis Thori 27. Februarii 1636. §. Sed quod coram Macchiavello, & in Colonien. Illegitimitatis 6. Maii 1653. §. Quorum coram Verospio*; Multò igitur magis id verum erit in nostro casu, in quo Testes, exadverso inducti, sunt solùm quinque, &, quod magis est, illi comprobant potiùs, quàm destruant, eandem confessionem Athanasii.

Primus enim, Cladius le Combe, Canonicus Capituli S. Ægidii, nihil aliud asserit, quàm scire per publicam vocem, & communem famam, *che li Parenti gli avevono fatto abbracciare lo Stato ecclesiastico senza vocazione*; Cùmque non exprimat nomina illorum, à quibus id audivisse asserit, nullum probationis gradum con-
12 stituit *Ancharan. in cap. Licet causam nu. 4. de Probation. Rota*, citans multos concordantes *in decis. 348. numer. 1. part. 2. & decis. 304. num. 4. part. 14. recent.* ibi -- *Deponunt de auditu, non exprimendo à quibus audierunt, & propterea nullam gradum probationis constituunt.*

Secundus, Antonius le Genre, Canonicus pariter ejusdem Ecclesiæ, retorquetur potiùs, non solùm, quia negat dictam publicam vocem, & famam, sed asseren-
13 do, ibi -- *Che non à mai udito dire, che li suoi Parenti l'abbiano violentato per abbraciare lo Stato ecclesiastico.*

Maiori claritate retorquetur tertius Ludovicus Daure Villiers, hæc asserens -- *Non sà altra cosa, se non che il Signor' Atanasio di Scudier, con il quale aveva una
14 stretta amicizia, gli à detto spesso volte, che suo Padre, e suo Zio lo consegliavano di abbracciare lo Stato ecclesiastico, senza però lamentarsi di alcuna forza, o violenza, fattagli per parte loro.*

Ubi igitur sunt illi Corporis magni cruciatus, vulnera, verbera, terribiles minæ, ortum habentes ab illo, qui est terribilis naturæ, solitusque illas exequi, necnon maxima pericula amissionis Vitæ, vel Bonorum? Quæ in nostris terminis adduci solent à Doctoribus ad probandum, aliquem per vim, & metum inductum fuisse ad
15 emittendam Professionem, vel ad suscipiendum Ordinem Sacrum, ut videre est apud adductos *ad Iranc. de Protest. confid. 55. numer. 3. Pignatell. consult. 137. num. 16. & seqq. Tom. 9. Ciarlin. contr. 188. sub num. 1. & num. 55. & Rota decis. 25. num. 49. coram Arguell. & in part. 13. decis. 211. num. 10. & in part. 14. decis. 134. num. 13. & in part. 16. decis. 212. numer. 1.* & in præcisis terminis metus, qui prætendebatur incussus Subdiacono, *dec. 40. num. 5. par. 6. recent.*

Cum quibus concordat quartus Henricus de Brosson, testans, non solùm de inclinatione ejusdem Athanasii amplectendi Statum ecclesiasticum, sed nihil omnino scire de prætensis violentiis, ab ipso exageratis --
16 *In quanto alla violenza, enunciata nella Supplica, Egli non ne à alcuna cognizione, e che sà solamente, che il detto de Scudier, essendo allo Spirito Santo con il Regimento, egli voleva lasciarlo per ritornare nello Stato Ecclesiastico.*

Neque dissentit Joannes Franciscus Troudier, quintus Testis, asserens solum, Athanasium suscepisse Ordinem Subdiaconatus ea intentione, ut obtinere posset Canonicatum, & alia Beneficia Ecclesiastico; Hunc etenim Prætextum, quatenus in facto subsistat, judicandum relinquimus Confessariis, an scilicet, & qualem culpam contineat, à dicta intentione moveri ad expiscanda Ecclesiastica Beneficia; Cæterum ad effectum validitatis, vel nullitatis Ordinis, Ecclesia non judicat de interno, illudque relinquit judicandum ei, qui Hominum intentionis Scrutator est, & Cognitor
17 secretorum Cordis, ut advertit *Thom. secunda secundæ, quæst. 100. art. 6.* & notat *Fagnan. in cap. Tuæ Nos nu. 41. de Simon.*

Merentur autem specialem animadversionem verba illa hujus Testis: *In riguardo della violenza, espressa nella Supplica, come essendovi stata fatta dalli sui Padre, e Madre, e da suo Zio, à udito dire solamente al detto Signor' Atanasio de Scudier, che li suoi Padre, e Madre, e Zio non l'avevano mai violentato in una certa maniera per prendere lo Scolastico, ed il Suddiaconato.* Ex illis enim tali evidentia exluditur prætextus violentiæ à dicto Teste, exadverso inducto, & producto, ut etiamsi ille 18
esset unicus, eundem prætextum violentiarum, & metus evidentissimè excluderet, ut in punctualibus terminis resolvit hæc *Sacra Congregatio in Placentina, seu Papien. Nullitatis Professionis 4. Junii 1707.* in qua procedendo cum depositione unius Testis, adducto ad probandum metum, & violentias in actu Professionis illatas, illasque per similia verba excludens, respondit, de 19
illis non constare, ut videre est *in tom. 2. part. 2. discept. 41. num. 82. & 114.*

Quantam autem fidem mereantur Testes, à Parte inducit, qualemque, & qualem faciant probationem contra eandem, notorium est, & advertunt *Adden. ad 20
Ludovis. decis. 15. numer. 9. & Rot. decis. 36. num. 4. coram Merlin. & decis. 769. num. 5. coram Zarat. & decis. 151. num. 32.*

Veritatem hanc agnoscit etiam Athanasius, seu veriùs Director, & Instigator præsentis Litis, & propterea procuratum fuit, absque ullo tamen Jurisdictionis 21
principio, ut examinarentur aliis Testes additionales in Archiepiscopali Curia Arelaten.

Cæterùm omisso, quòd isti Testes additionales, uti nulliter examinatis, nullam merentur attentionem; Ad tollendam omnem contrarium prætextum, observatione dignum est, quod nihil aliud deponunt, neque 22
alium in Authorem eorum dicti adducunt, præter Athanasium, asserentes, ipsum recepisse Ordinem Subdiaconatus ad effectum assequendi Canonicatum, quem Patruus illi resignare paratus erat.

Ultra autem congruas responsiones supra adductas, quod iidē Testes uti deponentes de auditu ab Athanasio, nihil probant, ne major fides detur Copiæ, quam Ori- 23
ginali, adversus dispositionem *Textus in cap. Licet ex quoddam de Testib.* quem sequuntur adducti *in decis. 8. numer. 23. coram Arguelles, & in Cavallicen. 15. Junii 1696. §. Similiter coram Olmo*; Sola temporis circumstantia resignationes d. Canonicatus, deservire valet pro adequata responsione; In facto enim constans est, quod Athanasius insignitus fuit Ordine Subdiaconatus mense Septembris 1724. Patruum verò constituisse Procuratorem ad ei resignandum Canonicatum mense Januario sequentis anni 1725. & sic eo tempore, quo Pa- 24
trimonii titulo jam fuerat ad Subdiaconatus Ordinem sponte promotus, quod ultra fassus fuit idem Athanasius ibi -- *A detto, esposto, e dichiarato &c. che il suo Zio li rassegnò il suo Beneficio, e che doppo fù ordinato Subdiacono.* Quæ omnia clarè excludunt eumdem prætextum susceptionis Ordinis Sacri intuitu futuræ consequutionis ejusdem Canonicatus, ex quo poterat etiam illum obtinere, tanquam Clericus, & de facto priùs illum jam obtinuerat, & per multos menses retinuerat.

Observando præcipuè, quod ista intentio Athanasii, ejusque cupiditatis, & desiderium possidendi Bona Ecclesiastica, uti soli Deo nota, in forensibus Judiciis in nulla habetur consideratione ex supra allegatis, ad quem effectum probandæ essent, & quidem concludentissimè 25
minæ antecedentes, *cruciatus Corporis, Carceris, mortis, privationis alicujus opulentissimæ Hæreditatis*, juxta præcisa verba *Sac. Rot. dicta decis. 49. num. 5. part. 6. recent.*

Hæc sufficerent, quando etiam adversus rei veritatem exadverso suasiones Parentum, ad hoc, ut illorum Filius clericali Militiæ adscriberetur, egregiè *Rot. dec. 343. 26
num. 18. par. 6. rec.* ibi -- *Non deponunt, nisi de suasionibus, quæ nullum pariunt effectum in casu, de quo agitur.* Minusque habetur in aliqua consideratione expressus animus Ordinati, in mente retentus, non suscipiendi Or- 27
dinem Sacrum, ex animadversis per *Gavard. de Sacram. tit. de Matrim. quæst. 3. art. 2. numer. 24. fol. 611.*

Non attento quod Athanasius non exercuerit Ordinem Subdiaconatus; Ultra quod enim superabundare videtur reflexio, quod suæ Ecclesiæ continuò inservivit, assistendo cum aliis Canonicis in Choro, omnibusque aliis Ecclesiasticis Functionibus proprriosque Reddituus punctualiter exigendo, & extendendo ad sui libitum Cathegoricè respondemus, quod impedimentum, dirimens Matrimonium, resultans ab Ordines Subdiaco- 28
natus, non innititur exercitio, sed collationi, seu susceptioni

ptioni ejusdem Ordinis, cui annexum est castitatis Votum *can. Diaconatus dist. 27. cap. unic. de Vot. & Concil. Trident. sess. 24. can. 9.* Quibus attentis *hæc Sac. Congregatio in d. Moguntina Nullitatis Ordinis* 20. *Novemb.* 1723. & 15. *Januarii* 1724. in nulla prorsus consideratione habuit eandem circumstantiam non exercitii Ordinis Subdiaconatus ab illo, qui prætendebat illum suscepisse per vim, & metum.

In quorum omnium comprobationem, & pro il-
29 lorum faciliori admissione, duo nimis urgere videntur.

Primum nimirum facti series, ex quo constat, quod motivum contrariæ Petitionis ortum habet, & progressum obtinuit, a promissione Athanasii ducendi in
30 Uxorem illam, quàm sub fide Matrimonii cognovit, *Questo e il loro grande affare, se non vi riescono, eccomi quietato tutto il resto da miei giorni, e senza alcun rimorso di aver mancato di parola.* Quantùm autem futilis sit, quantumve insubsistens prætextus *di mantener la parola* Puellis stupratis ab illis, qui continentiæ Votum emiserunt, de se patet, quia illo admisso, aperta esset magna, & spatiosa via adversus Votorum observantiam, & Consideranti manifestum est, quod permittendum non
31 esse in proximis terminis notant *Less. de Just. & Jur. lib. 2. cap 42. dub. 10 num. 49 & Pac. Jordan. var. lucubr. lib. 14. tit 21. num. 55.*

Secundum verò desumitur ex illis claris verbis. Filii. Amantissimi Genitoris, plusquam sexagenarii; *Dichiara avvanti Iddio, alla Santità di Nostro Signore, alla Sagr. Congregazione, che niun motivo d' interesse lo spinge di farsi Oppositore alla pazza risoluzione di suo Figliuolo,*
32 *mentre egli lo conserva, come suo caro Figlio in tutti li suoi diritti di successione, protestando che egli non à detto niente contro la sua conscienza, e la verità, e per mettersi in sicuro dalle calunnie, con le quali il suo caro Figlio l' hà voluto opprimere, di avere usata la forza, e violenza contro di Lui per indurlo à farsi ordinare Suddiacono, e glie la perdona con tutto il cuore*; Quæ declaratio ad nostrum effectum omnem meretur considerationem, quia non est præsumendum, quod ad talem seriam, juratamque declarationem devenisset coram Deo, & Hominibus, nisi veritas ita se haberet, juxta ani-
33 madversa per *Rot. dec.* 153. *numero primo, part. 19. recent.* ibi -- *Nullo modo sit præsumendum, quod voluerit mentiri in præjudicium, & damnationem propriæ Animæ.*

Et ex his remanet abundè satisfactum secundo Dubio,
34 *An sit locus dispensationi*, quæ in his terminis facilè concedi non solet, ut practicavit *hoc Sac. Congregatio in d. Moguntina Nullitatis Ordinis 20. Novemb.* 1723. & 15. *Jan.* 1624. *ad secundum Dubium*, quando illam rotundè denegavit, ne aperiatur via committendi passim Stupra ex facilitate obtinendi dispensationes à vinculo Voti servandi Castitatem.

Licèt autem ad nostrum effectum aliqui Theologi asserant, non requiri causam publicam, omnes tamen conveniunt, quòd illa debet esse magna, & urgens,
35 ex adductis per *Menoch. de Arbitr. lib. 2. centur. 5. numer.* 10. ibi -- *Modò magna, & urgenti causa id faciat, & Dandin. de Suspect. de Hæres. cap. 3. sect. 1. subject. 1. §. 2. num. 9.* Debetque esse talis naturæ, & qualitatis, ut apta sit compensare tantum bonum, quantum est illud, quod provenit à continentia Sacr. Ordinibus Initiati, juxta
36 originalem doctrinam *Cajetan. in Opusc. tom. 1. Tract. de dispens. Matrim. in occident. Eccles. qu. unic. vers. quorum*, ibi -- *Cùm rationabilis causa dispensandi in Voto castitatis possit esse, non sola utilitas publica, civilis, aut Ecclesiastica, se aliquod aliud majus bonum, nunc, & hic, & ab hoc, quàm servata castitas &c., & Cajetanum* sequuntur *Suar. de Relig. tom. 3. lib. 9. de Vot. castit. cap. 20. num. fin. de Rub. apud Spad. consf. 169. numer. 8. tom. 1. & Dian. coordin.* citans alios concordantes, *Oper. mor. tom.*
37 *3. tract. 1. de Potest. Pontif. in ordin. ad Sacram. resol. 79. num. 4.* An autem contrarius prætextus talis naturæ sit, ut d. magnæ, & urgenti causæ æquivaleat, aliis judicandum relinquimus.

Ex quibus nulla vis fieri potest in Relatione Archiepiscopi Arelatensis, Ultra quod enim in illa se refert ad *una Copia in forma probante di tutte le formalità giuridiche, che sono state fatte, li Originali delle quali si trovano nell' Officio della mia Officialità*, hodiè in Secretaria existente, & propterea, cùm ex Testibus, in eodem Processu contentis, nullatenus constet de
metu talis naturæ; ut dici possit, constare de Ordine, suscepto per vim, & metum, in prædicta Relatione nullatenus figi possunt pedes, ex firmatis per *Rot. dec.* 208. *num.* 4. *cor. Bich. & decis.* 390. *num.* 15. *coram Priol.* 38

Dicimus, prætensum metum reverentialem, à quo ipse movetur ad inclinandum pro Dispensatione, ibi -- *Vi è molta apparenza, che il Signor Antonio Atanasio di Escudier &c. è stato indotto dal timore reverenziale a ricevere l' Ordine del Subdiacono*, non esse alicujus efficaciæ, quando (ut in præsenti, ad unguem verificatur) non est junctus cum minis illius, qui eas exequi solitus est, nec non quando non est junctus cum natura crudeli, & terribili Patris, & ob periculum mali gravis; Quod à veritate adeo alienum est, ut neque exadverso allegetur ut uno ore observant 40 adducti per *Lezzan consult. 47. numer. 15. tom. 4. Castill. controv. forens. lib. 1. capit. 108. numer. 37. & seq. Corrad. in Prax. benefic. libr. 5. capitulo, 14. numero octavo, in fin. & numero, decimo & Rot. decis. 975. num. 29. cor. Dunozett. jun.* 39

Cohærenter ad ea, quæ observavit in *Instit. crim. lib. 1. tit. 8. numer. 36.* cum aliis apud *Card. de Albic. de Inconst. in Fid. cap. 56. num. 134. & pluribus seqq.* ultro admittimus, residere in Summo Pontifice *quella pienezza di potestà per disciogliere li Legami sagri, con li quali è stato legato l' Oratore*, quam idem Episcopus ex Gratia implorat; Sed respondemus, quòd, cùm Summus Pontifex contrariam Instantiam remiserit huic Sacr. Congregationi, quæ ad terminos Juris resolvere solet Dubia, ut in principio cujuslibet Folii solemnissimè protestatur, Preces contrariæ, non ex suprema potestate Summi Pontificis, sed de Jure discutiendæ, & ponderandæ sunt, nec non diligenter observandum est, 42 an concurrat aliqua magna causa ad d. effectum necessaria, egregiè *Rot. in decis.* 1042. *à numer. 6. coram Emer. jun.* ubi, quòd quando Papa remittit Instantias Partium ad Urbis Tribunalia, non habentur in 43 aliqua consideratione Motiva Gratiarum, & meliùs in *Romana, seu Januen. Legati 5. Maii 1698. §. Sed omisso cor. Card. de la Tremoille*, ibi -- *Si enim illam suprema potestate impartire voluisset, cur nostro Auditorio Causæ cognitionem delegasset?* 41

Concordamus autem in Juris recepta propositione, quod Ordo Sacer, per vim, & metum susceptus, non obliget ad continentiam, neque ad ejusdem Voti observantiam, sed discordamus in facto, quia de prætenso metu, cum quo asseritur exadverso, Athanasium Ordinem Subdiaconatus suscepisse, non solùm nulla omnino probatio, & quidem concludentissima adducitur in Summario sed (si excipimus verba, & gratuitas assertiones ejusdem Athanasii, cui nulla in hac 44 parte fides danda est, ad *Textum literalem in leg. Omnibus Cod. de Testib.* ibi -- *Omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem Jura submoverunt*, cum concordantibus apud *Rot. decis.* 425. *num.* 13. *coram Priolo,*) potiùs ex omnibus Testibus, in contrario Summario registratis, idem metus clarissimè excluditur, ex animadversis supra, ubi sigillatim considerando omnia Dicta Testium, id remanet evidens, 45 eo quia ex ore ipsiusmet Athanasii asserunt, *che suo Padre, e suo Zio lo consegliavano ad abbracciare lo Stato Ecclesiastico, senza però lamentarsi di alcuna forza, o violenza, fattali per parte loro.*

In nostris autem terminis persuasiones in nulla prorsus habentur consideratione ad probandum metum talis naturæ; ut importet nullitatem Ordinis Sacri; illis mediantibus suscepti, egregiè *Rota*, loquens in puncto nostri casus, *in decis.* 343. *num.* 18. *part.* 6. *rec.* Ea ratione, quia ad dictum effectum *vis, & metus* 46 *consistere debent in cruciatu Corporis, vel minis Carceris, mortis, vel privationis alicujus opulentissimæ hæreditatis*, sunt verba *Sac. Rotæ*, loquentis pariter in puncto

puncto nostri casus, in *decis. 40. numer. 5. ead. part. 6. recent.*

Omitti proinde poterat Resolutio hujus Sacræ Congregationis, uti punctualis exadverso allegata, in *Ipren. Dispensationis 5. Augusti* 1719. Quia in illius casu de metu, Subdiacono incusso, ultra alias probationes, adductas in Summario, Testis, omni exceptione major, erat
47 Card. Bentivolus, tunc temporis Galliarum Nuncius, ut dicitur in Folio, d. die distributo §. *Respondit*, ibi -- *Reverendissimus Nuncius Galliarum, sibi constare asserit, quòd revera Maximilianus per vim, & metum &c. Subdiaconus factus est.*

Iisdem pariter terminis est casus alterius Resolutionis hujus Sacræ Congregationis in *Parisien. 25. Januarii* 1721. Inibi enim multas alias concludentes probationes metus, coronabat solemnis Attestatio Card. de Bissì,
48 sex probationes species complectens, registratas in Folio, d. die distributo, *a §. Per hanc Sententiam usque ad §. Refert denique.* Imò præter d. Epistolam ejusdem Card. de Bissì *in qua testabatur, se plures Testes audivisse, d. metu deponentes*, sunt verba Folii, d. die di-
49 stributi *§. Pro suadendo, affertur alia Epistola P. de Taurnemine, scripta Sanctissimo D. N. una cum Testimonio Parochi S. Sulpitii, in quibus invitus Caroli animus, Patris durities, ejusque malæ artes, ut Filius Sac. Ordines reciperet exponuntur.*

Concurrebat ulterius *in d. Parisien.* circumstantia illa, quod Pater Ordinati, violentæ naturæ, *nedum Filio exhæredationem minatus fuerat*, sunt verba Folii, distributi in *hac Sacra Congregatione die 25. Januarii* 1721. *§. Dicit, sed eum utpote spatio sex annorum Or-*
50 *dines recipere recusantem, spoliasse annuo redditu duarum millium centum, & amplius Librarum Turonensium, illi assignatarum* - quarum amissio uno ore à Doctoribus reputatur metus, cadens in constantissimum Virum; ut videre est apud *Sanch. de Matrim. lib. 4. disp. 5.*
51 *num. 21. & 22. Pont. eod. tract. lib. 4. cap. 4. num. 9.* & firmavit *Rota decis. 732. num. 9. coram Emerix. Jun. & dec. 38. num. 3. part. 16. recent.* Imò *Rota coram Dunozett. Jun. decis. 975. numer.* 10. similem metum amissionis maioris partis Bonorum æquiparat metui mortis, & rationem adducit *Bos. de Matrim. cap. 12. num. 42. & seq.* ibi - *Cùm*
52 *Patrimonium Vita Hominis existimetur, juxta illud. Pecunia est Anima miseris Mortalibus, metus amissionis Patrimonii æquiparatur mortis timori*, quæ omnia longe distant à nostro casu.

Quanta autem, & qualis fides danda sit dd. nobilissimis, & eminentissimis Testibus, de se patet, & habemus *Textum in can. Nobilissimus 87. dist.* cum concordan-
53 tibus sequutis à *Rot. in decis. 83. num. 25. coram Ansald. & in Leodien. Dismembrationis 25. Junii 1715. §. Quod verò coram Lancetta, & in Romana Pecuniaria 26. Februarii 1725. §. Frustra cor. Cerro.*

Prætextu metus reverentialis non probatur in facto, neque relevaret in Jure. „ Omnium enim verissima opinio, & sine dubio tenenda est, timorem reverentialem, non nude, aut solitariè sumptum, sed adminiculatum, & coniunctum cum timore alicuius mali imminentis, vel minis ipsius, vel precibus importunis, vel quando incutitur à Persona, vel propter Personam, quæ est severa, aut terribilis, cessare, &
54 „ annullare Matrimonium, & alios Contractus &c. sunt verba *Lezzan. consult. 47. num. 15. & seqq. & à num. 76. usque ad numer. 25.* ubi innumeros citat, & sequitur & concordantes Doctores.

Ea, quæ dicuntur de defectu intentionis suscipendi Ordinem Subdiaconatus, relinquimus discutienda Confessariis, quia in Foro externo Ecclesia non attendit intentionem illorum, qui Ordines suscipiunt, sed illam relinquit soli Deo, Scrutatori cordium, & intentionis
55 Hominum, ex firmatis *in Januen. Professionis 3. Junii 1702. §. In foro exstiti coram Molines, impressio part. 2. Miscell. Sacr. & Profan. Pompei Ursajæ mei dilectissimi Filii dec. 18.*

Ultrò admittimus residere in Summo Pontifice maximam illam potestatem dispensandi, etiam sine causa Legibus Ecclesiasticis, tam suis, quàm suorum Prædecessorum; Sed respondemus quòd, quando, iidem Summi Pontifices uti volunt dicta maxima potestate, non remittunt Instantias discutiendas in Tribunalibus in quibus Causæ de Jure resolvuntur, ut in quolibet Folio huius Sacræ Congregationis exprimitur, sed quan- 56
do procedunt per viam Gratiæ, iuxta ea, quæ observari in *tom. 2. par. 1. discept. 13. per tot. ubi à num. 30. usque ad numer. 65.* multa adduxi exempla duodecim Summorum Pontificum, qui similes concesserunt Subdiaconibus Dispensationes, & quidem vel ex publica causa, vel ad impediendum, ne Familiæ nobilissimæ extinguerentur, vel demum, ne illarum insignia Bona, & amplis- 57
sima Jurisdictiones Catholicorum ex defectu masculæ Prolis transirent in Acatholicos.

Cæterum inauditum prorsus est, quod earum maxima potestate usi fuerint ad hoc, ut Ordinatus maiorem habeat libertatem *di andar spesso all'Ostarla, girar la notte per le Strade, esser molto dedito al giuoco*, & peiora facere, quæ sunt causæ, adductæ à primo Te- 58
ste; relato in contrario Summario cum quo concordant omnes alii contrarii Testes, adducti in eodem Summario.

Subdentes proindè, quod maximum exemplum exadverso sine iusta, & iuridica causa petitum, non videtur permittendum, iuxta celebre Dictum illius notis *Authoris lib. 14. Ann. ante fin.* quem, tacito no- 59
mine, refert, & sequitur *Rota in decis. 308. num. 20. & 21. coram Dunozet. Sen.* ibi -- *Et via aperiretur &c. habere siquidem videtur; speciem iniqui omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitatè publica rependitur.*

Respectu secundi Dubii dicimus, praxim huius Sacræ Congregationis esse quod, quando, ut in præsenti practicatum fuit, Recurrens prò obtinenda Dispensatione ex fundamento Iustitiæ asserit, se per vim, & metum Ordinem Sac. suscepisse, & ad illum probandum adducit Testes, ex quorum Depositione non resultat concludens probatio metus, tunc solet Sac. Congregationis respondere pro denegatione Gratiæ, iuxta punctualissimas Resolutiones, emana- 60
tas in *Hispalen. Nullitatis Ordinis, & Monasterien. pariter Nullitatis Ordinis, allegatis supra* De qua praxi testatur in *Parisien. Dispensationis, 25. Januarii* 1721. ut videre est in Filio *dicta die distributo §. At quid*, ibi - *Cohærenter ad hæc, quando in hac Sacra Congregatione non fuit comprobatus metus, eadem Sanctissimo consilium præstitit abstinendi à Dispensatio-* 61
ne, uti contingit in Hispalen. Nullitatis Ordinis 25. Martii, & 2. Maii 1716. Et è contra consilium præstitit pro Dispensatione, quando sufficientes allatæ fuerunt metus probationes, ut contigit in Ipren. Dispensationis 16. Decembris 1719.

Die 17. Februarii 1731. propositis in Congregatione Concilii duobus sequentibus Dubiis. 62

I. An Orator teneatur ad Votum continentiæ, Ordini Subdiaconatus annexum; Et quatenus affirmativè.

II. An sit locus Dispensationi in casu &c.

Ad I. responsum fuit Affirmativè. Ad II. verò Negativè, cum addito, ut *Causa amplius non proponeretur.*

DIS-

DISCEPTATIO VII.

Boven. Censurarum

PRO

Capitulo Cathedralis Bovæ

CUM

Syndico Terræ Brancaleonis

ARGUMENTUM.

Occupans Bona, ad Ecclesias, & ecclesiasticas Personas spectantia, incurrit Excommunicationem, à qua non, nisi ab appostolica Sede, absolvi potest; Prout etiam eandem Excommunicationem incurrit Recurrens ad laicam Potestatem, vel contra easdem ecclesiasticas Personas, vel contra illarum Consanguineos, & Affines.

ABbatia S. Mariæ *del Tridetto*, inter alia bona, unita Capitulo, & Mensæ Capitulari Ecclesiæ Cathedralis Boven. possidet multa Nemora, & alias Terras, sitas in Territorio Brancaleonis, in Locis, vulgo dictis *Cuzzilla*, *Ceramidio*, *e Punta di Carlo*, distinctè enumerata in publica Platea bonorum ejusdem Ecclesiæ, cum assistentia Ministrorum Curiæ Ducalis, & omnium aliorum interesse habentium, servatis omnibus servandis, confecta anno 1677. una cum successiva Sententia, canonizante validitatem, justitiam, &
1 executionem dictæ Plateæ, Juxta ea, quæ infra superlative comprobabimus, mediante depositione quamplurium Testium, omni fide dignorum.

Occasione accepta Sedis Episcopalis Boven. vacantis, anno 1717. easdem Terras occupare tentavit Syndicus Brancaleonis, fructus omnes, omnesque earumdem redditus sibi defacto appropriando, nec non publica Edicta, & Proclamata adversus Affictuarios earumdem or-
2 dinando, & affigi faciendo, nimis lædentia, nedum Jura nostræ Ecclesiæ, cujus erant Affictuarii, sed ipsammet Ecclesiasticam Immunitatem, quæ omnia, non solum patent ex depositione, & instantia unius ex dictis Affictuariis nostræ Ecclesiæ, sed etiam mediante depositione plurium informatorum Testium, datorum in Summario.

Quibus attentis, Vicarius Capitularis subdelegavit specialem Judicem ad conficiendum Processum super dictis excessibus, nec non, constito ex Informatione, ser. ser. capta, quod de eadem usurpatione concludenter constabat, quodque dicta Proclamata fuerunt ordinata
3 à Carolo Bologna, Syndico prædictæ Universitatis Brancaleonis, cum consilio, & Voto Sacerdotis Dominici Mansi, tam dictus Syndicus, quàm idem Sacerdos Manso, nec non Antonius Trunfius; Laicali Curiæ, inserviens, qui dicta Proclamata publicaverat, declarati fuerunt excommunicati.

Reclamantibus autem iisdem ad Curiam Metropolitanam Rhegien, hæc licet nullam in hac parte Jurisdictionem haberet, eo quia agebatur de Censuris, propter defensionem Ecclesiasticæ Immunitatis latis, in quibus terminis illarum inspectio privative spectat ad hanc Sacram Congregationem, juxta replicata Oracula
4 hujus, & aliarum Sacrarum Congregationum, à Summis Pontificibus approbata, de quibus *Monacell. to.* 1. *tit.* 1. *for.* 2. *n.* 19. *&* 20. ubi in specie refert, & sequitur unam ex dictis Resolutionibus præcisè emanatam contra dictam Metropolitanam Curiam Rhegien, illasque per exten-
5 sum registravi *in tom.* 5. *in fine, seu in Addition. §.* 4. *à n.* 2. *fol.* 271. Apponendo nihilominus de facto manus in hac Causa, more belli decrevit, nullitates obstare, & Censuras, à Curia Boven fulminatas, non officere, & propterea removendos esse Cedulones.

Expiscata hoc modo æqualiter nulla, atque injusta Sententia à dicta Curia Metropolitana Rhegien, exorbitantia longè majori, non solum continuavit eadem Univertas in dicta occupatione bonorum Ecclesiasticorum, sed insuper ad se in illa confovendum recursum habuit ad Laicam Potestatem, à qua multas irregulares 6
Provisiones extorsit adversus Capitulum Principale, cum successiva illarum exequutione, ut resultat, tam ex Juribus, publicisque Documentis, anno 1720. coram hac Sac. Cong. exhibitis, quàm ex aliis inferius recensendis. Quapropter ad impedienda majora præiudicia, humillimas porreximus preces huic Sac. Cong. supplicantes pro opportuno remedio, placuitque EE. PP. rescribere *Archiepiscopo Rheginen pro Informatione.*

Quia verò idem Archiepiscopus per multum temporis spatium informare distulerat; ad nostras reiteratas preces aliud emanavit Rescriptum sequentis tenoris. *Re-* 7
noventur Ordines Archiepiscopo Rhegien pro sollicita Informatione; Et quoad Recursus ad Tribunalia Laicalia, Oratores instent coram Episcopo Boven, qui authoritate sua ordinaria procedat, prout de Jure, & se intelligat cum Domino Nuncio Neapolis, cui scribatur, ut assistat.

Exhibita tandem Informatione dicti Archiepiscopi Rhegien, & proposita Causa per Lercarium hodiè S. R. E. Cardinale die 9. Julii 1720. fuit rescriptum: *Circumscriptis omnibus gestis coram Metropolitano, Censuras esse nul-* 8
las, & Episcopus Boven procedat ex integro; Verùm quia ob notam oppositorem præpotentiam, nemo reperiebatur, qui cum vitæ evidenti periculo vellet se ingerere in hac Causa; Idcirco placuit EE. PP. ad novam instantiam Capituli, prævia etiam Informatione Episcopi Bo- 9
ven, tunc temporis in Curia moram facientis, die 30. Septembris 1721. rescribere, *standum esse indecisis sub die 9. Julii* 1720. hoc est, ut Episcopus Boven procederet ex integro, sed cum eisdem Actis, ut patet ex nostris Precibus, ex dicta Informatione Episcopi Boven, & ex Rescripto huius Sac. Cong. de quibus in Summario.

Vigore dicti Rescripti Episcopus, in Urbe moram faciens, subdelegavit pro Judice Partibus Abbatem Ciprianum Nuceram, J. U. D. unum ex Synodalibus Examinatoribus coram quo, repetitis Juribus, antecedenter in Curia Episcopali productis, renovatis- 10
que Citationibus ad comparendum, & dicendam causam, quare dicti Carolus Bologna Syndicus, Dominicus Manso Consultor, & Antonius Trunfius Inserviens, dictæ Curiæ Brancaleonis, non deberent declarari excommunicari, prius per affixionem, & deinde personaliter executis fuerunt declarati excommunicati, tam propter prædictam usurpationem bonorum Ecclesiasticorum, quàm ob recursum ad Judices Laicos & successive expediti, & affixi fuerunt 11
Cedulones, uti non controvertitur exadverso, & resultat ex pervolutione Processus de Partibus *fol.* 230.

Validitas hodie non valet amplius in controversiam deduci, & ad oculum patet ex Processu de Partibus, in necessariis dato in Summario ex quo apparet, eosdem Censuratos, ser. ser. Monito fuisse, cum præfixione congrui termini dierum sex, non solum per affixionem, quod erat sufficiens, se etiam personaliter ad comparendum, & dicendam causam, quare non deberent declarari excommunicati; Ipsisque non comparentibus, nec in dictum Judicem Ecclesiasticum consentientibus, ut patet ex 13
tenore illorum Comparitionis, datæ in Summario constitoque plenissime dedicta usurpatione; necnon de eodem recursu, habito ad Judices Laicos, valide declarati fuerunt excommunicati, in executionem dispositornm in Bulla Cenæ Domini §. 15. & 14
§ 17. & juxta animadversa per *Marant. de Ordin. Judic. part.* 4. *distinct. prima num.* 6. *Menoch. de Retinend. remed.* 3. *numer.* 227. *& seqq. Capon. disceptat.* 50. *num.* 3. *& Monacell. in Formul. tom.* 2. *tit.* 14. *Formul. prima numer.* 2. *Bonacin. de Censur. tit. de Censur. in Bulla Cœnæ disp. prima part.* 18. *punct.* 1. *nu.* 11. *& Barbos. ad Concil. sess.* 22. *de Refor. cap.* 11. *n.* 2.

Justitia pariter dictarum Censurarum evidentissima est; De dominio siquidem Ecclesiæ Sanctæ Mariæ *del Tridetti*, eiusque possessione bonorum, sitorum in Territorio Brancaleonis, in Vocabulo *Cuzzilla*, *Ceramidio*, *& alla Punta di Carlo*, dubitari non potest, uti resultante, tam ex dicta Platea Bonorum nostræ Eccle-

siæ , de mandato Ducis , & cum assistentia attentissimorum Ministrorum Curiæ Ducalis , & omnium aliorum Interesse habentium solemniter confecta dicto anno 1677. de qua in Summario , quæ proinde
15 perfectam , & concludentem facit probationem , ex firmatis per *Rotam in Sancti Severii Iurium Parochialium* 5. *Maii* 1710. §. *Eadem coram Crispo* , quam etiam , & quidem superlativè , ab innumeris Testibus , omnis fide dignis etiam de dicta Terra Brancaleonis , tàm metu excommunicationis deponentibus , quàm etiam per Curiam Episcopalem ser. ser. examinatis , quorum dicta in substantialibus dantur in Summario , & qui attenta concludenti causa scien-
16 tiæ quam adducunt , perfectissimè probant , iuxta ea quæ advertunt *Gratian. discept.* 755. *nu.* 40. *&* 41. *& Rota decis.* 52. *nu.* 6. *coram Benincasa.*

Prout etiam simili evidentia constat de occupatione prædictorum Bonorum , deque Bannimentis, violentiis, & minis adversus etiam Peritos, & Testes, ad hoc , ut primi non auderent accedere ad Terras Abbatiæ, ad æstimandam Gabellam, seu annuam Responsionem, debitam nostræ Ecclesiæ; Secundi verò non accederent ad se subiiciendum examini coram Delegato in huiusmodi Causa à Reverendissimo Episcopo , non solùm sub pœna pecuniaria, sed etiam Corporis afflictiva , seù Carceris , de Mandato Syndici Brancaleonis, cum Voto, & consilio Sacerdotis Do-
17 minici Mansi , ut uno ore deponunt omnes dicti Testes , dati in Summario Qui ulterius concorditer deponunt , quod idem Sacerdos Mansi omnia ad sui libitum operabatur, ex quo volebat magnam dictorum Bonorum partem emere , quodque non semel se declaraverat , suis sumptibus Litem agere velle , dummodo Cives Brancaleonis eidem propria Jura cederent , animo sibi deinde appropriandi Bona , de quibus agimus .

Probatis autem dictis extremis, antecedentibus nimirum possessionis Canonicorum , & sequentis usurpationis Censuratorum de plano intrat , & locum habet dispositio dictæ Bullæ in Cæna Domini §. 16.
18 *& seqq.* ut in illius sequelam notant multi illi Authores, quos refert , & sequitur *Gabr. à Sancto Vicencio de Censur. disput.* 4. *quæst.* 9. *num.* 277. & concordant *Bonacin. de Censur. in Bulla Cœnæ disput. prima quæst.* 18. *in principio Sayr. de Censur. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 1. *Glorit. respons.* 12. *nu.* 7. *& Barbos. ad Concil. sess.* 22. *de Reformat. cap.* 11. *nu.* 2. *& sequen.*

Neque iustissima hæc pæna Censurarum evitari exadverso potest sub illo prætextu , quod occupatio
19 dictorum Bonorum non processerit publica authoritate , & ab habente Iurisdictionem in Loco, ex quo (ut exadverso prætenditur) non Syndicus , sed Gubernator Iurisdictionem habet , & exercet in Terra Brancaleonis .

Contrarium enim resultat ex depositione multorum Testium , ser. ser. examinatorum , qui omnes asserunt , Bannimenta , & Proclamata sub comminatione pænæ , etiam pecuniariæ , ultra illam Carceris , fuisse demandata , & ordinata à dicto Syndico, cum Voto , & Consilio Sacerdotis Dominici Mansi , & per Antonium Trunsium publicum Inservientem Laicali Curiæ dictæ Terræ publicata fuisse, quod ad nostrum effectum superabundat; Non enim implicat in una , eademque Terra , seù Loco , ut Iurisdictio exer-
20 ceatur , vel privativè quoad aliquas Causas , vel cumulè à duabus Personis , iuxta ea , quæ notant *Card. de Luca de Jurisdict. disc. primo nu.* 29. , *& Post de Manutent. observat.* 72. *num.* 18. & firmavit *Rota apud eumdem dec.* 310 *nu.* 10. *& dec.* 509. *num.* 7. *& in par.* 19. *rec. dec.* 184. *num.* 13. *&* 14.

Cæterum omnis in hac parte tollitur difficultas ex depositione Syndicorum , & Electorum Civitatis Boven. dominantis; qui de facto proprio testantur, tam ipsos, quam alios Syndicos Locorum adiacentium, & signanter Terræ Brancaleonis, Jurisdictionem habere, & exercere in omnibus illis rebus , & negociis, quæ Communitatem concernunt, nec non circa ea , quæ spectant ad Universitatem , idque independenter etiam à Gubernatore, ut iustificamus in Summario, quibus , uti deponentibus de re, ad eorum officium spectante, plena fides adhibenda est, ex firmatis per *Ro-* 21
tam decis. 752. *num.* 6. *coram Dunozzett. iun. & decis.* 86. *nu.* 104. *coram Ansald. & in part.* 19. *recen. decis.* 98. *num.* 26. *& in Bononien. Contractus* 20. *Januarii* 1712. §. *Præmissis coram Falconerio* , inter ejus impressas *la* 2. *nu.* 22. *de Censib. tom.* 1. *& in Burgen. Præeminentiarum* 24. *Jan.* 1721. §. *Gestationem Herrera* inter ejus postea impressas *dec* 154. *num.* 14.

Minus dicatur, quod , attenta comparatione Censuratorum ante Censurarum declarationem , nullatenus poterat Delegatus , sine nova citatione , ad ulteriora procedere in declaratione earundem Censurarum; Constito etenim de dicta clara usurpatione, & indubitata occupatione bonorum nostræ Ecclesiæ , & quidem authoritate publica , & cum modis violentis ; Nec non considerando eorundem contuma- 22
ciam , justissimè processit Delegatus ad dictam Censurarum promulgationem , non solùm , quia personaliter citati ad comparendum , & dicendum Causam quare &c non personaliter, sed per medium eorum Procuratoris duntaxat comparuerunt , ut constat *ex Processu de Partibus à fol.* 2.7. *ad* 219. ibi -- *In presenza del Reverendo Signor Abbate Don Cipria-* 23
no Nucera , asserto Suddelegato della Sacra Congregazione dell' Immunità , compariscono Carlo Bologna minore , olim Sindico della Terra di Brancaleone , Antonio Trunsio , olim Nunzio della Corte di detta Terra , non animo consentiendi in Iudicem , neque in Iudicio , & il Sacerdote Don Domenico Manso della medema Terra , e dicono &c. omni meliori modo &c. Die 20. *Mensis Decem.* 1721. *Gallicani , & coram I V D. Abbate Cipriano Nocera &c. Apostolico Subdelegato fuit præsentata per Notarium publicum Leonardum Parisi Terræ Brancaleonis instan & peten. prout in ea &c.* Et proindè, uti per se ipsos non comparentes, sed per eorum Procuratorem, dicuntur verè contuma- 24
ces, & omni Iure poterant excommunicari ex adductis à *Passarin. in cap. primo de Judiciis in* 6. *à n.* 67. & concordant alii, citati, & sequuti à *Scacc de Judic. cap* 101. *num.* 44. *libro primo* ; Atque habemus in hac parte oraculum hujus Sacræ Congregationis *in Melevitana* 20. *Januarii* 1693. *de qua in Libro primo Decret. Valleman. fol.* 18. *à tergo* circa quam pro veritate requisitus ab hac Sacra Congregatione, ita respondit in eadem Causa doctissimus in theo- 25
rica, & exercitatissimus in practica Canonicus Raynaldus , eiusque Scripturam pro veritate impressit in *tom.* 3. *Observat. Criminal ad cap.* 24. *supplect* 2. *per tot.*

Verùm etiam , quia noluerunt parere Mandatis dicti Iudicis Ecclesiastici, & quod magis est eorum comparitio, nulliter per eorum Procuratorem facta , cantabat etiam circa consensum in Iudicium , & in Jurisdictionem Ecclesiasticam, proinde optimo iure tanquam contumaces, & in parendo, & in comparendo, potuerunt declarari excommunicati , & hæc sola contumacia sufficit ad justificandum Censuras , contra ipsos la- 26
tas *Abb. in cap Cùm Sit Romana* 5. *sub nu.* 28. *vers. Mihi non placet de Appellat. Barbos in Cap. Sacro* 48 *sub n.* 6. *de Sentent. excom. versic. Quando Iudex Ecclesiasticus.*

Neque excluditur eadem contumacia ab appellatione ad Superiores, & etiam ad Sanctam Sedem , quæ ab eisdem oppositoribus unita fuit cum eadem comparitione; Quia Nos non sumus in terminis excommunicationis ferendæ ab homine, sed latæ à Jure, qualis est illa contra Usurpatores, & Occupatores Bonorum Ecclesiasticorum , in quibus terminis à comminatione declaratoriæ non datur appellatio, & si de facto inter- 27
ponatur , ei deferendum non est , ut latè probat *Fagnan. in cap suo il secondo nu. primo de Appellat. , & in cap. Per tuas de sent. excom. nu* 25. Eoque fortiùs , quando , prout in hypothesi, constat de illorum contumacia in parendo, & comparendo personaliter, ac mandatis, & Iurisdictioni Ecclesiasticæ se subiicendo, nam tali casu, etiam post interpositam appellationem Rei possunt declarari excommunicati *Ricc. collect.* 696. & ceteris concordan. cumulatis *Panimoll. decis.* 96. *annot.* 2. *num.* 12. *Ciar. contr.* 164. *n.* 4. *& Sperell. dec.* 48. *n.* 46. ubi testatur ita pluries decisum fuisse à Sacris Congregationibus.

Deve-

Deveniendo modò ad alias Censuras, propter recursum, exadverso habitum ad Potestatem Laicalem, illarum validitas, & justitia æquè clara est; Oppositiones etenim non semel, sed pluries in odium litis, pendentis in Curia episcopali, necnon in evidens vilipendium Jurisdictionis, & Immunitatis Ecclesiasticæ, recursum habuerunt ad Regentem Jurisdictionis in Civitate Neapolis, aliosque Mi-
29 nistros Curiæ Sæcularis, priùs de anno 1718. quo tempore obtinuerunt Provisiones contrà Vicarium Capitularem, eidem præcipiendo, ne auderet se ingerere in dicta Causa, ut ex tenore dictarum Provisionum, per alium Syndicum ex Oppositoribus præsentatarum in Curia prædicta, de quibus in Processu de Partibus fol. 86. Et deindè, delictis delicta addendo, anno 1719. aliam Provisionem, seu, ut vocant Literam hortatoriam ejusdem Regentis Jurisdictionis ausi sunt præsentare Rev. Episc. in qua injungebatur eidem, ne ipse, ejusq; Curia auderet am-
30 pliùs se ingerere in Causa prædicta, vel aliquid aliud in illa innovare præsumeret; Imo præcisiùs eidem injungebatur tollere de medio, & abolere quidquid antea in illa legitimè gestum fuerat, ut resultat ex eodem Processu de Partibus fol. 190. 191.

Ex quibus manibus palpantes Oppositores commendabilem constantiam Vicarii Capitularis, & commendabiliorem fortitudinem Rev. Episcopi, qui sibi præponens celebre factum S. Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis, virili pectore promptum in præteritum se exhibuit usque ad sanguinis effusionem pro defensione immunitatis, & Libertatis Ecclesiasticæ, alium tandem
31 excogitarunt verè scandalosum modum obtinendi eorum intentum (Deus scit, quibus mediis) expiscando aliam strangulatoriam Provisionem pro carceratione Personarum sæcularium, affinitate, vel consanguinitate Junctarum Ecclesiasticis, & Capitularibus Principalibus, expeditam de mense Decembris 1721. & quod magis est in publicis Locis Civitatis per solemnem affixionem publicatam, ad hoc ut omnibus innotesceret, Processu de Partibus fol. 231. & seqq.

In istis autem terminis, cùm in facto superlativè constet de dictis scandalosis Recursibus, & strangulatoriis Provisionibus, pœnalibusque Præceptis, exadversò expiscatis, & magno fastu publicatis in Causa, unicè concernente Ecclesiasticam Immunitatem, privativè etiam quoad omnes alios Judices Ecclesiasticos ad hanc Sacr. Cong. spectante, ex animadversis supra Cum illo addito, quod Oppositores dictis Provisionibus publicè, & palam usi sunt, mediantibus illarum affixione, & præsentatione; Ex hoc etiam
32 distincto, & separato capite, novæ, distinctæ, & separatæ excommunicationi subjecti sunt, contentæ in Bulla Cœnæ Domini §. 14. & 15. prout observat *Rot. decis.* 371. *num.* 2. *coram Caval.* & *dec.* 122. *num.* 1. *cor. Celso*, & egregiè *Leo in Prax. for. Eccles. part.* 3. *c.* 7. *num.* 59. *ubi num.* 60. illam adducit congruam rationem, *quia non omnes, quemadmodùm S. Thomas Cantuariensis, qui non respexit carnem, & sanguinem, pericula Propinquorum non curant, sed quamplures, ut temporalia Consanguineorum, vel Affinium damna, hac de causa imminentia, evitent, Ecclesiasticam Immunitatem non sustinent*, & concordant adducti à *Monacell. in formul. tom.* 3. *tit.* 1. *formul.* 6. *num.* 18. Atque habemus in hac parte celebre oraculum hu-
33 jus Sacr. Congreg. in *Uritana* 18. *Octobris* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. fol.* 174. in qua resolutum fuit, talia facientes non solùm incurrere excommunicationis majoris pœnam, sed ab illa non posse absolvi, nisi ab Apostolica Sede de quo *in Instit. crim. lib.* 1. *tit* 10. §. 1 *num.* 68. *Venetæ impres.*

Primum, quod, attentis dictis Scandalosis Recur-
34 sibus non solum contra Vicarium Capitularem, & contra Reverendissimum Episcopum, sed insuper per speciem vindictæ Transversalis, contra Consanguineos, & Affines personarum Ecclesiasticarum oppositores non solum censuris, & Ecclesiasticis pœnis plectendi sunt, sed nullatenus audiendi, & penitus alimine Ju-
35 dicii reiiciendi sunt, ad Textum *in cap. Exceptione de Except.* & *in Clem. unica eodem titulo*, & juxta animadversa per *Cardinal de Luca de Judic. disc.* 19. *numer.* 7. & *Rot. decis.* 527. *num.* 4. *cor. Burat.* & *decis.* 122. *num.* 2. *coram Celso*; Et pluries idem resolvit hæc Sacra Congregatio, & signanter in Sancti Severi 8. Julii 1687. & 16. Novembris 1688. de 36
qua *in Libr. Decr. Card. Martell. fol.* 131. & *fol.* 380. & in præcisis terminis nostræ Civitatis *in Boven.* 18. *Martii* 1698. *de qua in libr. secundo Decr. Valleman. fol.* 142.

Secundum verò, quod iidem Oppositores privati sunt omni jure, quod habere forsan poterant in Causa, *Textus est literalis in cap. Si diligenti ad for. compet.* ibi -- *Causam perdant, & à communione habeantur extranei*, ibique communiter Repetentes, & aliis cumulatis *Grassus de Effect. Cleric. effect. primo, numer.* 43.

DISCEPTATIO VIII.

Papien. Receptionis Novitiorum

PRO

Provinciali, & tribus Definitoribus PP. Reformatorum S. Francisci Provinciæ S. Didaci Papiæ.

CUM

Custode, & altero Definitorio ejusdem Provinciæ.

ARGUMENTUM.

Novitii, oriundi in Civitatibus alicujus Provinciæ Familiarum regularium, quando prælationem mereantur pro illorum receptione in concursu Novitiorum Exterorum.

CUM Provincia Sancti Didaci RP. Reformatorum S. Francisci Papiæ constet ex Conventibus numero 21. quorum Religiosi, vel sunt Cives, & Oriundi ejusdem Civitatis Papiæ, & aliorum Locorum, & Oppidorum, in quibus fundati reperiuntur iidem Conventus; Vel ex Civitatibus Mediolani, Januæ, & aliarum finitimarum Civitatum, & Locorum, seu Oppidorum, constituen. prorsùs distinctas, & separatas Provincias ejusdem Religionis, hinc oritur dubium, an in Novitiorùm receptione Cives, & Oriundi ex dictis Civitatibus, & Locis, ubi reperiuntur Conventus, componentes eandem Povinciam Sancti Didaci, præferendi sint Civibus, 1
& Oriundis ex dictis aliis Civitatibus Mediolani, Genuæ &c. aliisque Locis, & Oppidis, quæ in nostra Religione constituunt distinctam Provinciam.

Videntur autem omni jure dictis Exteris præferendi iidem Cives, & Oriundi ex dictis Civitatibus, & Locis, in quibus reperiuntur fundati nostri Conventus juxtà *Textum literalem in can.* 11. *distinct.* 61. ibi -- *Nec emeritis in suis Ecclesiis peregrini, & ex-* 2
tranei, qui antè ignoti sunt, ad exclusionem eorum, qui bene Civium suorum merentur testimonium, præponantur; cum concordantibus *apud Rot. in Albanen. Archipresbyterat.* 2. *Junii* 1702. §. *Atque, cor. Ansald.*

Et in punctualibus terminis receptionis, & admissionis Novitiorum, habemus tres resolutiones hujus Sacræ Congr. nempè *in Assisien.* 9. *Junii* 1595. & *in Perusina* 17. *Maii* 1604. & *in alia Assisien.* 13. *Januarii* 1645. quas refert, & sequitur *Nicol. in Floscul. verb. Hubitus num.* 22. ibi -- *Cives, si existant, præferuntur exteris*; & *verb. Novitius num.* 7. ibi -- *Cives aliqui Locorum, ubi sunt Conventus, cum recipiuntur Novitiis, debent admitti, si id Communitates petant*; Quæ punctuales resolutiones habentur pro casu legis, juxtà animadversa per *Card. de Luc. de Usur. disc.* 22. *num.* 2. & 3. & firmata *per Rotam in Giennen. Juris votandi* 6. *Februar.* 1705. §. *Tantùm verò coram Scotto.*

Certiùs quandò, ut in præsenti verificatur, ex paupertate Conventuum nostræ Provinciæ, non possunt

admitti omnes illi, qui instant prò tali receptione, & admissione. Tunc enim in arbitrio Superioris repositum est recipere illos, quos potest alere Conven-
5 tus aliis non acceptatis, vel dimissis, ut & sequendo, *Suar. tom. 3. de Relig. libr. 5. cap. 10. num. 28.* notat *Donat. Rer. Regular. tom. 2. tract. 1. de Recipiend. ad Habit. Relig. quæst. 16. num. 2.*

Omniumque prædictorum illa potest assignari viva ratio, quia nostri Religiosi vivunt ex Fidelium eleemosynis, ut est notorium. Dignum autem, & iustum esse videtur, ut concurrentibus insimul, atque petentibus habitum nostræ Religionis exteris ex una parte, & filiis, atque Consanguineis nostrorum Benefactorum ex alia, isti præferantur atque in nostra
6 Religione fruantur illis bonis, & commoditatibus, quæ sunt effectus sudorum, & laborum eorum Ascendentium, & Consanguineorum; *juxta Textum in Can. Nullus invitis 61. distinct.* ibi -- *In aliena stipendia minimè alter obrepat, nec aliis debitam alter sibi vendicare audeat mercedem;* & animadversa per *Abbat. in Cap. Bonæ memoriæ il secondo notab. 3. num. 16. de Postul. Prælator.* ibi -- *Ubi in loco reperiuntur idonei, non debet præferri extraneus &c. neque debet alius obripere stipendia, aliis debita; Barbos.* loquens in punctualibus
7 terminis prælationis inter Religiosos, *in vot. decisio 33. num. 12. lib. 2.* ibi -- *Forenses nihil in fundandis Ecclesiis &c. praestiterunt;* & latè firmata *per Sacram Rotam in magistrali decisione Senogallien. Canonicatus 29. Januarii 1706. per totam*, & signanter §. *Verum coram, Ansaldo*, ubi, innumeris cumulatis authorita-
8 tibus, probat, hoc esse verum, tàm de Jurs Divino quàm humano, post hæc scripta impressa *apud Scarfanton. ad Ceccoper. decisio quarantesima seconda, numero primo.*

Pro quorum faciliori admissione, quatuor urgere
9 videtur circumstantiæ, in nostris terminis à quotidiana experientia intra evidentiæ fines positæ.

Prima, quod ab exteris nunquàm gubernantur Con-
10 ventus, & illorum Familiæ regerunt cum illa affectione, & zelo, qui ex animadversis per *Spekhan. quæst. Jur. centur. 2. claus. prima quæst. 9. per tot.*, sequutum *à Constantin. ad Statut. Urb. annot. 23. la seconda num.* 200. connaturalis est civibus, & oriundis, ut est in nostra Provincia notorium, & resultat ex epistolis, exhibitis in Summario.

Secunda, quia Exteri inaudita facilitate, postquàm non sine præiudicio Provinciæ ad illam ætatem pervenerunt, in qua dictæ Provinciæ inserviendo, possent idem præiudicium compensare, mediante transitu, Deus scit, quibus mediis procurato, redeunt ad
11 proprias Provincias, ut omissis antiquioribus exemplis ictu oculi veritas hæc resultat ex recognitione Librorum Conventuum nostræ Provinciæ, ex quibus remanet evidens, vivere hodie quatuor Religiosos ex Civitate Mediolani, & unum ex Civitate Januæ, qui continuando rubricam aliorum propriorum Concivium, & Conterraneorum, id practicarunt.

Tertia, quia omne malum, omnisque discordia in nostra Provincia quæ utinam non essent æquè verà, ac notoria ortum habuerunt, & fomentum recipiunt ab Exteris, omnibus viis, totoque conatu promoventibus divisiones Conventum, Nationum prærogativas, & Distrinctivum separationes, adversus re-
12 plicata Oracula huius Sacræ Congregationis Anni 1693. quando rescripsit: *Nihil innovandum esse quoad divisionem*, & Anni 1709. quando *Censuit, & decrevit, Respectum Anni 1693. intelligendum esse, itaut nulla haeatur ratio Nationum.* Et propterea quo magis reiectis Civibus, & oriundis, multiplicantur Exteri, eo magis in nostra provincia crescit desiderium, & alitur pruritus non servandi dicta Sanctissima Oracula huius Sacrosancti Consessus.

Quarta quia (sunt verba *Barbos. vot. decisiv. 33. n. 16. lib. 2.*) *Indignæ, & qui sano de Loco oriundi, ma-*
13 *gis amantur, & coluntur à Populo, quàm exteri, magisque ipsi diligunt Christi gregem &c.* & concordant *Div. Thom. 2. 2. qu. 63. artic. 2. ad 4.* ibi -- *Ille qui de gremio Ecclesiæ assumitur, ut in pluribus consuevit esse utilior, quantum ad bonum commune, quia magis diligit Ecclesiam, in qua est nutritus; Sot. de Justit. & jur. lib. 3. quæstio sexta articulo secundo ad quarto* ibi -- *Plurimum unusquisque propensiorem habet animum ad suam propriam Civitatem, & Ecclesiam, in qua nutritus est, & Azor. Instit. Moral. par. 2. lib. 6. c. 4. quæst. 25. vers. & certe.*

Quæ omnia dicta sint tum illa limitatione, quæ legitur *in Reg. 17. Cancellar. de concurrentib. in Data*, ut scilicèt servari debeant *cæteris partibus* duntaxat, hoc est, quando indignæ sunt æquæ idonei, ut nota- 14
biliter advertit *Abb. in Cap. Ad decorem nu. 4. de Instit.* ibi -- *Credo tamen, ubi Indigenæ essent idonei, quod non debent in postponi propter Extraneos, pro quo vide Textum notabilem in Can. Nullus invitis 61. distinct. & quanquam loquatur in Episcopis, ratio tamen textus est communis &c.* Quia non negamus posse dari casum aliquem extraordinarium in particulari, in quo attentis melioribus qualitatibus Exteri, & alii facti circumstantiis, ipsum reddentibus digniorem, possit Superior illum admittere, eique prælationem concedere in receptione in concursu Civis, vel Oriundi minùs qualificati, iuxta *Textum in Can. Obitum versic. commonemus dist. 61. & in Cap. Ne pro defectu in fin. de Regul. Cancell. reg. 16. qu. 40. per totam*, & signanter *num. 9.* ibi -- *Sapienter addita est clausula in Regula nostra* cæteris paribus, *per quam clausulam respondetur ad omnia iura, quæ in contrarium allegari possent;* & respondendo obiectioni, quæ fieri potest ex eo, quod apud Deum nulla datur personarum acceptio, ait, nec ipse Deus omnipotens, negat, vel prohibet magis uni, quàm alteri suadente causa, vel ratione aliquid dare, imo ipso idem magis dilexit Ioannem, qui supra pectus Domini recubuit, & pro Ecclesiæ universalis regimine petrum aliis præposuit.

Die 7. Junii 1715. proposita Causa in Congregatione Episcoporum, Ponente Casino, responsum fuit: *Pro nunc satis provisum*, hoc est mediante Rescripto, impreso in *tomo primo parte prima disceptatio decimo tertio, numero 163.*

DISCEPTATIO IX.

Eystetten. Dissolutionis Matrimonii

PRO

Maria Anna Felicitate Tonsorin

ARGUMENTUM.

Gratia Dissolutionis Matrimonii rati, & non consummati ex quibus causis sperari possit ab apostolica Sede; Ad quem effectum quinque adducuntur causæ, ex quibus Summi Pontifices moveri solent ad d. Gratiam concedendam.

ANna Maria Felicitas Tonsorin Eystetten Diœcesis, usque ab anno 1712. à suis Consanguineis coacta fuit Matrimonium contrahere cum Advocato
Vuolfango Baur, cum quo ab eisdem suis Consan- 1
guineis coacta pariter fuit per aliquod breve tempus cohabitare; Attenta autem eiusdem Viri naturali, & perpetua impotentia, antecedente Matrimonium, istud nullatenus fuit consummatum, qua de causa sequenti anno 1713. coram Episcopali Curia Eystettensi ad ejusdem instantiam introductum fuit Iudicium super illius nullitate.

Ad parcendum verò existimationi ejusdem Vuolfangi, qui propriam agnoscens impotentiam, cessit Liti Causamque deservit, prævio maturo consilio Theologorum; & Canonistarum, se abstinuit eadem Curia à prolatione Sententiæ, canonizantis dicti
Matrimonii nullitatem, ob ejusdem Viri perpetuam, & 2
naturalem impotentiam; fuitque amplexum sequens Temperamentum, ut & attenta cessione Litis ex parte Viri eiusdemq; ingenua, ac reiterata confessione iudicali circa non cousumationem Matrimonii, comprobatam, non minus ex depositionibus Propinquorum, & Familiarium,

liarium, mediante emissione simplicis Voti castitatis Annæ Mariæ, idem Vir Clericalem statum assumeret, effectu punctualiter subsequuto, itaut hodiè sit
3 etiam Sacerdos; & Canonicus, prout hæc omnia latiùs resultant ex accuratissima Relatione Officialis Curiæ Episcopalis, quæ per extensum datur in *Summ.* & ex Prothocollo Actorum, factorum in eadem Curia Consistoriali.

In istis terminis non valens eadem Anna Maria continuare in exacta exequutione dicti Voti Castitatis, juxta id, quod punctualissimè usque in præsens adimplevit, ad consulendum ejus Animæ periculis, recursum habuit ad Innocentium XIII. pro dispensatione dicti Matrimonii rati, remissisque de more ejus precibus huic S. Congregationi, & perventa Ordinarii Informatione, duo hodiè proponuntur dubia; Pri-
4 mum scilicèt -- *An Sanctissimo Domino nostro consilium præstandum sit pro dispensatione super Voto Castitatis in casu &c.* Secundum -- *An eidem Sanctiss. Domino Nostro consilium præstandum sit pro dispensatione super Matrimonio tanquam rato, & non consumato in casu &c.* & respectu utriusque illud videtur dandum favore ejusdem Annæ Mariæ.

Siquidem inchoando principaliter à dispensatione Matrimonii rati, & non consumati circa potestatem Summi Pontificis nulla hodiè remanet difficultas, quidquid antiquis temporibus aliqui Theologi gratia disputationis dixerint, atque habemus in hac parte innumera exempla multorum Summorum Pontificum, inter quos Gregorius XIII. una die dispensavit cum
5 undecim Oratoribus, ut observat *Menoch. cons. 385. per tot. Perez de Matrim. disp. 20. sect. 7. num. 2. Basseus in Florib. Theologic tom. 2. verb. Matrimonium 3. nu. 2. Henriquez de Matrim. lib. 4. c. 8. nu. 11.* & notant *in Tom. 6. part. 1. discept. 7. à num. 68.*

De probatione pariter non consumationis nostri Matrimonii, itaut illud simpliciter ratum sit, prout etiam de spontanea renunciatione, ac cessione Liti ex parte Viri, nulla pariter remanere videtur difficultas,
6 tam ex Actis, gestis in dicta Curia Eystattensi, quàm ex aliis probationibus in illa receptis, & indicatis in Relatione Ordinarii in fine registranda.

Tota proinde difficultas reducitur ad justam causam; Licèt enim *Hostiens. in cap. Ex publico de Convers.*
7 *Conjugatorum*, asserat; Summum Pontificem, absque ulla causa, de potestate absoluta Matrimonium ratum dissolvere posse, quando utriusque Conjugis accedit consensus, ad differentiam potestatis ordinariæ, quæ requirit justam causam, quem sequitur *Fagnan. in c. Ex*
8 *parte n. 8. eadem titulo de Conver. Coniungator.*, ubi asserit, dictum Hostiensis mirabile esse, & concordant adducti *per Sanch de Matrim. l. 2. disp. 15. n. 1. 7. & 15., & Corad. de Dispens. l. 7. c. 5. n. 53.*

Procedentes nihilominùs cùm præsupposito concursus justæ causæ, imploramus in hac parte ordinariam dumtaxat Summi Pontificis potestatem, & restringimus sermonem ad petitionem simplicis Gratiæ, prævio benigno oraculo huius Sac. Congregationis, obtinendæ, ad quem effectum dicimus non unam, sed quinque in nostro casu unitim concurrere justas cau-
9 sas, propter quas, etiam separatim sumptas, solent Summi Pontifices tales gratias dispensationum benignè concedere; Prima est perpetua, & naturalis impotentia dicti Vuolfangi, antecedens nostrum Matrimonium; Secunda est mutuus ejusdem Viri, & mulieris consensus; Tertia inimicitiæ inter dictos Conjuges, ejusque Consanguineos, propter dictam impotentiam, superventæ; Quarta pericula fornicationis,
10 imò etiam longè majus periculum Matrimonij cum Acatholico Viro in illis Partibus, in quibus similia non desunt exempla; Quinta demùm irretractabilis status Viri Sacerdotis, & Canonici.

Respectu primæ Causæ impotentiæ Viri, in facto, ut supra, concludenter probatæ, illam pro sufficientissima habent in Jure innumeri illi Authores, quos
11 referunt, & sequuntur *Pignatell. consult. 147. nu. 10., & seqq. tom. 4. Avers. de Matrim. quæst. 2. sect. 7. vers. plures fol. 242. Engel. in jus Canonic. lib. 4. tit. 15. de Frigid. & maleficiat. num. 10. Gobat. in Theolog. experimental. tract. 10. de Matrim. cas. 18. num. 692. Tancred. de Matrim. lib. 2. disp. 16. n. 2., Amic. in Curs. Theolog. tom. 9. de Matrim. tit. de dissol. Matrim. sect. 2. fol.* 12
127. & Dicastill. pariter de Matrim. tom. 3. tract. 11. disp. 2. dub. 29. Eandemque causam, re maturè perpensa, approbavit, & admisit *hæc Sac. Congregatio in Januen. Dissolutionis Matrimonii 20. Maii 1719. & 27. Jan. 17 0.* de qua *in Tom. 3. part. 2. discept. 21.*

Secunda pariter causa consistens in utriusque Conjugis consensu in facto innegabilis est; In jure verò æquè efficacem fatentur, & agnoscunt adducti per *Fagnan. in cap. Ex parte num. 26. de Convers. conjugat.* 13
& de Just. de Dispens. Matrim. lib. 2. cap. 10. num. 23. & 28. ibi -- *Legitima est, si Conjuges essent inter se valdè discordes, & mutuo consensu dispensationem peterent: Perez. de Matrim. disput. 20. sect. 7. nu. 11. & Pignatell. consult. 143. numer. 9. tom. 1. & resolvit hæc Sacr. Congreg. in Oriolen. Dispensationis 16. Maii 1711. & in Tirasonen. Matrimonii 2. Octobr. 1723.*

Tertia causa inimicitiarum inter Coniuges in facto comprobata in Summario in Jure efficax pariter reputatur *à Felin. cons. 26. num. 19. Sanch. de Matrimon, lib. 2. disputat. 16. numer. 30. Avers. de Matrim. quæst. 2. sect. 6. vers. Plures autem, Filiucc. Oper. Moral. to.* 14
1. tract. 10. de Matrim. quæst. 9. numer. 59. Cardin. de Luc. de Matrim. disc. 7. num. 7. & disc. 9. num. 15. ubi quod ab Innocentio X. ex hoc motivo concessa fuit similis dispensatio Personis vulgaris conditionis.

Circa quartam causam, non possumus illius efficaciam, & urgentiam meliùs antè oculos Sapientissimorum Judicantium ponere; quàm verbis illis Officialis Curiæ Ecclesiasticæ, omni consideratione, ad implorandam compassionem, dignis. *Quid verò in* 15
casu denegandæ Dispensationis factura sit ægre dispicio, nisi quod me vestigia aliorum terreant, qui ut jugo Ecclesiæ, se subducerent, ad heterodoxam sectam desciverunt, hi præsertim in Partibus, ubi Hæretici undequaque circumcingimur, quin, & promiscuè cum illis vivere necessitas subest. Similibus enim Ordinariorum Relationibus magnam fidem præstandam esse notant adducti per *Rot. decis. 685. numer. 9. coram Cerro, & decis. 14. num. 17. coram Ansaldo, & decis. 234. nu-* 16
mer. 16. & 17. parte 16. & decis. 305. num. 12. & decis. 460. num. 9. & 10. parte 18. rec. In specie ve-
rò hanc causam magni faciunt Authores illi, quos 17
refert, & sequitur *de Just. de Dispensat. Matrimonii libr. secundo, capitulo decimo, numer. 30. vers. Periculum perversionis.*

Respectu demum quintæ Causæ irretractabili status, in quo constitutus reperitur Vir, Sacerdos, & Canonicus, à multis annis bona fide promotus, cum supposito Nullitatis Matrimonii, in facto pariter controverti non potest, & in jure magni fit à Doctoribus, ad evitanda magna illa scandalia, quæ ex denegatione dictæ Gratiæ orirentur, eo quia deberet Vir, qui post multos annos in figura Sacerdotis incruentum Missæ Sacrificium celebravit, ad cohabitandum cum Uxore redire, vel perpetuò,
vel saltem per triennium, quod omninò præcede- 18
re debet, quandò agitur de declaratione Nullitatis Matrimonii per viam Justitiæ ad terminos *Text. in cap. Fraternitati, & capit. Literis de frigid. & malefic.* qui non sunt nostri termini, restricti ad meram gratiam; Quod inconveniens cohabitationis Sacerdotis cum Muliere adeò de se notum est, ut majori demonstratione non indigeat, illudque in similibus terminis secundi Matrimonii contracti, & consumati ab eo, qui primi Matrimonii rati dumtaxat dispensationem petiit, & obtinuit, observat 19
Diana in Oper. Coordin. tom. 3. tract. 1. de Potestat. Pontific. resolut. 93. num. 11. vers. Et vidimus ita fecisse; Et in terminis promoti ad Episcopatum egregiè *Borgas. de Irregul. part. 6. tit. de Sponsal. numer. 74. in fin. Sanch. de Matrim. lib. 2. disput. 16. num. 8. & de Just. de Dispens. Matrim. lib. 2. cap. 10. nu. 27.* ibi -- *Sexta est, si vir fuisset promotus ad Episcopatum, dùm hujusmodi promotio esset valdè utilis, & necessaria ad bonum commune.* Quod autem hujus naturæ sint qualitates dicti Advocati Baur testatur

Ordinarius in Summario, ubi illum vocat *studio, & pietate inclitum*, & §. *Post triennium* ibi -- *Sacris Ordinibus initiatus, & Canonicatu arctatus est, quo in statu pientissimè, & ad ædificationem Civitatis vivit*.

Cùmque quælibet ex dd. Causis, etiam separatim sumptis, sufficiens ad nostrum effectum reputetur, ex authoritatibus supradictis; Multò magis verùm erit in præsenti, in quo plures ex dd. causis unitim verificantur; In istis enim terminis eædem justæ causæ unitim consideratæ majoris efficaciæ esse solent, ut omissis generalibus, de quibus *Rota in Ro-*
21 *mana Matrimonii* 15. *Januarii* 1684. §. *Cunctæ coram Ursino*, & *in Viennen. Matrimonii* 25. *Junii* 1703. §. *Et quamvis coram Scotto*, in nostris præcisis terminis egregiè observat *Card. de Luc. de Matrim. disc.* 9. *num.* 13. & melius, *Rot. decis.* 10. *numer.* 6. *apud eundem Card. de Luc. tom.* 2. *vers. Etiamsi de per sè non sufficerent, unitæ juvant*.

Adversus quæ non obstat reflexio, quod similes Gratiæ concedi dumtaxat soleant magnis Principibus, & ex magna causa; Objecto enim punctualiter
22 occurrunt *Perez de Matrim. disp.* 20. *sect.* 7. *num.* 11., his verbis -- *Nimis rigidum est asserere non esse dispensandum à Papa in dissolutione Matrimonii rati, nisi cum Magnis Principibus, & ubi alicujus Regni jactura imminet; Moveor, tum ex ipso usu, nam, ut docent viri graves, dispensarunt de facto Pontifices cum aliis Viris, qui non erant Magni Principes, nec imminebat Regni alicujus jactura; Usus autem, & consuetudo multum valet in hac re &c. tum etiam quia non videtur ita indissolubile, quin per Potestatem publicam supernaturaliter concessam dissolvi nequeat &c. ad salutem Fidelium Spiritualem* -- *Pignatell. consult.* 147. *num.* 9. *tom.* 1. *juxta Roman. impress.*, & *Gobat. in Theolog. experimental. tract.* 10. *de Matrim. cas.* 18. *num.* 691. ibi -- *Fuit usus erga vulgarem Opificem nullius prorsùs gratia suffultum, & quidem absque causa bonum publicum concernente* --;
23 Et habemus in hac parte antiquum illum casum Innocentii X., de quo supra, nec non recentia illa exempla. Clementis XI. in *Oriolen.* 16. *Maii* 1711. & *in Tirasonen* 2. *Octobris* 1723. *Innocentii XIII.* ultra alios antiquiores, de quibus apud Doctores citatos supra.

Remanet dispensatio super Voto Castitatis, pro cujus affirmativa resolutione supponendum est, Votum Castitatis, de quo disputamus, non esse solemne, minusque unitum cum Voto Religionis, in quibus circumstantiis solet Summus Pontifex non de facili Dispensationem concedere, sed sumus in terminis
24 simplicis Voti Castitatis, circa quod faciliter dispensare, vel commutare solent, justa accedente causa, ex adductis *à Corrad. in Prax. Dispensat. lib.* 8. *cap.* 10. *in princ.*

Justa verò causa pro ejusdem Voti dispensatione, vel commutatione reputari solet fragilitatis Voventis, quæ in nostro casu approbatur ex facto in Relatione Ordinarii. Et in Jure pro sufficienti illam habent Authores illi, quos referunt, & sequuntur
25 *Avers. de Matrim. quæst.* 16. *sect.* 5. *vers. Juxta has rationes*, & *de Just. de Dispens. Matrim. lib. primo, capitolo quarto numero*, 94. *vers. Sed potiùs periculum incontinentiæ, quod solet esse causa dispensationis in hujusmodi Voto*.

Eminentiss. & Reverendiss. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Domini, Domini Clementissimi.

Clementissimum mandatum Eminentissimorum, & Reverendissimorum Cardinalium Sacræ Congregationis Concilii in causa prætensæ Impotentiæ, & non consumationis Matrimonii inter Joannem Vvol-
26 fangum Baur, & ejus Consortem Annam Mariam Fælicitatem Romæ 7. Novembris 1723. ad me directum demississima cum veneratione recepi, cui, ut obedientissimè, ac exactè mos geratur, præter Consistorialis Prothocolli ex Germanico in Latinum fidelissimè traducti appositionem, geminam facti speciem optima fide hisce sequentibus exhibeo.

Modò dictus Vvolfangus Baur post absoluta cum Insignis Pietatis, ac profectus laude severiora utriusque Juris studia, præter Conturbernalium suorum 27
nullam in ipso versùs alterum sexum inclinationem advertentium opinionem statum sæcularem amplexus in Eystetensi Curia tùm Ecclesiastica, tùm Aulica Advocatum per plures, annos egit, subinde Fiscalem, quo in munere celebs diù substitit, nec ad oblata vota matrimonialia, ut ut proficua, commoveri potuit, forsitan conscientia matrimonium jam tunc dissuadente.

Tandem Proxenetarum imposturis instantiis præproperato potiùs, quàm maturo præhabito consilio, dictam Annam Mariam antea non nisi de facie sibi 28
notam, ac ipsam quidem metu reverentiali erga Propinquos, quos loco defunctorum suorum Parentum habebat, ad hæc vota adactam, die 14. Novembris 1712. duxit; Verùm quàm funestum fuerit hoc Matrimonium, exitus comprobavit, dum supradicta Anna Maria post unam statim, & alteram cohabitationem de impotentia, & frigiditatem etiam dicti Viri Vvolfangi Baur dolenter conquesta, nonnisi severa Propinquorum suorum adhortatione, & minis ad ulteriorem cohabitationem compelli potuit, quibus invita licèt obtemperans, integrum adhuc mensem illi quoad Thorum, & mensam cohabitavit, donec viribus, & sanitate prostrata, ac corpore ex sæpiùs attentata, sed nunquàm consummata copula, intumescente, super quo Propinqui, & Familiares hodie cùm testari parati sunt, cogi se ampliùs non passa est, præsentissimum animæ, & corporis dispendium prætezens.

Quapropter in hac causa ad D. Officialem Doctorem Jo. Baptistam Gegg nunc Pro Episcopum, & Vicarium Generalem mantiensem Antecessorum me- 29
um, sub quo tota lis cœpta est, & desiit, delata est, qui in plena sessione Consistoriali sæpiùs dictæ Annæ Mariæ ad instantiam etiam fati Vvolfangi Baur ulteriorem cohabitationem indixit, & impulit; Verùm cùm iterùm dicta Anna Maria carceres potiùs, imo mortem oppetere, quàm ulteriùs Viro huic cohabitare vellet, quin & desperabunda Suicidium non ex vano minitaretur. Vir è contra ingenuè, & in plena sessione Consistoriali ultro fateretur, se, quidem sæpiùs copulam attentasse, sed nunquàm consumasse, aut consumare potuisse, sicque Matrimonium tantùm ratum sed nunquàm consummatum fuisse, prout ex sequenti Prothocollo Consistoriali penitùs constabit.

Idem D. Officialis Jo. Baptista Gegg Antecessor meus, cæterique DD. Consiliarii Consistoriales ab ulteriori 30
coactione ad cohabitandum tum ob præsentissimum animæ, & corporis ex parte feminæ periculum, tum quòd Vvolfangus Baur ipsemet fortè suæ inhabilitatis conscius actionem suam dereliquerit, abstinuerunt, & ut famæ Viri, alias studio, & pietate Inclyti, consuleretur, ad declarationem impotentiæ non processerunt, spontaneam præsertim desertionem causæ ex parte Viri præ primis protelatantes.

Post triennium ad hinc sæpissimè fata Anna Maria non contradicente, sed consentiente viro, præhabita 31
etiam cum Confessario deliberatione, votum castitatis emisit, & ex altera parte Vvolfangus Baur, consultis priùs Religiosis, ac doctis Viris, ad statum Clericalem aspirans, sacris Ordinibus initiatus, & Canonicatu arctutus est, quo in statu pientissimè, & ad ædificationem Civitatis vivit; Fæmina è contra fragilitati suæ ab initio nimirùm quantum confisa instantissimè à Voto Castitatis exolui, & ad alias nuptias transeundi facultatem desiderat.

Quid verò in casum denegandæ dispensationis actura sit, ægrè dispicio, nisi quod me vestigia alio- 32
rum terreant, qui ut Jugo Ecclesiæ se subducerent, ad Heterodoxam Sectam desciverunt, his præsertim in partibus, ubi Hæreticis, undequaque circumcingimur, quin, & promiscue cum illis vivere necessitas jubet: Cæterum cum super admissione ad Sacros Ordi-

Ordines dicti Vvolfangi Baur in hujusce Curia Consistoriali nihil actum, & pertractatum fuerit, exactam rationem, & genuinam Informationem exhibere nequeo, qui Sac. EE. VV. Purpuram venerabundus deosculor, ac demisissimè me commendo.

Eminentiss. & Reverendiss. DD. Cardinalium.
DD. Clementissimorum
Jufimus, ac Devotiss. Servus, & Cappellanus
Jo. Raphael Heugel Officialis Curiæ.

33 Die 29. Julii per 19. Augusti 1724. propositis in Congregatione Concilii duobus sequentibus Dub.

I. An Illustriss. D. N. consilium præstandum sit pro
34 Dispensatione super Voto Castitatis.

II. An eidem Illustriss. D. N. consilium præstandum
35 *sit pro Dispensatione super Matrimonio, tanquam rato, & non consumato.*

36 Responsum fuit: *Ad mentem*, quæ ignoratur.

DISCEPTATIO X.

Forolivien. Immunitatis

INTER

Definitorium, & Monachos Congregationis Vallisumbrosæ

ET

Promotorem Fiscalem Curiæ episcopalis Forolivien.

ARGUMENTUM.

Sedes abbatialis ultra illos tres dies, in quibus rigore generalium Decretorum Sac. Rituum Congregationis Abbates generales possunt pontificaliter celebrare, an valeat ad decorem Ecclesiæ retineri ornata; Vel potiùs possit Episcopus illam dd. ornamentis expoliari facere.

PLuribus ab hinc Sæculis quot annis die 30. Aprilis in antiquissima Ecclesia S. Mercurialis Congregationis Vallis Umbrosæ solemnissimè celebratur Festum dicti Sancti Mercurialis, primi Antistitis, & Patroni Civitatis Forolivii, cujus Sacrum Corpus sub nobili Urna in Ara eidem Sancto dicata ibi religiosissimè asservatur, seiunctum tamen à Sacro-Sancto Capite,
1 quod custoditur in Parochiali Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis; Cùmque vetustissima consuetudo sit, ut eadem die devota dirigatur Processio cum interventu Episcopi, Cleri Sæcularis, & Regularis, necnon Magistratuum dictæ Civitatis ad dictam Ecclesiam Sancti Mercurialis, cum delatione Sacri Capitis præfati S. Protectoris, quod, postquam ad Ecclesiam perventum est, dum Missarum solemnia celebrantur, per Canonicum hebdomadarium traditur in Gradi-
2 bus Presbyterii Abbati, Pontificalia exercenti, seu Monacho eius loco celebranti, qui illud contemporaneè deosculandum præbet dictis Episcopo, & Magistratibus, magna cum pompa Processionem comitantibus, oblationesque solitas eidem Ecclesiæ Abbatiali, etiam ex Voto Civitatis subministrantibus juxta leges Statutarias, de quibus in Summario.

His peractis, Sacrum Caput collocatur supra Aram dicti Sancti, ibique universi Populi adorationi, ac deosculationi expositum remanet, donec, inclinata ad Vesperas die, adveniat tempus præfixum novæ Processioni, minus tamen solemni, restituendi
3 gratia Ecclesiæ Sanctissimæ Trinitatis Insignem venerandi Capitis Reliquiam.

Utque nihil pompæ, & decentiæ desit adeo solemni festivitati, consueverunt dicti Monachi Ecclesiam Abbatialem sericis ornamentis decorare, atque, juxta eorum prærogativas, & Privilegia, Baldachinum erigere, cum solitis ornamentis Pontificalibus, ad hoc, ut Abbas ad sui libitum, vel per se, vel per alium Abbatem Pontificalia exercere valeat, absque eo quod ullus ex Episcopis antecessoribus huic Erectioni Baldachini pro tali solemnitate, ultra alias 4
duas à *Decretis generalibus Sacræ Rituum Congregationis permissas*, impressis apud *Monacell. in Formular. tom. secundo tit. 13. à numer. 32.* umquam se opposuerit, fuerint, vel non fuerint actualiter exercita Pontificalia.

Modernus dumtaxat Episcopus, & si Patria Forolíviensis, post lungum silentium, & acquiescentiam 12. annorum sui Regiminis, in quo singulis annis occasione sui interventus prædictæ annuæ Processioni conspexit Sedem Abbatis Pontificaliter ornatam, eique nunquam obicem opposuit, anno proximè elapso 1726., recurrente eodem Festo, impugnavit erectionem dicti Baldachini, occasione sumpta à prætensa 5
omissa urbanitate P. Abbatis Columbani, in actu, quo idem Episcopus accessit ad visitandum Altare pro Cura Animarum in Ecclesia Abbatiali existens, licèt idem Abbas non solùm in nihilo in actu ejusdem Visitationis defecerit, ut inferius dicemus, sed potiùs in Urbanitate excesserit, recepto Episcopo cum Baldachino pretioso per nobiles Personas delato, ut justificamus in Summario, quæ solemnis receptio ex *dispositione Cæremonialis Episcoporum* solùm peragi debet in primo Episcopi ingressu in Civitatem.

Unde idem Episcopus, vindicandi forsan causa dictam prætensam omissionem, sub velo, quod Sedes Pontificalis erigi non posset prædicta die, occasione solemnitatis S. Mercurialis, ob insubsistentem suppositum discessum nostri P. Abbatis Florentiam versus (quando ipse revera non abiit, nisi tertia Maii) mandavit per 6
Sacerdotem Ubaldinum Clericum Cærimoniarum, & Baroncellum ejus Episcopalis Curiæ, amoveri Baldachinum, Sedemque Pontificalem denudari, prout effectivè sequutum fuit, modis, & formis hìc ad amussim subnectendis.

Memoratus siquidem Cæremoniarum Clericus, una cum dicto Baroncello, paruis Sclopis vulgo *Pistole* armato, circa decimam tertiam horam eiusdem festivi diei Sacristiam Monasterii Ingressus petiit à Religiosis ibidem existentibus, an P. Abbas ad Capitulum se contulerat; Licèt autem promptum accepisset responsum, Ipsum nondum discessisse, sed haberi tanquam præsentem, veluti brevi reversurum ab eorum Parochiali Ecclesia S. Martini, ad quam eadem mane se contulerat ante elevationem Solis, ad exequenda nonnulla decreta Visitationis Episcopalis, adhuc dictus Cæremoniarius subiungere non erubuit - *Che esso sapeva di* 7
certo, che il P. Abbate non faceva la fonzione del Pontificale in quel giorno, perche era partito per Firenze, per andare al Capitolo generale, e che per ciò per ordine di Monsignor Vescovo commandava alli Monaci di deporre la Sedia, & il Baldachino alzato secondo il solito la sera antecedente - Cui discursui respondit P. Cataneus, ibi præsens, Baldachinum deponi non posse - *Per trovarsi il P. Abbate qui poco distante, e per così dire in Casa* - Quod etiam confirmavit P. Picchiotti, ut deponunt fere omnes nostri Monachi nec non quatuor exteri facto præsentes, & demum tres Monachi Camaldulenses. 8

Habita huiusmodi responsione, sanè dictus Cæremoniarius acquiescere debuisset, prout Ipsi Monachi certo autumabant, sed ipse à Sacrario proripiens una cum dicto Baroncello, armis, ut supra, instructo, in Ecclesiam, & Presbyterium more militari irruit, & perinde, ac si Domus Dei, *Domus Sancta*, *Domus Orationis*, & 9
Porta Cæli, qualis in Sacra Scriprura demonstratur *Ecclesia*, ut videre est in *Genes. 28. 22. in Exod. 23. 16. Paralipomen. 29. 4. & Matth. 23. 13.* tradita esset in direptionem, ambo Sedem Pontificalem aggressi denudarunt, eamque Sacris Insigniis denudatam removerunt, totamque in medio Presbyterii traduxerunt, ut ibi in- 10
verso ordine omnia essent disposita, utque id, quod in Ecclesiæ decorem Regularis Sacerdotii Maiestatem, & decus prefeferre debuisset, in publicum ludibrium spectantiis Populi cederet, eo quia Templum tali hora refertissimum erat occasione magnæ Festivitatis, pluriumque Missarum celebrationis.

Eoque progressi fuere prædicti Cæremoniarius, & Baron-

Baroncellus, ut arrepta Cruce argentea cum Imagine Sanctissimi Crucifixi propè dictam Sedem Pontificalem elevata, ausi fuerint, mediante dicta Cruce
11 Baldachinum pluribus, iisque vehementibus ictibus concutere, illudque deiicere, nedum cum Baldachini, sed etiam (quod horret Calamus describere) præfatæ Crucis argenteæ effractione.

Quæ omnia non possumus meliùs, neque clariùs exprimere, quàm mediantibus præcisis verbis qualificatorum Testium, de quibus in Summario Cærimoniarius (quem Episcopus in sua Relatione vocat
12 *Sacerdote dotto, e pio*) *cominciò non a spogliare, ma à stracciare le suppelletti di detto Pontificale, assieme col detto Barigello, che l'ajutava, e perche non poteva arrivare al Baldachino, cominciò con lo Stendardo, esistente nel Presbiterio, & inalberato con drappo, e Croce d'argento à sfondare in due luogi il sopra Cielo del Baldachino di detto Pontificale, sino à tanto, che non l'hebbe fatto calare giù. Per lo che caduta la Croce d'argento di detto stendardo, si ruppe la medema nel piede, esclamando il Popolo tutto a tale spettacolo.*

Et ne quid intentatum relinquerent, sæpememoratus Baroncellus dictæ Sedis Pontificalis Postergale, seu indumentum secum deferens, tanquam Victor, capta Præda, gloriabundus, illud in medio Plateæ majoris ibi contiguæ per aerum volitavit, elevata
13 sequenti voce - *Questa è la mia Cattura*, deindeque tale Indumentum ad Episcopum detulit, qui Ipsum non sine lapsu recepit, & in suis Mansionibus detentum, cunctis a se accedentibus, ostendebat.

Huic solemnitatis perturbationi, Monachi occurrere satagentes, prout meliùs eis licuit, & permissum fuit in tanta temporis angustia, restituerunt Cathedram, & Baldachinum ad pristinum locum, eamque alia veste ornare curarunt; postea verò justissimo perculsi dolore suas conquestiones de Injuriis, ut supra acceptis, deque eorum Ecclesiæ profanatione ad Episcopum per Virum nobilem simul, Juris-
14 que consultum deferri non omiserunt, ad hoc ut cessaretur ab ulterioribus vexationibus, & Profanatores condignè plecterentur; Sed eorum pacificus Mediator convicia, & injurias loco complementi Justitiæ reportavit. Imo idem Ordinarius se ratam habuisse Templi profanationem indubitatum præbuit argumentum, dum præter acceptatam, & retentam vestem Cathedræ, ut supra ab Ecclesia adeo turpiter ereptam, illicò post mediam horam transmisit ad
15 Monasterium quoddam Præceptum contra Abbatem, & Monachos, in quo sub erroneo prætextu, quod idem Abbas de nocte aufugerat, inhibebat authoritate. Ordinaria, ne Pontificalia in hujusmodi solemnitate exercerentur, neve Baldachinum elevaretur, sub pœnis, contentis in Sacris Canonibus.

Inter hæc discrimina, ne magis deturbaretur solemnitas tantæ Festivitatis, Prior Monasterii solemnem Missam persolvit, absque alio Pontificalium exercitio, à quo se abstinere prudenter existimavit Abbas tali mane, ne Episcopus in aliam magis præcipitem abiret resolutionem, adeoque, postquam Ip-
16 se incruentam Hostiam privatè litavit post horam 15. cum dimidio in præfata Ecclesia Parochialis S. Martini (de qua Missæ celebratione deponunt Testes in Summario) ubi propter modicam distantiam jam certioratus fuerat à suis Monachis de antedictis excessibus, adauctis etiam ulterius per dictum Episcopum, mediante diversione solemnis Processionis, directæ per Eum, & absolutæ ad Ecclesiam Cathedralem, quando juxta immemorabile solitum eadem Solemnis Processio debuisset ingredi Ecclesiam S. Mercurialis, ibique terminari cum Retentione Sacri Capitis ejusdem Sancti per totam illam diem, super Aram, ubi requiescit ejus venerabile Corpus, ut superiùs naturatum fuit idem Abbas ad suum Monasterium regressum habuit, communique Mensæ ora Prandii accubuit, una cum suis Monachis, aliisque Religiosis, ad solemnem festivitatem, & Pontificalia de more invitatis, subindeque, ut illibata Jura propriæ Congregationis, & Abbatiæ, quoquo modo servarentur, Vesperas Ipse Pontificaliter celebravit in Abbatiali Ecclesia, ubi etiam moram pertraxit usque ad diem tertiam Maii, qua discessit pro Capitulo Generali.

Utinam verò in hac parte veritate cohærente ea, quæ Episcopus asseruit circa nocturnum discessum nostri P. Abbatis; Ipse etenim coactus non fuisset conspicere de sero novam minus solemnem Processionem cum delatione Sacri Capitis iterum duci per Plateam, & per vias retrogradas ante eorum Ecclesiam, ita jubente dicto Episcopo, ut mœstissimos Monachos Majori afficeret perturbatione, quando è 18
Cathedrali ad Ecclesiam Sanctissimæ Trinitatis patebat iter rectum, de ordine ejusdem Præsulis, alias servatum anno 1715. occasione alterius similis Processionis irregulariter, & contra immemorabile solitum peractæ tempore P. Abbatis Balestræ, & Ipsemet fatetur in sua Relatione ad hanc Sac. Congregationem transmissa.

Neque Monachorum vexatio hìc suam metam attigit, dum Episcopus, nulla expressa Causa, ab exercitio Curæ Parochialis suspendit P. Fuga, eo insubsistenti adducto prætextu, quod protulisset verba injuriosa contra dictum Cæremoniarium de mane post sequutam dejectionem Baldachini, & scandalosam violationem Ecclesiasticæ Immunitatis, quando idem Religiosus, & Curatus potiùs laudandus, præmioque dignus fuis- 19
set, utpote Zelator Domus Dei, & Custos dictæ Immunitatis, ad tradita per *Montanell. in Formular. tom. 3. tit. 2. formul. 9. numer. 9. Pignatell. consultat. 162. numer. 12. tom. primo, Ricc. in Synopsi Decretorum S. Congregationis Immunitatis V. Episcopus quoad Regulares numer. 8.*

In hoc deplorabili rerum statu Definitorium Ordinis Vallumbrosani coactum fuit recursum habere ad hunc Sacro Sanctum Consessum pro reintegratione Immu- 20
nitatis, adeo enormiter læsæ, ac pro condigna in Violatores animadversione.

Rimatis siquidem singulis Circumstantiis, quæ factum concomitantur, multiplici ex capite consurgit Immunitatis læsio; Primò nimirum ex impetu, & violentia, illata à supradictis Ministris Curiæ Ecclesiasticæ, cum perturbatione Divinorum Officiorum, quæ in Ecclesia tunc temporis peragebantur, & cum insigni tumultu Populi - *Esclamando tutto il Popolo à questo spettacolo* per quem sane impetum, & violentiam in Ecclesia, sive in Personis, sive in Rebus violari Sanctitatem loci, & Violatores censuris 21
innodari, determinat literalis *Textus in Can. Quisquis inventus. 17. quæst. 4. & in cap. Decet. de Immunit. in 6.* ibi - *Impetumve committat*, quem sequuntur *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 2. de Immunitat. Eccles. cap. 3. numer. 34. Ventrigl. in Prax. tom. 2. annot. 22. §. unico ad Bullam S. Pii V. numer. 10.* ibi -- *Non est permittendum, violentiam fieri in Ecclesia, alias violentiam inferens Sacrilegium committit, Ricc. in Synopsi Decret. Sacr. Congregat. vers. Censura numer. 7. 11. vers. Confugiti num. 2. 18. verb. Cursor num. 4. vers. Baroncellus numer. 5.*

Secundò ex scandalosa deiectione, & laceratione Baldachini, cùm non minus sibi vindicat reverentiam Locus sacer, quàm Res Deo, eiusque Cultui 22
addictæ, ad tradita per *Ventrigl. in Praxi annot. 22. numer. 10.* ibi: *Neque Personis, neque rebus, quæ in Ecclesia continentur, Barbosa loco citato cap. 3. de Immunit. num. 34.*

Tertiò accedit scandalosus abusus Sacrosanctæ Crucis Vexilli, Humanæque Redemptionis signi, quod cum fuerit nimis improprium Instrumentum memoratæ deiectionis, & fracturæ Baldachini, insuperque dicta Crux in partes scissa, in terram corruerit illius profectò anathemati subrecti sunt Violatores, propter profanationem Imaginis Christi in Ecclesia existentis, ex animadversis per *Bon. Oper. Mor. to. 2. disp. 3. q. 6. puncto* 23
unico n. 4. vers. Respondetur, & habemus in hac parte rotundum *Textum in L. unica C. Nemini licere Signum Salvatoris*, quem sequitur *Dand. de Suspect. de Hæresi capitulo secundo, sect. 7. subject. unic. numer. 42.* ubi sequentem adducit æque congruam, ac stringentem ratio-

rationem, ne aliàs afficiatur iniuria nostræ Redemptionis trophæum.

Quarto ob verba iniuriosa ibi prolata per dictum Cœremoniarium in Monacho, *trattandoli da Frati temerarii*, *& impertinenti Can. quisquis 17. quæst. 4.* ibi: *Vel Ecclesiasticis Personis injuriam fecerit, Bar-*
24 *bos. de Jur. Eccles. univers. lib. 2. tit. de Immunit. cap. 3. num. 34. & Ventrigl. in Praxi part. 2. annot. 22. §. unico num. 10.*

Quintò ob atrociorem violationem, quam dicti Ministri committere ausi fuerunt, auferendo à dicta Abbatiali Ecclesia Pontificalia Insignia, nempè Vestem Sedis Pontificalis, quam insuper Baroncellus volitare fecit per Plateam maiorem Civitatis magno cum triumpho, hæc verba proferens: *Questa è la mia Cattura*: Quoties enim aufertur Sacrum de Sacro, vel
25 non Sacrum de Sacro, sive Sacrum de non Sacro, semper incurritur excommunicatio ad *Textum in Cantic. quisquis 17. quæst. 4.* ibi: *Sciat se communione privatum, Fagnan. in Cap. Inter alia de Immunit. Eccles. sub num. 10. §. 8. & ultimo, Pignatell. consult. 59. numero primo, tom. 9. Brugiott. Institut. Crimin. lib. 2. tit. 7. numer. quarto, & sequentibus Raynald. observat. crimin. tom. 2. cap. 14. à num. 26. & Barbos. de Jur. Eccles. Univers. lib. 2. capit. 3. num. 35.*

Fortiùs, quia Indumentum Cathedræ, sive Episcopalis, sive Abbatialis, dicitur Vestis Sacra, & uti talis describitur in *Cæremoniali Episcoporum*, dum enumeratur, & recensetur inter Paramenta, deservientia pro
26 celebratione Pontificalis, ut videre est apud *Piscaram, & Bauldrium in fine eorum librorum de Sacris Cæremoniis, & Novar. in Summ. Bullar. Commentar. 11. num. 10.* & dixit quoque *Rota coram Priolo decis. 61. numer. 20. & dec. 109. num. 2.* Unde absque ullo dubio nullatenus extrahi poterat ab Ecclesia, minusque pro exequutionis materia deservire citra incursum in Censuras, cùm neque ipsæ res profanæ intra Ecclesiam, sive Locum Immunem detentæ pati valeant extractionem
27 per Justitiæ Ministros, & maxime ut inserviant pro Corpore delicti, iuxta animadversa per *Ricc. in Synopsi Decretor. Sacr. Congreg. verbo Facultas extrahendi Bona numer. 7. & V. Literæ perquisitionis num. primo, Fattolill. de Immunit. part. 5. tractat. 5. sect. 137. numero primo.*

Quæ læsio Immunitatis transit in evidentiam in casu præsenti, dum ultra quinque capita, iam recensita, accedunt multæ aliæ circumstantiæ, de se immunitatem lædentes; Individuus enim Comes in Sacrario, Presbytero, & Ecclesia huius multiplicatæ profanationis fuit Baroncellus, omnem suam reitatem communicans cooperatori, & complici Cæremonia-
28 rio, & è contra, itaut uterque pari pœna puniendus sit iuxta decreta, relata à *Siccio ubi supra verb. Confugiti num. 16. V. Nuncius quoad Regulares numer. 16. & V. Episcopus quoad Immunitatem numero quinto, & Fatolill. de Immunit. part. 5. tract. 5. sect. 10. num. 3. & 5.*

Et quod magis est, omnia superius relata exequutioni demandata fuerunt in Ecclesia per contemptibilem Personam vilis Exequutoris, & quidem tempore adeo Solemnis Festivitatis, & non sine magna admiratione, & scandalo totius Populi, semper ab Ecclesiæ Sanctitate reiiciendis, iuxta authoritates su-
29 pra relatas, quibus addimus *Textum in l. Prætor edixit §. Quod autem Prætor ff. de Injur.* ibi: *An in solitudine injuria facta fuerit, multum interesse &c. & in Cap. primo de Maledictis* ibi: *Multis coram adstantibus, Panimol. dec. 16. annot. prima num. 28. Basilic. dec. 4. per tot. Farinac. quæst. 105. num. 106. & de Ros. resolut. crimin. 26. n. 1. & per totam.*

Neque ad evitandam adeo scandalosam, & ænormem Immunitatis Ecclesiasticæ læsionem iuvat asserere, quod in Locis Sacris omnem valeat Episcopus Jurisdictionem exercere, comprehensa etiam extractione rerum, in illis existentium; Ultra enim satis claram responsionem, quod Ecclesia Abbatialis est
30 exempta ab authoritate Ordinarii, utpote existens sub immediata protectione Sedis Apostolicæ *Capit. Cordi in fine de Appellat. in 6. Capit. Sacro de sententia Excommunicationis, Clement. Archiepiscopo de Privileg.* cum aliis apud *Pignat. consult. 162. numer. 13. tom. 1.*

Respondemus in Jure id nullam habere subsistentiam; quia non est permissum Episcopis extrahi facere ab Ecclesiis, quantumvis ipsis subiectis, neque res etiam profanas, sive detenta loco Confugii, sive alio titulo in eisdem Ecclesiis existentes, eoque minus in his materiis manus apponere, ultra casus exceptos *in Constit. 7. Officiali Curiæ cap. 24. num. 17.* 31
Pignatell. consult. 11. num. 14. tom. 4. Sperell. dec. 59. numer. 36. Monacell. in Formular. tom. 1. tit. 5. formul. 8. numer. 11. & tom. 3. tit. 1. formul. 12. numer. 13. & consonant ferè innumera Decreta S. Con- 32
gregationis, relata per *Fattolil. de Immunit. part. 5. sect. 137. numer. 1. & Ricc. in sua Synopsi V. Episcopus quoad Immunitatem num. 34. verb. Episcopus quoad Regulares num. 10. V. Extractio Confugitorum nu. 15. V. Captura num. 2. V. Causarum cognitio n. 11. V. Perquisitio num. 12.*

Atque habemus in hac parte novissimam Constitutionem Benedicti XIII. impressam post *Concilium Romanum V. Constitutio n. 25. fol. mihi 399.*

Quod est adeo verum, ut, etiamsi agatur de rebus profanis, vel per furtum sublatis, vel spectantibus ad fraudolentos Decoctores, adhuc nec etiam auferri possunt, vel ab Ecclesia amoveri ab Episcopis, sed ad dictum effectum requiritur licentia hujus Sa- 34
cræ Congregationis, ut sæpè decisum testantur *Pignatell. consult. 111. num. 14. & seqq. tom. 4. Monacell. in formular. tom. 3. tit. 1. formul. 12. num. 11.* ubi quod Bona, existentia in loco immuni, neque etiam valent sequestrari, neque authoritate Episcopi, 35
que Authoritate Nuncii Apostolici, ut respondit *hæc Sacr. Congregatio in Taurinen. 28. Novembris 1634.* junctis Decretis relatis per *Ricc. in Synopsi verb. Bona asportata in Ecclesiis num. 1. 2. verb. Facultas extrahendi Bona num. 1. ad 9.* ubi *num. 7.* loquendo de facultate, quæ aliquando datur per hanc *Sacram Congregationem* extrahendi res Decoctorum à Locis Immunibus, subdit illam concedi, dummo- 36
do res extractæ non inserviant pro Corpore Delicti, & extractio fiat cum maxima cautela cum aliis apud *Panimoll. dec. 25. n. 51. 53.*

Ex quibus remanet manifestum, quod Ministri Curiæ Episcopalis Forolivii nullo colore eximi possunt à Censuris, & à penis contra Violatores Ecclesiasticæ Immunitatis à Sacris Canonibus inflictis, si enim, neque ipsismet Episcopis, servatis servandis, procedentibus, id permissum est ex supra citatis, & quidem in terminis durioribus rerum, vel 37
furto sublatarum, vel ad fraudolentos Decoctores spectantium, multo minùs Ministris ejusdem Episcopi licita fuit in nostro casu scandalosa extractio Ecclesiasticarum Suppellectilium, & Sacrarum Vestium, ad usum Pontificalium deservientium in pleno die, coram omni Populo, & cum æque inaudito, ac scandaloso fastu, quo nihil absurdus, nilue irrationabilius nedum de facto dari, sed neque mero possibili valet excogitari.

Crescitque in immensum vis hujus reflexionis observando, quod Leges Immunitatis inviolabiliter servantur quoad Personas, & res etiam profanas, in quocumque Loco Immuni existentes, sive ibi reperiantur per modum confugii, sive quocumque alio 38
titulo, iuxta Decreta, relata per *Ricc. in Synopsi V. Immunitas num. 5. V. Parochus num. 1. 2. 3. 8. V. Regularis delinquens numer. 38. V. Exequutio numer. 3. V. Domus Parochialis numer. 1. V. Perquisitio numer. 11. cum seqq.* Multo magis tueri debent in ordine ad Sacros Habitatores, sacrasque res, ibi existentes, adeout in istis terminis omnino illicita, omnibusque rationibus, & congruentiis opposita fuerit illarum extractio, absque specialissima facultate huius Sacræ Congregationis, ut sæpissimè decisum testatur *Riccius ubi su-* 39
pra V. Perquisitiones numer. 7. cum tribus seqq. V. Perquisitio num. 3. & sequentibus & V. Facultas extrahendi Bona.

Adversus quæ non credimus exadverso insistendum

dum in eo, quod erectio Baldachini in tribus soli-
40 tis diebus fieri, ac retineri non valeat, quando actu per Abbates Pontificalia non peraguntur.

Oppositum enim de Jure indubitatum est ex iis, quæ quotidie servantur, nedum in omnibus Monasticis Institutis ex animadversis per *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 21. quæst. 2. num. 5. & quæst.*
41 *7. num. 2.* sed particulariter in nostro Monasterio Sancti Mercurialis, ubi erectio Baldachini semper sequuta fuit in ejus Festivitate, sive præsente, & celebrante, sive absente, aut non celebrante Pontificaliter Abbate pro tempore, videntibus, scientibus, & non reclamantibus omnibus Episcopis, ut justificamus in Summ. Quod profectò ad nostrum intentum exuberant, ex communiter animadversis per omnes Tractantes de Sacris Ritibus, & concordan-
42 tes in eo, quod in hac materia consuetudo unice attenditur, totumque facit, & pro lege habetur *Cap. Ut Apostolicæ de Privil. in 6. Tamburin. de Jur. Abbat. disputat. 19. quæst. 112. & disput. 20. quæst. 5. num. 16. Franc. de Controvers. inter Episcopos, & Regulares tit. de usu Baldach. parte prima quæst. 3. nu. 390. & 397.*

Maxime, quia hujusmodi consuetudo, tam generalis, quàm particularis, tenendi in Ecclesiis exposita Insignia Pontificalia, quantumvis actu Pontificalia non exerceantur pro tempore, illisque tribus vicibus, quibus à Decretis generalibus Sacræ Congregationis Rituum permissum est Abbatibus Regularibus Pontificalia exercere, corroboratur assistentia Juris, Oraculis Sacrarum Congregationum, & Privilegiis à pluribus Summis Pontificibus concessis, expressè indulgentibus Pontificalia Insignia, nedum intuitu Digni-
43 tatis Abbatialis, sed etiam ad decorem Ecclesiarum Abbatialium, Cultusque Divini magnificentiam, juxta verba illa *Textus in Cap. Ut Apostolicæ de Privileg. in 6.* ibi -- *In Ecclesiarum suarum gloriam, & honorem* cum aliis *apud Tamb. de Jur. Abb. to. 1. disp. 19. q. 1. n. 2. & disp. 20. q. 1. n. 12. & 22. & disput. 22. q. 11. n. 2.*

Quo verò ad Sacrarum Congregationum Oracula, æque individuale, ac famosum est illud *Sacra Congregationis Rituum in Fesulana Pontificalium prima Octobris* 1701. ad relationem *Cardinalis Colloredi*; disputatis enim sequentibus duobus Dubiis. I. *An Abbati Congregationis Lateranensis habenti usum Pontificalium, eadem Pontificalia ter exercere licuerit intra spatium 8. dierum. II. An per totum dictum tempus licuerit similiter retinere Sedem, seu Cathedram Episcopalem cum Baldachino, & Ornamentis &c.* Utrumque dubium resolutum fuit *affirmative*, ut recognosci potest apud *Scarfanton. ad Ceccoper. part. 2. ad tit. 2. n. 15. fol. mihi 14.*

Minus subsistit, quod P. Abbas nostri Monasterii, qui
45 de mane Pontificalia non celebravit, ea exercere nequiverit in secundis Vesperis.

Ultra quod enim iste actus, uti posterior nihil influit ad excludendam læsionem Immunitatis jam patratam de mane, observandum est, quod attento notorio, & indebito impedimento P. Abbati de mane præstito per Episcopi Ministros, idem Abbas integrum Pontificale tam scilicet Matutinum, quàm Vespertinum complevisse censetur, cùm impeditus ab exercitio actus, perindè habeatur, ac si actum exercuisset, & pro facto censeatur, quod fieri prohibi-
46 tum fuit, ut notant communiter Scribentes in *Cap. Quoniam §. Porrò Ut lite non contestata*, ibique *Gloss. V. Impeditus Rota cor. Buratt. decis. 246. numer. 12. & coram Otthobon. decis. 75. numer. 3. & coram Ansald. dec. 31. numer. 11. & sequentibus*; Adeoque ad servanda intacta Jura suæ Abbatiæ, æquissimum sane fuit, ut Abbas Pontificaliter Vesperas saltem caneret, ne alias impedimentis sibi de mane injustissimè inflictis, acquiescere videretur.

Neque etiam subsistit, quod non celebratâ Missa Pontificali, Vesperæ pontificaliter peragi non valeant, quia *Cæremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 1. & 2.* exadverso allegari solitum, loquitur solummodo de primis
47 Vesperis solemnius peragendis, quando de sequenti mane celebratur Missa Pontificalis; Cæterum secundæ Vesperæ absolute non prohibentur, quinimò permittuntur, ut in *dicto Cæremoniali lib. 2. cap. 2.* ibi: *Si Episcopus ob aliquod impedimentum, vel alia de Causa in festis præcedenti Capitulo enumeratis, vel in aliis festis, & Dominicis solemnibus non sit ipsemet solemniter Missam celebraturus, velit tamen Vesperis sive primis, sive secundis interesse, & Officium facere, observavit eadem fere omnia quoad se, ac si in crastinum esset celebraturus; nam & eisdem Sacris paramentis indutus erit*, licèt peragi debeant cum mino- 48
ri solemnitate (ut de facto in nostro casu peractæ fuerunt per P. Abbatem) *Piscar. in Prax. Sacr. Cærem. lib. 2. c. 9. sect. 5. & Bauldr. eodem tract. lib. 2. c. 1. n. 11. cum duobus seqq.*

Verùm quid ulterius immoramur in hac objectione refelenda, dum ipsemet Episcopus id millies reduxit ad praxim, celebrando videlicet secundas Vesperas pon- 49
tificaliter, etiam non celebrata Missa Pontificali de mane, ut notorium est, & exadverso controverti non valet.

Dato autem, sed nullo modo concesso, quod P. Abbas non valuisset celebrare solemniter secundas Vesperas, quod constanter negamus, id ad summum operatur, ut à suis Superioribus Regularibus redargui potuisset, non autem ab Episcopo, cùm nominem lateat, spectare ad solos Superiores Regulares inquirere super observantia, vel inobservantia cæremonialis re- 50
spectu Regularium, juxta notata per *Pignatell. consult. 106. num. 10. & 11. tom. 10.* Sed non exinde, quod P. Abbas celebrare pontificaliter per se nequivisset, vel in Vesperis, vel de mane, fas erat Episcopo submoveri facere Sedem Abbatialem cum Baldachino, indumentis Pontificalibus ornatam.

Tum quia præclusa non erat via P. Abbati supplendi Pontificalia per alium Præsulem Regularem, sicut alias servatum fuit in ipsa Ecclesiam, & festivitate 51
S. Mercurialis juxta facultatem sibi à Jure elargitam, de qua *Tambur. de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 19. quæst. 4. num. 1.*

Tum etiam, quia in tribus solitis diebus, & festivitatibus permissis in Decretis generalibus S. Congregationis Rituum, semper competit Abbatibus jus tenendi elevatam Sedem, & Baldachinum ad ornatum, & decorem Ecclesiæ, etiamsi Pontificalia actu non exerceantur, juxta authoritates supra relatas, & signanter juxta magistralem resolutionem *S. Congregationis Rituum in Fesulana Pontificalium 1. Octobris* 1701. allegatam supra in qua expresse decernitur, competere Abbatibus facultatem tenendi Sedem elevatam cum Baldachino per octo dies integros, quamvis in dictis octo diebus solum Pontificalia expleri poterunt tribus solemnitatibus in eis decurrentibus.

Est autem à veritate prorsus alienum, quod eo tempore, quo solemnis Processio ante Ecclesiam Monachorum Sancti Mercurialis, clausa fuerit illius Porta, & nullatenus continuatus sonitus Campanarum; Quo enim ad clausuram Portæ, illa fuit momentaneè, & accidentalis occasione *di tirar la Tenda*, & illico 53
fuit aperta, antequam transirent Sacra Reliquia, Episcopus, & Magistratus, ut deponunt quinque Testes in Summ. & quoad sonitum Campanarum ille non cessavit, nisi postquam Processio fuit extra situm Monasterii, juxta proxim omnium Ecclesiarum dictæ Civitatis, ut probant seq. Testes quibus uti deponentibus de propriis visu, & auditu, omnis in hac parte adhibenda est fides, juxta animadversa 54
per *Sperell. dec. 79. n. 63. Pignatell. consult. 181. nu. 31. tom. 9. & Rot. coram Otthobon. dec. 200. n. 4. & cor. Priolo dec. 197. num. 18.*

Æquali insubsistentia laborat aliud contrarium suppositum, quod scilicet P. Abbas pontificaliter celebrando, usus fuerit Mitra pretiosa, necnon Pastorali sine velo; Præmisso enim, quod hoc non percutit præsentem quæstionem læsæ Immunitatis; constat ex eisdem Testibus datis in Summario Abbatem nullo alio Pastorali, & Mitra usum fuisset, nisi ea, qua usi sunt illius Antecessores, non contradicentibus moderno Episcopo, illiusque Prædecessoribus; Quæ quidem

Mitra

Mitra nec etiam est pretiosa, tamquam gemmis, & lapidibus pretiosis, laminisque aureis, & argenteis
55 carens, sed tantum aurifrigiata, & consequenter permissa, juxta distinctionem *Tamburin. de Jur. Abbatum disput. 20 tit. 2 numer. 13. §. Mitræ formam Pisar. in prax. Cæremon. lib. 1. sect. 9. tit. de Abbatibus cap. 5. numer. 5.* & declaravit *S. Rituum Congregatio die 27. Septembris 1695.* relat. per *Panimoll dec. 30. annot. 1. numer. 9* nec imputari potest aliquod delictum, si adesset, Successori in Officio bona fide continuanti in
56 eodem usu, in quo fuerunt Antecessores ex animadversis per *Cravett. consil. 280. numer. 3. post med. Cancer. var. resolut. part. 3. c. 5. num. 12. Cavaler. dec. 271 n. 19. Fontan. dec. 356. num. 11. Pacion. de locat. c. 12. num. 110. fol. 81. & Ansald. de commerc. & Mercatur. dec. 24. num. 2. & 4.*

Non obstat demum, quod sicuti permissum est Ordinariis vigore resolutionis *S. Congregationis Episcoporum, & Regularium* specialiter approbatæ à Clemente VIII. & per extensum impressæ apud *Fagnan.*
57 *in cap. Quia Nos num. 19. versic. Advertitur de Author. & usu Pallii*, Baldachinum erigere in Ecclesiis Regularium, ita valuerit Episcopus demandare remotionem Baldachini ab Ecclesia Abbatiali, tali die, & solemnitate elevati; Objectum etenim nullo modo subsistit, imò evidenter prosternitur ex *Cæremoniali Episcoporum lib. 1. cap. 4.* & ex ipsis *Decretis generalibus S. Rituum Congregationis*, In quorum
58 *§. 16.* expresse præcipitur Episcopis, ut abstineant à frequenti, & solemni accessu ad Ecclesias exemptas in similibus actibus, ut liberius Abbates uti valeant suis Privilegiis, quibus alias privarentur, in talis libera, effrenata facultas resideret in mero arbitrio
59 Episcopi *Cap. Ut Apostolicæ de Privileg. in 6. Franc. de Controver. inter Episc. & Regular. loc. cit. nu. 341. & Panimoll. dec. 30. annot. 1. sub nu. 7. §. 16. versic. Abstineant tamen*

Cætera, contenta in Relatione Episcopi, uti extra rem, & Cancellos præsentis inspectionis, nulla prorsus indigent responsione: Sed, ut omnia insubsistentia dignoscantur, & provenientia ab ira, concepta contra Regulares, dicimus primò Studium alibi transportatum fuisse de consensu Definitorii propter indi-
60 gentiam Monasterii, nec Episcopus in hac materia habet se ingerere, cum tota pendeat à Congregatione super Statu, & disciplina Regularium.

Secundò erronea fuit prætensio, quam habuit Episcopus in visitatione, curæ annexæ Ecclesiæ Abbatiali, quod nempe Abbas cum Monachis Pluviali indutus obviam iret pro aspersorio porrigendo; Satis enim ei esse debuit, ut eidem obviam irent *Dignior ex Personis visitandis*, scilicet primus Curatus cum Pluviali iuxta animadversa per *Gavant in Compendio visitationis Episcopalis §. 8. fol. mihi 304. num. 3.* & Confratres Sanctissimi Corporis Christi, qui etiam excesserunt, deferendo Baldachinum, quod non practicatur, nisi in primo ingressu Nec ullum adest Decretum, quod in hoc casu Abbas, & Monachi, qui visitationi non subsunt, tanquam immediate S. Sedi subiecti, has functiones explere debeant, quæ egredi non valeant Personas visitandas; Idque etiam procedit in ac-
62 cessu occasione Chrismatis, ut probat *Novar. in Summa Bullar. commentar. 19. num. 11.* quod Monaci libere administrari permiserunt licet nulla subesset necessitas, cum Episcopus habeat Cathedralem suam Sponsam, in qua solent istæ functiones exerceri, ex quo dignoscitur animus vexandi, quem pluries demonstravit usque ab initio sui Præsulatus.

Et præsertim in anno 1715. tempore P. Abbatis Balestræ in quo ex sola amaritudine contra Regulares Processionem cum Capite S. Mercurialis attentate direxit ad Cathedralem, non permittens, illam
63 ingredi Ecclesiam eiusdem Sancti, & profecto nescio, quomodo amaritudo, quæ habetur cum hominibus, præiudicare possit cultui Sanctorum.

De anno 1719. tempore P. Abbatis Testæ denegavit Benedictionem Prædicatoribus ab eodem Abbate electis in Ecclesiis S. Mariæ *di Fiumana*, & S. Martini *in Strada* contra immemorabilem possessionem eidem Abbati assistentem eosdem Prædicatores deputandi cum sola Benedictione Episcopi, unde opus fuit recurere ad Eminentissimum ad Via, tunc Legatum Ravennaten. qui Abbatem manuteneri mandavit in possessione deputandi Concionatores, & taliter electos admitti iuxta solitum, ut ex Decreto, data in Summario.

DISCEPTATIO XI.

Spoletana Decimarum

PRO

Capitulo Ecclesiæ S. Emiliani Trebii

CVM

Promotore Fiscali Mensæ episcopalis Spoleti

ARGUMENTUM.

Episcopus an possit cogere ecclesiasticos Debitores suæ Mensæ sub pœnis spiritualibus ad solvendas summas, eidem debitas, omisso medio exequutionis realis. Decimæ excessivè solutæ, an repeti possint.

A'Tempore, cuius initii memoria non existit, in Terra Trebii, Spoletanæ Diæcesis, reperitur introductus usus ex infrà observandis. Juri communi nullatenus conformis respectu Canonicorum Insignis Collegiatæ, Parochialis, & Matricis Ecclesiæ S. Æmiliani, tradendi Exactori Mensæ Episcopalis medietatem 1
Decimæ frumenti per eosdem Canonicos annuatim exigi solitæ à Parochianis, & pro illius faciliori distributione alter pariter stylus in illa viget, unitim, & communiter cum eadem Mensa Episcopali locandi eandem Decimam, prout omnia hæc resultant ex publico Instrumento affictus omnium Bonorum stabilium dicti capituli, una cum emolumento Decimæ stipulato a Canonicis usque ab anno 1629. cum Capitaneo Valentino de Valentinis, in quo specialiter 2
fuit conventum -- *Che detto Capitolo sia obligato mantenere al Conduttore la metà della Decima con il suo augumento in commune con Monsignor Vescovo, & anco la Decimetta, quale non è libera di detto Capitolo, e finito il presente affitto, detta Decimetta resti libera del medesimo Capitolo.*

Circa quod concordant multa alia Instrumenta similium Locationum Decimarum, unum nempè stipulatum anno 1631. à Joanne Paulellio Procuratore, & Agente Episcopi Spoleti, simul cum dicto Valentino de Valentinis responsione salmarum 31. frumenti. Aliud anni 1639. pro salmis 30. frumenti, stipulatum à Marco Paulellio Canonico Camerario, cum Paulo Cecchino, Aliud anni 1653. pro respon- 3
sione salmarum 28. frumenti, stipulatum à Petro Cecchino, & Virginilio Diotallavio Canonicis Camerariis cum eodem Paulo Cecchino, necnon præceptum, exequutum de anno 1655. tempore Sedis Episcopalis vacantis per obitum Episcopi Castruccii, ad instantiam Subcollectoris Spoliorum contra Paulum Cecchinum Exactorem Decimarum super consignatione rubrorum 14. frumenti pro medietate Decimæ, spectantis eidem Mensæ Episcopali Spoleti, Et demum idem solitum comprobatur etiam ex Ca- 4
pitolationibus, seu Ordinationibus dicti Episcopi Castruccii, insertis in Instrumento divisionis Terrarum, celebrato inter Priorem, & Canonicos de anno 1639. in quibus demandatum fuit, relinqui debere in Massa Capituli Rubra viginti frumentis annua pro distributionibus quotidianis, seu punctaturis pro servitio Chori, & quindecim ex dictis Rubris viginti frumenti, solitis exigi ab annua responsione 5
Decimæ, quæ Decima de dicto anno 1639. loca-

catu

cata fuerat pro annuis salmis, seu rubris triginta frumenti.

Abinde verò citra cum tractu temporis ob plurium familiarum extinctiónem in dicta Terra Trebii, ejusque Comitatu, & propter alias notorias temporum calamitates, ac etiam propter exemptionem à solutione Decimarum, pluribus Personis concessam ab Episcopis pro tempore, quantitas Decimæ frumenti norabiliter diminuta fuerit, nec ampliùs re-
6 periri potuerint Affictuarii, & Conductores ejusdem Decimæ; Hinc Exactores Mensæ Episcopalis antecessoribus Episcopis, cæperunt exigere à Capitulo annua Rubra tresdecim frumenti, ad quæ tunc temporis verisimiliter medietas Decimæ ascendebat, & in exactione talis quantitatis continuarunt quoque Agentes, & Ministri hodierni Episcopi usque ad annum 1722.

Verùm sequenti anno 1723. Prior, & Canonici habita notitia supradictorum Instrumentorum Affictuum, aliorumque Documentorum, ex quibus convincitur stabilita quantitas Decimæ frumenti tradendæ Episcopo in sola medietate illius, quæ exigitur à Parochianis, etiamsi juxta Juris dispositionem tra-
7 di deberet in sola quarta parte *ad Text. in capit. Conquerente de Offic. Ordin.* ubi late *Fagnan. & in cap. quarta de Præscription. & in cap. Quoniam de Decim.* cum concordantibus apud *Panimoll. dec.* 34. *numer.* 11. & 12. *Antonell. de Jur. Cleric. part. 6. lib.1.cap. 17. numer. 24. Card. de Luca de Decim. discur. 17. numer. 3. & 4. Monacell. in formul. tom. 2. tit. 14. formul. 1. numer. 14. & Rota decis. 61.nu.3. part. 13.rec.* cum quibus processit hæc Sacra Congre-
8 gatio *in Anglonen. Decimarum 30. Januarii 1723. ad secundum Dubium.*

Recognita proinde enormissima læsione, quatenus de præsenti, & in futurum per viam regulæ teneantur consignare annua rubra tredescim frumenti, cum hodie titulo, & causa Decimarum vix exigantur in totum annua Rubra 17. compræhensis etiam pecuniis, ut ex jurata attestatione Æmiliani Sdei, ultimi Exactoris deputati, quæ dicatur in Summ. &
9 rubrum unum frumenti hodiernis temporibus idem importet, ac una salma, composita ex quatuor Cuppis, ut communiter antiquitus appellabatur, prout ex attestatione Dominici Antonii Minicuccii Secretarii, & Cancellarii Communitatis Trebii, cum fun-
10 damento cæperunt exinde controvertere Episcopo traditionem dictorum Rubrorum tresdecim frumenti, præcipue quia in istius traditione aliud addebatur gravamen adhibendi idem frumencum expurgatum, atque, ut vulgò dicitur *Concio*.

Fuerunt proinde idem Prior, & Canonici judicialiter conventi de mense Novembris dicti anni 1723. coram Vicario foraneo Trebii, qui obsequendo mandatis Episcopi, decrevit electionem Peritorum, ad effectum recognoscendi frumentum, adversus, quæ gravamina iidem Priori, & Can. recursum habuerunt ad hanc Sacram Congregationem, & in sup-
11 plici Libello, eidem porrecto sub die 29. Januarii 1724. emanavit solitum rescriptum *pro Informatione*.

Eo autem tempore, quo expectabatur eadem Informatio dicti Episcopi, animo deinde concordandi, & disputandi Dubia super quantitate, & qualitate Decimæ, exabrupto supervenit nova citatio sub die 26. Aprilis 1724. hora 21. coram dicto Vicario foraneo Trebii ad videndum capi Provisionem super rubris tredecim Frumenti, Mensæ Episcopali debitis ex causa Decimarum, & Decretum, quodcumque fieri, & interponi ad dictam diem, & horam, &
12 quamvis in termino præfatæ citationis imò incontinenti ex parte Canonicorum facta fuisset solemnis protestatio Litis, pendentis in hac Sacra Congregatione, ac de nullitate, & attentatis, nihilominus dictus Vicarius Foraneus, procedendo in hac parte, juxta Instructionem sibi transmissam à Ministris Curiæ Episcopalis Spoleti per modum provisionis, & sine præjudicio Jurium ambarum Partium per totam sequentem diem, sub pęna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ, aliisque pęnis arbitrio Vicarii Generalis; ex
rubris 13. Frumenti, debitis occasione Decimarum, 13
mandavit consignari liberè rubra duodecim, & rubrum unum mandavit deponi penes tertiam Personam, seu Canonicum Petruccium, illudque reponi in uno, vel duobus Saccis, sigillo obsignandis, ad effectum subinde per Peritos recognoscendi, an sit qualitatis, & substantiæ debitæ pro effectu, de quo agitur.

Deinde verò æquali præcipitantia, ac sine alia nova citatione, vel canonica monitione omnino necessaria, vigore specialis facultatis tributæ eidem
Vicario Foraneo in Epistola scripta ab Episcopo sub 14
die 26. Aprilis 1724. prævio Decreto relaxationis, ac publicationis summo mane diei 28. Aprilis ejusdem Anni, affixum fuit ad Ianuam majorem Ecclesiæ Collegiatæ Interdictum Ecclesiasticum contra Priorem, & Canonicum Camerarium, ob recusationem traditionis dictorum rubrorum tredecim Frumenti debiti ex causa Decimarum; Hinc pro laceratione, & revocatione respective dicti Interdicti
instetimus coram Secretario, & favorabile obtinui- 15
mus Decretum facta tamen consignatione dd. Rubrorum tredecim Frumenti, sine præjudicio Jurium ambarum Partium, prout subinde dicta rubra tredecim Frumenti fuerunt consignata Ministro, seu Agenti Episcopi, ut non controvertitur.

Ad evitandam autem in futurum majora damna, & nova præjudicia; proponuntur hodie disceptanda
tria præinserta Dubia, quæ favore Prioris, & Can- 16
nonici videntur.

Quo ad primum Dubium -- *An Episcopus possit cogere Capitulum, & Canonicos ad præstationem Decimarum sub pæna Interdicti, vel aliarum Censura-*
rum -- pro illius negativa resolutione clarissima vi- 17
detur dispositio Sacri Concilii Tridentini in *sess.* 25. *de Reformat. cap.* 3. ibi -- *In causis verò judicialibus mandatur omnibus Judicibus Ecclesiasticis cujuscumque dignitatis existant, ut quandocumque executio realis, vel personalis in qualibet parte Judicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se, tam in procedendo, quam definiendo à Censuris Ecclesiasticis, seu Interdicto*; In cujus executionem ita faciendum esse
ab omnibus Ecclesiasticis Judicibus advertunt innu- 18
meri illi authores, quos refert, & sequitur ibidem *Barbos. num.* 18. & 19. quibus addo *Fagnan. in capit. Sacro numer.* 18. & *seqq. de Sentent. Excommunicat. Pignatell. tom. 6. consult.* 19. *num.* 11. & *seqq. Card. de Luca in annot. ad Concil. discurs.* 43. *num.* 1. & *seqq. Monacell. in Formular. tom.* 3. *in præelud. numer.*7. & *Rota coram Ansald. decis.* 82. *num.* 3. ibi -- *Remedium Excommunicationis, & Declaratoriæ, non est nisi Telum subsidiarium, quo Ecclesia, tamquàm benigna Mater quodammodo alio medicammine disperata ferit inobedientes* -- & *in Monasterien. 5. Junii 1699. §. Ratio coram Card. Caprara*,
ubi quod quando per mulctas, vel per Pignorum 19
captiones, per districtionem Personarum potest esse consultum exequutioni alicujus præcepti, non est deveniendum ad Ecclesiasticas censuras inter alias hodie impressa, cum *eodem la* 449. *n.* 3.

Dum igitur in nostris terminis, sive per mulctas, sive per Pignorum captionem, vel Personarum districtionem, sive etiam per fructuum sequestrationem, aut privationem Beneficiorum, aliaque innumera Juris remedia, Episcopus poterat, & debebat procedere, & providere quoad præstationem Decimarum sibi debitarum, locus utique esse nequive-
rat subsidiario remedio Interdicti, ut præter supra 20
citatas authoritates, in specie observat. *Sperell. decis.* 160. *numer.* 1. & *pluribus seqq.* & signanter *n.* 6. ubi sequendo *Divum Thomam in addition. ad 3.par. quæst. 21. art. 3.* & cohærenter *ad cap. Cùm medici-*
nalis de Sentent. Excomm. in 6. ait, quod Censuræ 21
dicuntur pęnæ medicinales, subdendo -- *Quemadmodum igitur in corporali medicina à levioribus medicamentis incipitur, quibus non sufficientibus, ad fortiores proceditur; Sic in hac materia, prius remedia leniora sunt adhibenda, quam ad Censurarum fulminationem proceda-*
ceda-

cedatur -. & concordant alii apud *Bellett. disquisit. Cleric. par.* 1. *tit. de favore Cleric. Canon.* §. 1. *num.* 6. *& pluribus seqq Pac. Jordan. variar. lucubrat. lib.* 15. *tit.* 13. *part.* 13. *nu.* 189. *Daniel. de Nobilib. disp.* 34 *num.* 19. *& Raynald. observ. crim. tom.* 1. §. 9. *num.* 75.

Quoad secundum Dubium -- *An, & in qua quantitate, & qualitate debeatur Episcopo Decima frumenti*. Respectu quantitatis, licèt quarta debita juxta juris dispositionem augeri potuerit vigore consuetudinis usque ad medietatem, ut præseferunt Instrumenta Affictuum, aliaque documenta exhibita in Summario hoc unum videtur indubitatum, quod ad mensuram dictæ medietatis, & non ultra poterit prætendi Decima, ejusque decrementum cedere debebit etiam damno Mensæ Episco-
22 palis juxta claram dispositionem *Text. in leg. Nomen Debitoris* §. *Uni ex hæredibus ff. de Legat.* 3 ibi - *Ex redditibus Bonorum jussum esse alienum æs solvere, non ex proprio* - & notant *Bartol. in leg. Lucius num.* 3. *ff. de Alim. & cibar. legat. Castren. consil* 138. *num.* 3. *lib.* 1. *Menoch. consil.* 1162. *num.* 14. *& seqq. Rota coram Merlin. decis.* 55. *num.* 1. *& coram Cerro decis.* 435. *num.* 1. *&* 2. *in rec. decis.* 106. *nu.* 9. *&* 10. *part.* 34. *& decis.* 117. *num* 2. *part.* 17. *& decis.* 324. *nu.* 8. *& seqq. part.* 19. *& in Romana Fundationis Monasterii* 31. *Martii* 1716. §. *Id autem &* 21. *Junii* 1717. §. *Prætermissis coram Cerro.*

Non attenta asserta observantia exigendi rubra tredecim frumenti Capitulo, & Canonicis Titulo Decimæ; Si enim habetur respectus ad præteritum tempus defunctorum Canonicorum, non docetur exadverso, quod exactio dictorum Rubrorum tredecim super excesserit medietatem Decimæ, tunc debitæ, imò ex Instrumento Affictus, celebrati anno 1653. atque ex Præcepto, executo contra Exactorem anno 1655. constat, medietatem Decimæ ascendisse ad salinas, seu Rubra 14. frumenti; In omnem verò casum semper verum erit, quod Canonici antecessores præjudicare non potuerunt
23 Successoribus, non habentibus causam ab illis, ex firmatis per *Rot. in decis.* 467. *num.* 4. *part.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 99. *num.* 5. *& dec.* 187. *n.* 14. *par.* 11. *rec.*

Si verò respicitur tempus hodierni Prioris, & Canonicorum, corruit penitùs quæcumque observantia, seu præscriptio, dum vix adest lapsus quindecim, vel viginti annorum, à quibus Decima controversa cæpit decrescere infra rubra 26. signanter ob gratias exemptionis, vel reductionis fieri solitas ab Episcopo, sive ejus Vicario Generali, ut habetur in Summario & ulteriùs concurrit ignorantia in dd Priore, & Canonicis status antiqui, & præfatorum Instrumentorum Affictuum; Itaut contra Ignorantes citra dubium nulla allegari valeat observantia, seu præscriptio, maxime in materia adeo gravis præjudicii, habentis tractum successivum, &
24 importantis magnam nostræ Ecclesiæ Parochialis læsionem, adeout posset sibi vindicare locum dispositio *Text. in cap. Suggestum de Decim.* quemadmodum in simili advertit *Rota in Ferrarien. Decimarum* 26. *Januarii* 1703 §. *Quam restrictionem coram Molines.*

Respectu verò qualitatis ejusdem frumenti plana videtur resolutio; Quia habemus Constitutionem Synodalem, editam usque ab anno 1627. tempore Episcopi Castruccii, qua sancitum reperitur, in solutione, seu præstatione Decimarum, tradendum esse frumentum, nec bonum, nec malum, sed tale quale fuerit decima-
25 tum, quam exhibemus in Summario; Ideoque cum Prior, & Canonici semper consueverint tradere frumentum ab ipsis decimari solitum, absque eo quod illud priùs expurgare facerent, citra omne dubium ad nihil aliud obligari possunt, cum notissimum sit, quod Synodales
26 Constitutiones, tanquam particulares leges servari debent, juxta ea, quæ notant *Ferrett. conf.* 368 *sub num.* 16. *Massobr. de Synodo cap.* 4 *num.* 41. *Card. de Luca de Jurisdict. discur.* 56. *num.* 5. *Rota dec.* 115. *n.* 6. *& dec.* 484. *eodem num. part.* 19. *recent. & coram Zarat. dec.* 84. *num.* 21.

Remanet tertium Dubium -- *An constet de excessiva solutione, seu præstatione Decimæ in præteritum, itaut sit locus repetitioni* -- cuius affirmativa resolutio inniti-
27 tur naturali illi æquitati, de qua habemus *Text. in leg. Indebiti* §. *Nam hoc natura ff. de Condit. indebit.* quem sequuntur adducti *à Rota decis.* 15. *num.* 1. *&* 2. *post Zacch. de obligat. Cameral. & in recent. decis.* 245. *num.* 37. *cum duobus seqq. part.* 17. *& in Lauden. Pensionis* 3. *Junii* 1701. §. *Prout demum coram Cardinali Scotto.*

Potissimùm, quia solutiones in dicta quantitate rubrorum tredecim frumenti, factæ fuerunt per errorem, itaut redacto titulo exigendi in dicta quantitate ad non titulum, absque dubio intret repetitio, non quidem per viam rescissionis, sed resolutionis actus, & non attenta 28
bona, vel mala fide illius, cuius facta fuit solutio, ad *Text. in leg. prima* §. *Primo ff. de Ædilit. & in leg. Cum quis* 12. *ff. de Condit. caus. dat. non secut. Gob. consult.* 6. *num.* 37. *Giurba decis.* 105. *sub numer.* 8. *cum duobus seqq. Rot. coram Dunoz. jun. decis.* 818. *numer.* 1. *& seqq. & in recent decis.* 3. *num.* 8. *part.* 7. *& coram Benincasa dec.* 355. *num.* 21. *&* 22. *in dicta Lauden. Pensio-* 29
nis 3. *Junii* 1701. §. *Etenim cum duobus seqq. coram Scotto, & in Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium* 15. *Januarii* 1706. *coram Muto* impressa apud *Paulut. post dissert.* 46. *dec.* 2. *n.* 25. *&* 26.

Die Sabbati 16. Martii 1726. propositis in Congregatione Concilii tribus sequentibus Dubiis 30

I. An Episcopus cogere Capitulum, & Canonicos ad præstationem Decimarum sub pena Interdicti, vel 31
aliarum Censurarum

II. An, & in qua quantitate, & qualitate debeatur Episcopo Decima Frumenti 32

III. An constet de excessiva solutione, seu præstatione Decimæ in præteritum, ita ut sit locus repeti- 33
tioni

Ad primum responsum fuit *Affirmativè ser. ser.* 34

Ad II. Pro concessione Remissoriæ, & Compulsoriæ, 35
præfixo termino duorum mensium

Ad III. Non esse locum repetitioni 36

DISCEPTATIO XII.

Fanen. Matricitatis

PRO

Jo. Baptista Mazza Plebano

CUM

Cappellanis Ecclesiæ S. Catharinæ Terræ Urceani

ARGUMENTUM.

Functiones ecclesiasticæ, in Ecclesia regulari, extincta rigore notoriæ Constitutionis Instaurandæ f. m. Innocentii X. fieri debent à Parocho Ecclesiæ Matricis, non autem à Cappellanis, celebrantibus Missas in illis, à piis Benefactoribus relictas.

AB immemorabili Plebanus Ecclesiæ Sanctissimæ Annunciatæ, seu, ut dicunt, S. Mariæ Novæ Terræ Urceani Fanen. Diœcesis, tanquàm dignior, attenta matricitate d. suæ Ecclesiæ, habuit precedentiam super cæteris Sacerdotibus d. Loci in omnibus Ecclesiasticis functionibus, tam in d. sua Ecclesia Matrice, quàm in ceteris aliis Ecclesiis memorati Loci, eiusque Territo- 1
rii, similiq; preeminentia gavisus fuit in explendis funeribus super Cadaveribus, etiam in aliis Ecclesiis non Parochialibus; nam Parochus Defuncti stola indutus comitatur tantùm Cadaver usque ad fores Ecclesiæ sepelientis, ubi, stola dimissa, Plebanus illam assumit, & cæteras ceremonias absolvit, imò quando Cadavera sepelliri debent in propriis Parochialibus, tunc quoque Plebanus processionaliter incedit à dexteris Parochi Defuncti; Necnon denique Plebanus in omnibus Ecclesiis Benedictionem Populo impartitur occasione quorumcumque solemnitatum, ac Missas, Vesperas cantat aliaque so- 2
lemnia peragit, ut latius videre est ex concordia inita inter d. Plebanum, & alios Rectores dictæ Terræ Urcea-

Urceani de anno 1673. ibi -- *Il Signor Pievano fà le funzioni in tutte le Chiese della Terra, e Territorio in occasione di solennità di cantar Messe, Vesperi, e dar benedizioni.*

Verùm quia in dicta concordia Cappellani Ecclesiæ S. Catharinæ non intervenerunt, prætendere cæperunt, non esse comprehensos sub d. Transactione, adeoque ipsos posse peragere functiones in eorum Ecclesia sub motivo, quod illa jam olim fuerat Regularis, nempè Conventus PP, S. Augustini, adeoque non vi-
3 debatur dicenda subjecta nostræ Ecclesiæ Matrici, nec per consequens facere potuerit Plebanus in d. eorum Ecclesia functiones super Cadaveribus, occasione qua à Defunctis fuerit in ea electa Sepultura; necnon facere Processiones cum elevatione Crucis, ac benedicere cum Sanctissimo Sacramento; Sicque delata controversia coram Sacra Congregatione superventaque Relatione
4 tunc Episcopi Fanen., fuit Causa resoluta 22. Iunij 1674. favore ejusdem Plebani contra Capellanos ibi -- *Sac. Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negocijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attenta Relatione Episcopi Fanen. censuit prædictis Cappellanis minimè licere hujusmodi peragere functiones*, & ratio resolutionis fuit antiqua consuetudo Plebano-
5 rum ibi -- *d' aver sempre esercitato in detta Chiesa anche in tempo de' PP. Regolari con la celebrazione de' Vesperi solenni, e Messe cantate nella solennità della Santa, riconoscendosi da questo intervento l' origine, e preeminenza della Chiesa Matrice, e del Pievano come dal medesimo Oratore fù data la benedittione fatti li Vesperi sì nella solennità della Santa come nella solennità del Santissimo Rosario.*

Quæ resolutio tanti fuit momenti, ut per definitivam Sententiam à Curia Episcopali Fani demandata fuerit illius observantia etiam contra alios Sa-
6 cerdotes, Rectores, seù Parochos Ecclesiarum Terræ Urceani ibi -- *Servandam esse Concordiam &c.*, *& Decretum Sacræ Congregationis.*

Quocirca recognoscentibus Cappellanis veritatem Matricitatis nostræ Ecclesiæ, & in sequelam bonum jus illius Plebani anno 1718. se cum eo univerunt introducentes insimul coram Congregatione Rituum Litem contra unum ex Parochis Terræ Urceani
7 Matricitatem dictæ nostræ Ecclesiæ, & superioritatem Plebani impugnantem obtinueruntque Resolutionem sub die 2. Aprilis d. anni, Ponente Cardinali Barberino, quod constabat de Matricitate nostræ Ecclesiæ S. Mariæ Novæ, quodque cæteræ Parochiales Ecclesiæ erant filiales, & tam Concordia supradicta anno 1673. quam altera initia anno 1689.
8 erant servandæ, adeoque Plebani pro tempore, prout modernus Plebanus continuarent semper in eorum pacifica possessione faciendi solemnes functiones in omnibus Ecclesiis Terræ Urceani, & præcipuè canendi Missas, & Vesperas solemnes in Ecclesia S. Catherinæ, de qua agitur olim Regulari, & Conventu suppresso P. S. Augustini, occasione illius Festivitatis.
9 Hoc obstante anno 1723. se se jactantibus dictis Cappellanis neglecta quacunque consuetudine, velle impedire Plebano continuationem faciendi functiones in dicta eorum Ecclesia S. Catherinæ, occasione illius Festivitatis celebrandæ 25. Novembris d. anni expedivit præventivè d. Plebanus coram A. C. consuetum Monitorium jactationis jactationum, & super executione Concordiarum, & decretorum, tam hujus Sacr. Congregat. quam alterius Sacr. Congregat. Rituum, quod nunquàm fecit Capellaniis præsentare, nisi in eodem actu, & momento, quo isti fecerunt eidem Plebano præsentare quoddam Rescriptum Episcopi ab eis exindè procuratum in antivigilia præfatæ Sanctæ, Undè introducta Causa coram eodem A. C. & funditus discus-
10 sis juribus utriusque Partis, acriter scribente, & informante Defensore dictorum Cappellanorum, tandem post diuturnam disceptationem illa expedita fuit favore ejusdem Plebani, ei concedendo manutentionem in quieta, & pacifica possessione peragendi functiones in dicta Ecclesia S. Catherinæ.

Credebat Plebanus annosum litigium cum tot, tantisque Concordiis, cum resolutione huius Sacræ Congregationis, cum sententia Curiæ Episcopalis Fani, cum resolutionibus Sac. Congregationis Rituum, & cum A.C. Judicato, undique fuisse finitum, sed frustra speravit, dum Cappellani habuerunt recursum ad Proauditorem Sanctissimi, & sub motivo, quod 11
A. C. in expedienda Causa præ cœteris se-fundaverat super dicto antiquo Decreto huius Sac. Congregationis emanato 22. Junii 1634. quodque eo tempore non fuissent auditi coram dicta Sac. Congregatione, Causa remittenda erat ad Congregationem, & intentum obtinuit. Et propterea hodie videtur 12
resolvendum -- *Spectare ad Pleban. Missam, & Vesperas, aliasque functiones peragere in Ecclesia S. Catherinæ in die illius Festivitatis.*

Non ex negatur, aut saltem negari non potest à nostram Ecclesiam S. Mariæ Novæ esse Matricem omnium aliarum Ecclesiarum Terræ Urceani, omnesque Ecclesias dicti Loci esse illius filiales, ut determinatur in Concordia. Colligitur ex Rescripto 13
huius Sac. Congregationis Canonizzatur à sententia Curiæ Episcopalis Civitatis Fani decisum fuit à Congregatione Rituum, A. C. & concordat inconcussa consuetudine, & inveterata observantia, quo stante Juris est, quod sicuti Plebanus facit omnes functiones in aliis Ecclesiis Terræ Urceani, ità pariter debet functiones, de quibus agitur, peragere in Ecclesia S. Catherinæ, continuando pacificam eius inveteratam possessionem eas peragendi, ut A. C. ju- 14
dicavit *Rota diversor. decis.* 80. *num.* 1. *decis.* 641. *sub num.* 8. *par.* 1. *dec.* 482. *in fin. part.* 3. & post *Post. de Manut. decis.* 656. *num.* 4.

Non obstat Informatio moderni Episcopi Fanen. ad hanc Sac. Congregationem transmissa ad effectum substinendi Decretum provisionale ab ipso factum inaudito Plebano. Quia ad effectum revidendi rationes, deductas 22. Junii 1674. coram hac Sac. Congregatione est procedendum cum Informatione tunc temporis data ab Episcopo Alpherio antecesso- 15
re, ut legitur in dicta Resolutione, ibi -- *Sacr. Congregatio Episcoporum &c. attenta Relatione Episcopi Fanen. censuit &c.* ea ratione, quia plus juris non habent in præsenti Cappellani, quam habebant de d. an. 1674.

Quin refragetur, quod dicta Informatio non reperitur, cùm resolutio illius vigore emanata favorabilis fuerit Plebano, præsumitur pariter fuisse favorabilem In- 16
formationem fundatam super rationibus ab eodem deductis, & proinde cum ratio præcipua e expressa in d. Memoriali fuerit, ibi -- *Per lo stilo inveterato de' Pievani d' aver sempre esercitato in detta Chiesa anche in tempo de' Padri Regolari con la celebrazione de' Vesperi solenni, e Messe cantate nella solennità della Santa, riconoscendosi da questo intervento l' origine, e preeminenza della Chiesa Matrice, e del Pievano* -- patet eamdem fuisse rationem Rela- 17
tionis favorabilis Episcopi in præsenti præsupponenda juxta firmata per *Rot. dec.* 343. *n.* 1. *p.* 10. *& cor. Bur. d.* 696. *n.* 2. *& d.* 857. *n.* 4. & post *Zacch. de oblig. Cam. d.* 275. *n.* 1.

Verùm etiam examinando novam Informationem moderni Episcopi, nec per umbram illa nocet. Dicit enim ille, quod ideò fecit dictum Decretum, quia in suppressione Conventus facta ab Episcopo Al- 18
ferio eius Antecessore aderant verba -- *Salvo tamen semper jure D. S. Illustris. & Successorum fusiùs declarandi, augendi, & minuendi in prædictis omnibus, & singulis, prout meliùs in dies*, adeoque bene poterat ipse ordinare solemnitatem festivitatis S. Catharinæ fieri potuisse à solis Cappellanis independenter à quacunque persona.

Obiectum autem cum relevat, quia reservatio Jurium, quàm sibi fecit Episcopus Alpherius, percutere non valet matricitatem nostræ Ecclesiæ super Ecclesia S. Catherinæ; neque functiones per nostrum Ple- 19
banum in ea faciendas in die festivitatis dictæ Sanctæ, sed dumtaxat verificatur in eo, quod concernit personas Cappellanorum nempe illorum numerum onus quotidie celebrandi in hora determinata, satisfaciendi celebrationi Missarum, ut in Tabella, recitandi officia audiendi confessiones, interveniendi Missis cantatis, Vesperis, & benediction. cum aliis Presb. canendo in nostra Ecclesia S. Mariæ Novę, Librum distinctè de exactis,

ctis, & expensis retinendi, & tandem eleemosynam habendi competentem, etsi quid supererit, distribuendi, & propterea cum reservatio jurium verificari non possit super controversia, de qua agitur, sed solummodo super omnibus, & singulis expressis in decreto suppressionis patens fit, quod modernus Episcopus vigore prædictæ reservationis jurium tollere non poterat ius nostri Plebani, præcipue cum simplici, & extraiudiciali decreto provisionali matricitatem eius Ecclesiæ, tot tantisque Judicatis canonizzatæ, & eius consuetudinem inconcussam canendi Missam, & Vesperas, aliasque fun-
20 ctiones peragere in Ecclesia S. Catherinæ in die festivitatis ad *Textus in l. Sed licet ff. de Officio Præsidis l. Nemo C. de sent. & interloq. omn. Judic. Buratt. decis. 166. num. 8. versic. Nec etiam obstat*, & aliis adducti *in decis. 153. numer. 22. par. 11. rec.*

Non subsistit pariter alterum assumptum Informationis moderni Episcopi, quod alii Plebani antecessores ideò fecerunt functiones in Ecclesia S. Catharinæ, quia erant Vicarii Foranei, seu Ministri, & Agentes prædictæ Ecclesiæ. Etenim id nullibi probatur, & depositio exadverso danda est unius Testis, unde cùm sit fides simplex, & extraiudicialis pendente lite facta ab uno Teste nullum gradum probationis constituit *l. 3. §. Ideoque minus ff. de Testib. Rota coram Mantic. decis. 177.*
21 *num. 4. coram Buratt. dec. 113. num. 28. & decis. 147. numer. 19. part. 10. recent.* Quatenus autem essent plures Testes, formiter examinati, adhuc nil nocerent, & mirabiliter retorquerentur, dum dicit dictus Testis, quod Tombarinus olim Plebanus *teneva la chiave di una Credenza della Sagrestia, come Ministro, e Sopraintendente alle Supellettili, & alle Rendite della Chiesa* - unde cum Plebani fuerint supraintendentes Ecclesiæ S. Catherinæ, eo semper magis elucescit illorum superioritas in d.
22 Ecclesia, sed bene declarant nostri Testes cur Plebani retinebant claves ibi - *Li Sig. Pievani &c. tenevano le Chiavi di una parte di una Credenza &c. dove vi tenevano la Sfera, Cotte, & altro per dare le benedizzioni del Venerabile per poterle pigliare a tutta loro requisizione senza l'assenso de' sudetti Cappellani* - assignando rationem ibi -- *Li Signori Pievani pro tempore &c. anno sempre fatte tutte le Funzioni solenni nella Chiesa di S Catarina Convento soppresso de' PP. Agostiniani di questo Luogo, senza veruno invito precedente de Cappellani di detta Chiesa ma di propria loro autorità spettandogli ex proprio officio, e non con dependenza de' medemi.* Unde liquet, in Ecclesiam Sanctæ Catharinæ esse, filialem, & subiectam nostræ Ec-
23 clesiæ Matrici, eiusque pro tempore Plebanis ex animadversis per *Pignatell. consult. 109. tom. 9. & Rota in Placentina Cathedralitatis 22. Junii 1603. §. Secundo quia cum §. §. seqq. coram Molines.*

Adeout in memorato Decreto suppressionis Episcopi Alpherii expresè ordinatur, quod Cappellani interveniant functionibus faciendis in nostra Ecclesia ibi *interesse Missis Cantatis, Vesperis, & Benedictionibus cum aliis Presbyteris canendo in Ecclesia S. Mariæ Novæ* - signum evidens matricitatis nostræ Ecclesiæ,
24 & respectivè filiationis Ecclesiæ S. Catherinæ ad firmata per *Rotam coram Ansald. dec. 14. n. 18. & coram Seraph. decis. 15. num. 3. & dec. 105. per tot.*

Nec prodest quidquid subiungit modernus Episcopus, quod non spectat ad nostrum Plebanum canere Missas, ac Vesperas, aliasque peragere functiones in Ecclesia S. Catherinæ, quia hoc non tangit eius ius Parochiale; Secundo quia Conventus suppresus inserviat pro habitatione Episcoporum, accedentium ad Terram
25 Urceani, ibique ædificaverint nonnullas Cubicula, & tertio denique, quia Ecclesia S. Catherinæ sita est in situ conspicuo, colitur cum magna Populi frequentia, & asservatur in ea Sanctissimum Sacramentum, ac solemnizzatur Festivitas sumptibus Cappellanorum, quæ omnia forsan cessarent, quatenus Missas, & Vesperas caneret Plebanus ob scandalum superventum anno 1723. in Festivitate S. Catherinæ.

Quantum enim attinet ad primum non prætendit Plebanus peragere solemnitates in Ecclesia S Catherinæ ex jure Parochiali, sed ex eo, quod tanquam Superior facit omnes functiones in omnibus Ecclesiis Terræ Urceani, eiusque Territorio occasione solemnitatum canendi Missas, Vesperas, & benedicendi, ut literis cubitalibus supra relatis, & hic repetendis conventum fuit in Transactione inita 16. Junii 1673. coram Episcopo Fanen. ibi -- *Il Signor Pievano fa le Funzioni in tutte* 26
le Chiese della Terra, e Territorio in occasione di cantare Messe, Vesperi, e dar Benedizzioni &c. confirmata cum diffinitiva Sententia Tribunalis Episcopalis Fani in judicatum transacta Ratificata cum alia transactione celebrata anno 1689. & semper demonstravit pacifica consuetudo ex latè probatis in Summario Quod autem in Conventu suppresso inhabitent Episcopi, accedentes ad Terram Urceani, 27
quodque Ecclesia S. Catherinæ sit posita in loco conspicuo, & Festivitas non fiat sumptibus Plebani, & ascensum scandalum anni 1723. non operatur, ut tolli debeat Matricitas, nostræ Ecclesiæ, & ius nostri Plebani faciendi functiones in omnibus Ecclesiis, prout semper factum fuit hucusque quæ sola consuetudo sufficit, quatenus etiam per possibile non concur- 28
rerent tot superlativæ probationes supra relatæ iuxta animadversa per *Bordon. Oper. moral. to. 3. par. 3. de Relig. & Religios. resolut. 85. n. 55. Rot. in Hispalen. Præced. 16. Jan. 1693. §. Prosito cor. Manual.*

Tollitur tandem alter prætextu, quod Plebanus, licèt habeat, superioritatem in aliis Ecclesiis tam intus, quam extra Terram Urceani, illam habere non potest in Ecclesia S. Catherinæ, quia cùm fuerint regularis, adhuc retineat exemptionem, & libertatem non obstante eius Sæcularizzatione. Siquidem contrarium clarè habetur in celebri Constitutioni Innocentii X. incipien. *Instaurandæ Bullar. nov. tom. 4. in ordine la 27. §. 2.* ibi - *Perpetuo extinguimus, supprimimus, & abolemus, una cùm omnibus eorum dignitatibus, Officiis,* 29
ac ministeriis, illosque ab omni proprietate, dominio, superioritate, jurisdictione, ac alio quocumque jure Regularim eximimus, ac totaliter liberamus, omnemque conventualitatem, titulum, essentiam, & denominationem Regularem in eis penitus extinguentes illos ad statum Sæcularem reducimus &c. Et semper usque ad præsens fuit observatum, ut deponunt non unus, sed plures qualificati Testis, omnis exceptione maiores, absque eo quod urgeat, quod primus noster Testis promptitudinem memoriæ non habeat; Quia ut recordetur de celebrationes festivitatis, factà à Plebanis per tantum temporis lapsum non est opus, ut habeat illam memoriæ promptitudinem qua opus esset in probando unito actû, 30
clanculum facto, & in abscondito, non autem ad effectum probandi rem practicatam quotannis renovatam publicè, & palam, ipso vidente, præsente, & consentiente *Rota dec. 211. apud Posth. de Manut.*

Prout nullam meretur considerationem reflexio illa, quòd Cappellani invitabat Plebanos, unde colligi potest, quod functiones in Ecclesia S. Caherinæ faciebant Plebani tanquam invitati. Posito enim & prædictis iure Plebanorum faciendi functiones in omnibus Ecclesiis tam intus, quam extra Terram Urceani, utique est indubitatum quod non propter urbanitatem invitus fecerunt, & faciunt functiones in d. Ecclesia sed ex proprio 31
eorum iure, ut bene dicunt nostri Teste, ibi -- *E li Sig. Pievani pro tempore hanno sempre fatto tutte le fontioni solenni nella Chiesa di S Catarina Convento Soppresso &c. senza verun'invito precedente de Cappellani &c. ma di propria autorità spettandogli ex proprio officio, e non con dependenza de medesimi* & ita iure præsumitur, dum habens ius, & titulum aliquid faciendi, omnes actus referuntur ad dictum titulum non autem ad alium ex 32
adductis per *Menoch. de Præsumpt. lib. 6. præsupt. 67. num. 2.* & præsumitur rem facere attento suo iure, *Adden. ad Gregor. dec. 262. n. 15. Rot. dec. 866. n. 3. coram Coccin. & dec.* 33
138. n. 22. part. 17. rec. quos referunt, & sequuntur citati in meis *dispcept. to. 3. par. prima discept. 2. n. 38.*

Die 8. Junii 1725. prosita Causa in Congregatione Episcoporum per Card. Petram, rescriptum fuit: *Servetur Decretum Episcopi*, cum addito, ut Causa 34
ampliùs non proponeretur.

DISCEPTATIO XIII.

Elboren. seu Ordinis S. Pauli primi Eremitæ Capituli generalis

PRO

Definitionibus generalibus ejusdem Ordinis

CUM

P. Melchiorre dos Reis, & Litis &c.

ARGUMENTUM.

Capitulum generale, non obstantibus Protestationibus aliquorum Religiosorum, quando sustineatur.

PLacuit Clementi XI. ob causas sibi benevisas revocare nonnulla Indulta, Regularibus concessa per Nuntium Lusitanum, cui demandata fuit prædictæ revocationis exequutio, & ab eodem Nuncio omnibus Superioribus Ordinis patefacta, & in specie intimata P. Generali Ordinis S. Pauli Primi
1 Eremitæ, tunc temporis P. Alphonso à Spiritu Sancto, qui eam suis Religiosis capitulariter ad sonum Campanulæ per omnes Conventus usque, & de anno 1720. publicari curavit, reportavitque a singulis dictorum Conventuum Superioribus Attestationes de publicatione, & exequutione prædictæ revocationis, prout latius in Summ.

De anno verò 1722. die 10. Maii, quo tempore imminebat die 24. ejusdem mensis celebratio novi Capituli Generalis, P. Melchior dos Reis unicus Pacis, & Ordinis Perturbator quamdam emisit protestationem co-
2 ram Probo Viro, appellans à futuro gravamine contra dictum P. Generalem Alphonsum à Spiritu Sancto, ejusque Deffinitores, ob prætensam non adimpletam exequutionem dictæ revocationis Indultorum, aliasque ideatas causas gravaminum, de quibus in dicta protestatione, data in Summar.

Talis autem extrajudicialis protestatio nemini innotuit; Adeout dicta die 24. Maii, congregatis Religiosis in Conventu Serradoxæ pro celebratione dicti Capituli Generalis juxta modum, & formam à Constitutionibus Ordinis, & à jure præscriptas, die antecedenti deventum fuit ad consuetam legitimationem Votorum, in qua compertum fuit, ascendere Vocales ad numerum 44. qui omnes fuerunt pacifice admissi absque ulla, vel minima
3 dissonantia; & cum eadem quiete deventum fuit ad primum Scrutinum, quo peracto, computatisque Votis, nulla adfuit canonica electio eorundem Eligentium Votis in diversa dispersis; Unde reiterato Scrutinio, eoque publicato per numerationem Votorum conclusa remansit eluctio Generalis favore P. Prædicatoris, & Præsentati Antonii à Sanctissima Trinitate, absentis à Capitulo: Quod ægreferens dictus P. Melchior, qui expectabat electionem Generalis pro sua parte, exinde delusus
4 jactare cœpit figuratam nullitatem electionis, ob non nulla Vota prætensa minus legitima, seu cùm nullum habuisset suæ Ideæ sectatorem, continuatum fuit Capitulum in aliis successivis Officialium electionibus, in quibus tam ipse, quàm cæteri omnes pacifice suffragium dederunt, dictoque P. Generali debitam obedientiam unanimiter præstiterunt, prout melius videre est in binis Attestationibus P. Antonii à Conceptione Secretarii, tam præsentis, quam antecedentis Capituli, & Testis exadverso inducti datique in Summario.

Capitulo Generali prædicto tam rite, & solemniter celebrato, ad præscriptum Constitutionum Ordinis, Votantibus in eo tantummodo Vocabilis legitimis, habentis Votum à Religione iuxta Constitutiones prædictas, nulloque reperto Vocali minus legitimo, ut uno ore testatur maior Pars sanior, & dignior Religiosorum in Summario, & patet ex Libro; ubi adnotantur pro
5 Religione Graduati, & Vocales huiusmodi, inter quos nullus reperitur Vocalis per Indultum Nuncii, sed solum quatuor Vocales per Indultum Sanctæ Sedis, quæ fuerunt expresse præservato in revocatione prædicta; Adhuc tamen dictus P. Melchior non acquiescens prætensæ nullitati dicti Capituli Generalis perductis ad eius sensum nonnullis aliis Religiosis; à quibus extorsit quamdam fidem à veritate omnino alienam, prout resipiscens 6
ingenue fatetur P. Hieronymus à Conceptione nuper instantiam prosequutus fuit in hac Sac. Congregatione Concordatisque propositisque in ea Dubiis in fine registrandis videtur rescribendum pro Validitate nostræ electionis.

Etenim electio prædicta non peccat in substantia, minusque in forma, cùm ad eam deventum fuerit, servatis omnibus de iure servandis, & à Constitutionibus Ordinis præscriptis, prout non controvertitur in facto, neque impugnatur, electionem huiusmodi fuisse à maiori parte Eligentium conclusam; Ideo pro illius validitate stat omnis præsumptio, & assistentia Juris, iuxta quas quælibet electio præsumitur rite, & recte celebrata, donec, & quousque per Oppositores liquidissimis probationibus non demonstrentur illius vitia substantialia, ut est 7
communis opinio Scribentium, de qua *Abb. in cap. Videlicet num. 6. & seqq. de Præbend. ubi Geminian. nu. 2. Passer. de Election. cap. 32. num. 69. Rota decis. 244. part. 8. recent. & in Albaricen. Canonicatus 10. Maii 1700. §. Sed antequam coram Molines*, Et consonat Electus, undequaque eligibilis, attentis morum integritate, optima fama, & meritis, quibus dictus P. Antonius à Sanctissima
Trinitate commendatur, ultra exuberantia, Requisita à Constitutionibus volita, quæque in electionibus 8
attendenda monuit *Text. in cap. Indecorum de Ætat. & qualit. c. Grave nimis de Præbend. cap. Cùm in cunctis, & vulgato c. Quia propter de elect.* ubi *Fagnan. nu. 71. Lezzan. in summ. verb. Prælatus Regularis num. 3.* cum aliis sequutis à *Rot. coram Seraphin. dec. 516. num. 5.*

Absque eo, quod subsistentia, & validitas dictæ electionis irritari possit ex eo, quod in Capitulo fuerint admissi nonnulli Vocales, qui prætendebantur inhabiles, vel incursi in privationem utriusque Vocis vigore comminationis huiusmodi pœnæ contentæ in prædicta revocatione Indultorum, quam exequi neglexerint P. Generalis, & Diffinitores Prædecessores, prout gratis ubique prædictus P. Melchior in asserta appellatione; Ere- 9
nim quantum futilis talis exceptio fuerit, inde patet, quod promota per eumdem P. Melchiorrem in Capitulo post bina Scrutinia, & publicatam electionem novi Generalis, neque etiam ab illius Adhærentibus fuit amplexa, sed reiecta, & devenerunt ad ulteriores electiones Officialium, dictumque novum Generalem agnoverunt, approbarunt, debitamque obedientiam, tam ipse P. Melchior, quàm sui Adhærentes ei præstiterunt; Ideo modo nequeunt ipsissimam exceptionem refricare, frustraque conqueruntur oppositiones de prætensa invaliditate electionis, cui postquam interfuerunt, approbarunt, consensum præstiterunt, illiusque irritationem inutiliter postulant, contra literam *Text. in cap. Publicato scrutinio 58. de Election. & cap. Nulli 8. eod. tit.* ibi - *Postquam præstiterit electionis de ipso ab illis celebratæ consensum &c.* - ibique *Glos. & DD. Castell. de Elect. cap. 16. num. 6. Passerin. de Elect. cap. 10. num. 6. & cap. 22. num. 27. & seqq.* cum aliis per *Rot. post Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. dec. 22. num. 27. & seqq.* 10

Cæterùm nullo modo subsistit in facto prætensus incursus Censurarum, & privationis Vocis, neque minus relevat in Jure. Etenim in facto præter nudum Dictum Patris, nullibi constat quomodò, quando, & ubi Officiales Antecessores figuratas pœnas Censurarum, & privationis vocis incurrerint, nullumque exhibetur legitimum documentum de prætensa contumacia, & controventione in executione prædictæ revocationis Indultorum; Imò in facto clare docemus, dictam revocationem ubi- 11
que Locorum, & in omnibus Conventibus Ordinis fuisse adamussim executam. Neque relevat in Jure, quia in terminis electionis, in quibus versamur, quemadmodum simplex accusatio, vel denunciatio neminem reddidit Reum, vel criminosum *cap. Multi 2. quæst. 1. & cap. ult. 15. quæst. ultima* cum aliis per *Fagnan. in cap. Omnipotens de Accusat. numer. 3. & 4.* Ita pariter indubitati iuris est, quod nullius Vocalis prætextu cuius- 12

cujusvis criminis, vel delicti excludi potest à quacum-
que electione, nisi fuerit prius per sententiam condem-
natus, & voce privatus *Innocenc. in cap. Accusatum num.*
13 *2. de Simon.* ibique *Hostien. num. 2. in fin. vers. Prima opinio*
Fagnan. in dicto cap. Omnipotens num. 25. & 33. & in ter-
minis *Passerin. de Election. cap. 25. num. 600.* ibi -- *Præ-*
textu enim cujuscumque delicti, vel privationis Juris in-
cursæ non potest quis excludi ab electione &c. Ea sane ra-
tione, quia alias daretur locus fraudibus, & figmentis,
& materia delinquendi aperiretur affectatis accusatio-
nibus, quarum cognitio ad aliud tempus extra Capitu-
14 lum bene remitti potest, quam adduxit *Fagnan. ubi su-*
pra dicto num. 25. & sequuntur *Barbos. vot. 47. num. 183. &*
seqq. Castellin. de Elect. cap. 13. num. 20. & 21. De Luc. de
Regularib. disc. 12. num. 5. & de Canon. & disc. 27. num. 20.
ibi - *Et generaliter ut incursus censurarum, vel aliud cri-*
men, ex quo resultat votandi incapacitas, non admitta-
tur in hoc actu, sed hujusmodi cognitio ad aliud tempus
differenda sit.

Consonat viva ratio, quia Vocalis, etiam revera non
legitimus, sed putativè solùm talis vigore possessionis
Officii, in quo pacifice reperitur, habet jus votandi in
Capitulo, & est manutenendus in eo jure, antequam in
Judicio petitorio, fer. fer. declaratus fuerit Possessor malo
fidei, & non legitimus Vocalis; Inde subsistit, & valida
habetur electio, in qua Votum dederunt illi Vocales,
qui ratione eorum pacificæ possessionis habebant jus
15 quæsitum votandi ad *Text. in cap. Quærelam de Elect. &*
cap. Cùm Ecclesia Saturnina de Causa possess. & propriet.
ubi Repetentes cum aliis per *Passerin. de election. capit.*
14. num. 36. & 38. & Rot. in Commen. Archipresbytera-
tus 17. Junii 1715. §. Contra hanc, & 12. Junii 1716. §.
Neque verò coram Scotto; Unde P. Generalis, & Dif-
finitores Antecessores, quorum Vota prætenduntur mi-
nus legitima, continuando in eorum pacifica possessio-
ne, quæ se extendebat usque ad mox præteritum Capi-
tulum Generale inclusive, nequit in dubium prorsus re-
vocari, quod validè, & legitimè in eodem Capitulo
potuerint interesse, & suffragari non obstante prætenso
incursu privationis Vocis; Quia causa possessionis tolli
nequit cum disputatione proprietatis post actum consu-
matum, quæ nunquam retrotrahitur ad retractandum
16 actum vigore legitimæ possessionis pacificè expletum
Gloss. in dicto cap. Quærelam verb. Super jure ibi --
Si Electus impugnetur, quod sit Electus à non Domino,
sufficit ei probare, quod Eligens erat in quasi possessio-
ne eligendi -- cum aliis magistraliter per *Rot. in Me-*
diolanen. Beneficii 1. Aprilis 1708. §. 1. & seq. co-
ram Ansaldo, & in Firmana Beneficiorum 11. Janua-
rii 1715. §. Siquidem cor. Lancetta inter alias hodiè im-
pressas coram eodem *la 870. art. 1.*

Fuisse utique commendabilis zelus, & charitas P. Mel-
chiorris dos Reis erga suos Fratres, si tempore habili
talem proposuisset quærelam, sed ubi Decretum su-
spensionis prædictæ publicatum fuit de anno 1720. &
17 ipse per biennium siluit, nec umquam ante celebra-
tum Capitulum de anno 1722. quidquam opposuit;
imo nec in actu Capituli, sed post bina Scrutinia,
post quam vidit conclusam electionem novi Gene-
ralis præter ejus expectationem; Tunc hujusmodi
promovendo quærelam, saniori Judicio relinquimus
18 ponderandum, quo zelo, & charitate id egerit, &
ut verbis *Textus* loquar *in cap. Si qui sunt Vitupe-*
ratores 2. quæst. 7. ibi -- *Qua intentione, qua fide, qua*
temeritate, qua vita, qua conscientia, quove merito,
si pro Deo, aut pro vanagloria, aut Inimicitia, vel
odios aut cupiditate ista præsumpserint, necne? Quam-
vis autem cæteri omnes alii Religiosi optima red-
dant prædictæ quærelæ rationem istis verbis *Qual-*
che Religioso inquieto, orgoglioso, e scontento, che sof-
fre malamente lo stare un triennio, senza che stia at-
tualmente governando -- Nobis tamen modò placet
responsio, quod ubi d. P. Melchior dos Reis non ob-
stante prætensa controventione dicti Decreti passus
fuit Officiales assertos controvenientes in eorum Of-
ficio continuare, Munera ad ipsos spectantia, palam
exercere, & in actibus Capitularibus, se immisce-
re, non poterat exinde in limine novæ electionis
19 eos de prætensa controventione amplius arguere,

ut in præcisis terminis respondit *Card. de Luca de Cano-*
nic. De Luc. disc. 27. n. 29. ibi -- *Verùm ubi etiam certa es-*
set dictæ Constitutionis controventio, attamen cum illa per
notabile tempus præcedens sequuta esset, eaque non ob-
stante tam Episcopus, quàm Capitulum passi essent, quod
isti publice, & palam intervenirent in Capitulo, ac ge-
rent omnia alia Munera, ad eorum Dignitatem pertinen-
tia, non poterat in limine hujusmodi electionis, seu adeo
gravis actus Capitularis id eis obiici &c.

Quod adeo est verùm, ut in longè durioribus terminis,
etiamsi contra nonnullos Vocales adesset aliqua Senten-
tia, fer. fer. lata, illos inhabilitans, vel alias voce activa,
& passiva privans, adhuc tamen quod talis Sententia ne-
que minus promulgari possit in limine electionis, sed ta-
liter promulgata, quod non attendatur, neque Vocales af-
ficiat, per modum legis generalis declaravit *Clem. VIII.* 20
juxta verba relata à *Matth in Offic. Cur. Eccl. c. 18. n. 10.* ibi
-*Privatio Vocis activæ, & passivæ, ac inhabilitatis decreta,*
sententiæq; ab eisdem Superioribus Ordinis latæ, nè deinceps
in ipso electionis actu pronuncientur, promulgenturque; atq;
etiam promulgatæ Vocales minimè afficiat, nisi per mensem
antea fuerint intimatæ, prout Sanctitas Sua omnino vetuit.

Inde manibus palpatur, quàm inanis, & affectata exi-
stat contraria oppositio assertæ nullitatis Capituli, ex eo
quod ibi interfuerint dicti PP. Generalit, & Diffinitores,
qui prætenduntur incurrisse privationem utriusque Vo-
cis, de cujus tamen incursu nullus extat Processus, nulla
declaratoria, querela nulla, nec usquam antea ulla con-
tradictio, præter illam factam à dicto P. Melchiorre, post
bina Scrutinia, & postquam non vidit Generalem ele- 21
ctum de sua partialitate; Tunc enim hujusmodi con-
tradictionem affectavit, nullam aliam ob causam,
quam ut cæteris omnes Religiosi fatentur -- *Che sof-*
fre malamente lo stare un triennio senza, che stia at-
tualmente governando -- Quinimo ex hoc ipso con-
vincitur, nedum validitas, imò Justitia nostræ ele-
ctionis, si advertatur, P. Melchiorrem fuisse in trien-
nio antecedenti Procuratorem Generalem, & reli-
quos Oppositiones fuisse Officiales, quales non fue-
runt moderni PP. Generalis, & Diffinitores, qui ne-
que minus erant de corpore, & Mensa Capitulari,
sed assumpti, & electi fuerunt extra corpus Capituli
Ideoque maximè decebat ne idem regimen penes eos-
dem Officiales Partis contrariæ perpetuaretur, sed ad 22
alios transferretur; Ut enim ait *D. Thomas part 2. qu.*
105. art. 2. Bona ordinatio Principum est, ut omnes ali-
quam partem habeant in Principatu, per hoc enim con-
servatur pax Populi, & omnes talem ordinationem
amant, & custodiunt, & advertit *Abb. in capit. Cum*
Dilectus de Constit. Lezzan. quæst. Regular. tom. 1. part.
1. cap. 15. num. 21. & in terminis alternativarum tra-
dunt *Castellin. de Elect. cap. 11. num. 17. Ragg. de Re-*
gim. Regular. dub. 26 concl. 2. Capon. discept. 49. n. 6. & seqq.

Ultra quod Religiosi prætendentes nullitatem Capi-
tuli; & incursam pœnam privationis vocis, allegant ne-
dum propriam turpitudinem, sed etiam propria delicta;
Cum enim ipsi essent Officiales majores, dictusque P. Al-
phonsus à Spiritu Sancto Generalis, cui Nuncius deman-
davit publicationem, & exequutionem decreti revo-
cationis Indultorum, ad ipsos spectabat legitimos Vo-
cales admittere, prætensos Contumaces, vel Inobedien- 23
tes repellere, & validum Capitulum juxta Juris, & Or-
dinis Constitutiones celebrare; Unde si modò præten-
dunt fuisse admissos Vocales minus legitimos, vel inha-
biles, Capitulum non fuisse celebratum servata forma
Constitutionum, quodque ipsimet incurrerint, ob non
executum decretum prædictum, privationem utrius-
que vocis, jam hilari fronte non erubescunt proprias
detegere turpitudines, indeque prætendere præmium,
ubi forent pœnis afficiendi, contra omnia Juris prin-
cipia: Proinde hæc Sac. Congregatio summo jure af-
fectatas, & calumniosas hujusmodi nullitates numquam
consuevit attendere, semperque rescribere pro validi-
tate Capituli, prout cæteris omissis decis. 19. Janua-
rii 1720. *in una Cistercien. Capitulo Generalis*, ubi in præci-
sis; sed durioribus terminis prætendebatur nullitas Capi 24
tuli ob interventum quatuor Vocalium, quorum votum
impugnabatur à septem aliis Capitularibus, qui exeuntes
de Capitulo solemnè emiserunt protestationem de illius

nullitate, & de appellatione ad S. Sedem, adhùc tamen proposito dubio per eundem Ponentem -- *An*
25 *Capitulum Generale Congregationis Italiæ substineantur* -- hæc Sac. Congregatio respondit -- *Affirmative*, & *ampliùs* -- me pariter Scribente pro Electo, & Electoribus, ut videre est in *tom.* 4. *part.* 2. *discept.* 9.

Ex quibus vindicata ab omnibus impictis nullitatis nostra Electione, nulla remanet necessitas discurrendi de secundo Dubio circa provisionem, ab hoc Sacrosancto Senatu capiendam; Illam enim capiet P. Generalis, prout in Domino noverit expedire.

Die 23 Junii 1724. per Card. Spinulam in Con-
27 gregatione Episcoporum propositis duobus infrascriptis Dubiis.

I. An Capitulum generale, die 24. Maii 1722. cele-
28 *bratum in Conventu Serradoxæ, substineatur in casu &c.* Et quatenus negativè.

II. An, & quomodo sit providendum in casu &c.

29 *Ad I. responsum fuit Affirmativè.*

30 *Ad II. Provisum in primo.*

DISCEPTATIO XIV.

Ortonen Spolii

I N T E R

Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Ortonæ

E T

Fratres de Falconiis

ARGUMENTUM.

Constitutio Innocentii XII. cujus vigore Cathedralibus Ecclesiis Regni Neapolitani attribuuntur Spolia Episcoporum, habet locum etiam in illis Episcopis, qui, uti Dapiferi, inservierunt in Conclavi S. R. E. Cardinalibus, non attento Privilegio, exemptivo à prædictis spoliis, quod non extenditur ad Episcopos Dapiferos. Privilegia Dapiferorum non competunt illi, qui uti talis declaratur à Cardinali, & canonizatur à tribus Cardinalibus, in quolibet ordine prioribus, si revera tempore conclavis in Urbe moram non faciat.

REvocatur in controversiam punctuali exequutio *Const.* 23. *Innocentii XII.* quæ incipit *Inscrutabili*, quam meritò ad Celum usque extollit æternæ me-
1 moriæ *Vir Ansald. dec.* 74. *n.* 37. quem sequutus fuit *in tom.* 2. *part.* 1. *discept.* 34. *n.* 105, quamve confirmavit, & ampliavit Benedictus XIII. in ejus Constitutione quæ incipit *Sacrosancto Apostolatus*, impressa *post to.*
2 7. *fol.* 316. Controversia autem versatur circa interpretationem Privilegiorum Dapiferorum, an scilicet ista permittant Episcopis Regni Neapolitani disponere de eorum Bonis, tam per viam Testamenti, quàm abintestato, hoc est, quòd, nullo condito Testamento, illam spectent ad eorum Hæredes, non attenta dispositione ejusdem Innocentianæ Constitu-
3 tionis, demandantis, ut in Regno Neapolitano in dd. Bonis non succedat Camera Apostolica, sed illa converti debeant in utilitatem, & commodum Ecclesiarum Metropolitanarum & Cathedralium, illius Diecesis, quam in ejus Vita vexit Archiepiscopus, vel Episcopus.

Circa hoc dubium, si adesset libertas ad respondendum, potiùs alienum expectare vellem Judicium & sapientissimi Judicis venerare Judicatum, quàm meam aperire sententiam, Cæterum, obsequendo jussibus, in hac parte Mihi impositis, in ea sum opinione, quòd Dapiferorum Privilegia non sint tantæ potentiæ,
4 ut in conflictu d. Innocentianæ Constitutionis, possint Episcopi de eorum Bonis liberè disponere, vel per Viam Testamenti, seu successionis abintestato, illa transmittere ad Hæredes; In qua parte restringendo vim, & efficaciam dd. Privilegiorum, Dapiferis solitorum concedi per eadem numero verba, ab omnibus Summ. Ponfic. contra Me ipsum respondeo, ex quo Egomet talibus decoratus fui Privilegiis, & prerogativis, uti Dapifer Card. Ni- 5
groni, in illo Conclave in quo ad Summi Apostolatus apicem assumptus fuit idem Innocentius XII. ut recognosci potest *in d. ejus Bullariolo fol.* 10.

Ad id demonstrandum suppono facti seriem, æquali amore, ac attentione per diligentem Causæ Patronum clarè, & latè explicatam, & cum suo Summario comprobatam, quod scilicet Joseph Falconius, qui die 23. Settemb. 1717, electus fuit Episcopus Ortonæ, & Campli, sequenti anno 1718. die 15. Februari procuravit à tunc 6
temporis tribus DD. Cardinalibus in singulis eorum Ordinibus Prioribus, seu Capitibus, declarationem, ipsum gaudere, & frui omnibus, & singulis Privilegiis, Dapiferis concessis illo Conclavi, in quo fuit Dapifer Card. Gabrielli, & in quo electus fuit in Summum Pontificem Clemens XI. quorum Privilegiorum vigore prætenditur, illius Bona, uti exempta à spolio, spectare ad illius Hæredes in vim illorum verborum dictæ Constitutionis, de quibus in d. Bullariolo Innocentii XII. fol. 5. *Postremò, quòd bona quæcumque, ad dd. Dapiferos, & eorum* 7
quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum ecclesiasticorum, etiam Canonicatuum, & Præbendarum, ac Dignitatum quarumcumque per eos aliàs obtentorum, & obtinendorum, ut aliàs quomodolibet, & quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum, industria, legitimè tamen, & licitè acquisita, & acquirenda, etiam in Urbe, ejusque Districtu, ac ubicumque existentia, Spoliis minime subjaceant; Sed ipsi Dapiferi, etiam si Religioni alicujus Militiæ (non tamen S. Joannis Hierosolymitani) Adscripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque Personarum (de Jure tamen capacium) etiam, si Curiales esse desierint, & in quocumque Loco, quantumvis remoto, eos decedere contigerit testari, & aliàs disponere, eisque ab intestato decedentibus, eorum Hæredes quicumq; succedere, liberè & licitè valeant, simili modo concedimus & indulgemus.

Est autem indubitatum, quòd ante d. Innocentianam Constitutionem nunquam audita fuit similis prætentio Hæredum Episcoporum contra R. Cameram, (cui, tam in Regno Neapolitano, quàm in multis aliis Catholicis Regnis, & Provinciis ex notoriis Constitutionibus 29. Pauli III. & 8. Pii IV. & 42. S. Pii V. Spolia Episcoporum applicata erant, & sunt,) excitata ab illis Dapiferis, qui fuerunt creati Episcopi, Ex quo sequitur, quòd talis observantia omnem in hac parte difficultatem abstulerit, etiam si Privilegia Dapiferorum essent clara, quia observantia præfertur cuicumque interpretationi, eidem oppositæ, etiam si illa esset de Jure verior, 9
magisque accommodata verborum sensui, ut omissis generalibus, circa quæ facili negotio componi possent Volumina, loquendo in specie de interpretatione Apostolicarum Constitutionum, observant *Rocc. select. interpret. cap.* 177. *num.* 14. & *b. m. Severol. in Vot.* impresso *post.* 2. *Vol. Discept. Ecclesiast. Piton. fol.* 10. *num.* 7. & firmavit *Rot. coram Dunozett. jun. decis.* 966. *num.* 17. ibi -- *Observantia & omnium interpretationum Regina, & Literas Apostolicas facit intelligi eo modo, quo fuerunt observatæ, quamvis intellectus contrarius videretur de jure verior, & coram Emer.* 10
jun. dec. 24. *num.* 8. & 9. ibi -- *Observantia est optima Constitutionum Apostolicarum interpres, etiam contra proprietatem verborum, & veriorem Juris intellectum, & etiam si intellectus esset malus, vel de Jure non tenendus, & in part.* 2. *recent. decis.* 608. *n.* 6. ibi -- *Et hinc videmus, quòd Regulæ Cancellariæ, Privilegia Apostolicam, facultates Legatorum, & similia, subjacent observantiæ interpretativæ, etiamsi intellectus, datus ab observantia, esset malus, vel de Jure non tenendus*, & in *part.* 12 *recent. decis.* 300. *nu.* 30. ibi -- *Observantia facit intelligi Literas Apostolicas eo modo, quo fuerunt observatæ, quamvis intellectus contrarius videtur de Jure verior, & in part.* 13. *decis.* 216. *n.* 6. ibi -- *Adeo prævalet observantia, ut Literæ Apostolicæ sint intelligendæ eo*

modo

modo, quo observatæ fuerunt, quamvis contrarius intellectus esset de jure verior, & *in part.* 16. *decis.* 253 *num.* 8. & 9. ibi -- *Observantia est optima Constitutionum Apostolicarum interpres, etiam contra proprietatem verborum,* & *veriorem Juris intellectum, etiam si*
12 *intellectus esset malus, vel de Jure non tenendus*, ad literam repetita *in part.* 18. *decis.* 218. *num.* 20. & *apud Prosper de Territor. separ. decis.* 23. *num.* 8. cum aliis, larga manu, à Me citatis in *to.* 5. *part.* 1. *dec.* 3. §. 5. *à num.* 360. usque ad *num.* 394.

Et in præcisis terminis Privilegii exemptivi, quòd illud intelligi debeat eo modo, quo fuit observatum, egregiè *Rot.* post multos Concordantes *in decis.* 9.
13 *num.* 11. *coram Cardin. Caprar.* ibi -- *Quæ optimè declarat, quænam exemptio fuerit concessa* &c. & *facit, ut eædem Constitutiones veniant intelligendæ eo modo, quo fuerunt observatæ, etiam si contrarius intellectus esset de Jure verior.*

Multò igitur magis, dum verba Privilegiorum, solitorum concedi Dapiferis, in hac parte, nedum clara, & literalia non sunt, sed ad inducendam dictam exemptionem favore Hæredum Episcoporum, detorqueri prætenduntur per argumenta, in ductionis, conjecturas, & discursus, qui adversus
14 claras Apostolicas Constitutiones non attenduntur, egregiè Rota *decis.* 3. *numer.* 6. *coram Ansaldo* ibi -- *Contra Bullam, tam sanctam,* & *expressam, non erat super generalitatibus, conjecturis,* & *discursibus in oppositum excitatis, immorandum, sed eadem Bulla adamussim,* & *præcisè veniebat servanda pro lege*, cum aliis adductis *in Romana Emolumentorum Parochialium* 1. *Julii* 1718. §. *Primi coram Lancetta* inter alias hodiè impressas coram eodem *dec.* 1086. *nu.* 2.

Non enim specificantur, neque nominantur in d. Privilegio ad nostrum effectum Episcopi, Licèt de illis ad longè diversos effectus multoties mentio fiat, ut ex illius contextu manifestum est, & hæc est alia congrua legalis animadversio, innixa discretivæ
15 loquutioni pro excludenda contraria prætensione, juxta Textum *in leg. unica* §. *Sin autem C. de Caduc. tollend.* ibi -- *Sed varietatis non in occulto sit ratio, nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas conjunctim eam disponere*, cum concordantibus, citatis in decis. 71. *num.* 17. *coram Ansald.* ibi -- *Quando non haberemus verba luce meridiana clariora, superabundaret vulgata regula, desumpta à diverso modo exprimendi,* & *coram Card. Caprara dec.* 687. *n.* 10. Quando enim Summus Pontifex voluit Privilegia Dapiferorum suffragari Episcopis, istos specificè
16 nominavit; Igitur, ubi de illis mentionem non fecit, dicendum est, illos non esse comprehensos, ex supra citatis, quibus addo alios, sequutos à *Rota dec.* 176. *num.* 18. *coram Triolo,* & *decis.* 393. *n.* 12. *p.* 18. *recent.*

Prætenditur autem quod tali exemptio contineatur sub verbis illis. *Quoad Bona quæcumque ad dd. Dapiferos spectantia, ratione quorumcumque Beneficiorum ecclesiasticorum, etiam Canonicatuum,* & *Præbendarum, ac Dignitatum quarumcumque*; Quod in Jure non subsistit, quia Episcopatus, tanquam Dignitatis culmen ad nostrum effectum non venit nomine Dignitatum, & multò minùs continetur sub generali
17 appellatione quorumcumque Beneficiorum ecclesiasticorum, ut de prima conclusione habemus magistralem *Gloss. in cap. Licet Ecclesiarum verb. Dignitatum de Præbend. in* 6. ibi -- *Quid de Episcopatibus? Numquid comprehenduntur sub hac Constitutiones satis videtur, quod non; Quia ea, quæ speciali nota digna sunt, nisi specialiter notentur, neglecta intelliguntur* &c. *Est enim, non Dignitas, sed Dignitatum culmen*, quam sequuntur *Abb. in cap. Cùm Vintonien. nu.* 8. *de Election.* ibi -- *Nunquam appellatione Dignitatum*
18 *venit Dignitas Episcopalis, Textus est notabilis, quem ad hoc tenebis menti* &c. *quia est Dignitatum culmen* &c. *Lapsus alleg.* 84. *num.* 13. ubi *Mandos. in Addit. secund. alphab. lit. B. Barbos. de Potest. Episcop. p.* 2. *alleg.* 1. *num.* 17. & *de Appellativ. verb. Dignitas n.* 1 & *Peregrin. de Fideicomm. ar.* 23. *sub n.* 8.

Et de secunda idem *Barb. de Potest. Episcop. part.* 2. *alleg.* 1. *n.* 17. *in fin. Gambar. de Offic. legat. lib.* 2. *n.* 41. & *lib.* 7. *n.* 221. & *seq. Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 5. *in princ. nu.* 36. *Simonet. de Reservat. p.* 11. *per tot.* & *Bellett. Disquis. cleric. tit. de Disciplin. cler.* §. 2. *n.* 43. & *Rot. dec.* 592. *nu.* 2. *p.* 2. *diversor.* ubi, quod appellatione *Quorumcumque Beneficiorum* nec etiam veniunt inferiores Dignitates Ecclesiasticæ.

Non attento, quòd aliqui DD. asserant, tales communiter receptas, conclusiones, veras esse in odiosis, non autem in favorabilibus. 20

Quidquid enim sit de subsistentia talis limitationis in Jure circa quam cum majori otia multa in Jure fundata adduci poterunt; Hoc unum est indubitatum in nostro casu, Nos sumus in odiosis, cùm prætendatur correctio, nedum Juris communis 21 in *cap. Cùm in officiis ex cap. Quia Nos de Testam.* in quibus disponitur, ut Ecclesia succedat Episcopo in omnibus illius Bonis, quæ præsumuntur acquisita ex illius redditibus, quod in punctualibus terminis dictæ Innocentianæ Constitutionis firmavit *Rot. in Cathacen. Spolii* 22. *Februarii* 1715. §. *Et quidem justitia coram Cerro.* Quod in eadem Causa Cathacen. priùs resolverat *Congregatio die* 28. *Septembris* 22 1709. & *die* 25. *Januarii* 1710. ut videre est in *Lib.* 59. *Decret.* ejusdem Sac. Congregationis *fol.* 331. & *lib.* 60. *fol.* 27. Et priùs resolverat eadem Congregatio in *Abellina spolii*, sequendo Votum Card. Ursini, postea Benedicti XIII. per extensum impressum in *tom.* 2. *parte prima discept.* 34. *num.* 106. & *seqq.*

Nec non prætendatur, ulteriùs revocatio, seu correctio, nedum dictæ antecedentis Constitutionis Innocentianæ, per viam Legis emanatæ favore Ecclesiarum vastissimi Regni Neapolitani, & attenta illius favorabilitate, per viam pariter Legis ultimo loco confirmatæ, & extensæ à Benedicto XIII. sed 23 etiam dictarum Costitutionum 29 Pauli III. Pii IV. & 42. S. Pii V. per viam legis generalium assignantium spolia omnium Episcoporum favore Cameræ Apostolicæ; In quibus circumstantiis applicatur alia Juris receptissima conclusio, quòd omnis interpretatio sumenda est pro reditu ad Jus commune, juxtam Textum in *leg. Si unus ff. de Pact.* quem sequuntur Gratian. *discept.* 544. *numer.* 31. & *Rota decis.* 350. *num.* 5. *Cerr.* cum aliis, citatis *in tom.* 3. *parte prima decis.* 11. *numer.* 22. & *tom.* 6. *parte prima, discept.* 31. *numer.* 146. Et propterea, etiamsi in hac parte aliquod remanere dubium, quod non credimus, in hoc dubio semper esset inclinandum 25 pro exclusione cujuscumque exemptionis, Juri communi oppositæ, ex supra allegatis, quibus addimus alios, citatos, *in tomo* 3. *parte prima, discept.* 11. *num.* 22. 24

Et eo hac legali animadversione alia resultat juridica restrictio clausularum, contentarum in Privilegiis, solitis Dapiferi concedi, innixa generali dispositioni earundem Apostolicarum Constitutionum Pauli III. Pii V. & Innocentii XII. quod scilicet illis nunquam censeatur derogatum per clausulas generales, in dictis Privilegiis Dapiferorum contentas, quia ad dictum effectum præcisè requirebatur specifica, & explicita derogatio & firmatis *per Rotam in decis.* 342. *numero quinto, parte* 14. & *decis.* 647. *num.* 33. *part.* 19. *rec.* 26

Nec replicetur, quod in nostris terminis non probetur inobservantia Privilegiorum, solitorum concedi Dapiferis & facto positivo, sed solùm negativè; Observantiam enim, tam ex facto, quàm ex non facto probatur, & probata perinde attenditur, ac si 27 illa demonstrata esset ex factis positivis, juxta magistralem *Sacræ Rotæ decis.* 291. *numer.* 11. *part.* 9. *recent.* quam, post alios concordantes, sequitur eadem *Rota coram Bich. decis.* 660. *numer.* 17. Non observantia autem Privilegiorum, solitorum concedi Dapiferis (excepta dumtaxat exemptione ab Expensis Bullarum, pro unica prima Gratia, illius naturæ, & qualitatis, pro qua eædem expensæ sunt nimis moderatæ) adeo nota, adeoque notoria est ipsismet Tyronibus Datariæ Apostolicæ, & Secretariæ Bre-

Brevium, ut nulla indigeat probatione.

Cæterùm, quando etiam per modum simplicis discursus, & falsæ hypothesis, vellet admitti, quod sub dicta generalitate verborum veniret etiam cul-
28 men Dignitatis Episcopalis, quod ex supra animadversionis est prorsus insubsistens: Adhuc idem Dapiferorum Privilegium nullatenus suffragaretur; Nedum quia illud præventivè penitus sublatum fuit per prægnantissimas illas clausulas antecedentis Constitutionis Innocentii XII. *Non obstantibus præmissis &c. Privilegiis quoque, & Indultis, ac Literis Apostolicis,*
29 *sub quibusvis tenoribus, & formis, cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, etiam irritantibus, aliisque Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum, concessis, ac etiam pluries confirmatis, innovatis, & approbatis*, de quarum vi, & efficacia benè *Rota dec. 22. num. 10. & seq. coram Otthobon. & decis. 485. num. 14. & 15. coram Peutinger.* ubi, quod similes prægnantissimæ derogatoriæ, nedum removeret non obstantiam principiorum, & principiatorum, sed etiam omnia ea, quæ possunt obstare illi actui, cui fuerunt adjectæ. Verùm etiam per illius sequentem confirmationem, & posteriorem ampliationem Benedicti XIII. vigore illorum aliorum verborum, nullam in hac parte admittentium contra-
30 riam glossam, vel criticationem: *Non obstantibus præmissis &c aliisque quibuscumque Apostolicis Constitutionibus, & ordinationibus &c. Privilegiis quoque, & Indultis ac Literis Apostolicis, sub quibusvis tenoribus, & formis, cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibus, aliisque Decreti in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac aliàs quomodolibet, in contrarium præmissorum concessis, ac etiam pluries confirmatis, innovatis, & approbatis. Quibus*
31 *omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, individua ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, iisdem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis, aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum harum serie specialiter, & expressè plenissimè, & amplissimè derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.* Est etenim communiter receptum, quod in omni genere contractuum, in omni specie Judiciorum, & in quacumque ma-
32 teria, posteriora semper derogant prioribus, juxta *Textum in leg. Pacta novissima Card. de Pact.* & animadversa *per Surd. cons. 359. nu. 34. & dec. 195. nu. 7. Sylveir. in opuscul. de Declarat. Cardin. n. XI. fol. mihi 283. & Pignatell. consult. 107. n. 14. lib. primo, &* firmata *per Rot. dec. 1271. n. 1. coram Seraphin. numer. 495. num. 1. coram Emer. jun. & dec. 593. num 2. p. 4. recent. & in Melevitana Decretor. 2. Martii 1707. in fine coram Ansaldo*; Quodque non adest magis efficax argumentum neque concludentior demonstratio mali Juris, quàm insistere in Privilegiis, vel per non usum abrogatis, vel per expressam legem revocatis, quarum utrumque in præsenti ad unguem verificatur,
33 ut de prima conclusione notant *Card. de Luc. de Præeminent. disc. 2. num. 22. & de Regalib. disc. 49. num. 16. & Rot. dec. 75. num. 8. coram Ottobon. & dec. 1206. num. 7. cor. Emer. jun. & in Salisburgen Vicariæ super bono Jure 4. Februarii 1715. §. final. cor. Crispo* cum aliis citatis *in tom. 3. p. 1. discept. XI. nu. 39. & tom.*
34 *5. p. 2. discept. 10. num. 35.* Et de secunda *eadem Rota coram Coccin. dec. 1640. n. 4.* cum aliis citatis *in to. 6. part. 1. disc. 16. num. 15. & part. 2. disceptat. 19. §. 2. n. 40.*

Pro quorum faciliori admissione urgere videtur verè deplorabilis status Cathedralis Ecclesiæ Ortonen, in Scriptura facti lactè descriptus, qui non sine maxima compassione legi potest, quo attento Sac. Congregatio Episcoporum ad relationem Card. Corsini, postea Clementis XII. *die 18. Februarii 1709.* omissis juris subtilitatibus, strictè, & præcisè demandavit in 35
Tricaricen Spolii Episcopi Bona esse applicanda pro reaptationibus Ecclesiæ Cathedralis Tricaricen, illiusque sacris supellectilibus, id specialiter injungendo Cardinali Ursino, postea Benedicto XIII. mediante particulari Instructione, per extensum impressa *in tom. 2. part. 1. disc. 34. n. 127.* ibi -- *Essendo stata riferita in Sagra Congregatione sotto li 18. Febraro 1709. dal Sign. Cardinal Corsini la Causa dello spoglio, fatto al defonto Vescovo di Tricario, ed essendo stato disputato l' Articolo, se il Testamento fatto dal medemo Ve-* 36
scovo si sostenesse, la Sagr. Congregatione sentite le Parti, è stata di sentimento, che non si sostenghi, ne possono aver luogo le applicazioni, da Lui fatte, della sua Eredità a favore di varie Chiese, stante il pessimo stato, nel quale dal Vescovo è stata lasciata la Catedrale, e la necessità, che tiene non solo di esser risarcita, ma anche di esser proveduta di supelletili Sagre, e nell' istesso tempo è stata di senso, che si commetta all' E. V. perche proceda alla forma della Bolla della s. m. d' Innocenzio XII. secondo l' Instruzzione, da trasmettersi, che è che V. E. si degni col mezzo di Persona fidata, ed attenta far fare col denaro di detto spoglio dell' Eredità del Vescovo tutti quei Risarcimenti più necessarii, ed urgenti, de quali tiene bisogno d. Cattedrale, ed altresì che le facci provedere parimente di quelle Supellettili Sagre, delle quali à più necessità, ed urgenza,
Nedum autem difficile, sed penè impossibile videtur, quod Cathedralis Ecclesia Tricaricen fuerit in 37
eo miserabili statu, in quo à multis annis redacta fuit à Terræmotu, & de præsenti etiam reperitur,
Cathedralis Ecclesia Ortonen ex iis, quæ probantur 38
in Facto. Quibus maximis angustiis d. Cath Ortonæ attentis, & præ oculis habendo extremam necessitatem reaptationis illius majoris Ecclesiæ, saltem ad hoc, ut in illius Tabernaculo asservari sine periculo possit augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, & Missæ in illa celebrari tutò valeant, cum omni
securitate à Turbine, & à Pluvia, præsenti casui ap- 39
plicari videntur verba illa *Cassiodor. Epist. lib. 12. epist. 13.* Nimis improprium est illis tollere, quibus jubemur offerre, de quibus *in Tom. 2. p. 1. discept. 16. n. 119.* dum de illa adamussim verificatur ea, quæ his verbis expressit *Episcopus Crispin. nella Visita pastorale §. 13. num. 1. E deplorabile l' inconveniente di ve-*
dersi le Chiese, e loro Fabriche rovinose, a segno, che 40
provocano le lagrime di Chi à una scintilla di Zelo della Casa di Dio, Paulo post registrans verba Synodalis Constitutionis Ecclesiæ Sypontinæ tempore Card. Ursini, postea Benedicti XIII. in qua ad deploran-
dum idem Inconveniens adducuntur verba illa *Mat-* 41
th. 8. 20. Vulpes foveas habent, & Volucres Cœli Nidos, filius autem hominis non habet ubi suum Caput reclinet.

IN EADEM CAUSA.

Requisitus de meo sensu, omnibus maturè perpensis, in ea fui opinione, quod Privilegia Conclavistarum non sint tantæ efficaciæ, ut illorum vigore Episcopi Regni Neapolitani liberè disponere
possint de eorum Bonis in præjudicium propriarum 42
Ecclesiarum, quibus vigore *Constit. Innocentii XII.* quæ incipit *Inscrutabili*, impressæ *in ejus Bullario fol. 10.* à die eorum assumptionis ad Episcopatus, acquiritur Jus super omnibus illis Bonis, quæ tempore eorum mortis reperiuntur, quævè priùs per viam Legis generalis, nullam admittentis limitationem, ti-
tulo spolii spectant ad R. Cameram Apostolicam; 43
In qua opinione magis hodiè confirmor, non obstantibus iis, quæ æqualibus eruditione, & doctrina, ex parte Hæredum Episcopi Falconii adducta fuerunt.

Quià verò in hac parte pro illa veritate, quæ in legalibus inspectionibus dari potest, & quæ Mihi videtur, scribo, in qua legali materia, ut, me citato
in Institut. crimin. lib. ... tit. 5. num. 185. observat *Ro-* 44
ta in Firmana Fideicommissi 4. Maii 1705. §. Verùm

coram *Ansaldo* ex facultatibus legalis infortunio nihil est adeo pacificum, ut aliqua ratione in dubium, revocari non possit, quod adverterat priùs *Eadem Rota in d. decis. 63. nu. 1. coram eodem*; Ideo, præ-
45 suppositis iis, quæ adduxi supra, & quibus firmiter adhæreo, libenter omitto ea, quæ vel pro exercitatione ingeniorum in scholis, vel ad ostendendam eruditionem facilè adduci possent, cum majori otio, quod mihi Deus in Urbe per spatium annorum trium supra quinquaginta nunquam fecit, & me restringo ad duo, quæ nullam admittere videntur a-
46 dæquatam responsionem; Ad non usum scilicet, seu non acceptationem dicti Privilegii Dapiferorum, in tempore opportuno non procuratam à d. Episcopo Falconio, & ad aliam posteriorem Constitutionem, amplissimis clausulis munitam Benedicti XIII.
47 circa spolia Episcoporum Regni Neapolis, non solùm confirmatoriam, sed ampliatoriam d. Constitutionis Innocentianæ, impressæ *in tom. 7. fol. 317. §. Præterea*, quæ dictio *extendit mentem, & actum Dispositionis protendit* sunt verba *Barbos. de Diction. dict.*
48 280. *nu. 2.* & concordant *Textus in cap. Super quibusdam §. Præterea de verbor. significat. & in §. Præterea quasdam Institution. de Actionib.*

Respectu non usus generalis dicti Privilegii Dapiferorum, satis dictum fuit supra; Respectu verò non usus specialis, seu non acceptationis dicti Privilegii
49 Dapiferorum, factæ in tempore opportuno, & congruo ab Episcopo Falconio, tria præmitto; in facto innegabilia, ex quibus talis non usus poni videtur intra evidentiæ fines.

Primum, quòd non sufficit obtineri à Dapiferis d. Privilegium, nisi precedat ulteriùs instantia Dapiferi, & subsequantur deinde Judicia trium S. R. E. Cardinalium, in quolibet Ordine anteriorum, col-
50 legialiter determinantium, quod ille qui, tanquam Dapifer, alicui Cardinali tempore Conclavis inservivit, dignus sit, & mereatur habere omnia Privilegia, omnesque Prærogativas dictis Dapiferis concedi solitas, quod, nedum experientia notum est, sed rotundis illis verbis exprimitur in Privilegio, solito
51 concedi omnibus Dapiferis, & repetitis in illo dato in Summario; *Favoribus, Gratiis, Privilegiis pro cujuscumque meritis exonerare, ac eosdem Dapiferos &c. quousque tres ex prefatis Cardinalibus, in quolibet ordine antiquiores, gradu, nobilitate, & aliis meritis, dignos tali dignitate judicaverint &c. & tam illos, quam alios Dapiferos singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint,*
52 Quam necessitatem agnovit etiam, & factis comprobavit D. Episcopus Falconius, tale Judicium trium S. R. E. Cardinalium, in quolibet Ordine antiquiorum, post annos decem, & octo procurando, & effectivè obtinendo.

Secundum, quòd idem Ioseph Falconius in Episcopum Ortonen. electus fuit die vigesima tertia Decembris 1717.

Tertium denique, quòd die 15. Februarii sequentis annis 1718. & sic post annos decem, & octo à die, quo in Summum Pontificem electus fuit Clemens XI. in cuius Conclavi tanquam Dapifer inservivit Cardinali Gabriellio d. Privilegium procuravit,
53 & acceptavit; mediante declaratione tunc temporis trium S. R. E. Cardinalium, in quolibet ordine antiquorum, quod ipse dignus erat uti, & frui omnibus Prerogativis, omnibusq; Privilegiis concessis Dapiferis illis, qui in Conclavi in quo electus fuit idem Clemens XI. inservierunt.

Quibus positis, duo sequuntur, primum scilicet specialis, & particularis non usus dd. Privilegiorum per longissimum spatium annorum decem, & octo; Est enim in Jure indubitatum *quod etiam Leges genera-*
55 *les, multò verò magis, & absque dubio, particularia Privilegia per non usum, seu contrarium usum, cessant*, sunt verba *Cardinal. de Luc. de Paroch. disc. 24. num. quarto*, ubi *num. 14. vers. Et ulteriùs* ubi sequentem adducit bonam rationem, *quoniam Privilegiatus potest non uti Privilegio, sibi concesso, vel illo uti limitatè*, quam reperit *disc. 25. numer. 4. eodem tit.* ibi -- *In Privilegiis particularibus potest Privilegiatus non uti, vel limitatè illis uti*, & concordant adducti *per Panimoll. decis. 128. numer. 23. & in tom. 5. par. 2. discept. 10. n. 35.*

Nec dicatur, quod sumus in terminis Privilegii facultativi, quod per non usum nunquam ammittitur, nisi detur casus utendi, & Privilegiatus illo non utatur, Responsio si quidem in promptu est, quod scilicet in nostris terminis non potest dici acquisitum ullum Privilegium, nisi post diem 23. Februarii 1718. quando illud fuit procuratum, & ca- 57
nonizatum, uti competens Episcopo Falconio, tanquam Dapifero Cardinali Gabriellii.

Cùmque ante dictam diem idem jam esset Episcopus, hæc facti circumstantia operatur; quod Ecclesia Ortonen., vigore dictæ Constitutionis Inno- 58
centii XII. Jus acquisiverat super spolio dicti Episcopi, quod jus per sequentem recognitionem, & canonizationem competentiæ d. Privilegii, postadeo longum tempus procuratam, non fuit & eadem Ecclesia unquam ablatum, nec tolli poterat, nisi per aliud posterius Privilegium, specialiter, & expresse derogans Juris, d. Ecclesiæ quæsito vigore ejusdem Innocentianæ Constitutionis; Aliud enim est, quod 59
Privilegiatus habeat facultatem disponendi de suis Bonis, quando ista nulli vinculo Obnoxia sunt; Aliud verò, longequè diversum, quod vigore simplicis Privilegii disponendi de suis Bonis, disponere possit Privilegiatus de illis Bonis, quæ alteri ante- 60
cedenti oneri subjecta sunt, ut in nostris terminis erat onus spolii, quòd à die electionis Episcoporum, illorum omnium ossibus hodiè inhæret in Regno Neapolitano favore propriarum Ecclesiarum, & ante Innocentianam Constitutionem, Laud. D. G. Apostolicæ.

Cæterùm proceditur exadverso in hac parte cum supposito, quod non subsistit, quia constanter asseritur, Episcopum Falconium favore illius Hæredum expresè disposuisse de omnibus suis Bonis, vigore Privilegii, sibi, uti Dapifero, concessi juxta illa ver- 61
ba Privilegii -- *Facultatem &c. testari ex alias disponere de quibuscumque Bonis ad eum quomodolibet spectantibus &c.* Quod in facto non regit, dum in illo constans est, quod idem Episcopus Falconius mortuus fuit ab intestato; Ex qua facti circumstantia ad hominem infertur clara voluntas ejusdem Episcopi Falconii non utendi facultate, contenta in Pri- 62
vilegio Dapiferorum, quoad ejus Bona, subiecta spolio sic uti uti, voluit alia facultate transferendi Pensiones iuxta id quod observavimus supra circa facultatum, quam habet Privilegiatus utendi facultate, sibi concessa, vel limitatè in uno, vel altero casu, vel generaliter in omnibus illis terminis, & casibus, comprehensis in suo Privilegio.

Huiusmodi autem discretiva, & limitata voluntas utendi facultatibus, contentis in eius Privilegio quoad facultatem transferendi Pensiones, nimis clarè comprobat diversam voluntatem eiusdem Episcopi Falconii respectu Bonorum, spolio subiectorum, nam si contrarium voluisset, nulla aderat difficultas de illis æqualiter disponere, sunt verba *Textus in leg. unica §. Sin autem Cod. de Caduc. tollend.* & 63
concordant innumeri illi Authores, quos sequitur *Rosa in dec. 71. cor. Ansald.*

Respectu enim illius, qui duplicem habet facultatem, æquali facilitate utramque ad praxim reducibilem, & unica tantùm utitur, non potest dari argumentum magis clarè ostendens illius voluntatem utendi una tantùm, non autem alia, quàm restri- 64
cta, & discretiva dispositio, & usus unius tantùm; & viva ratio hæc est, quia cùm utraque pendeat ab illius mera, & simplici voluntate, istos adesse dicitur in ea parte, in qua fuit ad actum perducta, non autem in alia, quæ data opera fuit neglecta, 65
ut præter supra allegatos, observant innumeri illi Authores, quos sequitur *Rot. dec. 47. numer. 5. coram Caprara & coram Falconerio decis. 35. num. 11. tom. primo de Fideicomm. & tom. 3. Titulo de statut. excluf. fœmin. decis. 4. numer. 19.* ibi -- *Testator si*

quod

quod voluit dicere potuit, quod non dixit, noluisse præ-
sumitur.

In hac autem parte retorquetur potius, quàm ob-
stet dicta qualitas facultativa Privilegii Dapifero-
rum; cujus qualitatis respectu per non usum nun-
66 quam amittitur Privilegium, nisi ad fuerit casus
utendi & Privilegiatus illo usus non fuerit.

Iste enim est præcisus, imo præcisissimus casus
nostræ controversiæ quia, instante morte Episcopi
Falconii, verificatus fuit casus utendi, tam faculta-
67 te transferendi Pensiones, quàm alia disponendi de
Bonis, spolio subjectis, & tamen usus fuit prima, &
voluit ad praxim reducere secundum; Igitur, etiam
si admitteretur (quod ex adductis supra non subsi-
stit) Episcopum Falconium, tanquam Dapiferum
Card. Gabriellii, habuisse facultatem disponendi de
rebus, & Bonis, spolio, subjectis, esse semper inne-
gabile, quod illa noluit uti, sed potiùs se confor-
68 mare Constitutionibus Innocentii XII. & Benedicti
XIII. juxta ea quæ observavi *in tom. 2. discept. 3. n.*
34. & firmavit Rot. decis. 107. numer. 14. part. 11.
recent.

Non attenta replicatione, quod Episcopus Falco-
nius J.U.D. & in munere Auditoris Card. Gabriel-
lii inserviens, probè sciebat, quod etiam si deces-
sisset intestatus, adhuc in ejus Bonis succedebant il-
lius Hæredes, juxta verba illa Privilegii Conclavi-
69 starum, & *de illis in favorem quarumcumque Perso-*
narum &c. testari, & aliàs disponere, eisque, ab in-
testato decedentibus, eorum Hæredes quicumque succe-
dere libere, & licitè valeant, simili modo concedimus,
& indulgemus; Præcipientes, & mandantes &c. Præ-
sidentibus Clericis Cameræ nostræ Apostolicæ, & qui-
70 *buscumque aliis, spoliorum hujusmodi Collectoribus &c.*
Ne in hujusmodi Bonis manus apponant, neque Hæ-
redes dd. Dapiferorum desuper molestare audeant, seu
præsumant.

Objecto enim punctualiter occurrit *Spad. consil.*
136. numer. 21. lib. 1. his verbis -- *Non obstat, qua-*
tenus dicitur, quod in Bonis, etiam ab intestato reli-
ctis, non possunt successores molestari à Camera, &
71 *ejus Ministris; Quia ista clausula non infert pernecef-*
se, quod tacita, & præsumpta voluntas Cardinalis suf-
fragetur ejus Consanguineis in istis Bonis, cùm possit
etiam ab intestato haberi expressa voluntas Defuncti in
Legatis, in Donationibus, & aliis Dispositionibus par-
ticularibus, ut est Textus expressus, &c. Sensus ergo
istorum verborum est, quòd quatenus Cardinalis, etiam
ab intestato, expressè reliqueret aliqua ex dd. Bonis
72 *per Codicillos, per Epistolam, per Distributionem, vel*
per aliquam similem Dispositionem, Legatarius, vel Do-
natarius, non posset molestari a Camera, & ejus Mi-
nistris? Non autem, quod Papa voluerit, quòd præ-
sumpta, & ficta voluntas Cardinalis sufficeret ad pri-
vandam Ecclesiam, seu Cameram Apostolicam, in ejus
Locum subrogatam, istis Bonis, sibi de Jure debitoris,
contra conclusionem, & regulam Juris, supra firma-
73 *tam, quod voluntas Clerici, intestati decedentis, præ-*
sumatur, & fingatur esse ad favorem Ecclesiæ, quæ
sibi ab intestato succedere deberet; Et ista interpreta-
tio eo facilius sumenda est, quia est Conformis disposi-
tioni Juris communis, ad tradita per Felinum &c. &
ut minus corrigatur Jus commune, quàm fieri possit,
Cassadorus &c. Quæ, eidem objecto præcisè responden-
do, repetit in cons. 131. numer. 12. Vers. Non obstat
lib. 3.

Respectu demum posterioris Constitutionis Bene-
74 dicti XIII. impressæ *in tom. 7. fol. 316.* in illa tali
claritate, tantaque evidentia revocantur omnia Pri-
vilegia, opposita applicationi spoliorum favore Ec-
clesiarum Metropolitanarum, & Cathedralium Re-
gni Neapolitani, ut difficile sit verba clariora, &
cubitaliora de mero possibili inveniri posse ibi - *Non*
obstantibus „ præmissis, aliisque quibuscumque Apo-
„ stolicis Constitutionibus, Privilegiis quoque, &
„ Indultis, ac Literis Apostolicis, sub quibusvis te-
„ noribus, & formis, cum quibuscumque etiam de-
„ rogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, &
„ insolitis clausulis, etiam irritantibus, aliisque De-
„ creti in genere, vel in specie, etiam motu, scien-
„ tia, & potestatis plenitudine, similibus, etiam
„ Concistorialiter ac alias quomodolibet in contra-
„ rium præmissorum concessis, ac etiam pluries con-
„ firmatio, innovatis, & approbatis &c. Quibus
„ ex singulis &c. specialiter, & expressè, plenissi- 75
„ mè, & amplissimè derogamus, & derogatum esse
„ volumus, *cæterisque contrariis quibuscumque* -- Quæ
Constitutio cùm sit posterior d. Privilegio Episcopo
Falconio, uti Dapifero Card. Gabriellis concesso,
operatur, ut in conflictu ejusdem Constitutionis illud
allegari non possit, nulliusque sit efficaciæ, & vigo-
ris, & adductis supra.

Ad declinandum vim, & debilitandam efficaciam
hujus posterioris Constitutionis Benedicti XIII. am-
plissimè derogantis omnibus Indultis, omnibusque
Privilegiis contrariis, applicationi Bonorum Episco- 76
rum Regni Neapolitani favore Metropolitanarum,
& Cathedralium ejusdem Regni dicitur exadverso
illam nihil aliud esse, quàm simplicem confirmatio-
nem d. Constitutionis Innocentianæ, quam propte-
rea non extendat ad alia, in illa non contenta,
cum supposito, quod in ea non contineatur appli-
catio spoliorum, uti cadentium sub posteriori Privi- 77
legii Dapiferorum; Sed responsio non subsistit, ex
quo ultra latè deducta supra, ad hunc effectum præ
oculis habenda, in dicta posteriori Constitutione Be-
nedicti XIII. favore Metropolitanorum, & Cathe-
dralium Ecclesiarum Regni Neapolitani continentur
multa, quæ non fuerant determinata in Constitu-
tione Innocentiana, ut recognosci potest in §. *Præ-*
terea, & proinde, uti continens multa in dicta In-
nocentiana non determinata, nullo prætextu potest
dici illius simplex confirmatio, ut patet Conside-
ranti.

Observando præcipuè verba illa, clarè demonstran-
tia voluntatem ejusdem Benedicti XIII. efficaciter,
& effectivè demandantis, ut Bona Episcoporum ap-
plicarentur favore illarum Ecclesiarum, quas iidem 78
Episcopi in vita vexerunt, & gubernarunt -- *Ani-*
madvertentes; memorato Innocentio Prædecessori in
præfata Constitutione, non aliam fuisse mentem atque
consilium, nisi ut Metropolitanorum Cathedralium, alia-
rumque Ecclesiarum prædictarum angustias subleva-
ret, quæ Nobis etiam ipsis abundè notæ sunt, atque
perspectæ, cùm in eodem Regno, non modò nati, ac
diu versati sumus, verùm etiam ibidem, cùm Cardi-
nalatus fungeremur honore, Sypontinæ primùm, ac de-
inde Beneventanæ Metropolitanis Ecclesiis &c. præ-
fuerimus; Ad quem finem consequendum præscripsit,
& expressè demandavit, summam, ex Bonis, titu-
lo spolii, spectantem ad Ecclesias Regni Neapolita- 79
ni (sunt ejus verba) *ex integro investiri, & collo-*
cari debere in Fundis, seu Capitalibus tutis, securis,
atque fructiferis pro Dote Fabricæ singularum Eccle-
siarum prædictarum, ac ejusmodi Dotium annuos pro-
ventus, non in aliam usum, quàm reparationis, &
manutentionis Fabricæ earundem Ecclesiarum eroge-
tur.

Si igitur, tam Innocentii XII. quàm Benedicti
XIII. non alia fuit mens atque consilium, nisi sub-
levandi maximas Ecclesiarum Metropolitanarum,
& Cathedralium Regni Neapolitani, & præcipuè
illarum (inter quas cum omni sermonis proprieta-
tis annumerari potest Ecclesia Ortonæ) *Quæ Sacris*
Supellectilibus, & reparationibus indigebant, & in vita
eorum Prælatorum nullum subsidium receperant, ad 80
hoc, ut saltem post illorum obitum, ex eorum Bonis
juvari, reparari, ornari, rebusque, ad divinum præ-
sertim cultum necessariis, instrui possent juxta præcisa
verba d. Constitutionis Benedicti XIII. §. *Nos ita-*
que, Nemo non videt, quod, admissa contraria præ-
tensione, talis mens, taleque providum consilium
dictorum duorum Summorum Pontificum facilitate
maxima eludi poset, titulo hujusmodi Privilegio- 8
rum, solitorum concedi Dapiferis, idque in maxi-
mum præjudicium omnium dd. Ecclesiarum, & præ-
cipuè illarum, quæ nullum receperunt sublevamen in
Vita, nullamque sperare possunt in morte illorum
Præla-

Prælatorum, ex illis Bonis, quæ intuitu propriarum Ecclesiarum acquisiverunt, quod tanquam maximum inconveniens de medio sublatum fuit à dd. duobus Summis Pontificibus, quorum proinde consilium,
82 & provida provisio omnibus modis exequenda est; Dum enim æquali efficaci voluntate, atque saluberrimis Constitutionibus voluerunt finem, seu consequens, dicuntur clarè voluisse necessarium antecedens, hoc est favore dictarum Ecclesiarum effectivam applicationem Bonorum illorum Episcoporum, ex quibus in Vita nullum subsidium receperunt, *ad Text. in leg. Illud ff. de Acquir. hæredit.* & animadversa *per Menoch. de Præsumpt. lib. 4. præsumpt. 68. numer. 6. Fusar. de substit. qu. 241. numer. 67. Bellett. Disquis. cleric. part. prima, tit. de favor. Cleric. personal. §. 14. numer. 25. & Surd. decis. 303. numer. 9.* & firmata per *Rot. decis. 185. numer. 18 coram Duran. & decis. 68. n. 13. coram Ansald. & decis. 353. nu. 18. par. 19. rec.*

Ad majorem corroborationem hujus legalis animadversionis advertendo ulteriùs, quod finis, quem habuit Innocentius XII. clariùs, & efficacius volitus à Benedicto XIII. nullius alius fuit, quàm pro-
84 videndi necessitatibus illarum Ecclesiarum, quæ in vita suorum Episcoporum nullum subsidium ab illis receperunt, in qua parte si controverti non possunt ea, quæ omnium oculus exposita sunt, Ecclesia Ortonen in tali miserabili statu hodiè repetitur, ut vix dari possit alia miserabilior Ecclesia, itaut de ea verificentur verba illa *Episcopi Crispini nella Visita Pastorale §. 13. numer. 1.* opportunè hic repetenda *E deplorabile l'inconveniente di vedersi le Chiese, e loro Fabriche ruvinose, a segno, che provocano le lagrime di Chi à una scintilla di zelo della Casa di Dio &c. Matth. 8. 20. Vel per foveas habent, & Volucres cœli Nidos, Filius autem Hominis non habet ubi caput reclinet.*

Quæ omnia cùm probè nota essent eidem Benedicto XIII. & quidem notitia experimentali, acquisita per annos supra quinquaginta, ut ipsemet asserruit in ejus Constitutionem, non sine maxima im-
86 proprietate prætendi potest, ut amplissimæ derogationes, in dicta ejus Constitutionem contentæ, & ad dictam præcisum finem, & effectum in illa appositæ, non revocaverint illa generalia Privilegia, quæ eisdem fini, intentioni, & provido consilio adversantur, quod solo lumine naturali notum est, quodque proinde pro lege reputari debet, juxta nobilem
87 animadversionem, *Cardinalis Pallaviccini nell' Istoria del Concilio lib. 3. numer. 8.* ibi -- *In quei casi, in cui la ragione naturale si scorga aperta, non richiedesi altra legge, ne altro Dottore, che il lume, impresso negli animi della Natura.*

Advertendo pariter, quod Ecclesia Ortonen agit de illius resarcitione, & reaptatione, quæ ad praxim facilè reduci non potest, ut experientia demonstravit ab anno 1714. quo solo æquata fuit à flagello Terræmotus, neque ex propriis, neque ex Laicorum Redditibus; Et quod magis est, agitur de Bonis illius intuitu ab Episcopo Falconio acquisitis, quorum respectu fundatum habet jus in illis succedendi, ut
88 individualiter firmavit *Rota in Cathacen. seu Suessana spolii 22. Februarii 1715. §. Et quidem coram Cerro* ibi -- *Quemadmodum Ecclesia successisset in Bonis ejusdem Episcopi, sive verè, sive præsumptivè, ex ejus fructibus acquisitis, ubi in illius amplexibus mortem obiisset, nec alium, quàm illam instituere voluisset hæredem canon. Res, in Episcopatus &c.* E contra Hæredes Episcopi Falconii agunt de lucro captando ex Bonis, acquisitis intuitu ejusdem verè miserabilis Ecclesiæ,
89 in quibus circumstantiis semper præferenda est eadem Ecclesia agens de vitando damno iuxta firmata *per Rot. in decis. 480. numer. 11. coram Buratt.* ubi *Add. numer. 14. & coram Dunozet. jun. decis. 561. numer. 11.* cum aliis citatis *in tom. 5. part. 1. discept. 8. num. 63.*

Nec omittimus observare, quod non solum agitur in presenti Causa de firmando statum, nedum pro omnibus Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis vastissimi Regni Neapolitani, sed etiam respectu aliorum Regnorum, & Ditionum, in æternum præiudicium R.C.A. Et propterea cavendum videtur à canonizando dictum præiudiciale, maximamque 90
exemplum, iuxta celebre dictum illius nimium noti *Authoris lib. 14. Annal. ante finem* quem tacito nomine refert, & sequitur *Rot. decis. 308. num. 20. coram Dunozet. sen.* ibi -- *Habere videtur speciem iniqui omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur, de quo in tom. 6 part. 1. Discept. 8. num. 39.*

Omnia hæc præcipuè simul unita, vel clarè probare videntur bonum Jus Ecclesiæ Ortonen, vel saltem reddunt turbidam efficaciam Privilegii Dapiferorum; Et propterea in omnem pessimum casum, in hac dubietate iudicandum semper videretur pro punctuali executione dictarum Constitutionum Innocentii XII. & Benedicti XIII. ex supra animadversis in hac parte conformium iuris communis di- 91
spositioni, cui in dubio semper in hærendum est, & ad quem facilis est reversio *Textus est literalis in leg. si unus ff. de Pactis* cum concordantibus secutis *in tom. 6. parte prima, discept. 31. numero, 149.*

Post hæc scripta, plenè satisfactus in Jure, sed non satis contentus, continuando exactiores diligentias, quas permiserunt solitæ vacationes autumnales, inveni nostram quæstionem in puncto puncti tractatam *à Spad in ejus magistrali cons. 137. lib. 1. in* quo 92
quærit (sunt eius præcisa verba) *An Privilegia, quod in spoliis Clericorum succedant eorum Hæredes, comprehendant spolia Episcoporum*, & solidè probat, illa non comprehendere ex illismet numero rationibus, quas aduximus supra; Et signanter, quia in dd. Privilegiis · *Nulla prorsus fit mentio de Episcopis, neque de Ecclesiis Cathedralibus, quibus spolia Episcoporum sunt de Jure debita, & Episcopi, sicuti omnes Ecclesiæ Cathedrales, sunt speciali nota digni, & non veniunt in generali appellatione Clericorum*, ut videre est sub *numer. 5. Versic Ex his igitur.* Non verò 93
7. respondendo argumento exadverso repetito, ait -- *Nec obstat, quod in materia favorabili appellatione Clericorum veniant etiam Episcopi; Quia non potest dici materia favorabilis, imo potiùs odiosa & exorbitans, quod Hæredes, ut plurimùm laici, succedant in Bonis, acquisitis ea Redditibus ecclesiasticis; Quid quid sit, quando ageretur de successione ipsarum Ecclesiarum particularium & sic in ista Quæstione, quæ est cum Hæredibus Prælatorum, non potest ulla probabili ratione dici, quod illorum Privilegium sit favorabile, ita ut comprehendat Episcopis, & Ecclesias Cathedrales.* 94

Quantum verò authoritatem faciat idem Author patet ex his, quæ sequentibus verbis observat *Card. de Luc. de Benefic. disc. 81. numer. 7. In puncto firmat Spad. cons. primo, &c. ideoque dicebamus, istam authoritatem, tanquam punctualem non habentem Contradictorem attendendam esse, potissimè cùm ageretur de Doctore gravi, utpote, ex hujus Curiæ sua tempestate primariis Advocatis, qui deinde ad munus Advocati Cameræ, & Fisci assumptus fuit, ut ejus concilia docent &c.* 95

Et generaliter, quod authoritas punctualis Doctoris, non habentis Contradictorem, reputetur pro casu Legis, firmavit *Rot. in decis. 2121. num. 18. coram Coccin.* ibi -- *Quorum decisio etiam sine Lege, dicitur casus Legis, donec alius allegetur, qui contradicat, & decis. 43. num. 3. coram Ansald.* ibi -- *Simplex Doctor, magis in individuo disserens, & firmans coram, nullumque habens Contradictorum pro lege tenendus est & decis. 93. num. 11 coram eodem* ibi -- *Fulcita punctualitate Doctrinarum, quæ in hac obsecuritate Judiciorum habet vim Legis & decis. 123. num. 15. par. 5. rec.* ibi -- *Opinio &c. non habens Contradictorem ab ea tanquam à casu Legis, non est recedendum, & decis. 166. part. 18.* ibi -- *quando non extat, qui contradicat, Doctoris decisio dicitur casus Legis, & decis. 560. num. 3. ead. part. 18.* ibi -- *Illorum decisio, etiam sine Lege*, 96 97
dicitur casus Legis, donec alias allegetur, qui contradicat, & decis. 21. num. 9. part. 19. ibi -- *Cùm huc*

usque

usque nemo alius allegetur Doctor qui contradicat, illorum decisio dicitur casus Legis, & in Gerunden. Beneficii 8. Martii 1697. §. Secus autem cor. Muto ibi -- *Quas sane authoritates, cum in individuo determinent casum punctis Controversiæ nec habeant Contradictorem, pro Lege habendas esse, inquit Rota &c. & in Melphiten. Cappellaniæ 8. Julii 1698. §. Authoritates*
98 *coram eodem* ibi -- *Tanquam punctuales in his terminis, non habentes Contradictorem, pro Lege habentur*, & in *Vienen. Juris Votandi 2. Julii 1706. §. Indubitanter coram Kaunitz.* ibi -- *In Judicando sequenda est authoritas, etiam unius Doctoris, in illis circumstantiis Contradictore carens.*

Ex his omnibus si Causa esset Mihi commissa constanti animo ita judicarem, Et in effectu ita, Cau-
99 sa maturè examinata, iudicavit doctissimus Judex, cujus sententiæ hæredes Episcopi Falconii acquieverunt.

Circa privilegia Dapiferorum excitata fuit Quæstio, An præsentia Dapiferi taliter sit necessaria in Urbe tempore Conclavis, ut earum privilegia non competant Absenti, licet actualiter addicto Servitio Cardinalis in sua Diæcesi, quæ fuit resoluta contra Dapiferum, ut ex sequenti decisione.

Id tamen, quod in hac parte communiter practicari solet, hoc est, quòd Munus Dapiferi, vel prece, vel pretio, mediante sessione acquiri potest ab illo, qui actu in Urbe moram facit tempore Conclavis, & una, vel alia vice Cardinali in suo Munere inservit, ut videre est in Catalogis Dapiferorum, ex quo patet, quòd multi nunquam viderunt illius.

Cardinales, quorum fuerunt Dapiferi, à quibus tamen obtinuerunt Attestationem, illius, in tali Munere deservisse.

R. P. D. Crescentio Carpentoraten. seu Cæsenaten. Pensionis.

Super bono Jure, Ven. 13. Martii 1733.

Ecclesiastica pensio annuorum scutorum bis mille super fructibus Mensæ Episcopalis Carpentoraten.
100 Apostolica authoritate reservata favore clar. mem. Cardinalis Marcelli Duratii, fuerat ab hoc pro rata sc. 80. legitimè translata in personam Abbatis Ludovici Ugolini ejus Auditoris, qui anno 1728. illam pro medietate iterum transtulit favore Clerici Marcelli Ugolini ejus Nepotis. Sed renuente moderno Reverendissimo Episcopo eandem pensionem persolvere ex causa nullitatis translationis prædictæ, res de utriusque Partis consensu delata est ad judicium Sacri nostri Auditorii per commissionem mihi directam cum clausula *de aperitione Oris arbitrio Rotæ*, ad cujus tramites proposui dubium - *An intret arbitrium pro aperitione Oris, & de cujus bono jure constet* - habuique responsum -- *intrare arbitrium, & constare de bono jure Episcopi.*

Et sane quod attinet ad primam dubii partem, visum est DD. parum esse immorandum super aperitione Oris, quæ aut necessaria non erat, quia, deficiente in Abbate Ludovico indulto transferendi,
101 nullum Judici obstaculum præbere poterant clausula *sublata*, & decretum *irritans*, tanquàm famulatorium, ac dependens ab eodem indulto, ad *Text. in Clem. unic. de concess. præbend. Gabriell. de clausl. concl. 3. numer. 82. Rot. coram Cassador. decis. 3. de reg. Cancell. in recent. decis. 31. num. 11. part. 6. decis. 247. numer. 9. part. 11. & decis. 1029. numer. 15. coram Emerix Jun.* Aut pro ea locus erat arbitrio statim ac respectu Ugolini constabat de voluntatis defectu in Pontifice indultum concedente, *Rot. in recent. decis. 261. numer. 1. part. 3. coram Cels. decis. 270. num. 1. coram Benincas. decis. 249. numer. 1. & in Romana Assignamenti 5. Maii 1731. §. Alii verò coram R. P. D. meo Nunez.*

Totum proinde Causæ momentum versabatur circa secundam dubii partem, in qua DD. eatenus censuerunt, constare de bono jure Episcopi, quatenus in Ugolino deficere compererunt facultatem transferendi; ideoque nullam, & irritam esse translationem ab ipso factam, ac pensionem illico extinctam remansisse per obitum Transferentis *Gig. de pens. qu.* 102
88. num. 3. Rota coram Triol. decis. 101. num. 22. & 29. in recent. dec. 485. num. 4. part. 4. & in Romana, seu Mantuana Pensionis 9. Aprilis 1731. §. Cum enim coram R. P. D. meo Calcagnino. Etsi enim exhibitum in translatione fuisset Indultum à san. mem. Benedicto XIII. concessum omnibus, & singulis, qui in Conclavi suæ electionis Eminentissimis DD. Cardinalibus inservierant in munere Dapiferatus, illud tamen suffragari non poterat Ugolino, qui, tempore Conclavis, Imolæ degebat in officio Vicarii Generalis clar. mem. Cardinalis Gozzadini tunc Episcopi, explorati siquidem juris esse visum est, huiusmodi Indultum, uti restrictum ad Dapiferos, actualem servitium in eodem munere exhibentes, extendi non posse ad illum, qui nullum actuale servitium, & obsequium in tali munere præstitit, nec propter absentiam ab Urbe præstare potuit, ut, generalibus omissis, bene ad rem observat Votum Camerale editum in Causa *Parmen. seu Nullius Pensionis 26. Junii 1726 §. 11.*

Porrò de huiusmodi restrictione Indulti ad perso- 103
nas actualiter munus exercentes dubitari non poterat, sive illud in litera, sive in spritu consideretur. Expressè enim loquitur de Dapiferis, non utcumque talibus, sed qui tempore Conclavis Cardinalibus inservierint, ut videre est ex Indulto san. mem. Urbani VIII. & ex aliis omnibus postea editis, atque ad unguem cum illo concordantibus ibi -- *Dapiferos, qui nobis, & eisdem Cardinalibus in Conclavi &c. existentibus inservierunt, quique, ea de causa, labores, & incommoda plura subjerunt.*

Clarius verò idipsum suadebat ratio, propter quam concessa Dapiferis apparent huiusmodi privilegia; Non
solùm quippe in prohæmio generaliter exponitur, 104
quod Romanus Pontifex *personas illas speciali favore attollere, majorique prærogativa decorare consuevit, quas sibi, & Sedi Apostolicæ obsequiosas, & in laboribus, & vigiliis pro eadem Sede sufferendis indefessas, & pluribus cognoscit meritis juvari* -- sed etiam *in §. seq.* specifice connotatur causa Indulti, scilicet: *habita ratione obsequiorum*; Quodque hæc sit unica ratio concedendi Dapiferis huiusmodi privilegia, clarè dixit *Rot. coram Ninot. decis. 61. num. 3. in recent. decis. 369 num. 2. & 3. part. 14.* & in præcitato voto Camerali §. 32. Cum autem in Ludovico, tempore Conclavis, absente, nec litera, nec ratio Indulti verificari possit, ipsum quoque Indultum cessare oportebat, iuxta firmata per *Bald. in leg. 1. num. 4. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd. & in leg. generaliter num. 4. Cod. de Episc. & Cler. Germin. cons. 96. num. 9. Anchar. cons. 394. num. 3. Tondut. de pens. c. 77. num. 8. Rot. decis. 117. nu. 4. coram Ten. & decis. 30. numer. 11. 27. & seqq. coram Ansald.*

Non obstante, quod labor, & servitium per Dapiferos impensum dici non possint causa finalis privilegii, sed tantum impulsiva, qua deficiente, seu non verifi-
cata, nihilominus gratia subsistit. Etenim ultra quod, 105
causam finalem regulariter eam fuisse dicere oportet, quæ pro Indulti unica ratione legitur expressa, ut in puncto dixit *Rot. decis. 61. num. 3. coram Ninot. decis. 369. nu. 2. & 3. part. 14. recent.* & in voto Camerali §. 32. ubi præsertim nulla alia, vel maior, vel melior ratio indicatur, quæ pro causa finali præsumi valeat, ut bene inquit *Bald. in leg. Generaliter Cod. de Episc. & Cleric. num. 5.* etiamsi labor, & servitium Dapiferi habendum foret pro causa merè impulsiva, ea nihilominus cessante, privilegium quoque deficeret in hypothesi, quia causa impulsiva vera non fuit à principio, ut limitando contrariam regulam per *Text. in cap. postulasti de rescript.* tradit *Rip. in leg. ex facto ff. de vulg. & pupill. numer. 15. Tiraquell. in tract. caus. cessante limit. 1. numer. 18.*

Quibus ita se habentibus, frustra proponebatur te-
stimonium cl. mem. Cardinalis Gozzadini, qui Ab- 106
ba tem

batem Ugolinum in suum Dapiferum declaravit, quod uti talis descriptus fuerit in Indulto san. mem. Benedicti XIII. atque approbatus ab Eminentissimis Cardinalibus in ordine Prioribus, ad id specialiter deputatis; Sicuti enim præfati Cardinalis attestatio supplere non poterat defectum actualis servitii in munere Dapiferatus, quod ipse marcellus Translatarius admittebat exclusum per negativam coarctatam; Ità simplex testimonium, ac declaratio ejusdem Cardinalis satis non erat ad illum constituendum verum, & proprium Dapiferum, pro effectu gaudendi privi-
107 legiis, quæ solet Papa concedere inservientibus in tali munere, cum ultrà destinationem Cardinalis una simul requiratur actuale muneris exercitium, quemadmodum in similibus terminis exploratum est de familiaribus Cardinalium, quorum declaratio, ac literæ testimoniales non sufficiunt ad eis communicanda privilegia familiarum, nisi alia quoque concurrant notoria requisita, ut expressè cautum habetur *in Constit. X san. mem. Leonis X. §. 5. Bull. nov. tom. 1.* & communiter sentiunt DD., & signanter *Felin. in cap. in nostra de rescript. num. 20., Ancharan. cons. 398. per tot. Azor. Instit. moral. lib. 5. cap. 23. quæst. 8. Gratian. discept. forens. cap. 340. num. 20. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 32. num. 16. & seqq. & num. 137. cum. seqq. Castropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. de Benef. disp. 2. punct. 19. num. 9. Menoch. de Arbitr. cas. 552. num. 8. lib. 2. Sperell. decis. 128. num. 50. Rot. in Toletana Archipresbyteratus de Nita 12. Maii superioris anni §. Talis, & per tot. cor. R. P. D. meo Corio.*

Posita vero inefficacia declarationis hujusmodi factæ per Cardinalem Gozzadini, nullius quoque rele-
108 vantiæ habenda erant descriptio Abbatis Ugolini inter Dapiferos, nec non approbatio illius facta à Cardinalibus ordinum Capitibus; Cum enim utraque fiat in sequelam primæ declarationis, absque ullo præcedenti examine, sed cum simplici præsupposito, quod quis revera fuerit, qualis à Cardinali declaratur, nec tribuat qualitatem præsuppositam, si eam de facto non habebat, per *Text. in Clem. final. de sent. excomm. ibique Gloss. & DD. ac præsertim Vitalin. num. 28. & sequen. & num. 48. Fagnan. in cap. quod à Prædecessore de Scismatic. nu. 116. & seqq.* Nil magis rationi congruum videbatur, quàm, ut deficiente illa præsupposita qualitate veri Dapiferi, corruat etiam subsecuta admissio, atque descriptio illius inter Dapiferos, quæ non aliter facta censetur, quàm ad insinuationem ejusdem supplicantis, & sub conditione, quod verè Dapifer fuerit, juxta *Text. in cap. ex parte il 2. ubi Gloss verb. conditio de rescript. Rot. decis. 25. nu. 5. & decis. 306. numer. 10. part. 10. recent. coram Ubald. decis. 114. num. 2. & seqq. & in Neapolitana Primiceriatus 11. Decembris 1722. §. At verò & seqq. coram bon. mem. Lancetta.*

Hisce destitutus præsidiis, Marcellus Translatarius suadere curabat, officium Dapiferi posse etiam per alium exerceri, cum non censeatur electa industria personæ. Assumptum tamen compertum est minùs habens. Et si enim quis non teneatur semper, & continuò per se ipsum inservire, oportet nihilominus id aliquando facere, vel saltem facere posse,
109 quod minimè verificatur de absente, & nunquam se ad Urbem conferente tempore Conclavis, cum in his circumstantiis nunquam in eo impressa, & radicata dici possit qualitas veri Dapiferi inservientis, quæ si non est causa conservativa, est tamen inductiva Privilegii, & ideò requiritur saltem aliquando intervenisse, vel potiisse verificari, ut Indultum suffragetur, juxtà notata per *Rip. in leg. ex facto num. 17. ff. de vulg. & pupill. Rocc. disp. Jur. cap. 191. num. 7 Rot. cor. Buratt. dec. 12. n. 11.*

Absque eo quod Indultum hoc transferendi concessum dici possit, non ratione ipsorum Dapiferorum, sed intuitu potius, & contemplatione Cardinalium, quibus debent inservire, ac propterea defectus hujusmodi actualis servitii videatur exceptio de
110 jure Tertii, nempe Cardinalis. Quidquid enim sit de hoc, respectu ad merita Cardinalium, cum cæteroquin diversimodè suadeat litera motus proprii, qui contemplatur labores, ac servitia per Dapiferos præstita, ut firmant decisiones superiùs allegatæ *§. Porrò, & sequen.* Quatenus etiam privilegium concessum dici posset contemplatione Cardinalium, non ideò tamen sequitur gaudere illo posse etiam Dapiferos non inservientes, contra mentem, & voluntatem concedentis: Stat enim bene simul, quod Papa intuitu Cardinalium gratificari voluerit eorum Dapiferis inservientibus, non autem aliis, qui nullum præstiterint in eo munere obsequium, & propterea exceptio ista non præstiti servitii, quamvis aliquo modo, & in aliquo sensu dici posset de jure tertii, quia tamen exindè nascitur inhabilitas gaudendi privilegio, non est cur proponi ab alio quoque non valeat, atque attendi non debeat, uti penitus exclusiva juris agentis, juxta regulam, de qua *Rot. coram Beninc. decis. 67. numer. 11. & decis. 170. num. 3. & in Lauretana Immissionis 27. Junii 1723. §. Imò vero coram Rev. Pater Domino meo de Gamaches.*

Confirmabantur hæc omnia non solùm ab exemplo Familiarium, de quibus in superiori *§. Quibus ità*, sed etiam ab alio magis proximo Conclavista- 111 rum, quibus per eadem ferè verba privilegium concedi solet, & ex eadem ratione tributum censeri potest intuitu, & contemplatione Cardinalium, nemo tamen dixerit, privilegium hoc suffragari etiam illi, qui fuit à Cardinali in suum Conclavistam designatus, & pro tali declaratus, sed Conclavi nunquam interfuit, nullumque ea de causa laborem, & incommodum subiit, ex duobus quippè Indultis sub eadem formula, eandem rationem, & causam præseferentibus, uni ab alio diversa interpretatio tribui non debet, *Rot. post. Novar. in Summ. Bull. decis. 28. num. 20. & decis. 29. num. 6. & 7. & coram Ottobon. dec. 165. num. 12. & 13.*

Maximè quia Indulta hæc transferendi pensiones sunt odiosa, utpote quæ prorogant servitutem Beneficii, ac Tutelaris, ut inquit *Rot. in Romana, seù Mantuana Pensionis 9. Aprilis 1731. §. Etenim coram Rev. Pater Domin. meo Calcagnino*, ubi alii con- 112 cordantes, & ideo quo magis fieri potest, strictè intelligi debent, rejecta quacumque extensione de casu ad casum, de persona ad personam, *Lotter de re benefic. lib. 1. quæst. 36. num. 112. & seqq. Card. de Luc. de pens. disc. 15. numer. 7. Adden. ad Pamphil. decis. 719. à numer. 13. ad 18. Rot. coram Cavaler. decis. 148. numer. 6. coram Priol. decis. 101. numer. 29. coram Pæn. decis. 554. numer. 8. coram Emerix Jun. decis. 85. numer. 3. coram Emminentiss Dom Falconerio decis. 6. numer. 2. & decis. 9. num. 1. tit. de Pension.* & prosequitur præcitata *Decis. in Romana, seu Mantuana Pensionis coram Rev. Patr. Dom. meo Calcagnino.*

Et ità utraque &c.

Eadem coram Eodem.

SUPER MANUTENTIONE.

Ven. 13. Martii 1733.

IN hac ipsa audientia, qua Marcellus Ugolinus validam declarari petebat translationem pensionis ejus favore factam à Ludovico eius Patruo, debitam quoque sibi contendebat manutentionem in quasi possessione illam exigendi, vigore subrogationis, quam Translatariis expresse concedit Indultum Sanctæ Memoriæ Benedicti XIII. etiam in hac pos- 113 sessione exigendi, in qua Transferens reperiebatur. Verùm quia super negotio principali, de quo in contemporanea decisione, Marcellus sustinere non valuit translationis validitatem, succubuit pariter super manutentione, quam DD. censuerunt *dandam esse Episcopo.*

Etsi enim Marcello, qui pensionem nunquam exegit, ad assequendam in hoc summariissimo judicio manutentionem, suffragari potuisset prædicta subro- 114 gatio à Pontifice indulta Translatario in quasi possessio-

ne Transferentis; Nihilominus ubi, prout in casu, quæstio restricta non est ad possessorium, sed ex placito utriusque Partis etiam de bono jure contemporanè disputari contingit, nil magis rationi, ac stylo Tribunalis congruum est, quàm ut ad tramites boni juris manutentio in quasi possessione, seu libertate non solvendi, concedatur Episcopo Carpentorati, cujus favore pensio judicata est prorsus extincta, & per Abbatem Ludovicum Ugolinum nulliter translata in Marcellum Nepotem *Tondut. de pens. cap. 51. nu. 7. Barbos. in prax. exig. pens. part. 1. quæst. 2. num. 13. & 14. Rot. dec. 617. numer. 2. & 3. part. 1. recent. & coram Card. Caprar. decis. 389. num. 3. & 4. & in Eysteten. Jurisdictionis super manutentione 27. Aprilis 1716. §. fin. cor. bon. mem. Foscaro*.

Et ita utraque &c.

DISCEPTATIO XV.

Fulginaten. Jurisdictionis

INTER

Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis Fulginei

ET

Cardinalem Commendatarium Abbatiæ Ecclesiæ S. Cruci Saxi vivi ejusdem Diæcesis

ARGUMENTUM.

Concursus coram Episcopis an sit servandus in illis Ecclesiis, quæ dependent à Monasteriis exemptis, quibus non probantur unitæ vera, & propria unione. Prout etiam ad quem spectet Jus cognoscendi Causa civiles, criminales, & mixtas inter illas Personas, quæ servitio earundem Ecclesiarum sunt additæ.

NOn revocatur in dubium, quòd intra fines Diæcesis Fulginaten situm reperiatur Monasterium, & Abbatialis Ecclesia S. Crucis saxivivi, hodiè com-
1 mendata Cardinali Laurentii de Alteriis, licèt in illa vigeat, & fervetur adhuc regularis observantia à Monachis Olivetanis, ibidem moram facientibus, & propria possidentibus Bona, prorsus separata, distincta, atquè independentia ab illis, quæ spectant ad d. Mensam Abbatialem.

Cumque ex parte Abbatis prætendatur, ab illius Ecclesiam Abbatiali detendentiam habere nonnullas Parochiales Ecclesias, quæsitæ pariter sunt intra fines ejusdem Diæcesis Fulginaten, in sequelam talis prætensæ dependentiæ insistitur ulterius ex parte eiusdem Abbatis in alia prætensione, in casu vacationis earundem
2 illas providendi absque Concursu, sed prævio solo, & simplici examine super idoneitate illorum Sacerdotum, qui ad illas eliguntur ab Abbate, unacum aliis prætensionibus, privativè scilicet quo ad Romanum Episcopum conferendi dd. Ecclesias Parochiales, nec non cognoscendi causas criminales, Civiles, & mixtas illarum Personarum, quæ moram faciunt in Terris, & Bonis eiusdem Abbatiæ Quapropter disputanda proponitur tria Dubia infra registrandum.

Respectu primi in quo quæritur, *An Jus indicendi Concursum, & præeligendi Digniores in Vacationibus Ecclesiarum Parochialium, spectet privativè ad Episcopum* affirmativa resolutio innititur literali dispositioni
3 *Sac. Concilii Tridentini in sess. 24. de reformat. cap. 18.* ubi postquam strictissimè iniunxit, Parochiales omnes Ecclesias esse providendas per Concursum, habendum coram Episcopis, illa adducta ratione *quia expedit maximè animarum saluti, à dignis, atque idoneis Parochis gubernari*, præcipit id esse practicandas, *Etiamsi Parochialis reservata, vel affecta fuerit, etiam vigore Indulti, seu Privilegii in favorem Cardinalium, non obstantibus huic Decreto exemptionibus, Indultis, Privilegiis, & aliis impedimentis quibuscumque*. Nec non innititur etiam eadem affirmativa resolutio dicti primi dubii æqualiter li- 4
terali *Constit. 33. S. Pii V. in. Bul. 9. tom. 2.* quæ ita Summatur: *Damnatio cujuscumque, collationis Ecclesiarum Parochialium, non servata forma Concilii Tridentini, hactenus factæ, vel de cætero faciendo*; In cuius §. 3. illius dispositio 5
extenditur etiam ad omnes, & quoscumque Collatores, tam Ordinarios, quàm Delegatos, etiam S.R.E. Cardinales Sedis Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, præter, & contra formam, ab eodem Concilio Tridentino, præsertim in examine per Concursum faciendo, præscriptam, factas, aut in futurum faciendas, quas nullas, irritas, & nullius roboris, vel monenti fore, & esse nullumque Provisos Jus, vel titulum coloratum possidendi prætendere posse, expresse ibidem statuit idem Summus Pontifex.

Non attento Brevi Bonifacii IX. inquo conceditur Abbati Monasterii S. Crucis de Saxovivo, ut in futurum liberè conferre posset Omnia Beneficia, tam curata, quàm non curata, ad d. Abbatiam spectantia; Nos enim non controvertimus Abb. dicta facultatem, sed dicimus, quod cùm circa Beneficia Curata supervenerit dicta no- 6
va Lex Sacri Concilii Tridentini, imponens præcisam necessitatem, ut in illis præcedere debeat examen, faciendum in Concursu coram Episcopo Loci, in quo sita est Ecclesia, cum amplissima derogatione omnibus Privilegiis, & Indultis, in contrarium facientibus confirmata à S. Pio V. cum simili amplissima derogatione omnibus in contrarium facientibus, ad evitandam necessitatem dicti Concursus, nullum omnino fieri potest fundamentum in dicto antecedenti Brevi Bonifacii IX. uti revocato per dd. posteriores dispositiones Sacri Concilii Tridentini, & S. Pii V. iuxta animadversa per *Gob. consultat. 51. n. 119.* & firmata per *Rot. dec. 1620. n. 4. coram Coccin. & dec. 6. n. 15. coram Dunozzett. juniore*.

Non possunt hæc in dubium exadverso revocari, & propterea respondetur, illa non applicari præsenti casui, 8
ex duplici limitatione.

Prima quia Ecclesiæ Parochiales, de quibus agitur, uti unitæ Monasterio Monachorum Olivetanorum, provideri debent ab Abbatia tanquam dependentes ab Abba- 9
tia S. Crucis Saxivivi, eidem in perpetuum commendata.

Secunda verò, quod prætenditur probata exadverso consuetudo, nedum antiquissima, sed immemorabilis providendi easdem Parochiales Ecclesias, absque ullo 10
concursu, & ad solam nominationem Abbatis Commendatarii, prævio dumtaxat simplici examine coram Episcopo, concernente idoneitatem illius Sacerdotis, cui ab eodem Abbate destinatur Parochialis Ecclesia.

Cumque nec ora ex dd. contrariis reflexionibus in facto subsistat, vel in iure relevet, videtur certum, Jus conferendi Ecclesias Parochiales, de quibus agitur, competere quidem Abbati, sed prævio Concursu, faciendo co- 11
ram Episcopo Fulginei, in cuius Diœcesi illæ positæ sunt, & ad favorem illius, quem idem Episcopus in eodem Concursu, tanquam digniorem, præelegerit.

Non enim obstat primam reflexio assistentiæ Unionis; quia cùm illa sit quid facti, & odiosa, iurique repugnans, plenè, & concludenter probanda est per Abbatem 12
iuxta animadversa per *Turricell. de Unione c. 2. n. 4. & c. 11. num. 1. & seqq.* & firmata per *Rotam coram Puteo dec. 20. n. 4. lib. 2. & coram Cavaler. dec. 405. n. 2. & coram Ottobon. dec. 179. nu. 2. & coram Emerix jun. 181. n. 4. & 5.* cum aliis apud *Caprar. dec. 442. per totam*, quæ in hac materia est magistralis, & loquitur ad præcisum effectum necessitatis Concursus in illis Ecclesiis Parochialibus, quæ prætenduntur, sed non probantur concludenter unitæ Ecclesiæ exemptæ.

Imo neque ad hunc effectum attenditur, vel relevat quælibet unio, cùm non sufficiat unio annexiva fructuum, vel quovis alio, etiam amplissimo modo, exemptiva, sed 13
omnino requiritur unio extinctiva tituli, per ea, quæ notat *Card. de Luc. ad Conc. disc. 32. n. 34. & de Benef. in summ. n. 303. & de Paroch. disc. 32. n. 12.* & firmavit *Rota in Pisana Economatus*, impressa apud Bertachin. *dicto Vot. 88. n. 30. & dec. 181. nu. 7. & 8. coram Emer. juniore & cor. Caprara dec. 79. n. 5. & 6. & dec. 442. n. 6.*

Tantùm verò abest, quòd exadverso probetur, vel probari unquam possit d. prætensa Unio, cum dicta qualitate,

litate, extintiva tituli, ut è contra liquidò appareat ex pluribus provisionibus, Parochiales præscri-
14 ptas semper fuisse in statu collativo, qui quidem status unionem prorsus excludit, eique Summoperè repugnat, ex firmatis per *Rot. decis.* 77. *num.* 3. & *decis.* 112. *numer.* 1. *coram Ludovis.* & *decis.* 179. *numer.* 3. & 4. *coram Otthobon.* & *decis.* 181. *num.* 7. *coram Emerix junior.* & *in part.* 2. *recentior. dec.* 186. *numer.* 2. & *decis.* 374. *num.* 15. *part.* 9. & *in Firmana Jurisdictionis super modo visitandi* 20. *Martii* 1702. §. *Tantùm autem*, *coram Molines*, impressa apud *Prosperum de Territorio separato decis.* 17. *n.* 12. & 13. Natura etenim unionis ea est, ut Beneficium unitum post Unionem, in titulum conferri
15 nullatenus valeat, sublata collatione, & potestate illud de cætero conferendi *Murg. de Benefic. part.* 2. *num.* 337. & *seqq. Card. de Luc. de Paroch. disc.* 17. *num.* 14. & *Rot. dec.* 1007. *numer.* 3. *coram Coccin.* & *decis.* 452. *numer.* 5. *part.* 18. *recentior.* & *Pamplonen Beneficii* 9. *Januarii* 1688. §. *Finali coram Hervault.*

Cùmque negari non possit, Parochiales, de quibus agitur, vacasse per obitum, & in titulum, & ad vitam Provisorum collata semper fuisse, palam
16 fit, quamcumque unionem extinctivam tituli prorsùs excludi, ut observant *Gonzalez ad Regul.* 8. *Cancell. glos.* 12. *num.* 7. *Turricell. de Union. capit.* 4. *numer.* 27. & *seq. Rot. decis.* 1011. *num.* 1. & *decis.* 1410. *num.* 21. *coram Ludovis.* & *decis.* 629. *num.* 10. *coram Cavaler.* & *coram Ottobon. decis.* 44. *numer.*
17 14. & *dict. decis.* 179 *num.* 7. Eo ipso enim quod Beneficio uti vacantia conservantur, unio excluditur ex cumulatis per *Rot. decis.* 179. *numer.* 8. *part.* 11. *rec.* & *coram Caprara decis.* 79. *numer.* 10. & *dec.* 442. *num.* 17.

Quæ omnia transeunt in evidentiam in nostro ca-
18 su ex solutione annui census, seu Decimarum, Mensæ Episcopali debitaque à dictis Ecclesiis, quæ solutio unionem prorsus excludit ex animadversis per *Cardin. de Luc. de Paroch. disc.* 10. *num.* 6. *Bertachin. Vot. dec.* 88. *n.* 78. & firmatis *per Rot. dec.* 138. *n.* 13. *cor. Ludovis.* & *dec.* 19. *n.* 18. & *seq.* & *dec.* 223. *n.* 17. *coram Otthobon.* & *decis.* 148. *numer.* 6. & *seqq. part.* 13. *recent.*

Necnon ex eo, quia Parochi dd. Ecclesiarum semper in præteritum denominati fuerunt, & de præsenti nuncupantur Rectores dd. Ecclesiarum, quod
19 pariter demonstrata, easdem Parochiales non esse unitas unione tituli extinctiva ex firmatis per *Rotam cor. Ottobon. d.* 49. *n.* 11.

In idem etiam confert, quod, tam actualis, quàm habitualis Cura Animarum, non penes Abbatem, sed apud ipsos Rectores, seu Parochos residet, *Card.*
20 *de Luc. de Benefic. disc.* 10. *n.* 4. Nec non quod fructus omnes dictarum Ecclesiarum Parochialium dd. Rectores nomine proprio percipiunt, propriosque distinctos redditus, & decimas Prædiorum habent; Quæ omnia Unioni tituli extinctivæ èx diametro opponuntur, quia, admissa Unione, illi Ecclesiæ cui Unio facta est, omnes debentur fructus, omnesque redditus Ec-
21 clesiarum Unitarum, nec non etiam illi, qui Vicarii, ab Abbate deputati, habituri essent, juxta notam *Constit.* 47. *S. Pii V. in Bullar. novo tom.* 2. Assignata dumtaxat eis Congrua, ex animadversis per *Card. de Luc. de Paroch. disc.* 12. *num.* 10. & 19 & firmatis per *Rot. dec.* 204. *à n.* 2. *p.* 2. *rec.* & *cor. Caprara*
22 *decis.* 79. *num.* 11. ibi -- *Ex eo, quod idem Vicarius possidet Bona, & percipit omnes fructus, & Emolumenta Parochiæ, soluta tantùm modica recognitione studiorum quatuor frumenti Monasterio titulo Cathedratici, quod pariter excludit Beneficii mensalitatem, cùm tunc dicatur de Mensa, quando per Abbatem fructus percipiuntur, secus si per Vicarium, seu per Rectorem Ecclesiæ, ut distinguendo tradit Glossa &c.* & *dec.* 442. *n.* 18.
23 *coram eodem* ibi -- *Rector habet Bona, separata à Mensa Abbatiæ, quæ independenter ut sua administrat &c. quæ omnia pariter repugnant Unioni ex firmatis &c.*

Quæ omnia eo fortiùs procedunt, ex quo Nos insistimus in sola, & nulla Juris assistentia, sed docemus ulteriùs de pluribus Concursibus, coram Epi-
scopis habitis circa Parochiales Ecclesias, de quibus 24
agitur, hoc est de annis 1590. & 1628. & 1645. & 1682. Ex quibus eo faciliùs admitti debent ea, quæ supra probavimus circa necessitatem providendi Parochiales Ecclesias, de quibus agitur, mediante concursu, aliàs in eisdem Ecclesiis ad praxim redacto,
juxta animadversa *per Grazian. discept* 870. *num.* 8. 25
Cardin. de Luc. de Benefic. disc. 8. *numer.* 4. & *Rot. coram Cavaler. dec.* 193. *num.* 6. & *coram Card. Caprara d. decis.* 442. *nu.* 119. ibi -- *Collata apparet, sive per obitum, sive per resignationem, & quandoque e-*
tiam prævio Concursu, ad formam Sacri Concilii Trid. 26
&c. & *quibus penitus excluditur unio, cùm in Parochialibus unitis Concursus non adaptetur &c.*

Minùs obstat secunda contraria reflexio, innixa prætensæ antiquissimæ seu immemorabili consuetu-
dini providendi Ecclesias Parochiales, de quibus agi- 27
tur, absque concursu.

Ultra quòd enim talis consuetudo non probatur in facto, in quo constans est, quod eædem Ecclesiæ pluries provisæ fuerunt per Concursum, & signanter dd. annis 1590. & 1628. & 1645. & 1682.
In Jure verò æquè indubitatum est, quod immemo- 28
rabilis consuetudo, non solùm excluditur ex unico actu, in contrarium, sed quod magis est *solus rumor oppositus exuberat ad eam submovendam, & ad præservandam Jurisdictionem universalem favore Ordinarii*, sunt verba *Rotæ in Brixinen Jurisdictionis* 5. *Ju-*
lii 1688. *in fin. cor. Caprara*, inter ejus impressas *dec.* 29
29. *num.* 23. & concordant *Fagnan. in cap. Nullus n.* 27. *de Paroch.* & *Rot. dec.* 290. *num.* 30. *coram Bich.* & *in Leodien. Jurisdictionis* 15. *Martii* 1688. §. *Ita autem coram Rondinino*, & in nostris præcisis terminis egregiè eadem *Rota in Capuana Parochialium* 15. *Februarii* 1666. §. *Privilegium coram Bourlemont*
ibi -- *Quod nihil fuerit auditum in contrarium, ut exi-* 30
gitur ex natura immemorabilis, ut in specie dictum fuit in Beneventana &c.

Cathegoricè respondemus, mediante sequenti strangulatorio dilemmate, quod non possumus, neque
meliùs, neque clariùs exprimere nisi mediantibus se- 31
quentibus præcisis verbis *Pitonii de Controvers. Patron. allegat.* 5. *n.* 4. & *seqq.*

„ Aut volumus desumere immemorabilem à parte antea, scilicet antequam superveniret dispositio „ Concilii, Et est impossibile; Quia cùm eo tempore nondum in Orbe Catholico introducta fuisset „ nova forma providendi per Concursum, quæ originem habuit ex ipso tantùm Decreto Concilii,
„ consequenter non percipio, quomodo nasci potue- 32
„ rit consuetudo, seu præscriptio, exclusiva formæ „ concursus, antequam nasceretur ipsa forma concursus; Quia quod natum non est, præscribi non valet, nec datur consuetudo contra subjectum, in rerum natura non præexistens; Aliàs contra quid „ allegabimus immemorabilem, si deficit materia „ præscriptibilis? Nunquam enim immemorabilis
„ allegari posset quoad ea, quæ superveniunt de no- 33
„ vo, ut per *Rot. coram Puteo decis.* 150. *num.* 2. *vers. Imo lib.* 1. *in correctis*, & *cor. Bich. decis.* 386. *nu.* 32. & ita in is terminis individualibus respondendo „ ad decisiones Legionem solidè animadvertit Sacr. „ Auditorium in Novarien Parochialis Locis Cissi super bono Jure 17. Junii 1710. §. Hinc non minus „ coram Card. Priolo.

„ Aut verò desumere volumus immemorabilem „ à patre postea, scilicet post ipsius Concilii Decretum, & pariter est impossibile, quia dato initio, „ non ampliùs datur immemorabilis, sed solum Centenaria; Jura autem nec minus allegari valet, quia „ Decretum irritans, quo munitur Concilium Tridentinum, & Constitutio Sancti Pii Quinti, adeò
„ irritat omnem contrarium actum, ut non permit- 34
„ tat ullo tempore aliquam inchoari posse consuetudinem, vel præscriptionem, etiam centenariam, „ ut communiter affirmarunt *Card. de Luca de Jurisdict.*

,, dict. disceptat. nonagesima quinta, numer. septimo,
,, & octavo, Pignatell. consultat. 134. numer. 16. tom.
,, primo, Garz. de Benefic. part. quinta, cap. quarto,
,, numer. 179. & 180. & parte nona, cap. secundo;
,, numer. 345. in fine Rota decis. 317. numer. 12. &
,, sequent. part. 16. & decis. 52. numer. 18. & dec.
,, 191. numer. 10. part. 18. recent. & in dicta No-
,, varien. Parochialis Loci Christi super manuten-
,, tione ubi supra, & coram Cerro decis. 572. nu-
,, mer. 10. & sequent. ubi quod Decretum irritam
35 ,, destruit etiam immemorabilem propter malam
,, fidem, & scripsi disceptat. Ecclesiast. 23. numer.
,, 16. Quod procedit etiam in casu, quo dispositio
,, aliqua præservaret consuetudines præteritas, nam
,, non ideo censetur præservare futuras, propter ob-
,, staculum Decreti irritantis, de cujus natura est
,, resistere consuetudinibus, in posterum introdu-
36 ,, cendis Rot. coram Cels. decis. 200. numer. 6. &
,, coram Merlin decis. 814. numer. 6. in recent. dec.
,, 217. num. 6. part. 7. & in Hispalen. Juris seden-
,, di in Synodo 21. Junii millesimo sexcentesimo no-
,, nagesimo septimo, §. Post Breve coram bon. m.
,, Mutò.

Et concordat alii adducti per Pignatell. consultat.
32. num. 1. lib. 8. ibi -- Ponderata dispositione, tam
Sacri Concil. Tridentini quam dict. Constitutionis S.
Pii V. ubi irritantur Provisiones, aliter factæ, ex qua
37 irritatione, sonante in decretum irritans non potest in-
duci consuetudo in contrarium & Rotam in decis. 30.
num. 24. in Theatr. Cardin. de Luca de Benefic. libr.
12. & dec. 443. num. 4. & seqq. part. 5. rec. ibi --
Quæ constitutio servanda est, quia dat formam, &
præceptum præcisum &c. & in dicta Constitutione
adest decretum irritans, cum clausula sublata, quod
decretum inficit nedum titulum, sed etiam possessionem
&c. maxime cum decretum præscriptionem irritans sit
appositum in illa Constitutione per viam legis genera-
38 lis &c. & dec. 192. numer. 10. part. 18. ibi -- Illa
conjectura deducta ex eo, quod hujusmodi Ecclesia ab
immemorabili tempore reperiatur exempta à Concursu,
attendenda non venit; Quoniam, probata Parochia-
litate, cessat quælibet observantia in contrarium, tan-
quam dispositioni Sacri Concilii directò contraria, &
Constitutionis S. Pii V. decreto irritante, & clausula
sublata munitæ repugnans.

Annumerantur enim, ut ita dicam, inter prima
Juris principia, propositio hæc, quod decretum ir-
ritans talis sit naturæ, & efficaciæ, ut non solùm
irritet, & de medio tollat omnes actus anteceden-
tes contrarios illi dispositioni, cui adiicitur, sed im-
pediat & operetur, ut nulla legitima præscripto,
39 atque contraria observantia per illos introduci pos-
sit in futurum; sunt verba Rotæ in Romana fuerunt
super bono jure 7. Junii 1720. §. Præter cor. R.P.D.
Rovault de Gamaches ubi innumeri allegantur con-
cordantes circa eandem conclusionem in cujus com-
probationem facili negotio componi possent volu-
mina.

Deveniendo ad secundum Dubium, in quo quæ-
ritur, an Jus conferendi dicta Ecclesias Parochiales
simpliciter spectet ad Abbatem, Illius negativa reso-
40 lutio in necessariam consequentiam inferri videtur
ex affirmativa Resolutioni primi; Posito enim &
probatis in dicto primo dubio, quod Abbas non pos-
sit conferre dictas Parochiales Ecclesias, nisi illis
Personis, quæ in Concursu, habito coram Episcopo
fuerunt examinatæ, & approbatæ tanquam dignio-
res, istis, & non aliis ad arbitrium ejusdem Abbatis
conferendæ sunt Parochiales Ecclesiæ, ut disponitur
in Sacr. Concilio Trid. dicta sess. 24. de Reformat. cap.
41 18. ibi -- Ex hisque Episcopus cum eligat, quem cæte-
ris magis idoneum judicaverit, atque illi, & non alte-
ri, collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam
conferre, ubi Barbos. num. 46. sequendo Garz. de Be-
nefic. part. 9. cap. 2. num. 123. asserit decisum ab hac
Sac. Congregatione quod Abbas Commendatarius Ab-
batiæ exemptæ intra fines alicujus Diæcesis, etiamsi
habeat Jura quasi Episcopalia, non potest facere Con-
cursum Beneficiorum curatorum, sed hoc spectat ad 42
Episcopum, in cujus Diœcesi sita est Abbatia, qui
electo magis idoneo, mittet eandem ad commend.
pro Collat. & concordat Resolutio Congregationis
particularis Cardinalis Acciaioli, Panciatici & S. Cle-
mentis in Clusina 6. Julii 1706. per extensum impres-
sa in tom. 2. part. 1. discept. 5. a num. 210. in qua re-
solutum fuit, Abbati Clusino competere in Ecclesiis
suæ Abbatiæ præsentationem, seu respective institutio- 43
nem, tituli collativam Prævio tamen Concursu, coram
ordinario, Institutionem verò authorizzabilem competere
eidem Ordinario ad formam Concilii; Nec non con-
cordat alia resolutio hujus Sac. Congregationis in Fir-
mana 19. Julii 1704. in qua fuit resolutum, Concur-
sum & Prælectionem spectare ad Ordinarium Institu-
tionem verò ad Abbatem; Demum concordat etiam
alia resolutio hujus S. Congregationis in Anglonen
28. Martii 1716. ad quartum dubium, in quo quæsi-
tum fuit, An Jus conferendi Beneficia curata spectet 44
ad Episcopum, vel potius ad Abbatem, quod fuit re-
solvendum cum Rescripto, collationem tituli Paro-
chialis Ecclesiæ S. Lucæ spectare ad Eminentissimum Ab-
batem, Concursum verò, prælectionem & Institutionem
authorizzabilem spectare ad Episcopum ut recognosci
potest in tom. 5. part. prima, disceptat. 14. numer. 5.
& 6.

Æquè autem stringens, ac legalis ratio hujus com-
muniter receptæ opinionis, adducitur à Cardin. de
Luca de Paroch. disc. 32. numer. 52. his verbis: 45
Præmissa procedunt non solùm in Parochialibus, quæ
sint in, & de Diœcesi, sub omnimoda Ordinarii Juris-
dictione, sed etiam ubi sint in, sed non de Diœcesi,
quia nempe sint exemptæ vel sub Jurisdictione, sed e-
tiam, eò collatione inferioris Prælati secularis vel re-
gularis exempti, Quoniam adhuc ad dictum effectus
hujusmodi Parochiales regulandæ veniunt in omnibus
eodem Jure, quo aliæ, existentes sub omnimoda Epi- 46
scopi Jurisdictione. Quoniam non attenditur ipsa Eccle-
sia materialis exempta, quæ provideri debeat, sed at-
tenditur Ecclesia formalis, idest Clerus, & Populus,
qui vivit in Territorio Episcopi, ad quem proinde in-
quirere pertinet de sufficientia, ac qualitate Pastoris,
qui ejus ovibus præficiendus est.

Quibus additur alia, æquè scribens reflexio, se
tenens ex parte Pastoris, seu Parochi, præficiendi
dd. Ovibus; Longè enim magis instructus, magis-
que edoctus est Episcopus, & quidem ex propria 47
experimental. notitia de indigentiis suorum Subdito-
rum, deque qualitatibus illius, qui easdem Oves
dirigere, & santificare debet, ac sic Abbas absens,
quivè procedere non potest, nisi mediantibus Re-
lationibus aliorum, quæ, ut plurimum, à veritate
distant, vel affectione illas facientium erga eos,
qui Curam Animarum affectant, vel ex minus syn- 48
cera facti expositione vel ex aliis motivis, ortum
habentibus a causis, quæ faciliùs concipi, quàm
explicari hic possunt, & debent, quod utinam ex-
perientia quotidiè verum non comprobaret.

Ex quibus non credimus exadverso insistendum
in decisionibus, emanatus in Tudertina Prioratus
coram Litta, & Penia, impressis in part. 4. diversf. 49
la 687. & 688. In quibus firmatum fuit, Priora-
tum Sancti Nicolai de Crippis spectare ad Illustrissi-
mum Cardin. Rusticcium uti Abbatem Sanctæ Crucis
de Saxovivo juxta præcisa verba dict. decis. quingen-
tesimo octuagesimo septimo in principio part. quarta di-
versor.

Diximus enim supra, & repetimus, Episcopus
non impugnat Abbati Jus conferendi Parochiales,
de quibus agitur, eo modo, quo Episcopi Anglo-
nen, & Clusinus necnon Archiepiscopi Capuanus 50
& Firmanus, non impugnabant simile Jus Abbati-
bus Commendatarii S. Eliæ Terræ Carbonis, Mon-
ticelli, Cavæ, & Farfæ; Sed insistit in hoc, ut eæ-
dem Parochiales Ecclesiæ conferendæ sint illis Per-
sonis, quæ in Concursu, coram ipso habendo, exi-
stimatæ fuerint digniores, juxta legem S.C.T. procu-
jus exequutione Congr. particularis resolvit in d. Clusina,

sacra

sacra Rota firmavit in citata *Capuana*, & Sacra Congregatio Concilii respondit in dictis *Anglonen*, *& Firmana*.

Remanet 3. dubium; *An Jus cognoscendi Causas Criminales, civiles, & mixtas, competebat privativè Episcopo, vel potiùs Abbati*, quod videtur re-
52 solvendum affirmativè quoad primam partem, & negativè quoad secundam.

Pro majori autem claritate distinguendo dd. Causas, respectu Causarum criminalium, nulla omnino cadere potest difficultas, quia illarum respectu dispositio Sac. *Concilii Tridentini in sess. vigesima quarta de Reformation. capitulo vigesimo*, est æquè lite-
53 ralis, ac rotunda ibi -- *Ad hæc Causæ matrimoniales, eo criminales, non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum judicio, etiam visitando, sed Episcopi tantùm examini, & Jurisdictioni, relinquantur* ubi latè *Barbos. numer. quinquagesimo secundo, & sequentibus*, & concordant adducti per *Lotter. de re Benefic. lib. primo, parte vigesima quarta, sub numer. centesimo nonagesimo quinto*, & firmavit *Ro-*
54 *ta decis. 306. numer. primo, & sequentibus apud Posthum. de manut. & decis. 60. per tot. apud Tambur. de Jur. Abbat. & decis. 860. & decis. 872. per totas coram Coccin.* Nec non resolvit Sac. Congregat. Concilii *in Nullius, seu Theatina Jurisdictionis* 11. *Martii, & 19. Augusti millesimo septingentesimo secundo*. Nec non in *Anglonen. Jurisdictionis 30. Junii 1717. ad tertium Dubium* ut videre est in *lib. 67. Decretorum dict. Sac. Congregationis fol. 53.*

Quod verum est, etiam si inferior Prælatus doceret de Privilegio, ante Concilium Tridentinum legitimè concesso, cognoscendi dictas Causas crimi-
55 nales, eo quia idem Concilium omnia similia Privilegia de medio sustulit, & revocavit, ut recognosci potest *in Tomo undecimo Decretorum ejusdem Sacræ Congregationis fol. centesimo vigesimo sexto* ibi -- *Congregatio Concilii ad primum respondit Decreto ejusdem Concilii sublata esse quæcumque Ordinariorum, & Sedis Apostolicæ Privilegia cognitionem Causarum criminalium, & Matrimonialium inferioribus Episcopo tribuentia; Ac propterea, eis non obstantibus, hujus-*
56 *modi Causas post Concilium esse ab Episcopi dumtaxat cognoscendas*, & in *Tom. 19. Post. fol. 229.* ibi -- *Ad secundum sublato Privilegio, nihil obstare Episcopo, quominus hujusmodi causarum Criminalium cognitionem sibi suo Jure vindicet.*

Respectu verò Causarum Civilium, & mixtarum æquè literalis est dispositio *Sacr. Concilii Trid. in ea-*
57 *dem sess. 24. de Reformat. capit. 20.* favore Episcoporum, quorum Iudicio reservat omnes Causas, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes.

Quamvis autem, vel ex immemorabili consuetudine, concludenter probata, & per tres conformes sententias canonizata, vel per clarum & literale Apostolicum Privilegium, aliquibus etiam inferioribus Prælatis earundem causarum cognitio compe-
58 tere possit, juxta magistralem resolutionem *Sacræ Congregationis particularis a sancta memoria Clemens XI. deputatæ sub diebus 3. Augusti millesimo septingentesimo octavo, & tertia Januarii millesimo septingentesimo primo*, impressa in *Bullario Clementino fol. 495.* Hoc tamen procedit respectu illorum Prælatorum inferiorum primæ speciei, qui habent Ter-
59 ritorium separatum cum qualitate, & denominatione *Nullius* non autem generaliter applicatur illis Prælatis inferioribus, qui talem amplissimam Jurisdictionem non habent, minusque habent Territorium separatum, qualis est Abbatia S. Crucis Saxivivi, posita in Diœcesi Fulginaten ut observat *Lu-*
60 *vin. de Abbatiss. Ital. fol. mihi 359.* ibi -- *Abbatia titulo Sanctæ Crucis Saxivivi Ordinis Sancti Benedicti in Diœcesi, & Territorio Fulginaten in Umbria &c.* ut in terminis fortioribus Abbatis Clusini anno 1704. resolvit Congregatio Particularis supra citato & in terminis Abbatis Commendatarii insignis Abbatiæ S. Eliæ Terræ Carbonis, resolvit hæc Sacra Congregatio in *Anglonen 6. Julii millesimo septingentesimo decimo sexto, ad septimum dubium*; Et in

terminis punctualibus nostri casus egregiè *Rota in Capuano Parochialium 15. Februarii millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto §. secundo coram Bevilaqua* ibi „ Et quamvis ubi Ecclesia est membrnm Monasterii exempta à Jurisdictione Ordinarii, non secus „ ac huic præmissum est, ut Abbati Collatori infe. „ riori facere concursum Garzias &c. Hoc tamen „ procedit tribus necessariò concurrentibus, quod 62 „ de locus, in quo posita sunt Beneficia, Nullius sit „ Diœcesis &c. quod collator ibi habeat omnimo- „ dum & quasi Episcopalem Jurisdictione nec non „ Jus congregandi Synodum, & illa consueverit con. „ gregare, ut fuisse in Sacra Congregatione Conci- „ lii resolutum testantur &c. & per eadem nu- „ mero verba egregiè Rota *d. 228. numer. 5. coram Mantica.*

Adversus quæ in universum non credimus ex parte Abbatis insistendum in duabus exceptionibus quarum prima desumitur ex Instrumento prætensæ Concordiæ inter Episcopum Fulginaten. & Monasterium Saxivivi sub die 17. Julii 1297. in qua Episcopus Ful-
ginaten cedit favore dd. Monasteriorum omnia Ju- 63
ra & actiones realia, & directa tacita, & expressa, & omnia alia quæ ipse Episcopus Fulginas habet & habuerunt sui Prædecessores, ac Episcopatus Fulgin. in dd. Monasteriis.

Secunda verò, & eo quod duret ad huc regulari- 64
tas in Ecclesiis, de quibus agimus, uti unitis d. Monasterio S. Crucis Saxivivi, & consequenter illarum collatio, & instituto pertineat ad Abbatem Non au-
tem ad Episcopum Ambæ enim dictæ reflexiones non 65
possunt esse magis frivolæ, magisque insubsistentes.

Quia respectu primæ, ultra ea, quæ, supra addu-
ximus circa Breve Bonifacii XI. quæ æquè benè ap- 66
plicantur hujusmodi ass. concordiæ.

Strictè respondemus, quod cùm d. prætensa Concordia munita non sit Apostolico Beneplacito, in in illa, in præjudicium Mensæ, & Dignitatis Episcopalis Fulginei, nullum omnino fieri potest fundamentum Textus est literalis in *cap. Cum tempore*
de Arbitr. ibi -- *Cùm, & si sponte volueris, de Ju-* 67
re tamen nequiveris sine licentia Romani Pontificis, renunciare Privilegii, vel Indulgentiis libertatis quem sequuntur *Tamburrin. de Jur. Abbat. tom. 1. cap. 15. quæstio duodecima, numer. primo, & sequent. Pasqualig. Quæst. moral. juridic. 2. quæst. 138. à numer. primo, & Rot. decis. 730. numer. 1. coram Emerix juniore.*

Majori insubsistentia laborat dicta secunda contraria reflexio. Ultrò enim admittimus qualitatem regularitatis respectu Ecclesiæ S. Crucis Monasterii Saxivivi, in quo etiam hodiè residet Abbas Re-
gularis cum suis Monachis, habentibus, ut supra di- 68
ximus, suos distinctos, & parlares redditus, nihil omnino commune habentes cum redditibus, & proventibus Abbatis Commendatarii.

Sed vis in eo residet, quod dictæ qualitas regularitatis nec probata est hodie, nec probabilis est in futurum respectu dictarum Ecclesiarum Parochialium, de quibus agitur ex vi, & efficacia unionis extinctivæ tituli ex animadversis in principio, Qui-
bus addimus magistralem Sac. Rotæ Decisionem in 69
Senogallien Parochialis 12. Februarii millesimo sexcentesimo sexto per totum coram Bourlemont, quæ est revocatoria alterius *coram Priolo la 252.* inter ejus impressas, & in qua Sacr. Rota declaravit, Parochiales Ecclesias celeberrima Abbatiæ S. Laurentii in Campo, tunc temporis possessæ a Cardinali Francisco Barberino seniore, conferendos esse per Concursum coram Episcopo Senogallien faciendo, at-
tento quod respectu illarum non probabatur quali- 70
tas regularitatis, mediante Unione quam Sac. Rota in dicta Causa non habuit pro concludenter probata, dum adversus eadem prætensam unionem adducebantur (ut præcisè verificatur in præsenti) aliquæ Provisiones, per Concursum aliquando factæ ab Ordinar. necnon mediantibus Provisionib. occasione vacationum dd. Ecclesiar. Ex quibus (sunt verba precisa

ejusdem Decisionis in §. *Potentiùs vero) removetur omnis dubietas attento quod vacatio præsupponit Statum collativum, atque Unionem prorsus excludit.*

Non credimus demum exadverso insistendum in Libro, cui titulus Cronica della Chiesa e Monastero di S.
72 *Croce di Sassovivo nella Diocesi di Foligno*, Authore *Ludovico Jacobillo*.

Primo quia in epistola ad Lectorem ejusdem Cronicæ ingenuè testatur idem Authore, omnia desumpsisse ex scripturis, in Archivio ejusdem Monasterii existentibus, quæ nullam faciunt fidem, nullamque
73 probationem contra Episcopum & adductis in *dec.* 451. *num.* 19. *coram Bich. & dec.* 340. *nu.* 23. *part.* 15. *rec. & in Senogallien Parochialis* 12, *Februarii* 1666. §. *Quo verò coram Bovolemont* , loquente de Archivio insignis Abbatiæ S. Laurentii in Campo , & ad præcisum effectum excludendi necessitatem Concursus Ecclesiarum Parochialium, ab ea dependentium in præjudicium Episcopi Senogallien.

Et in terminis terminantibus alterius similis Chronicæ cum titulo *Historia Carbovensium*, composita à Paulo Emilio Sanctorio, Filio Fratris Card. Sanctæ Severinæ, in Ecclesiasticis Historiis satis noti, per
74 extersum impressa ab Ughel. in Ital. Sac. verb. *Anglonenses Episcopi*, habemus punctualissimam resolutionem Congregationis Concilii in *Anglonen.* 3. *Julii* 1716. in qua, ex eodem motivo, quod scripturæ, ex quibus compositus erat Liber, seu Historia, desumptæ fuerant ex Archivio Abbatiali, adversus Jura, competentia Episcopo Anglonen in Terra
75 Carbonis, nullam omninò fidem ei præstare voluit dicta Congregatio Concilii, & recognosci potest *ex tom.* 1. *part.* 1. *disput.* 9. *à numer.* 16. *usq. ad num.* 28. *& num.* 108. *& tom.* 2. *part.* 1. *discept.* 5. *à numer.* 168.

Secundò, quia idem Author Jacobillus, tanquam modernus, & nullatenus approbatus ab Antiquis , nullam pariter meretur fidem, ex adductis in *dec.*
76 221. *num.* 3. *apud Torr. de Pact. futur. success.* ibi -- *Attendenda non est, & quo Historiis non creditur , nisi sint tales, quod à Majoribus fuerit eis data fides, & longissimo tempore approbatæ, & decis.* 17. *num.* 15 *& seqq. coram Arguell.* loquens de Historia Ho-
77 ratii Avicenæ, & *dec.* 234. *num.* 6. *coram Ottobon. & decis.* 124. *numer.* 34. *apud Constantin ad Statut. Urbis* Ubi de Rainerio, & Pompejo Dulfio in Chronicis Famil. nobil. Bononiæ, *& decis.* 539. *num.* 7. *part.* 19. *recent.* Ubi de Historico Andrea Antonello, & in *Comen. Parochialis* 12. *Decembr.* 1695. *in fine coram Card. Priol.* Ubi de Historia Joannis Juanæ, & in *Veliterna Fabricæ* 7. *Junii* 1706. §. *Deni-*
78 *que coram Molines*, ibi -- *Ad hoc enim, ut Historicis deferendum sitque debent esse antiqui, ac per longissimum tempus recepti &c.*

Et bonam assignat rationem *Ansald. in Addition. ad decis.* 100. *num.* 85. *&* 86. quia *historiæ modernæ non sunt facilè immunes ab ea suspicione propensionis*
79 *studii, vel odii, quorum causas procul habere prosequebatur Tacitus sub initio suorum Annalium* -- quæ generalis suspicio in nostris terminis in immensum augetur ex eo, quod in facto supponitur, eundem Jacobillum particulare habuisse interesse respectu Abbatiæ S. Crucis Saxivivi.

Tertiò, quia tantùm abest , quod idem Ludovicus Jacobillus à Majoribus approbatus fuerit, eique longissimo tempore præstita sit fides, ut potiùs à multis classicis Authoribus in specie reprobatus fuerit ,
80 ut recognosci potest ex *Vincentio Armando libr.* 3. *Epistol.* Eugubii impresso anno 1674. fol. 232. ubi ipsum redarguit de multis æquivocis, & eroribus ibi -- *Il male ancora è stato gli equivoci, e gli errori, che vi si vedono.* Ex *Giornale de Letterati d' Italia* ,
81 *tom.* 19. *artic.* 4. *& signanter fol.* 100. ibi -- *Prima di passare ad altro , notaremo un sollennissimo granchio, preso da chi tradusse &c.* & *fol.* 105. ibi -- *Il Jacobilli s' inganna di molto &c.* Ex *P. Jacobo Echaod. de Scriptorib. Ordin. Prædicator. tom.* 1. *fol.* 758. ibi -- *Jacobillus in Bibliotheca Umbriæ est allucinatus;* Et
82 ex *Abbat. Petro Canneto in Dissertat. Apologetic. intorno al Poema del Quadritogio fol.* 28. ibi -- *Questo abbaglio però non è solo, che prese il Jacobilli &c.* & *fol.* 80. ibi -- *Ciò che più al proposito nostro indi si raccoglie, si è il tempo certo dell' età, e della morte di questo egregie Folignate* (hoc est Nicolai Tignosii) *corregendosi ancora li sbagli del Jacobilli &c.*

Incertus est hujus Causæ Exitus.

DISCEPTATIO XVI.

Senen. Jurium Parochialium

INTER

Canonicos insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Provenzano Civitatis Senatum

ET

Parochos ejusdem Civitatis

ARGUMENTUM.

Laudum inter Canonicos Collegiatæ , & Cætum Parochorum , concernens Jus sepeliendi Cadavera in eadem Collegiata, quando dicatur validum , & exequutionem mereatur.

SUpplicarunt usque ab anno 1682. Capitulum, & Clerus Insignis Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Mariæ in Provenzano Civitatis Senatum, ac Rector, & Deputati Nobiles nuncupat. *della Balia*, in temporalibus Administrationi Præpositi, & ipsamet Civitas Senatum huic Sac. Congregationi pro concessione Juris sepeliendi in forma cum omnibus Juribus , 1
& præcipuè, quod Sepulturæ Jure concesso , tributa quoque censeretur facultas processionalitèr deferendi Defunctorum Cadavera sub unica Cruce ipsius Insignis Collegiatæ, reservata Parochis eiusdem Civitatis Quarta Parochiali , consistente in medietate, juxta morem, in Urbe vigentem, habitaque super veritate in supplici Libello narratorum Relatione. Archiepiscopi de Marsiliis, voti compotes effecti fuerunt, mediante Rescripto edito die 11. Aprilis 1682.; Hujusmodique Gratiamque per Sacr. Congregationem elar- 2
gitam, executioni postmodùm demandavit præfatus Archiepiscopus de Marsiliis, per speciale Decretum desuper promulgatum sub die 21. Julii ejusdem anni 1682.

Agnoverunt octo ex Parochis , elargitæ Gratiæ congruentiam, ideoque illam, & Decretum Archiepiscopi super illius executione positivè approbarunt , acceptarunt, & in perenne acceptationis monumentum, se subscripserunt. Verùm quia eidem acceptationi, & approbationi , de cætero per Capitulum, & Canonicos dictæ Insignis Collegiatæ, non procuratæ, 3
sed per ipsos Parochos ultroneè factæ, nonnullas modificationes ipsi Parochi adiicere, & intermiscere studuerunt, quæ redigebantur ad eorumdem Parochorum præcedentiam supra omnes, & quoscumque de Clero nostræ Ecclesiæ, exceptis Capitulo, & Canonicis, tam in incessu processionali, quàm in stando, & sedendo, durante Funeris solemnitate, ac insuper Reservationem etiàm Juris ingrediendi cum Stola , simul cum reliquo Clero, & Canonicis respectivè in- 4
tra eadem Ecclesiam , & signationem Cadaveris, ad versiculum -- *Requiem æternam* --, dum cantatur Responsorium, quod in Civitate Senatum dicitur *Ultimum vale*.

Inde sumpta est per modernos Parochos, novitatum Amatores occasio instaurandi Controversiam quoad vires dictæ Gratiæ, super concessione Juris sepelliendi, cum reservatione solius Quartæ favore Parochorum per Sac. Congregationem nostræ Ecclesiæ, usque de dicto anno 1682. elargitæ, ac in discrimen itidem revocandi longævam possessionem, in qua à 5
diè executionis dictæ Gratiæ usque ad hodiè reperitur

nostra

nostra Ecclesia, tam circa processionalem delationem Cadaverum sub unica Cruce, quàm itidem circa exercitium Funeralium functionum per Sacerdotes dictæ nostræ Ecclesiæ, quàm demum circa participationem medietatis emolumentorum, & ad magis, magisque confovendam eorum exorbitantem prætensionem, in medium protulerunt quoddam Laudum, sub die 25. Septembris 1648. ut præfertur
6 promulgatum per Archiepiscopum Ascanium Piccolomineum, & in sex capita distributum. Cùmque sub examine præinserti Dubii, per Parochos postuletur dicti Laudi observantia, accurate pensatis facti, & negocij circumstantiis, negativo responso quæstio dirimenda videtur.

Quemadmodùm enim in dubium revocari non potest, nostram Ecclesiam Beatæ Mariæ in Provensano, fuisse anno 1634. erectam in Collegiatam, ac itidem decoratam titulo Insignitatis per Urbanum VIII. ita nec ambigi valet, per hujusmodi erectionem assecutam fuisse dignioritatem, ac praeminentias adversus Ecclesiam Parochialem, intra cujus fines sita reperitur, utcumque Matricem, non obstante clausula -- *Sine alicujus præjudicio* -- in erectio-
7 ne apposita, quia illa debet intelligi respectu aliorum non expressorum, ut firmavit *Rota decis.* 1445. *per tot. coram Seraphin.* & generaliter, quod eadem clausula non operetur quoad expressa, hoc est, quoad præjudicia, Juribus præeminentialibus Ecclesiæ
8 Parochiali resultantia per erectionem in Collegiatam, sed tantùm præservet non expressa, tradunt *Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 3. disput. 23. num. 67 & 63. Card. de Luc. de Feud. disc. 1. numer. 8. & de Jurisdict. disc. 8. sub num. 4. Thomat. decis. 12. numer. 25. & 26. Rot. decis. 756. numer. 2. coram Seraphin. decis. 193. numer. 22. & decis. 375. num. 8.* ubi *Adden. littera B. & decis. 541. num. 3. & decis. 883. num. 7. & seqq. coram Buratt. & decis. 422. num. 18. coram Peutinger. & decis. 720. num. 6. part. 3. & decis. 155. num. 2. & decis. 222. num. 26. & seqq. part. 7. & decis. 179. nu. 19. part. 11. & decis. 29. num. 8. & decis. 139. numer. 10. part. 14. recent. & in Valen. Distributionum 10. Junii 1707. §. Non relevante cor. Omanna.*

Potissimum verò, quia de tempore secutæ erectionis aderant Jura, seu Parocho, seu Parochis prævalibilia, & materiam funerariam respicientia, cùm de eo tempore concessum non reperiretur eidem nostræ Ecclesiæ Jus sepelliendi, ex Gratia speciali huius Sac. Congregationis dictæ Ecclesiæ concessum anno 1682. & per Archiepiscopi decretum executioni iam demandatum; Adeo ut mutato per supervenientiam dicti Juris sepelliendi, Ecclesiæ statu, mutari quoque debuerit illius ius, & eius effectus, ut optimè perpendit *Rota dicta*
9 *decis. 1445. in fin. coram Seraphin. & decis. 410. n. 10. & 11. part. 5. recent.* & usque tunc competiisse censeatur eidem nostræ Ecclesiæ Tumulanti Jus, & facultas deferendi Defunctos processionaliter, percipiendi Emolumenta Funeraria, excepta Quarta Parocho debita, propriam ipsius Ecclesiæ Crucem elevandi privativè quoad Parocho, non obstante quacumque contraria consuetudine nec non peragendi
10 Officia Funeraria super Defunctis, qui Sepulturam in nostra Ecclesia elegerint, iuxta authoritates infra allegandas.

Non attento prætextu subreptionis, ex quo eidem Sac Congregationi expressum non fuerit Laudum de anno 1648. promulgatum ab Archiepiscopo Piccolomineo, quo mediante concessum prætenditur nostræ Ecclesiæ Jus sepeliendi, sub certis tamen modis, & conditionibus, præservantibus dd. Parochis ius peragendarum functionum Funeralium, deferendi ipso-
11 rum Parochorum Crucem, privativè quoad Crucem nostræ Ecclesiæ, quatenus istius Canonici fuerint ad funus invitati in casu expositionis Defuncti in dicta Ecclesia, nonnisi de licentia Archiepiscopi, propter assertum Decretum, prohibens deposita, faciendæ, tribuentibus Canonico Hebdomadario nostræ Ecclesiæ facultatem explendarum functionum, excepto *Ultimo Vale*, in casu delationis defunctorum ab Ecclesias Regulares, vel alias Ecclesias, quatenus Capitulares nostræ Ecclesiæ interveniant incessum processionalem demandantibus sub unica Cruce Parochorum, 12
reservata illis facultate dandi *Ultimum Vale*, ac demum universa funeraria Emolumenta prædictis Parochis reservantibus, sive Defuncti sepeliri debeant in dicta nostra Ecclesia, sive in illa tantummodò exponantur, alibi sepeliendi.

Dictum enim subvertionis vitium non est ullo modo allegabile, nedum quia agitur de Gratia concessa usque de anno 1682. per hanc Sac. Congregationem, & per speciale Decretum. Archiepiscopi de Marsiliis executioni demandata, & per octo Parochos Sanioris Consilii acceptata. Ideoque, cum à die concessæ, & executæ Gratiæ tempus effluxerit 40. & ultra annorum, sublata dicitur facultas opponendi subrationem, quæ per adeo longævi temporis decursum 13
præscripta remansit, ex notatis in his terminis per *Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 99. num. 2. Pax Jordan. elucubrat. lib. 14. tit. 24. num. 433. Antonell. de Tempore legal. lib. 2. cap. 100. num. 1. Rot. decis. 1. numer. 19. coram Falconer. tit. 31. de Salvian. Interdict.* Per hoc etenim adeo longævi temporis spatium præsumitur etiam nova Gratia, & confirmatio, quatenus opus fuisset, ut post *Cassador. decis. 3. in fin. de Causa posses-* 14
sionis, & propriet. bene prosequitur *idem Marescott. dicto lib. 2. cap. 99. num. 5. & Rot. decis. 1. numer. 19. coram eodem Card. Falconer. tom. 3. d. tit. 31. de Salvian. interd.*

Verùm etiam, quia idem Laudum, usque ab initio fuit obnoxium apertissimo nullitatis vitio: Undè fit, ut taciturnitas actus nulli, vel Laudi, aut Sententiæ nullæ, non potuerit Gratiam huius Sac. Congregationis vitiare, nec ullam penitùs subreptionem causare valuerit, ex puntualiter firmatis per 15
Rot. decis. 783. numer. 2. par. 3. & dec. 138. num. 12. part. 16. recent. & præcipuè, quia ad istum effectum excludendæ subreptionis, satisfuisset quælibet simplex controversia, adversùs idem Laudum quomodocum- 16
que promota, iuxta *decis. Achil. de Grass. 17. de Præben. & Dignit. & decis. 157. numer. 18. part. 17. recent.*

Nullitas autem dicti Laudi ex pluribus innegabiliter resultat. Et primo, quia non constat de formali Compromisso in personam. Archiepiscopi Piccolominei, quo utique formali compromisso cessan- 17
te, absolutissimi Juris est, Laudum à vitio nullitatis salvari non posse, ut bene tradit *Paitell. expedit. 77. nu. 14.* & concordat *Conciol. ad Statut. Eugubin. lib. 3. rubric. 3. numer. 8. Jov. de Contract. min. gloss. 22. §. 13. numer. 34. & 36. & Adden. ad Buratt. dec. 29. litt. B.*

Nec hujusmodi defectus suppletus dici valet ex quodam folio per Parochos ex dubito, minusque ab 18
assertione, per Archiepiscopum Piccolomineum emissa in dicto ejus asserto Laudo.

Siquidem idem Folium redigitur ad simplicem copiam, nec faciem præsefert Compromissi, simultaneum compromittentium consensum de sui natura requirentis, quia, cùm per Compromissum dicatur iniri contractus ex notatis per *Jov. de contract. min.* 19
gloss. 22. §. 13. num. 6. ad illius proindè validitatem requirebatur simultaneus Compromittentium consen- 20
sus, per quem una Pars alteri obligata remaneret, juxta *Text. in l. 1. §. 1. ff. de Pactis*, & benè declarat *Urceol. de Transact. q. 10. ex num 3. ad 10.* cum ibi latè congestis.

Iste autem simultaneus Compromittentium consensus in nostro casu penitus desideratur, quia ex eodem Folio, quod circumfertur, & in ea parte, quæ respicit Parochos, habetur, illud fuisse subscriptum à duobus assertis Deputatis eorundem Parochorum sub die 18. Januarii 1647. absque eo quod ullam eo- 21
rum prætensionem ad speciem deduxerint, & loquentes de prætensionibus Capituli nostræ Ecclesiæ, supposuerint, usque tunc deducta per Capitulares redigi ad partialem Tractatum.

Si verò sermo sit de altera parte dicti Folii, respiciente Capitulum, ex eo eruitur, sub die 3. Maii 1647. fuisse convocatum Capitulum, & in eo ex-
tensa

tensa fuisse quædam Capita prætensionum, cum Parochis concordanda, non autem compromittenda, Et quamvis successivè, ac sub die 30. Novembris fuerit deliberatum, quod eadem Capita prætensionum
22 exarata sub die 3. Maii præcedentis exemplanda forent, ac deferen. Archiepiscopo pro illorum decisione, Nullibi tamen constat, eadem Capita, per Capitulares efformata fuisse per Parochos visa, vel perlecta, nec eorundem Capitum discussioni faciendæ per Archiepiscopum, contemporaneum, ac simultaneum consensum præstitisse, qui subsequi debebat post diem 30. Novembris 1647. cum de cætero nimis absonum sit, quod consensus præstitus per Parochos sub die 18. Januarii 1647. trahi possit ad Capitula
23 longè post efformata, & consequenter per ipsos Parochos ignorata, contra regulam, de qua *Rot. dec. 452. numer. 26. coram Bich. & dec. 773. numer. 12. part. 17. recent.*

Et hinc oritur inevitabilis nullitas ejusdem Compromissi, quia cùm illud obligatorium non fuerit quoad Parochos, nec etiam obligatorium esse pouit quoad Capitulum nostræ Ecclesiæ, & ratio est satis evidens, quia, quid quid sit in aliis Contractibus, secus est in Compromisso, quod cùm sit individuum,
24 non potest ex una parte esse obligatorium, ex alia verò non, *ad Text. in l. Non distinguemur 37. §. Si servus*, ibique *Glos. in verb. Ut non detur ff. de Recept. Arbitr. Rot. decis. 515. numer. 19. & 24. part. 1. recent. & decis. 307. numer. 6. & 7. coram Dunozet. jun.*

Prout neque ad salvandam dicti Laudi nullitatem, vis ulla fieri potest super assertione Archiepiscopi Piccolominei quoad Compromissum, in sui personam factum, quodque ante promulgationem Laudi Partes
25 oretenus, & in scriptis informantes audiverit, Nedum quia Arbitro non creditur circa fundamentum suæ potestatis, ex firmatis *per Rot. decis. 14. numer. 21. coram Buratt.* Verùm etiam, quia talis assertio quoad Compromissum, in eo casum dumtaxat admittitur, quo Laudum prolatum fuerit, Partibus præsentibus, & non contradicentibus, iuxta theoricam *Bart. in Authen. Si quis in aliquo numer. 13. Cod. de Eden. Dec. in cap. Quoniam contra num. 30. de Probat. Rot. dec. 258. num. 2. coram Mantic.* cum aliis, citatis ab *Adden. ad Buratt. dec. 29 num. 25.*

Alterum nullitatis caput ex eo emergit, quod idem Laudum, nullis penitus Actis præcedentibus, nec interveniентibus, nullisque præmissis probationibus, pro-
26 latum fuerit, & sic sine ulla Causæ cognitione, cujus defectum Laudi nullitatem inducere tradunt *Dec. consf. 475. numer. 38. Posth. resol. 140. numer. 1. & Contrad. de Momentan. possess. limitat. 9. numer. 60. versic. Sicut etiam.*

Et tertium denique nullitatis caput ex eo descendit, quod ante Laudi prolationem nulla omnino citatio præcesserit, ex cujus defectu indubitabilem reddi
27 Laudi nullitatem, sancitum habetur *in Clementin. sepe ubi Glos. verb. Ad id de Verb. signific. Gabriel. Comm. conclus. tit. de Citation. concl. 1. num. 44. & seqq. Posth. d. resol. 140. num. 2. Altimar. de Nullitat. rubr. 9. quæst. 16. num. 47. cum duobus seqq. tom. 1. Constantin. ad Statut. Urb. tom. 1. annot. 20. art. 3. num. 239. Censal. decis. Lucen. numer. 2. Rot. decis. 452. num. 7. & dec. 609. num. 1. coram Rembold. & decis. 89. num. 2. coram Manzaned. & in Florentin. Nullitatis Laudi 28. Novembris 1597. coram Corduba, impressa apud Marchesan. de Commis. par. 1. fol. 1127. num. 3. & decis. 258. num. 3. coram Mantic.*

Non adversante, quod in eodem Folio, tributa legatur Archiepiscopo Piccolomineo facultas proceden. di de Jure, & de facto, Quia talis facultas eximit
28 à necessitate citandi, cùm citatio sit Juris naturalis, & Gentium ex adductis per *Posth. d. resol. 140. num 3. & 4. & Rot. decis. 299. num. 1. ad 3. coram Mantic.* Remissio quippe citationis debet esse expressa *L. Diem*
29 *proferre §. Si quis Litigatorum ff. de Arbitr. Posth. d. resol. 140. num. 2. Rovit. super Pragmatic. de Arbitr. in addit. litt. A & Constant. ad Statut. Urb. tom. 1. d. annot. 20. art. 3. num. 241.*

Quibus additur, quod idem Laudum nunquàm fuit intimatum Capitulo collegialiter congregato, cui propterea integrum fuit, & est adversus idem Laudum provocare, ac appellare. Ut enim adversus Laudum currat terminus ad appellandum, non sufficit simplex scientia Laudi prolati, sed requiritur positiva Intimatio, & Notificatio ejusdem Laudi, ut bene animad- 30
vertit *Carpan. ad Statut. Mediolan. lib. 1. cap. 116. numer. 111. & seqq.* ubi dicit, scientiam non sufficere ex visione Scripturarum, & quod hæc est tutior opinio, *Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 3. rubr. 3. num. 11.* Et quamvis non sit omnino improbabile, quod ali- 31
qui particulares Capitulares dicti Laudi prolati scientiam habuerint, exinde tamen inferri non potest ad scientiam Capituli, Collegialiter congregati, cùm aliud sit scientia Particularium, aliud verò scientia Capituli, quæ induci non potest, nisi Capitulo collegiali- 32
ter congregato, ad tradita *per Posth. de Manuten. observ. 36. numer. 20. Rocc. disput. Jur. cap. 86. numer. 30. & 31. tom. 1. & Rot. decis. 259. numer. 6. coram Mantic. & decis. 285. numer. 4.* & ibi Adden. *litt. A. coram Buratt.*

Malè pariter obiicitur per Parochos, quod Sacr. Congregationi narratum non fuerit præjudicium, ipsis Parochis emersurum ex causa diminutionis Emolumentorum funeralium. Cùm enim supplicatum fuerit per Capitulum pro concessione Juris sepeliendi in forma, & cum omnibus Juribus, & prærogativis, illi annexis, ac reservatione solius Quartæ favore Parochorum, Et Sacr. Congregatio; præhabita Archiepiscopi Relatione, Votis supplicantium annuerit, Nulla profectò adfuit necessitas specifice narrandi præjudicium, ex emolumentorum diminutione Parochis emersurum, cùm ageretur de Gratia de sui natura præiudiciali, in quibus terminis, nec etiam requiri derogationem Regulę de Jure quæsito non tollendo, bene notat *Dec. cons. 113. num. 7. versic. Non* 33
obstat, & melius, *Rot. decis. 762. num. 4. & decis. 1445. num. 6. coram Seraphin. & decis. 830. sub num. 4. coram Merlin. & decis. 24. ex num. 1. ad 9. & decis. 501. n. 24. ad 28. part. 5. & decis. 11. numer. 26. & 27. part. 6. recent.* Nec iuvat asserere, quod Eminentissimi PP. Sacræ Congregationis, Pontificii Juris, ac Sacrum Canonum consultissimi, ignorare potuerint damnum, & præiudicium Parochis emersurum ex concessione Juris sepeliendi, facta nostræ Ecclesiæ, cùm ad istum effectum excludendæ subreptionis, satis sit vel quod fuerit petita concessio Juris sepeliendi, cum reservatione solius Quartæ favore Parochorum, Vel quod, seclusa etiam dicta expressione, Sacra Congregatio in genere cogitare potuerit de præiudicio, re ipsa emersuro Parochis ex dicta concessione Juris sepelien- 34
di, ex firmatis *per Rot. decis. 588. num. 10. coram Pampil. & decis. 243. num. 9. & decis. 589. num. 28. coram Merlin. & dec. 115. n. 5. coram Dunozet. jun. & dec. 289. num. 13. coram Priol.*

Præcipue quia Jus, Parochis competens, proveniebat ex Juris Communis dispositione; integra emolumenta funeralia ipsis Parochis tribuentis, adversus Ecclesias non habentes Jus sepeliendi, quod utique Sacra Congregatio non ignoravit; quidquid secus fuisset, si Jus percipiendi integra Emolumenta provenisset ex aliquo Jure speciali, vel ex privilegio, cu- 35
ius scientia præsumi non potuisset apud Sacram Congregationem, ut præclare distinguendo dixit *Rot. dec. 370. num. 5. & 6. coram Merlin.*

Quæ omnia eo fortius vindicant sibi locum, quia hìc non agitur de præiudicio certo, & invariabili, sed de præiudicio consecutivo, improprio, & incerto, utpote pendente à libera Hominum voluntate, in nostra Ecclesia Sepulturam eligentium, ideoque intrat vulgaris regula, quod in iis, quæ pendent à futuro eventu, constitui non possit præiudicium, aut 36
damnum, ex animadversis *per Lotter. de Re benefic. lib. 1. quæst. 36. numer. 114. & Fattinell. respons. 36. n. 10.* & firmatis per *Rot. decis. 67. numer. 3. & 4. coram Duran. & decis. 292. numer. 20. ad seqq. & signanter numer. 20. & decis. 320. num. 13. ad seqq. & numer. 18. ad seqq. per tot. part. 6. recent. & in Pisauren.*

sauren. Transactionis super bono Jure 21. *Februarii* 1707. *§. fin.* & 1. *Julii ejusdem anni §. Penult. cor. Triolo*, & *in Nepesina Molendinorum* 3. *Februarii* 1710. *§. Parum attento prejudicio coram Aldrovando.*

Poterat autem prætermitti alter emendicatus pretextus, quod: Archiepiscopus de Marsilis ad executionem Decreti hujus Sac. Congregationis super con-
37 cessione Juris sepeliendi processerit, inauditis ipsis Parochis, quodque Capitulum nostræ Ecclesiæ Laudum ejusdem Archiepiscopi acceptaverit.

Quod enim attinet ad executionem Gratiæ, seu Decreti, nulla in eo legitur imposita Lex, per quam idem Archiepiscopus arctatus fuerit ad audiendos Parochos, prævia illorum Citatione, cùm eidem Archiepiscopo injunctum fuerit solummodo, ut recognoscerent, an Preces Veritati niterentur, ideoque, cùm præfatus Archiepiscopus retulisset, Preces veritati niti, & Sac. Congregatio, attenta dicta Relatione Archiepiscopi, commiserit eidem, ut facultatem petitam, & Jus sepeliendi concederet, salva tamen semper Quarta funerali fa-
38 vore Parochi, & comperta narratorum veritate, dictus Archiepiscopus Jus sepeliendi, ut supra, concesserit, nil utique agendum superfuit pro validitate executionis Gratiæ, quia notissimum est, Sac. Congregationes in totum deferre Ordinariorum Relationibus,
39 utpote valdè de statu Ecclesiarum informatorum, ut testatur *Rot. decis.* 685. *num.* 9. *coram Cerro*, & *dec.* 234. *numer.* 16. & 17. *part.* 16. & *decis.* 305. *num.* 12. & *decis.* 460. *numer.* 9. & 10. *part.* 18. *recent.* prout vulgatissimum est, easdem Sac. Congregationes in forma extra-
40 judiciali procedere, juxta *Consil.* 2. *Navarr. numer.* 4. *de Relig. Domib. sequutum à Pignatell. consult.* 155. *numer.* 3. *tom.* 9. & *consult.* 54. *sub numer.* 7. *tomo* 10.

Quo verò ad acceptationem dicti Laudi, tantùm abest, ut Capitulum illud tacitè, vel expresè acceptaverit, ut imò, statim habita illius extraiudiciali notitia, ab eodem Laudo pluries reclamaverit, & si-
41 gnanter sub die 9. Septembris 1649. prodierit Capitularis resolutio super recursu ad Santissimum interponendo pro obtinendo Jure sepeliendi, ad quem effectum nominati fuerunt tres Capitulares, qui Negocium pertractarent, & apud Santissimum illius expositionem promoverent, prout tandem hæc eadem Capitularis resolutio quæ Laudi acceptationem, & ac-
42 quiescentiam excludit, ut bene in his terminis ponderavit *Rot. decis.* 609. *num.* 9. *coram Rembold.* plenarium effectum sortita fuit, mediante concessione Juris Sepeliendi, cum reservatione solius Quartæ favore Parochi, per hanc Sac. Congregationem elargita nostræ Ecclesiæ de anno 1682.

Cùmque à die concessionis dicti Juris Sepeliendi usque ad annum 1721. & ita per decursum annorum 40. Capitulum nostræ Ecclesiæ fuerit in quieta, & pacifica possessione propriam ipsius Ecclesiæ Crucem privativè ad Parochos in casu Processionalis Declarationis defunctorum ad eandem Ecclesiam elevandi, ac deferendi, & funerarias functiones super Cadaveribus il-
43 latis peragendi, ac medietatem Emolumentorum percipiendi, altera medietate sub nomine Quartæ Parochis reservata, ut plenè, atque concludentissimè probatur in Summario.

Inde sequitur, ut attenta hujusmodi longæva observantia, undequaque conformi Gratiæ concessionis Juris sepeliendi, quæ ab eadem observantia declarationem, & interpretationem recipere deberet, quatenus etiam dubia foret, prout de cætero est undique
44 clara, tametsi contrarius intellectus esset de Jure verior, *ad Tex. in L. Si de interpretatione ff. de Leg. Rot. decis.* 175. *num.* 10. *decis.* 393. *numer.* 6. 12. & 13. *decis.* 401. *num.* 3. & *coram Cardin. Caprar.* in medium ulterius proferri non debeat idem Laudum Archiepiscopi Piccolominei, nedum quia obnoxium reperitur tot nullitatibus, supra recensitis, nec unquam fuit nostro Capitulo legitimè notificatum; Verùm etiam, quia nullum unquam tempore fuit observatum. Et demum quia, non sunt immutanda ea, quæ certam
45 observantiam, & consuetudinem habuerunt, *ad Text. in L. Minimè ff. de Leg. l. prima Cod. Quæ sit long. Consuetud.* Fattinell. *respons.* 43. *num.* 14. *Card. de Luc. de Præemin. disc.* 39. *num.* 3. *Thomat. decis.* 238. *num.* 11. *Rot. decis.* 175. *numer.* 12. *coram Cardin. Caprar.* & *decis.* 27. *numer.* 39. *ad Ornat. Cardin. de Luc. de Jurisdict. lib.* 3.

Pro quorum faciliori admissione repetimus verba *Card. de Luc. de præem. disc.* 9. *num.* 4. *certum esse quod Ecclesia, in Collegiatam erecta, quamvis alias esset filialis*, & *inferior*, *fit dignior*, & *major*, *ob novam supervenientam majorem qualitatem*, *novumque statum diversi*, *ac majoris ordinis* &c. *Quamvis nova erectio nullam contineret derogationem Juri Tertii*, *ac Regulæ de Jure quæsito non tollendo*; *Quin imò*, *etiam si adesset expressa præservativa clausulæ* sine præjudicio; *Quia derogatio regulæ Juris Tertii*, *non requiritur in Gra-* 46 *tiis*, *ex propria natura præjudicialibus*, & *clausula* sine præjudicio *intelligitur in aliis*, *quàm in iis*, *quæ de jure*, *ac natura rei resultant*.

In qua parte habemus magistralem *decis. Seraphin.* 1445. *per totam*, idem solidè comprobantem, quam sequuntur *Barbos. in Sum. Apostol. decis. collect.* 181. *nu.* 10. *Tondut. quæst. benefic. part.* 2. *cap.* 2. *§.* 2. *num.* 14. *Sperell. decis.* 167. *numer.* 11. & 12. *Spad. consil.* 163. *num.* 8. *lib.* 1. *Panimoll. decis.* 1. *ad num.* 8. *num.* 9. *Ricciull. de Jur. Person. lib.* 1. *cap.* 13. *numer.* 56. *Ceccoper. lucubr. canon. lib.* 1. *tit.* 5. *num.* 6. ibique *Scarfant. in adnot. numer.* 3. *tom.* 1. & *Rota decis.* 685. *num.* 11. & 12. *coram Cerro*, & *dec.* 313. *numer.* 6. *part.* 4 *tom.* 1. & *decis.* 400. *num.* 35. *par.* 18. *recent.* Idemque pluries resolvit Sac. Congregatio 47
Rituum, & signanter in *Nolana* 10. *Junii* 1602. & *in Senogallien.* 23. *Martii* 1619. & 4. *Aprilis* 1620. & *in Terracinen.* 24. *Februarii* 1626. referente *Barbosa in Summ. Apostol. decis. dicta collect.* 181. *numer.* 4. Nec non idem resolvit hæc Sac. Congregatio in *Lucen. Sarzanen. Præeminentiarum* 9. *Junii* 1725. & 18 *Maii* 1726. ut videre in *tom.* 6. *parte prima*, *discept* 28. *per tot.* & signanter *à numer.* 52. *usque ad finem*.

Ea ratione, quia mutato Statu Ecclesiæ, mutatur Jus, ejusque effectus, quam adducunt præfati Authores, quibus addimus Card. Petram ad *Const. Apostol. tom.* 3. *fol.* 54. *numer.* 21. & *seqq.* ubi, nedum hanc 49
conclusionem comprobat, sed ulterius reprobat aliquos Authores, inclinantes in opinionem contrariam, ostenditque debilitatem fundamentorum, ex quibus aliqui moventur ad impugnandam dictam magistralem decisionem *Seraphini*, quotidie à Sac. Rota se- 50
quutam, & à Sacr. Congregationibus approbatam; Addimus etiam *Rot. in Toletana Decimarum de Capilla super Congrua* 12. *Martii* 1703. *§. Nec obstat coram Scotto.*

Nec non præmittimus, quod Vexillum Dominicæ Passionis, & Salvatoris nostri signum, in ecclesiasticis Functionibus distinguens Ecclesiasticas Cohortes, ex adductis in *tom.* 1. *discept.* 26. *num.* 40. & 51
tom. 2. *part.* 1. *discept.* 1. *numer.* 4. & 115. in Funeralibus unice deferendum est illius Ecclesiæ, sive hæc Regularis sit, sive Secularis, in qua Defunctus tu- 52
mulandus est, ut per viam legis determinatum habemus in Urbe à *Stat. Cler. cap.* 5. *§.* 7. ibi — *Procedant omnes gradatim sub una tantum Cruce*, *illius videlicet Ecclesiæ*, *ad quam Cadaver tumulandum defertur*, *nec alia Crux sub quovis prætextu*, *vel consuetudine* (*quæ potius dicenda est corruptela*) *erigatur*, *sive sit propriæ Parochiæ*, *sive Regularium*, *sive Laicorum Confraternitatum*, *sive etiam Capitulorum Collegiatarum*, *etiam insignium*, & *Patriarchalium*; Quod millies resolverunt Sac. Congregationes ut no- 53
tant *Monacell. in Formul. tom.* 1. *tit.* 5. *form.* 7. *num.* 37. *Lantusc. in Theatr. Regul. fol.* 621. *post princ. Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap.* 20. *num.* 5. & 6. *Barbos. de Paroch. cap.* 26. *num.* 78. *Marchett. de Sepult. tit.* 50. *numer.* 25. *Pignatell. consult.* 73. *numer.* 175. *to.* 8. cum aliis, citatis in *tom.* 3. *part.* 1. *discept.* 31. *à num.* 4. *usque ad fin.* & *in tom.* 5. *part.* 2 *discept.* 25. *per totam.*

Non potest autem clariùs demonstrari insubsistentia prætensi Laudi, quàm distinguendo omnia illius 54
Capita, quæ sunt sequentia.

Primò, *quòd in casu tumulationis alicujus Cadaveris*

ris in prædicta Collegiata Ecclesia, si invitentur, & interveniant Canonici Capitulariter, isti præcedant Parocho, Sacrista verò, & Presbyteri incedant uti singu-
55 *li, omnes verò sub Cruce Parochi, absque eo quod Canonici deferre possint propriam Crucem,*

Secundò, quod toto tempore expositionis Cadaveris in dicta Ecclesia stare debeat erecta Crux Parochi, functiones verò Missæ Cantatæ, & similium expleantur à
56 *Canonico hebdomadario, quoties Canonici intersunt Capituraliter, excepto ultimo Vale dando à proprio Parocho.*

Tertiò, quod in casu declarationis Cadaveris ad Ecclesias Regulares, Canonici quatenus interveniant Ca-
57 *pitulariter, præcedant Parocho uti supra sub Cruce ejusdem Parochi, à quo pariter dabitur ultimum Vale.*

Quartò tandem, quod in casu delationis Cadaveris ad eandem Collegiatam Ecclesiam, Cera, omniaque alia emolumenta funeralia integre spectent ad Parochum; prout si Corpus Defuncti ibi exponi contingat,
58 *ut inde ad aliam Ecclesiam deferatur tumulandum, Cera, quæ accendetur circa feretrum, & in Altaribus, integrè pariter spectare debeat ad Parochum.*

Omnia enim hæc, uti opposita receptis conclusionibus supra latè comprobatis, & omnium Sac. Congregationum praxi, in nulla prorsùs consideratione habenda sunt in præiudicium nostræ Ecclesiæ, eo quia illius Rectores, & Ministri tempore dicti Laudi sine Apostolico Beneplacito cedere non poterant Juri sepeliendi, dictæ Ecclesiæ ab ejus fundatione competenti, & solemniter comprobatio mediante erectio-
59 ne in Collegiatam insignem anno 1638. facta ab Urbano VIII. ex firmatis pet *Rotam decis. 7. numer. 12. & decis. 601. numer. 9. coram Buratt. & decis. 1021. numer. 5. coram Emerix jun. & in recent. decis. 212. numer. 9. part. 10. & decis. 350. numer. 11. part. 12. & decis. 77. numer. 11. part. 14. & decis. 79. numer. 18. part. 16. & decis. 340. numer. 24. & decis. 574. nu. 6. part. 19.*

Nec dicatur, id verum esse in illis terminis in quibus Ecclesiæ illæ, ac quas deferuntur Cadavera Defunctorum, habent Jura Sepulturæ, & facultatem tumulandi omnes illos, qui in eis sepulturam eligunt, quod non verificetur de nostra Ecclesia, quæ tale Jus tumulandi obtinuit solùm anno 1682. mediante Gratia hu-
60 jus Sacræ Congregationis, quæ exadverso prætenditur subrepititia, & obreptitia, ex quo in illius petitione non fuit facta mentio illarum restrictivarum, quæ continentur in dicto Laudo anni 1648. cujus verba transcripta fuerunt supra.

61 Objectum enim duplici responsione funditus removetur.

Primò, *quia non sumus in terminis simplicis, & privati Oratorii, destinati ad orandum; Sed sumus in vera Ecclesia, erecta ad publicum exercitium Functionum Ecclesiasticarum, quod sufficit, ut ei dictum Jus sepeliendi concessum censeatur*, sunt verba magistra-
62 lis *decis. Sac. Rot. in Romana Juris sepeliendi 16. Maii 1692. §. Quamvis enim coram Manuel.* ubi sequitur duas alias æque punctuales, & uniformes *decis. Coccin. la 2089. & la 2182. coram eodem*, & signanter in secunda *numer.* 1. ibi -- *Ecclesias Sanctissimæ Annunciatæ, & S. Sophiæ, licet fundatas intra Limites certa-*
63 *rum Parochialium, esse proprias Ecclesias, cùm sint deputatæ principaliter ad celebrandum, non autem simpliciter Oratoria, juxta Consilium Decii 148. &c. & licitum esse Christifidelibus in dd. Ecclesiis sibi Sepulturas eligere, nec Parochis esse subjectas, & non posse Parochos facere officium super Cadaveribus in dd. Ecclesiis illatis, quid hoc non est de Juribus Parochialibus, sed Officium prædictum debere fieri à Præsbyteris dd. Ecclesiarum, cùm Jurisdictio Parochi duret usque ad Portas Ecclesiæ, quas sequuntur Tondut. quæst. Benef. lib. 1. cap. 63. numer. 27. & Card. de Luc. de Paroch. 31. num. 6.*

Et quod magis est in dicta Causa prætendentibus Parochis probare consuetudinem immemorabilem in conrarium, Sac. Rota constanter Remissoriam dene-
64 gavit ad illam probandam, ut videre est in *dd. decisio, 2089. & 2182. coram Coccino.*

Dum igitur Jus sepeliendi competebat nostræ publicæ Ecclesiæ usque à tempore illius fundationis, & multo magis ab anno 1638. quando erecta fuit in insignem Collegiatam, & consequenter longè ante dictum annum 1682. hoc Jus, non poterat illi limi- 65
tari, & restringi ab illius Rectoribus, & Canonicis die 25. Septembris 1648. ex supra allegatis.

Secunda responsio in eo consistit, quòd dicto anno 1682. ab hac Sacr. Congregatione liberè, & sine ulla restrictione confirmatum fuit idem Jus sepeliendi, nostræ Ecclesiæ antecedenter competens, prævia Relatione tunc temporis Archiepiscopi cum successiva acquiescentia omnium Parochorum per dictum lon- 66
gissimum spatium annorum quadraginta octo; Imò cum positiva, & præcisa acceptatione d. Rescripti hujus Sac. Congregationis facta à saniori parte tunc temporis Parochorum.

Oppressi moderni Parochi à pondere, & efficacia dicti Rescripti hujus Sac. Congregationis ad illius vires debilitandas gratis ubique asserunt, & repetere non cessant illud uti subreptitium non esse haben- 67
dum in aliqua consideratione, dum tempore petitionis dicta facultatis Juris sepeliendi, huic Sacr. Congregationi non fuit narrata dict. Laudi præexistentia.

Sed Responsio nullam meretur animadversionem, dum à die 11. Aprilis 1682. quo emanavit idem Rescriptum, effluxi sunt anni quadraginta octo, qui longissimus temporis lapsus est plusquam sufficiens ad præscribendum quemlibet prætestum subreptionis, Docto- 68
res enim præcisè quærentes *intra quantum tempus dari possit de subreptione, vel obreptione* (sunt verba *Antonell. de Tempor. leg lib. 2. cap. 100. in princip.*) una voce concordant, *quòd facultas opponendi de subreptione, vel obreptione contra quamcumque Gratiam, spatio quadraginta annorum præscribitur*, ut prosequitur idem *Antonell. ubi supra*, & concordant aliis supra adducti.

Absque ulla profusus difficultate, attenta evidenti nullitate ejusdem Laudi, ex tribus capitibus deducta, & concludenter supra demonstrata, quod operatur, 69
ut omissio mensionis ejusdem Laudi apta non fuerit causare aliquam subreptionem, ex ibidem Citatis.

Taciturnitas enim illius actus, qui nullus est, ad subreptionem, vel obreptionem inducendam in nulla habetur consideratione juxta punctualem *Gloss. in cap. Suggestum verb. Quamvis posterius de Jurepatron.* quam 70
sequuntur *Felin. in cap. Ex tenore numer. 2. de Rescript.* ubi *Decius numer. 15. & Alexander cons. 42. numer. 6. lib. 4.* & firmavit *Rota decis. 783. num. 2. part. 3. & decis. 138. num. 12. part. 16. recent. & coram Cerr. decis. 369. num. 5.* ibi -- *Quia cùm hujusmodi provisio esset nulla &c. non fuit opus de illa mentionem facere, & consequenter illarum taciturnitas nullam causat subreptionem.*

Nullitatem ejusdem Laudi factis comprobarunt Parochi, non solùm illud nunquam allegando per spatium annorum ferè quinquaginta, sed ulterius punctuali exequutioni demandando dictum Rescriptum huius Sacræ Congregationis anni 1682. nullatenus conforme dispositis in dicto Laudo; Si enim volebant insistere in exceptione eiusdem rancidi Laudi, non debebant tanto tempore differre, seu non 71
procurare illius exequutionem, Textus est litteralis *in leg. Si quis fortè §. 1. ff. de Pœn.* ibi -- *Non enim debebat tam magnam rem tamdiu retinere*, quem sequitur *Oldrard. cons. 185.* à quo prædictum Textum didicisse fatetur *Cravett. cons. 148. numer. 12.* & testa- 72
tur *Rot. coram Ansald. decis. 26. numer. 24.* & concordant alii, adducti per eandem *Rot. in Rossanen. Juris prohibendi 3. Julii 1702. §. fin coram Lancetta inter alias hodie impressas coram eodem la 236. num. 4. & in Romana Dotis, & Luc. 10. Decembris 1703. §. Tertia coram Muto.*

Nec credimus repetendum assertum præiudicium, quod resultat Parochis ex Jure sepeliendi, nostræ 73
Ecclesiæ competenti.

Ultra quod enim huiusmodi prætensum præiudicium

cium non esset in aliqua consideratione habendum,
etiamsi in facto subsisteret, uti dependens ab illo
74 Jure, quod mediante erectione nostræ publicæ Ec-
clesiæ acquisitum fuit, juxta supra animadversa.

Dicimus primò, quod illud in omnem casum, uti
dependens à futuro, incertoque eventu, & à volun-
tate Fidelium, non potest haberi ad nostrum effe-
ctum in aliqua consideratione, juxta theoricam *Bu-*
75 *trii in cap. Cum olim num.* 15. *de Consuetud.* quam se-
quuntur *Marant. respons.* 28. *numer.* 34. *& seqq. & Lot-*
ter. de Re benefic. lib. 1. *q.* 36. *num.* 10. & firmavit *Rot.*
in dec. 17. *num.* 11. *apud Antonell. de Jurib. Cleric.* ibi --
Similia præjudicia, tanquam eventualia, in nihilo con-
siderari debent.

Dicimus secundò, *quod Jus Parochiale non consistit*
in humatione omnium Cadaverum Parochianorum, sed
consistit in humatione illorum Cadaverum, quæ non ha-
bent, aut non elegerunt Sepulturam, & in exactione
Quartæ funeralis (sunt verba *Fargn. de Jurepatr. to.*
1. *fol.* 94. *num.* 4.) ubi concordantes cumulat, & con-
cordant alii, adducti *per Sperell. decis.* 88. *num.* 4. ibi --
76 *Pro Parocho dici poterat, ipsum habere intentionem in*
Jure fundatam, unumquemque in propria Parochia (ni-
si aliam eligat sepulturam) esse tumulandum. De quar-
ta autem funerali nullum adest dubium in nostro casu,
uti ex hac Parte nullatenus controversa, & expressè
reservata in rescripto hujus Sacræ Congregationis an-
ni 1682.

Ex quo uno ore inferunt Doctores, quod erectio-
ni novarum publicarum Ecclesiarum cum facultate
sepeliendi Cadavera illorum, qui in illis sepulturam
eligunt, se opponere nullatenus possunt Parochi,
quando illis reservata fuit Quarta funeralis, quæ de
77 Jure eis debita est, & circa quam de præsenti nulla
adest difficultas, ut latè probat *Samuel de Sepult. tra-*
ctat. 1. *controv.* 5. *conclus.* 4. *fol.* 97. & magistraliter fir-
mavit *Sac. Rot. in decis.* 17. *per tot. apud Antonell. de Jur.*
Cleric. cum aliis, citatis, *Fargn. de Jurepatr. parte*
prima, can. 4. *cas.* 8. *numer.* 4. *vers. Unde cùm fol.*
mihi 95.

Circa prætensam acceptationem Laudi anni 1648.
quæ asseritur facta à Canonicis, necnon respectu
exequutionis Rescripti huius Sacræ Congregationis
anni 1682. prævia diligenti Informatione datæ: Ar-
78 chiepiscopo Marsilio, nihil superest addendum supra
adductis.

Specialem tamen animadversionem merentur ineffe-
ctuatio dicti prætensi Laudi, in facto concludenter
probata, & punctualis observantia secundi, hoc est
Rescripti huius Sacræ Congregationis, in facto pa-
riter concludenter demonstrata; Actus etenim in effe-
79 ctuati nullam merentur considerationem, ex addu-
ctis *à Card. de Luc. de Regalib. disc.* 184. *sub num.* 5. *&*
à Rot. decis. 525. *numer.* 16. *coram Bich. & in Gerunden.*
Capituli 9. *Martii* 1703. §. *Magisque coram Omanna*
cum aliis, citatis *in tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 9. *num.* 149.
& part. 1. *discept.* 13. §. 2. *num.* 14. E'contra verò pun-
ctualis, & præcisa observantia subsequens dicti Rescri-
pti huius Sacræ Congregationis, nimis considerabilis
80 est, atque in omni materia hoc proprium habet,
ut eodem modo intelligendus sit Actus, quo observatus
fuit, etiamsi contrarius intellectus de Jure verior esset,
magisque verborum sensui accommodatus, imò etiamsi ta-
lis intellectus esset malus, & de Jure non tenendus,
sunt verba *Rotæ dec.* 937. *numer.* 28. *coram Dunozett.*
Jun. Et in durioribus terminis observantiæ ipsarum-
81 met Apostolicarum Constitutionum, idem sæpè fir-
mavit *Sac. Rota*, & signanter *coram Emer. jun. decis.*
28. *num.* 8. *&* 9. ibi -- *Observantia est optima Consti-*
tutionum Apostolicarum interpres, etiam contra proprie-
tatem verborum, & veriorem Juris intellectum, etiam-
si intellectus esset malus, vel de Jure non tenendus, &
in part. 12. *recent. decis.* 300. *num.* 30. ibi -- *Observantia*
facit intelligi Litteras Apostolicas eo modo, quo fuerunt
observatæ, quamvis intellectus contrarius videretur de
Jure verior, & in part. 13. *decis.* 216. *num.* 6. *& in part.*
16. *decis.* 257. *num.* 9. *& in part.* 18. *decis.* 411. *num.* 10. *&*
in Neapolitana Funeralium 2. *Aprilis* 1688. §. *Et sane*
coram Card. Caccia.

Imò ex hac longissima observantia Rescripti huius
Sacræ Congregationis penitus difformi à prætenso
antiquo Laudo, plusquam tacite infertur, contra-
riam prætensionem directam esse ad inducendam ma- 82
gnam novitatem. *Nimis autem durum esse immutare*
ea, quæ longo temporis cursu servata fuerunt, per hæc
verba notat *Rot. decis.* 212. *num.* 3. *&* 4. *part.* 17. *recen.*
Et ratio adducitur *à D. Joann. Chrysost. epist.* 1. *ad Corin-*
th. homil. 7. ibi -- *Nihil adeo conturbat animum, etiam-*
si fiat ob aliquod utile, quam innovare, & concordant 83
adducti *per Capon. discept.* 85. *num.* 11. *& seqq. tom.* 2. *& à*
Rot. in decis. 29. *in fin. apud Antonell. de Jurib. Cleric. &*
in Motalen. super bono Jure 27. *Januarii* 1708. §. *Cæterum*
coram Ansaldo, & in Frisingen. Juris deputandi Curatos
24. *Martii* 1713. §. *Primo coram eodem.*

Habemusque in hac parte celebre illud dictum Jo-
annis Garziæ, Card. Millani, de quo in eius *Vit.*
lib. 2. *cap.* 3. *Le novità non dimostrano mai a primo*
aspetto tutte le difficoltà, che possono produrre, ren 84
dendosene tutto il di molte, che promosse con ottimo
fine hanno partorito mali effetti, quod refert etiam
Pignatell. consult. 9. *n.* 18. *tom.* 9.

De quibus pessimis effectibus novitatis, quæ præ-
tenditur exadverso introduci, non sine fundamento
dubitare possumus in præsenti, dum contraria præ-
tensio non habet pro fine utilitatem, & commodum 85
Parochorum, iuxta illorum solitum; teste *Rota cor.*
Falconerio decis. 76. *sub num.* 1. *versic. super hoc Jure fu-*
nerandi tom. 4. *seu in Miscellan.* Quia Funeris emo-
lumenta dictis Parochis in nostro casu in tota sua la-
titudine non controvertuntur, sed, non sine ambi-
tionis nota, unice tendit ad inducendas confusiones,
& aperiendam magnam, & spatiosam viam pertur-
bationibus in Ecclesiasticis Functionibus, non sine
Laicorum publico scandalo, quibus præcludendus vi-
detur aditus, injungendo Parochis, ut per eam viam
incedant, quam eorum Maiores pacificè calcarunt,
non per unum, vel alium annum, sed per longum 86
spatium annorum supra quinquaginta, iuxta Aristo-
telis celebre consilium, de quo in *lib.* 3. *tit.* 1. *de Repu-*
blic. ibi -- *Civitatis statum diligant, contentique eo,*
nihil agitent, quod alienum, novumque sit, sed eam viam
ire pergant, quam Majores instituerunt, quæque aliorum
vestigiis attrita sunt.

In universum denique non credimus exadverso uti
punctualem exagerandam esse authoritatem *Samuel.* 87
de Sepult. lib. 1. *disput.* 3. *controv.* 2. *conclus.* 1. *& pluribus*
sequentibus.

Iste enim Author ibidem non loquitur tanquam Theo
logus Religiosus, qualis erat, sed uti Advocatus Paro-
chorum Senensium, ut ex sola illius lectura remanet
manifestum, & propterea in illius authoritate nullum 88
fieri valet fundamentum, ut pro responsione ad *Lot-*
terium firmavit *Rot. decis.* 99. *in fin. part.* 10. *recent.* Et ra- 89
tionem adducit *S. Joann Chrysost. epist.* 1. *ad Corinth. ho-*
mil. 7. *seu ration.* 7. *post med.* ibi -- *Magna vis est præ-*
occupatæ opinionis.

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo idem Samuel
loquitur cum quatuor suppositis, quæ nullam habent 90
facti assistentiam

Primùm, quòd nostra Ecclesia nil aliud sit, quàm
Cœmeterium Ecclesiarum Parochialium, ut videre est
in conclus. 3. *numer.* 33. *&* 34. *fol.* 80. ibi -- *Eccle-* 91
sia Collegiata, quæ est publicum Cœmeterium omnium
Parochorum illius Loci, & Civitatis, & ibi -- *Ec-*
clesia sic Collegiata horum Canonicorum non dumtaxat
est commune Cemeterium, sed quoad Animarum Cu-
ram subest ex gr. Collegiata Senensis Parochis S. Chri-
stophori, & S. Petri de Ovili, quod est adeo insub-
sistens, ut neque responsionem mereatur, juxta no- 92
bilem animadversionem S. Athanasii, sequuti *in Inst.*
crim. lib. 4. *tit.* 8. *numer.* 123. ibi -- *Nimis falsa*
non sunt refellenda, ne habita fuisse credibilia videan-
tur.

Secundum, quòd nostra Ecclesia careat facultate
sepeliendi Cadavera illorum, qui in ea sibi Sepultu-
ram eligunt, ut videre est *in conclus.* 3. *fol.* 97. *nu.* 93
27. *& seqq.* quod pariter non subsistere latè proba-
vimus supra.

Ter-

Tertium, quòd *Canonici* (sunt eius verba *fol.* 81. *conclus.* 4. *num.* 58.) *licet capitulariter procederent in associatione Mortuorum, quando sunt in sua Ecclesia tumulandi in tali casu se habent, sicut cæteri Clerici*: Cujus contrarium determinatur in primo casu præ-
94 tensi Laudi ibi -- *In casu tumulationis alicujus Cadaveris in prædicta Collegiata in Ecclesia, si invitentur, & interveniant Canonici capitulariter, isti præcedant Parocho.*

Quartum demum, quòd Crux sit signum Jurisdictionis, quam cùm non habeant Canonici, in Parochianos Civitatis Senensis, sibi eligentes Sepulturas in nostra Ecclesia, non possint illam eligere in Funeralibus eorum, qui in Collegiata Ecclesia Sepul-
95 turam eligunt. Et tamen ipsemet *in controv.* 3. contrarium nervosè probat, quando Cadavera deferuntur ad Ecclesias Regularium, asserens, unicam esse deferendam Crucem Ecclesiæ Regularis tumulantis, ad quem effectum citat, & sequitur innumeros Authores, referendo verba punctualium resolutionum
96 omnium Sac. Congregationum, ut videre est ibidem *controv.* 3. *per totam fol.* 85. quibus addo alias moderniores, de quibus *in tom.* 3. *part.* 1. *discept.* 31. *num.* 4. & *seqq.*

Respectu verò illius conclusionis, quòd Crux sit signum Jurisdictionis, id nullatenus admittitur à Classicis Doctoribus, sequentibus *Vitalin. in clem.* 2. *num.*
97 4. *de Privileg.* dum alii asserunt, illam esse Vexillum, distinguens Ecclesiasticas Cohortes in ecclesiasticis Functionibus, ut notant adducti per *Pignatell.*
98 *consult.* 30. *numer.* 7. *tom.* 4. Alii verò, esse devotionis signum, ut videre est apud *Franc. decis.* 711. *numer.* 11. ibi -- *Secus autem in hac Falce salutari, & devotionali, & quæ magis exercetur ratione honoris, quàm Officii, Tasserin. de Stat. Homin. quæst.* 187. *art.* 4. *sub num.* 186. *tom.* 2. *Pax Jord. var. lucubr. lib.* 11. *tit.* 2. *quæst.* 91. *numer.* 2. & *seqq.* & *Fattinell. apud Scarfant. tom.* 2. *decis. seu vot.* 56. *num.* 6. 7. 8. & *num.* 26. *Rota in Trojana delationis Crucis super bono Jure* 10. *Decembris* 1708. §. *Minimè obstante coram Aldrovando.*

Quibus stantibus, applicatur conclusio, uno ore ab omnibus recepta, quòd Authori, loquenti cum aliquo præsupposito, isto cessante, fides præstanda
99 non sit, de qua *Gabriel. consf.* 113. *num.* 60. *libr.* 2. *Later. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 31. *numer.* 59. & *Rot. coram Emerix jun. decis.* 1123. *numer.* 8. cum aliis citatis *in tom. primo, part.* 1. *discept.* 14. *numer.* 46.

Die 19. Augusti 1730. proposito in Congregatione Concilii sequenti Dubio, illoque pariter reproposito die 9. Septembris ejusdem anni, dilata fuit illius resolutio. Reproposito tandem die 18. Novembris ejusdem anni: *An Laudum Archiepiscopi, latum die* 25. *Septembris* 1648. *sit exequendum, responsum fuit*: *Affirmativè, & ad Eminentissimum Præfectum, juxta mentem, quam credo fuisse pro Concordia.*

DISCEPTATIO XVII.

Cibinien. Matrimonii

INTER

Juliam Felicem Saxen de Hartemegg

ET

VVenceslaum MitrauscKi

ARGUMENTUM.

Validum est Matrimonium, magno secreto contractum, & cum expressa conditione, quòd illud nullum sit, quatenus divulgetur, verificata divulgatione; Præcipue quando talis conditio non aperitur Parocho, & Testibus in actu illius Contractus. Juramentum suppletorium non datur in materia Matrimonii, quod non potest dici metu, vel vi contractum, quando Sponsi post ipsum per multum temporis spatium matrimonialem Vitam duxere.

QUotidiana experientia none est id, quod observat *Navar. cons.* 11. *in fine de Clandest. despons.* quem ego sequutus fui in *Tom.* 1. *part.* 2. *discept.* 1. *numer.* 63. quod scilicet matrimonia illa, quæ cum magno secreto contrahuntur, ut pluri- 1
mum fiunt aliis matrimoniis, quæ servatis ser. contracta fuerunt, notiora, ab nimium frequentes Lites, quæ circa oriri solent, & concordat *Rota in Romana Matrimonii* 3. *Julii* 1719. §. 1. *cor. Corio*, quod comprobatur ex sequenti casu, circa quem in sensu veritatis consultus fui.

Venceslaus, Liber Baro MitrouusKi, Capitaneus in Regimine Cæsareo, quod in Cibinio, Transylvaniæ Urbe ab Incolis Zeben, à Germanis verò *Nermenestat* appellata à multis annis in Statione degit, familiariter diu conversatus cum nobili Puella Julia Felice Saxe de Hartenegg in Civitate Cibi- 2
nii, Transylvaniæ Capitali, nata, & moram faciente, illam defloravit, & gravidam reddidit.

Re cognita, Mater, & Vitricus dictæ nobilis Puellæ, Capitaneus sub alio Regimento, tunc etiam in Transylvania degente, prædictum Baronem seriò interpellarunt, ut Filiam, & Privignam respectivè, in utero gestantem, cohonestaret, matrimonium 3
cum ipsa effectivè contrahendo, quod ille (justam agnoscendo petitionem) facere non detractavit; Quinimo, subjungentibus iisdem Matre, & Vitrico, ut quanto citiùs id fieret, priusquam scilicet ob proximum partum præjudicium inferretur filiæ, nedum libenter assensum præbuit, sed præcisam diem pro effectuatione matrimonii determinavit.

Statuta igitur dicta, die, punctualiter accessit, & quidem sponte d. Baro MitrovusKi, quamvis clamanter, Hortum scilicet Domus, in qua sponsa habitabat; Quia verò ipsi summè cordi erat, ne publicaretur matrimonium cum Puella conditionis, sibi tantisper imparis, eo quòd ipse esset Gradus magnatitii in Regno Bohemiæ, habens in illo divi- 4
tes consanguineos, à quibus sperabat non exiguam hæreditatem, & fortè Majoratum Familiæ, per pactum expressum, & mediante contractu, in scriptis inito, cum sponsa, ejusque Matre, & Vitrico, sibi promitti voluit, quod matrimonium, ab ipso contrahendum cum dicta Julia Felice, tam ab illa, quàm ab ejus Matre, & Vitrico in summo secreto tenendum esset. Quod sponsa, nec se diceret, nec gereret pro maritata, sed pro libera; Minusque uteretur nomine, aut titulis Uxoris, & ipse nomine Ma- 5
riti, & si ille, vel pro adipiscenda hæreditate, vel alia militari fortuna, se pro libero & absoluto gereret, & haberi vellet, ab hac contracti matrimonii manifestatione non impediretur; Cæterum quo ad mutua pacta dotalia, & successionem in bonis Castrensibus Viri, & dotalibus Uxoris, servarentur ea, quæ in eodem Instrumento fuerunt conventa, quæ cum præsenti inspectione nullam habent annexionem.

Adjecta verò fuit pro præmissorum observantia pæna illa, quod si culpa sponsæ, aut suorum Matris, & Vitrici, divulgaretur matrimonium, ipsa sponsa carere deberet emolumentis matrimonialibus, 6
omnibusque aliis prætensionibus diceretur renunciasse, prout hæc omnia patent ex copia Instrumenti, mihi communicata, & per extensum de Partibus transmissa.

Redatis in scripturam hujusmodi pactis, & utrinque propria manu subscriptis, deventum fuit ad actualem desponsationem in præsentia Antonii Kiffer, Parochi localis, qui erat Missionarius Societatis Jesu, pro Parocho Civitatis Cibiniis palam ha- 7
bitus,

bitus, & ab omnibus communiter reputatis, &
duorum Teſtium, nempe Joannis Michaelis liberi
Baronis de Aloringer, Vitrici ſponſæ, & Stephani
Gangi qualificati medicinæ Doctoris, qui eidem con-
tractui ſe ſubſcripſerunt, & pro complemento fun-
ctionis idem Parochus ſponſis nuptialem benedi-
ctionem Catholico more impartitus fuit, quamvis
ſponſus dumtaxat Catholicus eſſet, ſponſa verò hæ-
reſi Lutheranæ addicta.
Poſt hujus functionis complementum, in Cubi-
culo, undique clauſo, peractæ Sponſus flexis ge-
nibus per vulnera D. N. J. C. obteſtatus eſt om-
nes præſentes, ne quid minimum dicerent de con-
tracto matrimonio, ex quo aliàs poſſet in ſuis for-
8 tunis præjudicium ſentire. Imo, quòd potiùs mori
mallet, quàm quòd ſciretur, tale Matrimonium
contraxiſſe, nullo tamen facto verbo de dicto ſe-
creto conſervando, antea inter Partes conven-
to.
Rebus autem taliter geſtis, per complures men-
tes liberè eandem ſponſam, in Domo Matris, & Vi
trici degentem, adiit ſponſus, & cum illa liberè con-
verſatus eſt, quo tempore filiam peperit, exteræ Nu-
tritis curæ demandatam; Et quòd magis eſt cum ea-
9 dem ſponſa, conſtanter quidem, ſed ſemper clam
habitavit; Coactus deinde fuit in Bohemiam ſe con-
ferre, ex quo Regno dilectiſſimæ ejus Uxori per
complures epiſtolas conſtantem amorem ſuum ſem-
per fuit conteſtatus, mutui amoris correſponden-
tiam exegit, nulliſque aliis terminis, quàm qui Ma-
rito conveniunt, uſus fuit; In reditu tamen re-
perit, divulgatum eſſe Matrimonium ſuum cum
10 præmemorata Julia Felice, quod adeo malè ha-
buit, ut exinde illam pro Uxore ſua recognoſce-
re ampliùs noluerit, prætendens, matrimonium
eſſe nullum, ex eo, quod in illius contractu ad-
iecerit expreſſum pactum, Matrimonium nullum
fore, ſeque ab illius vinculo ſolutum, ſi per ſpon-
ſum, aut illius Conſanguineos, vulgaretur.
Sponſa verò, ejuſque Mater, ut Vitricus jure iu-
rando atteſtati ſunt, per ſe nullatenus publicatum
fuiſſe idem Matrimonium, cæterum illud publicum
11 effectum fuiſſe ex facto vivæ Prolis, propter quam
Sponſa, citra ſuam infamiam, negare non potuiſ-
ſe id, quod tali Teſtimonio probatur.
Ex hoc autem factum eſt, quod ad iudicium res
devenerit, Actrice ſponſa, ut agnoſceretur pro Uxo-
12 re, & ſponſo, tanquam Reo convento, ſupra dicta,
exceptione ſe defendente, eamque iuramento ſuo com-
probare velle offerente.
Cauſæ Judex fuit Prior Vitus Tonneman, So-
cietatis Jeſu Religioſus, Auguſtiſſimi Imperatoris
Confeſſarius, tanquam Præfectus Miſſionum Caſtren-
ſium, à S. Sede, Mediante Viennenſi Nuncio, de-
putatus, à quo, tanquam tali, dependens omnes
Miſſionarii Caſtrenſes, quamvis in Principatu Tran-
ſylvaniæ fixam, continuamque moram facientes, in-
13 ter quos numeratur P. Antonius Kiffer Sacerdos ex-
eadem Societate Jeſu, qui præſens fuit, & tanquam
Parochus adſtitit eidem Matrimonio.
Dictus autem Judex, eodem Parocho, ac Teſti-
bus, neque vocatis, neque auditis, ex repetita aſſer-
tione ſponſi, quod in idem matrimonium non ali-
14 ter quàm cum dicta conditione reſolutiva magni ſe-
creti conſenſerit, ac mediante oblatione, prædicta
omnia, medio eius iuramento confirmandi, ſententiam
protulit tenoris, qui ſequitur.
„ *In Cauſa Matrimoniali, inter Dominam Juliam*
„ *Felicem* Saxe de Hartenneg Actricem ex unam,
„ contra Dominum Joannem Vvenceſlaum Baronem
„ de MitroduſcKi Cæſareum Capitaneum, Reum
„ conventum, ex alia parte, eruitur bona in parte
„ ex ipſis Actis, quod contentus matrimonialis ex
„ parte Domini Dei conventi, non fuerit abſolutè,
„ ſed tantùm ſub certis conditionibus de futuro da-
„ tus, quod quidem ex parte Dominæ Actricis fue-
15 „ runt acceptatæ, ſed ex poſt, contra iuratam pro-
„ miſſionem, non obſervatæ itaut ex hoc motivo,
„ & ex diverſis circumſtantiis Reus conventus, qui
„ ad effectum eludendi actionem plura adminicula
„ habet ſecundum Jura, nec non ex concilio, & Ju-
„ ridico Reſponſo ab exteris Accademiis habito, ad
„ Juramentum ſuppletivi, & deciſorii admittendus
„ ſit, prout admittit &c. ita ut ille de præſenti nunquam
„ abſolutè conſenſerit, nec intentionatus fuerit cum
„ Domina Actrice Matrimonium contrahere, bene
„ autem ad effectum talem obligationem Matrimo-
„ nialem impediendi aliquas conditiones de futuro,
„ præſertim futuræ ſecretationis &c. ſibi ſemper re-
„ ſervaverit, ac per hoc expreſſum pactum fecerit, 16
„ ut nihi ille conditiones ſervaverit &c. ille de nullo
„ Vincullo matrimonii aliquid ſcire, nec ullo modo
„ obligatus eſſe vellet; Deinde, quod in hac reſerva-
„ tione, & pacto ſemper conſtanter fuerit, & in oc-
„ caſionibus colloquendi cum Domina Actrice, ip-
„ ſius Matre, & Vitrico, ante, & poſt copulationem
„ ſemper ad illa relationem habuerit; Etiam quod
„ ſemper fuerit eius certæ Opinioni, ac ſemper id in-
„ tenderit, prædictum conditionem, prout fuit in
„ prima Minuta contractus, ſeu Pactorum matri-
„ monialium præciſis verbis inſerta, quàm ita et-
„ iam expreſſam fuiſſe in alia, per verba æquiva-
„ lentia ad ſugeſtionem Domini Medici Gorgii ſub-
„ ſtituta; Et quòd ulterius commentionatæ condi-
„ tiones, contra omnem ſuam ſuppoſitionem, à Do-
„ mina Actrice, & illis, qui ipſi aſſiſtebant, tan-
„ dem fuiſſent ſubſcriptæ; Deprecatio autem à ſe 18
„ Reo convento per Chriſti amorem è Genibus
„ facta cum conteſtatione, quod potiùs per ma-
„ num Carnificis, Capite plecti, quàm ipſi Do-
„ minæ Actrici in Matrimonium conjugi valet, à
„ Sacerdote ſibi, eo uſque incognito attenta non
„ fuiſſet, ſed inopinato accidenti proceſſum ad a-
„ ctum benedictionis, ſeu copulationis in Cubiculo
„ clauſo, non præmiſſis denunciationibus, ipſe Reus
„ conventus, tam parum ſibi præſens fuerit, ut nec
„ benè intellexerit quod à circumſtantibus de ſe,
„ aut aliis dictum fuerit, neque talia benè obſer-
„ vaverit; eodemque contextu etiam inſtrumentum
„ contractus, ſeu Pactorum Conventorum oblitus,
„ hoc ibidem reliquerit.
„ Si igitur tale Juramentum ſuper articulis, & in
„ terminis præmiſſis depoſitum fuerit, in tali caſu
„ nunc pro tunc & tunc pro nunc quæſtionatum
„ matrimonium nullum, & irritum declaratur, Do-
„ minus Reus Conventus eatenus ab actione ab- 19
„ ſolvitur, & quoad expenſas ad invicem com-
„ penſantur, & hoc de Jure Viennæ in Favorita
„ Cæſarea die 6. Septembris 1725.
„ Vitus Georgius Tenneman Societatis Jeſu, Sa-
„ cræ Theologiæ Doctor exercituum Auguſtiſſimi 20
„ Imperatoris Apoſtolicus Cappellanus major. Chri-
„ ſtianus Hain Presbiter.
Circa hujus Sententiæ vires pro conſcientia, &
veritate de meo ſenſu requiſitus, abſque ullo dubi- 21
tationis principio, crederem, matrimonium eſſe va-
lidum.
Moveor ex eo, quod in illius contractu ſerva-
ta fuerunt omnia ea, quæ de Jure, & ad ter-
minos *Sacri Concilii Tridentini in ſeſſ. 24. de Re-* 22
format. matrimonii ſervanda erant, concernen-
tia illius ſubſtantiam, prout per hæc verba teſta-
tur Parochus, qui eidem matrimonio præſens 23
fuit; *Vigore præſentium teſtor ego infraſcriptus,*
me ritu Romano Catholico, Illuſtriſſimum D. Jo-
annem Vvenceſlaum liberum Baronem Mitroduſcki,
cum per Illuſtri Herula Felice Julia Saxin. de Har-
tenneg, matrimoni junxiſſe, in præſentia legitimo-
rum Teſtium, Illuſtriſſimi Domini Joanni Michaelis
Liberi Baronis de Morigner, & Cariſſimi Domini
Valentini Stephani Gorgi, Artium Licentiati,
Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, ſtatus Ge-
neralis per Tranſylvaniam Medici, quorum fi-
dem facio manu propria, & conſueto Of-
ficiis ſigillo. Sibinii in Tranſylvania vigeſima-
prima Auguſti 1721. Antonius Kiffer Reſidentiæ

Societatis Jesu Cibiani superior, & loci Parochus; Et
propterea illius validitas videtur innegabilis, ex vul-
gatis, apud *Rotam in Leodien. Matrimonii, vigesima*
24 *octava Aprilis millesimo septingentesimo decimo tertio,*
§. Siquidem coram Falconerio, inter ejus postea im-
pressas de sponsal. & Matrimon. decis. tertia, numero
quarto, ibi -- *Apertè proinde convincitur, matrimo-*
nium fuisse perfectè absolutum cum omnibus solemnita-
tibus, a Sacro Concilio Tridentino præscriptis, &
mutuo concurrente amborum Conjugum consensu, can.
sufficiat 24. quæst. secunda, capitul. Tuæ, & cap. Si
inter Virum de sponsalibus & capitulo Licet de Spon-
sa duorum Cardinal de Luc. de Matrimon. disc. decimo
sexto, numero tertio, & Rota decis. trexcentesima pri-
ma, numero primo, part. undecima recentiorum, & in
Placentina Matrimonii, decima octava Novembris,
millesimo septingentesimo decimo quinto, in principio,
coram Scotto ibi -- *Reassumpto fundamentali motivo*
resolutionis ex consensu utriusque Contrahentis, simul-
tanee coram Parocho, & Testibus pandito, in quo sub-
stantiatur validitas Matrimonii.

Non obstat, quod illud prætendatur contractum
cum dicta conditione magni secreti, quod cum
25 non fuerit servatum, ex defectu conditionis non a-
dimpletæ, dicatur resolutum, seu nullum, duplici
responsione.

Prima, quia in facto dicta conditio non re-
git; Secunda verò, quia etiam si illa in facto
26 verificaretur, & concludentissimè probaretur,
validitati matrimonii, nullatenus de Jure obsta-
ret.

Non regit in facto eadem conditio, quia illa
in actu Matrimonii coram Parocho, & Testibus,
nullatenus fuit repetita, vel eidem immediatè post
dictum actum matrimonii notificata, ut patet ex
27 authentica Attestatione ejusdem Parochi, de qua su-
pra, & admittitur in capitulo quinto, dictæ senten-
tiæ.

Hoc autem stante, attendendum non est quid
inter Partes antecedenter dictum, vel conventum
fuit, sed inspiciendum unicè est, quid in actu
Matrimonii coram Parocho, & Testibus fuit con-
clusum, ea ratione, quia tunc contrahi dicitur
matrimonium, & ab illo momento incipit esse,
& perficitur contractus, elevatus ad statum Sacra-
28 menti., ex generaliter adductis per *Jacob. Latom.*
adversus Hæreses titul. de Matrimon. litt. C. fol. cen-
tesimo nonagesimo quinto, Barthol. à Sanctissima Tri-
nitate in Bibliotheca Theologorum, tom. quinto, part.
secunda, lib. 2. sect. undecima, capitulo settantesimo
quinto, fol. centesimo quarantesimo, StocKman. decision.
Brabant. sexagesimo secundo, numero quinto, & Rot.
decision. quatrocentesima trigesima prima, numer primo,
29 *& secundo, coram Royas*; Et in terminis matrimo-
nii, cum hac conditione contracti, quod Vir tene-
retur conservare ejus Uxori virginitatem quæ dein-
de in actu contracti Matrimonii repetita non fuit,
egregiè *Rota in Romana Matrimonii 10. Maii millesimo*
sexcentesimo quadragesimo primo. §. final. coram Piro-
vano ibi -- *Sufficit respondere, conditionem hujusmodi*
non reperiri, nec legi in ipso contractu matrimonii,
prout necessarium esset, ad hunc effectum &c. hodie
impressa *in tom. 2. Miscellan. Pompeii Ursayæ, mei*
dilectissimi Filii decis. trigentesimo septimo, numer. 10.
& seqq.

Videmus hoc practicari in omnibus aliis minori-
bus contractibus, inter quos primum occupat locum
matrimonium, ex supra animadversis, quibus addi-
30 mus *Azor. Institut. moral. part. secunda, lib. quinto,*
capitulo secundo, Maldonat in Summular. cas. conscient.
quæst. duodecimo, articulo primo, ante finem, Roma-
guerra Constitut. Synodal. Gerunden. libr. quarto, de
Sponsal. & matrimon. titulo primo, cap. primo, nume-
ro primo, cum aliis citatis *in Tom. primo, part. se-*
cunda, disceptatio secunda, numero centesimo trigesimo
octavo, & centesimo trigesimo nono.

Est enim communiter receptum inter Doctores,
quod si coram Notario, & Testibus in actu stipu-
lationis alicujus contractus nulla apponatur condi-
tio tempore actualis stipulationis ejusdem contractus, 31
iste dicitur purus, & sine ulla conditione celebratus,
licèt Contrahentes inter se antecedenter convene-
rint de illo conditionaliter celebrando, ex adductis
in decisio centesima nonagesima quinta, numer. tertio,
part. decima tertia recentiorum, ubi quod in his ter-
minis dicitur consultò omissum id, quod non fuit
in actu stipulationis Instrumenti repetitum, Et con- 32
cordat *Ludovis. decis. nonagesimo, numer. decimo quin-*
to, ibi -- *Ad ea, quæ dicuntur circa capitula, suffi-*
cit dicere, quod non sunt producta, & quando esset ali-
quid dictum in ipsis, cùm non fuerit in Instrumento ap-
positum &c. videtur consultò omissum &c. Et applica-
tur vulgata Juris regula quod posteriora attendenda 33
sunt, *lege Pacta novissima* ubi communiter *Repeten-*
tes Codic. de Pactis, Surd. consil. trexcentesimo quin-
gentesimo nono, numer. trigesimo quarto, & decis. cen-
tesimo nonagesimo quinto, numer. septimo, Gama decis.
Lusitana 50. numer. tertio, & Rot. decis. 593. nu-
mer. secundo, part. quarta, & in Melevitana Decre-
torum, vigesima prima Martii millesimo septingentesimo
septimo, in fine coram Ansaldo.

Comprobantur hæc ex illa petitione, seu depre-
catione Sponsi, facta Parocho, & Testibus per Chri-
sti amorem, & flexis genibus, ne vulgarent matri-
monium, coram ipsis contractum, nullo addito ver-
bo, quod, pro eadem divulgatione excitanda, sibi 34
præcaverat mediante speciali conditione, quod si di-
vulgaretur illud esset nullum; si enim ipse credebat,
mediante dicta conditione, taliter fuisse sibi pro-
visum pro evitanda eadem divulgatione, ut per il-
lius verificationem, & publicationem, matrimo-
nium esset nullum, quare illam non expressit in a-
ctu adeo serio, & proportionato, & quidem coram
illo qualificato Teste, qui communiter à Doctoribus
dicitur, Testis Ecclesiæ, nec non testis magnæ
authoritatis, qualem illum vocant *Engel. in Jus Ca-* 35
nonic. lib. quarto, titul. tertio, de Clandestin. desponsi.
numer. decimo quarto. Boss. de Contract. matrimon ca-
pit. tertio, numer. vigesimo primo, Herinx, in Theol.
scolast & moral. tract. quinto, titul. de sponsal. & Ma-
trimon. quæst. secunda, numer. 23. & 24. & Rot. dec.
375. numer. nono, part. undecima recentior. & in Nea-
politana Matrimonii, vigesima prima Aprilis millesi-
mo sexcentesimo octuagesimo primo, §. Nec refert cor.
Albergato.

Agnita fuit magna vis harum legalium reflexio-
num in dicta contraria sententia, in cujus proinde
cap. asseritur, id processisse ex eo, quia coram Pa-
rocho, ex inopinato accidente, processum fuit ad a- 36
ctum benedictionis, seu copulationis, quodque spon-
sus reliquerit id exprimere coram eodem Parocho,
& Testibus, oblitus punctorum, conventorum in
antecedenti Instrumento.

De se autem patet, quantum insubsistens, quan-
tumque frivola sit dicta responsio, & quanta vis fie-
ri possit in hujusmodi gratuita assertione unius ex
Contrahentibus, ad proprium favorem emissa, pro
dissolutione illius contractus, qui primum occupat lo-
cum inter omnes contractus, ex supra animadver-
sis; Nec non pro nullitate, & resolubilitate illius
Sacramenti, quod magnum in Christo, & in Ec-
clesia vocat *Divus Paulus ad Ephes. 5. 32.* Quodque 37
ratione institutionis, loci, & temporis alia Sacra-
menta præcellere observant, *Divus Augustinus de*
Bon. conjug. capit. 18. Jo. Montaing. de Bigam. part. 1.
numer. sexto Raymund in summ. tract. septimo, de Ma-
trimon. in præfat. fol. 523 Esparz. in Curs. Theolog.
quæst 100. de Matrimon. septimo, fol. 527. cum aliis,
citatis in Tom. primo, part. secunda, discept. prima, n.
160. & seqq.

Et si talis assertio in hac materia ad favorem il-
lam emittentis admitteretur, actum esset de Matri-
moniorum indissolubilitate, quia esset in arbitrio u-
nius ex Contrahentibus matrimonium, nedum ra-
tum, sed consumatum, & Prolis susceptione sigilla-
tum, dissolvere, quod quantum insubsistens sit, de 38
se pa-

ſe patet, & in noſtris præciſis terminis firmavit *Rota in Romana Matrimonii* 10. *Maii* 1641. *§. finali coram Pirovano*, hodie impreſſa *in Tom. 2. Miſcell. Pompeii Urſayæ mei dilectiſſimi Filii dict. dec. 37. num. 10. & ſeqq.*

Cæterum huiuſmodi prætenſa oblivio, propter quam, ob opinatum Parochi acceſsum, illi, & Teſtibus matrimonialibus apertum non fuit magnum illud ſecretum, nunquam divulgandi matrimonium, non ſolùm prorſus inveriſſimilis eſt reſpectu dicti actus, adeo eſsentialis, rari, & ardui, paucis momentis antea geſti, concluſi, &
39 propriis Contrahentium ſubſcriptionibus ſigillati, ex iis, quæ obſervant *Jaſon. in leg. ſi res obligata, numer. 36. digeſtis, de Legatis primo*, ibi -- *Factum notabile &c. Nam in hujuſmodi non facilè cadit oblivio*, *Zacchias quæſt. medico legali Tomo primo, lib. ſecundo titulo primo, quæſt. 7. numer. 56.* ibi -- *Egregia facta, ac res magnæ in oblivionem de facili ire non præſumuntur*, cum aliis, citatis in *Tomo quinto part. ſecunda, diſcept. prima, §. num. 6. 14. & 15.*

Sed ad evidentiam excluditur ex illo innegabili facto, in dicto capitulo quinto, ſententiæ admiſſo, quod ſponſus enixiſſimè rogaverit Stantes, ne matrimonium unquam evulgarent; Eodem igitur modo poterat facilitate maxima, imo debebat, ad maiorem firmitatem eius enixæ petitionis, &
40 ad magis, magiſque conſervandum ſecretum illis, quos adeo enixis precibus rogaverat, aperire antecedentem extravagantiſſimam conditionem, reſolutivam Matrimonii, ad hoc, ut cum maiori ſilentio ſecretum cuſtodirent.

Sed quando omnia iſta ceſsarent, & eadem conditio reſolutiva, & annullativa matrimonii conſumati, nedum expreſsa in Partes, ſed in ſpeciale pactum deducta fuiſset, millieſque repetita fuiſset co-
41 ram Parocho, & Teſtibus, & quidem in ipſo actu celebrati matrimonii adhuc attendenda non eſset, & illa non obſtante matrimonium validum eſſet.

Eo quia ageretur de conditione voluntaria de futuro, unicè directa ad diſsolutionem matrimonii conſumati, ad arbitrium unius ex Contrahentibus, & conſequenter cum unum ex ſubſtantialibus bonis Matrimonii, conſiſtens in illius perpetuitate & inſeparabili vinculo, dum illud, tam de Jure Divino, quàm naturali, & Canonico prorſus indiſſolubile eſt; In quibus terminis quælibet voluntaria conditio haberetur pro non appoſita, & matrimonium omni iure validum eſset, ut diſputata ad partes quæſtione, poſt multos concordantes, ſolidè probet communis in matrimonii materia Magiſter *San-*
43 *chez de Matrim. libr. quinto diſput. nono numero primo, & per totam & ſignanter, numer. 8. Verſ. Cæterum* ibi -- *Quia hujuſmodi conditio tollit ſubſtantiam, ac principale bonum matrimonii, ſcilicet eſſe perpetuum, & inſeparabile vinculum*, & concordat alii; quos refert, & ſequitur *Roſſ. de Contract. matrim. capit. 10. numero quarto, & ſequentibus*, ubi quod
44 matrimonium non poteſt recipere ullam conditionem de futuro ſuſpenſivam, & reſolutivam, non ſolùm, uti contractus, ſed etiam tanquam Sacramentum.

Ultra huiuſmodi ſolidas rationes, & ſtringentes reflexiones pro validitate matrimonii, de quo eſt quæſtio, alia æquè urgens deſumitur ex eo, quod modus ille operandi, quo contractum fuit aperit
45 magnam Portam clandeſtinis matrimoniis, ut notat *Segur. in Director. Jur. Eccleſiaſt. parte ſecunda, capitolo decimoquinto, numer. 56.* ibi -- *Maximopere perpendendum eſt, ne detur aditus ad fraudandum hoc Sanctiſſimum Decretum, quia ex hoc contrahendi modo adhuc incommoda, & pericula omnia, quæ ex clandeſtinis Conjugiis ante Concilium oriebantur, nunc oriri poſſent.*

Quæ omnia comprobatur *ex quarto, Libro Poſitionum Sacr. Congregationis Concilii ad capitulo primum, ſeſſ. 24. de Reformat. matrim. fol. 20. de quo in tom. primo parte ſecunda, diſcept. prima numero*, 208. ibi -- *Alii, (quia res exemplo gravis, & quia multi in illo Regno)* hoc eſt Luſitaniæ in dicto caſu, in Orbe Catholico poſſemus addere in noſtro *acciperent occaſionem utendi iſtis fraudibus; Subjungentes, quod Via aperiretur clandeſtinis matrimoniis, quæ Sacri Canones tantoperè abruerunt; Habere ſiquidem videtur ſpeciem iniqui omne magnum exemplum quod contra ſingulos utilitate publica rependitur*, ſunt verba *Rotæ deciſ. 308. numer. 20. coram Dunoz. Seniore.*

Ea, quæ dicuntur in principio, *& §. Si igitur* de Juramento ſuppletorio, dando à ſponſo pro diſſolutione matrimonii, nullam merentur attentionem, non ſolùm quia in re gravi, & cauſa ſpirituali, qualis eſt illa matrimonii, tale iuramentum nunquam datur, ex adductis *à Grat. libr. ſecundo, reſp. ſecundo numero, 32. Ridolphin. in Prax. parte ſecunda capitulo quinto ſub numero, 161* ibi -- *Non datur, quando agitur de cauſa matrimoniali, vel Monachatus Seraphin. de Privil. juram. privileg. 33. numer. 113.* ibi -- *Ex hoc infert, quod juramentum ſuppletorium non habet locum in cauſis matrimonialibus, quia cauſa matrimonialis dicitur gravis, & Rota in Colonien. Matrimonii 21. Junii 1709. § Eoque validius coram Falcon. inter alias bodie impreſſas coram eodem tom. 3. tit. de Sponſal. & matrim. deciſ. prima numero decimoquinto*, ibi -- *Contentio verſatur circa Cauſam matrimonii, quæ dicitur de gravioribus, dum agitur quaſi de Statu hominis &c. Ideoque quantumcumque honeſta ſit Perſona, non eſt locus delationi hujuſmodi Juramenti Gloſſ. &c.* Imo generale eſt in materia probatoria, quod iuramentum ſuppletorium in cauſis gravibus, arduis, & magni momenti, nunquam datur, ex allegatis à *Ridolphin. in Prax. deciſ. parte ſecunda capitulo quinto numero, 150. & Ferentill. ad Buratt. deciſ. ducenteſima ſexageſimaſexta, numero 12.* 47 48 49

Sed etiam quia illud in ſuis caſibus dari ſolet, & debet in illis terminis, qui non ſunt noſtri, quando ſcilicet præcedit ſemiplena concludens probatio circa id, quod controvertitur *Berlich. pratic. Concluſ. parte prima, Concluſ. 53 numero quarto, & quinto, ab Eccleſ. obſervat. forenſ. quæſt. ſecunda, obſerv. 31. numero decimotertio, Conciol. ad Statut. Eugubii lib. ſecundo, rubric. decimatertia numero primo, & Rota coram Seraph. deciſ. 566. numero primo, & coram Anſald. deciſ. 24. numero, 21. & in parte, 18. recent. deciſ. 288. numero decimo.* 50

Quæ concludens ſemiplena probatio in noſtris terminis, eſt prorſus improbabilis, ex ſupra animadverſis, & ſignanter ex illa facti circumſtantia, quod ſi ſponſus oblitus fuit, ut ipſe aſſeruit Judici primæ inſtantiæ, illam aperire Parocho, 51 & Teſtibus in actu contrahendi matrimonium, quanam veriſimilitudine aſſeri poteſt, quod dicatur ſemiplenè, & concludenter probata ex ipſius nuda, & ſimplici aſſertione, ad proprium favorem emiſſa, pro obtinenda matrimonii conſumati diſſolutione? In quibus circumſtantiis eadem aſſertio, neque etiam ad ſui favorem adminiculum fuit, Textus eſt literalis *in leg. Omnibus Cod. de Teſtibus*, cum 52 concordantibus apud *Rot. deciſ. 359. numero octavo, parte nona, recent. & in Tom. quinto parte ſecundæ, diſcept. 6. numer. 26.* Et in noſtris punctualibus terminis egregiè *Rota in Romana Matrimonii 10. Maii 1641. §. Finali coram Pirovano* ibi -- *Nec ſtandum eſſe aſſertioni alterius Conjugis, emanatæ poſt contractum matrimonium & ad illud infirmandum, cùm non ſit in illius facultate tollere Jus quæſitum Marito, &c. impreſſa ubi ſupra deciſio, 37. à numero 10.*

Quibus poſitis, non obſtant tres aliæ reflexiones, in Notula de Partibus indicatæ. 53

Non prima, quod ſponſa eſset hæreſi Lutheranæ

infecta; Ad validitatem siquidem matrimoni sufficit sola paritas baptismis, non attenta fidei disparitate, præcipuè quando (juxta præcisos terminos
54 nostri casus) *agitur de matrimonio*, sunt verba *Rotæ in decis. 319. numer. 14. & 15. Caprara in Regionibus in quibus Catholici permixtim cum hæreticis vivunt, sibique invicem non infestantur, sed familiariter agunt, & pacificè, conjugaliterque cohabitare consueverunt. Ideo hæc matrimonia, ad instar aliorum contra contractum civilem, ob amicitiæ leges, & communem pacem, & tranquillitatem conservandam, to-*
55 *lerantur ab Ecclesia Jure consuetudinario, quod moribus Utentium communiter receptum, habet vim legis, & Canonum, rigorem temperat, Gloss. in can. Non oportet vers. Hæreticis 27. quæst. prima Navar. cons. 1. de Constit. numer. 59. vers. 24. & 61. Azor. Instit. moral. libr. 8 cap. 11. fol. mihi 958. del Bene de Offic. Sanctissimæ Inquisit. dubitat. 153. sect. 5. col. 1. numer. 6. part. secunda D. Thom. in 4. distinct. 39. quæst. unica, Sanchez. de Matrim. libr. primo disp. 72. numer. 5 Pont. in Append. ad Tract. de Matrim.*
56 *capit. 1. numer. 1. Card. de Lugo de Virtut. Fid. Divin. disput. 2. numer. 13. Card. de Laurea in 4. Lib. sentent. tom. 3. disput. 32. art. 3. numer. 60. Sequentem ibidem adducens, æque solidam ac legalem rationem Quia ad contrahendum Matrimonium uti elevatum in Sacramentum, requiritur solùm partitas baptismi non fidei* per Text. in can. Non oportet *vers. Hæretic. 27. quæst. 1. ibique Archid. numer. 4. Bellam. numer. 1. Joan. Andr. in capit. fin. de Condit appos̄it. Pont. de Matrim. in Append. capit. 1. Filliuc. tom. 1. Summæ tract. 10. de Sacram. Matrim. part. 2. cap. 6. quæst. 2. num. 229. Reginald. 2. tom. Pratis lib. 31. num. 164.*

Neque secunda, innixa defectui denunciationem matrimonialium, quia illarum omissio, licet sequi non posset absque peccato, quando non accedit Superioris Ecclesiastici dispensatio, nihilominus apta non est importare nullitatem Matrimonii, ut huic
57 objecto præcisè respondit *Rot. in decis. 375. numer. 10. part undecima, recent.* sequentibus verbis *Minus obstat defectus denunciationem, ad præscriptum Sac. Concil. Trident. sess. 24. de Reformat. Matrim. capit. primo. Quoniam illæ quidem servari debent, sed non sunt adeo substantiales ad validitatem Matrimonii, ut ab earum omissionem irritum sit judicandum, licet eas, absque ordinariis licentia omittentes, graviter peccent, Navar. in manual. capit. 22. sub numer. septimo, versic. Tertiò advertendum &c. Didac. super tit. de spons. dicta part. secunda, capit. 6. sub. numer. 6. ad fin. versic. Contrahit enim &c. quam*
58 *sententiam per Sac. Congregationem approbatam refert idem Card. Bellarm. in loco supracitato in princip. versic. si omittantur denunciationes &c. fol. mihi 340. & Guttier dicto capit. 69. numero quarto, vers. De Parocho autem &c. eamque sequuta fuit Rot. apud Card. Seraph. d. decis. 1099. numero quarto, versic. Non obstat, quod non fuerint factæ denunciationes &c. Buratt. dicta decis. 530. numer. 15. vers. Respectu denunciationum &c. & decis. 803. numer. 7. vers. Cujus contrarium &c. & in recent. decis 71. sub numero undecimo vers. Quia fuit responsum &c. parte prima & decis. 390. sub numero quinto, versic. quia non obstat defectus cum seqq parte quarta, tom. 2. & decis. 103. numer. 16. vers. Ultra quod &c. part. 5.*
59 *& in Bononien. Fideicommissi Bartholomæi de Bologninis 12. Maii 1645. coram Ghislerio in §. Nec quidquam &c. Honded. consil. 72. numer. 22. versic. Imo quia &c. cum sequentibus libro secundo, Rebell. dicta quæst. septima, sect. secunda sub princip. versic. si tamen. secundo &c cum aliis, relatis per Bonacin. de Sacrament. Matrim. dicta quæstio secunda, punct. 6. sub numero sexto, versic. Matrimonium clandestinum &c. & apud Monacell. in Formular. tom. 3. tit. secundo, formul. 5. numero primo, & Rotam in Placentina Matrimonii 15. Martii 1715. §. Series coram Scotto ibi -- Licet omissæ fuerint præventivæ publicationes, quoniam exinde illicitum quidem, non autem irritum dicitur Matrimonium.*

Non obstat demum tertius prætextus vis, & metus, quibus asseritur contractum matrimonium, de quo est quæstio; De tali siqui- 60
dem vi, metuvè nulla omnino adducitur probatio, *Cùmque versemur in matrimonio, solemniter in facie Ecclesiæ contracto, negari non potest, quin ad illud dirimendum duriores objecti timoris expostulentur probationes, & talis, qui constanti Viro formidinem incutiat*, iuxta præcisa verba *Rotæ in decis. trexcentesimo primo, numer. 21. parte undecima, recent.* & sequendo *Textum in capitulo Cùm locum & capitulo Veniens il secondo de sponsalibus* concordant a- 61
lii, quos refert, & sequitur *Rota in Ulixbonen Matrimonii 16. Septembris 1616. §. Probari enim debet metus coram Pirovano, hodie impressa apud Pompejum Ursaya meus dilectissimus Filius, decis. 44. numero primo, & secundo, in Miscellanea tomo secundo.*

Et tamen tantùm abest, quod huiusmodi concludentiores probationes metus in præsenti concurrant, quia potiùs idem prætextus asserti metus concludentissimè excludatur ab antecedentis concomitantibus, & subsequentibus dictam Matrimonium, ut in his terminis faciendum esse monet *Rota in* 62
Neapolitana Matrimonii 2. Aprilis 1683. §. Etenim cum Franciscus coram Guaxard. ibi -- *Ex quibus facti circumstantiis, præcedentibus, concomitantibus, & subsequentibus, spontaneam voluntatem, & liberum Francisci consensum, omni tempore præseferentibus, qualibet metus excluditur* hodiè impressa ubi supra *decis. 31. num. 10.*

Quoad antecedentia, ex facti serie supra fideliter relata, mihique pro vera, & indubitata supposita, apparet, omnia fuisse priùs communi consensu inter Partes tractata, discussa, & conclusa, mediantibus multis Pacti &c. contentis in scriptura, Propria manu à Contrahentibus subscripta; Qui præcedens tractatus, & pacifica conclusio om- 63
nem prorsus metus prætextum excludit, ex adductis *per Menoch. de Præsumpt. liber tertio, præsumpt. quarta, numer. 26. & sequentibus*, & firmatis *per Rotam in decis. 32. numer. 13. coram Peuting. & decisio trexcentesimo primo, numero decimo quinto, parte undecima, & decisio, 490. numero quarto, part. 18. recent.*

Quo ad concomitantia, habemus pariter in facto, quod sponsus, nec coram Parocho, nec coram 64
Testibus minimum aliquod verbum protulit, vel à remotissimis metum aliquem inferens, vel tum illo connexionem habens, sed potiùs, quod sua sponte, liberè proprium consensum coram Parocho, & Testibus expressit, ipsos tantùm post matrimonii contractum enixè rogando, ne matrimonium propalarent, non quia illud minus libera voluntate contraxerat, sed quia dubitabat, illius divulgationem præiudicium in propriis fortunis eidem afferre posse; Quæ pariter omnia in simul 65
considerata, omnem prorsus metus prætextum excludunt, ut observant *adducti in decis. 490. numero quarto, & sequentibus, quæst. 18. recens & in Neapolitana Matrimonii 2. Aprilis 1683. §. Etenim cùm Franciscus post medium coram Guaxardo, apud Pompejum Ursaym meus dilectissimus Filius, decis. 31. num. 8. & seqq.*

Præcipuè habendo præ oculis qualitatem Testium Matrimonialium, quorum unus erat professione Medicus, spontæ nullo affinitatis, vel consanguinitatis vinculo junctus; Alter verò, licèt Capitaneus in eodem Exercitu Augustissimi Imperatoris, à nullo ex suis Militibus associatus erat, & eodem tempore sponsus pariter eadem qualitate Capitanei in eodem Exercitu qualificatus erat; Et proinde timere aliquid non poterat à dicto alio unico Vivo, ex adductis *in decis. 266. numer. 5. & 6. part. 18. recent.* præsertim in præsentia qualificari Testis, qualis erat Parochus;

Obser-

Observando ulterius, quod neque etiam ex parte
sponsi asseritur, inter ipsum, & Vitricum aliquod ad-
fuisse asperum verbum, vel minarum, seu vis minima
umbram, juxta ea, quæ in his terminis considerat
67 *Rota in Neapolitana Matrimonii 2. Aprilis 1683.*
§. Etenim, & sequenti coram Gnaxardo, impressa
ubi supra.

Quo demum ad Subsequentia, innegabilis conver-
satio inter sponsos considerabili tempore, maritali
amore, postea continuata, omnem umbram præ-
tensi metus prorsus excludit; Ille siquidem qui con-
tra propriam voluntatem vi, vel metu, matrimo-
nium contrahit, non solet cum uxore commercium
habere; sed ab illius conversatione prorsus abstine-
68 re, ut experientia notum est, & observat egregiè
Rota in Cracovien matrimonii super Remissoria 21.
Aprilis 1698. §. Maxime quia coram Card. Triolo,
impressa apud *Pompejum Ursayam in Miscell. tom. 2.*
decis. 15. numer. 14. & 15. Ubi asserit, subsequu-
tam habitationem inter sponsos esse validissimum
69 argumentum liberi, & sinceri consensus, sequendo
Textum *in cap. Adid. de Sponsalibus*, & asserendo,
quod hujusmodi reflexio non admittit probationem
in contrarium quodque consensus, ex tali subsequu-
ta cohabitatione elicitus, præsumitur ab initio, jux-
70 ta *Gloss. in decis. cap. Ad id verbo Per annum de*
Sponsal. ubi refert & sequitur versus illos in ore Ca-
nonistarum satis vulgatos.

Ef[illegible] cùm poteris, ne consensisse videris
71 *N. perstiteris, illius Uxor eris*

Quibus [illegible]nguntur multæ Epistole, D. Juliæ Felici
Scriptæ in quibus illam per Uxore recognoscit, &
vocavit, cùm enim simus in terminos matrimonii
jam contracti, hujusmodi confessiones Viri summo-
perè attenduntur, egregiè *Rota in Leodien Matrimo-*
72 *nii 28. Aprilis 1713. §. Maxime coram Falconerio* in-
ter alias, hodiè impressas coram eodem *la 3. à nu.*
2. to. 3. tit. de Sponsalib. & Matr. ibi -- *Post autem*
suum discessum plures Literas amaterias eidem Mariæ
scripsit, eum vocando Carissima moglie -- Caramo.
glie -- *& se subscribendo* -- Il vostro fedele sposo
Gio. Battista Nuytz -- *Unde cùm agatur de matri-*
monio contracto, istæ confessiones conjugum attenduntur
73 *Glos. in cap. Super eo Verbo confessionem, ubi Abb.*
& cæteri scribentes, de eo, qui cogn. Consan. Uxor.
suæ Dec. dicto cons. 162. sub num. 1. vers. Ubi idem
confirmatur, & sub numer. 2. vers. Accedit etiam
Rota dicta dec. 273. num. 7 & 8. part. 4. divers. & in
rec. dec. 301. nu. 4. part. 11. cum allegatis.

DISCEPTATIO XVIII.

Romana prætensarum Usurarum

INTER

Franciscum de Sactis

ET

Nicolaum de Cola

ARGUMENTUM.

Duplex Contractus, Mutui ex una Parte, & Commodati ex altera, quando dicantur correspectivi, & validi sint, & quando Schedula vulgò Pagarò *non habeat vim Depositi realis, nec efficaciam viæ exequutivæ.*

OCcasione duplicis Contractus, inter Franciscum,
& Nicolaum initi die 22. Julii 1723. medián-
te sequenti Apoca: *Io sottoscritto mi dichiaro di rite-*
1 *nere una Cavalla in prestito da Nicola Cola, Caval-*
laro della Villa di Trognano di Cascia, quale Caval-
la la ricevo sana, e libera d'ogni impedimento il di
22. Luglio 1723. e mi obbligo di restituirla al sopra-
detto Cola nel principio di Novembre prossimo a veni-
re sana, e libera; Et in caso, che detta Cavalla pe-
ricolasse in tempo, che Io sottoscritto la ritengo, si in-
tenda pagata la somma di scudi venti, li quali l'im-
presto gratis, & amore al d. Nicola, come anche Lui fa
a me della Cavalla secondo si costuma nella nostra Ar-
te, e ci obblighiamo Io di restituirli la sua Cavalla, e li
scudi venti, de quali ne tiro appresso di me un pa-
gherò libero, & in fede questo dì 22. Luglio 1723. ori-
tur intricata quæstio, cujus respectu verificantur ver- 3
ba illa *decis. 222. in princ. part. 15. rec. Lite ma-*
jor est quæstio, & de modico non modicè dubitatur,
circa iustitiam scilicet vel iniustitiam contractus,
affinis illi, qui vulgò dicitur *a godere e godere*, qui
proprio, & particulari nomine de Jure vocatur an-
tichresis, ut notat *Alciatus* sequutus *à Calvino in*
Lexic. Jur. Verbo Antichresis ibi -- *Antichresis est,*
cùm convenit, ut pecunia debitor utatur, & fruatur, 4
& creditor, loco usurarum, percipiat fructus pignoris,
eoque interea similiter utatur, & fruatur.

Exempla huius contractus habemus *in leg. prima*
§. Facto ff. de Pignorib. & in leg. 39. De Pignorat
action. & in leg. 9. §. Ultimo ff. de supellectili legat
ut notat *Calvin.* ubi supra, illumque approbat Do-
ctores illi, quos referunt, & sequuntur *Abbas* in ma-
gistrali *Consilio 15. per tot. part. 1. Covaru. Var resol.*
lib. 3 cap. 9. nu. 3. Filliucc. Oper. moral. tom. 2. tract.
36. de Contractibus onerosis cap. 5. num. 90. & seqq.
Homobonus de Examin. Ecclesiast. part. 2. tract. 9. cap.
15. quæst. 42. Dian. coordinat. tom. 6. tract. 3. de Con- 5
tract resol. 29. & resolut. 30. per tot. Riccius Col-
lect. 2044. per tot. ubi contrariis respondet *Mynsin-*
ger Centur. 6. decis. 71. per tot. Carocc. de Locat. &
Conduct. part. 1. qu. 4. verb. Godere à godere *fol.* 6
93. num. 1. ibi -- *Casus est admodum quotidianus,*
cum multi pecunia egentes, concedant domos ad habi-
tandum, & ipsi pecunia utuntur, Bonacin. Oper. mo-
ral. tom. 2. tit. de Contract. disput. 3. quæst 2. punct. 7.
§. 1. num. 6. vers. Primò ratione lucri cessantis fol. mi-
hi 611. Rovit in Pragmat. 1. de Usuris numer. 11.
de Angelis de Delict. part. 1. cap. 133. n. 23. quos sequu-
tus fui in Instit. crim. lib. 3. tit. 7. de Crim. usur.
num. 70.

Pro eiusdem contractus subsistentia, & validitate,
inter alias, duæ afferuntur à dictis Doctoribus rationes;
Prima, quia illum æquiparant contractui innomina- 7
to *do, ut des*, ut videre est apud *Filliuc. Oper. moral.*
tom 2. tract. 36. cap. 5. numer. 90. Homobon. in Exa-
min. Ecclesiast. part. 3. tract. 9. cap. 15. quæst. 42. &
Dian. in Edition. coordin. tom. 6 tract. 3. de Contract.
resol. 30. numer. 1. ibi -- *Contractum hunc validum es-*
se, si illicita pacta non contineat, eo quòd in contractum
innominatum resolvitur, do, ut des; secunda verò,
quod fructus pignoris debeantur Contrahenti ratione dam-
norum, & interesse, ut videre est apud Card. de Luc. 8
in Conflictu legis & rationis observat 167. post med. ibi
-- *Verùm ineptiam, ac irrationabilitatem id redolet,*
quoniam quando pro pecunia, qua mutuatarius, pen-
dente restitutione, fruatur, juste loco damnorum, & in-
teresse, vel & alio juridico titulo pro moribus Regio- 9
nis, Creditori accessiones debeantur, quæ pignoris fru-
ctibus respondeant, adeout justitiæ læsit, ac debitoris
damnum, cum creditoris excessivo lucro, non adsint,
ideoque implicita sequi dicatur fructuum, ac interusu-
riorum compensatio, tunc nulla subest probabilis dubi-
tandi ratio de conventionis validitate &c.

Quæ dicta sint ad solius materiæ ornatum, quia
Nos verè, & propriè sumus in terminis duplicis con- 11
tractus nominati, Mutui nimirum & Commodati,
mutui ex parte Francisci, Commodati verò ex parte
Nicolai.

Mutuum ex parte Francisci literaliter desumitur ex
illis verbis Apocæ, opportunæ repetendis: *La somma*
di scudi venti imprestò gratis, & amore al d. Nicola, 12
iuxta ea, quæ notant communiter Doctores, se-
quuti ab *Alexan. cons. 191. per totum lib. 2. & Rot. dec.*
13. 331. num. 7. coram Coccin. & alibi quotidiè.

Commodatum verò ex parte Micolai æquali cla-
ritate desumitur ex illis verbis eiusdem Apocæ: *Di-*

chiaro di ritenere una Cavalla in prestito da Nicola Cola Cavallaro &c. & ibi -- *scudi venti li quali l' impresta gratis & amore al d. Nicola, come anche lui fa a me della Cavalla secondo si costuma nella nostra Arte*, in quo propriè consistit Commodatum, iuxta Textum literalem *in §. Item is, cui res Institut. Quibus modis re contrahitur obligatio* ibi -- *Commodata autem res tunc propriè intelligitur, si nulla mercede accepta, vel constituta, res sibi utenda data est, & concordant citati & sequuti à Tamburin moral. libr. 9. tit. de Mutuo capit. 6. §. primo numero 5.*

Quibus positis, & in Jure solidè fundatis, non sine magna impropriètate, & æquali insubsistentia prætendit Nicolaus mercedem à dicto Francisco ratione usus ejusdem Equæ à die 23. Julii 1723. quo factus fuit contractus Commodati, usque ad diem
14 6. Octobris ejusdem anni, quando eadem Equa fuit restituta *Commodatum enim debet esse gratuitum, alioquin mercede interveniente locutus tibi usus rei videtur*, sunt verba *Textus in dicto §. Item is, cui res Institut. Quibus modis re contrahitur obligatio*, In sensu siquidem omnium Theologorum, Canonistarum, & Civilistarum per hoc essentialiter inter se differunt Commodatum, & Locutio, quod primus contractus nullam admittit mercedem, secundus verò sine illa non potest in esse deduci
15 latè animadversis in *Institut. crim. libr. 7. de Usur. numer. secundo & pluribus* sequentibus, quibus addo citatos *à Tambur. Oper. Moral. libr. 9. de Contract. capit. 6. de Commodato numero undecimo & seqq.*

Cum hac Juris dispositione, & natura contractus Commodati, & cum solito, inter Carbonarios notario, & infra observandis, se conformare voluerunt Contrahentes, literaliter, & reciprocè convenientes in hoc, quod sicuti Franciscus gratis, & amore mutuabat Nicolao scuta
16 viginti; Ita Nicolaus gratis, & amore commodabat Francisco suam Equam ibi -- *La summa di scudi venti impresto gratis, & amore al d. Nicola, come anche fa lui a me di detta Cavalla.* Adversus igitur hujusmodi clara verba, & clariorem declarationem utriusque Contrahentis nimis in civile, & æqualiter indignum esse vide-
17 tur, mercedem prætendere ad *Textum literalem in leg. Generaliter Cod. de non numerata pecunia* ibi -- *Nimis indignum esse judicamus, quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioque proprio resistere* & con-
18 cordant *Cassiod. libr. 5. epist. 21.* ibi -- *Pondus est pudoris gravissimi, propria voce convinci, & Rota decis. 158. numero undecimo parte prima, recent.* ibi -- *Non convenit bono viro, ut quod semel dixit, postea revocet*, quæ repetit coram *Verall. decis. 190. num. 2. part. 1.*

Nec dicatur, quod hujusmodi contractus videantur claudicare ex parte Nicolai, qui commoda-
19 vit Equam, aptam ad offerendum lucrum, non sic autem ex parte Francisci, qui simpliciter mutuavit summam scutorum viginti, ex eorum natura infructiferorum.

Objectum enim non regit in facto, & non sub-
20 sistit in Jure Imò mirabiliter contra Nicolaum retorquetur.

Non regit in facto; Tum quia Equæ, destinatæ ad vecturam Carbonum, à mense Julii usque ad mensem
21 Novembris nullum omnino commodum afferre possunt ex quo, ut est notorium eodem tempore Carbonarii recedunt ab Urbe, neque ad illam Carbones venire faciunt usque ad d. mensem Novembris; Tum etiam, quia non est verùm, quod eodem tempore non poterat Franciscus habere Lucrum ex dicta summa scutorum viginti, attenta facilitate illa, quæ quotidiè reperitur in magnis Urbibus pro investiendis pecuniis,
22 ut est notorium, & observant adducti *à Scac. de Commerc. & Camb. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliat. 8. num. 226. Leotard. de Usur. quæst. 74. n. 43. Matt. Medic. dec. 14. nu. 29. & Rota coram Ansald. dec. 65. n. 19.*

Non subsistit in Jure, quia eo ipso, quod Partes cubitalibus literis duos fecerunt contractus, Mutui scilicet, & Commodati, quorum uterque nullatenus 23
aptus est ex propria natura ad procedendum fructus, seu Lucrum, circa istud non est ulteriùs indagandum quia non est sermo de Pupillis, neque de Minoribus, & quod magis est non sumus in terminis Contractus Trini, mohatræ, vel alterius, æqualiter ignoti, aut imperceptibilis inter Carbonarios, & Dominos Equarum, dum ille quotidie inter eos practicatur, ut clarè fussi fuerunt Contrahentes in eadem Apoca verbis istis *secondo si costuma nell' Arte*, Quod comprobatur ulterius ex solemni iurata Attestatione octo Testium, quorum depositiones exhibitæ fuerunt, qui cùm deponant de facto proprio, 24
de quo re, ipsos concernente, omnem merentur fidem *Dec. cons. 56. num. 4. Alex. cons. 197. numer. 5. & Rot. apud Posth. de Manut. decis. 170. num. 5. & coram Buratt decis. 193. num. 5. & 6. & coram Emerix jun. decis. 66. num. 3.* Atque ad augendam illorum fidem verificantur de illis ea, quæ de se ipso scripta reliquit *S. Joan. Apost. epist. 1 in princip.* his 25
verbis: *Quod vidimus oculis nostris, quod audivimus, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt, hoc testamur, & annunciamus ut ex illorum depositione* ibi -- *Abbiamo più, o diverse volte, sino al presente, costumato con diversi Cavallari, farsi dare da medemi una Cavalla o Cavallo nell' estate, cioè doppo, che hanno finito il Careggio del Carbone, quali Cavalli abbiamo noi sottoscritti ritenuti per tutta l' estate, cioè 26
d' aversceli riportati alli nostri Paesi, e servitosene in ciò, si e stato necessario, e non si e costumato dare altro alli medesimi Cavallari, che tanto denaro, quanto era il prezzo di essi Cavalli, ad effetto, che in caso fossero pericolati detti Cavalli, li medemi Cavallari a- 27
vessero avuto il suo denaro, cioe il prezzo, e questo si costuma per patto espresso, e successivamente nel ritorno hanno fatto in Roma li detti Cavallari per fare li nuovi Careggi di Carbone, abbiamo restituito il d. prezzo di essi Cavalli, ò almeno se ci è piacciuto quello abbiamo dato qualche piccola dilatione nella restituzione di d. denaro, cioe tempo di qualche mese in circa, Che è quanto per verità possiamo dire essendo il seguente Affare passato per le nostre mani più, e diverse volte &c.*

Idemque comprobant sex alii similis Testes informatissimi, sequentibus verbis „ Per la vertià ricer.
„ cati facciamo &c. fede &c. come si è pratticato, 28
„ e si prattica, tanto da noi infrascritti, quanto da
„ altri, di dare a godere una, o più Cavalle alli Pa-
„ droni di Carbone con riportarne dalli medemi l'
„ obligo di restituirne senza alcuna convenzione di
„ ricognizione per il commodo della medema, o me-
„ deme, ma solamente da dd. Padronali s' impresta
„ a noi infrascritti una somma di venti, o trenta
„ scudi, delli quali glie si fà il Recapito libero, ma
„ però non gli si dà emolumento alcuno, o reco-
„ gnizione, e ciò torna conto, tanto a noi infrascrit- 29
„ ti, quanto, che all'altri Cavallari, perche vengano
„ le medeme governate da dd. Padroni, & in caso,
„ che perissero, ci venghi pagati, o pagato il valore
„ delle medeme, oltre il fruttato, che possiamo ri-
„ ricavare dal traficare il d. denaro &c.

Et quod magis est idem practicavit Petrus Cola, Patruus Nicolai, cum Carolo Spada Carbonario, idque pluribus vicibus, ut solemniter testatus fuit in autentico documento; Itaut innegabile solitum similium contractum Mutui, & Commodati inter Carbonarios, & Dominos Equarum, intra evidentia fines constitutum sit; Esse autem nimis durum immutare ea, quæ longo tempore cursu servata sunt, per hæc numero verba firmavit *Rot. decisione ducentesima decima secunda, numer. tertiò, parte 17. recentiorum.*

Mirabiliter demum contra Nicolaum retorquetur objectum, Quia (juxta tenorem Apocæ) Franciscus mutuans, non autem Nicolaus commodans, dici potest gravatus, expensis nimirum Equæ, commodatæ à die 23. 30
Julii usque ad diem 6. Octobris anni 1723. simplici-
ter

ter necessariis promanutentione dictæ Equæ ex ad-
31 ductis à *Tamb. Oper. Moral. libr. 9. tract. 1. de Mutuo cap. 6. num. 5. & tract. 4. cap. 6. de Commodato num. 3. & seqq.* & signanter *num. 5. & Bonac. oper. moral. Tom. 2. tit. de Contract. quæst. 16. de Commodato num. 4. vers. quæres ad quem pertineant expensæ, factæ à Commodatario;* Non sic autem respectu Nicolai mutuatarii, quia iste nullus expensas facere debebat, sed merum Lucrum reportavit ex
32 d. mutuo scutorum 20. gratis, & amore, ei facto à Francisco, ad occurrendum suis extremis indingentiis, quibus summoperè præmebatur de mense Julii dicti anni 1723.

Nulla demum vis fieri potest contra Franciscum, ex quo iste pro dicta summa sc. 20. reportaverit à Nicolao un Pagarò, ut dicitur in fine Apocæ ibi - *E ci oblighiamo Io di restituirli la sua Cavalla, e Lui li*
33 *scudi venti, de quali ne tiro appresso di me un Pagarò libero* Ista enim Schedula, seu *Pagherò* in nihilo immutavit naturam dictorum contractuum Mutui, & Commodati, inter Contrahentes gestorum, sed ambo æqualiter sagaces, & attenti, voluerunt habere cautionem in manibus pro reciproca restitutione Mutui, & Commodati, Micolaus nimirum scut. 20. pro pretio Equæ, quatenus restitui noilet, una cum
34 originale Apocæ, quam tunc solum Francisco restituit, quando ab eo suam Equam habuit; Franciscus verò dicunt *Pagherò*, quatenus dubietas emergeret circa Equæ restitutionem, in casu scilicet quo Nicolaus suam habuisset Equam, & sc. 20. non restituisset.

Neque hic intrant termini efficaciæ, & vis, quibus pollent Schedulæ *Tagherò*; Quia id verum est in illis casibus, in quibus non constat de illarum correspectivitate, seu causa, propter quam Sacri fuerunt, secus autem in nostro casu, in quo sola lectura Apocæ, pro eius securitate à Nicolao originaliter retentæ, ictu oculi ostendebat finem, propter-
35 quem factus fuerat, quo casu non dicitur continere verum depositum, cum Privilegiis *Pagarò*, ut egregiè observat *Constantin. ad Statut. Urbis lib. 1. anot. 12. num. 154.* ibi -- *Inutilis est quæstio super Schedula Pagarò, quæ sit pro totidem facta pro debito antecedenti, ex causa mutui pretii rerum vel alia causa, si enim in tali Schedula est expressa causa non intrant Privilegia Depositi irregularis, & celeris executionis ac alia, concessa de Stylo Schedulæ* Pagarò *simplici* per altrettanti, ea ratione, quia stante expressione Causæ, non potest dici, quod talis Schedula contineat debitum depositi, dum aliud debitum extra depositum in illa remanet expressum, &
36 constitutum; Ad hoc autem in nostro casu manibus palpandum, hoc est ad demonstrandam causam, & finem propter quem Schedula Pagarò facta fuerat, sat erat, & est Apocam originalem (quam Nicolaus prò sua cautela apud se retinebat) sub oculis habere, ut illam legenti manifestum est.

Ex quibus si Judex essem ita constanti animo judicarem reiiciendo petitionem Nicolai, ut utar verbis *Decii Consil. 190. in fine.*

DISCEPTATIO XIX.

Aversana Jubilationis

PRO

Jo. Baptista del Tufo Cantore Cathedralis Aversanæ

CUM

Capitulo ejusdem Cathedralis

ARGUMENTUM.

Canonicus jubilatus quibus Emolumentis extraordinariis gaudeat, & an ei competat Tortio Fallentiarum aliorum Canonicorum. Distinguuntur multi casus, in quibus Canonicus, fictè inserviens Ecclesiæ, habetur pro verè interessente. Exceptio quando firmet regulam in contrarium.

ANno 1715. Innicus Cardinalis Caracciolus, Episcopus Aversanus, donavit donationis titulo irrevocabiliter inter vivos Capitulo Cathedralis Ducatos 300. ad effectum illos erogandi in emptionem 1
Bonorum stabilium, sivè Censuum, sub speciali lege, quod fructus, ex tali Investimento percipiendi, semper coacervarentur, & multiplicari deberent, usque ad ejus obitum, quo sequuto, voluit, quod ex fructibus dicti Multiplici quot annis fieret Anniversarium, cum absolutione in fine, ut ex Relatione moderni Episcopi, quæ datur *in Summ.*

Expleta dicta donatione cum præfato onere, idem Episcopus, circa distributionem eorundem fructuum, animi sui sensum aperiens, declaravit, quod de fructibus, ex demandato multiplico provenientibus, participarent illæ Dignitates, illique Canonici, & Beneficiati, qui verè, & non fictè personaliter interessent dicto Anniversario, ab illius exordio usque 2
ad absolutionem, seu finem, necnon illi, qui actuali infirmitate detinerentur, ut ex eadem Relatione Congregatoque Capitulo die 24. Decembris 1722. in eo relata dicta donatione, cum onere præfato, illa fuit unanimi suffragio acceptata, & prævio Decreto Curiæ Episcopalis, lato die 19. Januarii sequentis anni 1723. ad illius perpetuam memoriam post tres annos, hoc est anno 1726. in Tabella Onerum ejusdem Cathedralis idem Anniversarium his verbis descriptum fuit -- *Cui Anniversario omnes DD. Canonici, & Beneficiati tenentur interesse, & assistere, vere, & personaliter usque ad postrema absolutionis verba, ut lucrentur distributiones, dicto Anniversario assignatas, de quibus nullus Absens partem consequatur, nisi fuerit actu corporali ægritudine* 3
detentus, exclusis omnibus aliis, qui ficte, & Juris interpretatione censentur Choro interesse; Atque ita omnino servari jussit præfatus Eminentissimus D. ex Decreto Curiæ Episcopalis die 19. Januarii 1723. -- ut ex dicta Relatione.

Die verò 12. Martii 1729. Joannes Baptista del Tufo, Cantor nostræ Cathedralis Ecclesiæ, ob continuum laudabile servitium, eidem Ecclesiæ per an- 4
nos quadraginta punctualiter præstitum, reportavit Sac. Congregatione Concilii gratiosum Jubilationis Indultum sub amplissima formula, ut quamvis in posterum non inserviat eidem suæ Ecclesiæ, nihilominus *fructus omnes, & distributiones quotidianas percipere valeat, ac si Choro, & Divinis Officiis personaliter interesset*, ut non controvertitur.

Amplissimum hoc Jubilationis Indultum pro exequutione directum fuit eidem Cardinali Innico Caracciolo Episcopo, qui absque ulla penitus restrictione, concernente emolumenta dicti Anniversarii, illud 5
exequutioni demandavit sub die 2. Aprilis ejusdem

anni

anni 1729. mediante Sententia, quæ datur in *Summ.* cohærenter ad clara verba dicti Indulti præcisè in illa demandando, ut idem Cantor del Tafo *Fructus omnes, & distributiones quotidianas percipere possit, & valeat, ac si Choro, & Divinis Officiis personaliter interesset.*

Vita functo Mense Septembris 1730. d. Cardinali Innico Caracciolo, expletoque, proinde in exequutionem prædictæ eius voluntatis eodem Anniversario per Capitulum Cathedralis, Istud à participatio-
6 ne fructuum, sive Emolumentorum, pro dicto Anniversario assignatorum, prætensionem excitavit excludendi. Cantorem, sub obtentu, quod iste non interfuisset celebrationi dicti Anniversarii; Quamvis autem illius Emolumentum, dividendum inter omnes Canonicos, & Beneficiatos sit tenuissimum, & dicunt Cantor minimè curet densum lutum, juxta phrasim *Habacuc.* 26. teste moderno Episcopo in fine dictæ suæ Relationis ibi -- *Hujusmodi Controversiæ causa non est aviditas lucrandi, longe siquidem ab utraque Parte abest avaritiæ sordes,* Adhuc tamen,
7 adimplendo obligationem illam, quam in his terminis agnoscunt Sancti Patres; & Theologi sequuti *à Rota apud Antonell. de Jurib. Cleric. decis.* 19. *num.* 1. pro tuendo Indulto, sibi indefinitè concesso, & æquali generalitate etiam exequuto de mandato dicti Cardinalis Caraccioli, prævio Decreto per ipsius Curiam præventivè facto, in quo nulla omnino legitur restrictio, seù coarctatio, nomine ejusdem Can-
8 ticus petitur declaratio, idem Indultum eidem suffragari etiam ad effectum lucrandi emolumenta Anniversarii prædicti, & Voti compos fieri cum omni legali fundamento sperat.

Antequam autem id demonstremus cum magistrali *Gloss. in cap. unico verb. Adfuerint de Clerico non residente in sexto,* præmittimus, duas adesse Formu-
9 las, quibus Jubilationis Indulta concedi solent. Prima est illa, ut Canonicus jubilatus percipere possit sui Canonicatus emolumenta, perinde ac si præsens esset; Secunda verò, ac si Choro, & Divinis Officiis personaliter interesset. *Primo casu,* sunt verba *Glossæ* ubi supra, *dispensatio hæc facit, cum reputari pro præsente, sed non pro interessente Divinis Officii, sed, si præsens esset, & Officiis non interesset, has distributiones non perciperet, ut hic, ergo nec dispensationis vigore percipiet; sed, si dicatur in Gratia, quod recipiat, ac si præsens esset, & Divinis Officiis inte-*
10 *resset, tunc secus, ratione prædicta,* quam distinctionem sequuntur adducti per *Fagn. in cap. Licet num.* 103. *de Præbend. Pignatell. consf.* 115. *numer.* 24. *& consul.* 116. *num.* 10. *in fin, tom.* 9. *Monacell. in Formul. tom.* 4. *fol.* 37. *num.* 65. *Scarfant. ad Ceccoper. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 15. *fol.* 134. *& Petra ad Constitut. Apostolicas tom.* 2. *ad Constit.* 12. *Innoc. III. sect.* 2. *num.* 4. *&* 5.

Illamque amplexa fuit hæc Sac. Congregatio in quindecim Resolutionibus, à me relatis *in tom.* 3.
11 *part.* 2. *discept.* 4. *num.* 111. *usque ad num.* 150. quibus addi potest alia *in Romana Jubilationis* 8. *Junii* 1722. de qua *in Libr.* 74. *Decret. huius Sac. Congregationis fol.* 196. *à tergo.*

Inter quas punctualissima est illa *in Burgi Sancti Donnini* 19. *Aprilis* 1704. quam sequuntur etiam *Monacell. in Formul. tom.* 2. *tit.* 13. *formul.* 2. *numer.* 74. nec non *Fargn. de Jurepat. tom.* 2. *can.* 27. *cas.*
12 11. *numer.* 32. *fol.* 529. & in qua præcisè demandaverat Episcopus, ut Emolumenta extraordinaria, ab eo relicta suo Capitulo, deberentur interessentibus tantùm, juxta verba Folii, dicta die distributi §. 1. ibi -- *Quæ per Decretum bon. memor. Episcopi Pallavicini d. anno* 1666. *assignata reperiuntur pro qualibet Hora Canonica, & Interessentibus tantùm debentur, ut in copia dicti Decreti per manus circumferendi:* Et tamen hæc Sacr. Congregatio, Partibus ple-
13 nè informantibus, Dubio, *An Indultum Jubilationis, concessum Razzino sub die* 29. *Aprilis* 1702. *suffragetur pro participatione omnium fructuum, & distributionum, etiam extraordinariarum, & contentarum in Decreto bon. mem. Episcopi Pallavicini,* respondit *Affirmative,* ut videre est in *lib.* 54. *Decret. hujus Sac. Congregationis fol.* 148. *à tergo & fol.* 149.

Hæc sola resolutio hujus Sac. Congregationis, uti punctualissima ad nostrum effectum super abundare videtur, quia illa perinde habetur, ac si esset casus legis, ex adductis per *Fagn. in cap. Quoniam numer.* 12. *de Constit. & Ricciard. in Lyc. Ecclesiastico tom.* 2. *cap.* 14
8. *§.* 6. *section. unica num.* 48. & firmatis per *Rot. dec.* 72. *num.* 4. *cor. Ansaldo, & in Perusina Præeminentiarum* 2. *Decembris* 1711. *§. Fortiùs coram eodem, & in Romana Præcedentiæ* 12. *Decembris* 1724. *§. Stabilita coram Cerro, & in Passavien. Visitationis* 26. *Februarii* 1731. *§. Eoque certiùs coram Rezzonico.*

Et tamen addimus, quod cum dicta communiter recepta distinctione, & laudabili Solito huius Sacr. Congregationis concurrit innegabile factum Cardinalis Caraccioli, fundatoris dicti Anniversarii, qui generaliter admisit Jubilationem favore Cantoris sine ulla limitatione, vel restrictione ad Emolumenta, ab ipso relicta suo Capitulo; Civibus attentis, cum omni legali fundamento dicimus, quod ex supra animadver- 15
sis favore eiusdem Cantoris, nedùm militat dispositio Juris communis, nec non laudabile Solitum huius Sac. Congregationis, sed etiam dicti anniversarii pii Fundatoris voluntas, quæ ex vulgatis, quocumque modo de illa constet, in omni materia totum facit. Si autem unumquodque ex istis motivis, etiam separatim sumptis, nimis urgere videtur pro affirmativa resolutione nostri Dubii, multò magis eundem operantur effectum simul unita, egregiè *Rota decis.* 9. *num.* 18. *& seqq. coram Arguell. & decis.* 93. *numer.* 34. *coram Ansaldo,* ubi adducit notorium exemplum fasciculi 16
virgarum, quæ separatim sumptæ facilè rumpuntur, non sic autem unitæ, & in *Romana* 5. *Martii* 1731. *§. Frustra coram Calcagnino,* prudentia, doctrina, integritate, affabilitate, omniumque virtutum genere conspicuo.

Quibus non adversanrur verba illa, quibus anno 1726. idem Anniversarium adnotatum fuit in Tabella Onerum nostræ Cathedralis. *Cui Anniversario omnes DD. Canonici, & Beneficiati tenentur interesse, & assistere vere, & personaliter usque ad postrema absolutionis verba, ut lucrentur distributiones, dicto Anniversario assignatas, de quibus nullus Absens partem consequatur, nisi fuerit actu corporali ægritudine detentus, exclusis omnibus aliis, qui ficte, & Juris interpretatione censentur Choro interesse, atque ita omnino servari jussit præfatus Eminent. Dom. ex Decreto Curiæ Episcopalis die* 19. *Januarii* 1723.

Pro detegenda etenim inapplicabilitate huius reflexionis, præmittimus, quod de Jure multi dantur casus, in quibus Canonicus dicitur fictè intervenire Sacris Functionibus, & nihilominus capax est participandi de Emolumentis, debitis verè interessentibus eidem Sacris Functionibus, puta; Respectu illius, qui postquam à febri liber evasit, per Urbem incedit, ut 17
salubriori aere fruatur, viribusque roboretur, *Bonacin. Oper. moral. tom.* 1. *tit. de Horis Canon. disp.* 2. *quæst.* 7. *punct.* 2. *num.* 4. *versic. Secundò distributiones;* Respectu illius, qui causâ pestis, quæ in Loco, vel actualiter grassatur, vel adest proximum periculum, ut in illo 18
incalescat, abest à Loco suæ residentiæ *Monet. de Distribut. par.* 2. *quæst.* 5. *nu.* 74. Respectu illius, cui incussus fuit metus, ob graves inimicitias, post obtentum Canonicatum ortas, propter quas abesse cogitur *Garz. de Benefic. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 351. *vers. Fallit tertiò & Cherubin. ad Constitut.* 55. *S. Pii V. schol.* 1. Respectu illius, qui abest à sua residentia, ob Litem, quam Capitulum contra ipsum injustè prosequitur *Nald.* 19
in Summa verb. Distributiones nu. 10. *& Rot. cor. Royas dec.* 74. *n.* 1. Respectu illius, qui privata vi detinetur, aut ab Hostibus captus fuit. *Navar. consf.* 11. *per totum de Cleric. non resid. & Macign. de Horis Canon. cap.* 71. *num.* 66. Respectu illius, qui ob Terremotus periculum in sua Ecclesia residere non potest *Barbos. ad Conc. sess.* 24. *de Reformat. cap.* 12. *numer.* 97. *& seqq. & Fargn. de Jurepatron. tom.* 2. *part.* 2. *canon.* 7. *cas.* 11. *numer.* 17. Respectu illius, qui ex iniusto Superioris præcepto abesse cogitur, vel iniustè in Carcerem conicitur *Rot.* 20
in Ca-

in Calag. 2. *Junii* 1586. §. 1. *cor. Card. Plato*, quam refert, & sequitur. *Tuscus Commun. conclus. lit. D. conclus.* 514. *n.* 9. Respectu illius, qui post longum tempus carcerationis absolutus fuit à delicto, sibi imputato, non solum ex capite innocentiæ, sed etiam *ex hactenus deductis*, *Piton. discept. Eccles.* 127. *num.* 3. Respectu
21 illius, qui laborat podagra, propter quam ad suam Ecclesiam accedere nequit, *Rota coram Bichio decis.* 626. *num.* 1. Respectu illius, qui de consilio Medici è Domo non egreditur, ob valetudinis periculum, aut illius, qui Domi se continet, causa sumendæ medicinæ *Graff. decis. aurear. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 10. *& Az-*
22 *zor. Institut. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 10. Demum, gratia brevitatis, aliis omissis, de quibus latè *Barbos. ad Concil. sess.* 24. *de Reform. cap.* 12. *à num.* 88. *Antonell. de Jurib. Cleric. lib.* 2. *p.* 6. *cap. ultimo per totum Monacell. in Formul. tom.* 2. *tit.* 13. *formul.* 2. *à num.* 76. *Scarfanton. ad Ceccoper. tom.* 1. *lib.* 2. *tit* 9. *per totum*, *& Fargn. de Jurepatron. tom.* 2. *part.* 2. *canon.* 7. *casu* 11. *à num.* 16. *fol.* 326. Respectu illius, qui injustè excommunicatur,
23 suspenditur, vel interdicitur *Bonac. Oper. moral. tom.* 1. *tit. de Horis Canonicis disput.* 2. *quæstion.* 5. *punct.* 2. *numer.* 10.

Quibus præmissis, dicimus, quod cùm, nedum in prædictis, sed in multis aliis similibus modis, & casibus, potest Canonicus dici fictè intervenire Choro,
24 & eodem tempore lucrari suas distributiones, verba supra posita pii Fundatoris nostri Anniversarii, intelligi omninò debent de prædictis, vel similibus modis fictè interveniendi Choro, non autem extendi valent ad casum Canonici jubilati.

Primò, quia casus jubilationis est de illorum numero, qui raro accidunt, ex quo notoria experientia clarum est, quod ex multis Canonicis, pauci ni-
25 mis sunt illi, qui eorum Ecclesiæ per continuum spatium quadraginta annorum punctualiter, & laudabiliter inserviant; Clamant autem omnia jura, quamlibet dispositionem aptari ad ea, quæ frequenter accidunt, non autem comprehendere ea, quæ raro contingunt, ut videre est *in Authentico*, *Ut sine prohibitione Matres*, ibi -- *Quod raro fit &c. non observant Legislatores, sed quod plerumque, & respiciunt, & medentur*, *& in Leg. Ex jis ff. de Legib.* ibi -- *Ex jis, quæ forte uno aliquo casu accidere possunt, Jure non constituuntur*, *& in leg. Nam ad ea ff. eodem* ibi -- *Ad ea potiùs debet aptari jus, quæ, & frequenter, & facile, quàm quæ perraro eveniunt* -- ubi *Gloss. verb. Ex jis* lepidè infert; *Unde propter bonas*
26 *Fœminas non debet fieri Lex, quia raræ, sed propter malas, quia multæ sunt* -- & notant adducti per *Monacell. in Formul. tom.* 1. *titul.* 3. *formul.* 13. *num.* 3. ibi -- *Lex respicit id, quod frequentiùs accidit, & non ad ea, quæ raro contingunt.*

Et in terminis Lectoris Jubilati, me scribente, cum eadem textuali dispositione processit *Cong. Epis.*
27 *in Ordinis Clericorum Regularium Minorum Jubilationis* 23. *Martii* 1719. *Ponen.* Card. Corsino, postea Clemente XII. ut videre est *in tom.* 3. *part.* 2. *discept.* 4. *num.* 58. *&* 110.

Secunda responsio desumitur ex natura dictorum emolumentorum nostri Anniversarii, quæ fraternizant cum Distributionibus extraordinariis, seù fallentiis aliorum Canonicorum, quæ secundum communiter receptam Canonistarum, & Sacræ Rotæ opinionem *debentur per Jus non descrescendi, per quod*
28 *pars data retinetur*, sunt verba Folii, in hac Congregatione distributi die 3. *Decembris* 1729. *in Romana Distributionum §. Ponderanda est etiam*, suntque in hac parte magistrales *Decisiones coram Mantica la* 226. *&* 236. *per totas*. Et tamen, quidquid sit de illis Canonicis, qui supradictis aliis modis fictè dicuntur interesse Choro, quibus proindè eædem distributiones extraordinariæ propter absentiam Canonicorum non debentur, certum est, quod Canonico jubilato ex eadem ratione, quod illæ debentur per jus non decrescendi, & tanquam non separatæ à communi Massa distributionum, omni jure debitæ
29 sunt, ut, omissis antiquioribus resolutionibus hujus Sacræ Congregationis, me scribente, novissimè resolvit *in Romana Jubilationis* 28. *Julii* 1731. favore Pii Raymundi Ghislerii, Canonici S. Mariæ in Via-Lata de Urbe de qua in sequenti Disceptatione, & priùs, me pariter scribente, resolverat favore Joannis Petri Stradæ, Canonici Sanctorum Celsi, & Juliani *in Romana Jurium Canonicalium* 5. *Maii* 1703. ut videre est apud *Fargn. de Jurepatron. tom.* 2. *part.* 2. *canon.* 27. *casu* 11. *num.* 13. *fol.* 527.

Tertiò, quia talis videtur esse introspecta, & verisimilis voluntas Card. Caraccioli, qui dum ad participationem emolumentorum sui Anniversarii admisit Ca-
nonicos, actualiter ægrotantes, non dicitur exclusisse omnes illos, qui fictè eidem Anniversario intersunt, 30
quales sunt actualiter ægrotantes, ut notant communiter *Repetentes in Cap. Ad audientiam de Cleric. non resid.* ubi *Gloss. verb. Infirmitas*, *& in Cap. Unico eodem titulo in sexto*, aliisque adducti per *Rot. decis.* 108.
num. 8. *cor. Coccin. & in Majoricen. Distributionum* 25. *Junii* 1677. §. 1. *coram Vicecomit.* 31

Hec replicetur, quod exceptio illorum Canonicorum, qui actualiter ægrotant, apposita in Tabella Onerum Missarum nostræ Ecclesiæ, firmet regulam contrariam in omnibus aliis casibus, & consequenter
etiam in nostro Jubilationi, juxtà *Textum in leg. Quæsitum §. Denique ff. de Fund. instruct.* & firmata per *Rot. in decis.* 14. *num.* 1. *& seqq. part.* 6. *& decis.* 537. *nu.* 5. *part.* 19. *rec.* 32

Objecto etenim punctualiter occurrit *Federic. de Senis cons.* 233. *num.* 3. *versic. Non obstat*, observando, id limitari in illo casu, in quo alia congrua interpretatio dari potest, quia tunc casus exceptus non fir-
mat generalem regulam in contrarium, & concordant alii, sequuti per *Barbos. Tract. varii axiomat.* 85. *num.* 5. Quæ congrua interpretatio exclusiva Indulti jubilationis in nostris terminis est nimis verisimilis, & æqualiter in Jure fundata ex supra animadversis. 33

Secundò respondemus verbis illis punctualis *decis. Rotæ coram Falconerio la* 10. *num.* 14. *de Offic. Ordin. Et si exceptio, seu reservatio firmet regulam in casibus, non exceptis, sive reservatis, non tamen ita am-
pliat eadem regulam, ut extendi valeat ultra ejus terminos*, circa quam concordant multi classici Authores, in eadem Decisione citati, & à Sac. Rota sequuti, quibus addimus alios citatos *à Piton. discept.* 56. *num.* 13. ibi -- *Quoties autem dari potest alia interpretatio &c. tali casu exceptio illarum in una par-* 34
te non denotat voluntatem contrariam in altera, Et proindè quid quid sit, an eadem exceptio circa physicum impedimentum actualis infirmitatis, excludat alios similes casus physici impedimenti, nunquam applicari potest ad casus impedimentorum moralium, seù specialis privilegii, juxta illos casus, quos, data opera, supra sigillatim enumeravimus, per ea, quæ egregiè observat *Joannes Baptista à San. Severino in leg. Omnes Populi num.* 587. *& seqq. ff. de Justitia*, *& Jur.* & concordant *Gabriel. commun. conclus. tit. de Statut. conclus.* 10. *num.* 5. *& Surd. decis.* 124. *nu.* 35
15. *vers. secundò non contradicit*; Congruam autem, legalemque rationem post multos concordantes, frustra hic transcribendos, adducit *Gabriel ubi supra* aureis istis verbis; *Exceptio non facit, ut generalis dispositio comprehendat ea, quæ alias non comprehenderentur, non apposita exceptione, ut tradit &c.* 36

Tertia responsio innititur punctuali authoritati *Abb. in cap. Inter alia num.* 15. *de Immunit. Eccles.* quem adductis concordantibus sequitur ibidem *Fagnan. num.* 34. ibi -- *Exceptio non firmat regulam, quando
alii casus sunt excepti à Jure, sed in casibus non exceptis suppletur à Jure communi*, quæ repetit *in cap. Officii num.* 42. *&* 43. *de Pœnitent. & remiss.* quæ ad hominem applicantur nostro casu, quia ut supra probavimus, Jure communi attento, Canonico jubilato, cum clausula ut perinde habeatur, ac si Divinis Officiis personaliter interesset, omnia emolumenta extraordinaria debentur, & sequendo punctualem *Text. in cap. Quia circa de Privil.* ibi -- *Cùm nihil exceperit, & potuerit excepisse &c.* in nostris præcisis terminis probat *Piton. de Controv. Patron.* 37

alleg.

alleg.64. num. 24. ibi -- *Admisit quoad omnem speciem distributionum, nullamque speciem excepit, & excipere tenebatur, alias quidquid non fuit specialiter exceptum, intelligitur concessum per Text. in Canon. Qualis &c.*

Quartò respondemus, quod, attenta generalitate verborum nostri Indulti, illiusque majori generalitate circa illius executionem, non sufficit ad illud restringendum regularis propositio, quod exceptio firmat regulam in contrarium, sed requirebatur specialis, & individua exceptuatio egregiè *Fagnan. in cap. Cùm venissent num. 12. de Sac. Unctione* ibi -- *Et quamvis exce-*
39 *ptio firmet regulam in contrarium, non tamen ampliat ejus naturam, ut comprehendat ea, quæ sunt aliàs reservata, & de quibus facienda est mentio specialis*, & melius *Petra*, referendo ita decisum ab hac Sac. Congregatione *tom. 5. ad Constitut. Apostolic. ad Const. 4. Calixti III. sect. 11. num. 83.* ibi -- *Et licet exceptio firmet regulam in casibus non exceptis, non tamen ampliat ejus*
40 *naturam, ut comprehendat ea, quæ sunt alias reservata, & de quibus facienda est specialis mentio.*

Pro quorum faciliori admissione non omittimus observare, quod etiam si aliquod in hac parte superesset dubium (quod non credimus) in hoc semper inclinan-
41 dum esset favore Canonici iubilati, ex illa bona ratione, quæ legitur apud *Divum Ambros. lib. de Viduis circa finem* ibi -- *Ut aliis spes futuræ quietis subeundis faciat operibus promptiores*, cum aliis apud *Fagnan. in cap. Licet num. 166. de Præbend.* ibi -- *Hoc enim in utilitatem Ecclesiæ intelligendum esse sancitur, ut Canonici, & Ministri spe immunitatis assequendæ ad servitium Chori diutius exhibendum alacriores reddantur, & Scarfant. ad Ceccoper. lib. 2. tit. 6. num. 10.* ibi -- *Spes hujusmodi immunitatis alacriores reddit Ecclesiæ Ministros ad diligentius servitium exhibendum.*

Dubium huius Causæ erat sequens: *An Indultum Jubilationis, concessum Cantori del Tufo, eidem suffragetur*
42 *ad effectum lucrandi Distributiones, assignatas à Card. Caracciolo pro Anniversario, relicto pro ejus Anima.*

Quod propositum non fuit in Congregatione Concilii, quia Cantor ex hoc Mundo discessit Eo tempore,
43 quo omnia parata erant quo illius propositione, & hoc modo verificata fuerant ea, quæ observavimus *supra num. 25.* comprobata à quotidiana experientia in multis similibus casibus.

DISCEPTATIO XX.

Romana Fallentiarum

PRO

Canonico Raymundo Ghislerio.

CUM

Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Via lata de Urbe.

ARGUMENTUM.

Canonicus, jubilatus cum verbis: Ac si Choro, & divinis Officiis personaliter interesset; *nedum gaudere debet de Fructibus Præbendæ, & Distributionibus, sed etiam da Fallentiis, & Punctaturis illorum Canonicorum, qui divinis Officiis, & Choro non intersunt.*

Post continuum quadragenarium servitium, insigni Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Via lata de Urbe laudabiliter præstitum à Canonico Raymundo Ghisle-
1 rio, die 27. Julii 1726. Congregatio Concilii Jubilationis Gratiam eidem benignè concessit, specialiter indulgendo, ut in posterum perinde haberetur, *ac si Choro, & officiis divinis personaliter interesset*, quæ nedum fuit punctuali exequutioni demandata à Card. Pamphilio, tunc eiusdem insignis Collegiatæ Titulari,
2 sed ulteriùs à Capitulo, & Canonicis admissa, concedendo eidem, tam participationem fructuum Canonicatus, postea vacantis per mortem Canonici Mongalli, quàm respectu Fallentiarum, seu Punctaturarum aliorum Canonicorum, quæ eisdem Canonicis probè nota, non revocantur in dubium.

Quia verò hodiè in controversiam eidem adducitur portio earundem Fallentiarum, petit idem Canonicus 3
Ghislerius æque solitum, atque legale Rescriptum *Dentur Decreta*, in quibus dicta Congregatio semper fuit in sensu, ut eædem Fallentiæ debeantur Canonico Jubilato; Ea viva ratione, quia illæ participant de natura Distributionum, quarum partes sunt, ex firmatis per *Rot. decis. 500. num. primo, coram Coccin.* sicuti autem illæ debentur Canonicis, Choro, & divinis Officiis interes- 4
sentibus, ita participare de illis debet Canonicus Ghislerius, qui ex speciali Gratia d. Congregationis Concilii perinde habetur ac si Choro, & divinis Officiis personaliter interesset iuxta præcisa verba dictæ Gratiæ.

Inter multa autem Decreta d. Congregationis sparsim citata per *Pignatell. consult. 116. tom. 9. Monacell in* 5
Formullar. legal. tom. 2. form. 2. tit. 13. num. 14. & in supplem. tom. 4. fol. 36. num. 64. Scarfanton. ad Ceccoper lib. 2. tit. 6. num. 8. & seqq. Fargn. de Jurepatr. tom. 2. fol. 405. & 406. & fol. 529. Jo. Battist. Pitton. in Constit. spectan. ad Canonic. fol. 512. & à me in unum collecta, & unita 6
in Tom. 3. part. 2. discept. 4. à numer. 111. usque ad n. 150. in addi possunt aliæ sequentes.

Pisauren. 21. Februarii 1647. libr. 18. Decret. fol. 295. ibi -- *Sacr. Congregatio censuit, supradictum Canonicum Pacium, vigore Jubilationis à Choro, per hanc Sac.* 7
Congregationem eidem concessæ, percipere debere Distributiones in Fructibus, eodem modo, ut alii Canonici, uti inservientibus assignatas, nec non & portione, quæ accrescit eo tempore, quo Canonicatus vacant, & ex portione, quæ ex Punctaturis aliorum Canonicorum non inservientium accrescit.

Reatina Distributionum 19. Aprilis 1692. ad 4. Dub. lib. 44. Decr. fol. 241. ibi -- *An Canonico Jubilato debean-* 8
tur Fallentiæ Canonicorum absentium, si Choro non intersit. Affirmative,

Aquipendii Jubilationis 23. Martii 1697. ad III. Dub. Lib. 47. Decret. fol. 85. & fol. 111. ibi -- *An possit participare de Distributionibus, quos ponunt in Massa cæteri Canonici, tam quoties ipse præsens est in Choro, quàm et-* 9
iam quoties abfuerit. Affirmative etiam quoad Fallentias.

Alia Aquipendii Indulti 1. Aprilis 1719. lib. 64. Decr. fol. 447. ibi -- *An Canonicus Seraphinus vigore Indulti Jubilationis, in Choro non intersit, participare debeat de* 10
Punctaturis, seu Falentiis. Affirmativè, ut amplius, & Burgi S. Donnini 19. Aprilis 1704. tom. 54. fol. 148. à tergo ibi -- *An Indultum Jubilationis, concessum Pazzino sub die 29. Aprilis 1702. suffragetur pro participatione omnium* 11
fructuum, & Distributionum, etiam extraordinariarum. Affirmativè.

Hujusmodi autem punctuales Resolutiones vim Legis habent, ex animadversis per *Fagnan. in cap. Quoniam num. 12. de Const.* & firmatis *per Rot. decis. 7. num. 3.* 12
apud Antonell. de Jurib. Cleric. & in Montis Falisci 13. Junii 1729. in fin. coram Rovault de Gamachos.

Licèt autem eadem conclusio limitetur in illis casibus, vel Testatores contrarium demandaverint, vel adsint Statuta Ecclesiarum, vel particularis, & antiquissima 13
consuetudo, legitimè probata, & in Contraditorio judicio canonizata, excludentes Jubilatos à participatione dd. Fallentiarum; Nihilominus eadem limitatio ad summum posset procedere in illis terminis, in quibus Jubiliationis Indultum concessum fuit cum simplice illa clausula, *ut Jubilatus possit percipere omnia Emolumenta, ac si præsens esset;* Secus autem, quando (ut in 14
nostris terminis punctualiter verificatur) Jubilatio concessa fuit cum amplissima clausula, *ac si Choro, & divinis Officiis personaliter interesset*, ut conciliando Authores, & declarando Resolutiones Sac. Congregationum, 15
quæ videntur contrariæ, egregiè advertit *Pignatell. Consul. 115. num. 24. & consult. 116. num. 10. in fin. tom. 9. & concordat Monacell. in supplem. tom. 4. formul. fol. 37. numer. 65.*

Ratio

Ratio disparitatis inter dd. casus palmaris est, & in eo consistit, quòd licèt Canonici, qui mora faciunt
16 in Civitate, & suburbiis, dicantur præsentes, ad effectum tamen amittendi Distributiones, & Fallentias, habentur tanquam absentes, nisi Choro intersint; Non sic autem respectu Jubilati cum clausula, *ut pe-*
17 *rinde habeatur, ac si Choro, & Divinis Officiis personaliter interesset*, quia iste participare debet de dd. distributionibus, & Fallentiis eodem prorsus modo, quo de jisdem Distributionibus, & Fallentiis participant Canonici illi, qui Choro, & Divinis Officiis perso-
18 naliter intersunt, quam disparitatem adducunt *Pignatellus, & Monacellus* in locis, supra citatis, Quibus addo *Scarfanton. ad Ceccoper. tom. 1. lib. 2. tit. 6. num. 15. fol. 134. & Petr. in Comment. ad Apostolic. Constitut. 12. Innoc. tertiis sec. 2. num. 4. & s. tom. 2.*

Pro quorum faciliori admissione militare videntur duæ Juris regulæ; Prima, quia Card. Ghislerius reperitur in pacifica possessione percipiendi dd. Fallencias, & propterea applicatur illud: *Turpius eiicitur,*
19 *quàm non admittitur hospes*, Usurpatum *ab Innocentio III. in cap. Quemadmodum de Jurejur.* Secundo verò, quia non videtur convenire Canonicis, ut hodiè revocent id, quod cum d. Canon. Ghislerio, re in pleno Capitulo discussa, post illius Jubilationem paci-
20 ficè observarunt, juxta firmata *per Rot. in decis. 158. num. 1. part. 1. recens* Imo ex his repetitis actibus moderni, & antecessoris diligentissimorum, & attentissimorum Canonicorum Camerariorum Capituli, de medio sublatus diceretur omnis omnino prætextus contrariæ Consuetudinis, ex firmatis per *Rot.*
21 *decis. 742. num. 7. part. 18. rec.* ibi -- *Unicus enim actus consuetudinem contrarius, sufficit, etiamsi mille pro consuetudine concurrerent, & in Oerundem Capituli 9. Maii 1703. §. finali coram Omana* ibi — *Ad consuetudinem evertendam unicus etiam actus sufficit* nec non fundatum Votum Card. de Alteriis, Titularis nostræ Collegiatæ Ecclesiæ, sequentis tenoris *Emminent. & Rev. DD. mei Colendiss.* „ Ea, quæ „ exponuntur in supplici Libello, Sac. Congregatio„ ni porecto à Raymundo Ghislerio, Canonico & „ Decano Insignis Collegiatæ S. Maria in Via-lata „ firmiter (ni fallor) suadent, ipsius instantiæ as„ sentiendum esse, decernendo eidem (qui usque ab „ anno 1726. assequutus fuit Indultum Jubilationis)
23 „ esse concedendas Distributiones Canonicorum, „ qui illas amittitur, Ecclesiæ servitium negligendo; „ Sic enim Sacr. Congr. in hujusmodi casibus decre„ vit, & meretur pietas, non modicè laudanda „ ejusdem Canonici, qui licèt in vim dicti indulti „ non esset adstrictus inservire dictæ Ecclesiæ, illi „ tamen adhuc de mane, raro exemplo, diligenter „ inservit.

„ Nec cæteri Canonici aliud obiiciunt instantiæ „ Oratoris assentiri nolentes, quam prætensam con„ suetudinem Ecclesiæ, de qua agitur, denegandi „ Jubilatis supradictas distributiones, sed illam, ut „ probant, exhibent aliquas simplices fides, quæ te-
24 „ stantur de jis, quæ evenerunt tempore antiquo, „ & minori sunt dignæ animadversione, attento „ quod d. Canonicus è contra probat pariter ad ipsis „ Canonicis, qui functi sunt officio Camerarii Capi„ tuli, traditas ipsi fuisse per aliquos annos proximè
25 „ elapsus Distributiones, quas nunc ex petit, & mihi „ facit testatum, parvi esse momenti.

„ Perpensis hujusmodi rationibus hinc inde addu„ ctis, posset decerni (si EE. VV. ita videbitur) ma„ nutenendum esse Oratorem in possessione percipien„ piendi ex petitas Distributiones; Sic enim Capitu-
26 „ lum non erit prohibitum probandi meliùs (si poterit) „ quam sibi confidit favore consuetudinem, & Ora„ tor quoad substantiam, quod justè exoptat, asse„ quetur, & EE. VV. & singulari, quo possent ju„ stitia, & sapientia, dijudicabunt, & decernunt, „ quidquid super instantia, in d. Libello exposita,
27 „ iusta juris tramites, statuendum sit, Dum Ego EE. „ VV. feliciores, utique ipsis debitos, apprecor even„ tus, & manus humillimè deosculor, & Ædibus hac „ die 19. Julii 1731. Humillimus ac addictissimus ser„ vus Laurentius Card. de Alteriis; In nostris enim terminis multum deferendum est similibus Relationibus S. R. E. Cardinalium ex animadversis *in Tom. primo, part. 1. discept. 10. num. 28. & tom. 6. p. 19. discept. 19. §. 1. à num. 135.* Præcipuè quando concordant cum aliis probationibus, quæ in nostris terminis non desiderantur, ut ampliat *Rota coram Caprara dec. 17. num. 13.*

Adiungimus pariter duas facti circumstantias, quæ intra evidentiæ fines ponere videntur bonum Jus Canonici Ghislerii.

Prima consistit in exclusione prætensæ contrariæ immemorabilis consuetudinis dum, ultra autentica Documenta, exhibita in Secretaria; In Folio Congregationis Concilii in *Romana jubilationis distributo die* 29
3. Martii 1703. admittitur in nostra Ecclesia adesse consuetudinem favorabilem Canonicis Jubilatis ibi -- *Proinde, attenta consuetudine aliarum Ecclesiarum Urbis, nempe Basilicæ Lateranensis, Collegiatæ S. Mariæ in Vialata, & S. Marci &c. ut ex attestationibus exibitis &c.* In illa Thomæ Antonii Gravedonæ, Canonici 30
nostræ Ecclesiæ, asseritur solitum esse *di dare a Canonici giubilati tutti li Emolumenti, che godono li Canonici che attualmente servono*, Quæ omnia observavi *Ego in Institut. Criminal. tertiæ Venetæ impress. libr. 1. tit. 10. §. 3. num. 10.*

Secunda verò desumitur ex illis verbis Emmin. de Alteriis, Titularis nostræ Ecclesiæ *Licet Canonicus Ghisleriis in vim dicti Indulti non esset adstrictus inser-* 31
vire dictæ Ecclesiæ, illi tamen adhuc de mane (raro exemplo) diligenter inservit; Dignum proinde, & justum videtur, ut eidem assignetur Portio fallentiarum illorum Canonicorum, qui eidem Ecclesiæ non inserviunt, ne gratiosum Indultum jubilationis, obtentum mediante laudabili servitio annorum supra quadraginta (quot multi Canonici neque etiam ha- 32
bent ætatis) convertatur in ejus odium, & præjudicium adversus omnia Juris principia, omnesque congruentias ex allegatis per *Barbos. axiom. 96. nu. 1, & Rot. coram Priol. dec. 403. num. 5.*

IN EADEM CAUSA.

Non controvertitur exadeverso, quod Jure communi attento, & secundum laudabilem praxim Congregationis Concilii, Canonico jubilato, non 33
solùm debeantur Distributiones, sed etiam Portio fallentiarum aliorum Canonicorum, ex Authoritatibus supra allegatis; Sed respondetur in Sacrosancta Basilica Lateranensi contrarium practicari, & in nostra insigni Collegiata Ecclesia vigere contrariam consuetudinem, juxta Attestationes, exadv. exhibitas.

Licèt autem pro cathegorica responsione sat esset adducere, per ora omnium Curialium quotidie volitans exioma, *Fides non facit fidem*, & præsertim, quando illa extorta est post Litem motam, & fidem Faciens non apposuit in illa Juramentum, juxta præcisos terminos contrariarum Attestationum; Ut 34
de prima conclusione videre est apud *Rot. decis. 279. num. 8. coram Cels.* Et de secunda *coram Priolo dec.*
595. num. 9. Et de tertia *coram Royas decis. 179. nu.* 35
6. ubi quod sine Juramento neque etiam Episcoporum Attestationibus fides præstanda est.

Adhuc per falsam hypothesim admisso, sed nunquam concesso, quod eædem informes Attestationes aliquam in genere mererentur considerationem, ex applicationis defectu in nostro casu illæ nullatenus
attendendæ sunt, ad quod demonstrandum tria præ- 36
mittimus.

Primum, quod Resolutiones hujus Sac. Congregationis, supra citatæ, & canonizantes sententiam illam, inter Doctores communiter receptam, quod Canonico Jubilato debita sit Portio Fallentiarum aliorum Canonicorum, habent vim Legis, juxta theo- 37
ricam *Fagnan. in cap. Quoniam num. 8. de Constitut.* sequutam *à Rota in decis. 7. num. 3. post Antonell. de Jurib. Cleric. & in Faventina 13. Januarii 1727. §. Neque Dominis coram Millino, & in Montis, Falisci Cantus figurati 13. Junii 1729. in fin. cor. R. P. D. Rovault de Gamaches.*

Se-

Secundum, quòd Consuetudo contra Jus, ad hoc, ut attendatur, debet esse immemorabilis, vel saltem qua-
38 dragenaria, iuxta animadversa per *Ursell. concl. legal.* 148. *num.* 347. *& Gratian. discept.* 918. *num.* 43. & firmata *per Rot. coram. Emer. jun. dec.* 696. *n.* 2. *& in part.* 13. *recent. dec.* 221. *n.* 1. *& seqq.*

Tertium, quòd non omnes actus attenduntur ad probandam consuetudinem; Quando enim illi sunt volun-
39 tarii, in nulla prorsus habentur consideratione, iuxta theoricam *Bartol. in leg. Cùm de in rem verso ff. de Usur.* quam sequuntur *de Marin. Var. resol. lib.* 1. *resol.* 78. *num.* 10. *& seqq. Novar. de Graccamin. Vassallor. gravam.* 10. *num.* 4. *Card. de Luc. de Feud. disc.* 51. *num.* 3. ubi solidè probat, quòd ad hoc, ut actus voluntarii importent consuetudinem, obligatoriam in futurum, unum de duobus necessariò requiritur, vel scilicet quòd à tempore immemorabili fuerint exerciti, vel debet probari coactio illos Facientis, cum eius subsequuta acquiescen-
40 tia; Et in terminis similis Attestationis omnium Canonicorum egregiè *Rota in Hildesimen opinionis* 12. *Martii* 1728. *§. Absque & coram Aldrovando* ibi -- *Absque eo, quod ullum constitui possit fundamentum in observantia in oppositum hodiè allegata, hæc enim corruere comperta fuit ex defectu legitimæ probationis, utpote aliunde non desumptæ, quàm ex simplicibus Canonicorum Fidibus, extrajudicialiter editis, nec aliud recensentibus, quàm quosdam actus mere facultativos, &c.*

Quibus præmissis, ex se corruit gratuita assertio Computistæ nostræ Ecclesiæ, quia illa caret Juramento; Non loquitur per annos quadraginta; Sumus in
41 terminis consuetudinis contra Jus; Agitur de actibus voluntariis, ex quo non docetur, Fallentias fuisse petitas a dictis Canonicis Jubilatis; Et quod magis est, fuit pluries interrupta, dum idemmet Computista testatur, Fallentias Canonicorum anno 1729 fuisse datas Canonica Ghisierio, qui posterior actus superabundat
42 ad tollendum quemcumque prætextum consuetudinis, ex firmatis *pro Rot. decis.* 162. *num.* 9. *coram Ludovis. & decis.* 206. *num.* 17. *&* 18. *part.* 16. *& decis.* 430. *num.* 10. *part.* 19. ibi -- *Consuetudinem interrumpi unico actu contrario, quamvis mille alii præcessissent cum multis concordantibus supra, & in dictis decisionibus citatis.*

Fortiùs, quia ex Libris nostri Capituli apparet etiam pro annis antecedentibus 1728. 1729. & primo
43 Trimestri anni 1730. fuisse pariter eidem Canonico Ghislerio datam portionem Fallentiarum aliorum Canonicorum, sicque remanet manifestum, non semel, quod sufficeret, ex authoritatibus supra citatis, sed ter fuisse interruptam, & quidem non oscitanter, ne-
44 que per inadvertentiam unius Cantici Camerarii, sed ex positivis actibus Canonicorum Tayæ, & Cansacchi, postquam res fuerat plenè discussa in Capitulo, omnibus aliis Canonicis acquiescentibus.

Crescique oratio, quia eadem Portio fuit etiam data Canonico Albino, non residenti, vigore solius Licentiæ Sac. Congregationis pro illis mensibus, pro quibus ab-
45 sens fuit à Residentia, & Choro non interfuit, ut est nostro Capitulo plusquam notorium.

In qua parte nescimus videre, ad quem finem testetur alterius idem Computista de consuetudine non percipiendi portionem Fallentiarum ab illis, quos ipse vo-
46 cat *Brevistanti*; Palmaris siquidem adest differentia inter Canonicos, exemptos à servitio Chori, rationem Brevis exemptivi, vel rationem Jubilationis, quia primus dicitur exemptus ex mera Gratia, quæ non debet importare aliorum præiudicium, secus autem secundus, quia Canonico jubilato debetur ex justitia participatio omnium fructuum, & Redditum sui Canonica-
47 tus juxta *Gloss. in cap. Postulationem Verb. Nullum de Postulat. Prælator.* egregiè *Lotter de Re Benefic. lib.* 3. *quæst.* 9. *num.* 10.

Poterat omitti prætensa consuetudo, quæ asseritur vigere in Basilica Lateranensi, iuxta etiam informem, & non iuratam Attestationem, exadverso adductam; quòd quid enim sit de illius probatione in facto, circa quod non expedit immorari, hoc unum est indubitatum, quod inter recepta Juris Axiomata, communiter receptum, est illud, quod consuetudo non extenditur de Loco ad Locum, ex punctualiter firmatis *per Rotam* 48
in decis. 407. *num.* 6. *coram Emer. jun. & decis.* 74. *num.* 13. *coram Card. Falconer. tom.* 4. *Miscell.* & meliùs *in decis.* 304. *numer.* 9. *part.* 12. *recent.* ibi -- *Consuetudo enim tanquam stricti Juris attenditur solùm in casu, in quo servata fuit &c. neque extenditur de Loco ad Locum, esto, quod probaretur in aliis Ecclesiis similem consuetudinem vigore*; Concludimus proinde responsionem respectu huius inapplicabilis animadversionis no- 49
stræ Ecclesiæ verbis illis *Doctoris Gentium ad Corinth. prima* 11. 16. *Nos talem consuetudinem non habemus.*

Die Sabbati 28. Julii 1731. proposita Causa in Congregatione Concilii, responsum fuit: *Juxta Votum Eminentissimi D. Card. de Alteriis*, quod est impressum supra *num.* 22.

DISCEPTATIO XXI.

Calaguritana Dispensationis

PRO

Jo. Josepho Ovexo, & Geltruda Mondaca, Vitrico, & Privigna.

ARGUMENTUM.

Summus Pontifex in Impedimento Affinitatis an possit dispensare ex quocumque capita illa proveniat, & in quocumque Gradu illa sit.

FAteor ingenuè, arduam, ac perdifficilem Mihi commissam fuisse Provinciam de Jure responden- 1
di, tam circa generale Dubium: *An summus Pontifex in impedimento Affinitatis possit dispensare, ex quacumque capite illa proveniat, & in quocumque gradu sit*, quàm etiam circa, particularem inspectionem: *An scilicet nostro casu talem Dispensationem cum fundamento sperare possint Jo. Josephus Ovexus, Geltruda Mondaca*, Vitricus, & Privigna, & uti tales, in linea descendentali in primo Affinitati gra- 2
du inter se coniuncti; Ante quorum discusionem.

Præmitto, quòd, vel est sermo de Affinitate, procedente ex copula fornicaria; Et in his terminis communis sententia docet, & quotidiana praxis com- 3
probat; in illa, nedum Summum Pontificem, sed etiam Sac. Pœnitentiariam talem habere potestatem, & quotidie similes Dispensationes concedere, in quo- 4
cumque gradu illa sit, sive descendentali, sive transversali, ut observat *P. Tyburtius Navar. in Prax. Sac. Pœnit. part.* 2. *cap.* 2. ubi ponit Formulam concessionis huiusmodi Dispensationis.

Vel est servio de Affinitate in primo gradu, ortum habente ex copula licita; Et est subdistinguendum Aut enim loquimur inter Transversales: Et in his pariter terminis omnes moderni Theologi, & Canonistæ hodiè in Summo Pontifice agnoscunt, & fatentur Hanc potestatem dispensandi, etiam in primo gradu Affinitatis inter Transversales, & in hac etiam parte quotidiana Summorum Pontificum praxis talem affirmativam sententiam indubiam red- 5
dit, ut notant adducti per *Clericat. de Matr. decis.* 31. ubi nulla refert exempla huiusmodi Dispensationum in primo gradu in linea transversali contracta.

Vel demum sermo est de Affinitate inter Ascendentes, & Descendentes in primo gradu, qualis est il- 6
la, quæ reperitur inter Vitricum, & Privignam, seu Novercam, & Privignum; Et quidquid dici possit pro ingeniorum exercitatione, communior, & receptior sententia docet, iuxta accedente causa, Summum Pontificem inter prædictas Personas posse dispensare, ea ratione, quia inter illas non apparet tantos indecentia, quanta est inter Consanguineos in primo gradu, nec [illegible]

tur tanta turpitudo, quæ videatur ſufficiens ad irritan-
7 dum Matrimonium Jure divino, vel naturali. Ita
*Theologorum Princeps D. Thom. 2. 2. part. 154. art. 9. ad
3.* ubi ſequentem diluit rationem -- *In commixtione Per-
ſonarum conjunctarum aliquod eſt, quod eſt ſecundum ſe
indecens, & repugnans naturali rationi, ſicuti quando
commixtio fit inter Parentes, & Filios, quorum eſt per
ſe & immediata cognatio &c. Aliæ verò Perſonæ, quæ
non conjunguntur ſecundum ſe ipſas, ſed per ordinem ad
Parentes. non habent ita ex ſeipſis indecentiam* ubi Ca-
jetanus ait -- *Inter Parentes proximos, hoc eſt Patrem,
8 & Matrem, & Filios, & Filias, eſt naturalis reve-
rentia per ſe; & propterea iſtæ ſolæ Perſonæ inha-
biles redduntur ad Conjugium ex ratione naturalis ir-
reverentiæ* D. Thomam ſequuntur communis in ma-
trimonii materia Magiſter *Sanchez lib. 7. diſput. 163.
per totam Pont. de Matrim. lib. 7. cap. 34. n. 5. Dian. coor-
din. tom. 3. tract. 1. de Poteſt. Pontificis in ordin. ad Sacra-
men. reſol. 80. num. 5. & reſol. per tot. Henriquez Oper. mo-
ral. tit. de Matrim. cap 9. §. 5. in marg. lit. P.* ibi *Matri-
monium cum Privigna non eſt Jure naturæ irritum, ſed
diſpenſabile à Papa ex cauſa, fol. mihi 73. Perez de
Matrim. diſput. 31. ſect. 3. num. 3.* ubi, quòd hæc ſenten-
tia verior eſt, *Ludovic. à S. Joann. in Summ. tom. 1. qu.
6. tit. de Sacram. Matrim. art. 7. difficult. 5. dub. 1. concl.
9 1. Alphonſ. à Vera Cruce in Specul. Conjug. part. 1. art.
49. de Diſpenſ. in Gradib. Affinit. fol. mihi* 142. ibi: *Po-
teſt Summus Pontifex diſpenſare in omni gradu Affi-
nitatis, imò poteſt diſpenſare, ut quis ducat Nover-
cam de Matrim. difficult. 4. diſput. 20. Cleric. de Matrim.
deciſ. 31. per tot. & ſignanter numer. 43. de Juſtis de
Diſpenſ. Matrimonial. lib. 2. cap. 7. numer. 54. & 55,
&* latiſſimè *Capon. controver. 29. per totam, ubi egre-
giè.*

Omnes autem iſti Authores, aliique ab eiſdem ci-
tati, interpretantes verba illa *S. Pauli prima ad Co-
10 rinth. 5. 1. Omnino auditur inter vos fornicatio, &
talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, itaut uxorem
Patris ſui aliquis habeat*, benè reſpondent, Divum
Paulum loqui de Uxore Patris, adhuc viventis,
quia aliàs S. Paulus non dixiſſet, hujuſmodi pecca-
11 tum non eſſe auditum inter Gentes, quia, Patre
adhuc vivo, Antiochus ejus uxorem duxit, aliaque
ſimilia exempla referunt *Clericatus, & Caponus locis
ſupra* citatis, idemque advertit etiam *Perez de Ma-
trim. diſputat. trenteſima prima, ſect. tertia, numer.
octavo.*

Reſpondent pariter iidem Authores denegationi
ſimilis Gratiæ, ab Urbano VIII. factæ anno 1632.
Carolo Duci Mantuæ de qua *Card. de Lugo Reſponſ.
moral. lib. primo dub.* 40. denegationem prædictam
non proceſſiſſe ex defectu poteſtatis, ſed quia di-
ſcuſſa Cauſæ neceſſitate, & pondere, inventa fuit
12 minus habens, exquo vani erant, & ſine funda-
mento timores belli propter quod diſpenſato pete-
batur, ſi tale matrimonium non ſequebatur, prout
experientia comprobavit.

Quibus poſitis, deſcendendo ad ſecundum Dub.
licèt datum non fuerit invenire particularem ca-
ſum, in quo Summus Pontifex talem Diſpenſatio-
13 nem conceſſerit, id tamen nullum præbet Om-
nibus obſtaculum hodie illam obtinendi.

Tum quia paucis ab hinc annis in ſimili caſu
Bojaen. Matrimonii 7. Septembris 1720. quæſitum
14 fuit; *An Vitricus ducere poſſet in Uxorem eam, quæ
fuit Uxor ſui Privigni* In illa vero poſt quam pro
veritate ſcripſerant duo inſignes Theologi, manda-
vit *Sac. Congregatio perquiri Regeſta Datariæ, tam
antiqua, quam moderna, nec non interrogari* (ſunt
verba Voti Eminentiſſimi Lambertini, tunc tem-
poris digniſſimi Secretarii Sac. Congregationis Con-
15 cilii, *§. Addi poteſt*) *Officialem, præpoſitum Diſpen-
ſationibus matrimonialibus, ut ſciri poſſet, an un-
quam petita, & an unquam conceſſa fuerit Diſpenſa-
tio inter Vitricum, & Uxorem Privigni, eumque
poſt perquiſita diligenter Regeſta, reſpondiſſe, talem
Diſpenſationem, nec petitam, nec conceſſam fuiſſe.*
Et tamen id non obſtante eadem Sac. Congregatio
die 8. Martii 1721. reſcripſit *Ad D. Secretarium*

juxta mentem, & mens eſt, quod Epiſcopus det li- 16
bertatem contrahendi Matrimonium, effectu punctuali-
ter ſubſequuto, ut me citato *in tomo quarto parte
ſecunda diſcept. 19. numer. 181. & 186.* obſervat. *Jo.
Baptiſta Piton. in Conſtit. de Matrim. tom. 3. numer.
2768. fol. 620.*

Tum etiam quia non deſunt multi claſſici Au-
thores, aſſerentes ſimiles Diſpenſationes fuiſſe ali- 17
quando conceſſas, & ſignanter.

*Jorius de Matrim. parte octava quæſt. 25. ſub nu-
mer. octavo* ibi -- *Aliquando celebrata fuerunt Ma-
trimonia, cum Novercis, cum quibus intercedit Af-* 18
finitas in primo gradu lineæ rectæ.

*Pontius eodem Tract. de Matrim. lib. 7. cap. 34. nu-
mer. 7.* ibi -- *Matrimonia cum Noverca non eſſe* 19
*inaudita inter Gentes, ut conſtat ex dictis, &
teſtantur ſpeculum, Soto, Navarrus, & a-
lii.*

*Bonacin. oper. moral. tom. primo parte 3. de Impe-
dim. Matrimon. punct. 12. de Imped. Affin. ſub nume-* 20
ro ſeptimo ibi -- *Aliquando celebrata fuerunt Matri-
monia cum Novercis, in quibus intercedit Affinitas
in primo gradu lineæ rectæ, &c.*

*Eligius Baſſæus in floribus totius Theologiæ practicæ
Verb. Matrim. 7. numer. 72.* ibi -- *Et diſpenſatione
Eccleſiæ aliquando fuerunt celebrata Matrimonia cum
Novercis, ut teſtatur &c. fol. mihi* 318. cui tamen
reſpondit *Dian. tom. 3. in Oper. coordin. tract. pri-
mo de Poteſt. Pontif. in ordine ad Sacram. reſol. 80.* 21
ſeu 81. numer. 5. ubi quòd *Baſſæus* hoc dicit, ſed
non probat.

Deveniendo modò ad juſtam cauſam, licet com-
muniter receptum ſit inter Theologos, & Cano-
niſtas, in illis impedimentis, quæ proveniunt à Ju-
re Canonico, quale eſt impedimentum affinitatis,
Summum Pontificem diſpenſare poſſe abſque ulla
cauſa, ſeu nullius cauſæ expreſſione adducta ex 22
generaliter animadverſis *per P. Schiaram in Theo-
logia bellica libro primo difficul. 25. numer. 20. fol.
97.* & in noſtris terminis per Sanchez *de Matrim.
lib. octavo diſput. 17. numer. 24.* ibi -- *Abſque du-
bio tenendum eſt, hujuſmodi Diſpenſationem validam
eſſe, quia tunc Legislator diſpenſat in re propria,* 23
*& propria voluntate eam mutans, à qua ſola vim
habebat lex; Ergo ea diſpenſatio tanquam in propriis
bonis facta, valebit abſque cauſa & Jor. Matrim.
tit. de Diſpenſat. parte octava, quæſtio octava, nume-
ro 3.*

Nihilominus Epiſcopus Calaguritanus in ſua ple-
niſſima Informatione non unam, ſed quatuor com- 24
probat juſtas Cauſas quorum efficaciam in noſtris
individualibus terminis lata oſtendit *Capon. d. Controv.
forenſ. 29. à numer. 9. uſque ad fin.* Cùmque ſimus
in terminis circumſtantiarum facti, remiſſive me
habet ad eandem Relationem, Obſervando, præci-
puè quod teſtatur ulterius idem Epiſcopus, juſtis,
& urgentibus cauſis depoſuiſſe (ſunt ejus præciſa
verba) *multos Teſtes integræ fidei, & timoratæ* 25
*conſcientiæ, judicialiter examinatos &c. ultra Infor-
mationes ſecretas, quas extrajudicialiter cæpimus à
Perſonis ejuſdem integritatis, & benè inſtructis;*
Cui proinde Epiſcopo in hac parte omnis adhiben-
da fides ex firmatis *per Rot. in deciſ. 685. numero
9. cor. Cerro, & deciſ. decimaquarto numero decimo-
ſeptimo coram Anſaldo, & deciſ. 460. numer. 10.
part. 18. recentiorum & in Baren. undecimo Martii mil-
leſimo ſeptingenteſimo vigeſimo nono. §. Satis cor. Al-
dovrando.*

Quibus addi poteſt alia cauſa, quæ etiam ſi
eſſet unica, præ oculis ad noſtrum effectum ha-
beri ſolet, hoc eſt copioſior eleemoſyna in Pau-
perum ſubventionem ab Innocentio X. præciſè, &
unicè deſtinata, ut dicitur in Conſt. Innocentii XII.
reformatoria facultatum Majoris Pœnitentiarii §.
Quòd ſi Oratores, ibi -- *Facta Compoſitione quinqua-
ginta ducatorum auri de Camera, ad Datariam tranſ-
mittendorum ad effectum, ut inconcuſſi moris eſt,
erogandi in eleemoſynas* per ea, quæ notat Sachez
de *Matrim. libr. 8. diſput. 19. nu. 35.* & obſervat ma-

gnus practicus Datariæ *Corrad. in Prax disp. lib. 7. lib. 2. num.* 111. ibi -- *Ad justam causam reducitur, cùm in his exigatur copiosior compositio, quæ ad sumptus publicos convertitur, quod valde bono communi confert,* Cujus causæ pondus, & efficaciam, ex ore f. m. Alexandri VII. Comprobat *Cardinalis Pallavicino nell' Istor. del Conc. Trident. lib. 23. cap. 8. sub num.*
28 11. ibi -- *Per altra parte recare argomento di gran cagione, anzi essere in verità gran cagione per dispensare quella grossa Multa, che l' Impetrante si contenta di pagare in ajuto de Poveri, e delle Opere pie.*

Præsertim quia non agitur de impedimento consanguinitatis, sed affinitatis, pro cujus dispensatione mi-
29 *nus urgens causa desideratur*, sunt verba *Pignatell. consult.* 101. *numer.* 2. *tom.* 8. & non una duntaxat sed quatuor in casu nostro concurrunt causæ, unitim considerandæ, ut, omissis generalibus, de quibus *Rot. in Viennen. Matrimonii* 25. *Junii* 1703. §. *Et quamvis coram Scotto*, hodie impressa à Pompejo, meo Filio, *in Miscellan. tom.* 2. *decis.* 41. *num.* 22.

Imò, cùm simus in terminis Summi Pontificis, qui superiorem non habet in Terris, *etiamsi causa*
30 *non sit proportionata, ut liceat, adhuc validum censebitur Matrimonium*, sunt verba *Henriquez lib* 12. *de Matrim. cap.* 9. *lit. L. fol.* 731.

Posito ex his, quod præsens casus non sit talis naturæ, ut in illo nunquam dispensatum fuerit, sed
31 quod ex Dispensatione Ecclesiæ aliquando fuerint celebrata matrimonia cum Noveriis, ut testantur Septem classici Authores, nempe *Eligius Bassæus, Bonacina, à vera Cruce in speculo conjugum, Sotus, Navarrus, Pontius, & Jorjus*, supra citati, applicatur conclusio, quod *licet Apostolica sedes non adstringatur ad judicandum exemplis, semper tamen ex decentia sequi solet vestigia suorum Prædecessorum*, ut per hæc
32 numero verba observat *Corrad. in Prax d'spens. lib.* 9. *cap.* 2. *à num.* 10. cum quo processit Congreg. Consistorialis *in Constantien. Coadjutoriæ* 16. *Septembris* 1722. ut in simili videre est *in Tom.* 5. *part.* 1. *discept.* 6. *nu.* 23. & 48.

Cæterum quando omnia ista deficerent, adhuc ad solius materiæ ornatum subdimus quod ex defectu particularis exempli nihil omnino inferri posset pro denegatione Gratiæ, ab Ordinibus petitæ; Omnis enim casus à principio sine exemplo fuit, ut observat *Diana in*
33 *opere coordinato Tom.* 5. *tract.* 7. *resol.* 12. *n.* 4. sequutus *in meis Institut. Crim. lib.* 2 *tit.* 8. *n.* 246.

Vidimus hoc annis præteritis ad praxim redactum in Urbe in illa nimis exemplari inspectione; *An Sum-*
34 *mus Pontifex dispensare posset in Matrimonio rato Fidelium uno ex Conjugibus dissentiente*, in quo non solum nullum adducebatur individuale exemplum competentiæ, & usus talis facultatis, sed multi insignes Theologi, in ipsamet Urbe moram facientes, quorum aliqui etiam hodie in humanis sunt mordicus sustinebant negativam Opinionem, Et tamen re maturè discussa in
35 Sac. Congregatione Concilii diebus 20. Maii 1719. & 27. Januarii 1720. datum fuit primum exemplum, consulendi Sanctissimum pro dicta dispensatione, quæ suum habuit effectum, ut notorium est in Urbe, & *patet ex tom.* 3. *mearum discept. Ecclesiast. part.* 2. *discept.* 20. *per totum* Cum quo exemplo pluries deinde processum fuit ab eodem, & à successoribus summis Pontificibus.

Pro coronide demum respectu primi Dubii utor verbis *Filliuc. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 10. *part.* 1. *cap.* 2. *de In-*
36 *dissolub Matrim. n.* 239. *Eidem opinioni Me subscribo, quia favorabilior est potestati Summi Pontificis.* Respectu vero secundi Dubii dico cum *Capon. controv. forens.* 29. *nu.* 13. *in fin.* quòd dum Summus Pontifex talem habet potestatem, poterit illa uti in præsenti casu ad evitanda mala illa, & scandala, quæ enunciantur in Relatione Episcopi Calaguritani, ortum habentia, ex causis, in illa comprobatis, ex Testibus, fide dignis, vel judicialiter examinatis, auditis à Personis totius integritatis, & bene instructis.

Gratia in præsenti casu fuit rotundè denegata, non ex
37 *defectu potestatis, sed a deficiente voluntate.*

DISCEPTATIO XXII.

Melevitana Juris Sedendi in mensa

INTER

Cappellanos conventuales, seu servientes Religionis Hierosolymitanæ

ET

Equites ejusdem Religionis

ARGUMENTUM.

Equites Religionis Hierosolymitanæ, absque ulla distinctione, seu separatione sedilium, sedere debent in Mensa cujuslibet nationis, seu Linguæ, ejusdem Religionis.

QUattro Classi di Persone diverse compongono la sagra Religione Gierosolimitana, o sia di Malta, la quale è divisa in otto Lingue, o siano Nazioni, che godono venti Priorati, e 653. Commende, come osserva *il Barbos. in Summ. Apostol. dec. collat.* 314. *n.* 20. La prima è di quelle, che si chiamano e sono Cavalieri di Giustiza, *che per l' antica nobiltà del loro Li-* 1
gnaggio meritano di essere ammessi a questo Grado di onore, come alle parole precise del Formolario della loro Professione, e questi soli con tutta proprietà si chiamano, e sono veri Cavalieri, e come tali, sono capaci delle dette Commende, e Dignità della Religione sudetta.

La seconda è de Cavalieri di Grazia, cioè di quelli, che, non essendo Nobili per nascita, per qualche az- 2
zione, gloriosa, o considerabile servizio, prestato alla Religione, meritano di essere distinti, e collocati nel Grado de Nobili, con godere li medemi privilegj.

La terza è de Fratelli serventi, e questi si subdividono in due specie; Quelli della prima si dicono Fratelli Cappellani serventi di Chiesa, overo Conventuali, e la loro occupazione è di officiare la Chiesa Conventuale di 3
Malta, dove il Divino servizio si fà con tutta magnificenza, e decoro, e di andare ciascheduno per il suo Turno a servire da Limosiniere sopra li Vascelli, o Galere della Sagra Religione. Li secondi si chiamano serventi di Arme, li quali sono impiegati ne medemi esercizii de Cavalieri, tanto in guerra, quanto nel servizio dell' Ospedale.

La quarta finalmente è di quelli che si chiamano Frati di ubbidienza; e questi sono Sacerdoti, che, senza obligo di conferirsi mai a Malta, prendono l'Abito de l'Ordine, fanno li soliti tre Voti, e si fanno ascrivere al servizio di qualche Chiesa dell' Ordine sotto quel Gran Priore, al quale quella Chiesa è soggetta, e godono di molti privilegii, che non anno connessione alcuna 4
con l' inspezione presente, come destinguendo dette Classi osserva *il Card. de Luca de Benefic. disc.* 69. *num. primo*, e più diffusamente si spiega in un piccolo libro in Lingua Francese, stampato in Parigi l'anno 1712. e tradotto nella nostra Lingua Italiana, e fatte ristampare in Roma l'anno seguente 1713. da un degnissimo Religioso, oggi vivente, col Titolo *Instruzioni sopra gli obblighi più principali de Cavalieri di Malta*, a spese, e per comando di un Cavaliere Romano della medema Religione, pochi anni sono passato a miglior vita in grado di Gran Croce di Venezia.

Circa il Ricevimento di quelli della terza Classe, nelli Statuti di detta Religione sotto il titolo *del Ricevimento de Fratelli cap.* 18. *tit.* 2. *nelle qualità, che si richiedono in fare le Prove de Fratelli Cappellani, e serventi di,* 5
Arme fol. mihi 13. si dispone come appresso - *Ancorche secondo* li nostri stabilimenti non si ricerchi nobiltà di sangue in coloro, che si anno a ricevere nell'ordine no-
„ stro in Grado de Frati Cappellani, o serventi di Ar-
„ me, con tutto ciò non devono essere presi così dal-
„ l' infima Plebe, e senza che abbiano ad essere
„ com-

communemente sprezzati, e tenuti in poco conto;
„ E però Ordiniamo, che l' avvenire niuno sia ac-
„ cettato in Grado de Fratti Cappellani, o Serven-
„ ti di Arme, così in Convento, come fuori di
„ quello, eziamdio di Grazia speciale delle lingue,
„ o de' Priorati, se prima insieme con le altre qua-
„ lità richieste, e necessarie, secondo li nostri Sta-
6 „ tuti, non averà legitimamente provato, esser na-
„ to da Padre da bene, ed onorato, ed essere pratti-
„ co ed esercitato in offici liberali, non aver mai
„ servito in vile esercizio ad alcuno, e non aver
„ mai, ne egli; ne li suoi Padri, cioè Padre, e Ma-
„ dre, con le proprie mani lavorato in sordide Ar-
„ ti, e Mecaniche, eccettuando però coloro, che
„ nelle Arme, overo in esercizio onorato dell' Or-
dine nostro, si saranno *segnalati*, trascritte in *dd. In-*
„ *stitutioni, ristampate in Roma al foglio 276.*

A queste più, che civili qualità, ricercate dallo statuto nell' ammissione de Fratelli Cappellani, se
7 ne aggiongono molte altre, che al nostro effetto meritano tutta la considerazione, tra le quali,

In primo luogo, è notoria quella, approvata dalla *Sagra Rota nella Melevitana status*, impressa *nella part. 7. recent. decis.* 13. che con loro Voti concorrono all' ammessione, o esclusione della Nobiltà di
8 quelli Cavalieri, che fanno Instanze per essere ammessi nella nostra Religione a titolo di Giustizia.

Secondo, Che non vi debba essere differenza alcuna nella Croce Ottogona, o sia biforcata bian-
9 ca, Insegna dell Ordine, tra quella de Cavalieri di Giustizia, e altra de' Fratelli Cappellani Conventuali, canonizata parimente *dalla sagra Rota nella decis.* 317. *par. 6. recent.*

Terzo Li medemi Fratelli Cappellani, secondo il Breve di Gregorio XIII ad exclusione di tutti li Cavalieri di Giustizia, ottengono le due prime Dignità dell' Ordine, immediate a quella del Gran
10 Maestro, e consequentemente la precedenza a tutti li detti Cavalieri di Giustizia, uno de quali occupa l' onorevolissimo Posto di Vescovo di Malta, e di Regio Consigliere, e l' altro il niente meno decoroso di Priore Generale della Chiesa, e Prelato Ordinario di tutto l' Ordine Gerosolimitano, come osserva *il Card. de Luc. de Benefic. disc. 69. n.* 2. ed è notorio per esperienza.

Quarto Ambedue detti Fratelli Cappellani Vescovo, e Priore della Chiesa, sono decorati con la Di-
11 gnità di Gran Croce, ed in caso di Vacanza del titolo di Priore della detta Chiesa, le veci di lui sono essercitate in tanto da un altro de Fratelli Cappellani.

Quinto. Detto Priore della Chiesa nel Luogo del Venerabile Conseglio, presenti tutte le Dignità, e
12 Cavalieri di Giustizia, ottiene il primo luogo immediatamente doppo il Gran Maestro, come osserva *il Card. de Luc. nel d. disc. 69. num. 2. de Benefic.*

Sesto. Anzi riferisce *la Sagra Rota nella decis.* 219. *p. 1. cor. Verallo*, che l' anno 1551. pretese il detto Priore della Chiesa la precedenza in concorso del Gran Maestro, attesa la sua Giurisdizione spiritua-
13 le per la ragione, che, *sicuti Pontifex est major Rege, & Imperatore, quia praeest spiritualibus, quae digniora sunt temporalibus &c. Ita Jurisdictio, & praeeminentia Prioris praeferenda sit Jurisdictioni magni Magister solus nihil potest, sed cum Conventu exercet &c. Prior solus administrat &c.* sono parole della medema *Sag. Rota nella detta decis. 219. num. 3. & seqq. coram Verallo.*

Ottavo. E degno di ogni considerazione il Privilegio, concesso alla Classe de Cappellani sudetti da Pio IV. registrato *nello Statuto della Religione fol. 17.* di potere in tempo d' Interdetto delle Chiese cele-
14 brare la Santa Messa a Porte chiuse, & a voce bassa, come anche celebrare li Divini Officii, sentire le confessioni delli Baglivi, Priori; & altri Cavalieri, e Persone, a loro familiari, e suddite, con amministrare alli medemi i Santissimi Sagramenti della Penitenza, e Eucaristia.

Nono. A medemi Cappellani per Privilegio, concesso da Paolo V. registrato *in detti Statuti al fol. 32.* fu concessa altra singolare prerogativa, commune a 15 poche insigni Religioni, di potersi Ordinare Sacerdoti, *non servatis Interstitiis, & à quocunque Catholico Episcopo, communionem cum Catholica Ecclesia habente.*

Decimo. Da Cappellani sudetti promiscuamente con li Cavalieri di Giustizia si possono occupare, & in effetto in diversi tempi sono state occupate le Cariche onorevoli, e lucrose de Ricevitori Generali, Vice Cancellieri della Religione, Cavalieri della Rotta, Infermieri, Conservatori Conventuali, e Teso- 16 riere Generale, il quale à seco annessa la Dignità della gran Croce.

Undecimo, Nella Chiesa Conventuale portano Rocchetto, con sopra Mozzetta pavonazza; Essercitano Pontificali con Mitra, e Bacolo, sono Pre- 17 sidenti a molti insigni Collegii in qualità de Rettori, cose tutte notorie tra Cavalieri e in tutta la Città, & Isola di Malta.

Duodecimo. Godono Commende con Giurisdizione, unitamente con altri Privilegii, conceduta alla Religione da Sommi Pontefici Pio IV. e Clemente XI. Anzi sono capaci ancora di quelle Commen- 18 de che hanno Giurisdizione di Sangue, come determinò il gran Maestro Beregnario, e si può riconoscere nelli Statuti della nostra Religione stampati l' anno 1674. *al fogl. 156. nu. 34. tit. 14. delle Commende.*

Decimo terzo. Non solamente sono ammessi nel Venerabile Conseglio alcuni de medemi, ma in diversi tempi, e scabrose congiunture, molti furono eletti Ambasciatori a supremi Prencipi, & a Concilii Generali, come fù praticato in quello di Con- 19 stanza, nel quale dal d. Concilio uno di essi inviatovi dal Gran Maestro Fra Filiberto Nailacco, prima priore d' Aquitania, fù deputato tra gli Elettori di Martino V. come riferiscono *il Bossio nell' Istor. Gerosolimit. par. 3. lib. 22. e nella par. 2. all' anno 1717. & d. Ciaccon. nella Vita di Martino V.*

XIV. Nella massima elezzione del Gr. Maestro di tutto l' Ordine, concorrono unitamente con Cavalieri di 20 Giustizia li Cappellani Servienti Conventuali, come si dispone ne' nostri Statuti *tit. 13. della Elezione del Gran Maestro fol. 164.* con queste parole *Di tre Elettori del Maestro, cioè un Cavaliere, un Cappellano &c.* & ivi *Nominare un Cavaliere, un Capellano &c.* & altrove in molti luoghi di d. cap. 13.

Decimo quinto. Sono ugualmente esclusi li Spurii & illegitimi dalla nostra Religione, tanto li Cavalieri, 21 quanto li Cappellani servienti; come si determina *nel c. 2. del Ricevimento de Fratelli fol. 15. ivi spurios, & illegitimos omnino expulsos, & exclusos ab ingressu Religionis nostrae ex quacunque Gratia, sive in gradu Militum, sive Cappellanorum.*

Decimosesto. Come ancora sono parimente obligati a somiglianza de Cavalieri, li Cappellani sudetti al pagamento di grossa somma di scudi cento d' oro in oro a titolo di passaggio, come si determina *nel c. 2. del Ricevimento de Fratelli fol. 33. & 53.* con queste parole. *Tutti* 22 *quelli, che in avvenire si riceveranno nell' Ordine nostro in grado di Cappellano Conventuale, debbano pagare per il passaggio ducento scudi d' oro in oro.*

Decimo settimo. Con speciale attenzione, e distinzione devono trattarsi dd. Cappellani nelle Galere, e Vascelli della Religione, venendo ingionto *nel cap. 11. delle Galere al n. 18. & 19. fol. 163. Che li RR. Cappellani,* 23 *che saranno di Caravana, debbano essere ricevuti, e ben trattati, ordinando al Ven. Generale, e Capitano delle Galere, che ne tenghino particolare protezzione, e li conservino al possesso di mangiare al capo della Traversola alla banda del Capitano; Item che il Cappellano Sacerdote che va di Caravana, abbia Ordinariamente la sua Posta da dormire nello scandalato al cantone di dentro, verso la Campagna.*

Da queste, & altre uguali prerogative, che promiscuamente con Cavalieri di Giustizia godono li Fratelli Cappel. Serventi, che sarebbe troppo longo il descriverle con minutezza, e che sono notorie à tutta la Città, ed 24 Isola di Malta, se ne inferisce ad evidenza, che in quelli

luoghi ne quali deve farsi qualche azzione, overo operazione unitamente tra Cavalieri di Giustizia, e Fratelli Cappellani serventi, oltre al primo Luogo, dovuto, e che non si nega, a medemi, non vi debba essere differenza alcuna, particolarmente nelle *Albergie, qual nome* (sono parole precise dello statuto *al tit. 19. della significazione delle parole n. 6. al fogl. 239.) familiare all'Italiani, Francesi, e Spagnuoli, il quale significa Ospizio, e così si chiamano le Case, nelle quali li Fratelli nostri Nazione pro Nazione mangiano, e si congregano insieme* — E, conseguentemente, che non debba ammettersi la pretensione de Cavalieri delle due
25 Albergie di Francia, e di Alvernia, nelle quali si suppone esservi l'abuso, da qualche anno a questa parte, della distinzione delle Tavole, nelle quali mangiano Cavalieri, e Fratelli Cappellani serventi, e molto meno debba ammettersi l' introduzzione di detto abuso nell' altra Albergia della Lingua di Provenza, dove mai vi è stato per il passato.

Non deve ammettersi detto abuso nelle Albergie delle Lingue, di Francia, e di Alvernia, come direttamente contrario alle leggi della Religione in quel-
26 le parole, che opportunamente si ripettono — *Ospicio si chiamano le Case, nelle quali li Fratelli nostri, Nazione per Nazione, mangiano, e si congregano assieme Dictio enim Insimul importat, & significat congregationem, & connexitatem* sono parole *dei Paris del consegl. 79. numer. 20. Libr. 3.* seguitato dal *Barbosa* con molti altri concordanti *nel Tratt. de Dictionib. dict. 164. e del Trat. nel simile Trattat. diction. 246. per totam* ibi *Dictio insimul ponitur copulativè, & denotat unicitatem*, quali puntualissime autorità, come individualmente specificanti il nostro caso devono considerarsi ad a-
27 versi, come legge particolare secondo l' opinione *della Sag. Rota nella decis. 2121. numer. 18. coram Coccin.* ibi — *Quorum decisio, etiam sine lege, dicitur casus legis donec alius allegetur, qui contradicat, & coram Ansald. decis. 43. numer. 13.* ibi — *Simplex Doctor, magis in individuo differens, & firmans casum, nullumque habens Contradictorem pro lege tenendus est & part. 19. recent. decis. 21. nume-*
28 *ro* ibi — *Cùm hucusque nemo alias allegetur Doctor, qui contradicat, eorum decisio dicitur casus Legis, &* in Giennen Juris Votandi secundo Julii 1706. §. Quod indubitanter coram Kaunitz, ibi — *In judicando sequenda est authoritas, etiam unius Doctoris, in illis circumstantiis Contradictore Carens.*

Tanto più, che li medemi Fratelli Cappellani in tutte le altre cinque Lingue, o siano Albergie, sono in pacifico posseso di unirsi promiscuamente, e mangiare unitamente, senza distinzione, ne di Vivande, ne di Mensa con li Cavalieri di Giustizia, non essendovi altra differenza, che la sola precedenza de primi luoghi, come si suppone evidente in Malta, & è stato concludentemente provato da molti Testimonii, degni di tutta fede Si che caminando con le regole legali, ciò, che si pratica con la maggior parte delle Lingue, o siano Nazioni, deve ancora pratticarsi con la minore, secondo la disposizione
29 del Testo *nella leg. Nullus ubi Glossa verb. Duæ partes Cod. Quod cujusque universitat. nomin* e l' osservono l' *Abbate in capitulo Cùm omnes numero decimotertio, Cod. de Constit. Angel. in Opusc. de Patron. Suffragio* stampato doppo il *Tratt. de Impens. dotal. numer. 18. & la Sagra Rota della decision 400. numero primo part. 6. & decis. 171. eod. numer. parte, 19. recent.*

Particolarmente, quando la maggior parte opera secondo le Leggi della Religione, come am-
30 pliando detta Conclusione provano *Soccin. junior. consil. 29. numer. 38. libro tertio, Surd. consil. 534. num. 35.* & fermò la *Sag. Rot. nella dec. 244. in fin. coram Mantic. e nella decis. 439. numero decimoquarto, part. 13. recent.* & appresso *Pompeo Ursaja mio Figliuolo nel Tomo 2. nel Miscell. decis. 62. numero 8.*

Molto meno deve introdursi questo abuso, e novità nella Lingua & Albergia de Provenza, dove mai vi è stato per il passato, essendo le novità odiose a tutte le Leggi, e percio sempre deve inclinarsi per la loro esclusione, secondo *il Testo nel* 31
Cap. Cùm dilectio de consanguinit. & affin. e secondo l' autorità *di San Giovan. Grisost. in Epist. prima ad Corinth.* tra le sue opere impresse a Parigi l' anno 1581. *tom. quarto*, fol. 342. ibi — *Novitates semper odiosas, perniciosasque existente, nihilque magis animos perturbare, quàm innovare aliquid, & à consuetudine alienum facere*, seguitato *dalla Sagr. Rota* 32
nella decis. 19. in fin. apud Antonell. de Jurib. Clerico Intorno alla quale conclusione puntualmente concordano molte autorità, seguitate dal *Capon. discept. 85. numer. undecimo, & plurib. seqq. tomo secundo, e dalla medema Sagra Rota nella Colonien. Præcedentiæ super bono quarto, Julii 1696. §. fin. coram Muto, & in Pamphilonem Manutentionis 10. Maii 1706. in fine coram Caffarello, & in Frisingen. Juris deputandi Curatos 24. Martii 1713. §. primo coram Ansaldo.*

Il che viene communemente ammesso da Dottori anche nel caso più duro diversissimo dal nostro, nel quale si tratasse di novità, induttiva, e produttiva di qualche utilità come alla puntualissima authorità di S. Agost. epist. 54. ad Inquisit. Januar. cap. quinto, ibi — *Ipsa quippe mutatio consuetudinis,* 33
etiam quæ dixerat utilitate, novitate perturbat seguitata dal *Card. Sacripanti* nella Difesa delle Giurisdizione Eccles. cap. 14. numer. 22. e dalla Sag. Rota nella Hispalen. Processionis 20. Junii 1700. §. Ut enim coram Ansaldo, impresa apud Bagnaquaresm. Quotidianar. Resol. tom. primo part. 3. decis. 22. n. 9. & seqq.

Per lo che molto più si applica nel caso presente, nel quale la contraria pretensione non à altro fondamento che di mera vana gloria, ne nostri precisi termini di Cavalieri di Malta con parole mezzo espressive riprovata da S. Bernardo quali parole 34
sono riferite, e seguitata dal Cassaneo nel Catalog. glor. Mund. part. 9. consid. 4. vers Bernardus autem fol. mihi 173. ibi — *Nec aliud inter Vos Bella movet, Litesque suscitat, nisi inanis gloriæ appetitus* dove acciò attribuisce detto S. Dottore la perdita della Città ed Isola di Rodi, come a quelle altre parole del medemo Cassaneo nel luogo citato *Nescio quid dicendum de talibus Militibus hodiernis, nec solum in-* 35
vectiva Bernardi potest eis applicari, imo, & multò majora, quoniam si tales essent prout dicebat Bernardus quales erant tempore suo, forte Deus non permisisset, eos expelli à sedibus, & finibus eorum, scilicet ab Urbe, & Insula Rhodi, sed cum Judicia Dei abyssus multa, ideò tacere melius, & utilius, quàm male loqui.

Tutte queste riflessioni molto più, anzi mirabilmente, si applicano nel nostro caso, atteso il pacifico possesso, che milita a favore della classe de Fratelli Cappellani Serventi, quali specificamente sono soliti nelle cinque lingue, o siano Albergie di Spagna, Italia, Alemagna &c. nella festa di Provenza, mangiare, e sedere senza distinzione alcuna 36
di Tavola unitamente con li Cavalieri, non essendovi controversia alcuna tra Dottori, che trattano la materia di precedenza, circa la conclusione, che in detta materia l'osservanza debba puntualmente osservarsi, come legge, come si può riconoscere *dal-* 37
l' Antonelli de Regim. Eccles. lib 3. capit. 18. §. primo numer. 6. Frances. de Eccles. Cathedr. capit. 25. numer. 377. Tancredin. consult. 14. numero primo, & seq. Panimoll. decis. primo numero primo, & seqq. Ricciul. lucubr. Eccles. libro quarto capitulo 16. numero primo. Barbos. de Jur. Eccles. libro secundo capitulo undecimo numero, 102. Pasqualig. ad Lauret. de Franch. fol. 88. numero, 227. vers. Quod præcedentiam Rot. decisio 229. numero primo, pœnes Postb. de manut. & coram Merlino decis. 779. numero primo, & coram Bich. decisio 566. numero ottavo, & in voto ottavo numero secundo, & seqq. post Rembold.

& in

& in decis. 354. num. 3. coram Card. Caprara, & cor. Ansald. decis. 25. num. 1. & seqq. & in annot. n. 8. & in Andrien. Præeminentiarum super bono Jure 17. Februarii 1710. §. Præter coram Aldrovando, ubi, *quod in controversiis præminentialibus taliter attendenda est quasi possessio, ut potiùs sit habenda ratio possessionis, quam Juris, vel tituli.*

Ne deve aversi in conto alcuno il preteso possesso, nel quale attualmente si trovano li Cavalieri dell' Albergia di Provenza, non solamente perche il medemo dato causa & impulso alla presente Lite, e perciò non deve attendersi, come osservano
39 li Dottori da me citati nel tomo 3. delle mie *Disc. Ecclesiast. part. 2. discept. 1. §. 18. num. 6. vers. moxicom verò*; Ma anche perche la Classe de Cappellani serventi non à perso mai il suo antico possesso doppo detta novità avendo avuto immediato ricorso all' Emminent. gran Maestro, & a suo Venerato Conseglio, & ultimamente alla S. Sede, il che opera non potersi negare a medemi Cappellani serven-
40 ti la manutenzione nell' antico possesso secondo le pontuali *decis. 1703. & 1736. coram Caprara.*

Tanto più, che trattandolo di prerogative, e Privilegi conceduti a tutta la classe de Cappellani Conventuali Serventi la minor parte de medemi con la loro trascuraggine, unnivenza, o negligenza, non à potuto pregiudicare alla maggior parte, e molto meno à tutta la detta classe de Cappellani uniti, come ne termini de Religiosi, e nelle circostanze
41 assai più dure, nelle quali vi concorreva il consenso de' Superiori Generali, è letterale il Testo nel *cap. Cùm tempore de Arbitr.* seguitato *dal Donat. Rer regul. tom. 1. tract. 13. quæst. 10. per tot. Tambur. de Jure Abbat. tom. 1. capit. 14. quæst. 12. pariter per tot. Panimoll. decis. 84. num. 6. Pignatell. consult. 161. num. 23. tom. 1.* con molti altri classici Dottori, citati nella *part. 1. discept. 19. à num. 68. & sebq. & par. 2. discept. 14. à num. 22.* E ne' termini di Chierici secolari, sono ugualmente puntuali le disposizioni
42 *del Test. nel cap. Si diligenti de Foro competen. e nel cap. Contingit de sentent. excommunicat.* con le altre autorità citate *nel tom. sesto, part. seconda, disc. 11. num. 17.*

DISCEPTATIO XXIII.

Nullius prætensorum Sponsalium.

PRO

Julio

CUM

Angela Maria

ARGUMENTUM.

Sponsalia, inter Censanguineos contracta sub conditione obtinendæ Apostolicæ Dispensationis, indigent novo consensu Contrahentis post obtentam Dispensationem, sine quo cogi non potest Contrahens ad Matrimonium contrahendum.

SEcum ipse meditans Jo. Baptista nimis addictus Domui N N. Matrimonio conjungere Angelam cum Iulio, probè noscens, ipsos inter se in quar-
1 to Consanguinitatis gradu esse conjunctos, timensque ne ex hoc capite à meditato Conjugio retraheretur, sub principio mensis Julii proprio marte Commissionem dedit Romæ, ut obtineretur necessaria dispensatio, mutuato tamen nomine ejusdem Julii de hoc indubitanter ignari; Deindè sub die 11. ejusdem mensis Julii, ipse Joannes Baptista sermonem habuit cum Julio de contrahendis Sponsalibus,

& facilè fuit illum, Juvenem parùm expertum, & humanarum rerum penitus ignarum, inducere ad subscribendam Apostolicam futurorum Sponsalium sub die 18. dicti mensis cum eadem Puella *senza averla*
mai veduta, ne conosciuta, anzi avendo chiesto di ve- 2
derla, li fù risposto, che ciò non si pratticava con Matrimonii di Dame, bensì con persone di bassa condizione, ut pluries medio Juramento testatus est præfatus Julius in ejus declarationibus, transmissis Sacr. Congregationi, de quibus in Summario.

Animadvertens autem idem Mediator, quod in dicta prima Sponsalium Apoca, nulla fiebat mentio de Consanguinitate, inter præfatos Sponsos inter- 3
cedente, nec adhuc sciens an dispensatio fuisset impetrata, erroneè putans, hanc nullitatem sanari de iure, quatenus nova exararetur Apoca sub conditione obtinendi Apostolicam dispensationem, hinc induxit eundem Juliam ad se subscribendum sub die vigesima eiusdem mensis Julii alteri Sponsalium Apocæ, in qua apposita leguntur hæc verba -- *Con animo d'avere la Dispensa da sua Santità per la Parentela, che è tra dette Parti in grado proibito alla* 4
forma de Sagri Canoni, ut latiùs *in* Summario; Et hæc omnia similiter gesta fuerunt absque ulla scientia, & participatione Illustrium Consanguineorum Julii, quinimo absq; eo, quod Sponsus dictam Sponsam unquam vidisset, ibi --*E tutto questo è stato fatto, senza che lo abbia mai veduto, ne trattato con detta figlia.*

Detecto per Julium occasione huius secundæ Apocæ, consanguinitatis vinculo, evenit id, quod ab initio timuerat Mediator, ut nempè difficillimè, & reluctante propria conscientia, poterat ad contrahendum cum Consanguinea Matrimonium; Unde, exhibitis præfatis geminis Apocis dictorum Sponsalium sub oculis insignium Theologorum, a Canonistarum, atque ab illis sincerè audito, quod nullatenus, absque eius novo consensu, exhibendo post 5
exequutam Dispensationem Apostolicam; ad illarum executionem teneretur, ob patentem nullitatem, derivantem à defectu præventivæ Dispensationis Apostolicæ super gradu Consanguinitatis, hinc recedendo, tempore habili, & priusquam Litteræ Apostolicæ super Dispensatione coram Ordinario exhiberentur, a primæva eius voluntate contrahendi Matrimonium cum dicta Angela, aliam sub die 26. eiusdem mensis Julii Sponsalium Apocam firmavit cum altera prænobili Puella, cuius vigore cum institutum fuisset in Curia Ecclesiastica eiusdem Civitatis pro obtinenda opportuna licentia Contrahendi in faciem Ecclesiæ Matrimonium, adinventa extitit apud Acta oppositio sub nomine dictæ Angelæ, & 6
propterea debuit Julius assumere indaginem super remotione huius obstaculi; Sed quia, adhuc controversia pendente in dicta Curia Ecclesiastica Angela recursum habuit ad hanc Sacram Congregationem mediante supplici Libello, iuxta solitum transmisso Ordinario pro Informatione, qui illam dedit, ut in Summario; Hinc avocata eadem Controversia ad Urbem, contingit in præsenti disputari Dubium in fine registrandi, quod non aliter resolvendum videtur, quàm prævio Responso negativo.

Non enim in dubium revocatur, quod Julius sit in quarto Consanguinitatis gradu cum Angela coniunctus, & propterea, quod, cessante Apostolica Dispensatione, esset interdictum inter eos Matrimonium contrahere, iuxta *Textus in cap. primo cap.* 7
Quod super, & *cap. Non debet de Consanguinit. & affinit.* Idcirco Sponsalia inter illos contracta, priusquam obtineretur Dispensatio, tanquam nulla, reiicienda sunt, quamvis in secunda Apoca exposita fuerit spes obtinendi Dispensationem; Cùm absolutum in iure sit, quod Sponsalia, inter Consanguineos contracta etiam sub spe obtinendi Dispensationem Apostolicam, nullitatis vitio laborent, nec ex illis valida oriatur obligatio ad standum Con- 8
tractui, ea ratione, quia conditio resistit dispositioni Iuris, & cùm pendeat ab arbitrio Principis, qui Dispensationem potest denegare, dicitur impossibilis, & haberi debet pro non adiecta, itaut

Contractus sub illa conditione celebratus, nullatenus teneat, ut hanc Sententiam, relatis solidissimis fun-
9 damentis, rejectisque contrarii, solidè tuentur Sanchez, Matrimon. lib. 5. disput. 5. & sequen. Tondut. quæst. Canon. lib. primo, capit. 22. per tot. signanter num. 16. Rocc. disput. Jur. cap. 62. numer. 36. & sequen. & constans semper fuit Sententia Sacræ Rotæ, ut magistralibus Decisionibus 503. part. 5. tom. 2. & 107. part. 8. per tot. inter Recent. & coram Ludovis. 410. pariter per tot. & decis. 242. part. 14. ubi num. 7. & 8. loquitur de Sponsalibus contractis in quar-
10 to Consanguinitatis gradu, & coram Falconerio tit. de Sponsal. decis. 5. num. 4. & 5. tom. 3. & in Hispalen. Matrimonii 21. Februarii 1718. §. Quin hujusmodi cum duobus seqq. coram Foscaro impress. apud Pompejum Ursaja filium meum in tom. 2. Miscellan. pag. 118. & ita resolvit quoque hæc Sacra Congregatio, ut videre est in tom. 2. p. 2. discept. 17. à numer. 6. usque ad 10. & etiam n. 50.

Itaut, si Sponsalia contracta fuerint inter Consanguineos, superaddita conditione, si Papa dispensaverit, superventa Dispensatione, nequeunt Contrahentes invicem compelli ad contrahendum Matrimonium per verba de præsenti in faciem Ecclesiæ,
11 nisi ad id novus per eos præstetur assensus, ut tenent communiter Doctores in cap. Super eo, præsertim Abbas num. 8. de condit. apposit. cum aliis plena manu congestis in dicta decis. 107. part. 8. Recent. num. 1. & in dicta Hispalen. matrimonii §. Porro præmissa. Quod procedit, quamvis in Sponsalibus superaccedat Juramentum, quia cum hujusmodi Sponsalia sint de sui natura prohibita, Juramentum non potest il-
12 la confirmare, cum sequatur naturam actus, cui adhæret, ad Textum in capit. Quemadmodum de Jure Jurand. & animadversa per Sanchez de Matrimon. lib. 1. disput. 32. num. 1. cum sequen. Aliàs enim Juramentum diceretur vinculum iniquitatis, ut egregiè advertit Rota in dicta decis. 107. numer. 16. par. 8. recent.

Explorata sunt hæc in jure, nec exadverso declinari valent sub eo præsupposito, quod cum Supplicatio pro Dispensatione obtinenda, in casu, de quo agitur, signata à Pontifice appareat sub die 15. ejusdem mensis Julii, propterea Sponsalia firmata sub die 18. & 20. eiusdem mensis, valida esse debeant, cum eo tempore nullum intercederet impedimentum inter Julium, & Angelam; Contrarium siquidem ob-
13 jectum peccat in supposito; Nam supponit, quod Apostolica Dispensatio statim ac à Summo Pontifice signata sit, illico obstaculum Consanguinitatis removeat, ita ut dispensati, etiam priusquam ab Ordinario dispensatio exequatur, possint validè Sponsalia, & Matrimonium contrahere, quod in Jure non subsistit; Quid quid enim esset de Dispensationibus, quæ antiquis temporibus concedi solebant in forma gratiosa, & sic illico Gratia dicebatur perfecta, Contrarium absque Dubio procedit in dispensationibus nostris temporibus per Sanctam Sedem solitis, quæ non dantur amplius sub dicta forma, sed tantummo-
14 dò datur Mandatum de dispensando in forma commissaria, vel ordinario, vel alteri personæ directum, ut benè distinguendo, animadvertit Corradus in Prax. dispensat. lib. 7. cap. 6. n. 25.

Porrò in huiusmodi Dispensationibus, quæ in forma commissaria alicui Executori diriguntur, prout indubitanter est Dispensatio, de qua agitur, in qua
15 Pontifex mandavit, & iniunxit Executori, ut de præmissis Te diligenter informes, & si preces veritati niti compereris, authoritate nostra dispenses; In his, inquam, terminis Gratia dispensationis per solam Summi Pontificis Signaturam non dicitur perfecta, ut dici valeat remotum obstaculum, & ad effectum, ut dispensati Matrimonium validè contrahere valeant, sed requiritur Executoris factum, & post illud exposcitur etiam novus Consensus eorundem Contrahentium; Mandatum quippè de dispensando non est dispensatio, neque illius vim habet ut notant Paris con-
16 sil. 57. num. 53. lib. 4. de Justis de Dispensat. Matrim. lib. 1. cap. 6. num. 339. ubi optimam rationem, ibi -- Quia cùm Oratores nondum fuerint dispensati, nec adhuc fuerit relaxata Lex, inter eos remanet impedimentum, & aliud est ipsa dispensatio, per quam omninò impedimentum tollitur, & Lex illud constituens relaxatur &c. Rota coram Puteo decis. 246. lib. primo, & in recent. decis. 721. num. primo, part. 3. & in nostris præcisis terminis Adden. ad Gregor. decis. 410. sub numer. 8. eadem Rot. coram Coccin. decis. 2222. numer. 17. ibi -- Si Papa dispensaverit, nec posse suffragari Dispensationem obtentam Cum post illam, & ante illius executionem non intervenerit novus consensus, ac meliùs decis. 107. sub numer. 21. part. 8. recentior. 17
ibi -- Respondetur, quod novus Consensus præstandus est in executione Dispensationis facienda ab ipso Executore, non antecedenter, etiam quod fuerit obtenta Dispensatio, cum interim sit locus pœnitentiæ, & coram Buratt. dec. 203. num. 7.

Atque est isto principio, quod scilicet Gratia Dispensationis perfecta non dicatur per solam Papæ signaturam ante executionem Judicis delegati, nec tunc impedimentum tollat, notant communiter Doctores, quod permittitur pœnitentia, etiam post impetrationem dispensationis ante tamen illius executionem, ut in puncto probant Gonzalez ad Reg. 8. 18
Cancell. gloss. 12. num. 81. & 82. & Rot. cor. Duran. decis. 397. num. 27. ibi -- Quandò autem post obtentum Beneplacitum est necessarius novus Consensus regulariter permittitur pœnitentia, etiam post illius impetrationem ante executionem. Card. Petra in Commentar. ad Constit. Apostolicas tom. 5. pag. 474. num. 71. Ex quo sequitur, quod post signaturam Papæ ante latum Decretum super dispensatione à Commissario, illegitima reputatur, iuxta cons. 3. Navarr. lib. 4. quem sequitur Sbroz. de Vicar. Episcop. lib. 2. quæst. 34. numer. 7. 19
Et denique causa pro obtinenda dispensatione exposita, sufficit, quod verificetur tempore executionis Literarum, licèt tempore impetrationis illa non esset vera, ut probat Corrad. in Prax. dispensat. lib. 7. cap. 6. n. 24. & 25.

Si itaq; post impetratam Dispensationem à Summo Pontifice, sed priusquam illa exequatur per Judicem delegatum, Contrahens potest se pœnitere, Proles suscepta illegitima est, & Gratiæ non officit; quod causa Pontifici expressa, tunc non verificetur, dummodò tamen in actu executionis vera sit; Fateri pernecesse oportet, quod perfectio Dispensationis non consistit in sola signatura Pontificis, sed, pro removendo obstaculo Consanguinitatis, exposcitur, ut Judex Commissarius illam exequatur, & post talem executionem necessarius est novus consensus, 20
Contrahentium, ut præter supracitatos egregiè expendit Gutierez quæst. Canon. lib. primo, capitul. decimoquinto, numer. 21. ibi -- Quando verò copula fuit habita post facultatem dispensandi concessam, & commissam a Romano Pontifice Ordinario Loci, vel aliis. Ante tamen quam ab ipso dispensetur, quamvis hoc casu res difficultatem habeat, adhuc verius, magisque juridicum videtur, Dispensationem vitiari, nisi iterùm ad Summum Pontificem recurratur, mentioque copulæ fiat, ac absolutio à Summo Pontifice impetretur, quia sicuti quando copula intercessit antequam Dispensatio impetraretur Romæ, necessariò fieri debet mentio ipsius, ut est prædictum; ita etiam erit, quandò post ipsam impetratam, habita fuerit copula Ante tamen 21
quam ab Ordinario Dispensetur; Quia ita sunt consanguinei tunc sicut a principio; ac per consequens incestus utroque tempore per copulam committitur, sicque non video esse rationem juridicam differentiæ, inter hos duos casus Facultas quandoquidem ad Dispensandum, Quamvis sit Gratia, nondum tamen est per- 22
fecta, donec concessa, ac expedita non sit ab Ordinario, cui fuit commissa.

Et hanc eamdem Sententiam solidè tuetur Sanchez de Matrimonio Communis in hac materia Magister lib. octavo, disputatio trigesima, numero decimo secundo. ibi -- Mandatum, factum per Pontificem Ordinario, vel per Pœnitentiarium Confessori, ut dispenset, si preces veritati nitantur, non habent vim veræ, ac consumatæ dispensationis, donec Ordinarius,

vel

vel Confessor dispenset, ut benè &c. Cujus signum est, non valere Matrimonium virtute illius contractum Pri-
23 usquam ordinarius, vel confessor virtute illius mandati dispenset -- Et hoc ipsum strenue tenetur *de Justis de Dispensat. Matrimon. lib. primo cap. 6. nu.* 484. ibi -- *Adnotandum secundò, quod licet Oratores obtinuerint à Pontifice Mandatum de dispensando, & licet etiam Delegatus preces, Pontifici porrectas, veras esse compererit, vel nihil obstet pro executione dispensationis,* Non tamen poterunt matrimonium validè, &
24 & licitè contrahere, donec dispensatio cum effectu facta fuerit; *Aliud enim est dispensatio, & aliud Mandatum de dispensando, quo Superior non dispensat, nec impedimentum removet, sed dispensari mandat, cognita precum veritate; unde hoc vim dispensationis non habet, ut bene docet Francus &c. & proinde filii, ex hujusmodi Matrimonio procreati, erunt illegitimi - &*
25 *num.* 531. ibi -- *Quod si non fuissent hæ dispensationes perfectè concessæ, ut si fuisset à Pontifice concessum Mandatum ad dispensandum, sed nondùm fuisset à Delegato executum, tunc quamvis dicto Mandato pluries renuncietur, poterit nihilominus Dispensandus, mutata voluntate, dispensationem accipere, eaque uti, quia cum Dispensatio nondùm facta fuerit, non fuit adhuc ab obligatione Voti, vel juramento exemptus.* --

Cumulo autem hujusmodi rationum, & authoritatum, irrito conatu exadverso forsan obiicietur, quod prædicta procedant, ubi in Brevi Apostolico designaretur Executor voluntarius, qui scilicet possit concedere, & denegare Supplicantibus Dispensationem; Secùs autem, quoties res est de Executore necessario, cui Papa præcipit, ut veris existentibus
26 narratis, Oratores dispenset, cùm hoc casu Gratia dicatur jam facta, & perfecta in ipsa Signatora Pontificis, *Sanchez de Matrimon. lib.* 8. *disput.* 28. *num.* 87. Huiusmodi quippe distinctio applicabilis neutiquàm est nostræ hypothesi; Prædictus siquidem Author in loco supra citato quæstionem examinat, an Commissiones dispensandi per obitum Pontificis expirent, & ad eum finem, utique procedit prædicta distinctio, quia si Executor est merè voluntarius, re in-
27 tegra, nulli adhuc dicitur jus quæsitum, & idcirco morte Concedentis, Gratia perit; Si verò Executor necessarius est, jam dicitur quæsitum jus ad rem illi, in cuius favorem Gratia concessa est, cùm Gratia consistat in solo Principis verbo, & sola illius executio desideratur, quæ per Commissarium, veris existentibus narratis, necessario facienda est; Diversa autem ratio militat ad alium finem, & effectum, de quo hic agitur, ut scilicet dici possit Gratia dispensationis perfecta, ac remotum obstaculum, adeout Consensus, post signatam Supplicationem præstitus, sit irretractabilis; Si enim in istis terminis permissa est pœnitentia, donec Commissarius suum
28 Decretum pronunciet super dispensatione; Et si consensus Contrahentium requiritur postquàm Executor fructus est officio suo, iuxta punctuales authoritates supra citatas, necessario dicendum est, Dispensationem ad effectum convalidandi consensum Contrahentium, nequaquam perfici per solam Summi Pontificis Signaturam; Sed ulterius necessario requiri Decretum Judicis Commissarii; Semper ut gente illa disparitatis ratione, quia Gratia Principis non dispensat, sed dat Mandatum de dispensando, quod absque executione Commissarii, obstaculum non submo-
29 vet, ut perbene animadvertit *Tondut. dicto lib.* 1. *c.* 15. *num.* 24. ibi -- *Et ut intelligamus, quantum intersit, utrum Gratia quid jam factum contineat, vel quid faciendum, sive ab alio expediendum, est communis resolutio, quod quamvis Gratia per verbum Fiat, non expiret morte Concedentis; illud tamen procedit, & est verum quando Gratia quid perfectum continet, secus autem, quando mandatur aliquid faciendum, ut plures allegans, resolvit Molina &c.*

Quamobrem firmum, immotumque permanet, quod etiamsi Apocæ Sponsalium inter Julium, & Angelam communi consensu subscriptæ reperiantur, postquam Summus Pontifex dispensationis Gratiam subsignaverat, adhuc tamen, cùm huiusmodi consensus præcesserit executionem eiusdem Gratiæ, ex- 30
plendam coram Ordinario, cui Gratiæ executio commissa fuerat, nequit validè obligare eumdem, Julium, quis semper potuit ante executionem pænitere; Unde si deinde, Gratia adhuc non exequuta, à præcedenti voluntate recessit, Julius nedum alia Sponsalia die 26. dicti Mensis Julii cum nobili Puella subscribendo, sed etiam post earumdem Literarum præsentationem, præcipuam, & rotundam in actis Curiæ Ordinariis protestationem emit-
tendo *di non consentire in verun modo, che si dia ese-* 31
cuzione da sua Signoria Reverendissima all' asserta dispensa impetrata per parte della Signora Angela, non intendendo essere in alcun modo obligato alla celebrazione del Matrimonio con essa, attesa la manifesta nullità de' Sponsali, & in præsenti etiam fortiter urgendo, mediante speciali mandato Procure exarato pro exclusione Controversorum Sponsalium Con-
currente Julii penitentia, & excluso quocunque illius 32
consensu, & approbatione post executionem, seu præsentationem Dispensationis, Sponsalia præcedentia, & illius consensus nullius efficaciæ remanserunt, nec idcirco possunt sustineri.

Quæ hactenus probavimus procedunt etiamsi Julius certam habuisset scientiam obtentæ Dispensationis, illaque ad illius instantiam impetrata fuisset, quia iuxta superius laudatas authoritates uterque Contrahens ante præstationem novi consensus, potest à præcedenti contractu Sponsalium recedere; Sed eo 33
certè potiori iure locum sibi vindicare debent in nostra hypothesi, in qua dispensatio, nec mandante Julio, hic in Urbe obtenta fuit, neque minus de tempore subscriptionis Sponsalium, de ea Contrahentes notitiam habebant; Et quod Julius non commiserit Dispensationis expeditionem, plusquam evidenter deprehenditur, tum ex temporum combinatione; Supplicatio enim signata a Pontifice comperitur sub die 15. Julii, & tamen, iure iurando, testatur Julius quod non priùs, quàm sub die 11. eiusdem Mensis mediator de hisce Sponsalibus ei primò allo-
quutus fuerit; Unde quisque videt, quod etiamsi Ju- 34
lius voluisset petere ab Urbe Dispensationem, adhuc in brevi quatuor dierum spatio, nequibat nuncius ad Urbem pervenire, & signari supplicatio; Tum etiam adhuc ipsum demonstrat prima Sponsalium schedula subscripta die 18. Si enim Julius Dispensationem petiisset, utique id expressum fuisset in eadem schedula.

Quin obstet, quod Breve Dispensationis conceptum sit cum enunciativa; quod pro parte Julii porrecta fuerit Supplicatio; Siquidem huiusmodi formula nullo modo probare potest, preces ab ipso porrectas fuisse, nec cum illius mandato; Nam si Tertius sua sponte preces porrigeret, non alia esset forma Literarum dispensationis, in quibus de stylo Cancellariæ semper unum, & idem exordium præponitur, 35
ut est notorium, & refert *Corrad. in Prax. dispensat. lib.* 7. *cap.* 5. *num. primo, &* 2. Accedente præsertim, quod si revera Julius Mandatum dedisset pro obtinenda Dispensatione, facillimè exadverso exhiberi posset Epistola missiva, seu id probare ex aliis concludentibus rationibus, cum de cætero Mandatum non præsumatur, nisi ab allegante probetur, ex vulgatis.

Deficiebat quoque in Julio notitia obtentæ Dispensationis, dum Schedulis Sponsalium se subscripserat: Illa enim, ut superiùs diximus signata fuit à Summo Pontifice die 15. Julii; Unde impossibile est, quod notitia pervenire posset in Civitate nimis distante ab Urbe quo firmata fuit secunda Schedula, propterea que, deficientie scientia Dispensationis, consensus tunc præstitus à Julio præiudicare non potest, cum, adveniente Dispensatione, sit necessarius no- 36
vus Consensus cum *scientia* dispensationis, ut, optimam adducendo rationem, probat *de Justis de Dispensat. Matrim. lib. primo cap.* 3. *num.* 53. *cum plurib. seq.* signanter *num.* 60. ibi -- *Est autem ita necessaria notitia obtentæ Dispensationis ad effectum, ut possit Dispensatus ea uti, ut si ante ipsius Dispensationis notitiam,*

tiam, Matrimonium ab impeditis contraheretur, nul-
lum, & irritum esset quamvis vere fuisset impetranda
Dispensatio, quia dispensatio per se est relaxatio à lege
adhuc vigente; unde ad hoc ut licite effectum suum ope-
37 *rari valeat, debet esse Ipsi impedito nota; non enim est*
præsumendum, ut Superior velit Subditum à Legis ob-
ligatione eximere, nisi quando tuta conscientia, & absq;
peccato possit contra illam agere; Subditus itaque non
potest tuta conscientia, & absque peccato contra illam
agere, nisi post notitiam Dispensationis factæ, cùm an-
te hujusmodi notitiam Lex, saltem in subditi conscien-
tiam, suam vim obligandi obtineat, nec præsumi de-
bet, Pontificem velle suam Dispensationem contra le-
gem valere antequam Dispensationis notitia devenerit
ad dispensatum -- Mierez. de major. part. 4. quæst. 2.
num. 118. Sanchez. de Matrim. lib. 5. disp. 8. num. 26. ac
pluribus relatis dixit *Rot. dec. 107. numer. 19. cum seq.*
part. 8. rec.

IN EADEM CAUSA.

IRritus prorsus est labor à contrariis Defensoribus
assumptus ad probandum, quod verior, atque
firmior Sententia sit, ut Sponsalia inter Consan-
guineos inita, sub conditione obtinendi Apostolicam
Dispensationem, purificata conditione, substineri de-
beant, & absque novo Contrahentium consensu co-
gi illi possint ad sponsalium implementum; Nam,
quamvis plures non desint ex Canonistis, & Theo-
38 logis, prædictam Sententiam tuentibus, attamen in
præsenti quæstio huiusmodi remanet prorsùs Acca-
demica, & in Scholis potiùs controvertenda, quam
discutienda in hoc Supremo Senatu, cùm, tùm in
Sacr. Rotæ Auditorio, tùm in hac Sacra Congrega-
tione, tùm etiam in omnibus aliis Romanæ Curiæ
Tribunalibus, semper ea prævaluit opinio, quod hu-
iusmodi di Sponsalia sint nulla, quamvis contracta
sub conditione futuræ Dispensationis, quodque requi-
ritur novus consensus post obtentam, & executam
Dispensationem, antèquam licita est penitentia, nè-
que cogi possunt Sponsi ad contrahendum, ut relatis
39 hinc inde authoritatibus, latè probat *disput. jur. cap.*
62. numer. 36. & seq. & præter supra adductos tuen-
tur, *Card. de Luc de Matrim. disc. 7. numer. 4. & 5. & de*
Dot. disc. 79. num. 9. Panimoll. decis. 23. annot. 1. numer. 2. &
seq. Rot. coram Ludovis. decis. 410. *per tot.* ibique *Ad-*
den. & coram Cerro decis. 785. num. 3. & seq. & in
Ulixbonen. Matrimonii 2. Junii 1613. per tot. coram Sa-
crata impressa apud tom. 2. Miscell. decis. 43. *Pompei*
Ursaya, & coram Buratt. decis. 203. num. 5. & seq. ubi,
quod Rota sequitur opinionem Theologorum, repro-
bata illa Canonistarum; Et latiùs comprobat egre-
40 gius Theologus *Bossius in* peculiari Tractatu *de Spon-*
salibus, & Matrimonio cap. 10. num. 138. cum pluribus
seqq. ubi respondet omnibus contrariis transcriptis in
contraria scriptura.

Atque hanc eandem opinionem pluries sequuta est
S. hæc Congregatio, præsertim in *Salernitana 3. Mar-*
tii & 28. Novembris 1708. relata per tom. 1. part. 2.
discept. 17. à numer. 6. usque ad 10. & num. 50. *& in*
41 *Brugnaten. Sponsalium 26. Januarii 1709.* quam refert
huius Sacræ Congregationis Secretarius in eius Folio
super hac nostra controversia distributo.

Quamvis autem, ubi, ut hic, controversia iam plu-
ries decisa comperitur tum ab hac Sac. Congregatio-
ne, tum etiam à supremo Rotæ Tribunali, quæ fa-
cit opinionem communem, Doctoribus particularibus
42 præferendam iuxta allegatos à *Card. Albitio in Addit.*
ad Pamphil. decis. 43. numer. 9. & 10. & dixit eadem
decis. 1. & num. 13. coram Herrera, & in Romana Pri-
mogenituræ de Corsinis 10. Maii 1710. §. Confirmat. co-
ram Aldrovando, amplius expendere hinc inde mo-
menta rationum permissum non sit, attamen clara,
& evidens ratio confirmat opinionem super nulli-
tate huiusmodi Sponsalium. Cùm enim ex facto, à
iure improbato, oriri non possit aliqua obligatio, &
in huiusmodi contractibus conditionalibus sola spes
sit in obligatione, hinc vigore solius spei, quæ de
præsenti non recipit obligationem, contractus non
potest valere, cùm debeat fundari in aliqua re cer-
ta, & stabili, & sui natura duntaxat possibili, & 43
hanc rationem solidiorem dicit, *Rot. decis. 107. sub*
num. 7. part. 8. recent. & insuper conditio semper
dicitur impossibilis, quoties dependet à voluntate
Principis, etiam solita concedi, quæ cùm non re-
validet antecedentem consensum nullum, sed no-
vum requirat, evidenter demonstrat, quod ille prior
consensus est inutilis, & non obligat Contrahentes,
ut in præcisis terminis dispensationis in quarto Con-
sanguinitatis gradu, quæ nunquam à Summo Pon- 44
tifice denegari solet, respondit *Rot. coram Benincas.*
decis. 66. numer. 4. & 5. & decis. 242. part. 14. rec.
numer. 7. & 8. atque de consanguinitate in quarto
gradu agebatur etiam in illa *Brugnaten. Sponsalium*
allegata supra *n. 41.*

Quidquam non refragante, quod hæc saltem pro-
cedere debeant in terminis Matrimonii, contracti
per verba de præsenti, non autem locum habere
debeant in Sponsalibus de futuro, cùm nulla con-
currat ratio pro hujusmodi æquiparatione. Siquidem 45
quemadmodum idem est Consanguinitatis impedi-
mentum, tum pro contrahendo Matrimonio, tum
etiam pro stipulandis Sponsalibus, ita quoque pari
judicio uterque contractus regulandus est, cùm sem-
per conditio obtinendi Dispensationem sit impossibi-
lis, & propterea inter Contrahentes non stipulan-
da, neque exequenda, & in præcisis terminis Spon- 46
salium loquuntur omnes authoritates, superius rela-
tæ, atque in casu Sponsalium prodierunt quoque Re-
solutiones hujus Sacræ Congregationis in citata *Saler-*
nitana, & Brugnaten. Sponsalium.

Firma itaque manente hac communi, & incon-
cussa Curiæ Romanæ; & Sacræ hujus Congregatio-
nis opinione, nullatenus attendi potest juramentum
superadditum in controversis Sponsalibus, hujusmo-
di quippe vinculum, licèt magis stringat, non au-
tem obligationem ampliat, cùm sequatur naturam
actus, cui adhæret, ut omissis generalibus, in pun-
cto Sponsalium juramento confirmatorum dixit *Rot.*
decis. 107. num. 17. part. 8. recent. Et juramentum 47
contra Leges præstitum nullius est efficaciæ per
Text. in l. 2. C. Quando provocat. non est necess. & fir-
mat *Rot. decis. 73. numer. 7. & 8. part. 17. re-* 48
cent.

Probè noscens Pars adversa, quod hactenus fir-
mata nullam in jure recipiunt dubietatem, præ-
tendit substinere Sponsalia, de quibus agitur ex eo;
quod tempore stipulationis, jam in Urbe Summus
Pontifex ad instantiam Julii Gratiam dispensationis
concessisset: Sed jam abundè demonstravimus supra,
quod, quando dispensationes conceduntur a Sancta
Sede in forma commissaria, ut factum fuit in casu,
de quo agitur, juxta tenorem Bullæ de qua in *Sum.*
id, quod est præcisè advertendum, quia in exemplari
dato in contrario Summario apposita fuerunt verba
forsan ex errore Typographi *authoritate nostra di-*
spensamus quando in Bullis originalibus legitur *Au-* 49
thoritate nostra dispenses, ut ex earum Lectura est
manifestum tunc, ut parere possint effectum remo-
tionis obstaculi, pernecesse requiritur executio Judi-
cis delegati, quia per hujusmodi Dispensationes,
seu potiùs mandata de dispensando, Papa actualiter
non dispensat, sed committit potestatem dispensandi
sub conditione tamen, quod exposita verificentur;
Et contrariæ authoritates procedunt in Gratiis, Mo-
tu Proprio per Summum Pontificem factis per ver-
bum *Fiat*, quæ pro earum plenario complemento
nil aliud exequendum exposcunt, ut præter authori- 50
tates relatas supra adnotavit quoque *Rot. in Melphi-*
cten. Cappellaniæ 7. Junii 1700. coram Ansaldo §. Pe-
netrabilius, ibi -- *Unde ad differentiam illarum Gra-*
tiarum, vel Dispensationum, quæ absque Voto, vel
examine alicujus relaxantur à S. Sede, ut sunt plerum-
que Dispensationes Matrimoniales; in quibus ex Testi-
monio Corradi in Prax. dispensat. lib. 7. cap. 4. num. 8.
& lib. 8. cap. 1. num. 7. adiicitur idcirco clausula -- &
si per informationem eandem preces veritati niti repere-
ris, super quo conscientiam tuam oneramus, tunc Ora-
torem

torem absolvat atque aliis adductis concordantibus *Gratian. discept. for.* 138. *numer.* 57. *Boss. de Matrim. capit.* 10. *numer.* 310. *&* 316. *in fine Dian. in Oper. Coordin. tom.* 2. *tract. de Sacr. Matrim. resol.* 21. *numero* 4.

Quidquam non refragante, quod Gratia solo verbo Principis perficiatur, & per solam Signaturam perfecta dicatur juxta authoritatem *Sanchez* relatam
52 *supra num.* 26. Præventivè enim jam fuit responsum, quod Gratia perfecta quidem dici potest quoad substantiam, & ad effectum, ut morte Pontificis non expiret, & tamen remanet semper imperfecta quoad executionem, ac obstaculi remotionem; Si enim in Dispensationibus Matrimonialibus Pontifex, ut jam vidimus, actualiter non dispensat, sed Delegato committit facultatem dispensandi, inde sequitur, quod Gratia Pontificis perfecta quidem dici queat, ita ut retractari amplius nequeat potestas Judici Delegato tributa; nunquam verò perfectionem sumere potest quoad actum dispensationis, & quoad obstaculi remotionem, nisi Judex Delegatus cognitionem sibi commissam exequatur, ut bene explicat *de Justit. de Dispens. Matrim. libr. primo capitulo*, 6. *numer.* 339.
53 cum aliis authoritatibus allegatis supra.

Si itaque non est dubitandum, quod Sponsalia, de quibus agitur, stipulata fuerint, priusquam dispensatio fuisset à Judice Delegato executioni demandata, itaut consensus præstitus in prædictis Sponsalibus nullius sit roboris, & momenti, superfluum profectò est inquirere, an revera Gratia dispensatio-
54 nis expedita fuerit, priusquam Sponsalia stipularentur; Et, an impetrata fuerit ex ordine, & commissione Julii; & denique, an tempore contractus habita fuerit notitia impetratæ Dispensationis; Sed ad satisfaciendum potius Parti diversæ, quàm ad causæ necessitatem, oportet in facto animadvertere.

Primò, quod, licèt Breve dispensationis datum in contrario Summario præseferat Datam Idibus Julii, quæ correspondet diei 15. ejusdem mensis Julii, attamen veritas est, quod tam dicta Supplicatio, quàm expeditio Bullæ perfecta extitit sub die 31. ut probatur ex Summario, atque de stylo Datariæ est, appo-
55 nere in expeditione Brevium datam Signaturæ supplicationis, ut notum est.

Rursus constat etiam in facto, quod tractatus Matrimonii non priùs, quàm die 11. Julii susceptus fuit ut prævio jure jurando non semel, sed per tres vices testatur idem Julius huic Sac. Congregationi, Cùm
56 autem ab illa die usque ad diem 15. ejusdem mensis Julii, omnino impossibile esset, ut commissio pervenire posset in Urbe pro obtinenda Dispensatione, ut notum est, hinc ex ista negativa coarctata probatum remanet, non solum, quod dispensatio obtenta non fuerit de commissione Julii, sed etiam quod id procuratum fuerit ex industria Mediatoris.

Non refragente, quod credendum non sit Principali, ut supra attestanti, sed potiùs fides haberi debeat depositioni ejusdem Mediatoris, quæ legitur in contrario Summario, quinque deponit, ipsum procurasse dispensationem ex ordine, & commissione Julii. Præterquamquod enim non pertinet ad punctum
57 principalem præsentis quæstionis inquirere, an, & quis obtinere curaverit Gratiam dispensationis, quando hæc, ut diximus, redacta non fuerat ad statum perfectum, & exequibibilem. Semper urget, quod potiùs credi debeat Principali, qui sub bona fide, &
58 putans, nullum adesse impedimentum, Sponsalia contraxerat, quàm dicto Mediatori, qui fuit unicus totius negocii promotor, & exequutor.

Denique in facto etiam certum est, quod tempore Sponsalium nondum habita fuerat notitia signatæ Supplicationis, quia pariter impossibile erat, ut in brevi quatuor dierum spatio hæc notitia ab Urbe ad Civitatem nostris distantem perveniret. Et quamvis hoc exadverso admittatur, atque dumtaxat prætenditur, quod scientia non requiratur ex eo, quia ad Partis supplicationem Dispensatio obtenta fuerit, attamen
59 contrarium verius est, cum notitia certa requiratur, ut dispensatus uti possit gratia dispensationis juxta authoritates relata *supra num.* 36. *&* 37. ac ulteriùs cessat quæstio hæc ex facto, quia, ut vidimus, dispensatio, de qua agitur, non fuit ad instantiam Julii impetrata.

Concludendum itaque est, non substineri Sponsalia, quia hæc contracta fuerunt sub conditione obtinendi Apostolicam Dispensationem in quibus terminis juxta constantem Romanæ Curiæ Sententiam, prorsus nulla reputantur, & pro illorum convalidatione novus requiritur Conjugum consensus, qui supervenire debet, nedum post signatam à Summo 60
Pontifice supplicationem, sed postquam Judex Delegatus dispensationem concessit; Cùmque Julius, nedum hujusmodi consensum non præstiterit, quinimò clare, & apertè dissenserit, necessariò consequitur, nullatenus sustineri posse Sponsalia, de quibus agitur, eaque propterea non esse exequenda.

Die 12. Decembris 1733. proposita Causa in Congregatione Concilii sub Dubio: *An Sponsalia contracta inter Angelam, & Julium, substineantur*, responsum fuit, *Negative*, cum addito, ut Causa amplius non proponeretur, adversus quod die 9. Janua- 61
rii 1734. à plena Congregatione rejecta fuit Instantia pro nova Audientia, cum Rescripto: *Nihil de nova Audientia.*

DISCEPTATIO XXIV.

Neapolitana prætensæ Aperitionis Oris & Processionum.

DElata Neapolim certa notitia obitus Innocentii XIII. statim Curia Archiepiscopalis Neapolitana, solemnibus pro eo celebratis Exequiis, solemnes etiam per publicum Edictum indixit Supplicationes, quibus interesse jubebatur Clerus Secularis, ac Re- 1
gularis pro Divina Ope imploranda in re tanti momenti, cujusmodi est celer, & concors Summi Pontificis electio, quam Animarum salus exigit, & totius Orbis exposcit utilitas, juxta præscriptum Gregorii X. *in cap. Ubi periculum §. Quia verò Fidelibus de elect. in 6.*

Omnes de Clero tam Seculari, quàm Regulari ad præstitutam in Edicto diem præsto fuerunt, excepto Rectores, seu Sacrista, & Clero Sancti Angeli ad Nidum, quid proindè ne causando ignorantiam ejusdem Edicti, de more ad Valvas Ecclesiæ Metropolitanæ, & in ceteris publicis, consuetisque Locis affixi, se se eximere posset ab accessu, novum Edictum publicandum, eidemque Rectori, & Clero 2
S. Angeli ad Nidum personaliter denunciandum curavit eadem Curia Neapolitana, expresse præcipiens, ut ad Processiones, quæ ob eandem causam sequentibus deinceps diebus fierent, omnino accederent, imposita in casu inobedientiæ pena suspensionis à Divinis quoad Sacerdotes, & Interdicti quoad Ecclesiam.

Veruntamen eidem Processioni haud interesse voluit Marcus Mercadante Rector prædictus, una cum suis Capellanis, prætextu asserti cujusdam Privilegii Apostolici; Quapropter, receptis formiter Testibus super illorum absentia, Curia Metropolitana suspen- 3
di mandavit à Divinis eundem Rectorem, salva facultate procedendi contra Capellanos, & ad Interdictum Ecclesiæ, fueruntque affixi Cedulones ad Valvas Ecclesiæ Metropolitanæ, nec non facta personalis Intimatio eidem Rectori, qui non resipiscent, sed audacior factus, contemptisque præceptis, ac penis, in eodem Edicto comminatis, ejusdemque contumacia in dies magis, magisque gliscente, Sacrosanctum 4
Missæ Sacrificium palam celebrare, Populo solemniter benedicere, Palmas, die Dominica Palmarum distribuere, & alias in Divinis ministrare, non sine maxima omnium piarum aurium offensione & scandalo ausus fuit.

Cùm autem hujusmodi excessus non sine horrore perlati fuissent ad aures Sac. Collegii, tunc Comitia

pro

pro novo eligendo Pontifice celebrantis, ejus juſſu ſcriptum fuit Vigliettum Emin. Archiepiſcopo, tunc pariter exiſtenti in Conclavi, in hæc conceptum
5 verba -- *Ordini al ſuo Vicario di uſare minor convenienza di quella, che à forſi dimoſtrata ſin' ora, contro un eceſſo così ſcandoloſo, ed inoltre gl'ingiunga di procedere ſeveramente ſecondo le diſpoſizioni canoniche ad ulteriori paſſi contro un Reo di attentata di tanto rilievo, e di eſempio così pernicioſo.*

Quamobrem Vicarius Generalis Neapolitanus, ut muneri ſuo ſatisfaceret, & non modò juſſa Emin. Archiepiſcopi, ſed Oracula etiam univerſi Sacri Colle-
6 gii, diligenter exequeretur, cùm videret, Rectorem in Cenſurarum contemptu quotidie magis inſordeſcentem, & obfirmatiore ſemper animo in ſua contumacia, Miſſam publicè celebrantem, mandavit examinari Teſtes formiter ſuper tanto exceſſu, prout jam examinati fuere, citatoque perſonaliter eodem Recto-
7 re, ipſum poſt contumacias legitima incuſatas, à Fidelium communione per Sententiam ſegregavit, & Anathematis nexibus canonicè innodatum declaravit, qua tamen Sententia impiè, ſuperbiſſimèque contempta, idem Rector cœleſtem Hoſtiam, ut priùs, immolare perrexit.

Electo ſubinde Summo Pontifice Benedicto XIII. ab eoque hujuſmodi Controverſia remiſſa ad hanc Sacram Congregationem, die 18. Novembris 1724. propoſita in ipſa fuerunt tria ſequentia Dubia. I. *An Curia Archiepiſcopalis, potuerit cogere Rectorem, ſeu Sacriſtam Eccleſiæ S. Angeli ad Nidum ad interveniendum Proceſſioni in caſu &c.* II. *An potuerit hoc facere per Cenſuras? Et quatenus Affirmative.* III. *An Cenſuræ latæ, fuerint attentatæ, ſeu potiùs ſuſtineantur, itaut Rector prædictus incurrerit irregularitatem ob celebrationem in caſu &c.*

Priora duo reſoluta fuerunt -- *Affirmativè*; Ad Tertium verò dilata fuit reſolutio, Cauſaque poſtmodùm repropoſita die 24. Martii 1725. & Parte adverſa acerrimè contradicente, perſtitum conſtanter fuit in decíſis quoad *primum, & ſecundum Dubium*, quo verò *ad tertium* reſcriptum fuit -- *Cenſuras non eſſe attentatas, & ad Mentem* --, menſque fuit deinde explicata ab hac Sac. Congregatione in Folio diei 4. Auguſti 1725. *ut ſcilicet daretur abſolutio, una cum diſpenſatione ab irregularitate, ad quem effectum Sacra*
9 *Congregatio ſuas impartiebatur facultates* --; Ac die demum 14. Aprilis 1725. adverſus omnes prædictas noſtrorum Dubiorum reſolutiones, inſtante Rectore pro nova Audientia, reſponſum ab hac Sacr. Congregatione fuit -- *Pro nova Audientia, non retardata executione quoad primum Dubium* --; Cujus quidem
10 ſcripti vigore Curia Archiepiſcopalis coacta fuit ad novas Cenſuras procedere contra prædictum Rectorem, eò quod accedere noluit ad ſolemnem proceſſionem die Translationis Sanguinis Sancti Januarii Martyris, & Civitatis Patroni.

Ob memoratum novæ Audientiæ beneficium Cauſa hæc denuo deſcripta fuit in Folio hujus Sac. Congregationis die 4. Auguſti ejuſdem anni 1725. ſed
11 cùm ſuppoſitum exadverſo fuiſset, pendere inter Partes quendam concordiæ Tractatum, reſcriptum fuit -- *Dilata* -- Cujus veritatis luculentum perhibet teſtimonium Epiſtola Emin. Lambertini, tunc Sacræ Congregationis meritiſſimi Secretarii, paucis poſt diebus, ad Eminen. Archiepiſcopum ſcripta, data in Summario.

Circa eadem Dubia, illorumque ſolidiſſimas reſolutiones Emin. Pereyra tunc in Urbe degens, & unus ex hujus Sacræ Congregationis Cardinalibus elaboratiſſimum dedit Votum, quod eſt impreſſum in fore huius Diſceptationis, & de quo habetur mentio in
12 *Tom. 6. part. 2. diſcept. 19. num.* 137. Mox autem Benedictus XIII. ad cuius tam ſcandaloſam Rectoris contumaciam iam tum exhorruerant cum adhuc Cardinalatus honore fungebatur, Motu proprio expediri mandavit Breve ſpeciale, in quo non modò recenſitas reſolutiones ab hac Sac. Congregatione editas, ſpecificè approbavit, *ſed in eis contenta quæcumque confirmavit, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjecit, ac omnes, & ſingulos Juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſeu* 13
interveniſſe dici, cenſeri, prætendi, vel intelligi unquam poſſent, pleniſſimè, & ampliſſimè ſupplevit, & ſanavit, perpetuumque deſuper eidem Rectori ſilentium impoſuit, additis efficaciſſimis quibuſque clauſulis, quæ excogitari unquam poſsent.

Adverſus huiuſmodi Brevi poſt annos octo, die ſcilicet 28. Maii 1733. habitus exadverſo fuit recurſus ad Signaturam Gratiæ pro obtinenda Oris aperitione, ab eaque reſcriptum fuit -- *Arbitrio Sac. Congregationis Concilii* --. Quocirca diſceptanda hodie ſunt 14
Dubia in fine regiſtranda, ad quorum primum videtur reſpondendum *negativè*; Sed etiamſi reſolveretur cum Reſcripto affirmativo, id quod fieri nullo modo poſse credimus, ad ſecundum tamen certo certiùs reſpondendum eſt -- *In deciſis, & amplius Cauſa non proponatur.*

Primum Dubium; *An ſit locus arbitrio pro aperitione oris. Si ſolus nutus, & umbra voluntatis Summorum Pontificum eſt feſtinanter, & inoffenſo pede exequutioni mandanda, & adoranda*, ut hiſce verbis inquit *Gru-* 15
th. de Arte bene deſideran. reſolut. 15. §. 9. *num.* 177. quanto magis exequendum eſt Breve Benedictum, non iam extortum à Pontifice, rei de qua agebatur, ignaro, ſed editum à Papa pleniſſimam facti, & Juris notitiam habente, quippe qui audierat iam in Conclavi, una cum cæteris S. R. Eccleſiæ Cardinalibus, & quidem non ſine horrore, inobedientiam, contumaciam, ſcandaloſoſque exceſsus Rectoris Sancti Angeli, & optimè noverat, quod à Sacro Collegio datum, id præcipue fuerat in mandatis Vicario Gene- 16
rali Neapolitano, ut tantam compeſceret inſolentiam, In quibus porrò circumſtantiis cùm certiſſima ſit Papæ voluntas, nec fas ſit de illius poteſtate dubitare, nihil certè proponitur, cur concedenda ſit Oris aperitio ad remorandam executionem Gratiæ Motu proprio, ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine factæ adductis per *Piton. diſcept. Eccleſ.* 100. *num.* 17
19. *Rot. in recent. deciſ.* 231. *ex numer.* 1. *ad* 8. *part.* 5. & *in Inſulana Primiceriatus* 12. *Martii* 1728. §. *Placuit coram: de Valentibus, & in Hiſpalen. Decimarum* 4. *Maii* 1731. §. *Reſolutio coram: de Gamaches*, quæ quidem nulla prorſus indiget juſtificatione, *Turricell. de Union. c.* 10. *n.* 28. *Rot. coram Coccin. deciſ.* 1012. *numer.* 2. *in rec. dec.* 60. *num.* 5. & *ſeq. part.* 4. *tom.* 1. & *deciſ.* 174. *numer.* 12. *part.* 7.

Rurſus Breve, de quo agitur, continet illam ipſam definitionem, quæ non ſemel, ſed bis, ac tertiò prodierat iam ab hac Sacra Congregatione, ſicuti demonſtratum ſupra fuit, ut proinde tanto minus concedenda ſit prætenſa Oris aperitio adverſus Breve editum, negotio diligenter, accurateque examinato ab hac Sacra Congregatione, quæ non niſi cum ſumma maturitate, & iuxta Juris, Canonicarumque ſanctionum re- 18
gulas procedere ſolet, prout, aliis relatis, bene ad rem diſserit *Rot. in Juvenacen. Juriſdictionis* 28. *Martii currentis anni* 1733. §. *Quod cum coram Millino*, ibi -- *Tum quia eadem Conſtitutio fuit edita maxima cum ponderatione, examinato nimirum negotio in Congregatione particulari ſpecialiter deputata, ideoque eo majorem ſibi firmitatem adſcivit* --

Nilque turbat, quod hæc eadem Sacra Congregatio adverſus præcedentes Reſolutiones novam conceſserit Audientiam die 14. Aprilis 1725. & die 4. Auguſti eiuſdem anni reſponderit -- *Dilata* -- Etenim quod attinet ad novam Audientiam, conceſsa quidem hęc fuit, ſed tamen cum clauſula -- *Non retardata exe-* 19
quutione quoad primum Dubium --, prout legitur tum in Folio eiuſdem Sac. Congregationis d. diei 4. Auguſti, tum etiam in noſtro Brevi; Ex quo quidem conjicere fas eſt, E. PP. pro iuſtiſſima habuiſse reſolutionem iam capta favore Curiæ Archiepiſcopalis, quæ proinde adverſus Rectorum, & Capellanos Sancti Angeli ad Nidum, ad novas Cenſuras Eccleſiaſticas procedere coacta fuit, eo quòd ſolemni Proceſſioni in 20
Translatione Sanguinis S. Januarii Martyris, & Civitatis Patroni eum reliquo Clero intervenire noluerunt Quòd verò die 4. Auguſti dictum fuerit --

Dila-

Dilata --, id unicè processit ex eo, quòd per illud ipsum tempus scriptum nonnullis fuerat ad Emin. Archiepiscopum pro tractanda inter Patres Concordia, quemadmodum probatum supra fuit *n.* 11.

Nilque etiam refert, quod oris aperitio non jam petatur ad infringendam Brevis substantiam, sed solum. modo ad temperandum rigorem clausulæ -- *Sublata* -- & *Decreti irritantis*, ad quos effectus opus non sit concludenti illa, perfectaque probatione, quæ Gratiæ nullitatem ex defectu intentionis evincat; huic namque
21 objectioni punctualissimè occurrit. *Rota in Colonien. Canonicatus super aperitione oris 27. Aprilis 1731. §. Alterum verò coram Crescentio*, verbis illis omnino exscribendis -- *Licet ad effectum obtinendi aperitionem oris non requiratur concludens, & perfecta probatio nullitatis, non ideo tamen sufficit quælibet in contrarium opposita exceptio, probabili etiam destituta fundamento justitiæ, sed ea demum exigitur causa, quæ de bono jure petentis edoceat, vel saltem dubium ingerat circa vitium subreptionis, cui Gratia probari possit obnoxia, ne alioquin arbitrium regulandum à Jure, atque ad hoc unicè*
22 *interponendum, ut viam faciat ad Justitiam, injustis potiùs, ac inutilibus litibus viam aperire contingat* --, & consonant *Marchesan. de Commission. aperit. oris par. 2. §. 1. num. 65. & Rot. in recent. decis. 461. num. 5. part. 1. & decis. 294. numer. 2. & 485. numer. 3. & seq. & numer. 8. part. 4. tom. 2. & decis. 707. numer. 2. & 3. parte 18.*

Tantùm verò abest, quòd hìc adsit causa ulla, quæ de bono jure Rectoris edoceat, vel concurrat dubium aliquod circa vitium subreptionis; ut imò clarissimum sit bonum Jus Curiæ Archiepiscopalis, & clarissima etiam sit Summi Pontificis voluntas, qua quidem concurrente, licet bonum Jus favere potiùs Parti dici
23 posset, Gratia tamen subsisteret, nec oris aperitio concedenda foret, ut, cœteris omissis, optimè firmat *Rot. coram Coccin. decis. 2148. num. 1.* ibi -- *ideò de Ordine Illust. D. N. dubitavi, an dicta aperitio oris esset concedenda? & DD. negative resolverunt, quia aut illa prætenditur ex defectu intentionis Summi Pontificis in concedendo dicto Indulto, quæ est potissima causa concedendi oris aperitionem, juxta notata per Abbat. &c. &*
24 *iste defectus non adest, quia in Indulto expressè dicitur &c. & propterea cùm constet de clara voluntate Summi Pontificis, non potest dari de defectu intentionis, cùm substantia Gratiæ pendeat voluntate Concedentis, cap. Cùm super de Offic. Delegat. &c.* & infra *num. 3.* ibi -- *Aut prætenditur oris aperitio ex causis allegatis, & neque est danda, cùm non allegetur causa urgens, prout requiritur; Nam Gratia Principis non debet esse inanis, sed potiùs debet perpetuari. cap. Decet &c. neque vide-*
25 *tur sufficiens causa, quæ deducitur ex eo, quod Indultum tollat omne Jus Crediti Virginiæ, unde resultet nedum defectus intentionis, sed etiam causa legitima aperitionis oris, quia Princeps non intelligitur voluisse tollere jus Tertii &c. Nam fuit responsum, quod fundamentum est verum in dubio, secus verò, quando constat de clara voluntate Papæ* --

Urgent autem hæc longè validius, tum quia controversum Breve præcisè respicit Personas Ecclesiasticas, nec non Functiones, ad divinum cultum unicè pertinentes, circa quas Papa habere dicitur cæleste ar-
26 bitrium juxta *Gloss. in c. Quanto de Transl. Prælat.* quam sequitur *Rot. in Romana Celebrationis Missarum 13. Junii 1732. §. Semper coram Calcagnino*; Tum quia ejusmodi Breve editum fuit ob laudabilem, optimumque finem extinguendi Lites, & controversias, ob quam quidem causam non esse concedendam oris aperitionem con-
27 corditer tradunt *Card. de Luc. de Præemin. disc. 8. nu. 4. Fattinell. respons. 73. à num. 7. lib. 2. Rot. in recent. decis. 485. num. 19. & 20. par. 4. tom. 2.* ibi -- *Non est aperiendum Os ubi agitur de suscitandis Litibus, quas interest Reipublicæ quantocitius finiri* - *decis. 707. n. 3. par. 18. & coram Ubago dec. 29. n. 3.*

Tum etiam, quia petita Oris aperitio summopere foveret inobedientiam, contumaciamque Rectoris Sancti Angeli, qui audacissimè despexit, tam relatas tres resolutiones hujus Sac. Congregationis, quàm ipsummet Breve Benedicti XIII. uti constat ex Processu su- per eodem gravi excessu, servatis servandis, desuper compilato, & existente in Secretarium, id quod nequaquam permittendum esse videtur; *Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facilè experiatur, cujus salubria præcepta temerè contempsit*, sunt verba Sac. Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 5. de reform. Matrim. & nihil obedientia prodesse videretur humilibus, si contemptus Contumacibus non obesset*, prout hisce verbis loquitur Summus Pontifex *in cap. 1. de Postulat. Prælat.*: Imò hæc eadem Oris aperitio pessimo cæteris esset exemplo non parendi Brevibus Summi Pontificis, qui *non puri hominis, sed veri Dei vices gerit in Terris*, ut inquit *Text. in cap. 5 de Translat. Prælat* excitandique novas Lites, ac Controversias, & novam malorum, scandalorumque segetem ferendi, prout provide, ac sapienter expendit. Benedictus XIII. in suo Brevi verbis illis -- *Nos considerantes, hujusmodi Controversiam, nedum gravia scandala, & mala in universam Civitatem Neapolitanam invehere, sed etiam pessimum, & perniciosum aliis exemplum præbere &c.* 28 29 30

Secundum Dubium. Confecta res dici posset, ac supervacaneum secundi Dubii quodlibet examen, atque discussio; Nihilo tamen minus, ne certamen cum Parte effugere videamur; utque magis, magisque elucescat Curiæ Archiepiscopalis bonum Jus, quod petitæ Oris 31
aperitioni viam penitùs obstruit, dicimus, constanterque sustinemus, quod, licet Rector S. Angeli ad Nidum contendat, sese exemptum esse à Jurisdictione Archiepiscopi Neapolitana hæc tamen exemptio haudquaquam ipsi suffragatur quoad accessum ad publicas Processiones ex apertissima dispositione Sac. Concilii Tridentini *sess. 25. cap. 13. de Regular.* quo loci datur Episcopis facultas compellendi ad publicas Processiones quoscumque Clericos, tam Seculares, quàm Regulares quomodolibet exemptos, ibi -- *Exempti autem omnes, tam Clerici Seculares, quàm Regulares quicunque, etiam Monachi, ad publicas Processiones vocati accedere compellantur* --, & est communissima, omnium Do- 32
ctorum Sententia, de qua, cumulatis antiquioribus, testantur *Barbos. ad Concil. dicta sess. 25. cap. 13. numer. 18. Novar. in Summ. Bullar. par. 1 Comment. 103. num. 3. Thomasin. de veter. & nov. Eccles. Disciplin. part. 1. lib. 3. cap. 40. §. 7. numer. 31. Koch de Jurisd. in exempt. part. 2. quæst. 65. num. 109. Cesped. de Exempt. Regular dub. 207. num. 1. & seq. Nicol. Canonic. Lucubr. lib. 1. tit. 31. num. 22. Frass. de Patronat. Reg. Indiar. cap. 59. num. 1. Antonell. de Jurib. & Oner. Cleric. lib. 2. par. 6. cap. 5. num. 1. & seq. Panimol. decis. 84. adnot. 1. num. 39. Fuscus de Visit. lib. 2 cap. 8. num. 12. Marcell. Vulp. in prax. judic. for. Ecclesiast. cap. 42. num. 8.*

Atque ex hac parte sese nobis offert etiam generale Decretum, per viam legis editum à Congregatione Particulari trium S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Præfectorum Sacrarum Congregationum Rituum, Concilii, & Episcoporum, illarumque Secretariorum, necnon aliorum Romanæ Curiæ insignium Prælatorum ab Urbano VIII. deputata, quæ anno 1628. concor- 33
dibus omnium Suffragiis respondit, omnes quomodocunque, & qualitercumque exemptos, teneri, & obligatos esse accedere ad publicas Processiones, à quibus non esse exemptos, nisi Religiosos, in strictiori Clausura viventes, vel degentes in Monasteriis ultra medium milliare à Civitate distantibus, necnon alios habentes clarum, ac literale Apostolicum Privilegium, quod tamen posterius sit Concilio Tridentino, & specialem contineat exemptionem ab obligatione acceden- 34
di ad publicas Processiones, quemadmodum videre est apud *Pignatell. consult. 122. num. 2. tom. 1.* ubi impressa reperitur ejusmodi resolutio verbis istis concepta " Die „ 27. Julii 1628. & 21. Augusti ac 19. Septembris ejus- „ dem anni habita fuit Congregatio Particularis de or- „ dine Sanctissimi Domini Nostri PP. Urbani VIII. in „ Palatio Illustrissimi, & Reverendissimi D Cardinalis „ Millini, cui interfuerunt idem Illustrissimus Millinus, „ necnon Illustrissimus Ubaldinus, & Ginnettus, & „ alii, ac RR. PP. DD. Paulutius, & Benignus Secreta- 35
„ rius Congregationis Rituum, & alii &c. Negotio- „ que maturè discusso, unanimiter censuerunt, posse „ Episcopos pœnis sibi benevisis compellere quoscun- „ que

„ quæ Regulares recusantes, etiam Monachos, & quo-
„ modolibet exemptos, ad infrascriptas Processiones
„ accedere, atque illis interesse, exceptis dumtaxat in
„ strictiori Clausura viventibus, & Monasteriis, ultra
„ medium milliare à Civitate distantibus, nempè in
„ die Festo Sanctissimi Corporis Christi, in Litaniis ma-
„ joribus, in Rogationibus, ac in quibuscunque publi-
„ cis, & consuetis, vel pro bono, causa, aut honore
„ publico ab Episcopo indictis Processionibus: Non ob-
„ stantibus quibuscunque Privilegiis, Consuetudini-
„ bus, Præscriptionibus, etiam immemorabilibus;
„ Privilegiis tantum Apostolicis Sacr. Concilio Triden-
„ tino posterioribus, contrarium desuper disponenti-
„ bus, minime sublatis.

Quæ quidem resolutio, cum subinde fuerit à Summo Pontifice specialiter approbata, teste *Pignatell. dicta consult.* 122. *num.* 1. *tom.* 1. idcirco servanda præcise est tanquam Lex Papalis, prout eam semper religiose
36 servarunt omnes Sacræ Congregationes, juxta ipsarum antiquas, medias, atque modernas resolutiones, prout *in Nullius 29. Aprilis* 1620. ibi -- *Teneri accedere ad Processionem S. Marci, & ad alias publicas Processiones, nisi exhibeant Privilegia Apostolica posteriora publicationi Sac. Concilii Tridentini -- in Aversana* 12. *Februarii* 1641. *& in Tarentina* 3. *Maii* 1642. ibi - *Nisi docuerint de Apostolicis Privilegiis, contrarium disponentibus, quæ sint Concilio Tridentino posteriora - & in Mediolanen.* 3. *Augusti* 1658. ibi --
37 *Aut nisi exhibeant Privilegia Apostolica posteriora publicationi Sac. Concilii Tridentini - & in Cajetana* 7. *Aprilis* 1690. quos referunt *Pignatell. Consult.* 46. *ex num.* 12. *usque ad* 22. *tom.* 3. *Ventrigl. in Prax part.* 1. *tit. de Procession. annot.* 12. *§. unic. numero undecimo*, ibique *Carol. Ant. de Luc. numer.* 3. *Nicol. Canon. Lucubr. libro primo, tit.* 31. *numer.* 22. *& Monacell. Formular. legal. tomo primo, tit.* 5, *formul.* 7. *num.* 23.

Et una pro cunctis sufficeret, ea nimirum, quæ novissime, Partibus hinc inde acerrime informantibus, ab hac Sacra Congregatione emanavit *in Neapolitana Processionis* 3. *Augusti* 1709. favore ejusdem no-
38 stræ Curiæ Archiepiscopalis contra Clerum S. Jacobi Nationis Hispanorum, quantumvis afferentem amplissima generalis exemptionis Privilegia à quatuor Summis Pontificibus sibi concessa, ac respective confirmata, ut perspici potest *in to.* 2. *par.* 1. *discept.* 4. *per tot.* ubi sub *num.* 69. exscribuntur Dubia in eadem Cau-
39 sa disputata, primum scilicet - *An Clerus S. Jacobi Nationis Hispanorum Neapolis teneatur accedere ad Processionem Sanctissimi Corporis Christi in casu &c.* - secundum - *An suspensio lata à Curia Archiepiscopali Neapolitana contra Cappellanos, & Clericos dictæ Ecclesiæ sustineatur?* - quorum utrumque resolutum fuit *affirmative*, cum subsecuta exactissima illorum exequutione.

Nil mirum igitur, si Doctores omnes, qui post Sac. Concilium Tridentinum hac de re scripserunt, unanimiter admittunt, quòd pro exemptione ab accessu ad Generales Processiones, non solùm non attenduntur
40 Indulta omnia, ante Sac. Concilium Tridentinum concessa, sed nec sufficit quidem Privilegium quodcunque obtentum, etiam post idem Concilium Tridentinum, nisi eodem Privilegio specialiter, & expresse eximantur Privilegiati ab accessu ad publicas Processiones, ut
41 videre est apud *Fagnan. in cap. Nimis prava num.* 10. *de Excess. Prælat. Nicol. Canonic. Lucubr. d. lib.* 1. *tit.* 31. *num.* 22. *vers.* 8. *limita, Ricc. in Prax. part.* 1. *resolut.* 319. *num.* 4. *Cesped. de Jurisd. in Exempt. rubric.* 274. *num.* 1. *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 24. *qu.* 8. *num.* 7. *à Spirit. Sanct. in Director. Regular. tit. de Oblig. Religios. tract.* 3. *disput.* 6. *sect.* 11. *§.* 7. *num.* 1558. *& seqq. Barbos. de Potest. Episc. part.* 1. *allegat.* 78. *num.* 22. *Pignatel. Consult. Canon.* 46. *num.* 35. *tom.* 3. *& consult.* 30. *num.* 1. *tom.* 4. *Novar. in Summ. Bullar. part.* 1. *comment.* 103. *numer.* 18. *Crispin. del Visit. Pastoral. part.* 2. *§.* 25. *num.* 4. ibi -- *Sappia il Visitatore, se alle Processioni pubbliche intervengano, come sono tenuti gli Esenti, eziandio Regolari, eccettuati quelli, che ne hanno* Special privilegio di esenzione - *De Aste Method. Visit. Apost. part.* 3. *§.* 7. *sub num.* 21. *vers. Ad generales*, ibi -- *Ad generales pro causa, bono, vel honore publico indictas, tam Clerici Seculares &c. quàm Regulares invitati (exceptis habentibus* Speciale privilegium *de non accedendo*) omnes *interesse tenentur, ac compellendi ab Episcopo Juris remediis juxta dispo-* 43
sitionem Concilii sess. 25. *c.* 13. *de Regular. &c. Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 100. *num.* 3. *& in annot. ad Concil. disc.* 38. *num.* 5.

Idque summo jure constitutum fuit, tum quia accessus ad publicas Processiones nullam secum fert servitutem, vel onus Ecclesiarum exemptarum, sed imò potiùs ipsarum Ecclesiarum honorificentiam, atque prærogativam, dum earum Clerici sub proprio Vexillo ad easdem accedunt Processiones, ut egregiè favore nostræ Curiæ Archiepiscopalis contra Priorem S. Joannis ad Mare Ordinis Hierosolymitani consi- 44
derat *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 100. *num.* 7. ibi - *Ea quoque ponderatione accedente, quòd dici non poterat, agi de vera servitute præjudiciali, & onerosa, dum potius iste interventus redolet in ipsis Ecclesiis inferioribus honorificentiam, vel prærogativam, dum sub proprio Vexillo earum Clerici interveniunt* -, Tum etiam, quia rogare Deum, & ejus opem suppliciter implorare, quemadmodum fit in publicis Processionibus, pro aliquo publico bono, publicaque necessitate, tam convenit exemptis, quàm non exemptis 45
quàm non exemptis juxta *Text. in Can. Revertimini* 16. *quæst.* 1. & bene observat *Abb. in capit. Nimis prava num.* 5. *de Excess. Prælat.* ibi - *Non puto tamen, quòd propter exemptionem, postmodum eis concessam, releventur ab illo onere veniendi ad Processionem &c. nam rogare Deum pro salute Populi, omnibus Clericis imminere debet, tam exemptis, quàm non exemptis* -, & sequuntur *Soccin. ibid. numer.* 12. *vers. Et quanquam, & Fagnan. num.* 7. *Valenzuel. consil.* 1. *numer.* 5. *& Kochier de Jurisdict. in Exempt. part.* 2. *quæst.* 45. *numer.* 109.

Nec obstat, quòd hactenus deducta locum habeant quoad Exemptos per viam simplicis Privilegii, non autem per viam Privilegii, concessi in limine fundationis; Discursus namque iste, exadverso tantopere exaggeratus, non subsistit in facto, ac minus officeret in Jure. Non quidem subsistit in facto, quia Breve Martini V. in quo unice fundatur versæ Partis intentio, non continet specialem ullam exemptionem ab obligatione accedendi ad Processiones generales, sed eximit dumtaxat Rectorem Hospitalis, necnon Per- 46
sonas, in eo degentes, *ab omni Jurisdictione Archiepiscopi Neapolitani, & Sedi Apostolicæ immediate subjicit*, sicuti videre est in *Summario*, ut proinde contraria objectio dicenda sit de subiecto non supponente.

Minus autem officeret in Jure, quia, tametsi Parti adversæ morem gerendo fingeremus, clarum, ac literale Privilegium exemptionis ab accessu ad publicas Processiones in ipso fundationis limine fuisse concessum, attamen eidem derogatum omnino fuisse dicen- 47
dum esset à Sac. Concilio Tridentino, quod in *capit.* 22. *quod est ultimum sess.* 25. *de Regular.* enixissime cupiens omnimodam exequutionem eorum, quæ in dicta Sessione decreta fuerant, in quibus aderat etiam caput 13. de publicis Processionibus loquens, ita provide, clarissimeque statuit -- *Hæc omnia, & singula in superioribus Decretis contenta observari S. Sy-* 48
nodus præcepit in omnibus Cœnobiis, ac Monasteriis, Collegiis &c. non obstantibus eorum omnium, & singulorum Privilegiis sub quibuscunque verborum formulis conceptis &c. etiam in Fundatione obtentis, *necnon Constitutionibus, & Regulis etiam juratis, ac etiam consuetudinibus, vel Præscriptionibus etiam immemorabilibus* - Ergo nihili facienda esset etiam specifica præcedens exemptio ab accessu ad generales Processiones, in ipso 49
fundationis ortu conventa, quia Sacrosancta Tridentina Synodus hac ex parte derogavit *cuicunque Fundationi, & juratæ Concessioni*, ut liquidò patet ex præcitatis verbis.

Id quod etiam declaravit hæc S. Congregatio tam generaliter quoad omnia Decreta prædictæ *sess.* 25. *de Regul.*

Regular. quam Specialiter quoad publicas Processio-
50 nes, de quibus disponit memoratum *cap.* 13. eiusdem Sessionis. Generaliter quidem in *Reatina* 25. *Aprilis* 1602. *Decret. lib.* 10. *fol.* 10., ibi -- *Congregatio Concilii respondit, Privilegia exemptionis, etiam* In fundationis limine Obtenta, *non esse impedimento, quominus Regulares teneantur ad observanda ea, quæ in dd. Capitulis continentur, propterea quòd eiusmodi
51 Privilegiis, & exemptionibus etiam in* Fundationis limine *concessis idem Concilium d. cap.* 22. *eiusdem Sessionis disertis verbis derogavit -- & in Virdunen. eodem anno* 1602., *ut videre est in eodem lib.* 10. *Decret. fol.* 26. *à tergo* Specialiter autem in *una Neapolitana*, de qua testatur *Genuen. in Prax. Curiæ Archiep. Neapolit. cap.* 64. *num.* 9. *vers. Sciendum, iuxta impress. Venetam anni* 1667., ibi -- *Sciendum etiam, Sac. Congregationem nuper rescripsisse Curiæ Archiepiscopali Neapolitanæ, omnes Exemptos te-
52 neri accedere ad Processiones iuxta dictum cap.* 13. *et. iamsi haberent Privilegium in* Limine Fundationis in contrarium -- & nuperrimè in altera *Neapolitana Processionis* 5. *Augusti* 1709., quam supra memoravimus, ubi pariter nulla habita fuit ratio Privilegii in fundationis limine concessi.

Atque idipsum statuunt Doctores, materiam hanc pertractantes, ac præcipuè *Campanil. in Diversor. Jur. Canon. Rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 217. *Marant. respons.* 79. *nu.* 3. *lib.* 3. *Barbos. ad Concil. Sess.* 25 *de Regular.
53 cap.* 13. *num.* 38. ibi -- *Clerici Seculares alicuius Ecclesiæ in fundatione illius exempti à Jurisdict. Ordinarii, intra cujus Diœcesim existunt, possunt ab eodem Ordinario compelli accedere ad publicas Processiones ex hoc Decreto, & cap.* 22. *hoc eadem sess., ut per &c.* -- & *in Summ. Apostol. decis. collect.* 607. *nu* 2. *Pax. Jordan. var. lucubr. tom.* 2. *lib.* 11. *tit.* 2 *de Processión. nu.* 39. ibi -- *Subamplia præterea, locum habere in Clericis
54 Sæcularibus alicujus Ecclesiæ, quæ in* Sui Fundatione *fuisset exempta a Jurisdictione Ordinarii &c. possunt enim ab eodem Ordinario cogi ad publicas Processiones accedere ex Decreto Concilii Tridentini &c.* mox referens ita decisum à Sacra Congr. 21. Maii 1602. *Pilaja decis.* 12. *de Regular. numero* 22. & *ita servatum fuisse in Curia Neapolitana tradunt Barbos. de Potest. Episc alleg.* 78 *nu. vigesimo quinto vers.*, & *in Curia Neapolitana*, & *Ricc. in Prax. tom.* 1. *Resol.* 119. §. *Accedit.*

Et justa sanè ratione, quia, si ab obligatione accedendi ad publicas Processiones non eximuntur Regulares. ob tot amplissima omnimodæ exemptionis Privilegia in ipso limine fundationis à Sancta Sede sibi concessa, & *Mare Magnum* nuncupata, uti concorditer advertunt Doctores, hactenus allegati, & apertissime disponit S. Concilium Tridentinum *d. cap.*
55 22. *Sess.* 25. *de Regular.* Quantominus suffragari poterit Rectori, & Sacerdotibus Secularibus Privilegium, nullo certè pacto comparandum cum effrænatissimis Regularium Indultis? ducto argumento a fortiori, quod in Jure nostro validissimum est, *ad Text. in can. si ergo* 8. *quæst.* 1. *Auth. multo magis*, *C. de Sacros. Eccles. Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. gloss.* 9. §. 2.
56 *nu.* 24. *Rot. in Romana prætensæ reintegrationis* 6. *Iunii* 1712. §. 24. *coram Ansald.* & *coram Falcon. tom.* 3. *tit.* 37. *dec.* 18. *num.* 12.

Prout etiam non officit, quod in casu nostro res sit de Privilegio exemptionis, concesso ex causa onerosa, eo quod Cardinalis Raynaldus Brancaccius ex propriis Bonis reædificavit, redotavitque Hospitale S. Angeli ad Nidum; Nam hoc etiam contrarium assumptum claudicat in facto, non subsistit in Jure.
57 Claudicat in facto, quia tum Martinus V. in suo Brevi approbativo novę fundationis, expressè declarat, quod Cardinalis Brancaccius id agere intendebat de Bonis sibi à Deo collatis, ut *in Summario*, tum, & clariùs ipsemet Cardinalis Fundator in ipso redotationis actu nominavit priùs suam eximiam Dignitatem, & Bona plurima, sibi à Deo collata, addens insuper illud specialissima nota dignum, quod nempe reputabat, dissonum, & impium esse, si
58 non ipsi Deo aliqua de dictis Bonis sibi ab eo concessis rependeret, ut *in Summario* ibi -- *Dum intuitus nostræ considerationis extenditur, ac pervigili, & devota mentis intentione pensamus, quo Nos largitor Bonorum Deus titulo Dignitatis extulerit, quanta humilitati nostræ Bona munificentiæ suæ largitate contulerit, dissonum reputamus, & impium, si, non ei, qui Bonorum nostrorum non indiget, aliqua de dictis Bonis nobis ab ipso Concessis quodam recognitionis signo rependamus.*

Enim verò in his circumstantiis, in quibus fundator erat S. R. E. Cardinalis, ac Hospitale S. Angeli ad Nidum de novo construere, ac redotare velle professus fuit ex Bonis sibi à Deo collatis, atque concessis, & quidem, ut impii crimen evitaret, in quod certè non incurrisset, si Bona fuissent patri- 59
monialia, eaque Consanguineis suis reliquisset, juxta *Text. in can. Quicunque* 17. *quæst.* 4. *can.* 48. *Concilii Agathensis relat. à Gonzal. in cap.* 1. *num.* 3. *de Pecul. Cleric.* procul dubio idem Cardinalis reædificasse, ac redotasse dicendus est Hospitale prædictum ex Bonis Ecclesiasticis, non autem laicalibus, quæ in suo haberet Patrimonio, prout aliis allega- 60
tis, respondit *Rota in Parmen. Beneficii* 1. *Maii* 1700. §. *Quæ eo facilius coram Card. Scotto*, verbis illis -- *Quæ eo faciliùs procedere videbantur in proposito, dum prædictus Canonicus in illius fundatione professus fuit fundare huiusmodi Beneficium ex bonis sibi a Deo datis, quæ verba denotare videntur, illud fundasse cum redditibus Canonicatus, quem possidebat, ut in terminis similium verborum observat Vivian. de Iurepatr. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 19. *nam licet omnia bona Nobis* 61
proveniant à Deo, quod omnibus commune est, nihilominus in præsenti, cum fuinus in Fundatore Ecclesiasticos quique redditus Ecclesiasticos possidebat, verisimilius visum fuit de illis Bonis intellexisse, quæ per medium Ecclesiæ nobis pervenire dicuntur, prout sunt redditus Ecclesiastici, qui Patrimonium Christi appellantur.

Potissimùm quia exadverso non docetur, quod Cardinalis Raynaldus possideret Bona patrimonialia, prout esset necessarium, ad notata per *Lotter.* 62
de Re Benefic. lib. 2. *quæst.* 10. *num* 20. & *Rot. in rec. decis.* 560. *num.* 5., & 6. *part.* 4. *tom.* 3. nec id sanè doceri unquam posset, quia cum Cardinales plerumque sint suarum Domorum Secundogeniti, & isti, juxtà Regni Neapolitani Pragmaticas, non habeant, nisi solam Vitam, & Militiam in fructibus; & quidem in tenui quantitate, prout notissimum est, & 63
testantur *Capan. de Vit. & milit. quæst.* 6., & 7. *Bottilier. de Success. ab intest. cap.* 3. *theor.* 109. *sub nu.* 22. *Vicent. de Franch. decisio* 61. *numero primo* & 12. ibique *Carol. Anton. de Luc. num.* 7. iuxta idcirco præsumptione dicere possumus, Cardinalem Brancaccium non habuisse Sufficientia Bona patrimonialia, eroganda in reædificationem, redotationemque Hospitalis.

Quamquidem validissimam præsumptionem confirmat ipsamet petita licentia, ejusque concessio reædificandi Hospitale de Bonis sibi à Deo collatis perid, tempus, quo S. R. E. Cardinales non habebant activam Testamenti factionem, de Bonis, sibi acquisitis ex fructibus Ecclesiasticis, uti notorium est; 64
In quibus plane terminis dubitare minimè posse videtur, quin reædificatio facta dicenda sit ex Bonis Ecclesiasticis, quando præcisivè etiam ab insignibus hisce circumstantiis, persona Ecclesiastica, tametsi Bona patrimonialia possideat, opus pium fundare supponitur non iam ex Bonis patrimonialibus, sed ex Bonis Ecclesiasticis, juxta magistralem *Glos. in can.* 65
1. *verb. Sua* 12. *quæst.* 3. & *in cap.* 1. *verb. Debent de Pecul. Cleric.* ubi communiter Canonistæ, ac præsertim *Abb. nu.* 1. *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 46. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 10. *n.* 10. *Rot. in rec. decis.* 273. *nu.* 1. *part.* 3., & *coram Crispo decis.* 405. *num.* 4.

Nilque refert, quòd anno 1418. Hæredes Cardinalis Raynaldi dixerint, quod Hospitale ædificatum fuerat *de propriis Bonis ipsius D. Cardinalis*, ut *in Summraio*, certinamque, exploratique Juris est, quod à voluntate Hæredum non pendet immu-

immutare declarationes illas, quæ factæ fuerant; Tum
66 a Papa, Tùm etiam ab ipſomet Teſtatore, ad tradita per *Menoch. conſ. 79. num. 37. Natt. conſ. 214. num. 1. Surd. conſ. 73. num. 34., Monacell. in Formul. legal. tom. 1. tit. 2. Formul. 10. num. 12. & Rot. deciſ. 147. num. 14. coram Priolo.* Fortiùs verò quia etiam Paulus III. tunc cùm Breve Martini V. confirmavit ad preces ipſorummet Gubernatorum Hoſpitalis,
67 quorum unus ſemper eſt de Domo Brancaccia, non jam detulit relatis Hæredum declarationibus, ſed expreſſioni factæ, tam à Prædeceſſore ſuo Martino V. quàm à Cardinali Fundatore, ac non ſemel, ſed bis inquit, Hoſpitale fuiſſe reædificatum *ex Bonis à Deo collatis Cardinali Brancaccio*, prout videre eſt *in Sum.*

Ut etiam ad rem non pertinet, quod Cardinalis Fundator Regimen Hoſpitalis Perſonis Laicis commiſerit; Quia cùm directè, ac principalitèr reſpexerit ad fundationem Operis pij, & Eccleſiaſtici, deputatio Laicorum in Adminiſtratores, & Cuſtodes ejuſdem Operis facta, & quidem præeunte Summi Pontificis expreſſo conſenſu, haud quaquam impedit, quominùs ipſum Opus pium ex Bonis Eccleſiaſticis, non autem Laicalibus erectum fuiſſe dicatur, &
68 verè, ac propriè ſit Eccleſiaſticum, non autem Laicale, ut uno ore probant *Lambertin. de Iurepatron. lib. 1. part. 1. quæſt. 2. art. 10. num. 7. Vivian eodem tract. lib. 1. cap. 3 num. 13. Garz. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 99. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 4. cap. 2. num. 51. Rot. coram Lancett deciſ. 125. num. 5.* & latè *in Hildeſimen. Canonicatus 16. Martij 1716. §. Nihil adverſante coram Criſpo.*

Conſtat igitur ex hucuſque deductis, affirmari in caſu noſtro non poſſe, quod hìc agatur de Privilegio exemptionis conceſſo ex cauſa onerosa, ob reædificationem, redotationemque Hoſpitalis, ex proprijs Laicalibus Fundatoris Bonis factam. Aſt, etiamſi certo
69 certiùs tractaretur de tali Privilegio, ex cauſa verè oneroſa quæſito, attamen indubitatum eſt in Iure, quod idem abrogatum remanſiſſet per novam generalem diſpoſitionem Sac. Concilij Tridentini; Quoties enim Princeps, vel Generale Concilium propter publicam utilitatem aliquid præcipit, ſtatuitque per viam legis univerſalis, toties nullo ligatur vinculo vel Pacti, Contractuſque, vel Privilegij ex quocumque titulo verè oneroſo conceſſi, & revocando hujuſmodi Privilegium non tenetur ad pretii reſtitutionem,
70 quemadmodum poſt complures relatos concordantes, uno ore pro indubitato tradiderunt *Felin. in cap. Nonnulli num. 1., & ſeqq. de Reſcript. Dec. in cap. Quæ in Eccleſiarum num. 93. verſ. hoc intelligitur de Conſtit. Pinell. in leg. 1. Cod. de Bon. Matern. part. 3. num. 61. verſ. infertur decimoſextò, Menoch. conſ. 701. num. 88. Rom. conſ. 310. num. 1.* ubi, quod iſte caſus non habet dubium, *Roland. conſ. 79. num. 44. lib. 2. Surd. conſ. 210. num. 65. & conſ. 513. num. 10. Venturin. conſ. 19. num. 9. verſ. licèt ſecus, Cyriac. controv. 75. num. 22. Peregrin. de Iur. Fiſc. lib. 5. tit. 2. num. 52. Capyc. Galeot.*
71 *reſponſ. Fiſcal. 23. num. 75. Larreo allegat. Fiſcal. 3. à num. 8. uſque ad 13., Card. de Luc. de Offic. vacabil. fol. 58. verſ. certum eſt, & fol. 67. num. 28., & fol. 69. num. 46.*, ubi quod id non eſt dubium, *Cabed. deciſ. 75. num. 13. Seſs. deciſ. 79. num. 2., & ſeq., & num. 46., Rot. deciſ. 457. num. 14., & 15. part. 4. diverſor.*

Et propiùs ad rem noſtram accedendo illud eſt exploratiſſimum, quòd Sacerdotes inſervientes Eccleſiis Religionis Hieroſolymitanæ tenentur accedere ad
72 publicas Proceſſiones, ut benè inquiunt *Cened. practic. Canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 26. num. 17. Salgad. de Reg. Protect. part. 2. cap. 9. num. 103. Armendar. in Addit. ad Recopil. leg. Navar. lib. 1. tit. 14. cap. 28. § 31. de Proceſſion. num. 5. Novar. in Lucern. Regular. verb. Proceſſiones num. 8. Barboſ. de Poteſt. Epiſc. alleg. 78. num. 11. Antonell. de Iurib. Cleric. lib. 1. part 6. cap. 5. n. 3. Gavant. in Manual. Epiſc. verb. Proceſſio num. 14. Marcell. Vulp. in prax. Iudic. For.*
73 *Eccleſiaſt. cap. 42. num. 9. Pax. Iordan. elucubr. tom. 2. libr. 11. tit. 2. num. 38. Card. de Luc. de Iuriſdict. diſc. 100. numer. 5. Gallemart. ad Concil. Trident. ſeſs. 15. cap. 13. de Regular. in declarat. num. 2.* ibi -- *Nullæ immunitates Religioni Hieroſolymitanæ conceſsæ obſtant, quominus ejus Sacerdotes inſervientes Eccleſiis vocari debeant ad Proceſſiones, ac niſi accedant etiam compelli* -- & ita reſolvit hæc Sac. Congregatio *in una Neapolitana 27. Februarij 1591.* relata *à Pignatell. conſult. 45. num. 14. tom. 3.*, & tamen nemo non ſcit, quod Religio Hieroſolymitana habet à S. Sede ampliſſima exemptionis Privilegia, ex cauſa, & titulo oneroſo quæſita, ut ait *Rot. coram Otthobon. deciſ. 257. num. 16.*; Quæſita ſcilicet non exigui ſolutione auri, ſed pretio ſanguinis, quem 74
pro defenſione Catholicæ Fidei cum perpetuo Chriſtiani Nominis Hoſte quotidiè dimicantes generosè profundunt, quemadmodum præclariſſimum hac de re teſtimonium perhibent *Clemens V. in ſua Conſtit.* 75
3. §. 1. in fin., & §. 2. in princ. Pius IV. Conſtit. §. 53. Gregorius XIII. Conſtit. 60. in princ., & Gregorius XIV. Conſt. 5. in princ.

Ob eandemque rationem *in Neapolitana Proceſſionis anni 1709.* licèt exemptio fuiſſet indubitantèr titulo oneroſo conceſſa Petro de Toledo Proregi Neapolitano in fundatione Hoſpitalis Nationis Hiſpanorum, & quidèm facta ex Bonis laicalibus, nimirùm *ex Regij Ærarij, ipſiuſque Petri Marchionis, nec non ſtipendiariorum Militum dictæ Nationis proventibus, at-* 76
que ſubſidijs, quorum fructus, & proventus annuum redditum quatuordecim millium ducatorum conſtituebant, ſunt verba Gregorij XIII. & Sixti V. eandem Fundationem pleniſſimè confirmantium, & licèt à duobus verè præſtantiſſimis Romanæ Curiæ Advocatis quorum unus hodiè emicat inter S. R. E. Cardinales pro Eccleſia Sancti Iacobi Hiſpanorum mirabilitèr extollerentur hæ circumſtantiæ, unà cum al- 77
tera exemptionis multò certè maioris illa à Martino V. conceſſa Cardinali Brancaccio, prout patet conferendo contrarium Summarium n. 7. cum noſtro *nu.* 10. ubi Ordinario Neapolitano interdicitur promulgatio Cenſurarum contrà Clerum, aliosque Officiales prædictæ Eccleſiæ, & Hoſpitalis Sancti Iacobi, *nu.* 11. ubi eximitur à Iuriſdictione quorumcumque Ordinariorum, etiàm tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegatorum & *n.* 12. ubi confirmatur ſimilis exemptio, 78
& Nuncius Apoſtol. Neapolitanus deputatus Iudex Ordinarius prædictorum Hoſpitalis, & Eccleſiæ; Attamen hæc Sacra Congregatio reſpondit, Clerum S. Iacobi teneri accedere ad Proceſſiones generales, & ſubſtineri ſuſpenſionem à Curia Archiepiſcopali contra ipſum latam ob non interventum.

Exclamet modo Rector Sancti Angeli, & propoſitiones afferat generales, quòd nempè Sacrum Concilium Tridentinum nunquàm derogare intellexerit 7
Privilegiis in fundationis limine conceſſis; afferat Reſolutiones ab hac Sacra Congregatione editas in *Neapolitana Proceſſionis 16. Novembris 1675., & 18. Iulij 1685.* Afferat exemptionem à Viſitatione Archiepiſcopi, & à ſolutione Cathedratici; Afferat denique Monitoria, & prætenſam obſervantiam; Omnia quippe ex hactenùs deductis penitùs convulſa, ac labefactata remanſerunt. Veruntamèn, non ut Cauſæ, quæ bona, ac plana eſt, ſed ut Parti pleniùs ſatisfaciamus, non pigebit ſingula cominùs aggredi, & accuratiùs confutare.

Et primò quidem nullo numero habendum eſt, quòd Concilium Tridentinum derogare non ſoleat conditionibus in fundationis limine appoſitis ex fir- 80
matis *in Legion. Parochialis 2. Iulij 1706. coram Kaunitz* exadversò jam allegata; Id enim obtinet in materia Beneficiorum, & Patronatuum, in quibus, ne Fideles retrahantur à piis fundationibus, Sacrum Concilium non derogat legibus, & conditionibus, in ipſorum erectione adiectis, tametſi Iuris communis diſpoſitioni contrariæ forent, tantumque abeſt, quòd Secrum Concilium in aliqua Seſſione, vel in Decreto aliquo derogare voluerit legibus fundamentalibus Beneficiorum, ut imò eis derogandum non eſſe ex- 81
preſsè conſtituat *in cap. 5. ſeſs. 25. de Reform.*

At verò longè alitèr ſe res habet in caſu noſtro, in quo idemmet Sacrum Concilium ſeriò conſiderans,
quòd

quòd Decreta in *sess.* 25. *de Regular.* stabilita, haud
82 suam habere potuissent exequutionem, nisi derogatum fuisset omnibus Privilegiis ex quovis titulo, *& in* Fundationis *etiam limine* concessis (statim enim insurrexisset quilibet Regularis Ordo, & sua quisque amplissima Privilegia in limine fundationis quæsita protulisset) idcirco *in cap. ult. ejusdem sessionis* cum
83 magna verborum emphasi, ut individuo notat *Kochier. de Jurisdict. in Exempt. part. 2. quæst. 54. num.* 1. expressissime derogavit quibuscunque Privilegiis, *in ipsa etiam fundatione* concessis, quæ impedire potuissent exequutionem omnium, & singulorum Decretorum prædictæ sessionis, id quod factum non fuit à Sanctissimis illis Patribus in aliis Sessionibus, quarum proinde respectu, mirum non est, si locum non
84 habeat dispositio memorati *Capitis ult.* quemadmodum distinguendo præcisè observant *Navar. in Manual. cap. 27. num. 190. & cons. 7. de Privileg. Emanuel Roderic. Quæst. Regular. tom. 1. quæst. 8. art. 6. §. Hæc omnia*, ubi, ex scriptis verbis prædicti *cap. ult.* quod est 22. toties citatæ *sessionis* 25. sic ait -- *Respondeo enim,*
85 *quòd in dicto cap. 22. solùm revocantur Privilegia, quæ sunt contra illud, quod decretatum est in sess. 25. de Regular. & non Privilegia, quæ sunt contra Decreta aliarum sessionum dicti Concilii, & sic dicit Concilium -- Hæc omnia, & singula in superioribus Decretis contenta &c. Nota, quod dicit -- in superioribus Decretis, & non dicit in superioribus Sessionibus; Unde clare innuere voluit, quòd Decreta contenta in dicta sess. 25. de Regular. observantur omnino contra Privilegia, etiamsi in aliquo eorum non fiat derogatio expressa Privilegiorum, at contenta in aliis sessionibus non præcipit Concilium observari contra ipsorum Privilegiorum tenorem, si expresse in his non revocantur*
86 -- *Garz. de Benefic. part. 3. cap. 2. num. 277.* ibi -- *Revera dicto Decreto ult. solum revocantur Privilegia, quæ sunt contra Decreta illius sess. 25. de Regular. & non quæ sunt contra Decreta aliarum sessionum* --, *& Kochier. de Jurisdict. in Exempt. part. 2. quæst. 54. numer. 9. Jo. Aloys. Ricc. in Prax. tom. primo part. prima, resol. 319. num. 6. in fin.*

Quod verò attinet ad duas resolutiones hujusce Sac. Congregationis, exadverso allegatas, illa anni 1685. non jam loquitur de Processione generali indicta pro publica, & urgenti causa, qualis est electio Summi Pontificis, respiciens universale totius Catholici Or-
87 bis bonum, ut in puncto advertunt *Vener. de Exam. lib. 6. cap. 18. numer. 19. & Monacell. tom. 1. Formular. tit. 5. form. 7. numer.* 24. sed loquitur de Processione ob causam privatam, hoc est pro electione novi Archiepiscopi, & convocata à solo Vicario Capitulari, ibi -- *Processionum à Vicario Capitulari indictarum pro Electione novi Pastoris* --, ad quam proinde non tenentur exempti accedere, prout in simillimo casu ad-
88 ventus novi Pastoris respondit hæc Sac. Congregatio *in Anagnina Processionis 9. Decembris 1692. in lib. Decret. 23. fol. 92.* quam referunt etiam *Lantusc. in Theatr. Regular. verb. Processiones num. 4. Pignatell. consult. can. 46. num. ult. tom. 3. & Panimoll. decis. 84. annot. 1. numer. 48.*

Altera autem resolutio anno 1675. edita favore Cleri S. Antonii Viennensis, in primis non obstat, quia obscurum est, an Privilegium exemptionis fuisset concessum ante, vel post Concilium Tridentinum. Rursum aderat in eo casu insignis illa circumstantia, consuetudinis nimirum accedendi non ad omnes generales Processiones, sed ad duas dumtaxat, hoc est Sanctissimi Corporis Christi, & S. Januarii Protectoris
89 Civitatis, prout legitur in folio dicta die distributo, ibi -- *Exhibetur Processus remissorialis, fabricatus de mandato Sacr. Congregationis Rituum, in quo plures Testes deponunt &c. Presbyteros Sancti Antonii Viennensis non consuevisse accedere, nisi ad Processiones Sanctissimi Corporis Christi, & S. Januarii Patronii Civi-*
90 *tatis*; Ideoque applicari nullo pacto potest casui nostro, in quo evidenter constat, tum generali exemptione ante Concilium Tridentinum, tum etiam de contraria consuetudine accedendi ad omnes Processiones generales, non autem ad unam, vel alte-ram, prout infra melius demonstrabimus.

Sed cessat in universum omnis omnino difficultas animadvertendo, quo hæc eadem Sac. Congregatio in sexcentis aliis casibus proximis, tum publicationi Sac. Concilii, tum resolutioni per viam legis universalis editæ anno 1628. & ab Urbano VIII. specialiter confirmatæ, constantissime semper respondit, Cleri- 91
cos omnes, tam Seculares, quàm Regulares quomodolibet exemptos, teneri accedere ad publicas Processiones, nisi speciale Privilegium exemptionis ab hac ipsa obligatione post Sac. Concilium obtinuisset, ut supra ostendimus; Cùmque pariter idipsum in acerrimo Partium contradictorio novissime statuerit 3. Augusti
1709. *in altera Neapolitana* toties supra recensita, & 92
quidem in peculiaribus, maximaque nota dignis circumstantiis exemptionis ex causa indubitanter onerosa, & in ipso fundationis limine concessæ, hinc veluti ex necessario antecedenti sequitur, ut nulla penitus habenda ratio foret unius contrariæ intermediæ Resolutionis, & religiose standum esse Sententiæ, tam antecedenti, quàm subsequenti tempore ab eadem Sac. Congregatione constanter observatæ, prout in pun-
cto de simili intermedio contrario Decreto Sac. Con- 93
gregationis Rituum differit -- *Piton. discept. 43. numero 11. tomo secundo*, quodque Decreta Sacræ Congregationis Concilii posteriora unice spectanda sint, & attendenda in concursu priorum, probat *Pignatell. tom. 1. consult. 108. numer. 13. & firmavit Rota in Melevitana Decretorum 2. Martii 1707. §. final. coram Ansaldo.*

Nihil dicimus de exemptione à Visitatione, & Jurisdictione Ordinarii; Nihil de exemptione à solutione Cathedratici, & id generis aliis, late exadverso exaggeratis in Signatura Gratiæ; Hæc namque omnia nihil penitus, penitusque habent commune cum
exemptione ab obligatione accedendi ad publicas Pro- 94
cessiones, eo prorsus modo, quo Regulares omnes longe majorem exemptionem habentes ab omnimoda Ordinariorum Jurisdictione, & ab omnibus consectariis ordinariæ Jurisdictionis effectibus, tenentur tamen ad publicas Processiones accedere juxta late in superioribus locis firmata.

Nullumque negotium facessunt asserta quædam Monitoria; Quippe quia non fuerunt opportune in Actis reproducta, in quibus plane terminis perinde haben-
da sunt, ac si expedita, & intimata non fuissent, per 95
ea, quæ monent *Salust. Tyber in Prax. libr. primo cap. 47. numero primo, Ridolphin. pariter in Prax. part. 2. cap. quarto numer. 38.* apud *Rot. Posth. de Manut. decis. 644. numer. 10. & coram Buratt. decis. 652. num. 2. & coram Dunozet. jun. decis. 686. numer. 6.*

Huc etiam accedit, quod in materia respiciente exequutionem Sac. Concilii Tridentini, præsertim circa ea, quæ injuncta fuerunt Episcopis, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis, ejusmodi Monitoria A. C nullam prorsus habent authoritatem impediendi Episcopos, quo minus procedant ad exequutionem Conciliaris dispositionis juxta oraculum S. Pii V. de quo in eius *Constit. 113. §. 19. Bullar. nov. tom. 2.* ibi -- *Simi-*
liter nihil sine speciali nostra commissione decernat, aut 96
faciat, aut mandet, quod Episcopos, aut alios Ordinarios impedire possit, ne ad exequutionem Decretorum Sac. Concilii Tridentini libere procedant, & sequuntur adducti per *Fagnan. in cap. De Priore num. 34. & seqq. de Appellat.* & ita quotidie servare solet hæc eadem Sac. Congregatio, sicuti, prætermissis generalibus,
respondit in ipsissimis terminis nostri casus in *Spoleta-* 97
na 23. Junii 1629. de qua in *Lib. Decret. 14. fol. 211.* ibi -- *Sac. Congregatio respondit, Episcopum procedere posse ad exequutionem Decreti ejusdem Sac. Concilii c. 13. sess. 25. de Regular. & declarationum hujus Sacræ Congregationis, Inhibitionibus A. C. non obstantibus* -- Et allegatur etiam *à Nicol. Canonic. lucubr. lib. 1. tit. 31. numer. 20.*

Et re vera, non obstantibus assertis Monitoriis, Clerus Sancti Angeli ad Nidum semper interfuit generalibus Processionibus ab Archiepiscopali Curia indictis, sicque tantum abest, quò Monitoria, exadverso adducta, officiant Curiæ Archiepiscopali, ut

imò ipsius bonum Jus magis, magisque confirment, ex animadversis per *Piton. discept.* 17. *numer.* 51. *Rot. in Cremonen. Beneficii* 14. *Maii* 1706. *§. Tum etiam coram Kaunitz*, *& in Frisingen. Decanatus*, *& Curiæ* 10. *Maii* 1717. *paragrapho Nequaquam coram Ansald.*

Quòd autem cesset contraria observantia, quodque Rector, ejusque Cappellani semper accesserint ad Processiones generales, non modò perspicuum redditur ex deductis in nostro Summario sed etiam
99 ex Summario contrario coram hac Sac. Congregatione distributo die 10. Septembris 1724. in quo literis cubitalibus viginti duo Sacerdotes testantur, Rectores pro tempore semper misisse aliquos ex suis Cappellanis ad assistendum generalibus Processionibus a Curia Archiepiscopali publicatis. Et licèt subdant,
100 id egisse Rectorem - *Per sua divozione, e colla protesta di non pregiudicare alli Privilegii di d. Pio Luogo* -- Hæc tamen devotio tamdiù exactissime continuata, haudquaquam præsumitur voluntaria *Rot. in rec. dec.* 357. *num.* 3. *part.* 2. *& cor. Bich. dec.* 522. *num.* 19. & protestationes, uti contrariæ factis, nullatenus at-
101 tenduntur *leg. Cùm in plures §. Locator ff. Locat. Rot. in rec. dec.* 538. *num.* 35. *part.* 17. *& coram Eme. jun. decis.* 586. *num.* 7.

Quòd Sacerdotes, missi à Matre Ecclesiæ Sancti Angeli accesserint prædictas Processiones vigore Edicti convocatorii contra omnes Exemptos promulgati, & innixi literali dispositioni Sac. Concilii Tridentini; in quibus circumstantiis quæcumque contraria protestatio nullius penitus roboris est, atque momenti juxta
102 doctrinam *Amayæ in leg.* 1. *numer.* 43. *Cod. de iis, qui spont. public. mun. subeunt. lib.* 10. ibi -- *Secus autem erit in actibus coactis, ubi cogeris, vel à lege, vel ab Homine; tunc enim nihil prodest protestatio.* -- quàm sequuntur *Garz. de Nobilit. gloss.* 5. *n.* 6. *Gratian. discept.* 33. *num.* 13. *& discept.* 435. *num.* 28. *Surd. dec.* 62. *num.* 35. *Rot. in rec. decis.* 172. *num.* 2. *part.* 11. *& dec.* 475. *num.* 20. *part.* 12. Atque in nostris præcisis terminis ac-
103 cessus Exemptorum ad Processiones *Pignatell. consult.* 46. *num.* 3. *Tom.* 3. ibi -- *Quoniam dato initio coactivo, scilicet Concilii Tridentini, actus deinde gesti, non sunt simpliciter voluntarii, & facultativi, sed necessarii, Gabr. &c. præterquamquod generaliter actus in dubio censetur factus ex causa necessaria potius, quàm voluntaria* -- cum quibus processit hæc eadem
104 Sac. Congregatio *in Neapolitana Processionis* 3. *Augusti* 1709. sæpe, sed nunquam satis citata, in cujus pariter casu Sacerdotes inservientes Ecclesiæ Sancti Jacobi Nationis Hispanorum sæpissime renovaverant hanc eandem protestationem, proprio facto contrariam, uti videre est in *Tom.* 2. *part.* 2. *discept.* 4. *numer.* 26.

Nec denique illud taciti præterire volumus, quod nempe Constitutio 94. Pii IV. qua confirmantur Decreta omnia Sacri Concilii Tridentini, utpote De-
105 creto irritanti munita, certo certius impedit, ne quoquo modo attendatur quæcunque longissima observantia contra disposita in eodem Concilio Tridentino, propterea quod Decretum irritans tollit omnem antecedentem contrarium usum, & impedit ortum futuræ contrariæ observantiæ, ut late ostendit *Piton. de cont. Patron. allegat.* 5. *nu.* 6. & aliis omissis, *Rota coram Emerix Junior. decis.* 1279. *num.* 18. *& coram Ansaldo decis.* 25. *num.* 5. *& in Romana Funerum super Bono Jure* 7. *Junii* 1720. *§. Præter coram Gamaches.*

Reliquum modò est, ut pauca quædam dicamus de tertio Dubio resoluto die 24. Martii 1725. cum Rescripto illo - *Censuras, de quibus agitur, non esse attentatas, & in reliquis ad Mentem, quæ fuit, ut daretur absolutio una cum dispensatione ab Irregularita-*
106 *te, incursa à Rectore, seu Sacrista, ob celebrationem post eas fulminatas, ad quem effectum Sacra Congregatio suas impartiebatur facultates* -- ut habetur in Folio diei 4. Augusti memorati Anni, quam tamen Sacræ Congregationis benignitatem idem Rector penitus contempsit, dum ad hæc usque tempora nunquam absolutionem, dispensationemque expostulavit.

Et profectò respondendum videtur *in Decisis*, quia unicum Partis diffugium, quod Censuræ, uti procedentes à Vicario Generali, specialem facultatem non habente, sint nullæ, & attentatæ, est undique insubsistens; Aut enim sermo est de primis Censuris, & hæ sunt certo certius validissimæ, tum quia Pro- 107
cessiones indictæ fuerunt ab Archiepiscopo, antequam discederet à Civitate Neapolis, prout est in facto indubitatum, & idem Archiepiscopus in Actu discessus à prædicta Civitate omnes suas facultates ejus Vicario oretenus communicavit, Teste ipsomet Archiepiscopo in sua Epistola, conscripta ad Emin. Lambertinum, tunc hujus Sacræ Congregationis dignissimum Secretarium, cui quidem luculentissimo Testimonio ob insignem Nobilitatem, qualitatesque egregias, ac Dignitatem Cardinalitiam, quibus effulget Testificans, plenissima adhibenda est fides, cum nefas sit ullum in eo suspicari mendacium, 108
ad *Text. in Can. Nobilissimus* 103. 97. *distinct. Can. Absit.* 11. *quæst.* 3. *Rota coram Buratto decis.* 228. *num.* 7. & latè *in Romana Pecuniaria* 11. *Decemb.* 1724. *§.* 19. *coram Ratto*, qua stante facultatum communicatione, nullo pacto dici potest, quòd ejusmodi Censuræ latæ fuerint absque Jurisdictione, & sint nullæ.

Tum pariter quia, tametsi Archiepiscopus suo Vicario facultates non impertisset, attamen Vicarius Generalis potuisset, absente Archiepiscopo, in hujusmodi Processionum materia ea omnia gerere, quæ potuisset ipsemet Archiepiscopus, si fuisset præsens, ut optime notant *Valenzuel. Tomo* 2. *cons.* 184. *numer.* 24. 109
Gavant. in Manual. Episcop. verb. Processio numer. 2. *Joannes Aloysius Ricc. in decis. Cur. Archiepiscop. Neap. part.* 4. *decis.* 389. *num.* 4. & pluries resolvit Sacra Rituum Congregatio, præsertim *in Vigilien.* 28. *Septembr.* 1630. *& in Bisuntina* 3. *Aprilis* 1632. *& in Cassanen.* 5. *Martii* 1633. quas referunt, & se- 110
quuntur *Barbos. ad Concil. sess.* 25. *de Regul. cap.* 13. *num.* 42. *in fine*, *& de Offic. & Potestate Episcopi part.* 3. *allegat.* 78. *num.* 5. *& in Summ. Apostolic. decis. verb. Processio collect.* 605. *num.* 7. *Pax Jordan. Lucubrat. div. tom.* 2. *lib.* 11. *tit.* 2. *num.* 36. *Ceccoper. lucubrat. Canonic. lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 31. pariter tradit, quòd hujusmodi facultas transeat etiam ad Vicarium Foraneum, & resolvit etiam in puncto puncti Vica- 111
rii Generalis Neapolis, hæc Sacra Congregatio *in sæpe dicta Neapolitana* 3. *Augusti* 1709. in qua Censuras latas à dicto Vicario contra Clerum Ecclesiæ Sancti Jacobi Nationis Hispanorum ob non accessum ad Processiones plene canonizavit, ut videre est *To.* 2. *par.* 2. *disc.* 4. *in fine*, ex qua profectò resolutione orta desuper dici potest res Judicata, iuxta firmata per *Rot. in Fa-* 112
ventina Canonicatus 11. *Decembris* 1716. *§. Unde restricta coram Foscaro.*

Aut verò loquimur de ultimis Censuris, & multo minus redargui possunt de nullitate ex defectu Jurisdictionis, quia ad illarum fulminationem processit Vicarius Generalis Neapolitanus ex specialissima facultate ab Archiepiscopo sibi tradita, & quidem in exequu- 113
tionem Epistolæ EE. PP. in Conclavi tunc existentium, quo idem Archiepiscopus admonebatur, ut Vicario suo districte præciperet, ne tam remisse ageret, sed gravius animadveteret in Authorem Excessus, tam enormis, tamque scandalosi, & perniciosissimi exempli.

IN EADEM CAUSA.

NOn esse locum arbitrio pro aperitione Oris respondendum videtur, non obstantibus ex adverso deductis, tum quia Breve Benedictinum narrat totam rei gestæ seriem, itaut dubitari nequaquam possit de certa, determinataque voluntate Sum- 114
mi Pontificis, qui proinde cùm processerit motu proprio, ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis, eius dispositio obnoxia non est vitio ulli prætensæ subreptionis, obreptioni, sed veneranda est, ac religiosè exequenda, ex probatis supra.

Tum

Tum etiam quia exadverso adducta in Restrictu, distributo in Signatura Gratiæ, sublata jam, ac plenissime confutata fuerunt supra, ubi ipsa rei evidentia demonstravimus, nullum revera adesse Privilegium, vel à Martino V. vel à Paulo III. nominatim concessum
115 exemptionis ab accessu ad publicas Processiones, & tametsi adfuisset, eidem tamen derogatum postea fuisse à S. Concilio Tridentino, quod hac ex parte substulit de medio omnia quæcumque Privilegia, etiamsi in limine fundationis, & ex quavis causa, fuissent concessa & quidem nulla penitus, penitusque facta
116 distinctione inter fundationem ex Bonis ecclesiasticis, aut ex bonis laicis constitutam, in id adducendo non modò legem conciliarem, declarationesque huius S.Congregationis generaliter, & indistinctè de quacumque fundatione loquentes, verùm etiam ejusdem Sacræ Congregationis Decreta speciatim edita in casu Fundationum certocertius Laicalium, ut vidimus supra &c.

Quibus quidem addere volumus aliam præclarissimam hujus S.Congregationis Resolutionem, quæ prodiit die 16. Martii 1680. in una *Mantuana Jurisdictionis inter Episcopum Mantuanum, & Abbatem S. Barbaræ in fine registranda* Quamvis enim Pius IV. in sua Bulla expedita pridiè Idus Octobris 1564. expresse declarasset, quod Juspatronatus Abbatiæ S.Barbaræ competere Ducibus Mantuæ, non jam *ex Privilegio Apostolico, sed ex vera fundatione, & vera dotatione*,
158 sunt verba ejusdem Bullæ, & licèt Abbati concessisset omnimodam ordinariam Jurisdictionem in omnes Dignitates, Canonicos, & Cappellanos Ecclesiæ S.Barbaræ, cum aliis amplissimis privilegiis, atque prærogativis, prout latè narratur in Discursu Cardinalis Lambertini edito ad calcem Folii Congregationis Concilii habitæ die 23. Augusti 1727. & in fine imprimendo Attamen, renuente eodem Abbate accedere ad publicas Processiones ab Episcopo Mantuano indictas, disputatum idcirco fuit prædicta die 16. Martii 1680.
116 dubium, *An idem Abbas teneretur*, responsumque fuit -- *Teneri, ut in lib.* 31. *Decret. fol.* 60. *à ter.* & refertur in memorato Discursu Lambertini §. 7.

Nec omittere possumus insignem circumstantiam in nostris antecedentibus scripturis omissum, quoad Resolutionem anno 1675. editam favore PP. S. Antonii Viennensis, quod nimirum eorum Ecclesia distat
120 à Civitate Neapolis ultra medium Milliare, ut videre est *tom. 6. part.* 2. *disc.* 19. *numer.* 115. in quibus planè circumstantiis iidem PP. ad Processiones accedere minime tenebantur, juxta Generalem Resolutionem Congregationis particularis anni 1628. de qua supra.

Agnoscit ipsamet contraria Pars, haudquaquam subsistere fundamentum, exadverso desumptum ex Privilegio Exemptionis in limine fundationis ex quacumque causa concesso; Ideoque in præsenti affert, velut novum, alterum fundamentum prætensi Territorii separati, ac Jurisdictionis quasi Episcopalis in Ecclesia, cujus Pater est Sacrista, sive Rector, quando revera hujusmodi fundamentum fuit etiam jam olim adductum in Congregatione diei 18. Novembris 1724. & ab Em. PP. pro penitus in subsistenti rejectum, prout perspici potest ex adductis in *tom.* 6.
121 *part. secunda discept.* 19. §. *primo à numer.* 57. *ad* 68.

Et Jure quidem, meritoque, quia nos etiam ultro concedimus, quod Prælati verè *Nullius*, & Jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, una cum vero, ac proprio separato Territorio, non teneantur accedere, ad publicas Processiones, ab Episco-
122 pis pro publica causa indictas, in quibus dumtaxat terminis loquuntur Authoritates exadverso citatæ, ubi solummodò affertur resolutio hujus Sac. Congregationis pro Abbate SS. Trinitatis Caven. qui non est Prælatus inferior secundæ speciei, qualis exadverso supponitur, sed certo certius est Abbas verè *Nullius*, *omnimodam habens Jurisdictionem quasi Episco-*
123 *palem*, *propriumque Territorium*, prout jam ante annum 1591. probatum id liquidò fuisse coram hac Sacra Congregatione testatur *Cardinalis Matthæjus*, relatus à *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Concilium* *Provinciale fol. mihi* 229. §. *Nos Hieronymus*, *juxta impress. Venet. anni* 1629. & novissimè hæc eadem qualitas *verè Nullius* cum Territorio separato confirmata fuit per rem judicatam Rotalem, prout videre est 124
decis. 3. & 4. *Falconer. de Territor. separat.* idque etiam pro certo supponit in *dec.* 137. & 171. *coram de Herrera*.

Verumtamen constantissimè negamus Rectorem Hospitalis Sancti Angeli simplicem Sacristam, esse Prælatum verè *Nullius*, cum Jurisdictione quasi Episcopali, & Territorio separato, imo verò dicere cogimur, hoc esse merum commentum, seu potius chimeram, ac Platonis ideam; Tres quippe sunt juxta universam Canonistarum Scholam species Prælatorum inferiorum; 125
Prima, & infima species est Prælatorum, habentium exemptionem passivam quique etiam aliquando habere possunt Jurisdictionem aliquam activam, non quidem in Populum, sed in certas Personas alicujus Ecclesiæ, seu Monasterii, cuiusmodi sunt Prælati Regulares.

Altera species est Prælatorum, qui præter exemptionem passivam habent etiam Jurisdictionem activam in Populum, & Clerum certi Loci, sed sunt in eadem Diœcesi, & Territorio Episcopi, à cuius Diœcesi Locus ille non fuit avulsus, ac separatus. 126

Tertia demum species est eorum, qui Jurisdictionem plenariam habent in certo Loco super omnes de Clero, & Populo, inibi commorantes cum vera, propria, formalique eiusdem Loci dismembratione à Diœcesi, in qua prius erat constitutus, atque ex tribus hisce speciebus sola hæc ultima constituit Prælatum vere *Nullius* cum Territorio separato, tribuitque Jurisdictionem quasi Episcopalem, prout distinguendo unam ab altera speciem, optime declarant *Lotter. de Re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 24. & *num.* 112. *ad plures seqq. cl. me. Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 1. *num.* 7. *Petr. ad Const. Apostol. tom.* 5. *fol.* 91. *ex num.* 8. *ad* 18. quem unum videre sufficit, & respondendo ad contrariam objectionem præcisè observavi in *tom.* 1. *part. prima discept.* 9. *à n.* 63. & *dicta discept. num.* 63. & *duobus seq. tom.* 6. *part.* 2.

Utque tertia hæc Prælati inferioris species constitui possit, necesse omnino est, ut vel adsit Privilegium Apostolicum rotundum, clarum, ac literale, vel concurrat immemorabilis consuetudo, non utcumque probata, sed per tres Sententias conformes canonizata, juxta firmata per *Rot. in recent. decis.* 70. *num.* 29. & *seq.* 128
part. 13. & *coram Emerix jun. dec.* 411. *num.* 2. & *seqq.* & *dec.* 840. *per tot. coram Caprar.* & *dec.* 29. *pariter per tot. ac præsertim num.* 18. & *post Prosper. de Territor. separat. dec.* 1. *per tot. ac præcipue à num.* 23. aliasque decisiones allegavi in *d. discept.* 19. *numer.* 58. & 59. *tom.* 6. *part.* 2. 129
& punctualissime respondit etiam hæc *Sac. Congregatio in Anglonen. Jurisdictionis* 7. *Novembris* 1714. de qua *tom.* 1. *part.* 1. *disput.* 9. & *tom.* 2. *part.* 1. *discept.* 5. utrobique *per tot.*

Porrò affirmari nullo pacto potest, quod Sacrista, seu Rector Sancti Angeli sit Prælatus inferior dictæ tertiæ speciei, quia, prætermissa Constitutione Martini V. quæ ei tribuit solummodo meram exemptionem passivam à Jurisdictione Ordinarii, profectò Bulla Pauli III. quantum attinet ad Jurisdictionem activam, nil aliud 130
disponit, nisi, ut *Præbyter Sacrista pro tempore omnimodam potestatem, & Jurisdictionem ordinariam in Clericos, & Sacerdotes exercere licite possit, Ordinarii Loci licentia minime requisita* --

At verò, si concessa fuit Jurisdictio in solos Clericos, & Sacerdotes, nulla prorsus facta mentione Populi, nec Personarum Laicarum Hospitali, & Ecclesiæ inservientium; Si nulla facta fuit dismembratio Loci à Diœcesi, ac Territorio Archiepiscopi Neapolitani, imo si in illa ipsa dispositivæ parte, in qua tributa fuit ejusmodi Jurisdictio, enunciatum expresse fuit, quod Archiepiscopus Erat ordinarius loci ibi -- Ordinarii loci *licentia desuper minime requisita* --, Proculdubio hæc omnia non innuunt, sed apertissime ostendunt, & evincunt, Sacristam non esse, ac dici posse Prælatum inferiorem Tertiæ speciei, cum qualitate *Nullius*, ac Territorio separato, sed ad summum habere quamdam Jurisdictionem supra certas dumtaxat, paucasque Personas, quam quidem Jurisdi-

ctionem multi habere possunt, tametsi non habeant separatum Territorium, prout post plures antiquos
132 Canonistas docet *Petra ad Const. Apost. dicto num. 5. fol. 95. num. 26. per tot.* ibi -- *Multi enim habent Jurisdictionem, & non habent Territorium Hostien. &c.*

Et re vera licèt in præcitata *Mantuana* Abbas S. Barbaræ haberet *Jurisdictionem Ordinariam* in Ecclesiam Collegiatam, & in omnes illius Dignitates, Canonicos, & Cappellanos, quos universos Pius IV.
133 penitùs exemerat *ab omni Superioritate, Correctione, Visitatione, Jurisdictione, Dominio, & potestate Episcopi Mantuani*, sunt verba Bullæ Pianæ, exscriptæ in prædicto discursu Cardinalis Lambertini anno 1727. edito §. 2. & licèt memoratus Abbas obtinuisset etiam privilegia conferendi omnes Minores Ordines, longè quidem præstantiora, quàm quæ habuit Sacrista Sancti Angeli; Attamen hæc Sac. Congregatio, nullo numero ad hujusmodi effectum habitis amplissimi hisce Privilegiis, haud reputavit, Abbatem
134 S. Barbaræ esse Prælatum tertiæ speciei, hoc est *vere Nullius*, cum Territorio separato, prout benè demonstratur in recensito discursu Card. Lambertini *à* §. 13. ac proinde inter cætera declaravit, eundem Abbatem teneri accedere ad publicas Processiones, uti superiùs ostendimus.

Omitti autem poterant prætensæ Remissiones Causarum Civilium & Criminalium ad Sacristam, seu Rectorem Sancti Angeli, nec non afferta Carcerum, & Familiæ armatæ retentio; Quidquid enim sit de relevantia documentorum, quæ ad id probandum
135 afferuntur, exuberat, illa responsio, quod hæc omnia important solummodò quamdam Jurisdictionem restrictam, ac limitatam ad certos dumtaxat, ac particulares actus, quæ, uti superiùs luculenter ostendimus, stare rectè potest sejuncta à Jurisdictione universali quasi Episcopali, & à Territorio separato, prout benè declaravit hæc Sacra Congregatio in dicta *Anglonen. Jurisdictionis* 7. *Novembris* 1714. de qua in *tomo* 2. *p.* 1. *discept.* 5. *per tot.* in qua, licèt admiserit, Abbatem Carbonis exercere posse Jurisdictionem quoad actus longè plures, multoque præstantiores, contemporaneè tamen respondit, eidem non competere quasi Episcopalem Jurisdictionem, minusque Territorium separatum in dicta Terra Carbonis, longè distante a residentia Episcopi.

Quòd si declaratum ita fuit in casu, quo res erat
136 de Abbate, & loco distante à Civitate Episcopali, quid quæso dicendum in terminis unius, ejusdemque Civitatis, in qua vere monstruosum esset, quòd in ipsis oculis Ordinarii existeret alter Ordinarius cùm Territorio separato, non ostenso Brevi Pontificio claro, ac literali, minùsque probata consuetudine immemorabili, & quidem canonizata per tres conformes Sententias, quæ sunt Alpha, & Omega Jurisdictionis quasi Episcopalis, & Territorii separati, nul-
137 la prorsus habita ratione quorumcumque actuum particularium juxta superiùs animadversa, quibus addimus *Rot. coram Caprara dec.* 36. *n.* 5.

Quod demùm attinet ad prætensam facultatem approbandi Confessarios, silentio taciti preterire non possumus, hanc esse meram usurpationem, & abusum minimè tolerandum. Nullum quippè Rector S. Angeli ad id habet Privilegium vel à Martino V. vel à Paulo III. & si quod habuisset, sublatum deinde fuisset à S. Concilio Tridentino, quod hanc facultatem reservavit solis Episcopis, derogando Privilegiis, & consuetudinibus quibuscumque etiam imme-
138 morabilibus, *ut in cap.* 15. *sess.* 23.

VOTUM

Emminentissimi, & Reverendissimi Domini

CARDINALIS PEREYRA.

In una Neapolitana exemptionis proposita in Sacr. Congregatione die 18. *Novembr.* 1724. *& prima Decembris* 1725.

OLIM Cardinalis Brancaccius ex bonis, ut supponitur, patrimonialibus, seu laicalibus in Civitate Neapolis, Hospitale, quod illic erat jam penè destructum, noviter ædificavit, & amplissimis, prout opus erat, redditibus dotavit, ac in limine fundationis à san. mem. Martino V. humiliter supplicavit, ut tam dictum Hospitale, quàm res, Rectorem, & alias personas illi inservientes, ab omni jurisdictione, dominio, & visitatione Archiepiscopi Ordinarii eximeret, & liberaret, ac tantùm Sedi Apostolicæ 139
immediatè subiiceret. Ità concessum fuit per Bullam, quæ in calce hujus Scripturæ manifesta apparet. Labente tempore, aliquæ exortæ fuerunt controversiæ inter Ordinarium, & Rectorem cum suo Clero Hospitali inserviente, super accessus ad publicas processiones, motos ex dubio, an hujusmodi casus comprehenderetur etiam sub dispositione exemptionis prædictæ. Et ex hoc motivo ducti, aliquoties accesserunt (quamvis cum protestatione) ad præfatas processiones, ut ex eadem illorum Patroni Scriptura *numer.* 55. palàm fit, aliquando verò non.

Pervenit tandem ultimus vitæ exitus san. m. Innocentii XIII. & præfixo ab Eminentissimo Archiepiscopo Neapolitano sub pœna excommunicationis 140
(ut moris est) edicto, ut omnes Ecclesiastici accederent ad preces, & processiones, quæ prò eligendo novo Pontifice fieri solent, repugnaverunt Rector, & alii Ecclesiastici prædicto Hospitali inservientes, moti fundamento, quod exempti erant à jurisdictione Ordinarii, ac eos inde minimè comprehendere posse præfatum edictum. Contrariæ sententiæ Eminentissimus fuit Ordinarius, & exorta lite, deducta fuit Causa in Sac. Concil. Congregat. quæ ex hinc indè in varias se scidit opiniones: Et licèt tunc major pars in favorem propenderet jurisdictionis Ordinariæ, postea revisa Causa, non pauci mutavere sententiam, sed in hoc rerum discrimine, quæ pro utraque parte afferri valent, mihi in lucem Prodere fas sit.

Pro parte Rectoris cum suo Clero à doctissimo eorum Patrono tria principaliter allegantur principia; ex quibus se persuasum habet, suorum principalium 141
justitiam manifestè constare. Primum est pactum, seu lex fundationis, quæ clare, & expresse eximit Hospitale, Rectorem, & Personas illi inservientes ab omni dominio, & jurisdictione Ordinariorum. Secundum: Dispositio *Trident. Concil. sess.* 25. *cap.* 13., *& finali de Regularib.* quæ quamvis deroget exemptionibus, & privilegiis exemptionum quoad om- 142
nia, quæ continentur sub illa sessione, inter quæ comprehenditur etiam obligatio in exemptis accedendi ad processiones publicas, non tamen derogat legi fundationis laicalis, tamquam præsumptus contractus inter Ecclesiam, Fundatorem.

Tertium; Longa observantia multorum temporum ante, & post Concil. huiusmodi exemptionis, quæ canonizat iustam suorum principalium intentionem: 143
Hæc est tota basis, fundamentum iustitiæ partium jurisdictioni Ordinariæ repugnantium: Et certò certius, quod in illius comprobationem non parvæ ponderationis adsunt fundamenta; nàm, quoad primum principium, certum est in jure, quod quando Papa eximit aliquas personas, loca, vel Monasteria modo simili, quo eximit Hospitale, de quo agitur, & personas illi inservientes, subiiciendo omnia immediate Sanctæ Sedi Apostolicæ nullam posse Ordinarios in tales exemptos iurisdictionem exercere, nam, tali casu, non solùm eis, sed ipsi Sanctæ Se-

dis

dis inferretur iniuria, *Text. optimus in cap. cum venissent 2. §. Nos igitur de Integr. restitut.*; ibi --

Nos igitur inspectis privilegiis Predecessorum nostrorum Leonis, Gregor., & Clementis quæ Monasterium illud ad jus, & proprietatem indicant Sedis Apostolicæ, pertinere, intelligentes, quod Monasterii Procurator, etsi eadem privilegia coram prædictis Iudicibus exhibere omiserit negligenter, jus tamen non tam suum, quam nostrum fuerit protestatus, videlicet, quod Monasterium ipsum ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinere, ne ipsius negligentia in damnum tàm nostrum quàm Monasterii redundaret, ad audientiam restituimus Monachos.

Idem probat simili expressione *Text. in cap. Cùm olim, §. Nos igitur da privileg.*, ibi --

Nos igitur attendentes, quòd eadem privilegia non solummodò prò libertate Monasterii faciebant, sed etiam experimebant jus nostrum, & Ecclesiæ Romanæ justitiam tuebantur, ne in nos Monasterii læsio redundaret, ad privilegia exhibenda partem gratia duximus admittendam.

Quæ quidem conclusio adeo vera est, ut nec ipsi taliter exempti quamvis velint, Ordinariis se subiicere valent; *Text. optimus in cap. cum tempore de Arbitr.* ibi --

Cùm, & si sponte volueris, de jure tamen nequiveris sine licentia Romani Pontificis renunciare privilegiis, vel indulgentiis libertatis, quæ Monasterium illud indicant ad jus, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere.

Eandem doctrinam sequuntur, & exornant *Lotter. de re beneficiar. lib. 1. quæst. 24. à nu. 238. Roderic. quæst. Regular. tom. 1. qu. 36. art. 5. & tom. 2. quæst. 64. art. 10. Fachin. cons. 55. num. 10., & cons. 56. nu. 9. lib. 1. Ened. quæst. Canonicar. quæst. 20. sub num. 9. vers. cogitandum tamen, Rota dec. 430. & 461. part. 5. Rec. Fragos. de Regim. Reip. tom. 2. cap. 24. §. 2. num. 6.*, & præ omnibus *Card. de Luc. in suo Theatr. verit., & justit. tom. 3. sub tract. de jurisd. discors. 25. num. 8.* ibi --

Quia cum dicta privilegia continerent etiam protectionem Sedis Apostolicæ, ejusque immediatam subjectionem, exinde sequitur, quoscumque actus contrarios in nulla consideratione habendos esse, ex recepta conclusione, quod non possunt inferiores ita exempti se subiicere Ordinario, vel alteri sine consensu Pontificis ex eo ratione, quod superioris interest, ne ejus Subditi ab altero judicentur.

Undè cum ex supracitatis juribus, & DD. authoritatibus palam fiat, quod exempti, & Sedi Apo-
144 stolicæ immediatè subjecti in nihilo circa exemptionem suam teneantur Ordinariis Episcopis respondere, & hujusmodi qualitatis sit exemptio Rectoris, & Cleri, de quibus agitur, bene sequitur, quod non tenebantur accedere ad processionem, de qua est sermo, nec contra eos ex tali capite Ordinarium procedere posse.

Quoad secundum principium deductum ex dispositione *Concil. in cap. 13., & final. de Regularib. sess.*
145 *25.* etiam videtur à jure suffultam intentionem Rectoris, & Cleri: nam certum est, quod Patronatus laicus, ut iste supponitur, est satis in jure favorabilis; maxime quando agitur de fundatione illius, in qua, ut fideles alliciantur ad pietatis opera, multa illis permittuntur, quæ multoties juri adversantur, dummodò accedat Ordinarii consensus, ut patet ex *Text. in cap. præterea de iurepatron. cap. quanto de censib.*, & benè notant *Lambert. de iurepatr. par. 1. lib. 1. quæst. 9. Peregr. cons. 33. à num. 11. lib. 1., & cons. 27. num. 3. lib. 2., Giurb. ad Messan. cap. 1. glos. 2. nu. 37., Clem. Merlin. decis. 40. num. 12., & dec. 518. n. 3. 4., & 12. de Marin. resol. iur. lib. 1. cap. 224. nu. 11. 12, & 15. Cresp. observat. 4. nu. 278., Ciarlin. controv. forens. lib. 1. cap. 69. num. 14., Ricc. in prax. Episcop. resolut. 146. par. 1., Frass. de Patron. Reg. Indiar. tom. 1. c. 3. n. 26.* Et cum in præsenti casu accessisset consensus, & approbatio, circa exemptionem, Summi Ecclesiæ Præsulis, quod est magis, quam Episcopi Ordinarii, benè sequitur, quod prædicta exemptio in limine fundationis stabilita, servari debet tanquam a Concilio reservata.

Corroborari potest conclusio ex alio principio, nempe, quod privilegia, quæ conceduntur in limine fundationis, sunt privilegia ex causa onerosa, seu remu- 146
neratoria, vel pacta, aut conventiones correspectivę, quę assumunt naturam contractus, saltem innominati, utpote facio, ut facias, nam Fundator vult facere ædificationem, si sibi Pontifex concedat petitas gratias, & è converso Pontifex petitas gratias concedere vult, si Fundator ædificet, taliter, ut deficiente implemento ex parte unius, deficit etiam ex parte alterius ad instar contractus hinc inde obligatorii, ut bene notant *Ansald. cons. 26. n. 34. 35. & 69. Felin. in cap. cum inter n. 7. de re judic., Tiraq. in l. si unquam n. 118. ver. Donationes largitur, Cod. de revocan. donat., Gratian. dec. 60. in addit. n. 1. & 2, Card. de Luc. de jurisdict. disc. 26. num. 7. to. 3.* Et licet Pontifices in Bullis concessarum gratiarum apponere soleant verbum -- *Indulgemus, vel gratiam, & favorem impartimur* -- quæ verba potius beneficium, vel liberalitatem, quam justitiam, & conventionem denotant, nihilominus in Supremis Principibus hæc est praxis, quæ servatur etiam in conventionibus quas celebrant, ut docent *Bald. in l. qui se Patrio nu. 34. C. unde liberi, Jason. cons. 1. à n. 4. vers. Tertio principaliter lib. 1. Vallesac. consult. 120. nu. 14., Peregrin de jur. Fisc. lib. 1. tit. ultimo numero 28. & 29. Bellug. in Specul. Princip. rubr. 9. num. 27.*, præ omnibus *Castill. quotid. controvers. lib. 5. cap. 89. num. 101.* ibi --

Principes namque quamvis contrahant, vel ex causa onerosa conveniant cum privatis, sive tradant, vel aliquid concedant, aut, audent, soliti sunt apponere verba, seu nomina, quæ gratiam, & liberalitatem, seu beneficium significat, & ideò in ipsis Principibus verbum -- Indulgemus, aut facimus gratiam -- est terminus æquivocus, qui compræhendit quamlibet speciem dandi, sive datio sit ex causa onerosa, vel solvendo, vel donando.

Undè quamvis Summus Pontifex Martinus V. in Indulto exemptionis, de quo agitur, utatur verbo -- *favoribus Apostolicis confovere volentes* -- non 147
minùs ideo definit esse correspectiva conventio, seu contractus inter ipsum Papam, & fundatorem impetrantem celebratus; Et cum certi juris sit, quod in materia conventionum, & contractuum æqualiter regulariter, quoad obligationem, tam Princeps, quam privatus cum eo contrahens, ut notant communiter *DD. in cap. 1. de probat.*, & cum illis *Castill. in d. cap. 89. nu. 111., Vallasch. consult. 12. à num. 7., Peregrin. de jur. Fisc. lib. 1. tom. 3. à num. 44. Cabed. decis. 75. num. 1., & 4., Sess. decis. 79. num. 11. & 12. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 10. à numero 50. Menoch. cons. 1003. num. 97.* benè sequitur, quod in vim dicti contractus subsistere debet præfata exemptio, & quod nullo modo censeri valeat revocata in generalibus Concilii derogationibus, tanquam specialiter concessa ex conventione, seu causa onerosa inter partes habita; Siquidem in tali facti contingentia similes concessiones nunquam revocatæ existimantur, nisi expressè derogentur, ut affirmant *Castill. ubi proximè num. 91. & 92. Cabed decis. Portugall. 19. num. 1 & 12. Molin. de Primog. lib. 1. cap. 3. num. 18. Guttier. pract quæst. lib. 2. quæst. 92. num. 3. Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 1. tit. ult. num. 44. & lib. 6. tit. 1. num. 10. Menoch. qui num. 18. A.A. allegat. in comprobationem cons. 1007. numer. 68. lib. 11.* Et in specie in materia Jurispatronatus laicalis, & conditionum in limine illius appositarum, quod revocatę non censeantur in generalibus derogationibus affirmat *Corrad. in prax. beneficiar. lib. 2. cap. 12 nu. 52 Rot. apud Caputaq. decis. 122. num. 1. & 2. ead. Rot. in Rec. p. 8. decis. 121. à num 14. Vivian. de jur. patr. p. 1. lib. 1. c. 3. n. 24. vers. vigesima nona, Marin. res. jur. lib. 1. cap. 228. nu. 1. Noguerol alleg. 28. n. 36. Barb. de jur. Eccles. lib. 3. cap. 12. num. 99., Frass. de jurepatron. cap. 3. num. 39. tom. 1.*; Unde cum Patronatus, de quo est sermo, sit, ut supponitur, laicalis, palàm fit, non existimari debere comprehensum nec in dispositio-

sitione *cap. 13. Concil. Trid.*, nec in derogatione *c. fin.* tamquam generaliter loquentium, non verò individualiter, ut necesse erat, in materia Patronatuum laicalium.

148 Et quamvis in *d. cap. fin.*, etiam derogentur expressè privilegia in limine fundationum apposita, hoc potest intelligi, secundum doctrinam, & sententias DD. supra relatas, de fundationibus, seu jurispatronatibus Ecclesiasticis, non verò de Laicis: Ultra quam quod cum dictum caput loquatur tantùm de privilegiis, non debet extendi ad conventiones, & pacta in limine prædictarum fundationum apposita, ut hic inveniuntur, prout totum advertit præcitatus Exemptorum litigantium Patronus. Undè videtur illius secundum principium, in quo fundat intentionem suam sic satis probatum, & stabilitum remanere.

149 Quo verò ad tertium, etiam indubitati Juris est, quod ad intelligentiam quarumcumque dubiarum dispositionum nulla melior inveniri potest interpres, quàm pacifica, & inalterabilis observantia, juxtà *Text. in cap. Cum dilectus de consuetud. leg. si de interpretatione ff. eodem tit.*; Illam enim facit, & operatur, ut Scripturæ etiam informi detur fides, ut tenet *Bald. cons. 462. in fin.*, *Aymon. consil. 101. num. 4. Coccin. decis. 128. num. 7. & 258. in fin.*, *Rot. Recent. part. 8. decis. 184. num. 3.*; Illa est, quæ dat esse, & naturam privilegiis. *Molin. de Primog. lib. 2. cap. 6. num. 57.*, *alter Molin. de just. tom. 3. disputat. 590. conject. 9.*; Illa est etiam, quæ in conventionibus declarat mentem contrahentium, juxtà *Text. in leg. Quod si nolis §. Qui assidua ff. de ædilit edict.*, *Menoch. de arbitr. cas. 83. num. 10.*; *Borell. in Summ. decision. tit. 14. num. 93.*, *Surd. decis. 223. à num. 11.*; Illa est utique, quæ sustinet, & exprimit dubias Testatoris dispositiones, ut docent *Castill. de conjectur. ultim. volunt. l. 5. cap. 93. §. 7. num. 6. & 7.*, *Cavalc. decis. 26. num. 36. part. 3.*, *Decian. cons. 124. num. 15. lib 3.*, *Menoch. cons. 122. num. 29. & cons. 156. num. 28. lib. 2.*; Illa est etiam, quæ aperit viam in materia successionum Maioratuum, quando de ea dubitatur, vel an bona sint libera, aut vinculata, ut tenet *Castill. in d. cap. 93. num. 1. & 16. in fin.*, *Molin. ubi proximè d. cap. 6. num. 57. & lib. primo cap. 5. num. 39.*; Illa est etiam, quæ adminiculat fidem Testium, quando deponunt de re dubia, ut tenet *Rot. decis. 18. num. 1. par. 2. Recent & decis. 167. num. 6. par. 4.*, *& in par. 8. decis. 286. num. 3.*; Illa tandem est, quæ excludit vim Statutorum, & Legum, siquidem existimatur apud DD. tamquam alterum jus naturale, & sic omnia potest, ut tradunt *Bald. cons. 433. vers. decimo probatur lib. 3.*, *Surd. de alim. tit. 1. num. 7.*, *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloss. 45. §. 1. num. 78.*, *Novar. quæst. for. quæst. 103. num. 2.*

150 Undè cum in hac exemptione accedendi ad Processiones publicas, allegetur à Rectore, & suo Clero tot annorum continuata observantia, & quod magis est, Ordinariorum acquiescentia, in claris manet, prætatum Rectorem, & Clerum existimari, & judicari debere exemptos à prædicto onere, & accessu, ac Ordinarium ad talem accessum eos cogere non debere, nec posse; maximè cum anno 1642. quidam suus Antecessor hoc idem intentasset, & non obtinuisset, prout ostenditur *in Summ. præf. Rectoris num. 11.*

151 Hæc sunt principaliora fundamenta, & rationes, quæ considerari possunt in favorem Partium hanc exemptionem prætendentium. Sed illis non obstantibus in contrariam Sententiam devenire cogor ex multis, quæ subsequuntur fundamentis; Sed prius quam ad ea deveniam, mihi fas sit dicere, quod Patronus horum exemptorum (aliàs Vir sanè doctus) fugit punctum, in quo vertitur difficultas, & transit in disputationem rei indubitabilis. Totus ejus conatus est asserere, quod conditiones appositæ in limine fundationis Patronatus Laicalis non censentur revocatæ in dispositionibus generalibus, sed opus esse, ut specialiter, & expressè derogentur; Hæc est conclusio sua, & quidem conclusio certa, sed casui præsenti non applicabilis; Supponit enim dictus Patronus, quod in limine fundationis Hospitalis, de quo agitur, apposita esset conditio à fundatore, & à Pontifice approbata, quod Rector, & Clerici prædicto Hospitali inservientes fuissent exempti à Jurisdictione Ordinarii, quoad obligationem accedendi ad publicas Processiones, quod si foret ita, veniret tunc in dubium, an accedente postmodum *Concil. Trident.*, & disponendo *in cap. 13. & final. de Regularibus sess. 25.*, quod omnes exempti, tam Sæculares, quàm Regulares tenerentur accedere ad tales Processiones, circumscriptis omnibus, & quibuscumque Indultis, & Privilegiis, etiam in limine fundationis concessis, comprehenderet etiam hos expressè exemptos ab hac obligatione in limine fundationis Patronatus Laicalis, quia cum talis dispositio Conciliaris loquatur per clausulas generales, poterat dici non comprehendere quandam gratiam specialiter concessam, & maximè concessam ex causa onerosa, ut hæc est, ob servitia, & expensas in Ecclesiæ, ac cultus, & honoris Dei obsequium factas; Siquidem tales gratiæ, ut benè notat *Card. de Luc. de jurisdict. tom. 3. disc. 27. num. 6.*, *Menoch. cons. 1007. num. 68.*, *Loter. de re benef. lib. 2. quæst. 3. à num. 21. & quæst. 9. num. 52.*, *Seraphin. decis. 907. num 5*, *Rot. Recent. decis. 472. num. 57. tom. 2. part. 19.*

Quin obstare posset, quod præfatum *Concil. in dicto cap. ultimo sess. 25. de Regularib.* etiam mentionem faciat de conditionibus, & privilegiis appositis, & concessis in limine fundationum, quia ad hoc 152 responderi posset, (ut respondet præcitatus Patronus), & jam retro dictum est, quod hoc intelligi debet respectu Patronatuum Ecclesiasticorum, quibus faciliùs derogant Pontifices, non verò laicorum ne retrahantur fideles ab operibus pietatis, ut deducitur ex *Text. in cap. cum dilectus de jure Patr. c. dilectus de Offic. delegat.*, & notant *Frass. dicto cap. 3. num. 38.*, *Gonzal. ad Reg. Cancellar.*, *gloss. 18. à num. 5.*, *Sanch. cons. moral. cap. 3. dub. 54.*, *Corrad. in prax. lib. 4. cap. 2. à num. 22.*, *Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 552.*, cum multis ab eisdem relatis; Et sic cum hujusmodi responsione refelli posset prædictæ Conciliaris dispositionis objectio; quæ quidem non refellitur cum illa, quam etiam prælaudatus Patronus affert, nempè, quod *Concil. in illo cap. final.* loquitur de privilegiis in limine fundationum appositis, non verò de pactis, legibus, & conventionibus in ipso limine stabilitis, ut in præsenti casu supponit inter fundatorem, & Ecclesiam, dicendo, quoad primum casum, quod cum privilegium sit quid gratiosum, siquidem hæc est illius natura; ut per se patet, non potest adduci in argumentum, cum pactis, & conventionibus inter partes initis, quia hæc omninò servari debent, tanquam præcisam obligationem hinc indè producentia, ut etiam notum est, & probant *Text. in leg. si cum dies §. penultimo ff. de recept. Arbitr.*, *leg. labeo*, *ff. de verbor. signif.*: Undè intelligit citatus Patronus, prædictam *Concilij* dispositionem loqui tantum de privilegiis, quæ sunt mera gratia, non vero de pactis inter partes, nempè fundatores laicos, & Ecclesiam conventis, quæ non gratiæ, sed leges sunt, & tanquam civilem obligationem producentia, ad observantiam contrahentes cogunt, ex *Text. in leg. Julianus §. Si quis ff. de action. empt. leg. 1. §. Si conveniat ff. depositi leg.*, *lege ff. de pact. convent.* & est planum; Qua de causa, ait idem Patronus Concilium derogare tantummodò gratias, prout sunt privilegia, quod est minus, non verò justitiam, & legem, prout reputantur conventiones inter partes, quod est magis.

Nam hujusmodi responsio (salva tanti D. pace) laborat in æquivoco, quod ille contrariæ parti ap- 153 plicare intendit; Siquidem quidquid apponitur in limine fundationis, semper est ejusdem naturæ, & qualitatis; Unde vel Patronus has clausulas in limine fundationis, appositas, appellet gratias, aut privilegia, vel eas vocitet pacta, aut conventiones, inter se non differunt, nec diversæ naturæ sunt, nam privilegium aliquod in limine fundationis concedi

cedi nequit, quod non sit concessum ex causa onerosa, & eodem modo, quo in præsenti casu, hæc, de quibus agitur, concessa fuerunt à Martino Quinto; Siquidem Pontifices divinare non possunt, an Petrus v. g. vel Paulus in Hispania, Francia, vel in quacumque alia Mundi parte fundare intendat aliquam Ecclesiam, vel Hospitale, ut illis concedat hujusmodi privilegia; Unde necesse est, ut fundatores ea à dictis Pontificibus efflagitent in limine fundationum; & si Pontifex petita concedat, jam huiusmodi concessio reputatur pactum, & conventio, hoc est contractus correspectivus inter Papam, & Fundatorem initus; ex hoc principio nempe, quia Fundator vult ædificare, si Papa concedat, & Papa vult concedere, si Fundator ædificet. Ex quo clarè apparet, quod nulla clausula, conditio, privilegium, seu gratia stabiliri potest in limine fundationis, quod totum non sit ejusdem naturæ, & qualitatis, ac proinde ex titulo oneroso, ex quo solum constituitur, & acquiritur verum jus patronatus; nam quod vocatur gratuitum, est tantummodo illud, quod præscriptione, consuetudine, donatione, vel gratia Principis, aut alterius illud donantis acquiritur, & hoc non propriè, sed abusivè dicitur jus patronatus, quia in rei veritate nihil aliud est, nisi jus præsentandi; quod quidem jus ex supra prædictis modis acquiri potest, minimè verò juspatronatus, quod non aliter nisi ex fundatione, dotatione, vel constructione, ac per consequens ex titulo oneroso consequi valet, ut omnia bene tradunt *Tondut. quæst. benefic. Canon. par. 2. cap. 3. §.2. n. 44. & part. 3. cap. 192. num. 4. & 5. Staphil. de liter. grat. tit. de mod.*, *& form. impetrandi §. Quare principaliter à num. 6.*, *Calderin. conf. 19. Felin. in cap. cum Venerabilis num. 32. 33. & 37. vers. & adde quod ædificans*, *de except. Lambertin. de jurepatron. lib. 1. part. 1. quæst. 8. art. 7. num. 1.*, *& 2*, *Frafs. dicto cap. 3. num. 53*, *Solorzan. de jur. Indiar. lib. 3. c. 3. n. 3. cum plurib. seqq.*, Unde ex dictis satis liquet, considerari non posse meram gratiam, seu privilegium pure gratiosum illud, quod conceditur in limine fundationis, & solum, ut tale reputari valet, quod post fundationem indulgetur, ut notant *Puteus decis. 69. num. 2. lib. 2.* ibi -- *Postquam Ecclesia est ædificata; & in ca non est reservatum jus præsentandi, si postea conceditur illud, est mere privilegium* -- Nam gratia, quæ in limine fundationis impartitur, semper secum portat implicitè causam onerosam, qualis est expensa in fabricando, dotando, vel reædificando, prò qua Pontifex in renumerationem, & impensam ex parte Ecclesiæ concedit privilegium: & privilegia hujus qualitatis utpotè renumeratoria, habent potius vim justitiæ quàm gratiæ, ut supra notatum manet ex sententia *Menoc.*, *& aliorum in dicto conf. 1007. num. 60.*

Et sic in conclusionem devenire oportet, quod juris censura considerari non potest gratia aliqua in
154 limine fundationis, quæ orginem non trahat ex causa onerosa; ac ex eo, non pura gratia, sed debita justitia nuncupari debet, ut supra dictum manet; nisi fundatio sit ex meris bonis Ecclesiæ, quia in isto casu, privilegia, à Sede Apostolica tunc conceduntur Patrono, sunt mera gratia, quia non trahunt originem ex titulo oneroso, sed ex gratuito, & lucrativo, hoc est ex mera Pontificis benevolentia, & liberalitate; siquidem Patronus nihil de suo, sed de Ecclesiæ patrimonio collocat, ut omnia patent ex *decis. Rot. 221. num. 6.*, *12.*, *13. & 17. par. 8. recent.*, *optimè Tondut. quæst. benefic. part. 3. cap. 193. num. 5.* ibi -- *Quia ex redditibus Ecclesiæ fundati erant Canonicatus* -- *Gambar. de off. & potest legat lib. 3. num. 284. in fin.* ibi -- *Nullo præcedente beneficio suo* -- *Lotter. dicta quæst. 8. num. 10.*, *cùm duob. seqq.*, *& quæst. 10. à num. 2.*, *Mohedan. sub tit. de jure Patron. decis. 11.*, *Puteus decis. 307. in narratione facti*, *& in num. 1. lib. 3. Bellet. disq. Clerical. par. 1. sub titulo de bon. Clericor, §. 2. num. 7. Frafs. d. cap. 3. num. 14.*, *& cap. 4. num. 11.*

Ultra quam quod istæ gratiæ in limine fundationis appositæ, quas præcitatus Patronus vocat conventiones, & contractus, in rei veritate sunt privilegia, & non rigorosè contractus; sed privilegia, ut 155
dictum est, ortum habentia ex causa onerosa, & utpotè talia ea nominat eadem *Rot. recent. in dicta dec. 372. num. 64. part. 19.*, *Gabriel. conf. 195. num. 2. tom. 1.*, *Lotter. cum multis dict. quæst. 8. num. 25. 26.*, *& 56.* Benè verum est, quod huiusmodi privilegia ex causa onerosa, ad instar contractus regulari debere, dicunt supracitati DD., & maximè *Loter. ubi proxime dicto numero 25.*, & ideo Papa, adimpleta fundatione, seu dotatione, aut constructione, ex debito justitiæ tenetur Patrono promissa, seu concessa servare, aliter non solum hoc esset hominibus illudere, quod indignum Principis est ex notatis per *Castil. dicto cap. 89. lib. 5. num. 91.*, *Menoch. conf. 1003. numer. 91. Bald. conf. 359. volum. 1.*, *& consult. 279. libro 3.*, *Cabed. decis. 19. num. 1. 12.*, *& 19.*, *& decis. 20. part. 2.*, *Molin. de Primog. lib. 4. cap. 3. num. 19.*, sed foret etiam eos scandalizare, & retrahere ab exercitio, ac dispositione piorum operum, quod juri, & æquitati repugnat, ut supra dictum est, & patet ex *Text. in capitulo Nobis*, *junct. glos.* -- *nisi aliter* -- *de jure Patron*, *& ex Conc. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 9.* ibi -- *Pias Fidelium voluntates in eorum institutione violare æquum non est* -- *optimè Lotter, dicta qu. 8. num. 58.* ibi -- *Facillimum enim est, ut scandala oriantur, cum laici viderint à se auferri sine eorum culpa quod multis sudoribus, & sumptibus conquisierunt* -- *Cardinal. conf. 147. sub nu. 5. vers. item ex his*, *Frass. in d. cap. 3. nu. 36.*, *Clem. Merlin. dec. 213. à n 2. Ricc. decis. 228. part. 2.*, *Scobar. de purit. par. 1. qu. 7. à n. 69.*, *& 73.*, *Gonzal. dicta glos. 18. à num. 3.*, *Sanch. ubi supra dub. 53. à n. 9.* cum multis aliis ab eisdem relatis.

Ex his omnibus supra ponderatis, firma insurgit resolutio, quod conditiones appositæ in limine fundationis Patronatus laicalis non intelliguntur derogatæ 156
nisi de illis fiat expresse mentio, ob rationes ibi diffusè adductas; sed ex hac, quamvis probata sit, conclusione vires non assumit intentio Patroni horum Exemptorum; siquidem, ut jam supra dictum relinquimus, non est hic quæstio, an exemptio accedendi ad publicas processiones concessa in limine fundationis Patronatus laicalis, censeatur revocata in generali derogatione exemptionum; sed quod ventilandum venit, (& hoc est, quod fugit præcitatus Patronus) est, an in generali exemptione à dominio, & iurisdictione Ordinarii, ut hic invenitur, comprehendatur etiam exemptio accedendi ad publicas processiones, & maxime ad eas quæ fiunt pro eligendo Summo Pontifice, dum Sedes Apostolica vacat, qui quidem eventus præsenti liti causam dedit. Si enim in tali generali exemptione comprehenditur etiam specialis accedendi ad dictas publicas processiones, tunc datur locus disputationi, an non obstante præfata comprehensione, censeatur derogata huiusmodi exemptio (licet sit posita in limine fundationis) per generalem derogationem *Concil. Trident. in d. cap. final. sess. 25. de Regularib.*. Si verò non comprehendatur, in vanum desudavit horum Exemptorum Patronus, siquidem frustra quæritur, an censeatur revocatum, quod nunquam fuit concessum, ex certo principio, quod privatio præsupponit habitum, *juxt. text. in leg. decem 117. ff. de verbor. obligat.*, & quod dici non potest spoliatus, qui nunquam possedit, *ex text. in lege prima §. Deiicitur ff. de vi & vi armat.*

Sed ego, ni fallor, credo equidem in illa exemptione data à Martino V. in limine fundationis Hospitalis, de quo agitur, Rectori, & Clericis illi inser- 157
vientibus, non comprehendi exemptionem accedendi ad publicas processiones; Et dato, quod comprehenderetur, revocatam mansisse teneo per dispositionem *Trident. in d. cap. final. de Regularib.*. Transeamus ad probationem primæ partis huius Conclusionis, & postea in secundam dilabemur.

Cer-

Certum principium eſt, juriſdictionem ordinariam eſſe in iure ſatis favorabilem, ut patet *ex text. in cap.*
158 *porrò, & in cap. ex ore ſedentes de privileg. cap. cui non Sacerdotali de præbend. Anton. de Caſtro cum multis alleg. Canonic. alleg.* 8. *numer.* 20. ita taliter, ut in quacunque dubia diſpoſitione, ſemper in illius favorem interpretatio fieri debeat, ut tradunt *Cochier. de juriſd. in exempt. part. prima quæſt. 2. num. 7. & quæſt. 4. per tot. Lotter. de benef. libr. primo quæſt 23. numero 24. Franceſ. de Eccleſ. Cathedral. cap. 30. à numer. 124. ad 133. Rot. apud Cecoper. deciſ. 45. numer. 9. tom 2.* & maxime in materia exemptionum; nam quidquid exempto conceditur, ab Ordinario aufertur; & ideo ſtricte ſunt interpretandæ huiuſmodi exemptiones, ut quantum fieri poſſit minus lædant Ordinariam iuriſdictionem, ut docent *Caſtro ubi ſupra dict. alleg. 8. numer. 21. Joan. Andr. in cap. per exemptionem de privileg. ſub num. 2. & 3.* ibi -- *Exemptiones ſunt ſtricte interpretandæ, dummodo aliquid conferant; Et eſt ratio, quia præjudicant Ordinariæ poteſtati, quæ favorabilis eſt* -- idem docent *Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. qu. 11. & 7. Cocher. d. quæſt. 2. numer. 7. part. 2. quæſt. 45. numer. 84. Pegna deciſ. 590. numero quinto,* & ideo non extenduntur de caſu ad caſum, de loco ad locum, neque de perſona ad perſonam, ut tenent ſupracitati DD. & patet ex *text. in cap. conſtitutus de conceſſ. præb. & in cap. final. de translat. Epiſcop.*: Nam cum prædictæ exemptiones repugnent iuri communi, ſunt odioſæ, & ideo ſtricte interpretari debent, quamvis ampliſſimæ ſint, ut minus corrigatur ius commune, *ex text. in cap. primo & ſecundo de fil. Presbyt. in 6.* optime *Cochier. ubi prox. d. quæſt. quarta numero 7. cum duob. ſequentibus, & numer. 14. 17. & 19.* aliter perturbaretur ordo rerum, & non parva daretur confuſio, ut tradit *Div. Greg. in cap. pervenit 11. quæſt. prima* ibi -- *Nam ſi ſua unicuique Epiſcopo juriſdictio non ſervatur, quid aliud agitur, niſi, ut per nos, per quos Eccleſiaſticus cuſtodiri debuit ordo, confundatur* -- optime etiam *Cochier. d. quæſt. 4. num. 17.* ibi - *etiam verſatur odium reſpectu exemptionum, ex eo quod dicatur excitari perturbationes, & diſſolutiones* - quod probatur ex *Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat.* Et hac de cauſa ſemper, quantum tenor privilegii patiatur, huiuſmodi exemptiones reduci debent ad terminos minus læſivos iuris communis; Et cum per ius commune Ordinarius habeat ſuam iuriſdictionem in eo fundatam quoad omnes Eccleſias, & Eccleſiaſticos, maxime Sæculares, intra limites ſuæ Diæceſis, *juxt. text. in capit. cum Epiſcopus*, ubi communiter DD. *de Offic. Ordinar. in 6. text. in cap. omnes Baſilicæ 16. quæſt. cap. cum contingat de for compet.* & ſuæ iuriſdictioni cenſeatur reſervatum omne illud, quod expreſse, & literaliter ei non eximitur, ut optime docet *Ancharan. in cap. poſtulaſti numer. 45. de for. compet. Fagnan. in cap. ſignificaſti numer. 18. & 19. de offic. Archidiacon. Lotter. quæſt. 24. numer. 96. cum trib. ſeqq. Rot. apud Cecoper. deciſ. 18. numer. 53. & deciſ. 19. numer. 7. & 8. tom. primo*; Inde venit; quod cum in privilegio Martini V. de quo agitur non eximatur expreſſe Rector Hoſpitalis cum ſuo Clero à iuriſdictione Ordinarii, quoad acceſſum publicarum proceſſionum, videatur dicendum, teneri prædictos Eccleſiaſticos ad præfatum acceſsum, & ſubiectos cenſeri debere iuriſdictioni Ordinarii loci in hac parte, viſo, quod in ea non ſint ſpecialiter, & in individuo exempti, prout requirebatur quoad præſentem affectum, & declaravit hæc Sac. Concil. Congregatio in una Neapolitana proceſſionum die 3. Auguſti 1709. apud *Urſaya in ſuis diſcept tom. ſecundo, quæſtio ſecunda diſcept. quarta*, & in fortioribus terminis; ſiquidem erat exemptio indulta in limine fundationis Patronatus non ſolum laicalis, ſed Regii, & iam antea erat idem ab eadem Congregatione deciſum in una Reatina 26. Aprilis 1602. de qua pars contraria mentionem facit, & de alia ſimili eiuſdem anni die 21. Martii atteſtatur *Barboſ. in collect. ad capitul. 13. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regularib. numer.* 38. qui ibi citans Sell. clare loquitur per hæc verba -- *Clerici Sæculares alicujus Eccleſiæ in fundatione illius exempti à juriſdictione Ordinarii, intra cujus Diæceſim exiſtunt, poſſunt ab eodem Ordinario compelli accedere ad publicas Proceſſiones* --

Eandem etiam ſententiam ſequitur *Pax. Jord. in ſuis lucubrationibus tom. 2. lib. 11. tit. 12. n. 39.* qui per eadem verba loquitur, prout ſupra, Barb. ex quorum DD. ſententia clare liquet, non ſufficere generalem, & vagam exemptionem à iuriſdictione Ordinarii, etiam conceſsam in limine fundationis, ad hoc, ut intelligatur in ea comprehenſa exemptio accedendi ad publicas proceſſiones.

Nec ſolvitur difficultas, quod Martin. V. in præfata Bulla utitur verbo - *ab omni juriſdictione* -- & qui dicit - *omne* nihil excludit, *ex text. in leg. Julianus, leg. Teſtatorem ff. de legat. 3.* Unde ex lato huius verbi ſignificato, clare apparet, mente Pontificis eſse, & fuiſse omnes exemptionis ſpecies comprehendere.

Quia ad hoc reſpondetur, quod diſpoſitio generalis nunquam comprehendit caſus ſpecialiter proviſos, 160
ut probatur *ex text. in leg. Uxorem §. Feliciſſimo, ff. de legat. 3. leg. legatorum petitio, paragrapho Qui plures, ff. de legat. 2. leg. doli clauſula, ff. de verbor. obligat. leg. Cohærede, §. Qui Patrem, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. leg. alimenta, §. Si Baſilicæ, ff. de alim. legat. cap. cum dilecti, de donat.* docent *Menoch. lib. 4. præſumpt. 181. numer. 6. Gabriel. Com. Concluſ. lib. 5. tit. de clauſul. concluſ. 9. numer. 8. verſ. quarto limita, Alciat. Regul. 3. præſumpt. 36. Peregrin. de fideicomm. art. 16. numer. 107. Caſtill. in dicto cap. 89. num. 150. 158. & 175.*

Quod confirmatur primo exemplo maioratuum, nam ſi quis legaret, vel donaret omnia bona ſua mobilia, & 161
inter ea eſsent aliqua ſuppellectilia prætioſa vinculo maioratus ligata, non intelliguntur iſta comprehenſa in dicta donatione, vel legato, quia ſpeciali lege, vel diſpoſitione prohibita ſunt alienari, ut docent *Caſtill. ubi ſupra dicto num. 158. Cened. ſingular. 25. num. 4. Berot. qu. 45. Aymon. conſ. 256. num. 8. Cavalcant. de uſufr. mulieri relict. cap. 9. num. 105.* Ergo prædicta dictio -- quamvis generalis, non extenditur ad caſus ſpecialiter proviſos.

Confirmatur ſecundo exemplo feudorum; nam ſi 162
quis renuntiaverit omnia bona ſua, non obſtante generalitate verbi - *omnia* -- non comprehenduntur in hac renunciatione bona feudalia, quia ſpecialiter proviſum eſt, quod non comprehendantur, niſi expreſſe nominentur; ut tradit *Menoch. conſ. 250. numer. 49. Pariſ. conſ. 3. num. 3. & conſ. 12. num. 63. lib. 1. Afflict. deciſ. 265. num. 22.*

Confirmatur tertio exemplo Statutorum, nam ſi aliquod Statutum excludat omnes fœminas à qualicum- 163
que ſucceſſione, prout invenitur in Ferraria, & aliis dominiis, non ideo comprehendit filias Principum, quia ſpeciali lege proviſum eſt, quod hæ non comprehendantur in generali diſpoſitione, niſi de eis fiat expreſſa mentio, ut videre eſt apud eundem *Menoch. ubi ſupra numer. 32. Zabarel. conſ. 2. verſ. item non expreſſe, Barbat. conſ. 23. col. 8. lib. 1. & conſ. 36. col. 3. lib. 2. Dec. in cap. præterea num. 6. de Off. delegat. Pariſ. conſ. 23. num. 260. lib. 1.*

Reſtringamus magis punctum, & reducamus eum ad materias mere Eccleſiaſticas, nam exempla ſupra illata ſunt mere temporalia: Si enim mens, & 164
intentio Martin. V. utendo generalitate verbi -. *ab omni juriſdictione* - foret eximere penitus, & abſolute Rectorem, & Clerum huius Hoſpitalis in omnibus, & per omnia à iuriſdictione Ordinarii, ſequeretur, quod ſi prædictus Rector Curam Animarum exerceret, non ſubiiceretur Epiſcopo, ſed hoc eſt falſum, quia ſpeciali lege ſancitum eſt, ut nullus, quantumvis exemptus à juriſdictione Ordinarii cenſeatur excluſus circa Curiam Animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, niſi in individuo eximatur, ut notatur *in Trid. cap. 11. ſeſſ. 25. de Regularib. & cap. 7. ſeſſ. 7. de Reform. & in Bulla Leonis X. 22. in numero*, quæ incipit -- *Dum intra* - *§. 3. to. primo, Bullar. pag. mihi 586.* Ergo nihil intereſt generalitas verbi - *ab omni* - ſiquidem

dem extendi non potest ad casus speciali lege provisos.

Patet etiam hujus conclusionis veritas in quocumque alio exempto ab omni jurisdictione Ordinarii,
165 nam si iste in sua Ecclesia, vel Parochia non servaverit festa ab Episcopo indicta, vel si prædicaverit miracula non authentica, vel si Missas celebraverit horis inconsuetis, vel si exposuerit publicè Euchariстiam; vel libros typis dederit absque licentia Ordinarii, vel si, cum sit Parochus, accedere nolit ad Synodum Diœcesanam, vel si in Ecclesia deformes Sanctorum Imagines conservet, vel si non servet disciplinam Ecclesiasticam, & Statuta, vel decreta Episcopi circa Vestes, & habitus statui Ecclesiastico correspondentes, subditur Episcopo, non obstante sua omnimoda exemptione, quia specialiter provisum est, ut circa ea omnia coram Episcopo respondere teneatur, ut, Quoad festa tradit *Sell. in select. Canon. capit. 2. numer. undecimo*, ubi sic fuisse resolutum, ait, in una *Ostunen.* 31. *Julii* 1627. *Barb. ad Trid. sess.* 25. *de Regularib. cap.* 12. *numer.* 7. *Solorzan. de jur. Indiar. lib.* 3. *capit.* 17. *numer.* 69. *Villaroel. in Gubernio Ecclesiast. quæst.* 6. *art.* 2. *à numer.* 3. *&* 5.

Et quoad miracula tradit *Roderic. quæst. Regular.*
166 *quæst.* 32. *artic.* 10. *tom.* 3. ubi ita fuisse decisum, ait, in Concilio ultimo Lateranens. sub Leon. X., *Ricc. decis. Cur. Archiepiscopali Neapolitana* 219. *nu.* 7. *part.* 2. *Pelizar. in Manual. Regul. tractat.* 9. *cap.* 4. *sub num.* 187. *Zerol. in prax. Episcopal. verb. prædicatio*, *vers. ad sextam Frass. cap.* 62. *n.* 63.

Et quoad Missas horis inconsuetis idem *Frass. ubi*
167 *supra numer.* 61. *Sanch. consil. moral. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 2. *numer.* 7. *Narbon. in herograph. jur. in antelog. nu.* 134. & decisum est à *Concil. Trident. sess.* 22. *de observand. & evitand. in celebratione Miss.*

Et quoad expositionem Eucharistiæ *Lezan. in sum. Regul. tom.* 2. *verb. Eucharistia quoad Regulares*, *nu-*
168 *mer.* 24. ubi ità decisum refert à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium die 26. Aprilis, millesimo sexcentesimo quadragesimo primo, *Frass. ubi supra num.* 64.

Et quoad impressionem librorum *Pelizar. ubi supra tract.* 8. *quæst.* 32. *cap.* 6. *sect.* 1. *num.* 58. *Barb. de offic.*
169 *& potest. Episc. alleg.* 105. *num.* 24. patetque ex *Conc. Trident. sess.* 24. *in Decret. de edition. & us. Sacror. libror.*

Quoad Synodum Diœcesanam *Ricc. in prax. aur.*
170 *sub tit. praxis potestatis Episcopi in Regulares resolut.* 269. *vers. decimo tertiò*, & patet clarè ex *Concil. Trid. sess.* 24. *c.* 2. *de Reform.*

Et quoad Imagines difformes, *Vanespen. in Repa-*
171 *gul. Canon. capit.* 2. *Reg.* 8. §. 12. *part.* 2. *vers. similiter Pac. Jord. lucubrat divers. lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 152. *cum duob. seqq. Fusc. de Visit. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 3. & patet expressè ex *Concil. Trid. sess.* 25. *de invocat. & venerat. Sacrar. Imag.* §. *Imagines*.

Et quoad disciplinam Ecclesiasticam, & decentes vestes, *Div. Thom. lib.* 2. *sentent. dist.* 44. *quæst.* 2.
172 *art.* 3. *Vanespen. ubi supra cap.* 1. *reg.* 9. *vers. quamvis verò, & reg.* 8. *vers. sic enim, Barb. in collect. ad cap. si Clerici, de vit. & honest. Cleric numer.* 12. *& de potest. Episc. part.* 2. *alleg.* 9. *num.* 12. & patet ex *Trid. sess.* 14. *de Reformat. cap.* 6. & ex Bulla Sixti V. quæ incipit -- *Cum sacrosanctam* -- die 5. Januarii 1586.

Quibus suppositis, nunc attentionem quæro: Si enim generalis exemptio à jurisdictione Ordinarii
173 non comprehendit casus supra ponderatos, quia inveniuntur in jure specialiter provisi, quare generalis exemptio, respectu hujus Rectoris, & Cleri comprehendere debet casum accedendi ad publicas Processiones, si hujusmodi casus etiam invenitur in jure specialiter provisus, ut liquet ex *dict. c.* 13. *de Regularib. sess.* 25.? Certò, quod rationem discriminis invenire non possum.

Neque refellitur conclusio si dicatur, quod casus
174 supra relati, fuerunt specialiter à jure provisi post tempus Martin. V. & ideò dispositio Bullæ, de qua agitur, non potest limitari à dispositionibus, & legibus, quæ tunc temporis non extabant; Et si postea supervenerunt, ex vi Concilii Trid. non possunt trahi ad illud, quod de præterito factum erat, sed tantùm ad id, quod in futurum faciendum est; Siquidem de natura legis est respicere futura non præterita, ut patet ex *Text. in cap. cognoscentes cap. ult. de Const.* exornet cum multis, *Tiraq. in præfato retract. lign. à numer. decimo octavo, & de jur. Primog. quæst.* 43. *n.* 17.

Quia ad hoc respondetur, quod prædictæ dispositiones non fuerunt novæ leges per Trident. editæ, 175
sed declaratoriæ, & confirmatoriæ juris antiqui, nam antè Trident. jam apud Episcopos, & Ordinarios jurisdictio erat circa casus supra relatos ex eo principio, quia Ordinarii, ut supra dictum est, in suis Diœcesibus plenissimam habebant, & habent, authoritatem, & jurisdictionem nativam in omnes Ecclesiasticos, & Ecclesias intra earum limites contentas, juxta *Text. in cap. cavendum* 10. *quæst.* 3. *cap. conquerente de Off. Ordin. cap. cum persona de privileg. capit. omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. *Card. de Luc. de jurisd. disc.* 28. *numer.* 8. *Card. Albic in* 2. *discept. circa jurisdictionem Cardinalium in suis Titulis quæst.* 1. *num.* 5. *&* 41. *Fagnan. in cap. nimis prava de excess. Prælat. num.* 3. eleganter ad intentum, *Frances in Pastoral. Regular. part.* 2. *quæst.* 2. *à num.* 8. *usque ad fin.* ita taliter, quod prædictis Episcopis competebat ex jure ordinario omne illud, quod ab eis expressè à Sede Apostolica non erat ademptum, ut etiam supra dictum est, & benè notat *Anchar. in cap.* 2. *n.* 10. *de Constitut. in* 6. *Rot. dec.* 239. *num.* 6. *part.* 8. *recentiorum, & part.* 1. *decis.* 324. *num.* 5. & supradicti casus in effectu non erant adempti; nam in nulla juris parte cauti, vel exceptuati reperiuntur; & ex eo venit, prædictum Conc. circa eos, nullum jus novum Ordinariis tribuisse, sed solum quod antea habebant, vitandæ disputationis causa, declarasse, & confirmasse, quod in multis ejusdem Concil. locis invenitur, & maximè in *cap.* 4. *de reform. sess.* 25. ubi, quamvis illic prædictum Conc. tribuat Episcopis facultatem circa reductionem Missarum, & commutationem ultimarum voluntatum suorum subditorum, non ex eo induxit jus novum, sed expressit, & confirmavit quod ipsis Episcopis jam competebat à jure antiquo, ut benè notant *Novar. in Manual. Confessar. capit.* 25. *num.* 138. *Monet. de commut. ultim. volunt. cap.* 5. *nu.* 372. *Barb. de potest. Episc. alleg.* 29. *num.* 15. *Miranda in Manual. Prælat. q.* 41. *art.* 12. *conclus. unic.*

Idem etiam verificatur ex *dicto c.* 11. *sess.* 25. *de Regularib.* quia licèt ibi dicatur, Regulares teneri coram Episcopo respondere circa Curam Animarum, & 176
administrationem Sacramentorum, non ideò per id inducitur jus novum; nam hoc jam dispositum erat à jure antiquo, ut patet ex Bulla -- *dum intra* -- Leonis X. jam supra relata *in dict cap.* 3. ibi --

Statuimus, & ordinamus quod Episcopi, & eorum Superiores, & alii Prælati præfati Parochiales Ecclesias, ac eosdem fratres, ratione locorum suorum, quo ad Parochianorum Curam, & Sacramentorum conservationem, administrationemque pertinent, visitare, & illarum curam gerentes, & circa illam delinquentes &c. punire --

Et ex alia Pii V. quæ incipit -- *Et si cuncta* --
77. *in numero ejusdem Pontif.*, ubi in §. 2. declarat, 177
quod Leo X. Clem. VII. Paul. III. & Pius IV. exemerant Religiosos S. Joann. Hierosolymitani (inter cæteros privilegiatissimos) à Jurisdictione Ordinarii circa Curam Animarum, & administrationem Sacramentorum, & si hanc Religionem aliarum privilegiis præferentem, circa hoc, ab Ordinarii jurisdictione exemerunt hi Pontifices, signum erat, quod tam illa, quàm aliæ Religiones, in hoc particulari Ordinariis subdebantur, siquidem exemptio præsupponit antea subjectionem, ex *Text. in cap. Si Papa de Privileg. in* 6. *Glos. sub verbo, Diaconi, junct. Text. in cap. Cum olim eodem eod. tit. in Decretal.* & quod nullus exemptus reputaretur ut talis circa Curam Animarum, & administrationem Sacramentorum, ad hoc,

hoc, ut judicium Episcopi effugere valeret, declaratum erat jam ab Innoc. III. in *Cap. Cum Cappella de Privileg. Text. in cap. 1. §. Final. & cap. Per exemptionem eodem tit. in 6., Anton. de Castro, & multi apud eum in d. alleg. 8. n. 84.*

Et quoad accessum ad publicas processiones minus dubium vertitur: quod *Concil.* nullum jus novum in-
178 duxit, nec novam Ordinariis in exemptos, quantum ad hoc, tribuit jurisdictionem; Siquidem in *cap. Nimis prava de excess. Prælat.* expresse præcipitur Episcopis, ut non cogant Regulares accedere ad processiones ex levi causa; Ergo ex gravi causa, quæ semper præcedit processiones publicas, eos cogere poterant, ut optimè reflectit *Fagnan. in Comment. ad idem cap. num. 6. Hostiens* ibi *num. 4. vers. Ex levi causa, Joann. Andr. eod. numer. & vers. Petr. de Anchar. num. 4. in 3. notab. Abb. num. 3. Marian. Soccin. num. 7. Piring. ad eund. tit. & cap. §. 3. numer. 25.* ubi cum supracit. DD. non solùm dicit, omnes Religiosos etiam de jure antiquo teneri, & cogi posse ab Ordinariis accedere ad publicas processiones; Sed etiam affirmat, in generali exemptione à dd. Ordinariis non comprehendi exemptionem ab obligatione accedendi ad tales publicas processiones; verba *Piring.*, quæ in substantia coincidunt cum illis, quæ *Fagn.* affert ubi supra sunt sequentia.

Ex quo infertur à contrario sensu, quod Fratres Prædicatores, & Minores, non obstante privilegio exemptionis, teneantur comitari Episcopum in processionibus ex gravi, & magna causa institutis, verbi gratia, in novo ingressu Episcopi, vel ob imminentem pestem, vel bellum, aut aliam publicam calamitatem, vel ad generales Litanias inferius Rogationum. Hostien. hic ver. ex levi causa, & Abb. numero tertio, ubi addit, idem dicendum de aliis Religiosis etiam exemptis; quia hic Textus loquitur de Prædicatoribus, & Minoribus exempli causa: ea verò, quæ sic dicuntur dispositionem generalem non restringunt, quamvis in hoc servanda sint forma, & favor exemptionum, & privilegiorum, ut siqui nominatim sint exempti à processionibus, ex quacunque causa indicendis &c.

Unde ex dictis palam fit, jam tempore Martin. V. adesse hujusmodi obligationem à jure specialiter
179 inductam Ecclesiasticis, etiam exemptis, accedendi ad publicas processiones, & in Episcopis jurisdictionem eos cogendi ad dictum accessum; & ita si in præsenti casu præfatus Martin. V. voluisset Rectorem, & Clerum, de quibus agitur, eximere à prædicta obligatione, & jurisdictione, id clarè, & in individuo exprimeret, & non per clausulam generalem, *juxt. disposit. Text. in cap. Ad audientiam 12. de decim. Text. in leg. unica §. Sin autem ad deficientis, Cod. de Cad. tollend. leg. Si Servus §. Prætor ait vers. Non dixit ff. de acquirend. hæred.* Immo præsumitur, legislatorem noluisse id, quod cum facile exprimere posset, non expressit, ut tenet *Menoch. cons. 30. nu. 8. Armendar. in proœm. addit. recopil. leg. Navarr. numer. centesimo quinquagesimo, Barbos. axiom. 136. numer. 6.*

Et quod hanc exemptionem in prædicto Rectore, & Clero noluisset Martin. V. in sua Bulla comprehen-
180 dere, patet ex sequentibus: Primo, quia ignorare non poterat (siquidem Pontifex habet iura in scrinio pectoris sui, ex *Text. in cap. 1. de Constit.*) quod nulla exemptio, quantumvis ampla, generalis, & amplissima comprehendit casus, qui respiciunt utilitatem publicam, bonum commune, & omnium interesse, juxtà *Text. in c. Revertimini 16. quæst. 1. cap. Quod omnes de Regul. juris in 6., cap. Pervenit. de Immunit. Eccles., Text. in leg. 1. Cod. ut nemini liceat* ibi -- *Urgente necessitate publica -- leg. 2. Cod. à quibus muneribus*, ibi -- *Cum tempus exegerit, privilegio non obstante, collationi succumbant -- leg. Jubemus Cod. de Sacros. Eccles.*, *in cujus Commentario Bald. per hæc verba loquitur -- Generalis immunitas non comprehendit casum publicæ utilitati contrarium --* Idem affirmant *Din., Alexand., & Iason. in leg. Si ex toto, ff. de legat., Ripa de pest. capitul. 5. quæst. secunda, num. 229., Ozaz. decis. trentesima nona, num. decimo quarto, & decis. 91. nu. 1., Cephal. cons. 58. num. 5., & cons. 15. num. 3., Bursat. cons. 16. num. 50., & 51., Messinger. singul. observ. cent. 4. observ. 20., Thesaur. quæst. forens. lib. 1. part. 13. n. 5., Surd. decis. 275. fere per tot.*, & ibi optimè *Hodiern., Alciat. lib. 4. cons. 3. in princip.* ibi -- *Privilegia immunitatis quibuscumque amplissimis verbis concessa, tamen propter necessitates bellicas cessant, nec sunt observanda, ne sc. impugnetur utilitas publica -- Solorsan. Oper. post. sub tit. de las Placas Honorarias à num. 403., & num. 345., & 346.*, ubi loquendo de Consiliariis Status Principum, ait, quod quamvis isti dicantur ipsorum Principum Patres, & corporis illorum partes in *Text. in leg. Quisquis Cod. ad leg. Iuliam Majestatis*; & propter id, & maxima Reipublicæ servitia præstita exempti sint ab omni ipsius Reipublicæ onere; nihilominus talis exemptio non comprehendit casus, qui respiciant necessitatem, aut utilitatem publicam, vel commune omnium interesse. Atqui, processiones publicæ respiciunt utilitatem communem, & omnium interesse, ut patet ex *Text. in cap. Rogationes de consecrat. dist. 3.*, & notat *Cochier. ubi supra d. quæst. 45. n. 109.* ibi -- *Nam rogare Deum pro salute populi, eo casu omnium interest -- Card. de Luc. de jurisdict., & foro compet. tom. 3. disc. 100. num. 9. in fin., Fagnan. in cap. Nimis prava de excess. Prælat. num. 7.* ibi -- *Nam rogare Deum pro salute populi incumbit tam exemptis, quàm non exemptis -- Valenzuel. cons. 1. num. 5.* ibi -- *Ut Deus omnipotens, multiplicatis intercessoribus, dignetur preces nostras exaudire --* Ergo benè sequitur, quod mentis, & intentionis Martin. V. esse non poterat comprehendere in sua generali exemptione casum publicarum processionum, tanquam utilitatem publicam, & omnium interesse attingentem.

Quod maximè locum sibi vendicat in processio- 181
nibus, quæ fiunt pro eligendo Summo Pontifice, dum Sedes Apostolica vacat: quæ enim major necessitas, vel quæ utilitas major excogitari potest, quàm occurrere universalis Ecclesiæ necessitatibus, & dependentiis, quibus consuli minimè valet, absque ipsius universalis Ecclesiæ Pastore? Quomodo Petri Navigium tempestates oppugnantium vincet, deficiente Nauclero, qui illud regat? Nullum enim majus oriri potest Ecclesiæ præjudicium, quam suo Præsule, Christi Vices in Terris gerente, se penitus orbatam videre? Si enim corpus sine capite cadaver est, ad instar Cadaveris reputari debet Ecclesia sine suo Capite. Unde inter publicas processiones nulla magis præcisa, utilis nulla magis, quam quæ fit ad impetrandam Divini Numinis opem pro eligendo Summo Pontifice: Et si *Cardinali de Luca ubi supra in d. discurs. 100. num. 9.* visum fuit, quod nullum privilegium, nulla exemptio prodesse poterat, ut exempti, de quibus illic agitur, (qui, utpotè de Religione Hierosolymitana exempti erant in ipso limine fundationis Laicalis) non tenerentur accedere ad processionem, quæ tunc facta fuit ad implorandam Divinam Clementiam pro defensione Christianorum in Regno Poloniæ adversus Ottomannicum Tyrannum, qui tunc illud invaserat; Cum quanta majori ratione idem dici, & sequi debet in processionibus, quæ fiunt, non solum pro necessitate Christianorum unius Regni, sed totius Orbis Christiani? Verba Cardinalis de Luca sunt quæ sequuntur ibi --

Cum causa ejus indictionis (scilicet Processionis) dubio publica, utpote concernens totius Christianitatis necessitatem, ac magnam utilitatem, atque haberetur exemplum Papæ in ipsa Urbe, utique absolutum esse dicebam, ut etiam per Sac. Congreg. Rituum, & per Rotam habitum fuit, quod ista esset processio publica, & obligatoria --

In cujus ergo mentem venire potest (his præhabitis) quod de intentione Martin. V. foret, vel 182
esset, ut hi exempti non tenerentur accedere ad processiones, quæ fiunt pro tam urgenti Ecclesiæ necessitate

cessitate, & utilitate, qualis vertitur in assequendo Universalis Ecclesiæ Pastore, qui illam regat, & gubernet? Et quomodo credi potest, quod (non dicam jam Cardinalis, prout erat Brancat.) sed quilibet alius Christianus homo vellet à Summo Pontifice similem quærere exemptionem? Certo quod hoc prætendere, plus saperet hæresim, quàm fidelitatem; & hoc credere, magis redoleret scandalum, quam ædificationem.

Ex alio etiam principio fit evidens, Cardinalem
183 Fundatorem Hospitalis noluisse, quod Martin. V. comprehenderet in sua Bulla prædictam exemptionem, quoad accessum publicarum processionum, ex duplici ratione: Prima, quia experientia testante, videbat, quod in generalitate exemptionis à jurisdictione Ordinarii non comprehendebatur exemptio accedendi ad publicas Processiones, siquidem propriis oculis testabatur, Religiosos ad eas accedere, non obstante quod haberent per Summos Pontifices similem generalem exemptionem à jurisdictione Ordinariorum; Si enim hoc illi erat præsens, scire, & cognoscere debebat, hujusmodi generalem exemptionem sufficientem non esse ad excludendam subjectionem accedendi ad publicas Processiones: Ergò, si cum tali generali exemptione contentus fuit, signum est evidens, suæ intentionis, & voluntatis fuisse nunquam, quod isti sui exempti etiam exemptione gauderent, quoad prædictum publicarum Processionum accessum.

Secunda ratio est, quia prædictus Cardinalis Fundator non quæsivit à Martino Quinto hujusmodi e-
184 xemptionem intuitu personarum Rectoris, & Cleri, sed intuitu, & ratione Hospitalis, quod fabricare intendebat. Et Martin. V. eodem modo concessit exemptionem non Rectori, ut Petro v. gr. sed Petro, ut Rectori: Undè concessio facta fuit Dignitati, non personæ, ità taliter, quod si hodie Rector desineret esse Rector, nulla exemptione gauderet: Ergo clarè patet, exemptionem, de qua agitur, non respicere personam, sed Rectoriam, & quod ratione rei, scilicèt, Hospitalis, non verò personæ, scilicèt, Rectoris quæsita, & indulta fuit. Ex quo sequitur, tantummodò prodesse posse in iis, quæ respiciunt, & attingunt ipsum Hospitale, hoc est ipsam administrationem reddit,uum, receptionem infirmorum, & alia ad prædicti Hospitalis gubernationem pertinentia, non verò ad alios actus, qui in nihilo concernunt præfatum Hospitale, quia in primo casu, remanet exemptus Rector cum suo Clero, minimè verò in secundo; ad instar illius, qui duplicem personam representat, exempli causa, Religiosus, qui insimul Parochus est, tanquam Religiosus est exemptus à jurisdictione Ordinarii, non verò tanquam Parochus, quia illi subditur, ut notum est; Eodem modo, iste Rector duplicem figuram gerit, Presbyteri scilicèt, & Rectoris, tanquam Rector exemptus est à jurisdictione Ordinarii, non verò tanquam Presbyter, & ideo Episcopus eum cogere potest venire ad publicas processiones, quia iste accessus nihil commune habet cum qualitate Rectoris, nec in minimo attingit rem, quæ relationem facit ad ipsum Hospitale privilegiatum, probat conclusionem *Text. in cap. Cum Cappella de privileg.* ibi.

Quo circà mandamus, quatenùs in quantum exempti sunt ejusdem ratione Cappellæ, Apostolicis privilegiis deferas reverenter; Sed in quantum ratione Parochialium Ecclesiarum, vel aliàs jurisdictionem tuam respicere dignoscuntur, officii tui debitum in eosdem liberè prosequaris--

idem probat *Text. in cap. 1. §. In eos de privileg. in 6.* ibi-- *Quantum ad ista* .. Eleganter ad intentum *Gratian. discept. forens. cap. 298. num. 49. & 50. Seraph. decis. 1058. num. 1. 5. 6. & 8.* ibi -- *In eodem corpore possunt concurrere diversæ qualitates, itaut ratione unius detur exemptio, secùs verò ratione alterius* -- *Fagn. in cap. Quoniam num. 2. & 3. de privileg. Salgad. de supplicat. ad Sanctissimum part. 2. c. 15. n. 10. Rot. apud Cecoper. decis. 15. n. 23. tom. 1. Ricc. in prax. variar. resol. p. 2. res. 41. n. 2.* ubi asserit, Cappellanos Regios, si habeant Beneficium, quamvis ratione Cappellaniæ sint exempti à jurisdictione Ordinarii, ratione Beneficii illi subduntur, quia duplicem figuram gerunt: Idem etiam affirmat de familiaribus Cardinalium si habeant Beneficium, quia respectu familiaritatis sunt exempti, sed respectu Beneficii sunt Ordinario subjecti. Cum eadem hypothesi transit *in resol. 30. num. 2.* in ordine ad Referendarios; idem tenet *Rot. apud Cccoper. decis. 2. nu. 14. & 15. & decis. 3. num. 6. & 7. & in num. 11.* asserit cum *Azor. Castrop. & aliis*, quod exemptio concessa alicui ratione Ordinis, Dignitatis, vel alterius cujuscumque rei, ut in præsenti sumus, non dicitur personalis, sed realis; & sic minimè competere potest, nisi in his, quæ directè respiciunt ipsam rem, vel Dignitatem. Undè cum in præsenti exemptio concessa fuisset Rectori ratione Hospitalis, ac Rectoriæ, dicendum necessariò venit, quod extrà casus attingentes ipsam Rectoriam, & ipsum Hospitale, nihil prædicto Rectori prodesse potest exemptio sua in ordine ad subjectionem suo proprio, & nativo Ordinario.

Et quod hæc tantùm esset mens Pontificis, patet ex eadem Bulla in verbis ibi-- 185

Quibus (scilicèt Rectoribus) *dumtaxat rationem, & computum de administratis circa res, & negocia ipsius Hospitalis pro tempore fieri volumus*: & ibi: *Sed à Rectoribus, quibus juxta voluntatem præfatam dict. Hospitale commissum fuerit, rationem, seu computum exigere*--

Undè clare apparet, Pontificem Martin. V. solùm voluisse exemptionem concedere, & hanc totalem, & absolutam in his, quæ respicerent res, negotia, & administrationem ipsius Hospitalis; in aliis verò rebus, & maximè in functionibus Ecclesiasticis publicis nihil cogitavit, nec disposuit, sed tanquam casus omissi eos reliquit dispositioni juris communis, juxt. *Text. in leg. Commodissime ff. de liber. & post. capitul. inter corporalia de translat. Episcop.* 186

Aliter, si sufficeret præfata generalis exemptio, de qua in Bulla, sequeretur, quod nullæ Religiones tenerentur accedere ad tales publicas Processiones, 187 quia omnes, aut ferè omnes sunt penitùs exemptæ a jurisdictione Ordinariorum, & S. Sedi Apostolicæ immediatè subjectæ; Sed hoc dicere est falsum, siquidem omnes quæ non sunt specialiter privilegiatæ, tenentur ad dictum accessum, quia benè compati potest ista generalis exemptio cum obligatione accedendi ad publicas processiones, ut experientia docet, & meliùs verificatur ex Religione Hospitalitatis Sancti Joannis Dei; Siquidem isti Religiosi usque ad tempus Clemen. VIII. subjecti erant jurisdictioni Ordinariorum, ut patet ex Bulla ejusdem Pontificis, quæ incipit .. *Romani Pontificis* .. *In Bullario tom. 3. pag. 58.* & ut tales tenebantur accedere ad publicas Processiones; posteà verò Paulus V. in Bulla Sua incipien. -- *Romanus Pontifex in eod. tom. 3. pag. 365.* eos exemit ab omni jurisdictione, & dominio Ordinariorum, & Sedi Apostolicæ immediatè subjecit; & tamen non obstante hac exemptione post Concil. concessa, (quod est magis) tenentur præfati Religiosi accedere ad publicas Processiones, ut declaravit hæc *Sacr. Concil. Congreg. die 4. Julii 1615. apud Gavant. verb. Processio in addit. num. 11.* Ergo clarè patet, quod ista omnimoda exemptio à jurisdictione Ordinarii benè compati potest cum obligatione accedendi ad publicas Processiones, & quod in ea non comprehendatur exemptio, nec liberatio ab hujusmodi obligatione; Nam si comprehenderetur, non tenerentur prædicti Fratres Divi Joannis Dei ad illas accedere; Siquidem, ut supradictum est, sunt penitus exempti à jurisdictione Ordinariorum, & S. Sedi immediatè subiecti, quam exemptionem obtinuerunt post prædictum Concil. ut dictum est, quod facit majorem vim.

Undè si in simili generali exemptione data post Conc. judicatum fuit, non comprehendi exemptionem accedendi ad publicas Processiones, quare antè 188 Con-

Concilium concessa debet intelligi comprehensa, quandò formalitas verborum eadem est? Et esse apposita prædicta verba in limine fundationis, vel in alia quacumque dispositione, non mutat naturam, & proprietatem ipsorum verborum, quia semper idem sonant, ac per consequens idem importare debent ex disposit. *Text. in leg. non aliter ff. de legat.* 1. *Text. in cap. ad audientiam* 12. *de decim.*, *Paris. cons.* 22. *num.* 6. *lib.* 4., ubi ait, ità tenendum esse quamvis agatur de præjudicio tertii; Sed non ità erit, si præiudicium irrogetur iurisdictioni Ordinariæ, ut ait *Surd. cons.* 140 *n.* 63. *& seq.*; quia tunc etiam verba impropriari debent in favorem prædictæ iurisdictionis; Ast è converso iste Patronus vult, quod in odium prædictæ Ordinariæ iurisdictionis verba improprientur contrà *Dec. cons.* 113. *num.* 6., *& cons.* 103. *num.* 36. *lib.* 2., *Thab. Lusitan. dec.* 77. *num.* 14. *tom.* 1., *Mendes. à Castro etiam Lusitan. in sua prax. Lusitan. lib.* 1. *cap* 15. *num.* 10., *Petr. Barb. Lusitan. utique, in leg. quia tale n.* 37. *ff. de solut. Matrim. Card. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib.* 8. *tit.* 18. *n.* 35.

Certum est enim, quod Papa tantam iurisdictio-
189 nem habet ad concedendas exemptiones in limine fundationis, quam in quocumque alio actu; Unde solùm debet constare de eius voluntate, & quando eam non exprimit, & in diversis casibus loquitur per eamdem verba, omnes prædicti casus eodem iure censeri, & regulari debent ad mensuram tenoris privilegii, *juxt. Text. in c. porrò de privil.* ibi -- *Totum ex inspectione privilegiorum pleniùs animadvertere potest* & ibi .. *Volumus privilegiorum suorum servare tenorem* .. *Text. in c. recepimus eod. tit. de privileg.* ibi .. *Inspicienda sunt Ecclesiarum privilegia, & ipsorum tenor diligentiùs attendendus* .. *Text. in cap. consideravimus de elect.* ibi .. *Contra tenorem privilegiorum*., *Text. in c. final.* ibi .. *Tenor Indulgentiæ* .. *de translat. Episcop.*; optime *Div. Epiphan. Panor tom.* 2. ibi .. *Ubi verborum ordo, ibi misterium est* .. Eleganter *Salgad.*, & apud eum *Signorell. Tiraq.*, *Marian*, *Soccin.*, *Bald.*, *Raphael.*, *& alii in tract. de reg. protect. part.* 4. *cap* 3. *à n.* 48.

Unde ex his omnibus aperte deducitur, nec de
190 mente Fundatoris exemptionem flagitantis, nec Pontificis eam concedentis fuisse unquam comprehendere in dicta exemptione casus, qui non respicerent ipsum Hospitale, & Rectorem, prout Rectorem, ac inservientes, prout prædicto Hospitali famulatum præstantes; & multò minùs intendisse, præfatum Rectorem, & ipsius Hospitalis Clerum eximere ab obligatione accedendi ad publicas Processiones, ex rationibus supra ponderatis.

Ex alio principio confirmatur etiam suprapposita
191 conclusio; nempe ex eo, quod duo specialia minime in iure admittuntur, nec considerari possunt, ex *Text. in leg. cum post* 69. *§. Gener. ff. de iur. dotium leg.* 1. *Cod. de dot. promission. cap. Singula* 89. *dist.*, late *Stephan. Naten. de iust. vulnerat. tit.* 7. *c.* 2 *pag.* 347., *& seqq.*, *Oldrad. cons.* 79 *in princip.*, *Tusc. to.* 7. *lit. S. conclus.* 360., *Menoch. cons.* 336. *& de præsumpt. l.* 3. *præsumpt.* 21. *num.* 3., *Tabor. l.* 17. *c.* 45. *axiom.* 13. *& ibi axiom.* 5. *cum pluribus tenet*, quod si Statutum posset operari unum, vel duo contra ius commune, taliter interpretari debet, ut in uno solum sortiatur effectum, ut evitentnr duo specialia in eadem dispositione; Optime *Messinger. cons.* 10. *num.* 72. *cent.* 1., ubi loquendo de quodam Statuto, de quo dubitabatur, an virtute dispositionis illius vellet tantummodò contemplare agnationem, & excludere penitus, & absolute fæminas, de quo casu expresse non loquebatur; Respondit consultus præcitatus A., minime hoc admitti posse, quia in tali eventu admitterentur duo specialia, quod in iure, ait, esse absurdum; unum, quod res non expressa in Statuto haberetur pro expressa contra disposit. *Tex. in cap.* 2. *de præb. cap. final. de Procurat. in* 6., alterum quod in materia correctoria iuris communis fieret extensio contra *Text. in cap. quæ à jure, de reg. jur. in* 6. *leg. quod vero* 14. *ff. de legib.*, *leg. Si vere* 64. *§. De viro ff. solut. matrim.*

Applicemus nunc casum casui: Si enim admitteremus in generali dispositione Bullæ Mart. V. etiam 192
intervenire exemptionem accessus ad publicas Processiones, ex hac interpretatione sequeretur absurdum, quia sequerentur duo specialia; unum, ut pro expresso haberetur, quod expressum non est; alterum, quod in dispositione correctoria juris communis fieret extensio: Certum est enim quod subtrahere Ecclesiasticum Sæcularem à jurisdictione sui Episcopi est dispositio correctoria juris communis, ut per se patet, & liberare ipsummet exemptum ab obligatione accedendi ad publicas Processiones quin hoc expresse declaretur, etiam est supponere expressum, quod in rei veritate expressum non est, ut cum effectu non fuit talis exemptio in Bulla declarata in ordine ad dictas publicas Processiones, quæ si foret, etiam certo erat contra jus commune, ut supra probatum manet: Undè necessariò fatendum est, quod in dicta generali exemptione à Mattin. V. concessa, non comprehenditur, nec comprehendi potest exemptio accedendi ad dictas Processiones, ne admittamus absurdum duorum specialium in eadem dispositione, quin expresse concedantur. Adhibeamus majores conclusioni vires.

Nulla magis in jure privilegiata causa est, quam causa dotis, ut patet ex *Text. in Leg.* 1., ubi com- 193
muniter DD. *ff. solut. Matrim.*, ita taliter, quod licet incertitudo rei promissæ vitiet stipulationem, & quoscumque alios contractus, ex *Text. in Leg. ita stipulatus*, *ff. de verbor. obligat.*, attamen dotis promissæ incertitudo non vitiat ipsum contractum juxta *Text. in Leg. cum post divortium*, *§. gener.*, *ff. de jur. dot.*; & tamen si detur casus, in quo concurrat ista incertitudo dotis, v. g. virtute alicujus instrumenti exhibiti, & insimul non appareat ex dicto instrumento, eam fuisse stipulatam, prout de jure requirebatur, ex *Text. in Leg.* 1. *Codic. de Usur.*, *Leg. sciendum iuncta gloss. verb. solemniter*, *ff. de verbor. obligat.*, non valeret contractus, nec ullius roboris esset instrumentum, quia ex eo sequeretur absurdum duorum specialium; Unum, ut res incerta peti posset, contra dispositionem iuris communis; alterum, quia supponeretur stipulationem intervenisse, cum de ea clare non appareret, quod etiam erat contra ius commune; & ideò ne admittantur duo specialia reiicitur actio in simili casu, ut optime in specie tradit *Tiraq. de jur. constit. par.* 3. *limit.* 5. *num.* 4., & alii apud eum.

Non parum etiam privilegiati sunt in iure Prin-
cipes superiorem non recognoscentes, siquidem sunt 194
supra ipsum ius, iuxt *Text. in Leg Princeps* 31., *ff. de legib.* cum vulgaribus. Et tamen si aliquis Princeps, vel Rex attestetur aliquid de auditu; ei non creditur, ne admittantur duo specialia, unum scilicet, quod dicto unius credatur contra ius commune, iuxt. *Text. in Leg. ob carmen in fin. ff. de Test. Text. in cap. in literis eod. tit.*, alterum quod testis de auditu fidem faciat contra *Text. in cap. licet ex quadam de Testib. Leg.* 2. *Cod. eod. tit.*, optime *Cabed.*, & multi apud eum *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 36. *num.* 8., *&* 9.

Descendamus in aliud exemplum magis affine
materiæ, de qua agimus: Non parum privilegiata 195
est in iure causa Jurispatronatus laicalis in fundatione, ut iam supra diximus; & tamen si Patronus in dicta fundatione apponat clausulam, quod successores in Patronatu possint amovere toties quoties sibi visum fuerit Cappellanos à Cappella ab ipso Patrono constructa, etiam post institutionem illis ab Ordinario datam, hoc tamen facere non posunt, nisi tantummodò pro prima vice in ordine ad Cappellanos iam institutos; hoc est, nominato à Patrono, & ab Episcopo instituto uno Cappellano, istum amovere, & alium præsentare potest dictus Patronus, Sed iste secundus Cappellanus postquam fuerit ab Ordinario institutus, durante vita sua, non poterit amplius à Patrono removeri, sed post mortem ejus hoc facere poterit suo immediato successori, etiam post institutionem, sed minimè illi,

qui

qui subrogatus fuerit loco ejus; Et hoc ex eo principio, ne admittantur duo specialia; unum, quod à suo beneficio privetur Clericus absque culpa contra dispositionem *Text. in cap. cognoscentes de Constit.*, *Text. in cap. inventum 16. quæst. 7. cap. satis perversum 56. distinct.*, alterum quod detur locus infinitati, quia si Patronus posset successivè removere omnes Cappellanos jam institutos, daretur actus continuatus in infinitum, quod nullo modo admittitur in jure, ex *Text. in Leg. qui bona 13. §. ultimo ff. de damn. infect. Leg. fideicommissa, §. Si quis decem, ff. de legat. 2.*, *Leg. final.*, *Cod. de Sacrosf. Eccles.*, Qua de causa dicit *Bald. in cap. final. numer. 31. de Constit.*, quod dispositio, quæ concedit patrono facultatem præsentandi plures cumulativè, intelligi debet tantùm de duobus, ut evitetur infinitas; optimè *Lambertin. de Iurepatron. lib. 1. quæst. 9. art. 1. à num. 71.*, *& artic. 2. ejusdem quæst. numer. 15. vers. adhoc dici potest*, *Vivian. in eodem tract. par. 1. lib 2. cap. 8. num. 7.*, *de Marin. resolut. Jur. lib. 1. cap. 224. num. 4.*

196 Undè ex hoc principio etiam non venit admittenda consideratio, quod intentionis foret Mart. V. comprehendere in sua generali exemptione etiam eam, quæ respicit obligationem accedendi ad publicas processiones, siquidem ignorare non poterat, quod non admittuntur à jure, nec considerantur ab homine duæ specialitates in eadem dispositione, quin de eis facta sit specialis mentio. Undè palam fit, firmum non esse, nec stabile primum fundamentum, in quo horum exemptorum Patronus vires fundat suæ intentionis; Siquidem clarè apparet ex supradictis, generalem exemptionem in Bulla de qua agitur, non comprehendere, nec censura juris comprehendere posse etiam exemptionem ab obligatione accedendi ad publicas processiones, & maximè ad eam, de qua lis est. Ultraquamquod etiam in falso supposito, quod eam comprehendisset, censeretur revocata per dispositionem *Trident. in dictis capit. 13.*, *& ultimo de Regularib. sess. 25.*; Contra quam conclusionem insurgit præfatus Patronus, stabiliendo suum secundum principium, & affirmando talem exemptionem, quam supponit concessam in limine fundationis, non intelligi comprehensam in derogatione, quam facit prædictum *Concil. in dicto cap. fin.*, contra quam opinionem, adhùc in supposito, quod talis exemptio comprehenderetur, insurgere cogor ex sequentibus fundamentis.

197 Primò. Certum est enim inter DD. quod Juspatronatus laicale, seu conditiones, pacta, ac privilegia in limine fundationis illius apposita, nunquam censentur à Papa derogata, nisi id specialiter exprimatur, ut notant *Menoch cons. 9. num. 44.*, *Pirr. Corrad. in Prax. beneficiar. lib. 2. cap. 12. num. 52.*, *Garz. de Benefic. par. 7. cap. 1. numer. 122.*, *Vivian. de Jurepatron. par. 1. lib. 1. cap. 3. vers. vigesimanona*, *Spin. de Testam. gloss. 4. num. 44.*, *Frass. in dicto cap. 3. num. 39.*, *Barb. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 12. num. 99.*, *Nogueriol. alleg. 28. num. 36.*, & est planum; sed ex hocmet principio deducitur jus, & fundamentum contra prædictum Patronum; nam præfatum *Concil. in dicto cap. final.* revocat, & derogat omnia, & quæcumque privilegia, etiam in limine fundationis apposita, ex quo clarè insurgit, non solum generalis derogatio quorumcumque privilegiorum in concreto, sed specialis, & in abstracto eorum, quæ concessa fuerunt in limine fundationum. Ergo etiam ista censeri debent revocata, viso quod de eis in individuo, & specialiter loquatur Concilium.

198 Ut evitare valeat hanc objectionem, recurrit præcitatus Patronus ad duplicem responsionem prima est, quod Concilium intelligi debet loqui de Patronatibus Ecclesiasticis, non verò laicis: secunda est quod ibi loquitur de privilegiis, non verò de pactis legibus, & conventionibus in limine fundationum appositis, ut accidit in præsenti casu. Sed ad hoc facilis patet responsio: Nam quoad ultimum, jam supra ostensum relinquimus, quod non distinguuntur inter se pacta, vel privilegia, quæ in limine fundationis apponuntur; Siquidem totum id ejusdem naturæ, & qualitatis est, sive hoc, sive illo nomine nuncupetur, quia in rei veritate illa privilegia transeunt in vim contractus, & iste contractus, quamvis talis, non ideò amittit naturam privilegii Siquidem quod Papa tunc concedit, semper est privilegium, sed privilegium concessum ex causa onerosa ob cujus rationem sapit naturam contractus, sed non ideò desinit esse privilegium; & ita quantum ad hanc partem satis provisum, & responsum est supra.

Quo verò ad aliam, seù primam Patroni responsionem, etiam cum pauco contunditur sudore; Nam 199
cum Concil. generaliter, & collectivè loquatur cum omnibus Religionibus, Conventibus, & Monasteriis, absque alicujus exclusione, & casset, ac revocet omnia, & quæcumque privilegia, etiam in limine fundationis adjecta, quæ sint contra disposita in illa sess., ridiculum esset credere, quod d. Concil. intelligeret, omnes fundationes Conventuum Christiani Orbis constructas esse, vel fuisse ex redditibus Ecclesiasticis, & nullas fundatas fore ex bonis laicalibus; Et cum hoc in mentem Patrum Concilii venire non potuet; & stabilirent, quod nulla privilegia, etiam in limine fundationum apposita subsisterent, & prævalerent contra dispositum in illa sess., in qua etiam determinatum invenitur, quod omnes exempti teneantur accedere ad publicas processiones, benè sequitur, quod nullus excludi potest ab hac obligatione nisi munitus sit cum aliquo expresso privilegio circa hoc post dictum Concilium obtento. Nam quæ antea possidebantur, per præfatum Concilium derogata mansuerunt; ita docent *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 100. numer. 3.*, *& in annot. ad Concil. disc. 38. num. 5.*, *Lezan. in Summa regular. verb. processio quoad Regulares, num. 5.*, *& tom. 1. par. 1. cap. 9. num. 47.*, *Barb. in Summ. decis. Apostol. collect. 607. à num. 8.*; *Tambur. de Jur. Abbat. disp. 24. quæst. 8. n. 5.*, *Frass. ca. 59. num. 4. tom. 2.*, *Pelizar. tract. 5. cap. 11. num. 5.*

Secundo quià licèt Sedes Apostolica non de facili deroget Patronatibus Laicalibus, & Clausulis, 200
conditionibus, & privilegiis in illorum fundationibus appositis, ut notum est, docent *Gonzal. in reg. 8 Cancellar., gloss. 18. à num. 5.*, *Bero. in cap. 1. de jurepatron.*, *Sanch. cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 54.* *Capyc. Latr. cons. 154. à numer. 41.*, *Roland. cons. 46. numer. 7. vol. 1.*, *Paschal. de virib. Patr. potest. part. 1. cap. 1. num. 99*, *Covarr. variar. capit. 36. n. 5. vers. Tertiò*, *Solorzan. de jur. Indiar. lib. 3. cap. 3. num. 12.* *Salgad de protect. reg. cap. 9. nu. 114.*, ne ex hoc modo retrahantur fideles ab exercitio piorum operum; ut suprà non semel ponderatum est; Attamen quando adest justa causa, & maximè, si respiciat utilitatem communem, vel Ecclesiæ, tunc justè derogari possunt, ut deducitur ex *Text. in c. final.* ibi -- *Propter majorem utilitatem -- de translat. Episc.*, *Text. in cap. in nostra* ibi -- *Pro bono concordiæ -- de injur.*, *Text. in leg. quod semel* ibi -- *Nisi ex causa -- ff. de decret. ab Ordin. faciend.*, *Text in leg. final.* ibi -- *Vel publicæ utilitati -- Cod. si contrà jus, vel utilitatem publicam*; Et quod justa superveniente causa possint revocari privilegia remuneratoria; & provenientia ex titulo oneroso, prout sunt; de quibus hìc agitur, docent *Castill. ubi suprà d. cap. 89. à num. 93.*, *Valenzuel. cons. 99. punct. 2. ex n. 29. usque ad num. 39.*, *Cabedo Lusitan. decis. 75. per tot. part. 2.*, *Pinel. etiam Lusitan. in leg. 1. Cod. de bon. matern. part. 3. num. 61. vers. infertur decimo sexto*, *Seff. decis. 79. num. 2. 7. 8. & 46.*, *Menoch. cons. 350. num. 21. lib. 4.*, *Palat. Rub. in repet. rubric. de donat inter vir. §. 69. ex n. 13. usque ad num. 18.* *Azeved. in leg. 7. tit. 11. lib. 5. num. 1.*, *Bartol.*, *& Felin. in cap. 1. in princip. de probat.*, *Tiraq. de pœn. temperand. in præfat. num. 41.* *Covarr. ubi suprà dicto cap. 36. num. 3.*, ubi dicit, quod adhuc literarum Apostolicarum executio ob utilitatem publicam suspendi potest, ut fit in Hispania, & de eodem in Gallia testatur *Rebuff. in prax. beneficior. 3.* part.

part. signatur. ver., *nec non jurepatronatus*, *num.* 12. *&* 36., *& in tract. de nominat. quæst.* 15. *num.* 2., donec Pontifex melius informatus, quod justum fuerit decernat.

Undè si ex justa causa possunt privilegia ex titulo oneroso revocari, & quæ sit justa causa relin-
201 quitur arbitrio Legislatoris, ut cum *Menoch.* tradit *Cabed.* ubi suprà *dicta decis.* 75. *num.* 3. *in fin.*, optima cum ratione Sac. Conc. Trident. revocavit hujusmodi privilegia exemptionis accedendi ad publicas processiones, fortassis ex causa quod videret multum defraudari, ratione eorum, Cultum Dei, & servitium Ecclesiæ, quæ res, cum respiciant utilitatem publicam prævalere debent utilitati privatæ quorumcumque exemptorum, ut hìc adsunt, ex disposit. *Text. in leg. Jubemus*, *Cod. de Sacros. Eccles.*, *leg. si quis in gravi §. Verùm ff. de Senat. Consult. Siliann.*, *c. bona de Postulat. Prælator. c. nisi de renunciat.*

Nec refragari post conclusio, si dicatur, quod hu-
202 jusmodi causa minoris Cultus Dei, aut servitii Ecclesiæ jam existebat, quando privilegium concessum fuit à Martino V., siquidem clarum erat, quod illi, quibus concedebat præfatam exemptionem taliter, vel qualiter minuebant Cultum Divinum, & servitium Ecclesiæ Cathedralis, nam supposita exemptione, immunes remanebant accedendi ad functiones prædictæ Ecclesiæ; Et ita cum non inveniatur nova justa causa superveniens, quæ requirebatur, ut cum *Aretin. Castrens.*, *Fælin. Roman.*, *Tiraq.* tenet *Cabedo decis.* 19. *num.* 8. *part.* 2., non debemus intelligere de intentione Patrum Concil. esse, vel fuisse derogare similia privilegia.

Quia ad hoc respondetur, quod de tempore Mar-
203 tini V., usque ad tempus S. Pii V., in quo prædictum Concilium finitum fuit, intervenerunt plusquam 130. anni, & in tam diuturno temporis lapsu, forsan crescerent tot, & tantæ exemptiones, ut ex vi earum mutaretur notabiliter servitium Dei, & Ecclesiarum, & ea ratione moti Patres Concilii revocarunt privilegia omnia, etiam in limine fundationum apposita, quæ adversarentur Decretis *in d. sess.* 25. *de Regularib.*, contentis; & tandem semper præsumi debet aliqua justa causa in Legislatore, quæ animum suum moveret ad ferendam legem suam ut deducitur ex *leg. humanum* 8., *leg. leges* 9. §. 1., *Cod. de legib. Glos. in l. relegati in fin. ff. de pæn. Menoch. de præs. lib.* 2. *præsumpt.* 10. *à num.* 1. *Roman. cons.* 369 *num.* 28., *Alciat. reg.* 3. *præs.* 8. *Felin. in c. Quæ Ecclesiarum n.* 60. *de Const.*

Et quod mens prædictorum Patrum esset revoca-
204 re similia privilegia, patet ex alio certo juris principio, nempè quod semper per legem generalem derogatæ censentur donationes, gratiæ, & privilegia omnia, etiam ex titulo oneroso concessa, quin necesse sit, ut de eis specialis mentio fiat, ut deducitur ex *Text. in leg. final. Cod. si contra jus, vel utilitatem publicam*, *Text. in cap. nonnulli*, ubi plenè *Felin. de rescript.*, *Text. in cap. fundamenta §. penult.*, *de elect. in* 6., & docent *Castil.* ubi proximè *num.* 93. *versrursus* ibi -- *vel lege generali condita* --, *Cabed. decis.* 19. *num.* 11. *par.* 2., *& in num.* 8. *dicit*, quod data justa causa potest Princeps revocare donationes, & gratias, vel sint factæ per viam privilegii, vel per viam contractus, quod iterum repetit *in dicta decis.* 75. *num.* 4., 5., *&* 13. ibi --

Ex causa posse Regem revocare donationes, (& loquitur de donationibus remuneratoriis), *statuendo*, *sivè legem condendo generalem*, *quia Princeps potest auferre jus privatorum*, *statuendo generaliter*, *ut late per Alexandrum &c. & iste est unus modus*, *quo Princeps potest revocare privilegia*, *& donationes à se*, *vel ab Antecessoribus concessas*, *scilicet per viam legis generalis &c. nec tunc requiritur specifica derogatio privilegiorum quia fit per viam legis* --

Idem tenet *Roman. d. consil.* 369. *num.* 27., *Tiraquel. de pæn. tempor. in præfat. num.* 41., *Aretin in cap. novit. num.* 25., *& ibi Felin. col.* 10. *de Judic.*, *Alexand. consil.* 100. *liber.* 3., *& consil.* 189. *liber.* 3., *Gomes de non tollend. jur. quæsit. quæstion.* 15. *versic.*, *sed his non obstantibus* -- *Guido Papa consil.* 65. *per tot.*, & maximè *numer* 19., ubi quamplura jura in comprobationem adducit.

Atqui Sacrum Concilium Tridentinum per legem generalem decrevit, ut omnes exempti tene- 205
rentur accedere ad publicas Processiones, & derogavit non solum generaliter (quod ex dictis videbatur sufficere) omnia, & quæcumque privilegia ex quacumque causa concessa, quæ contrariarentur prædicto decreto, sed etiam specificè, & in individuo, ea, quæ in limine fundationis fuissent apposita Ergo benè sequitur, quod revocata censeri debent prædicta privilegia, quæ respectu accedendi ad publicas processiones Concilio adversantur.

Et quod ita teneri debeat fit consequens ex se-
quenti lemate: Supponamus, quod iste Rector hic, 206
& nunc instituebatur in aliqua Ecclesia Parochiali Quæro: Circa hoc officium coram quo rationem reddet · Certo quod respondebit ipsiusmet Rectoris Patronus, illud apud Episcopum respondere teneri: prosequor instantiam: & quo principio respondere tenetur coram Episcopo, cum sit exemptus? iterum fateri cogeretur præcitatus Patronus, quod ideò teneretur respondere coram Episcopo, non obstante sua generali exemptione, quia, vel in ea non intelligitur comprehensa exemptio, quoad curam Animarum? Vel, quia, quamvis comprehenderetur, revocata mansisset per Concilium Tridentinum; Nunc ad intentum: æqualitèr disponitur per Concilium in eodem loco, sub eadem *sess.*, & sub eodem *tit.*, quod nulla exemptio prosit tam ad accessum ad publicas processiones, quàm ad curam Animarum; Quare ergo in Bulla horum exemptorum, vel non debet intelligi comprehensa exemptio quoad curam Animarum, vel si crederetur comprehensa debet censeri revocata per ipsum Concilium; & quoad accessum ad publicas processiones non sit eodem modo philosophandum, quando in uno, & alio casu datur eadem Concilii dispositio? Desiderarem certò, quod mihi assignaretur discriminis ratio: quia certiùs credo, inter utrumque casum nullum adesse posse; & ideò ex hac ratione, & aliis supra ponderatis non mihi firmum videtur secundum principium, in quo horum exemptorum Patronus fundat intentionem iustitiæ illorum.

Nec etiam tertium principium, respectu obser-
vantiæ, quam allegat, in sensu meo, multi valoris 207
est, quia ad illud dupliciter responderi potest; Primò, quia, ut observantia suffragari possit, debet esse continua sine interruptione, vel disputatione, ut tradunt *Surd. cons.* 28. *num.* 99. *vol.* 1., *Gabriel. de præsumpt. conclus.* 1. *numer.* 59 *Alexand. cons.* 9. *numer.* 6. *vol.* 3., *Felin. in cap. sicut numer.* 33. *de re judicat.*; Et hæc semper passa fuit suas disputationes, ut contigit anno 1588., 1599., 1642., 1678., 1688., & 1715., ut ipsemet Patronus fatetur in sua scriptura *à numer.* 9. *usque ad* 13. *inclusivè*, *& à numer.* 54. *usque ad* 59. *etiam inclusivè*: Et satis eum gratiosum invenio, dum ibi dicit, suos Principales aliquoties accessisse ad dictas processiones, sed ex actu meræ voluntatis, facta prius protestatione, cum in rei veritate semper præcesserit, ut moris est, edictum Ordinarii comminans pænas, & censuras contra eos, qui non accessissent, & non cohæret, immò implicat, quod dicatur actus meræ voluntatis, qui fit post edictum, vel decretum coactionis, juxta *Decis. Text. in sum. & in cap.* 1., 15. *quæst.* 1. ibi -- *Nullo cogente* -- *text. in leg. Papinianus* 14. ibi -- *Ipsius voluntatis* -- *ff. de public. in rem act.*, nec in tali casu aliquid protestatio prodest, siquidem in coactis locum non habet, ut ex *text. in leg. si quis in aliena* 6. §. *final.*, *ff. de acquiren. hæredit.*, tradit cum multis *Garcia de nobilit. glos.* 5. *num.* 6. ibi --

In actibus enim meræ voluntatis potestatio conservat jus, *quia potueris facere*, *vel non facere*; *Secus est in actibus coactis*, *ubi cogeris vel à lege*, *vel ab homine*, *quia tunc nihil prodest protestatio*; *debes enim conqueri*, *vel appellare*, *& judiciale remedium quærere non protestari* --

idem

idem tenet *Peres ad tit. Cod. de his qui spont. publica munera subeunt num. 3. & Amaya in leg. 1. ejusd. tit. numer. 42.* ibi -- *libere, & non coacte protestando* - Unde ex dictis satis liquet, nec illos actus fuisse meræ voluntatis, nec illas protestationes alicujus operationis.

Nec etiam aliquid relevat, quod idem Patronus asserit in eadem scriptura *num. 9. &* 10. scilicet, quod
208 ab hoc Hospitali, & Clero illi inserviente prætenderat quondam Archiepiscopus Caraffa contributionem pro Seminario, Archiepiscopus Capua Cathedraticum, & Archiepiscopus Gesualdus illud visitare, & intentum non obtinuissent, exhibitis privilegiis.

Nihil, inquam, hoc ad rem facit, siquidem certum, & indubitabile est, quod Hospitalia ex bonis
209 laicalibus fabricata, ut hoc supponitur, & quibus non est annexum aliquod beneficium, nec solent dari in titulum, commendam, vel administrationem, ad nullam tenentur contributionem. ut patet ex eodem *Concil. Trid. cap. 18. sess. 23. de reform.* & ibi tenet *Barb. num. 19. &* 20. optime *Cresp. de Valdaur. observat. 91. num. 75. part. 2. Lara in compend. trium gratiar. lib. 2. de subsid. tit. 3. pag. mihi 204. Ricc. in decisionib. Cur. Archiepisc. Neapolit. decis. 96. numer. 7. in fin. part. 4.* Unde, quamvis præfatum Hospitale non esset exemptum, non teneretur ad tale subsidium.

Quoad Cathedraticum, seu Synodaticum etiam certi juris est, quod ad illud non tenentur exem-
210 pti, si curam animarum non exerceant, vel Ecclesias non exemptas possideant, ut deducitur, ex *Textu in cap. inter cætera, 10. quæst. 3. cap. quam sit necessarium, 18. quæst. 2.* & bene docet *idemmet Patronus in sua discept. Ecclesi. 35. numer. 14. & 18. Card. de Luc. sub tit. de jurisd. disc. 38. numer. 6. Franc. Leo in thesaur. for. Eccl. cap. 14. numer. 5. Barbos. de potest. Episc. alleg. 86. num. 44. in fin.* Cum tale Cathedraticum solvatur in signum subjectionis, *ut supracitati DD. notant, & glos. in cap. pastoralis de donat.* quàm subjectionem exempti non habent, ut per se patet; & nemo negat, quod tam hoc Hospitale (quamvis Ecclesia dici posset, quod non potest, nisi locus pius, ut notum est) quàm Clerici illi inservientes sint exempti, & nullus eorum Parochialem, vel Ecclesiam non exemptam possideat. Sed unum est quærere, an exempti teneantur solvere cathedraticum? alterum, an teneantur accedere ad publicas processiones? De primo, sic simpliciter dicto, certum est non teneri; quia non adest jus in contrarium, imò in comprobationem declaratio hujus Sacræ Congregationi *in una Albinganen. apud Pignat. tom. 6. consult. 8. numer. 14.* De secundo, certum est obligari; quia hoc à jure specialiter est provisum, ut supra manet ostensum.

Quod ad visitationem, etiam indubitati juris est, Hospitalia exempta, & ex bonis laicalibus constructa, & dotata non posse ab Episcopo visitari, &
211 hoc specifice concessum fuit huic, de quo agitur, à Martino V. & ideo non impugnatur, quod ab Ordinario visitari nequeat: bene verum est, quod tantum intelligi debet ista prohibitio in temporalibus, non verò in spiritualibus, nempe circa cultum divinum; & onera missarum, ut constet, an adimpleantur, vel non; Nam circa hæc nulla exemptio prodest etiam in casu, quod Hospitale sit sub protectione Regia, ut bene cum multis docet *Card. de Luc. tom. 3. sub tit. de jurisd. disc. 40. num. 2. & à num. 5. usque ad numer. 9.* nec Patronus etiam in limine fundationis valide apponere potest clausulam, seu conditionem, quod Episcopus non intendat super cultum Divinum, & onera Missarum, ut bene advertit *Cecoper. lib. 3. tit. 12. à numer. 9. & 15. Barbos. cum multis de potest. Episc. alleg. 75. numer. 9.* Unde nihil obstant supradictæ hujus Patroni ponderationes, ut statum rei alterent, vel mutent.

Secundo responderi potest, quoad observantiam, de qua loquebamur, & tantisper digressi fuimus; quod,
212 quamvis daretur, seu probaretur in casu (quod non probatur) continua, & pacifica observantia absque disputatione, vel controversia, nihil hoc efficeret in præsentiarum; Siquidem non solum observantiam, sed etiam possessionem immemorabilem (quod est magis) derogat ipsum Concilium in ordine ad exemptionem accedendi ad publicas processiones; & respectu, omnium aliorum decretorum, quæ *in dicta sess. 25. de Regularib.* continentur: Et sicut censeri debent derogatæ omnes exemptiones, tam circa curam animarum, quam circa accessum ad publicas processiones, ut supra diximus, ita, & eodem modo debet intelligi derogata qualiscumque observantia, & consuetudo, quæ in contrarium vigeat, viso quod utrumque expresse derogat præfatum Concilium. Unde nec huic tertio fundamento acquiescere possum: imò ex illis, quæ supra ponderata relinquo, tenere cogor, quod prædicti Exempti cogi possint etiam cum censuris ab Ordinario moniti, & vocati accedere ad publicas processiones, & maximè ad eas, de quibus hic est sermo.

Nec aliquid urgent argumenta à nobis pro parte contraria in principio adducta, quia intelligi debent in exemptionibus simpliciter generalibus, non verò in 213
iis, super quas specialiter, & in individuo aliter à jure provisum est; nam respectu istarum requiritur clara, & expressa mentio, aliter non præsumuntur comprehensæ in generali exemptionum dispositione, ut supra ostensum manet.

Ita censeo, salvo &c.

BULLA MARTINI V.

De qua in principio facta est mentio.

MARTINUS &c.

Dilecto filio Rainaldo S. Viti in Macello Diacono Cardinali salutem &c. Dum exquisitam tuæ circumspectionis industriam diligenter attendimus; ac paterna consideratione pensamus, quod tu Romanam Eccle- 214
siam, cujus honorabile membrum existis tuorum honoris magnitudinem meritorum dignum reputamus, & debitum, ut votis tuis illis præsertim, quæ animæ salutem, Divini Cultus augmentum, ac pauperum, & miserabilium Personarum commoda respicere dignoscuntur, quantum cum Deo possumus favorabiliter annuamus, sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod tu Hospitale Pauperum S. Andreæ in Platea Nidi Neapolitan. quod de jurepatronatus Laicorum existit propter mortalitates, & Guerras, & alias calamitates, quæ Civitatem Neapolitanam diutius afflixerunt in suis Ædificiis, & aliis necessariis Officinis penitus dirutum, & collapsum, seu desolatum, de bonis tibi à Deo collatis, cum Oratorio, & altari in honorem, & sub vocabulo S. Michaelis Archangeli, & ejusdem S. Andreæ, ac aliis necessariis huiusmodi in illo diversa fiant opera pietatis de novo construi, & reædificari, & pro Ministris, & Servitoribus eiusdem Hospitalis opportunis sufficienter dotare intendis. Quare nobis humiliter supplicasti; ut ubi facienda præmissa licentiam concedere, dictum Hospitale cum Officinis, Horto, & aliis sibi adiacentibus, ac iuribus, & pertinentiis suis, necnon Personas in eo pro tempore degentes, & Rectores illius pro illorum tranquillitate ab omni iurisdictione, dominio, potestate, & visitatione Archiepiscopi Neapolitani, & Abbatis Sæcularis Ecclesiæ eiusdem S. Andreæ ad Nidum Neapolitan. ad quem regimen dicti Hospitalis, dum in esse viguit spectare noscebatur pro tempore existentium eximere, & liberare, ac Sedi Apostolicæ immediate subiacere, necnon dicti Hospitalis regimen illi, vel illis, quos in tua voluntate ultima, ad hoc duxeris deputandos perpetuo committere dignaremur. Nos igitur pium, & laudabile tuum in hac parte propositum dignis in Domino laudibus commendantes, ac volentes illud favoribus Apostolicis confovere huiusmodi tuis supplicationibus inclinati tibi Hospitale præfatum cum Oratorio,

Altari, Officinis, & aliis necessariis hujusmodi construi, & reædificari faciendi, ac dotandi Auctoritate Apostolica tenore præsentium specialem licentiam, & auctoritatem plenariam elargimur jure deputandi Rectorem, seù Rectores eiusdem Hospitalis, seu illud committendi in hac prima vice, & quoties illud in futurum vacare contigerit tibi, & illis, quos ad hoc in tua ultima voluntate duxeris ordinandum, quibus dumtaxat rationem, & computum de administratis circà res, & negocia ipsius Hospitalis pro tempore fieri volumus, nihilo penitus reservato, & Hospitale præfatum postquam ædificatum, & per te dotatum fuerit, ut præfertur, cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis, necnon Personas easdem, & Rectores ipsius Hospitalis pro tempore existentes à dominio, visitatione, & potestate præfatis eximimus, & totaliter liberamus, illaque libera, & exempta ab eisdem fore statuimus, ac nobis, & successoribus nostris, & Sedi prædictæ immediatè subesse debere; Ità quod Archiepiscopus, & Abbas prædicti, vel eorum aliquis ratione delicti, vel contractus, aut rei, de qua agitur, ubicumque committatur delictum, iniatur contractus, aut res ipsa consistat, nullam possint in Personas, Bona, & Rectores præfatos iurisdictionem, potestatem, visitationem, seù dominium exercere, sed à Rectoribus, vel aliis, quibus iuxtà voluntatem præfatam dictum Hospitale commissum fuerit rationem, seù computum exigere, non obstantibus felic. record Clementis Papæ V: Prædecessoris nostri, ac Viennensi Concilio, ac aliis Apostolicis Edictis, Constitutionibus, & Ordinationibus, & Litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus quibuscumque contrariis quorumcumque tenores existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta huiusmodi exemptionis, & liberationis effectus possit impediri quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcumque, totis tenoribus habenda forsitan esset in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergò omninò Homisium liceat hanc paginam nostræ concessionis &c. frangere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum 8. Kal. Maji Pontificatus Nostri Anno IX.

Discursus Eminentissimi Lambertini tempore, quo erat Secretarius Congregat. Concilii in Causa Mantuana.

Celebris est Abbatia Tituli S. Barbaræ in Civitate Mantuana; Eius etenim Ecclesia erecta
215 fuit in Collegiatam à Pio PP. IV. Eius Abbas est Sæcularis, & primus, qui dictam Abbatiam obtinuit, fuit Bartholomeus Cavozzi, uti refert Donesmundus in sua Mantuæ Historia *part.* 2. *lib.* 8. Aliquando etiam Abbates fuerunt decorati Charactere Episcopali in Partibus Infidelium, ut notat *Lubin. de Abbat. Ital. Verb. Mantua num.* 5. *fol.* 203. & colligitur ex Brevi Sancti Pii V. expedito *die ultima Januarii* 1570. & anno 1607. Abbas Barzellinus assumptus fuit ad regimen Ecclesiæ Campaniensis, Teste Ughellio *tom.* 7. *pag.* 656. Præter Abbatem adsunt in dicta Ecclesia Archipresbyter, Archidiaconus, Præpositus, Decanus, Canonici, & Cappellani, & ius præsentandi tàm ad Dignitates, quàm ad Canonicatus, & Cappellanias reservatum fuit Guillelmo Duci Mantuæ tunc viventi, & deindè eius hæredibus, & in Ducatu Mantuæ Successoribus, cùm expressione, quod id ei non competebat *ex privilegio Apostolico, sed ex vera fundatione, & vera dotatione*, uti habetur in Bulla Summi Pontificis Pii PP. IV. expedita pridiè idus Octobris *anno* 1564.

In eadem Bulla memoratus Pontifex contulit Abbati ordinariam Jurisdictionem in Ecclesia, ibi -- *præ-*
216 *dictam Ecclesiam S. Barbaræ in Collegiatam, ac in ea unam Abbatiam: quæ Dignitas ibi Principalis pro uno Abbate, qui ipsius Ecclesiæ Caput existat, & ordinariam in ea jurisdictionem habeat, & exerceat &c. creamus, & constituimus, & ordinamus.* Absente Abbate, iurisdictio ab eodem Summo Pontifice ad Archipresbyterum, & in defectu Abbatis, & Archipresbyteri ad Archidiaconum, & sic usque ad ultimam Dignitatem translata fuit, & tam Abbas, & Dignitates, Canonici, & Cappellani, quam eorum bona exempta fuerunt à iurisdictione Episcopi Mantuani: *Ecclesiam sic erectam, ejusque pro tempore existentem Abbatem, Archipresbyterum, Archidiaconum, Præpositum, Decanum &c. Canonicos, Cappellanos, nec non Dignitates, Canonicatus, & Præbendas, Cappellanias, eorumque res, & bona quæcumque præsentia, & futura ab omni superioritate, correctione, visitatione, jurisdictione, dominio, & potestate dilecti Filii Nostri Federici tituli ejusdem S. Mariæ Novæ Presbyteri Cardinalis Mantuani nuncupati, qui etiam eidem majori Ecclesiæ ex dispensatione Apostolica præesse dignoscitur, & pro tempore existentis Episcopi Mantuani, dummodò ipsius Federici Cardinalis ad hoc accedat assensus, eximimus, & omninò liberamus*, receptis Abbate, Dignitatibus, Canonicis, Cappellanis, & eorum bonis sub sua, & Romani Pontificis pro tempore ptotectione, illisque sibi, & Romano Pontifici pro tempore existenti, Sedique Apostolicæ immediatè subiectis.

Huiusce Apostolici privilegii amplitudo, Abbatem, Cæteras Dignitates, & Canonicos, & Cappel- 217
lanos non in totum, nec in quolibet casu à iurisdictione exemit Episcopi Mantuani, si etenim Abbas, Archipresbyter, & aliæ successivè Dignitates negligentes fuissent in visitando, & corrigendo, memoratus Pius PP. IV. iisdem literis Apostolicis præservavit Episcopo ius corrigendi, & visitandi, *quod si Abbas, vel Archipresbyter, aut alii habentes Dignitates inferiores, gradatim in visitando, & corrigendo, ut supra, negligentes fuerit, Episcopus Mantuanus, Abbate, vel Archipresbytero, & aliis Dignitates inferiores habentibus gradatim prius admonitis, ac termino duorum Mensium ad neglecta sarciendum, & reparandum illis assignato, postmodùm illis in negligentia perseverantibus etiam ipsos Abbatem, Archipresbyterum, & alios habentes Dginitates inferiores, si deliquerint, visitare, & corrigere, eadem Auctoritate libere, & licitè possint.* Ordinarii quoque Auctoritas fuit præservata in puncto condendi Statuta; Concessa siquidem facultate Collegiatæ S. Barbaræ faciendi Statuta rationabilia, & honesta, & eadem immutandi, quoties expedire visum fuisset, Pontifex his verbis usus est, *quæ omnia postquam edita, statuta, decreta, & ordinata, ac per Ordinarium approbata fuerint, ex nunc prout ex tunc, & è contra eadem Apostolica Auctoritate confirmata sint*; Cumque tractu temporis casus dari potuisset, quod aliqui ex Beneficiatis huius Ecclesiæ assumpti fuissent ad obsequia Ducis Mantuæ, in eadem Bulla declaratum fuit, quòd durante servitio, isti deberent esse exempti, nedum à Superioritate Episcopi Mantuani, sed etiam Abbatis, *quodque omnes, & singulis Beneficiati dictæ Ecclesiæ etiam Presbyteri, qui Domesticis ipsius Ducis obsequiis pro tempore insistent, non solum ab Ordinarii Mantuani, sed etiam ab Abbatis, Archipresbyteri, Archidiaconi, Præpositi, & Decani, & Capituli Ecclesiæ prædictorum superioritate, Correctione, visitatione, & jurisdictione, eo tempore durante exempti sint.*

Alia plura Privilegia Abbati, & Ecclesiæ ab eodem Pontifice liberaliter concessa sunt, omissisque a-
liis, quæ ad rem non faciunt, memoratu digna sunt 218
ea, quæ sequuntur, *ipsique Abbas, & alii Dignitates obtinentes, gradatim, ut præfertur, ejusdem Ecclesiæ S. Barbaræ personis ad id idoneis de Federici Cardinalis prædicti consensu, primam Tonsuram, seu Clericalem Characterem, ac quatuor Minores Ordines conferre, ac quoscumque dictæ suæ Ecclesiæ Clericos, & Beneficiatos etiam in Sacris, etiam Presbiteratus, Ordinibus Constitutos, suis existentibus demeritis, quoties opus fuerit, debitis pœnis juxta sanctiones Canonicas punire &c. nec non Sacrum Chrisma ab Ordinario loci pro tempore existente, vel alio quocumq; Catholico Antistite receptum, iidem Abbas, & Archipresb. ac subsequenter alias Dignitates obtinentes, respectivè ut præfertur in eadem Ecclesia S. Barbaræ, & alibi de ejusdem Federici Cardina-*

dinalis consensu habere, tenere, & Christifidelibus distribuere, & conferre.

Ex hucusque deductis habetur Pium Pontificem
219 Papam IV. prò horum Privilegiorum subsistentia consensum voluisse Federici Cardinalis tunc Episcopi Mantuani, sed cum idem Pontifex in eadem Bulla decrevisset, ut præstito ab eodem Cardinali consensu, alius consensus Successorum in Episcopatu non esset necessarius, *necnon si, & postquam idem modernus Episcopus Mantuanus præmissis consenserit, quod deinceps nullus in his consensus, nullaque licentia suorum in ipsa Ecclesia Mantuana Successorum requiratur, etiam perpetuò statuimus, & decernimus*, hinc factum est, ut præstito per Cardinalem Federicum amplissimo consensu, nedùm quoad usum Privilegiorum concessorum, sed etiam quoad usum Privilegiorum concedendorum, uti colligitur ex actu authentico facto *de Anno* 1655. Abbas constitutus sit in pacifica possessione privilegiorum ipsi à Sede Apostolica concessorum.

Eximiæ Summi Pontificis Pii IV. liberalitati suc-
220 cessit liberalitas S. Pii V., & aliorum subindè Romanorum Pontificum; hic etenim *ultima Januarii* 1570. nè dùm concessit Abbati S. Barbaræ, ut suos subditos promovere posset ad Primam Tonsuram, & Minores Ordines, sed etiàm indulsit, ut alios quoscumque, qui à suis Ordinariis Dimissorias obtinuissent; & examinati fuissent ab Episcopo Mantuano, aut ejus Deputatis, & idonei reperti fuissent, promovere posset ad primam Tonsuram, Minores, & Sacros etiam Presbyteratus Ordines, uti colligitur ex tenore Brevis impresso ad Calcem Folii à Me exhibiti prò Congregatione habita *die* 17. *Novembris* 1725. Tunc temporis Abbatia S. Barbaræ possidebatur ab Ascanio Episcopo Majorensi, quemadmodùm supra adnotatum fuit, in quo proindè rerum themate fateri necesse est privilegium Pianum, in eo, quod attinet ad Ordinum Collationem, fuisse personale, & restrictum ad solam Personam Ascanii Majorensis Episcopi, cùm simplici Presbytero concedi non possit, ut conferat Sacros, & etiàm Presbyteratus Ordines, sicuti colligitur ex Sacro Concilio Tridentino *sess.* 22. *Can.* 2. & *ses.* 23. *can.* 7., & aliis à Me cumulatis in Discursu ædito ad Calcem dicti Folii, & in alio Discursu edito ad calcem alterius Folii Congregationis habitæ *die* 16. *Martii* 1726., quæ EE. PP. benignè approbare dignati sunt: Personale tamen non fuit aliud ejusdem S. Pii V. privilegium, quo Abbati, & eo absente successivè aliis Dignitatibus concessit *omnes, & singulos Presbyteros sibi ratione dictæ Ecclesiæ subjectos, & in articulo mortis constitutos ab omnibus eorum peccatis, injuncta eis Salutari pænitentia absolvere*, & Presbyteris dictæ Ecclesiæ in dicto articulo constitutis, qui ter in qualibet hebdomada nonnullas preces recitassent, plenissimam Indulgentiam, & omnium peccatorum suorum remissionem concedere posse, Gregorius etenim XIII. in suis literis Apostolicis expeditis *Die* 18. *Novembris* 1577. privilegium S. Pii V. restrictum ad Presbyteros extendit ad Diaconos, Subdiaconos, & alios in Minoribus constitutos Ecclesiæ S. Barbaræ inservientes, necnon Duci Mantuæ obsequiis obstrictos, dummodo Abbatis jurisdictioni essent subjecti, formamque statuit, qua Abbas hanc absolutionem pro se obtinere posset, dando videlicet Sacerdoti sibi subjecto facultatem sibi prædictam absolutionem concedendi, uti plenius habetur in ejusdem Gregorii Literis Apostolicis.

Tractu temporis variæ exortæ sunt controver-
221 siæ inter Episcopum Mantuanum, & memoratum Abbatem S. Barbaræ, & signanter Anno 1680., quo tempore Abbatia possidebatur ab Abbate, qui erat Episcopus in Partibus, cùm esset Episcopus Acconiæ; Tunc novem dubia fuerunt disputata, & omissis illis, quæ ad rem præsentem non faciunt, quartum erat conceptum sequentibus Verbis. *Cum major pars Beneficiatorum ejusdem Ecclesiæ extra propriam Canonicam sparsim vivat in Territorio aliorum Parochorum, prætendit, sermo est de Abbate, irrequisito Parocho, occurrente eorundem Beneficiatorum infirmitate, vel morte, eisdem ministrare omnia Sacramenta, ac respectivè eorum Cadavera ad propriam Ecclesiam deferre absque ulla solutione Quartæ Funeralis*, & huic dubio responsum fuit *negativè*, septimum dubium erat his aliis verbis conceptum, *occurrentibus Consuetis Processionibus totius Cleri, quin immo etiam illa Augustissimi Corporis Christi renuit ad easdem accedere Processiones*, & huic dubio, responsum fuit *teneri*, octavum dubium sic erat conceptum, *pariter præsumit non teneri ad Generalem Synodum intervenire, neque ipsius Clerum Subiacere ejusdem Synodi determinationibus, quæ cum, ut plurimum edantur ad Componendum habitum, & honestatem Clericorum, maxima exinde exoritur difformitas, & abusus ejusdem Cleri dictæ Collegiatæ respectu Cæterorum, qui ad normam decretorum Synodalium honeste, & laudabiliter vivunt*, & huic dubio responsum fuit *teneri*, cumque nonum, & ultimum dubium sequenti modo esset conceptum, *denique attribuit Sibi facultatem ministrandi Sacramentum Confirmationis, seu Chrismæ*, & huic responsum fuit, *non Licere*.

Rursus cùm quidam Bartholomeus Turrianus à suo Episcopo Lucano Dimissorias obtinuisset, ut à 222
quocumque Catholico Antistite ad primam Tonsuram, & quatuor Ordines Minores promoveri posset, & ille, uti addictus servitio Ecclesiæ S. Barbaræ, Minores Ordines ab ejus Abbate recepisset, magna exorta est controversia, an validè, vel illicitè Minores Ordines recepisset, utpote adscriptus servitio Ecclesiæ Ultra numerum; Fuit hæc Controversia per multos Annos funditus pertractata in hac Sacra Congregatione; Dicebatur etenim Bullam Pii IV. in qua facultatem concessit Abbati S. Barbaræ conferendi primam Tonsuram, & Minores Ordines, fuisse posteriorem Concilio Tridentino, & sic non fuisse ab eo revocatam cùm idem antecedentia, & non subsequentia privilegia hac in re sustulerit, juxta sensum hujus Sacræ Congregationis apud *Fagnan. in Cap. Statuimus, num.* 14. *& sub num.* 53. *in fine de supplenda negligentia Prælatorum*, sed excitata subtiliore indagine in hoc consistente, quod licet dicta Bulla esset Concilio Tridentino posterior, erat tamen anterior alia Bulla ejusdem Pii IV., in qua revocavit omnia, & quæcumque privilegia Concilio Tridentino adversantia, etiàm si à se concessa fuissent, uti videre est *in Constit.* 94. *ejusdem Pii. IV. Bullarii tom.* 2.; ponderato nihilominus quod erat nimiùm inverisimile, quod Pius in Bulla posteriori voluisset derogare particulari privilegio paulo ante à se in fundatione Collegiatæ de jure Patronatus Ducis Mantuæ concesso, & signanter cùm primam Bullam effrenata quadam Clausula corroborasset, eligendi videlicet, & apponendi quandocumque Duci, & Abbati, seu Capitulo libuisset datam semper posteriorem quibuscumque futuris derogationibus post multas Causæ propositiones *die tandem* 16. *Martii* 1726. resolutum fuit prò relaxatione suspensionis incursæ à Bartholomeo Turriano Arbitrio Episcopi Lucani admissa hoc modo in Abbate facultate conferendi primam Tonsuram, & Minores Ordines; si etenim Abbas facultatem non habuisset, Ordinatio Turriani fuisset invalida, & non illicita, uti Sacra Congregatio in allegato rescripto supposuit; Quando etenim Abbas habet privilegium concessum post Concilium Tridentinum, validè confert, & licitè primam Tonsuram, & Minores Ordines Personis Secularibus in privilegio designatis, & quatenùs, prout in casu contigerat, conferat Personis Secularibus in privilegio non designatis, Ordinatio est valida, sed illicita, & Ordinati remanent suspensi, uti latè ostendit *Fagnan. in Cap. statuimus num.* 11., *& sequen. usque ad finem de supplenda negligentia Prælatorum.*

Terminata hac controversia, aliis aperta est via;
Exhibiti quippe fuerunt huic Sacræ Congregationi 223
iterati supplices libelli, in quibus primò expositum fuit, quod ad Dignitates, Canonicos, Beneficiatos, & Clericos etiam supranumerarios extrà Canonicam S. Barbaræ habitantes, & sic in diversis Parochiis Civitatis Mantuanæ, in casu infirmitatis processionaliter defertur ab Ecclesia Collegiata Sacramentum Eucharistiæ, quod etiam aliquandò à viciniori Re-

gula-

gularium Ecclesia accipitur, secundò quod Cadavera Dignitatum, Canonicorum, Cappellanorum, & aliorum supra memoratorum invito Domicilii Parocho deferuntur ad Ecclesiam Collegiatam, nulla prædicto Parocho soluta Quarta; tertiò, quod facta ab Abbate Collatione Primæ Tonsuræ, & Minorum Ordinum, Clericis suæ Ecclesiæ servitio adscriptis etiam cùm excessu numeri, diriguntur ab ipso Literæ Dimissoriales ad Episcopos vicinarum Diœcesum, ut ab eis recipiant Sacros Ordines, quartò, quod licet Abbas non sit Episcopali Charactere de præsenti insignitus, passim Sacramentum Confirmationis confert, etiam Laicis subiectis Episcopo Mantuano, quinto demùm, quod approbat suos Beneficiatos pro excipiendis Sacramentalibus Confessionibus non tantùm Presbyterorum, & Clericorum suæ Ecclesiæ, verùm etiam aliorum quorumcumque Subditorum Ordinarii Mantuani, & quod aliqui sic approbati audent extra Ecclesiam S. Barbaræ, & in privatis Domibus Confessiones excipere, & etiam absolvere à Casibus reservatis; Cùmque transmissis juxta morem supplicibus libellis ad Episcopum prò informatione, ipse responderit exposita in facto subsistere, novæ ad eum datæ sunt literæ, ut Abbati terminum præfigeret, ad sua Jura deducenda in hac Sacra Congregatione, sed termino ab Abbate non acceptato, qui præmissa protestatione venerationis debitæ huic Sacræ Congregationi respondit se non esse nisi Custodem Jurium suæ Ecclesiæ, & eorum defensionem pertinere ad Augustissimum ejus Patronum, ad effugiendas exprobrationes nimiæ conniventiæ in re gravissima, & Sacramentali, necessarium existimavi omnia ponere sub oculis EE. VV. ut ipsæ in Domino decernant, quid in tàm arduo negotio faciendum sit, atque resolvendum.

Porrò in eo, quod attinet ad propositorum dubiorum resolutionem omnia fere desumi possunt vel
224 à præteritis resolutionibus, vel à juris dispositione; Quo ad Sacramenti etenim Eucharistiæ delationem ad Canonicos, Beneficiatos, & Clericos; licet degentes in alienis Parochiis, & quoad transportationem Cadaverum eorundem ad Ecclesiam S. Barbaræ, nulla soluta Parochis Quarta, facit responsum hujus Sacræ Congregationis *anni* 1680. *ad* 4. *dubium* uti supra *num.* 7. dictum est; & addi potest, quod prætendente Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Mantuanæ jus administrandi Sacramenta Canonicis, & aliis ejusdem Cathedralis Presbyteris non commorantibus in Canonica, sed ad libitum per Civitatem habitantibus, nec non Jus percipiendi emolumenta, & eorum Cadavera tumulandi, cùm huic prætensioni se Parochi Civitatis opposuissent, controversia delata ad Sacrum Rotæ Auditorium, Idem sensit favore Parochorum, uti habetur *in Mantuana Funerum* 5. *Julii* 1694. *coram claræ memoriæ Cardinali Priolo*, quæ decisio, teste, Episcopo, suam habuit, & habet executionem in Civitate Mantuana.

Quo ad Literas Dimissorias, quæ ad Episcopos Viciniores diriguntur, ut Ordinati ab Abbate ad
225 Primam Tonsuram, & Minores Ordines, ab eis subindè Majores recipiant, nullum huiusce facultatis vestigium habetur in Bulla Piana, tantoque cùm rigore in hac materia proceditur, ut etiam si constaret de Territorio separato Abbatis, de qua mox habebitur sermo, non posset Abbas Dimissorias pro Majoribus Ordinibus suis Canonicis, Beneficiatis; & Clericis concedere, nisi speciale haberet, atque distinctum pro concessione privilegium, uti omissis cæteris antiquioribus resolutionibus, resolutum fuit ab hac Sacr. Congr. *die* 21. *Jan.* 1719. *in Causa Nullius, seu Brictinorien.*, *& Policastren.* *& in Nullius, seù Vesprimien. Jurisdictionis* 12. *Martii*, *&* 17. *Decembris* 1718., & concordat *Rot. dec.* 7. *n.* 10., *& sequen. tit.* 23. *de Officio Ordinarii*, *& Territorio separato cor. Eminentissimo Domino meo Cardinali Falconerio tom.* 2. *pag.* 381., quod ipsum quotidiana, ut ita dicam, corroboratur observantia; Cùm etenim Ecclesia Parmensis Beatæ Mariæ della Steccata in Ecclesiam, & Sedem Conventualem Sacræ Equestris Religionis Constantinianæ erecta fuisset una cùm plenaria Exemptione ab Ordinario, & Territorio perfectè separato per san. mem. Clement. XI. uti habetur *in ejus Bulla* 96., non potuit magnus Prior sibi usurpare jus concedendi Dimissorias Clericis eidem Ecclesiæ inservientibus, nisi per speciale Breve Sanctissimi Domini Nostri; quod ipsum contigit in Causa supra citata Nullius, seù Brictinorien., & Policastren, Capitulum quippe Basilicæ Vaticanæ, quod erat in antiquissima possessione concedendi Literas Dimissorias Clericis sibi Subditis in Abbatiis sitis in Diœcesibus Brictinorien., & Policastren., non potuit in eodem jure perseverare, nisi accedente novo expresso Sum. Pontificis feliciter Regnantis privilegio, quod non fuit concessum, nisi post superatam in Tribunali Rotæ controversiam de Territorio perfectè separato in memoratis Abbatiis, & cessionem liti factam ab Episcopis Brictinorien. & Policastren. super eodem Territorio separato.

Quo ad administrationem Sacramenti Confirmationis, etiam Laicis Subditis Episcopo Mantuano, duo videntur esse investiganda, alterum, an Abbas dicta potiatur facultate, alterum; an ea uti valeat conferendo dictum Sacramentum etiam Laicis 226
Subditis Episcopo Mantuano; Quo ad primùm, pro facultate Abbatis pugnant verba Privilegii Piani relata in superiore §. 4., pugnat observantia, & eo fortiùs, cùm non desint exempla Summorum Pontificum, qui simplices Presbyteros constituerunt Administratores Extraordinarios Sacramenti Confirmationis, recepto Chrismate ab Episcopo, & contra facultatem Abbatis facit. responsum S. Congregationis anno 1680., de quo in superiori §. 7, uni non obstante, quod Abbas tunc esset Charactere Episcopali insignitus, responsum fuit *eidem non licere* Sacramentum Confirmationis administrare, nec enim responderi poterat *non posse* cum Episcopus sit Minister Ordinarius prædicti Sacramenti; Quo verò ad secundum, hoc est, an supposita in Abbate facultate valeat ipse Sacramentum Confirmationis administrare etiam Laicis subiectis Episcopo Mantuano, celebre est exemplum Cardinalis Archipresbyteri Basilicæ Vaticanæ, hic enim ex Brevi Urbani VIII. poterat Sacramentum Confirmationis administrare in Basilica Vaticana, & in Civitate Leonina, exortaque controversia circa usum dicti Brevis, ipsaque remissa ad hanc Sacram Congregationem responsum fuit posse prædictum Cardinalem uti dicto Brevi, sed quo ad Personas tantum Canonicorum, Beneficiatorum Clericorum, & Ministrorum inservientium Ecclesiæ S. Petri, & non quo ad alias Personas quascumque, & responsum fuit à Summo Pontifice Clemente X. confirmatum, uti habetur *tom.* 18. *decret. pag.* 145., *& pag.* 491., meminitque Cardinalis Petra *ad tom.* 4. *Constit. Apost. pag.* 280. *n.* 16.

Denique quo ad approbationem Confessariorum qui Confessiones excipiunt, nè dum Presbyterorum, & Clericorum Ecclesiæ inservientium, sed etiam aliorum quorumcumque Subditorum Episcopi Mantuani, notissima est Prælatorum Inferiorum distinctio; alii siquidem Prælati Inferiores præsunt certo generi Personarum cujusdam ambitus Ecclesiæ, vel Monasterii, uti sunt Superiores Regulares, & hi sunt exempti à Jurisdictione Episcopi, & habent exemptionem passivam ab eo cum corpore Monasterii, sive Ecclesiæ; Alii habent etiam jurisdictionem activam in Populum, & Clerum certi loci, sed sunt in Diœcesi, & Territorio Episcopi, à cujus Diœcesi locus ille non fuit avulsus, aut separatus; Alii demum habent jurisdictionem plenam in certo loco super omnes de Clero, & Populo in eo commorantes cum ejusdem loci dismembratione à Diœcesi, in quà erat antecedenter constitutus, & isti Prælati Semi Episcopi dicuntur, cum exerceant omnia ferè, quæ pertinent ad potestatem jurisdictionis exclusis cœteris; quæ pertinent ad Potestatem Or-

nis,

dinis, quo ipsi carent, uti latè explicando prædictas tres species Prælatorum prosequuntur *Lotter. de re beneficiaria lib. primo quæst. 24. num. 112. & sequen. Card. de Luca de Jurisdict. disc. 1. n. 7.*

Porrò quidquid sit de prima, & secunda specie Prælatorum Inferiorum, difficile admodum videtur, quod Abbas Sanctæ Barbaræ in tertia specie constitui possit; Si etenim juxta Privilegium Pianum ejus
228 jurisdictio est restricta ad Ecclesiam, *in ea jurisdictionem habeat*, si exemptio passiva ab Episcopo respicit ipsius Personam, & aliorum Ecclesiæ Inservientium, & ipsorum bona, si Abbatis Jurisdictio coercitiva Clericos, & Beneficiatos prędictæ Ecclesiæ tantum comprehendit, si in casu negligentiæ Abbatis, & aliorum potest Episcopus visitare, & corrigere, & animadvertere tam in ipsum Abbatem, quàm in alios, si Abbas tenetur ad Synodum Episcopalem accedere, & tam ipse, quàm alii legibus Synodalibus sunt adstricti, uti supra visum est §. 2. 3. & 7. Si denique nulla dismembratio loci, nulla Populi, nulla Cleri extra Ecclesiam S. Barbaræ existenti facta legitur in Privilegio Papali à Diœcesi Episcopi Mantuali, suadent hæc omnia Abbatem S. Barbaræ non esse Prælatum Inferiorem tertiæ speciei.

Et quando ipse non est Prælatus Inferior tertiæ speciei, nunquam approbare potest Confessarios pro
229 excipiendis Confessionibus, sive Presbyterorum, & Clericorum suæ Ecclesiæ inservientium, sive aliorum juxta *cap. 15. sess. 25. de reformat.* in quo id reservatur Episcopo, non obstantibus Privilegiis Apostolicis, & non obstante quacumque consuetudine immemorabili, iuxta sensum hujus Sacræ Congregationis, ad late deducta *in citata decis. 7. num. 6. & sequen. coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Falconerio, & decis. 8. numer. 12 eodem, tit. de Officio Ordinarii, & de Territorio separato tom. 2.* cùm soli sint Prælati Regulares, qui licet non sint tertiæ speciei, audire possunt Confessiones suorum Subditorum Regularium, & alios suos Regulares approbare pro excipiendis Confessionibus suoram Regularium, ex quo videlicet Concilium loco citato loquitur de Sacramento Pœnitentiæ administrando Secularibus, nec ullum facit verbum de Regularibus, quemadmodum magistraliter de more examinata materia, & allegatis concordantibus, & huius Sacræ Congregationis resolutionibus, prosequitur *Eminentissimus Dominus meus Card. Petra ad Constit. tom. 5. pag. mihi 111. numer. 51. & pluribus sequen.*

Et quamvis Sanctus Pius V. Abbati, & successive aliis Dignitatibus concesserit absolvere posse om-
230 nes, & singulos Presbyteros Ecclesiæ S. Barbaræ in articulo mortis constitutos ab omnibus peccatis, & hoc à Gregorio XIII. fuerit extensum ad Diaconos, Subdiaconos, & alios in Minoribus constitutos eidem Ecclesiæ Inservientes, uti supra visum est §. 7. id tamen vel non refertur ad absolutionem Sacramentalem, uti desumitur ex verbis Indulti Gregoriani, in quo dicitur formam absolutionis fuisse à S. Pio V. præscriptam, ibi -- *Et insuper cum in dicti Pii V. Prædecessoris Literis forma absolutionis sit præscripta, ut in mortis articulo constitutis à Superiore Inferiori illa concedatur, ejusdem Ecclesiæ Abbati, qui nullum habet Superiorem, quod cuicumque Sacerdoti sibi subjecto facultatem concedere valeat, ut sibi ipsi Abbati absolutionis beneficium impendere possit &c. potestatem impartimur*: vel quatenus id sit intelligendum de absolutione Sacramentali, concludere opus est nullum in Literis prædictorum Pontificum contineri Privilegium, cum quilibet Sacerdos etiam non approbatus possit absolvere à quolibet peccato, & Censuris in articulo mortis iuxta *cap. 7. sess. 14.* & sola disputatio sit inter Doctores, an id competat Sacerdoti iure Divino, vel iure humano, & an non approbatus possit uti dicta facultate, absente, vel etiam præsente alio Sacerdote approbato, uti habetur apud *Giribald. de Sacrament. tract. 7. cap. 3. dub. 3.*

Tangit Episcopus Mantuanus in sua Informatione præjudicium animarum eorum Pœnitentium, qui Con- 231
fessiones expleverunt, Sacerdotibus ab Abbate approbatis, quando re vera Abbas careret facultate eosdem approbandi. In hac autem gravissima quæstione, nonnulli docent communem errorem absque titulo satis non esse pro validitate absolutionis, uti habetur apud *Passerin. de statu hominum citato tom. 2. quæst. 187. num. 347.* Alii inhærentes Decreto, quod ab hac Sacra Congregatione referunt antiquitus editum fuisse, docent Confessiones, & absolutiones hujusmodi esse invalidas, & licet Confessi possint dici absoluti coram Deo, quia Mater Ecclesia supplet, eos tamen, errore detecto, teneri Confessiones reiterare, *Diana in edit. coordinata Operum moralium tom. 1. tract. 3. resolut. 26. num. 7. Molphes tract. 7. cap. 13. num. 20. Barbos. ad Concil. sess. 23. cap. 17. numer. 5. Vulp. resolut. moral. 163. num. 21. in fine*, & alii relati per *Passerin. ubi supra*. Alii denique hanc distinctionem impugnant, ea ratione, quia non potest quis Sacramentaliter Confessus dici absolutus coram Deo, nisi quatenus fuerit valide absolutus, hinc inferendo, quod posita absolutionis validitate Confessio non sit iteranda, & propterea indistincte volunt absolutionem esse validam ex solo communi errore, etiam absque titulo, & eo fortius concurrente aliquo titulo putativo *Passerin. ubi supra, num. 355. & sequen. Vulp. cit. resolut. 163. num. 16. & sequen. Salmanticenses in cursu morali tom. 1. tract 6. de Sacramen. Pœnitentiæ cap. 9. punct. 4. num. 19. Clericat. de Pœnitentia decis. 31. num. 14 & sequen Gobat. quæst Teolog Sacramen. tract. 7. casu 3. num. 107. & sequen. & signanter num. 109.* ubi figurat casum de Cappellano nullo modo approbato per Episcopum, & ita articulo mature discusso, ac Theologis hinc inde Scribentibus censuit in simili casu bo. me. Fagnanus Secretarius hujus S. Congregationis, & S. Congregatio decrevit *in Aretina 22. Martii 1614. Tom. 64. Positionum fol. 385. & sequen.*

Actum fuit de hoc eodem puncto in hac Sacra Congregatione in Causa *Patavina 11. Decembris 1683.* en verba Folii: *Occasione universalis Jubilei nuper in-* 232
dicti pro imploranda Divina ope adversus Turcas, tres Sacerdotes Cappuccini in Patavina Diœcesi absque approbatione, & licentia Eminentissimi Episcopi Confessiones Sacramentales plurium Secularium Personarum publice exceperunt, Et quamvis jussent moniti à Parocho de eorum inhabilitate, attamen ab inceptis desistere noluerunt. Accersiti postea ab ipsomet Eminentissimo Episcopo ad docendum de eorum prætensa facultate absolvendi, responderunt, quòd in opinione probabili aliquorum Authorum Regularium, primus eorum uti Guardianus, & Prælatus Regularis, secundus uti approbatus in aliena Diœcesi, & tertius uti approbatus ab ipso Eminentissimo Episcopo Patavino in alio loco Diœcesis ad annum, licet jam elapsum, potuerunt licite, & valide tempore Jubilei excipere dictas Confessiones absque nova Ordinarii approbatione. Eminentissimus autem Episcopus animadvertit huic prætensioni resistere tum Constitutiones sanctæ memoriæ Urbani VIII. & Innocentii X. tum Constitutiones Alexandri VII. & Clementis X. quæ omnes exprese prohibent, ne Regulares absque approbatione Ordinarii Confessiones audiant, quamvis in alio loco approbati, tum etiam responsa hujus Sacræ Congregationis super dubiis ad Bullam san. mem. Gregorii XV. tum denique expressam mentem Sanctissimi Domini Nostri, qui in Bulla præfati Jubilei requisivit Confessarios ab Ordinariis Locorum esse approbatos, unde plurimum dubitans de viribus hujusmodi Confessionum, ab Oraculo hujus Sacræ Congregationis quantocitius responderi petit.

Primo: An licite.

Secundò: An valide dicti Cappuccini Secularium Confessiones exceperint.

Sacra &c. respondit:

Ad primum illicite.

Ad secundum invalide, sed non esse inquietandos illos, qui bona fide confessi sunt, attamen si ipsi confessi hoc nesciverint, vel de invaliditate Confessionis dubitaverint, eosdem teneri reiterare Confessionem.

Quo verò ad Cappuccinos, Eminentissimus Ordinarius conficiat Processum circa administrationem Sacra-

cra-

cramenti Pœnitentiæ ab iisdem exercitam, non obstante contraria dispositione Sacri Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum, & transmittat.

Atque hæc dicta sint sub censura salvo semper &c.

DISCEPTATIO XXV.

Spoletana Parochialitatis

PRO

Sanctesiis Villæ Lapideæ

CUM

Parocho Angelo Angeluccio

ARGUMENTUM.

Translata Cura unius, vel plurium Ecclesiarum ad unicam Ecclesiam, in qua ex illis residere teneatur Parochus. Explicatur differentia inter unionem plurium Ecclesiarum parochialium, & translationem Curæ ab una ad aliam Ecclesiam. Quando sit locus deputationi Cappellani pro sublevando Parocho à parte exercitii Curæ.

CAsum pene inauditum exponimus, de Parocho, qui habens suam Ecclesiam Parochialem, in qua facta semper fuit residentia per spatium unius Sæculi, & ultra, ea derelicta, cum toto Grege, transitum fecit ad otiandum in cacumine Montis, manendo in Ædibus alterius Ecclesiæ simplicis, noviter constructæ ex Fidelium eleemosynis, non dignando amplius descendere ad residendum in sua Parochiali, neque ibi Sacramenta ministrandi ovibus suis, quæ sine Sacramentis moriuntur, & Pabula spiritualia suspirant, unde Populi, Pastore destituti, debitum ab hac Sac.Congregatione remedium usque ad lacrymas implorant, & ipsi etiam Spoletani Episcopi de hoc absurdo alte conclamarunt per suas Relationes hanc Sac.Congregationem directas, cujus rei historia ita se habet.

Extat in Comitatu Trebii Spoletanæ Diœcesis quædam Villa, quam vocant Lapidiam, alpestribus undique Montibus circumdata, in qua aderant olim celeberrima Monasteria S. Crucis Saxi Vivi Fulginei, & S.Petri in Bovaria de Trebio, Ordinis S. Benedicti, possidebant plures Grangias, sive Oratoria, & Sacella sylvestria, inter quæ aderant Ecclesiæ S.Arcangeli, & S.Mariæ, quæ in spiritualibus, & temporalibus regebantur per Monacos, ut liquet ex antiquissimis Documentis datis in Summar.

Hujusmodi Sacella, seu Ecclesiæ, postea disunitæ fuerunt, & reversæ sub libera dispositione Episcopi Spoletani, qui unam ex illis videlicet Ecclesiam S. Mariæ erexit in Parochialem, facta illi unione duarum Ruralium Ecclesiarum scilicet S. Arcangeli, & S. Joannis Baptistæ quod patet & eo, quia usque de anno 1442. ad effectum restaurandi Ecclesiam Parochialem S.Mariæ de consensu Episcopi venditum fuit Prædium, ad ipsam spectans, Quod Ecclesia S. Mariæ esset sola Parochialis liquet ex antiqua Visitatione Delegati Apostolici facta de anno 1571. Quodque Ecclesia S.Arcangeli esset simpliciter unita Ecclesiæ Parochiali patet ex altera Visitatione ejusdem Delegati Apostolici, facta de anno 1572. *ibi -- In Ecclesia S. Arcangeli, unita cum prænominata S. Mariæ.*

Hoc anno 1572. occasione Visitationis, habitæ per Episcopum Cajetanum, Delegatum Apostolicum, Populus Villæ Lapidiæ, subjectus Ecclesiæ Parochiali S.Mariæ, ut supra, exposuit, quod hujusmodi Ecclesia Parochialis, tanquam collocata in asperitate Montium, erat nimis incommoda eidem Populo pro habendis Sacramentis, & spiritualibus Pabulis, ideoque supplicavit, ut Parochialitas, & Cura transferri deberet ad Ecclesiam S. Bernardini, sitam in Planitie, & ad pedes Montium, ubi aderant Populus, & Habitantes, & quæ Ecclesia constructa fuerat per Populum, cum institutione Confraternitatis, & Delegatus Apostolicus, considerata exorbitanti distantia Habitationum, & Domorum Populi ab Ecclesia Parochiali Sanctæ Mariæ, causa cognita, transtulit Parochialitatem, & Curam ad dictam Ecclesiam S. Bernardini.

Post hanc Parochialitatem translatam, Ecclesia S. Mariæ remansit simplex, & talis etiam multo magis remansit Ecclesia S.Arcangeli, ei unita, quæ nunquam fuit Parochialis, & sic etiam altera Ecclesia, unita S. Joannis Euangelistæ, & quod Ecclesia S. Arcangeli fuerit simplex, & sine Cura probatur ex antiqua Sententia Ordinarii Spoletani, lata de anno 1575. in qua canonizavit, & approbavit permutationem cujusdam Prædii, factam ab Ecclesia S.Arcangeli, cum alio petio Terræ Monasterii Congregationis Montis Oliveti ibi -- *In Causa permutationis, seu permutandi quoddam petiam Terræ* Ecclesiæ ruralis, est sine cura Sancti Archangeli *Villæ Lapidæ &c. cum alio petio Terræ supradicti Monasterii &c.* Ac etiam probatur ex Licentia Abbatis Generalis, data ad effectum permutandi suum Prædium ibi -- *Desidera di far permuta con molto vantaggio del Monastero di un pezzo di Terra con un maggiore, quale è* Della Chiesa di S. Arcangelo senza cura.

Quæ translatio Parochialitatis ad Ecclesiam Sancti Bernardini, facta ad instantiam Populi ordinata fuit cum pacto, quod ibi Parochus continuo residere deberet, ut ex antiqua resolutione Communitatis Lapidæ ibi - *Sia bene officiata secondo l'obligo del nostro Parrocchiano, & il bisogno della nostra Villa, e che anche il nostro Parrocchiano abbia da risedere di continuo nella detta Chiesa per la Cura dell' Anime* -- prout Parochi semper adimpleverunt ab anno 1572. usque ad tempus motæ Litis de anno 1686 & liquet ex Relationibus duorum Episcoporum altera de anno 1686. & altera moderni Episcopi.

Usque de tempore, quo translata fuit Parochialitas ad Ecclesiam S.Bernardini, seu paulo post, Ecclesia S. Mariæ, olim Parochialis cum duabus Ecclesiis unitis S. Joannis Baptistæ, & S.Michaelis Archangeli, remanserunt dirutæ, & profanatæ, ut testatur Ordinarius in Visitatione anni 1602. & in altera Visitatione anni 1616. & patet ex Testibus & ex Relatione tam Episcopi Sciamannæ de anno 1686. quam moderni Episcopi.

Anno 1642. circiter inter reliquias Murorum Ecclesiæ dirutæ Sancti Michaelis Archangeli, in quodam Pariete herbis, & stirpibus Arborum vestito, detecta fuit exigua pictura, repræsentans Imaginem Beatæ Mariæ Virginis, quæ in tantam Miraculorum abundantiam profluebat, ut immensus Populus ad illam venerandam se conferret, copiosas faciendo oblationes, cujus rei habita notitia per Castruccium, tunc Episcopum Spoletanum, hic consensit, ut Universitas construeret elegantem Cappellam, & Altare miraculosæ Imagini, ut posset ibi Missa celebrari, prout factum fuit ex Oblationibus, quarum administratio relicta fuit Hominibus Communitatis, qui vocantur Sanctesii, & qui de ordine Episcopi colligebant eleemosynas, mediante duplici capsula, ibi apposita, altera intitulata *Elemosina per la Fabrica* -- & altera -- *Elemosina per le Messe* -- itaut parvo temporis spatio Sanctesii à fundamentis extruxerint ibi pulchram Ecclesiam una cum Domibus annexis pro habitatione duorum Cappellanorum, quos nominarunt *Santesii* cum approbatione Episcopi, & propterea ex his oblationibus reddita fuit conspicua Fabrica ejusdem Ecclesiæ cum Cappellanis, salariatis ad rationem sc. 35. pro quolibet, & simul empta, & acquisita fuerunt plura Bona pro dote Ecclesiæ ex pretio earundem Oblationum, & eleemosynarum, ut hæc omnia probantur concludenter, & Documentis exhibitis in Summario.

Parochi, qui residebant in Ecclesia Parochiali S.Bernardini, posita ad pedes Montium, postquam ibi semper, & continuò residentiam fecerunt ab anno 1572.

usque

usque ad tempus detectæ Imaginis miraculosæ, de anno 1642. per spatium 70. annorum continuarunt ibi residere etiam post ædificatam novam Ecclesiam miraculosæ Imaginis per alios 44. annos usque scilicet ad
10 annum 1686. absque eo, quod illis venerit in mentem relinquendi residentiam suam, & deserendi Populum, ita & taliter, quod computando tempus ante, & post detectam miraculosam Imaginem, ibique ædificatam novam Ecclesiam in antiquo situ S. Michaelis Archangeli, omnes Parochi nunquam discesserint ab eorum Ecclesia Parochiali S. Bernardini, sed ibi continuo fecerint residentiam ab anno 1572. usque ad 1686. & sic continuo spatio 114. annorum.

Verum anno 1686. Parochus Ecclesiæ S. Bernardini observando talem, ac tantam copiam Oblationum continuari in Ecclesia miraculosæ Imaginis, & simul videndo elegantes Mansiones, & elegantiores domus fabricatas in cacumine Montium apud Ecclesiam miraculosæ Imaginis habitari per Cappellanos in amœnitate, & salubritate aeris, spe lucri ex una parte, & studio commoditatis ex altera, acerrime stimulatus introduxit litem in hac Sac. Congregatione pro trans-
11 ferenda residentia, ut testantur Relationes duorum Episcoporum, ubi causam tribuit lucro ibi -- *hac forte commoditate allectus Angelus Angelutius modernus dictæ Villæ Curatus &c.*

Idcirco proposuit in hac Sacra Congregatione di-
12 sputanda tria dubia.

Primum - *An Parocho jus competat exercendi Curam Animarum, cæterasque functiones Parochiales in*
13 *ecclesia Sancti Michaelis Archangeli restaurata.*

Secundum - *An eidem jus competat habitandi do-*
14 *mum contiguam, illiusque commodo fruendi.*

15 Et tertium - *An eidem debeantur oblationes factæ, & faciendæ Imagini.*

Et quia Communitas, & Populus non habuerunt Defensorem, qui circumstantias facti referret, prout erant, facile fuit Paroco sub die 22. Julii 1686. obtinere resolutionem affirmativam ad primum, & secun-
16 dum dubium, quo verò ad tertium dictum fuit - *Danda esse Decreta* - contra quas resolutiones obtenta nova Audientia sub die 26. Augusti ejusdem anni, Adversarius qui timebat recessum ab his resolutionibus amicabiliter lenivit Populum, illumque induxit ad Concordiam, in qua se obligavit exercere Curam in Ecclesia Parochiali S. Bernardini, prout facere tenebatur de Jure, & ex necessitate Officii Pastoralis.

Interim ex transverso pullulavit alia Lis triangularis in eadem Congregatione inter prædictum Parochum, Episcopum, & Sanctesios super pertinentia Oblationum, & juris deputandi Cappellanos in nova Ecclesia S. Archangeli, & datis duobus dubiis, primò .. *An Parocho debeantur Oblationes*, & secundo .. *An ad Episcopum privative ad Sanctesios, vel*
17 *potius ad ipsos Sanctesios cum successiva approbatione Episcopi, spectet deputatio Cappellanorum*, illisque discussis in Congregatione habita die 12. *Novembris* 1689. nihil fuit resolutum, sed dictum quod expectaretur electio Episcopi.

Ex abrupto supradictus Parochus quasi immemor ejus solemnis obligationis in prænarrata Concordia emissæ, exercendi scilicet Curam in sua Parochiali Ecclesia S. Bernardini denuo excitando antiquam Controversiam, per Concordiam sopitam, & se confirmare volendo in habitatione desideratæ domus S. Archan-
18 geli proponi fecit in Congregatione habita die 12. Martii 1692. duo sequentia dubia, primò .. *An Concordia facta inter modernum Parochum, & Parochianos die 4. Januarii 1689. sit observanda, & quatenus negative* .. secundò .. *An, & in qua parte sit standum, vel recedendum à decisis sub die 22. Junii 1686.*.
19 prodiit resolutio *ad primum Negative, & quatenus adsit necessitas injungendam censuit, prout præsentis decreti tenore injungit Episcopo, ut desuper provideat, prout de jure.* ad secundum *Stetit in decisis.*

Neque contentus Parochus excutiendi à dorso Curam Animarum ab eadem Congregatione die 16. Aprilis
20 dicti anni 1695. obtinuit declarari spectare jus administrandi Oblationes Ecclesiæ S. Arcangeli ad ipsum cumulative cum Sanctesiis.

Episcopus autem cui in Decreto per hanc Sac. Congregationem iniunctum fuerat, ut provideret, prout de iure circa necessitatem Curæ Animarum in Ecclesia Parochiali S. Bernardini, protulit Sententiam omnino erroneam in ea parte, in qua pronunciavit, quod vel
Parochus, vel unus ex duobus nostris Cappellanis, (qui 21
ut diximus continuo morari debent in Ecclesia S. Archangeli) deberet habitare, vel saltem pernoctare in dicta Ecclesia S. Bernardini, vel prope ipsam, quodque quatenus dictus Parochus voluisset per se ipsum Functiones Parochiales peragere in dicta Ecclesia S. Bernardini, sed exoptasset expleri per dictum Cappellanum, idem Cappellanus ratione servitii præstandi consequi deberet emolumentum illud, quod recipit ab Ecclesia S. Arcangeli ex eleemosynis, quæ ibi colliguntur, & quatenus prædictum emolumentum non fuisset sufficiens reservavit sibi ius providendi quoad il-
lius augmentum, subiungendo, quod dictus Cappel. 22
lanus, tam in diebus ferialibus, quàm festivis minus solemnibus, & de necessitate Præcepti Ecclesiæ non servandis deberet redire ad dictam Ecclesiam S. Archangeli, ibique Missam celebrare, cæteraque Opera Sacerdotalia impendere.

Incredibile est quot scandala evenerint postquam Parochus deseruit residentiam in sua Parochiali Ecclesia S. Bernardini, quia iste amplius non attendendo, nisi ad otiandum in Apice Montis, & in commoditate habitationis novæ, oblitus omnino fuit Gregis reddendo Beneficium Curatum in Beneficium simplex, & sic neque Populus habebat Missam Parochialem in diebus festivis, neque in infirmitatibus sacramenta poterat suscipere, & plures mortui sunt absque Sacramentis, ut deponunt Testes referentes casus mortium in personis Laureti q.
Mutii, & Justinæ q. Martæ, de quo scandalo testa- 23
tur, & collacrymatur modernus Episcopus in sua Relatione, ubi hæc ait .. *A me subsequenter in actuali Visitatione extremam Populi necessitatem compatiente admonitus, ut & conscientiæ suæ, & Populi indigentiæ consuleret, pene dixerim rogatus, & contumax, ac in sua inobedientia pervicax inventus super gravissimis Excessibus in materia Parochiali processatus, & carceratus fuit, tandem elusis carcerum Custodibus &c. adhuc in Ecclesia prædicta, Populi calamitates, & rogatus eludit.*

Hinc Sanctesii Villæ Lapidiæ cum universo Populo Parochianorum dura necessitate cogente recursum habuit ad hanc Sac. Congregationem, recla-
mando contra resolutiones hactenus editas, & ob- 24
tinuit novam audientiam; Ideoque proponuntur in præsenti præinserta dubia in fine registrato, quæ favore Sanctesiorum, & Populi resolvenda infra videntur.

Et quidem aggrediendo examen primi ex præinsertis Dubiis, quod continet duo dubia, inter se connexa, licet olim distincte disputata, dicimus recedendum esse à resolutionibus captis sub die 22.
Junii 1686. & 12. Martii 1695. Cum enim in pri- 25
mo dubio quæsitum fuerit, *an Parocho competat Jus exercendi Curam Animarum, cæterasque functiones Parochiales in Ecclesia S. Michaelis Archangeli restaurata*, & in secundo dubio .. *An eidem competat jus habitandi Domum contiguam, illiusque commodo fruendi.* Prætensiones Parochi, contentæ in his duobus dubiis, nihil aliud important, nisi unico verbo translationem Curæ Animarum ab Ecclesia S. Bernardini ad Ecclesiam novam miraculosæ Imaginis erectam in situ antiquo Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli, quod videtur esse contra omnia principia Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini dispositionem, quia Parochus residentiam suam facere, & functiones Parochiales, necnon Curam Animarum explere tenetur in sua Ecclesia Parochiali, scilicet in Ecclesia S. Bernardini, ad quam Cura Animarum, & Parochialitas translata fuit ab anno 1572. & ibi continuata usque ad tempus motæ Litis anno 1686. per spatium 114. annorum, ut de

de obligatione Parochi exercendi in sua Ecclesia Parochiali functiones Parochiales, non obstante quacunque consuetudine in contrarium, frequentes sunt
26 resolutiones huius Sac. Congregationis relatæ apud *Barbos. de Paroch. cap. 11. num. 3. & cap. 12. nu. 10. & ad Conc. Trident. sess. 22. de reform. cap. 8. nu. 26. Monaceil. in Formul. Eccles. part. 2. tit. 13. form. 1. nu. 68. & par. 1. tit. 12. form. 7. num. 10. Panimoll. decis. 91. nu. 1.*, & quod ille residere teneatur in domo propriç Ecclesiæ Parochialis, non autem alibi tradunt *Fagnan. in cap. Extirpandæ*, §. *Si verò nu. 12. & seqq. de Præbend.* ibi -- *Extenditur tertio, ut nec sufficiat Parochum habitare ubilibet intra limites Paro-*
27 *chiæ, sed oporteat eum habitare in Ædibus Parochialibus, ut sæpiùs fuit resolutum*: *Barbos. de Paroch. par. 5. cap. 8. nu. 1. & seqq. & in Summ. Apost. dec. collect. 559. nu. 4. Garz. de Benef. par. 3. cap. 2. n. 179. Nicol. in floscul. in verb. Parochus sub nu. 31. vers. Sacra quoque.*

Neque obstat assumptum Patris, prætendentis antiquam Ecclesiam S. Michaelis Archangeli fuisse in Parochialem, & licèt posteà dirutam, tamen post restaurationem remansisse, aut reversam fuisse ad primævum statum, ideoque inferri solet exadversò, quod ibi Parochus residere, & functiones suas explere valeat; Est enim manifestum æquivocum quia antiqua Ecclesia Parochialis fuit illa Sanctæ Mariæ, non autem S. Michaelis Archangeli, simpliciter unita quoad redditus eidem Ecclesiæ Sanctę
28 Mariæ & eam fuisse simplicem Ecclesia probat antiquissima Sententia Ordinarii de anno 1575., & testatur modernus Episcopi ibi: *Ecclesia verè curata, in qua omnia Parochialia exercebantur, unica fuit Ecclesia S. Mariæ*: ibi: *Hoc unum scio Ecclesiam S. Michaelis Archangeli nunquam fuisse curatam, nunquam in ea fuisse, nec esse Sacramentum, nec Oleum Sanctum, nec sepulturas*: cui Relationi præsertim adminiculatæ ex antiqua Sententia anni 1575. plenè
29 deferendum venit, iuxta firmata per *Rot. dec. 460. nu. 10. part. 18. rec. & decis. 567. nu. 9 coram Cerro, & decis. 105. nu. 1. coram Emerix sen. & in Tampilonen. Exemptionis 25. Junii 1706. §. Vel si adomne peius, & 6 Decembris sequentis §. Quid essandum, & in Tampilonen. Juris sedendi 28. Januarii 1707. §. Atque coram Ansaldo.*

Eoque magis quia antiqua Ecclesia S. Michaelis Archangeli fuit diruta, & profanata, unacum aliis duabus Ecclesiis S. Mariæ, & S. Ioannis Evangelistæ, ut testantur Visitationes, & Relationes Episcopo-
30 rum de quibus in Summario & post detectam de anno 1642. Imaginem Beatissimæ Virginis in Muro Ecclesiæ dirutæ, nova à fundamentis extructa fuit Ecclesia ex Piorum eleemosynis Undè ampliùs non dicitur Ecclesia antiqua, quæ diruta, & profanata remansit, sed dicitur Ecclesia nova, veluti ædificata ex integro in honorem Beatissimæ Virginis; Non obstante quòd ędificium factum fuerit in situ, ubi antiqua Ecclesia permanebat ut in nostris terminis benè observat *Pignatell. consult. 39. nu. 1. to. 10.*
31 *per Text. in leg. 1. §. Inde queritur ff. de Nov. oper. nunc. Cortiad. decis. 259. num. 12. tom. 3. Rot. in Caven. Molendinorum 20. Martii 1711. §. Quam etiam coram Crispo*, nam quando Ecclesia diruta fuit, & profanata, ut probatur ex Relationibus duorum Episcoporum, necnon ex multis Testibus, & demùm ex dd. Visitationibus 1602., 1616., & omnia Jura Ecclesia pereunt *Can. de fabrica de consecr. dist. & can. Proposuisti de consecr. Eccles. Panormit.*
32 *in capitulo secundo, numero quinto de Nov. oper. nunc.*, ibique *Innoc. numero secundo Pignatell. dict. consult. 39. numero 1. tom. 10.* & ideo si ædificata fuit nova Ecclesia ex integro, hæc non dicitur antiqua, nec habet, aut recuperat Jura antiquæ, præsertim erectæ sub diverso titulo, seu invocatione Beatissimæ Virginis Miraculorum.

Verùm huiusmodi quæstio non facit ad rem nostram, nam ubi etiam figurandum esset hoc erroneum suppositum, quod antiquitus esset Parochialis, tàm Ecclesia S. Mariæ, quàm altera ei unita S. Michaelis Archangelis, adhuc id nihil importat, aut relevat ad casum, reflectendo quod istæ Ecclesiæ erant collocatæ in Montibus alpestribus, ad quas adiri non poterat nisi per Vias asperas, & inaccessibiles, præsertim tempore hyemali, Neque propterea
Parochus ibi residens poterat olim commode mini- 33
strare Sacramenta, & presto esse Parochianis, & Populo, quorum habitationes manebant in pede montium in planitie, procul ab Ecclesia Parochiali per spatium duorum ferè milliarium, ut de hoc accessu impracticabili ad prædictas antiquas Ecclesias deponunt Testes, & testantur duo Episcopi in eorum Relationibus, & propter hanc Causam supplicante Populo Delegatus Apostolicus de anno 1572. transtulit Curam Animarum ad Ecclesiam S. Benardini commodam Populo, & vicinam Populi Habitatio-
nibus & per spatium 114. annorum Parochi semper 34
resederunt, & functiones Parochiales exercuerunt in hac Ecclesia S. Benardini.

Ad quid ergò inseruit dicere, quod olim Ecclesia antiqua S. Michaelis Archangeli esset Parochialis, quando translata fuit Cura ad Ecclesiam S. Benardini authoritate Delegati Apostolici, nam quando translata est Parochialitas ad aliam Ecclesiam, prima Ecclesia remanent simplex, nec potest amplius ibi exerceri Cura, & reponi Parochialitas ad merum arbitrium Parochi, virtute translationis, quę subro-
gat Ecclesiam novam antiquæ in omnibus eius Juri- 35
bus, qualitatibus, & prærogativis iuxta ea, quæ notant *Gloss. in Can. Ex hoc diximus in verb. Destructa 16. quæst. 7. & in Can. Juribus de consecr. dist. 1.* ubi quod permittitur translatio propter difficultatem locorum ibique, *Turrecrem. vers. est difficultas locorum*, *Mandos. de signat. grat. tit. de Translat. §. Quando Parochialis Lap. alleg. 68. sub nu. 2. Rot. coram Seraph. dec. 1149. nu. 16.* ibi -- *facta translatione ab habente potestatem, omnia Iura pertinent ad Ecclesiam, & translata pertinent ad eam in qua fit translatio*, *Rebuff. in Prax. benef. tit. de Translat. Episc. nu. 11.* ibi -- *Plus est Ecclesiam transferre; quam unire, quia veniendo Ecclesiam*
unita retinet sua privilegia, & statum, sed quando est 36
translata ea, perdit, nec remanet in suo statu, & nu. 16. & 19. ibi -- *effectus translationis est &c. ut prior Ecclesia desinat esse Cathedralis, & secunda efficiatur Cathedralis alius, ut prior Ecclesia perdat privilegia, & in aliam Ecclesiam transferantur.*

Ergo nihil iuvat, quando etiam probaretur quod olim Ecclesia S. Michaelis Arcangeli fuisset parochialis, quià cùm fuerit translata Parochialitas, & Cura Animarum ad Ecclesiam S. Bernardini, prior Ecclesia remansit fit simplex, & altera tantum facta
est Parochialis, ex mox allegatis authoritatibus, qui- 37
bus addimus *Rota in Mediolanen. Iurium Parochialium 20. Aprilis 1708. §. Stetit coram Scotto* Eoque magis, quia translatio Parochialitatis, & Curæ Animarum effectuata remansit per observantiam 114. annorum, quo casu hæc centenaria sine dubio sola, ac de per se, absque necessitate docendi de titulo, apta fuit mutare Statum Ecclesiarum, & præsumere translationem Curæ ad aliam Ecclesiam S. Bernardini, suppressa Parochialitate alterius Ecclesiæ, quia per ob-
servantiam unius Sæculi præsumitur melior titulus 38
de Mundo, & quodcumque privilegium Apostolicum *Card. de Luc. de Judic. decis. 35. num. 63. Rota decis. 656. num. 8. & 9. part. 19. rec. & in Theatina Jurisdictionis 14. Maii 1708. §. Et licèt coram Scotto.*

Quo stante, nescitur quomodo prætendat Parochus exercere Curam, & facere residentiam in Ecclesia non Patochiali, imò in illa Ecclesia a qua translata fuit Cura in aliam, & translatio effectuata per centenariam, & ultra; Si enim hoc dari posset, Parochi haberent maiorem potestatem, quam habent Episcopi, quia possent ad arbitrium mutare
Ecclesias, & transferre Parochialitatem de una ad 39
aliam Ecclesiam, imo quod peius est, possent iterum reponere Parochialitatem ab illa Ecclesia, à qua authoritate Apostolica translata remansit, & ratificata translatio per centenariam, & ultra; Unde percipere non possumus, quali sub æquivoco Adversarius obtinuerit favorabiles resolutiones de residendo

dendo, & exercendo Curam in Ecclesia non Parochiali immò in Ecclesia, à qua avulsa fuit, suppressa, & extincta Parochialitas ad instantiam Populi, quod in Jure est prohibitum, & solum permissum Superiori Ecclesiastico ex iustis causis per *Text. in c. Cùm beneficio de Præben. in 6.* ubi *Archidiacon. n. 7. Gemian. n. 7. vers. item status, Lotter. de Re benef. lib. 1. q. 34. n. 49. Tondut. q. benef. par. 3. c. 166. nu. 6. Rota coram Penia dec. 1391. n. 4. & Adden. ad Gregor. dec. 434. n. 20.*

Sed fortius reflectendo ad causam, propter quam facta fuit translatio Parochialitatis ad Ecclesiam S. Bernardini, quæ fuit utilitas Animarum, earumq; necessitas, ex quo Parochiani habeant habitationes ad pedes Montium, antiqua autem Ecclesia Parochialis erat incommoda Populo, tanquam posita in Cacumine Montium ubi Parochus non poterat sursum, & deorsum ascendere, & descendere, respectivè per terga Montium in deferendo Viatico ad Infirmos & propter vias inaccessibiles præsertim tempore hyemali,
41 ubi nivibus Montes rigent, & impossibilis est accessus, nec non iter per tales vias in distantia duorum fere milliarium etiam tempore veris, quo nives colliquantur, & viæ lubricantur, itaut Populus neq; adire Ecclesiam poterat pro Divinis audiendis, & percipiendis, neq; Parochus adire habitationes Parochianorum ad deferendum Viaticum, & assistendum Infirmis, & Moribundis, ut probant Testes, & Relationes Episcoporum & comprobant Acta Visitationis Delegati Apostolici ubi propter commoditatem Populi asseritur factam fuisse translationem Curæ, & in Visitatione Ordinarii ann. 1602. Si autem quando Parochialis distat à Populo, & transeundum est per vias asperas, tunc Superioris Officium est devenire ad dismembrationem, & Curę translationem in ecclesiam, Populo commodam, & contiguam, juxta *Text. in c. Ad audientiam de Eccl. ædific. & animadversa &c. Barb. de Paroch. par. 1. c. 1. n. 25. firmata per Ro-*
42 *tam dec. 400. n. 1. par. 18. rec. & in Aretina Jurium Parochialium 15. Jan. 1703. §. Cæterum cor. Ansaldo*, & resolvit Sacra Congr. *in, Lunen. seu Sarzanen. 28. Februari 1711. & in Frequentina, seu Abelinen. Erectionis Parochialis 22. Maii 1713.*

Si Prout etiam urgente adeo justa causa necessitatis Populi, translatio Parochialitatis ad Ecclesiam, ei commodā, Sancti Bernardini, ubi facta non fuisset, de novo facienda esset; Quid dicemus in casu isto, ubi facta fuit usq; de anno 1572. & effectuata per centenariam, & ultra? hoc enim casu multo minus potest Adversarius prætendere translationem residentiæ, & Parochialitatis ad illam Ecclesiam in qua propter periculum Animar. perseverare nō potuit, jux-
43 ta notissimum argumentum, de quo in *auth. Multo magis C. de Sacros. Eccles. Rota dec. 498. n. 39. & dec. 500. n. 7. part. 19. rec. & cor. dec. 98. n. 14.*

Sed crescit vis argumenti, dum translatio Parochialitatis ad Ecclesiam S. Bernardini facta fuit ad instantiam Populi, sub pacto, & conditione, quòd Ecclesia ista - *sia bene officiata secondo l'obligo del nostro Parrocchiano, & il bisogno della nostra Villa, e che anche il nostro Parocchiano abbia da risedere di continuo nella nostra Chiesa per la Cura dell' Anime* - quod etiam uniforme dispositioni sacrorum Canonum, & Sac. Conc. Trident. ex quibus residentia Parochi, & exercitium functionum in sua Ecclesia Parochiali expleri debent,
44 ut pluries resolvit Sacr. Congr. signanter *in una Fulginaten. 10. Maii 1687. apud Monacell. in Form. Eccles. par. 2. tit. 16. formul. 2. n. 2.* ubi quod hoc procedit non obstante, quod Parochi
45 velint tenere Substitutos apud Ecclesias Parochiales, *Pignatell. consult. 4. n. 19. to. 7. & resolvit etiam in Callien. Residentiæ 28. Septembris 1680. & 28. Novembris 1699. apud dictam Monacell. in Formul. for. Eccl. tit. 10. formul. 18. n. 16.*

Quid plus? habemus experimentum occasione discessus Parochi ab ejus residentia ad delitiandum in cacumine Mōtis apud Ecclesiam B. V. Miraculorum, post resolutionem hujus Sac. Congr. ubi Populus remansit destitutus pabulo spirituali in omnibus, & duo Parochiani mortui sunt absq; Sacramentis, quia non potuit in tempore pervenire Sanctissimum Viaticum, ut deponunt multi Testes, & exclamant
46 Relationes duorum Episcoporum signanter modernus Episcopus testatur non posse in Ecclesia nova B. V. Curam exerceri *ob loci asperitatem, absque gravi, eoque evidenti periculo Animarum dictæ Curæ*, propter hoc tam Episcopus Sciamanna in sua Relatione anni 1686. dicit, *Pro commoda administratione Sacramentorum Parochianis omnino necessarium esse censeo, quod Parochus residere debeat penes Eccle-*
47 *siam Parochialem Sancti Bernardini* - quàm modernus Episcopus in altera Relatione, ibi - *Censerem cogendum esse Parochum ad residendum* - Multo igitur minus permitti potest casus adeo extravagans, quod dari possit Parochus, qui derelicta sua Parochiali, suoque Grege, velit otiari in delitiis saluberrimi aeris, ibiq; transferre curam, obstante translatione, facta usq; de anno 1572. Obstante centenaria observantia, & ultra; Obstante periculo Animarum; Obstantibus scandalis, quæ evenerunt; & denique obstantibus Parochianis, & alte reclamantibus Episcopis, qui testantur de scandalis, & de miseria hujus infelicissimi Gregis, ut in fortioribus terminis relatis declarationibus Sac. Congregationis & clamant pariter *Barbos. de Paroch. par. 1. c. 8. nu. 39. & de Potest. Episc. par. 3. alleg. 37. n. 7. Pignatell. consult. 4. n. 9. in fine, et n. 10. to. 7.* ubi allegat duas constitutiones Summorum Pontificum Pii IV. & S. Pii V. in quibus sub gravibus pœnis demandatur & stricte injungitur residentia Parocorum, & apud *Monacell. in For. Eccles. par. 2. tit. 16. Formul. 2. n. 2.* 48 49

Ex his resolvendum videtur, Parochum non posse residere, & exercere Curam extra suam Ecclesiam Parochialem S. Bernardini, sed teneri ad ibi residendum, & functiones Parochiales exercendum, ne pereant Animæ propter commoditatem Pastoris, qui reddidit Beneficium simplex, 50
sese retrahendo ad habitandum procul à Grege, ut gaudeat amęnitate aeris, & habitationis, & consequenter respondendum videtur, teneri ad residendum in Ecclesia Sancti Bernardini, ibiq; celebrandam Missam pro Populo, prædicandum, ministranda Sacramenta Eucharistiæ, & Pœnitentiæ, sepeliendum mortuos, docendum Doctrinam Christianam, & alia denique Parochialia Officia exercendum, quia propter explicandas has functiones datur Ecclesia Parochialis, sicuti Episcopo assignatur Cathedralis Ec- 51
clesia ad effectum ibi faciendi suas functiones Episcopales, ut ait *Bellamer. cons. 20. nu. 11.* & in terminis Ecclesiæ Parochialis habemus *Text. in c. 2. de Paroch. & in c. Ad audientiam de Eccles. ædific.*

Bene verum est quod si necessitas, & occasio postulet fieri debere aliquas functiones mere Parochiales in Ecclesia miraculosæ Imaginis olim S. Michaelis Arcangeli, non impugnatur, quod possit Parochus ibi intervenire ad explendas has functiones sibi spectantes in suo Districtu Parochia- 52
li, juxta firmata *per Rota in Civitatis Plebis Jurium Parochialium super manutentione 3. Julii 1705. §. Distinguendo coram Molines, & in Gerunden. Anniversariorum de Guisolis 1. Julii 1709. §. Verum coram Scotto.*

Queritur in secundo Dubio - *An Parochus teneatur retinere continuo Vice-Curatum, seu alium Sacerdotem, & Cappellanum ad exercendam Curam in Ecclesia S. Bernardini intus Villam Lapidiam ejus propriis sumptibus, & expensis, seu potius sit servanda Sententia Episcopi, in quo respondendum videtur, satis provisum in primo* - Hoc enim dubium me- 53
retur potius admirationem, quàm decisionem, dum iste Parochus prætendit duo absurda, unum inserviendi Parochię per Substitutum, & alterum quod Substitutus alienis expensis manuteneri debeat quasi ipse sit Curatus in habitu, & erecta fuerit aliqua Vicaria perpetua ratione alicujus Unionis, ideoque omittimus discurrere super hoc dubio, & unice exclamamus, quod Parochus non potest in ecclesia Parochiali exercere Curam per Substitutum, seu Vice-curatum, & ipse otiari, & gaudere de fructibus suæ Parochię, ac si illa esset Beneficiū simplex, sed tenetur per se ipsum Cu- 54
ram Animarum exercere, & per se ipsum pascere Oves suas, cum agatur de materia, in qua dicitur electa industria Personæ, ut notat *Fagnan. in c. Extirpandæ §. Si verò n. 4. & 5. de Præben.* ibi - *Sac. Congregatio censuit, cogendos esse hujusmodi Rectores ad subeundum per se ipsos, & non per Substitutum omnia munera, ad quæ Parochi tenentur* - & concordant *Barbos. ad concil. sess. 23. c. 1. n. 48. de Reformat. & in Summ. Apost. dec. collect. 555. n. 6. Garz. de Benefic. par. 3. c. 2. n. 53. Monacell. in Formul. par. 1. tit. 10. formul. 18. n. 14.* ibi - *Parochi, & Curati cogendi sunt, ut per se ipsos, & non per Substitutos eorum munia adimpleant* - *Pignatell. consult. 4. n. 10. in fine to. 7.* ibi - *Residere cogantur in proprio Loco, ubi Parochia sita est &c. Tenentur autem residere per se ipsos, nec possunt deservire per Substitutos, cum electa sit industria personæ* - Bonus enim Pastor dat animam suam pro Ovibus, & tene-
tur inservire per ipsum, etiam tempore pestis, neq; excusatur propter mali aeris intemperiem, ut probant *Pignatell. consultat. 17. n. 35. & seqq. tom. 4. Monacell. in Formul. par. 1. tit. 12. formul. 12. num. 1. & par. 2. tit. 16. formul. 3. n. 8.* 55

Crescitquè extravagantia hujusmodi prętensionis, dum Parochus vult prorsùs se eximere ab omni onere, & fastidio Curæ Parochialis, ut tranquillitate gaudeat in amęnitate, & cacumine Montium, volendo non solùm totam
56 Curam actualem transfundere in Substitutum, sed quod pejus est, volendo subtrahere Ecclesiæ miraculosæ Imaginis unum ex duobus Cappellanis stipendiatis ex eleemosynis Beatissimæ Virginis intuitu factarum qui necessarius est pro servitio ipsius Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli, ad effectum ibi celebrandi, audiendi confessiones Fidelium, & alia explendi in illa Ecclesia devotionis, itaut pro se eximendo ab onere Parochiæ iste Parocus pro sua commoditate cum damno Ecclesiæ, vult sibi consulere, quod proptereà eo magis exorbitantiam prætensionis demonstrat coercendam mediante Rescripto, quod redeat ad residentiam in sua Ecclesia Parochiali Sancti Bernardini, prout exclamant duo Episcopi damnando hoc absurdum subtrahendi Cappellanos servitio Ecclesiæ Beatissimæ Virginis
57 quorum Episcoporum voces sunt audiendæ tanquam informatorum, & in faciem Loci cognoscentium abusum vigentem in servitio suarum Ecclesiarum, *Rota dec. 39. n. 7. p. 15. & dec. 90. n. 16. p. 16. & dec. 636. n. finali p. 19. rec. & in Barchin. Benefic. 22. Febr.* 1704. *§. Opposita cor. Caffar.*

Respectu tertii Dubii, in quo disputatur -- *An Parocho competat cumulativa administratio Oblationum cum Sanctesiis* -- cujus respectu pręvio recessu à decisis sub die 16. *Aprilis* 1695. resolvendum videtur, administrationem Ob-
58 lationum spectare ad Sanctesios. Etenim habemus, Relationem duorum Episcoporum, ex quibus justificatur usque à tempore detectæ Imaginis miraculosæ circa annum 1642. Castruccium Episcopum Spoletanum deputasse Sanctesios, nedum ad effectum administrandi eleemosynas, & Oblationes miraculosæ Imagini oblatas per concursum Fidelium, ad quem effectum apponi fecit duas Capsulas, Una quæ dicebat.. *Elemosina per la Fabrica*.. & alteram ..
59 *Elemosina per le Messe*.. prout in sequelam consensus Episcopi, iidem Sanctesii fabricarunt Ecclesiam ex his eleem. stipendiarunt Cappellan. & semper easdem Oblationes, & eleem. administrarunt ab anno 1642. usque ad tempus motæ Litis super hoc puncto de anno 1689 & consequenter per consuetudinem quadragenariam, & ultrà, ex legitimo titulo consensus, habiti ab Ordinario, quo casu administratio aliis spectare non potest quàm Sanctesiis, ut censuit Episcopus Sciamanna in sua Relatione Sacr. Congregationi directa de anno 1686. prout hujusmodi admini-
60 strationis œconomicæ capaces esse Laicos, ex generali consuetudine testatur *Fagnan. in c. Pastoralis n. 21. & sequentib. de His, quæ fiunt à Prælatis, Card. de Luc. in Miscell. Eccles. discurs. 35. n. 11. & 12. Petra ad Constit. Apost. tom. 2. ad Constit. 1. Anastas. IV. sect. 2. n. 43.* ubi quod exclusus remanet ab hac administratione tam Parochus,
61 quàm Episcopus, & declaravit Sacra Congregatio Rituum in generali Decreto Urbis, & Orbis 10. Decembris 1703. in Responsione ad 28. impresso *apud Monacell. in Formul. for. Eccles. par. 2. tit. 13. formul. 1. sub n. 46.*

Urget etiam contra Parochum expressa resistentia Juris, quia nempè ubi agitur de Oblationibus, factis miraculosæ Imagini, quæ consistunt in magna quantitate, tunc ex intentione Fidelium donantium, Oblationes censentur factæ, ut acquirantur eidem Imagini, ad effectum scili-
62 cet illi construendi Ecclesiam, parandi dotem, ac salariandi Presbyteros inservientes, ut in specie affirmavit in sua Relatione Episcopus Sciamanna, ubi etiam testatur, Sanctesios id punctualiter adimplevisse construendo ex eleemosynis Ecclesiam, & Domum cum Sacristia, salariando duos Cappellanos pro servitio Ecclesiæ, residuum erogando in emptione Supellectilium sacrarum, & Bonorum stabilium pro Ecclesia; ut sibi constare dixit ex Li-
63 bris, & revisionibus Computorum, quodque nunquam Parochus sese ingesserit in hac administratione, & de jure ita contra Parochum concludunt *Card. de Luc. de Decim. disc. 19. numer. 10. & de Paroch. disc. 32. numer. 5. & de Jurepatr. disc. 12. numer. 10. Leo in Thesaur. for. Eccles. par. 2. capitol. 12. numer. 27. & seqq. Ventrigl. in Prax. par. 2. annot. 26. §. unico n. 25. & 26. Monacell.*
64 *in Formul. for. Eccles. par. 1. tit. 6. formul. 10. n. 20.* referens ita decisum per hanc Sacram Congregationem, & in generali Decreto Sac. Congregationis Rituum in Urbis, & Orbis in responsione ad dubium 28. ubi supra, & ab eadem Sac. Congreg. decisum fuit *in Comen. prætensorum Iurium Parochialium 15. Septembr.* 1714. *in responsione ad quartum.*

Undè excludendus videtur dict. Parochus ab his oblationibus, quæ fuerunt causa derelinquendi residentiam, & Ecclesiam Parochialem S. Bernardini, ut ait Episcopus Sciamanna in sua Relatione anni 1686. ibi -- *Expedi-* 65
ens esse, quod administratio continuetur per Cappellanos, & Sanctesios Villæ, ut hucusque factum est, & non se ingerat in ea Parochus, Qui Solum Movetur Ratione Lucri, & maximè quia talis administratio firmata reperitur per consuetudinem quadragenariam ex legitimo titulo consensus Episcopi, ut testantur Relationes duorum Episcoporum de quibus supra, & consequenter videtur resolvendum, administrationem spectare ad Sanctesios sub superintendentia tamen Episcopi, cui Sanctesii teneantur reddere rationem administrationis, ut probat *Card. de Luc. de De-* 66
cim. disc. 19. num. 12, & declaravit hæc Sacra Congregatio *in Civitatis Ducalis Oblationum 22. Martii 1698. apud Monacell. in Formul. for. Eccles. par. 1. tit. 6. formul. 10. num. 20.*

In quarto, & ultimo Dubio quæritur -- *An, & ad quos spectet deputatio Cappellanorum*, quod videtur decidendum deputationem spectare ad Sanctesios; Etenim usque ab initio erectæ novæ Ecclesiæ miraculosæ Imaginis, Sanctesii Administratores Oblationum, & eleemosynarum, sicut ex illis construxerunt Ecclesiam, compararunt supellectilem sacram, & Bona stabilia, ita etiam elegerunt Cappellanos, assignando eis ex eleemosynis annuum stipendium scilicet 35. ut probatur ex Testibus datis in Sum- 67
mar. & proptereà in hac electione Cappellanorum se immiscere non potest Parochus, dum ista consuetudo plusquam præscripta spatio 40. annorum servanda venit, cum non agatur de materia Institutionis ad Beneficia, sed de Presbyteris conductitiis, quorum electio spectare potest ad Laicos, & maximè ad Communitatem, quæ manus adiutrices posuit in ædificatione Ecclesiæ, & administra- 68
tione omnium ejus temporalium, ut in puncto decisum fuit per *Rot. in Gerunden. Anniversariorum de Guixolis 1. Iulii 1709. §. Necnon ex eadem coram Crispo, & in Civitatis Plebis Iurium Parochialium 3. Iulii 1705. §. Exclusa cum seqq. coram Molines & 6. Junii 1708. §. Consequens coram Ansaldo*, ubi quod electio Sacerdotum pertinet ad Laicos superintendentes, Patronos, seu Communitatem, non autem ad Parochum.

Et quamvis in hoc Iure deputandi Cappellanos prætensionem habeat Episcopus, itaut proposita Causa sub die 12. Novembris 1689. nulla capta fuerit resolutio, & quia sedes vacabat dictum fuerit, quod expectaretur electio E- 69
piscopi, attamen DD. Sanctesii non prætendunt nisi Ius eligendi Cappellanos, prout hactenus fecerunt cum approbatione tamen Episcopi, ut practicatum fuit in præteritum.

IN EADEM CAUSA

INcipit contraria scriptura ab æquivocis, negando, quod Parochialitas unquam translata fuerit ab antiqua Ecclesia Sancti Michaelis Archangeli, quando non regit in facto, quod olim unica Parochialis Villæ esset Ec- 70
clesia Sancti Michaelis Archangeli, quia Parochialis erat Ecclesia S. Mariæ cum duabus Ecclesiis annexis S. Michaelis Archangeli, & S. Ioannis, ut iustificatum fuit ex Visitationibus annorum 1571. 1572., & 1602. necnon ex Relationibus ductum Episcoporum, de quibus latè.

Alterum æquivocum est supponere, quod Parochialitas ab his tribus Ecclesiis non fuerit translata ad illam S. Bernardini, quando ex Decreto Visitatoris Apostolici clare constat, usque de anno 1571. Curam fuisse transla- 71
tam una cum effectu subsecuto, & observantia 114. annorum, ut ad evidentia supra probavimus.

Quo posito nil relevat asserere, quod Parochialis fuerit resignata de anno 1612., & prævio concursu collata, idemque evenerit de anno 1661. ubi facta legitur provisio sub titulo trium Parochialium Ecclesiarum, invicem perpetuò unitarum S. Mariæ S. Michaelis Archangeli, & S. Joannis: Quia diximus; & repetimus, quod quando 72
Cura transfertur non remanent suppressi tituli antiquarum Ecclesiarum, sed translatio fit una cum eisdem antiquis titulis, & innovationibus, itaut in Ecclesia S. Bernar-

nardini dicantur stare tituli, S. Mariæ, S. Michaelis, & S. Joannis, dum in eadem Ecclesia translatæ fuerunt, & collocatæ Imagines prædictarum Ecclesiarum, & Parochia translata remanet semper sub suis antiquis titulis, & Invocationibus, & quando vacat, & providetur fit provisio sub antiquis titulis, quia stat simul quod remaneant antiqui tituli Parochialitatis, & tamen Cura, & Parochialitas quantum ad ipsum exercitium remaneat translatum in alia Ecclesia, hæc enim
73 est natura translationis, juxtà dispositionem Sacri Concilii Tridentini *sess. 21. cap. 7. de Reformat.*, ibi .. *In eisdem Ecclesiis erigant Altaria, vel Cappellas sub eisdem Invocationibus, vel in iam erecta Altaria, vel Cappelas transferant cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus Ecclesiis impositis*..

Ità factum fuit in præsenti, quia unà cum Campanis tres Imagines, S. Mariæ S. Michaelis, & S. Jo: transportatæ fuerunt ad Ecclesiam S. Bernardini, ibique in tribus Cappellis collocatæ in sequelam translatio-
74 nis quoad exercitium Curæ in alia Ecclesia commoda Populo, Ideoque nihil concludit in contrarium afferre provisiones Parochialium sub antiquis titulis, quia natura translationis non extinguit titulos, & sub eisdem semper fiunt, & fieri debent provisiones, quia in Ecclesia S. Bernardini in ordine ad Curam ejusque exercitium dicuntur stare tres Ecclesiæ Parochiales. seu eorum tituli de loco ad locum translati.

Actus possessionis captæ de tribus Ecclesiis de anno 1612. intelligitur de captura possessionis illarum, facta in Altaribus Ecclesiæ S. Bernardini, ubi formaliter antiquæ Ecclesiæ Parochiales existunt, ob Imagi-
75 nes ibi translatas, aliàs falsus esset actus, quia de anno 1612. omnes tres antiquæ Ecclesiæ erant dirutæ, & derelictæ, ut ex Visitatione Cardinalis Vicecomitis Episcopi Spoletani, facta de anno 1602., ibi.. *Prædictæ tres Ecclesiæ sunt derelictæ, una est diruta, altera in usum stabuli conversa, tertia retinetur clausa*.. I-
76 demque de anno 1610. fassus fuit in articulis Parochus, respondendo Urbano VIII. tunc temporis Episcopo, ibi .. *la Parochiale Chiesa della Villa Pige di Trevi, è sotto l'Invocazione di Santa Maria, & adessa sono annesse l'altre Chiese, già cadute, una sotto l'invocazione di Sant'Arcangelo, e l'altra sotto l'invocazione di S. Giovanni, & in essa Chiesa* (idest S. Mariæ) *l'Altari sono quasi demoliti nè ci si dice mai Messa*.. Idemque continetur in Visitatione anni 1616. ibi.. *Dirutis, & profanatis aliis tribus Ecclesiis, quæ antiquitus circà d. Ecclesiam in Montibus erectæ fuerant*.

Non facit ad rem Visitatio anni 1563. quia tunc temporis non fuerat adhuc translata Cura, cujus translatio facta fuit anno 1471. Immò retorquetur d. Visitatio, ex cujus lectura habetur, quod Parochus ibi non residebat, sed inserviebat per Cappellanum, ha-
77 bentem onus Missæ omnibus diebus Dominicis, ibi. *Servit per Cappellanum, qui est D. Urbinas Cortesius qui habet onus Missæ omnibus diebus dominicis* .. itaut usque tunc hujusmodi Ecclesia nec fuerit residentialis, nec Cappellanus ibi aliud onus haberet, quam celebrandi Missas.

Visitationi anni 1647. responsum fuit, eam esse apochripham, juxtà Relationem Episcopi Sciamannæ ubi
78 hoc probat rationibus claris; Ultra quod visitatio canonizzat Ecclesiam S. Mariæ pro Parochiali, non autem illam S. Michaelis, ut ex lectura, & plenè diximus supra.

Licentia quæstuandi data de anno 1647. per Episcopum Parocho pro fabricanda Campana in servitium
79 Ecclesiæ S. Michaelis, potiùs retorquetur, quia non vocat Parochum Ecclesiæ S. Michaelis, neque istam vocat Ecclesiam Parochialem, sed simpliciter dicit, ibi .. *Possa mandare alla cerca de Metalli per fabricare una Campana per servizio della Madonna Santissima nella Chiesa di Sant'Angelo*.. & sic hujusmodi licentia solum probat Parochum suscepisse in se incumbentiam quæstuandi pro Ecclesia S. Bernardini, tanquam existente intra limites Parochialis, & si tunc Ecclesia non habebat Campanam, signum est, quod non erat Parochialis quodque in Illa Parochus non resideret.

Visitatio moderna anni 1690. poterat omitti, tanquam facta pendente Lite, introducta de anno 1686. in hac Sacra Congregatione tempore quo Parochus discesserat ab Ecclesia Sancti Bernardini, & se contu- 80
lerat ad habitandum in Ecclesia nova S. Michaelis.

Agnoscit Parochus, Parochialitatem fuisse translatam ad Ecclesiam S. Bernardini, & prætendit dare de nullitate translationis, sed infeliciter, quia probavimus supra translationem fuisse effectuatam spatio 114. an-
norum non solum Episcopis pro tempore eam appro- 81
bantibus in tot Visitationibus pro tempore factis, sed etiam, quia de anno 1580. adest solemne Judicatum Ordinarii, mandantis sub pœna privationis, quod Parochus residere deberet, & Curam exercere in Ecclesia Sancti Bernardini Hæc autem observantia centenaria omninò prohibet, ne translatio facta authoritate Delegati Apostolici, possit de nullitate redar-
gui, quia centenaria præsumit privilegium Apostoli- 82
cum, & omne aliud necessarium, ut in proposito firmavit *Rot. in Mediolanen. Iurium Parochialium 20. Aprilis 1708. §. Exercitium verò coram Scotto, tradit Card. de Luca de Iudic. disc. 35. num. 63. et firmavit Rot. dec. 656. num. 8. & 9. par. 19. rec.*

Et sic præsumitur consensus Episcopi, & Capituli, maxime propter tot Visitationes Episcoporum, licèt hæc solemnitas sit extranea ab hoc casu, ubi trans-
latio facta fuit, non ab Episcopo, sed per Delegatum 83
Sedis Apostolicæ, ut in specie probat *Turricell. de Union. cap. 9. numer. 57. & seqq. et firmavit Rot. decis. 439. num. 9. par. 4. recent. & coram Penia dec. 572. num. 8.*

Translatio non fuit contra formam Sac. Concilii, sed juxta ejus dispositionem, quia suberat magna causa necessitatis Populi, propter inaccessibiles vias, & incommodum Parochianorum, ut testatur Ordinarius in Visitatione anni 1602. ubi etiam asserit, quod ad Ecclesiam S. Bernardini translatæ fuerunt Campanæ à supradictis Ecclesiis S. Michaelis Archangeli, & S.
Mariæ ibi .. *Habens duas Campanas, delatas à supra- 84
dictis Ecclesiis* .. & hoc ipsum respondit Urbano VIII. tunc Episcopo ibi .. *Perche stanno in Luoghi quasi inaccessibili, e scommodi alla Villa, per ordine di un Visitatore Apostolico fù levata la Cura d'esse, e fù trasferita in una Chiesa, che stà in mezzo la Villa sotto l'Invocazione di S. Bernardino* .. & hoc ipsum continetur etiam in altra Visitatione anni 1616.

Quod fuerit facta translatio juxtà formam Sac. Concili, quod que de novo fieri deberet, si facta non fuis-
set alte exclamavit Episcopus Sciamanna in Relatio- 85
ne, facta huic S. Congregationi anno 1686. cum qua obiit ibi .. *Quia immo etiamsi hujusmodi translatio non adesset, prout adest, adhuc necessario facienda esset juxta dispositionem S. Concilii Tridentini sess. 21. c. 4., & 7. cum Ecclesia S. Archangeli existat in Monte, ubi nullus inhabitat, sed totus Populus Villæ Lapidiæ incolat circum Ecclesiam Parochialem S. Bernardini, omnibus commodam, & è contrà Ecclesia S. Archangeli, longè distans à Domibus Parochianorum omnino est incommoda, etiam propter difficilem accessum ad dictum Montem, & tempore hyemali, tam ratione pluviæ, quam nivis impossibilis redderetur accessus signanter Senioribus, Pueris, & Mulieribus, adeout etiam aliquando propter copiam nivis, nec Cappelani de Ecclesia S. Archangeli exire potuerint.*

Neque in hac parte abscondi potest causa adeò magna propter quam facta fuit translatio de anno 1571. quia habemus experientiam claram in his ultimis annis, quibus Parochus se transtulit ad habitandum in Ecclesia nova S. Michaelis ab anno 1687. citra, ubi mortui sunt Parochiani absque Sacramentis, Pueri, Senes, & Pregnantes, & infirmi respectivè, neque Missam, neque doctrinam Christianam, neque predicationem Verbi Dei, neque assistentiam spiritualem obtinuerunt, sive tempore æstivo, sive hyemali, ob nives, & æstum per vias ferè inaccessibiles alpestris Montis, super quo querelas exposuerunt duo zelantissimi Episcopi Sciamanna, & modernus, qui indicant etiam scandala, & damna quæ in perniciem animarum eve-
nerunt, & eveniunt, interim otiante Parocho in ca- 86
cumine Montis, quod dicere, ex necessitatæ causæ, & veritatis alte exclamat Populus universę Villę juxta ea quę haben-

habentur in Summario ubi damus Consilium Villæ circa damna animarum. Quibus ergo credendum est, an Parocho affectanti suum commodum, vel duobus Episcopis, tribus, vel quatuor Relationibus Episcoporum antiquorum, & voci universali omnium Parochianorum Villę? utique scandalum adeo clarum nescitur quomodo celari possit, & abscondi sub ratiociniis, & diverticulis argumentorum quando factum in hac materia salutis Animarum ex ore Episcoporum desumendum est, quibus Sacri Canones credendum esse mandarunt in materia ubi nullum ha-
87 bent interesse præter spirituale commodum animarum, & ubi in faciem loci vident, & collacrimantur cadentis Gregis ruinas, ut notant communiter Repetentes in *Clement. Exivit de Verb. signific. gloss. in c. In præsentia in verbo Literas de Renunc. Rot. dec. 460. n. 10. par. 18. recent* cum aliis in *Pampilonen Exemptionis* 4. *Iunij* 1707. *§ finali cor. Ansal.*

Credendum est vocibus Populi universi, de quorum interesse agitur, & qui pabulis spiritualibus se denudatos deplorant, neque enim verisimile est omnes conspirare in mendacio, & falsis lacrymis suarum animarum periculum, deplorare, quia vox universalis, nec fallere, nec falli potest, ex noto Axiomate -- *Vox Populi, vox Dei* -- de quo *Vasq. contr. illus. l. 1. c. 11. num. 34. Rot. in Bisinianen. Præheminentiarum* 17. *Februarij* 1710. *§. Quid plus coram Ansaldo.*

Quæ frustra evitari pretendunt exadv. dicendo, quod habitationes partim sint in medio, & partim in vertice Montium; Nam juxta Mappam, oculis fidelibus expositam patet, quod ex quadraginta Familiis, seù Domibus, omnes existunt in planitie, & extra dorsum Montis longinquiores distant ab Ecclesia S. Michaelis spatio duorum milliarium
89 cum dimidio, aliquæ duorum tantum, aliquæ unius milliaris cum dimidio, & solum quatuor domus respective ad 40. distant per medium milliare, quæ sunt viciniores, sed medium hoc milliare est totum dorsum Montis, quia Domus stant in planitie, & incommodum hujusmodi paucorum habitatorum, licet non sit tantum, est tamen grave, quia ascensus, & descensus per dorsum Montis impedit accessum respective Parochi, & hujusmodi paucorum Parochianorum, & in summa Parochus in cacumine Montis nullam habet domum Parochianorum, sibi contiguam, & sic bene facta fuit translatio Curæ ad Eccl. S. Bernardini in
90 medio planitiei Villæ positam omnibus commodam, de qua commoditate testantur supradicti duo Episcopi, universus Populus, & Visitationes antiquæ hodie verò adducimus testimonium illarum quatuor Familiarum viciniorum, testantium de eorum incommodo circa accessum ad Ecclesiam S. Michaelis, & idem oculi manibus palpantur colligitur ex Mappa.

Concursus Populi ad Imaginem B.V. in Eccl. S. Michaelis non solùm habetur per Parochianos Villæ Lapidiæ, sed per omnes alios Populos aliarum remotiorum Villarum Sed iste accesus devotionis fit statis temporibus, neque ali-
91 quid commune habet cum accessu quotidiano, & necessario ad Eccl. Parochialem; Etiam Romani Neapolitani &c. sæpe accedunt ad S. V. Lauretanam ex causa devotionis, ergò hoc non probat, quod Eccl. Lauretana possit esse Parochia commoda Romanis, Neapolitanis, & aliis.

Hęc quoad 1. Dubium, super quo meritò petimus recessum à decisis, & ideò non est opus discurrere de 2. Dubio super
92 quo remissive nos habemus ad supra animadversa.

Resolutio tertii Dubii pendet ex omnibus deductis super primo, quia si Cura translata fuit ex justissima causa ad Eccl. S. Bernardini, si ibi ædificata fuit Domus parochialis pro Parocho juxta Relationem Episcopi Sciamannæ. Si usq; de anno 1580. adest Iudicatum Ordinarii, quod ibi Parochus residere teneretur sub pœna privationis; Si eodem an. 1580. tota Universitas Villæ ita ex pacto convenit, & voluit, Si denique semper usq; ad tempus motæ Litis Parochus resedit
93 in d. Eccl. ut patet ex Relationibus Episcoporum Et Visitatione anni 1602. ubi Butius Parochus ibi residebat, & ex altera anni 1610. Utique innegabile redditur, quod Paroch. residere debeat in Eccl. S. Bernardini ex supra late deductis.

Hoc adeò verum est, ut convincatur ex ipsismet documentis Partis Adversæ, hæc enim, ut supra vidimus, se fundat in provisione Apostolica anni 1612. per viam resignationis sub titulo Parochialium S. Mariæ, S. Michaelis, & S. Ioannis, dicendo, quod Pompejus Blasius, tunc provisus, ceperit possessionem dictar. trium Ecclesiarum; Et tamen habemus, quod post duos annos in Visitatione Episcopus visitando Ecclesiam S. Bernardini de anno 1616. dixit, quod ibi Pompejus Blasius exercebat Curam, & erat Rector, ibi -- *Visitavit Eccl. S. Bernardini &c. Rector Eccl. est Pompeius* 94
Blasius, qui Curam Animarum exercet provisus à Summo Pontifice, sed tituli illius provisionis sunt S. Mariæ, S. Michaelis Archangeli, & S. Ioannis, & translati fuerunt in eamdem Ecclesiam auctoritate Visitatoris Apostolici pro majori Parochianor. commoditate, dirutis, & profanatis aliis tribus Ecclesiis.

Hæc veritas desumitur etiam ex quo anno 1636. prætendere cepit Parochus, non habere commodam habitationem pro residendo in d. Ecclesia S. Bernardini, & Communitas mediante emptione approbata per Gubernatorem Perusiæ comparavit illi Domum pro residentia, prout fuit ibi semper continuata residentia; ut testantur omnes Episcopi, & multi Testes dati in Summario.

Undè non faciunt ad rem conclusiones, ut Parochus teneatur residere in Ecclesia S. Archangeli, etiamsi ibi adessent tres tantum, vel quatuor Parochiani, quia ita discurrendo supponitur, quod est in quæstione, scil. hanc Ecclesiam esse Parochiam residentialem, quando ob trans- 96
lationem Curæ residentia facienda est in Ecclesia S. Bernardini; Quod verò Parochus etiam pro tribus, aut quatuor Parochianis teneatur ad residendum, procedit in Parochia desolata, & redacta ad hunc numerum, quod nihil commune habet cum nostra Parochia, habente 40. numerosas Familias, quarum Cura ob distantiam ab antiquis tribus Ecclesiis translata fuit in medio Villæ ad Ecclesiam S. Bernardini, quæ est Parochialis residentialis, & licèt titulus S. Bernardini provideri soleat uti simplex, hoc respicit ejus particularem Cappellam sub hac invocatione existentem de Iurepatronatus Communitatis, cùm in una, eademque Ecclesia possint stare plures tituli *Lotter. de Re benef. lib. 1. q. 1. n. 46. Card. de Luc. de* 97
Iurepatr. disc. 13. n. 8. Rot. dec. 206. n. 6. p. 13. rec. & in Colonien. Canonicatus 9. *Dec.* 1707. *§. Præcipuè cor. Ansaldo.*

Conclusio, quod etiam stante duplici Ecclesia Parochiali, sit in arbitrio Parochi residere ubi vult, non facit ad rem, quia procedit in uno, qui obtinuerit duas Parochias distinctas, ubi residendum est in digniori, etiamsi fuerint unitæ, & quando applicaretur hæc conclusio, residentia facienda foret in illa Ecclesia, quæ est magis commoda Populo, ut ex *Fagnano & Garzia* probavimus supra. Concordia demum an. 1689. tanquam cassata, & de medio sublata per Sac. Congregationem, ut exadverso admittitur, non est habenda in aliqua consideratione.

Circa quartum Dubium Repetimus, quod administratio Oblationum spectat ad Sanctesios, juxta observantiam hactenus practicatam de consensu Episcopi, & juxtà com- 9
munem opinionem authoritatibus comprobatam.

Hæc applicantur exadverso deducta, quia procedunt in supposito, quod Ecclesia, cui dantur Oblationes, sit Parochialis, qualem non esse demonstravimus illam S. Michaelis propter translationem Curę, ac etiam quia fuit de novo ædificata ex Oblationibus sub diverso titulo miraculosæ imaginis S. Mariæ, egregiè *Pignat. consult. 39. n. 1. to. 10.*

Sicut enim oblationes, quæ fiunt miraculosæ Imagini, non possunt imbursari per Parochum, quia cedunt in beneficium, & pro necessitatibus Ecclesiæ, ita Parochus, qui non habet ius percipiendi oblationes, neque etiam habet jus administrandi, quia pari passu procedit perceptio Oblationum, earumque administratio, ut benè probant *Donat. in Prax. q. Regul. to. 1. tract. 13. q. 24. n. 10. Card. de Luc. in Misc. Eccl. disc. 35. n. 7. v. Quamvis & Pignat. consult. 170. n. 18. to. 4.*

IN EADEM CAUSA

Apud Villam Lapidiam Comitatus Trebii existebant olim in Culmine Montium dictam Villam Circumdantium tres Ecclesiæ Parochial. nuncupatę, altera Sanctę Mariæ, altera S. Ioannis Evangelistæ, & tertia S. Archangeli, quæ cum ob distantiam ab illa, & per consequens ob maximum Populi, & Parochianorum incommodum fuissent totaliter dirutę, & profanatę, earum Parochialitas, seu Cura Animarum, authoritate Visitatoris Apostolici translata fuit ad Ecclesiam S. Bernardini, quę priùs erat simplex, posita in planitie intus dictam Villam ob commoditatem totius illius Populi, quod factum fuit etiam de consensu Parochian. ut probatur ex pluribus Decretis tam Visitator.

Apo-

Apostolicorum, quàm Episcoporum Civitatis Spoleti emanatis de Anno 1571. 1572. 1580. 1593. 1602. & 1616.

Atquia inter reliquias Murorum de Ecclesiæ dirutæ Sancti Archangeli, unius ex prædictis tribus Ecclesiis, in antiquo pariete detecta est quædam exigua pictura, repræsentans Imaginem Beatæ Mariæ Vir-
103 ginis, quæ statim profluit in tantam Miraculorum abundantiam, ut de Anno 1642. & 1643. Universitas Villæ, mediantibus Sanctesiis, ab ipsa electis, prævio Consensu Episcopi Spoletani, in situ supradictæ Ecclesiæ Sancti Archangeli reædificaverit, seu à fundamentis erexerit novam Ecclesiam, una cum Altari ante dictam Miraculosam Imaginem, necnon eleganti Cappella, multa Suppellectili, ac Paramentis ornata, & dotata, & insuper, præter Sacristiam, ex integro etiam ædificaverit Domum commodæ
104 Habitationis, in qua collocavit duos Cappellanos, qui assisterent in diebus Festivis, sive ex Præcepto, sive ex Devotione Beatæ Virginis, ad audiendas Confessiones ingentis Populi concurrentis, eisque ministranda Sacramenta cum onere alternative residendi una hebdomada pro quolibet, tam de die, quàm de nocte, quibus assignavit annua scuta 35.

Crescentibus verò in dies Miraculis, hæc nova Ecclesia conspicua reddita est incredibili Populi frequentia, & immensa oblationum copia per Devotos fieri solitarum; Unde post 40. & ultra annos, Parochus Ecclesiæ Sancti Bernardini, aspirando ad dul-
105 cedinem Oblationum, & summe anhelando se transferre ad habitandum in pulchra, & commoda Domo prædictæ novæ Ecclesiæ, olim Sancti Archangeli, propter amenitatem, & salubritatem aeris, introduxit Judicium in hac Sacr. Congregatione de Anno 1686. contra Universitatem dictæ Villæ, seu eius Sanctesios, ubi disputata fuerunt tria infrascripta Dubia.

Primum: *An Parocho Jus competat exercendi Curam Animarum, cæterasque Functiones Parochiales in Eccle-*
106 *sia Sancti Michaelis Archangeli restaurata?*

Secundum: *An eidem Jus competat habitandi Domum*
107 *contiguam, illiusque commodo fruendi?*

Et Tertium: *An eidem debeantur Oblationes factæ,*
108 *& faciendæ Imagini.*

Nescitur autem quænam defensio facta fuerit nomine Sanctesiorum, & forte nulla, dum sub die 22. Junii 1686. emanavit Resolutio affirmativa ad 1. & 2. Dubium; Quo verò ad 3. dictum fuit: *Danda esse Decreta.* Adversus
109 hanc Resolutionem obtenta fuit nova Audientia die 26. Augusti sequentis, illaq; non attenta, ausus fuit Parochus deserere Parochiam, & Parochianos, seq; ad habitandum contulit in Domo contigua Ecclesiæ S. Archangeli, per milliare unum cum dimidio distante ab Ecclesia S. Bernardini, propter quæ nec Missæ diebus festivis celebrabantur in Ecclesia parochiali, dum fere omnes Parochiani moriebantur absque Sacramentis,
110 quia Parochus in cacumine Montis propriæ salutis conservationi intentus moram faciebat, & tanquam Miles emeritus quieti vitam ducebat in amenitate suæ Habitationis, & iste forsan est Parochus ille, de quo hæc scripta Reliquit *P. Segner. nella Predic.* 18. *n.* 10. *Trovai un nobile Pastore di Anime fra certe belle colline aver scritto su la domestica Porta della sua Pieve a lettere assai vistose queste parole: Deus nobis hæc otia fecit:* Verum tamen est, quòd ob continua inconvenientia, &
111 ad evitanda frequentia scandala tandem coactus fuit idem Parochus se obligare ad exercendam Curam in Ecclesia S. Bernardini sub die 4. Januarii 1689. hanc novam obligationem per viam Concordiæ addendo obligationi ad faciendum id, quod de Jure, & ex necessitate Officii facere tenebatur.

Interim ex transverso pullulavit alia Lis triangularis in hac Sar. Congregatione inter præfatum Parochum, Episcopum, & Sanctesios super pertinentia Oblationum, & Juris deputandi Cappellanos in nova Ecclesia
112 Sancti Archangeli, & datis Dubiis; Primò; *An præfato Parocho debeantur Oblationes?* Et Secundò; *An ad Episcopum privative ad Sanctesios, vel potius ad ipsos, cum successiva approbatione Episcopi spectet deputatio Cappellanorum?* illisque discussis in Congregatione 12. Novembris 1689. nulla capta fuit resolutio, sed dictum, quod expectaretur Electio Episcopi.

Ex abrupto quasi de Jure non teneretur Parochus exercere Curam in sua Ecclesia Sancti Bernardini, ad quod se obligaverat etiam per Concordiam, iterum se confirmare volens in habitatione desideratæ domus Sancti Archangeli, proponi fecit die 26. Martii 1695. in
hac Sac. Congregatione duo dubia: *An Concordia facta inter modernum Parochum, & Parochianos die 4. Januarii 1689. sit observanda?* Et Secundò: *An, & in qua parte sit standum, vel recedendum à decisis sub die 22. Junii 1686.* & nescitur ex quo motivo prodiit resolutio negativa ad primum dubium, addito tamen, *quod quatenus adsit necessitas, injungendum censuit, prout præsentis decreti tenore injungit Episcopo, ut desuper provideat, prout de Jure;* Quo verò ad secundum dubium, perstitum fuit in Decisis, neque contentus, minusque & satiatus idem Parochus excutiendi à dorso curam animarum, 114
obtinuit die 16. Aprilis ejusdem anni ab hac Sacra Congregatione Jus administrandi oblationes Ecclesiæ S. Archangeli cumulative cum Sanctesiis mediante rescripto *Censuit spectare ad Parochum Cumulative cum Sanctesiis.*

Episcopus, cui ex facultate delegata per Sacram Congregationem, ut supra, injunctum fuerat, ut provideret, prout de Jure circa necessitatem Curæ Animarum in Ecclesia Parochiali Sancti Bernardini, inaudita pre-
cipitantia injustissimam protulit Sententiam in ea 115
parte, in qua pronunciavit, Parochum, vel per se ipsum, vel per unum ex Cappellanis d. Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli omnibus diebus dominicis, cæterisque Festivitatibus, ex præcepto observandis, Missam celebrare in d. Ecclesia S. Bernardini, ibidemque per eundem Parochum, vel per unum ex prædictis Cappellanis Doctrinam Christianam docere Parochianos, subjungendo, quod dictus Cappellanus tam in die-
bus ferialibus, quam festivis minus solemnibus, & de 116
necessitate præcepti Ecclesiæ non servandis, deberet accedere ad dictam Ecclesiam Sancti Archangeli, ubi Missam celebrare, cæteraque Opera Sacerdotalia impendere deberet, ut latius exadversa sententia.

Sententia, quæ Loco constringendi Parochum ad exercendam Curam per se ipsum juxta Sacros Canones, & Concilium Tridentinum, obligavit Cappellanos destinatos à Sanctesiis pro Servitio Ecclesiæ Miraculosæ
Imaginis. Ab illa proinde fuit statim appellatum per dictos Sanctesios, & Cappellanos, Parochus autem cum 117
institerit coram A.C. pro exequutione, & observatione memoratæ Sententiæ, & versa vice Sanctesii petierint illius revocationem, & fuerit exinde agnitum, quod idem A.C. nullam habet Jurisdictionem revocandi, seu confirmandi Sententiam latam per Delegatum Sacræ Congregationis, sed erat recurrendum ad ipsam Congregationem delegantem, maxime quia Sanctesii, & Cappellani intendunt revocari facere resolutiones ha-
ctenus factas absque debita defensione, idcirco habito 118
recursu ad Auditorem Sanctissimi, ut prævia avocatione Causæ ab A.C. illam remitteret ad hanc Sacram Congregationem Idem Auditor Instantiam remisit ad eandem Congregationem in qua fuit petita nova Audientia, quæ non videtur deneganda; Pro eo enim, quod attinet ad retentionem Causæ in hac Sac. Congregatione ita ut illius reassumptio, facta à Secretario, sit justissima, assistit legalissima ratio, quod nempe, cùm Sac. Congregatio sub die 22. Martii 1695. iniunxerit Episcopo, ut desuper provideret, prout de Jure, circa Curam Animarum exercendam in Ecclesia Parochiali Sancti Bernardini, & Episcopus Gaddus processerit ad providendum per Sententiam tanquam Delegatus Sacræ Congregationis, ut legitur in dicta Sententia, ibi -- *In Causa, & Causis, quæ coram Nobis, uti Judice Commissario Sacræ Congregationis Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum;* & rursus ibi .. *Nos Petrus Gaddus &c. Episcopus Spoletinus, necnon Judex Commissarius, ut supra &c. facultate sibi impartita*

per dictam Sacri Concilii Congregationem, providendi prout de Jure; & in fine id repetitur, ibi .. *Ego Petrus Gaddus Episcopus Spoleti, & Judex Commissarius*; Inde sequitur nota, & familiaris Propositio, quod à Sententia Delegati datur solummodo appellatio ad Delegantem, & consequenter ad Sacram Congregatio-
121 nem, quæ facultatem dedit Episcopo, ut procederet ad provisionem juxta *Textus expressos in leg. ultima Cod. de Judic. & leg. Præcipimus Cod. de appellat-Rosa de Execut. Litter. Apostolit. part. 1. cap. 11. numer. 20. Pellon. de Mandat. Jurisdict. cap. 9. quæst. 7. num. 9. cum seqq. Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 8. num. 14. Altograd. consil. 2. num. 33. lib. 1. Pax Jordan. Tom. 3. lucubr. lib. 14. tit. 26. n. 491. & seqq.*

Neque hic obiici potest, quod Rescriptum Sacræ Congregationis fuerit excitatorium Jurisdictionis Ordinariæ ad providendum, ut Parochus incumberet Curæ Animarum; Cum enim Causa super hoc fuisset disputata in Sacra Congregatione, quæ censuit, servandam non esse Concordiam Anni 1689. quæ obligaverat Parochum ad Curam exercendam in Ecclesia Sancti Bernardini, & per viam Decreti injunxerit,
122 & commiserit Episcopo, ut procederet ibi .. *Præsentis Decreti tenore*; & ipse Episcopus declaraverit se procedere ibi .... *Uti Judex Commissarius Sacræ Congregationis*; & insuper ibi .. *facultate sibi impartita, per Sacri Concilii Congregationem* tali casu clarissimum remanet, quòd Episcopus processerit, uti Delegatus, non autem uti Ordinarius, qui uti talis procedere non poterat in Causa, quæ pendebat coram Superiore, seu Sacra Congregatione, & super qua fecerat Decretum non esse servandam Concordiam, una cum alio Decreto præcedenti, quòd Parochus exerceret functiones Parochiales in Ecclesia nova Miracu-
123 losæ Imaginis Beatæ Mariæ Virginis, & in puncto advertit. *Trevisan. decis. prima per tot. part. prima, Scacc. de appellat lib. 3. cap. 2. quæst. 8. num. 86. circa fin.* ibi .. *Secus est, si non excitaret, sed delegaret, quia tunc Episcopus reputaretur delegatus, nam Ordinarius, cui delegatur Causa, quam ipse Ordinarius potuisset cognoscere jure Ordinariæ Jurisdictionis, efficitur in ea delegatus &c. & ideo appellandum est ad Delegantem*, & late probat *Velin. in cap. Licet num. 1. & seq. de Offic. Ordin. Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 16. num. 5. in fin. Card. de Luc. de Jurisd. disc. 110 num. 4.* ibi .. *Item Judex talem se declaravit, atque tanquam Commissarius procedere confessus est, & disc. 85. n. 11. in fine.*

Minus obstat consensus, qui prætenditur datus in Tribunali A.C. quia cum A.C. careat Jurisdictione revocandi Sententias latas per Delegatum Sac. Congregationis, cùm sit merus exequutor, qui non potest addere, vel tollere, sed exequi Rescripta, & Sententiam, prout jacent, inde fit, consensum Privatorum non pos-
124 sedare Jurisdictionem Judici, eam non habenti, nec actu, nec habitu, ut est *Text. in l. Privatorum Consensus C. de Jurisd. omnium Judicium, Adden. ad Pamphil. decis. 176. numer. 11.* ibi .. *Quia consensus Privatorum non potest facere Judicem eum, qui talis non est, Adden. ad Gregor. dec. 118 n. 7.*

Allegare, quòd sit Causa contentiosa, & cognoscenda coram A.C. juxta Reformationem Innocentii XII. est æquivocum manifestum, cùm talis objectio procedat in Causa nova, non autem in Causa, de qua agitur usque ab anno 1686. introducta in Sacra Congregatione, emanatis desuper tot Decretis, in quorum uno delegatus fuit Episcopo unus Causæ articulus, à cujus Sententia appellatio non alibi danda est, quàm ad Sac. Congregationem Delegantem, in quo gradu appellationis, & in Causis jam introductis non loquitur Constitutio, & dicta Reformatio
125 Innocentiana, sed militat ratio *Textus in l. Ubi cæptum ff. de Judic.* & probat *S. Felic. decis. 381.* ibique *Adden.* & esset res inaudita, quòd Sententia Delegati per Sacr. Congregationem, posset super justitia, vel injustitia cognosci, reformari, vel revocari per alium Judicem, quàm per ipsam Congregationem delegantem.

Quo verò ad novam Audientiam, quæ expostulatur super Dubiis jam decisis, illam poscimus, ex capite evidentis injustitiæ. Etenim circa primum dubium, decisum de anno 1686. quod Parocho jus competat exercendi Curam Animarum, cæterasque functiones Parochiales in Ecclesia nova Miraculosæ Imaginis, olim sub titulo Sancti Michaelis Archangeli, dicimus, resolutionem non subsistere, ad terminos Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini, quia cum Ecclesia Parochialis sit illa Sancti Bernardini, quæ ab im- 126
memorabili talis est, & talis effecta fuit ob commoditatem Populi, commorantis in planitie Villæ, ad differentiam Ecclesiæ novæ, existentis in cacumine Montium, distantis à dicta Villa, ubi commorantur omnes Parochiani per spatium unius milliarii cum dimidio, utique Cura Animarum, & functiones Parochiales debent exerceri per Parochum in propria Ecclesia Parochiali, maxime Populo commoda, & vicina, non autem exerceri potest in alia Ecclesia, quæ Paro- 127
chialis non est, licet sita reperiatur intra limites Parochiæ, cùm Ecclesiæ inferiores, intra Parochiam sitæ, non habeant de jure talem servitutem, ut Parochus eas functiones Parochiales, quas facere tenetur in sua Ecclesia, possit in aliis Ecclesiis explere, occupando sibi earum locum, & imponendo eis talem servitutem, ut quod Parochus teneatur explere functiones Parochiales in sua Ecclesia Parochiali ad hoc destinata, non autem in alia Ecclesia simplici situa- 128
ta intra ejus limites, declaravit hæc Sacra Congregatio in *Comen Oratorii 9. Junii 1714. in Responsione ad secundum*, addendo ibi, quod claves Ecclesiæ essent retinendæ per Cappellanum, non autem per Parochum, *ut in Responsione ad tertium*, & hoc ipsum judicavit *Sacra Congregatio Rituum in generali Decre-* 129
to Urbis, & Orbis 20. Decembris 1703. in Responsione ad XVII. impressa *apud Monacell. in Formular. for. Eccles. part. prima tit. 13. formul. prima sub numer. 46.*

Sicut enim Episcopo assignatur sua Cathedralis Ecclesia, ad effectum, ut ibi possit Episcopalia facere, prædicare Verbum Dei, celebrare Divina, & ministrare Ecclesiastica Sacramenta, ut ait *Belamer. consil. 20. numer. 11.* ita Parocho assignatur sua Paro- 130
chialis Ecclesia, ut possit ibi Sacramentare, prædicare, Missam celebrare, & alias explere Functiones Ecclesiasticas, cùm dicta Ecclesia sit sua Sponsa spiritualis, ubi hæc omnia explere tenetur, ut quod ibi, & non in alia Ecclesia debeat Missam celebrare, non obstante quacumque consuetudine in contra- 131
rium, declaravit *Sacra Congregatio in Lucana 15. Septembris, & 17. Novembris 1629.* apud *Barbos. in Collect. Apostol. decis. in verbo Missas numer. 28. & de Potestat. Parochi capit. 11. numer. 3. & ad Concilium Tridentinum sess. 22. de Reformat. cap. 8. numer. 26.* & de Doctrina Christiana, quod in Ecclesia Parochiali, non autem alia, sita intra limites Parochiæ doceri debeat resolvit *Sacra Congregatio in supradicto Decreto Generali Urbis, & Orbis, ubi supra*, & 132
de aliis functionibus *Barbos. de Paroc. capit. 12. nu. 10.* referens ita decisum *in Alatrina 5. Martii 1633.*

Quamvis autem in Ecclesia, sita intra limites Parochiæ, quando fert occasio, vel necessitas, functiones Parochiales fieri nequeant ibi per Cappellanos, sed per Parochum, aut de ejus licentia iuxta firmata *in Civi-* 133
tatis Plebis Jurium Parochialium 3. Julii 1705. super bono Jure, & super Manutentione coram Molines, hoc tamen non facit ad rem; nam intelligitur in casu, quo adsit necessitas, vel occasio faciendi functiones in Ecclesia particulari, non autem, ut Parochus ea omnia, quæ generaliter explere tenetur ad commoditatem, & necessitatem Populi loco explendi in sua Ecclesia Parochiali, velit facere, & explere 134
in alia Ecclesia non Parochiali, ut est celebrare Missam Parochialem, communicare in Paschate, retinere Sanctissimum Viaticum pro deferendo ad Infirmos, prædicare, docere Doctrinam Christianam, sepelire Parochianos, & sic de aliis functionibus; Hoc enim esset occupare sibi aliam Ecclesiam simplicem, eamque facere velle Parochialem, quod est apertissimum absurdum.

Antiqua enim Ecclesia Sancti Michaelis Arcangeli, licet

cèt esset Curata, simul cum duabus aliis, nihilo-
minùs fuit diruta, & profanata; & translata Paro-
chialitas ad Ecclesiam Sancti Bernadini authoritate
Visitatoris Apostolici, usque ab anno 1571. Undè pe-
135 riit Ecclesia cum Parochialitate, & licèt de anno
1642. in antiquo situ Ecclesiæ ob Imaginem Bea
tissimæ Virginis repertam in vetustissimo muro,
reædificata fuerit Eccl. à fundamentis, hæc tamen di-
citur nova Ecclesia Miraculosæ Imaginis, quæ na-
ta est simplex, & tanquam nova Ecclesia nihil
136 commune habens cum antiqua, jam extincta, &
profanata, ut in puncto notant *Pignatell. consult.* 339.
numer. 1. *tom.* 10., *Panormitan. in c.* 2. *n.* 5. *de Nov.
oper. nunciat.* ibique *Innocent. numer.* 2. *Io: Andr. nu-
mer.* 3. *Rota in Caven. Molendinorum* 20. *Martii* 1711.
§. *Quam etiam coram Crispo*.
Accedit Relatio, & Votum Episcopi nuper su-
perventum, ubi non solùm dicit, Ecclesiam novam
Miraculosæ Imaginis nunquàm fuisse curatam, sed
insuper addit, gravem circumstantiam, quod neque
ibi Cura Animarum, & Parochialitas exerceri po-
test propter Loci asperitatem, cùm illa existat in
Cacumine Montium, ubi Parochus præsto esse non
potest Indigentiis Populi, habitantis in planitie Mon-
tium, scil. ad pedes eorum, quodque econtrà Eccle-
sia Sancti Bernardini usque ab anno 1571. facta est
137 Curata, tamquàm commoda Populo ibi -- *Hoc unum
scio, Ecclesiam Sancti Michaelis Archangeli nunquàm
fuisse curatam, nunquàm in ea fuisse, nec esse Sacra-
mentum, nec Sepulturas, nullum in ea ante Moder-
num Curatum, vel resedisse, vel Parochialia exercuisse,
nec ob Loci asperitatem exerceri posse, absque gravi,
eoque evidenti periculo Animarum dictæ Curæ. Econ-
tra Ecclesia Sancti Bernardini fuit ab Anno* 1571. *cu-
rata, eaque Populo commoda, sufficienter ornata,
& cum Domo congrua pro Curato.*
Quæ circumstantia eò magis ingravescere facit
insubsistentiam resolutionis anni 1686., dùm multò
minùs Ecclesia simplex destinari potuit pro explen-
dis functionibus Parochiæ, quandò attenta asperita-
te Loci, & alpestri via montium, etiamsi esset Pa-
rochialis oporteret novam Ecclesiam ædificare si non
adesset illa Sancti Bernardini, commodam necessita-
138 tibus Populi ad *Text. in cap. Ad audientiam de Ec-
cles. ædifican.* & notata per *Loter. de Re benef. lib.* 1. *q.*
28. *num.* 3. *& sequentibus*, *Barbos. de Paroc. par.* 1. *c.*
1. *n.* 25. *Rota decis.* 400. *n.* 1. *par.* 18. *recent. & in A-
retina Iurium Parochialium super bono Iure* 15. *Januarij*
1703. §. *Cæterùm coràm Ansald.*, & resolvit *Sacra
Congregatio in Lunen.*, *seù Sarzanen.* 28. *Februarij*
1711., *& in Frequentina seu Abellinen. Erectionis Pa-
rochialis* 22. *Maij* 1713.
Æque clara est insubsistentia alterius resolutionis,
quod Parocho competat Ius habitandi Domum, conti-
guam Ecclesiæ miraculosæ Imaginis, illiusque com-
modo fruendi, ut pariter fuit decisum de anno 1686.
Si enim ab anno 1571. authoritate Delegati Apo-
139 stolici, Ecclesia Parochialis facta est illa Sancti Ber-
nardini, & in statu Parochiali semper fuit, utique
Parochus residere tenetur in Domo ipsius Ecclesiæ
Parochialis Sancti Bernardini, quæ est commoda &
semper inhabitata per Parochos ab anno 1571. ci-
trà, cum ista sit obligatio indispensabilis injuncta per
Censuram Sac. Concilii Tridentini, itaut prohibi-
tum sit aliam Domum inhabitare, etiam existentem
intrà limites Parochiæ, ut sæpissime resolutum te-
140 statur *Fagnan. in c. Extirpandæ §. Qui verò n.* 12., *&
seqq. de Præbend.*, ibi -- *Extenditur tertio, ut nec suf-
ficiat Parochum habitare ubilibet intrà limites Parochiæ
sed oporteat eum habitare in Ædibus Parochialibus, ut
sæpiùs fuit resolutum* -- *Barbos. de Paroch. parte* 1. *cap.*
8. *num.* 1. *& sequentibus*, *& in Summa Apost. decis.
collect.* 559. *num.* 4. *Garz. de Benefic. parte* 3. *capit.* 2.
num. 179. *& Nicol. in flosc. in verb. Parochus sub nu.*
31. *vers. Sacra quoquè*.
Fortiùs quandò habitatio illa in Montibus est in-
commoda, & talis, ut Parochus per alpestrem, &
Montaneam viam, nequeat Sacramenta ministrare,
& Populi Indigentiis succurrere, ascendendo, &
de die, & de nocte per dorsum Montis. Ideoque
Parochus cogendus est ad residendum in sua Eccle-
sia Parochiali, & in ejus Ædibus, ad id destinatis,
non autem permittendum; ut permaneat in Cacu-
mine montium ad se recreandum in aere saluber-
rimo, neglecto Populo, & Parochianis, reddendo
Beneficium simplex, ut benè refert Episcopus in 141
sua Informatione, & Voto ibi -- *Unde ut Jussibus
EE. VV. obtemperans animi mei sensum aperiam, cen-
serem, cogendum esse Parochum ad residendum, nec pos-
se cogi ad eum coadjuvandum in exercitio Curæ Cap-
pellanos Ecclesiæ Sancti Michaelis Archangeli, utpotè
obligatos ad celebrandum ibidem, signanter omnibus fe-
stivis diebus, & frequentissime confessiones recipien-
das.*
Neque propterea substineri potest Sententia Epi-
scopi Gaddi, qui obligavit unum ex Cappellanis ad
residendum loco Parochi in Ecclesia Sancti Bernar-
dini; Hoc enim est directè contra decretum Sacr.
Concilii Tridentini, ubi ordinatur Parochos teneri
per se ipsos inservire, & residere, non autem per
Substitutos, aliàs aperta esset via faciendi, quod o-
mnes Parochi sibi redderent Parochiam in Benefi-
cium simplex. Omnes enim otiari possent operan-
do per Substitutos, prout reprobavit hanc praxim 142
Sacra Congregatio *Teste Fagnan. in dict. cap. Extir-
pandæ, §. Qui verò numer.* 4. *&* 5. *de Præbend.* ibi:
*Quæsitum fuit, an id ipsis præcipuè ex licentia liceret,
Sacra Congregatio censuit, cogendos esse hujusmodi Re-
ctores ad subeundum per se ipsos, & non per Substi-
tutos omnia munera, ad quæ Parochi tenentur.*
Eò autem magis crescit evidentia gravaminis,
reflectendo ad rationem, allegatam in Relatione,
Episcopi, quia nempè obligatur unus ex Cappella-
nis Ecclesiæ novæ miraculosæ Imaginis ad perno-
ctandum, & residendum in Ædibus Parochialibus
Sancti Bernardini, quandò ambo Cappellani sunt de-
stinati, & occupati ad inserviendum prædictæ Ec-
clesiæ novæ, ut celebrent ibi omnibus festivis die- 143
bus, & faciant officium Confessarii, quod servitium
est continuum ob magnam Populi affluentiam, &
concurrentiam ad miraculosam Imaginem. Ideòque
incompatibile totaliter est cum servitio Ecclesiæ Pa-
rochialis, neque de cætero spoliandum est unum
Altare, ut alterum cooperiatur, auferendo servi-
tium Ecclesiæ miraculosæ, & subtrahendo Cappel- 144
lano habitationem in sua Ecclesia, & quarè? Non
alia causa, nisi, ut Parochus recreari possit, & o-
tiari in cacumine Montis, privilegiando illum, &
eximendo ab onere Curæ animarum, quod sane ha-
ctenus practicatum non videtur erga aliquem Paro-
chum.
Circà punctum Oblationum, in quo nescitur, an
Sacra Congregatio pro una, vel altera parte judi-
caverit, respondendo *danda esse Decreta*, dicimus
Parochum nullum Jus habere in illis sibi approprian-
dis, aut administrandis. Etenim quandò agitur de
Oblationibus ergà miraculosam Imaginem, quæ in
magna quantitate conferuntur, tunc non applican-
tur Parocho, sed Ecclesiæ illius Imaginis, cui ex
verisimili Intentione censentur donata; ad effectum,
ut ex illis Ecclesia recipiat dotem, & sibi parare
valeat Suppellectilem Sacram, Ornamenta, para- 145
menta, & similia, prout communiter affirmant
Card. de Luca de Decim. disc. 19. *numer.* 10. *& de
Paroch. discurs.* 32. *numer.* 5. *Ventrigl. in Prax. par.*
2. *annot.* 26. §. *Unico numer.* 25. *&* 26. *Leo in The-
saur. for. Eccles. par.* 2. *capit.* 27. *& sequentibus*,
idem Cardin. de Luca de Jurepatron. discurs. 12. *nu-
mer.* 10.
Administratio verò pertinet ad Sanctesios cum su-
perintendentia tamen, & sub superioritate Episcopi,
quia juxtà communem consuetudinem Laici, ut et-
iam sunt Confraternitates, sunt capaces administra-
tionis providentialis, vel sollicitudinis ad differen- 146
tiam ministerialis, & auctorizabilis, ut benè distin-
guit *Card. de Luca in Miscell. Eccles. disc.* 35. *num.*
11. *&* 12. ubi quod Administratio ista penes Lai-
cos dicitur merè œconomica, & temporalis *ex Fa-
gnan.*

gnan. in cap. Pastoralis num. 21. , *& sequentibus* ,
de his, quæ fiunt à Prælatis, & resolvit Sacra Con-
147 gregatio Rituum in generali decreto Urbis, & Or-
bis 10. *Decembris* 1703. *in respons. ad* 28. impress.
apud Monacell. in formul. for. Eccles. par. 2. *tit.* 13.
formul. 1. *sub nu.* 46. *fol.* 11.

Super his petimus novam audientiam , quæ at-
tenta evidenti iniustitia benigne concedenda spera-
tur , ut iste Parochus redeat ad Officium suum ,
& agnoscat oves suas , eo modo quo practicatum
fuit ab anno 1642. quo nova Ecclesia ædificata est ,
usque ad 1686. eoque magis quia habemus necessita-
148 tem disputandi in Sacra Congregatione etiam dubia
indecisa , quorum unum est .. *An , & ad quos spe-
ctet deputatio Cappellanorum..* ubi Sacra Congregatio
respondit , ut expectaretur electio Episcopi , prout
alia dubia disputanda erunt , ut cognoscatur Status
uniuiusque Ecclesiæ , & miserabilis Populus, qui iux-
ta Relationem Episcopi , in maximis calamitatibus
reperitur ob sui Pastoris absentiam , & negligen-
tiam , spiritualem consolationem recipiat , & in suis
indigentiis succurratur , quæ omnia celerem expe-
ditionem exposcunt , quia interim infelix Populus
149 reperitur sine Parocho , super cuius contumacia ,
& excessibus, Processu , & Carceratione horendam
Relationem facit idem Episcopus in sua Epistola in-
formativa ex cuius lectura EE. Patres dignoscere po-
terunt in quo Statu indigentia Populi reperiatur ,
quodque Causa sollicita indiget expeditione , non au-
tem , ut ea cognoscatur per tres conformes , ut Pa-
rochus desiderat coram A. C. aliisque Judicibus ex-
tra hanc Sacram Congregationem ad effectum illam
æternandi , & interim uti , & frui possit commodo
novæ habitationis, & advenarum affluentia in Mon-
tium amenitate .

Die Sabbati prima Septembris 1714. proposita Cau-
sa in Congregatione Concilii responsum fuit.

*Causam in omnibus Spectare ad Sac. Congregationem
refectis Expensis , factis coram A. C. & audiatur
in reliquis .*

IN EADEM CAUSA.

IN Congregatione habita die 13. Aprilis 1715. .
responsum fuit *Dilata , & ad mentem ..* & mens
fuit , ut adderetur novum dubium , nempè .. *An
150 & in qua Ecclesia ex prædictis Parochus teneatur re-
sidere, seu potius possit residere in alterutra*, Cum au-
tem hodiè Causa reproponatur super omnibus dubiis,
in eo quòd attinet quatuor antiqua Nos remissivè ha-
bemus ad supra deducta ; Quo verò ad nóvum du-
bium , adminiculato facto , ex novis Juribus hodiè
151 exhibitis resolvendum illud videtur cum Rescripto ,
Parochum teneri residere in Ecclesia S. Bernardini .

Quamvis enim antiquis temporibus Ecclesia Paro-
chialis Villæ Lapidiæ esset illa S. Mariæ , cum dua-
bus annexis S. Michaelis Archangeli , & S. Ioannis,
dicimus tamen , Parochum etiam antiquis temporibus
nunquam fecisse residentiam, aut exercuisse Curam, seu
functiones Parochiales in Eccl. S. Michaelis Arcangeli,
152 ex quo erat ista simplex Grangia , annexa Eccl. principa-
li S. Mariæ, quæ sola erat Parochialis , ubi antiquitus
Parochus residebat , ut iustificatur ex antiquis Visitatio-
nibus Delegati Apostolici annorum 1571. ubi ordina-
tur , quod fieret Vas Olei Infirmorum stamneum ,
necnon sedes Confessionariis, quodque Pueri , & Ru-
des ibi instruerentur Doctrina Christiana ; Et in al-
tera Visitatione anni 1572. ubi ordinatur , quod fiat
Icona , & Ecclesia Sancti Archangeli asseritur unita
illi Sanctæ Martæ juxta Relationem Episcopi ibi ..
*Ecclesia vere curata , in qua omnia Parochialia exer-
153 cebaatur unita fuit Ecclesiæ Sanctæ Mariæ ..* & ibi ..
*Hoc unum scio . Ecclesiam Sancti Michaelis Archan-
geli nunquam fuisse curatam , nunquam in ea fuisse ,
nec esse Sacramentum , nec Oleum Sanctum , nec Se-
polturas ..* idemque testatur Episcopus Sciamanna ibi ..
*Ecclesia sub titulo Sanctæ Mariæ antiquitùs erat Pa-
rochialis , cui unitas , sive Curæ Parochi commissas
fuisse fertur alias duas Ecclesias &c. unam sub titulo
S. [Arc]hangeli , & alteram S. Ioannis ..* Ideoque fru-
stra Parochus residere prætendit in Ecclesia S. Mi-
chaelis Archangeli , in qua neque etiam antiquitus
unquam Parochi residentiam fecerunt , aut functio- 154
nes Parochiales exercuerunt , *Fagnan. in capitulo
Extirpande §. Si verò numero* 12. *& seqq. de Præ-
bend. Barbos. de Paroch. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 1. *&
seqq. , & in Summ. Apost. decis. collect.* 559. *nu.* 4.
Garz. de benefic. part. 3. *cap.* 2. *num.* 179. *Nicol. in
floscul. in verbo Parochus sub num.* 31.

Non relevante , quod annexio , & unio duarum
Ecclesiarum Sancti Michaelis Archangeli , & San-
cti Ioannis, fuerit æquè principalis , non autem ac-
cessoria , & subiectiva ; Est enim quæstio inutilis ,
quia satis est probare quod in Ecclesia Sancti Ar-
changeli , etiam antiquitus , nunquam Parochi fe-
cerint residentiam , neque ibi functiones Parochia-
les expleverint , sed solum in Ecclesia Sanctæ Ma-
riæ , ad effectum , ut concludamus respectu nostri
dubii , quod ibi Parochus residere non potest , quia
nunquam fuit Ecclesia residentialis Parochi , cùm
stet simul , quod ex duabus Ecclesiis Parochialibus
æque principaliter unitis , una tantum esse debeat
residentialis, qualis est dignior , seu principalis , ut
resolvit Sacra Congregatio apud *Garz. de Benef. par.* 115
2. *cap.* 2. *num.* 179. *vers. decimoquarto* ibi .. *ubi fue-
rint duæ Ecclesiæ unitæ ; residendum est in digniori ,
quod si non constet , quæ sit dignior , in frequentiori ,
quod si una fuerit extra , & altera intra Urbem re si-
dendum est in ea , quæ est intra ..* quem sequitur *Fa-
gnan in cap. Extirpandæ §. Qui verò num.* 32. *de* 156
Præb. & consequenter cum in facto probatum fue-
rit ; solam Ecclesiam S. Mariæ fuisse illam, in qua
olim Cura Animarum exercebatur , & Parochi re-
sidebant , fatendum est , quod aliæ duæ Ecclesiæ S.
Archangeli , & S. Ioannis remanserint derelictæ ;
& sine exercitio Curæ , etiam tempore antiquo .

Verùm quomodocunque res se habeat , esto etiam
per erroneum suppositum , quod omnes tres Ecclesiæ
S. Mariæ , S. Michaelis Archangeli , & S. Ioannis
olim essent Parochiales Villæ Lapidiæ , certum ta-
men est , quod Parochialitas , & Cura Anima-
rum usque de anno 1572. translata fuit, sive ab Ec- 157
clesia S. Mariæ , ab aliis ad Ecclesiam S Bernardini ,
pro commoditate , immo urgenti necessitate Popu-
li, quæ Ecclesia vocabatur: *la Fraternità* , & ædifi-
cata fuerat per Communitatem , ideoque , facta trans-
latione , non est amplius habenda ratio de antiquo
statu Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli , sed per
translationem Parochialitas dicitur transfusa in Ec-
clesiam S. Bernardini , in qua solum Parochus resi-
dere tenetur , ut probant *Rebuff. in Prax. benef. tit.
de Translat. Episcop. num.* 11. ibi .. *plus est Eccle-
siam transferre, quam unire , quia uniendo Ecclesiam
unita retinet sua privilegia , & statum , sed quando est
translata, ea perdit , nec remanet in suo statu ..* & *nu.*
16. *&* 19. ibi .. *Effectus translationis est &c., ut prior
Ecclesia desinant esse Cathedralis , & secunda efficiatur
Cathedralis &c. ut prior Ecclesia perdat privilegia , &
in aliam Ecclesiam transferantur .. Rot. coram Ludovis.
dec.* 387. *n.* 2 ibi .. *ubi Ecclesia Parochialis ad alium lo-
cum transfertur , desinit esse Parochialis .. Adden. ad eum-
dem dec.* 405. *lit. D.* ibi .. *Quando Ecclesia Parochialis
transfertur ad aliam , desinit esse Parochialis , & talis ,* 158
prout prius erat .. & coram Seraphin. dec. 1149. *n.* 16.
ibi .. *Facta translatione ab habente potestatem , omnia iura ,
pertinentia ad Ecclesiam, translata pertinent ad eam, in
qua fit translatio .. & in Mediolanen. Jurium Parochia-
lium* 20. *Aprilis* 1708. *§. Stetit coram Scotto.*

Hæc autem translatio Parochialitatis ad novam Ec-
clesiam Sancti Bernardini remanet incontrovertibilis
ex pluribus rem manifestam ostendentibus, & primò
quia Delegatus Apostolicus occasione Visitationis Ec-
clesiæ Parochialis S. Mariæ, & S. Michaelis Archan-
geli , necnon alterius Ecclesiæ tunc simplicis S. Ber-
nardini nuncupatæ *la Fraternità* , ad instantiam Po-
puli transtulit Curam ab Ecclesia S. Mariæ , & an- 159
nexis

nexis ad Ecclesiam S. Bernardini ibi -- *Visitavimus Ec-
clesiam S. Bernardini detta* la Fraternità *&c. eget si-
quidem omni ornamento , & pavimento , quod re-
peritur pulverulentum, & scatens ossibus Mortuorum,
desiderant Indigenæ pro eorum commodiori usu sibi re-
stitui, Et ibi curam transferri, quod judicamus expe-
dire, pavimentum lateritium fiat , & fiant fossæ pro
mortuis sepeliendis* -- quæ translatio ex justa causa
succurrendi indigentiis Populi , ut inferiùs dicetur ,
160 omninò licita fuit , immò necessaria juxtà *Textum
in Can. Tribus de Consecrat. dist.* 1. *gloss. in Can. Et
hoc diximus verbo Destructa* 16. *quæst.* 7. *Mandos. de
Signatur. grat. tit. de Translat. §. Quando Parochia-
lis Lapus allegat.* 78. *sub num.* 2. *Ricc. in Prax. par.*
2. *resol.* 201. *numer.* 1. *Fagnan. in capit. Ad audien-
tiam num.* 58. *de Eccles. ædif. Barbos. ad Concil. sess.*
21. *cap.* 7. *num.* 21. *de Reform. Rot. in Aretina Ju-
rium Parochialium* 15. *Januarii* 1703. *§. Non tamen
coram Ansaldo.*

Secundò habemus , quod facta hac translatione
post triennium , nempe de anno 1575. occasione
permutationis cujusdam Terreni cum altero inter
Ecclesiam S. Michaelis Archangeli, & Monasterium
S. Petri in Bovara Congregationis Olivetanæ, Vi-
carius Generalis Episcopi Spoletani asseruit Eccle-
siam S. Archangeli esse sine Cura ibi --*petium Ter-*
161 *ræ Ecclesiæ ruralis, & sine Cura S. Archangeli Vil-
læ Lapidiæ*; quæ verba continentur in Sententia e-
jusdem Vicarii Generalis declaratoria, quod permu-
tatio cederet in evidentem utilitatem Ecclesiæ, &
Monasterii permutantium, & ideò esset locus licen-
tiæ, & facultati permutandi, idemque asseruit Ab-
bas Monasterii ibi: *un pezzo di terra con un maggio.*
162 *re quale è della Chiesa di S. Archangelo senza Cura*,
& hæc expressio dici non potest facta incidenter ,
& extra propositum , quia circa contractus aliena-
tionum , durior est conditio respectu Ecclesiæ Pa-
rochialis, quàm simplicis, & consequenter ad faci-
litandam licentiam pro alienatione non extranea ,
sed opportuna erat expressio, quod ageretur de Ec-
clesia simplici , & sine Cura; Sententia autem Or-
dinarii antiquissima , quæ canonizavit Ecclesiam S.
Archangeli simplicem , & sine Cura post tres an-
nos à die translationis Curæ, factæ per Delegatum
163 Apostolicum, plenam facit probationem, ut firma-
vit *Rot. decis.* 689. *numer.* 6. *coram Merlin. & decis.*
29. *numer.* 11. *coram Ubald. & decis.* 318, *num.* 19.
coram Priol. & in recent. decis. 99. *numer.* 13. *part.*
10. *& in Aretina Jurium Parochialium* 15. *Januarii*
1703. *§. Huc usque, &* 27. *Februarii* 1704. *§. Ast ubi
Episcopus coram Ansaldo.*

Tertiò accedit resolutio Universitatis Villæ Lapi-
diæ facta de anno 1580. in qua determinatum fuit
*d' andare à Spoleti da Monsignore Illustrissimo Vescovo
&c. & ottenere che Monsignore Illustrissimo ordini,
che la Chiesa di S. Bernardino sia bene officiata secon-
do l' obligo del nostro Parochiano , & il bisogno della
nostra Villa , e che anche il nostro Parochiano habbia
da risedere di continuo nella detta Chiesa per la Cura
dell' Anime* .. prout eodem anno 1580. Vicarius Ge-
164 neralis Episcopi sub pœna privationis ordinavit ,
ibi residendum esse per Parochum , vocando illam
S. Bernardini nuncupatam *la Fraternità* Ecclesiam
Parochialem . ibi .. *Cæsar Fidelis Vicarius Generalis
contulit se ad Ecclesiam sub nomine Fraternitæ Pa-
rochialem Villæ Lapidiæ cuius est Rector D. Quintius &c.
audivit d. Rectorem in celebratione Missarum &c. in*
165 *eadem Ecclesia &c. defecisse* ; *Mandavit eidem , quod
in futurum sub pæna privationis dictæ Ecclesiæ debeat
per se ipsum &c. Missas in dicta Ecclesia celebrare
Apud quem sub eadem Pæna personalem Faciat Resi-
dentiam, ut propterea muneri suo satisfacere valeat in
animarum sibi commissarum, ac propriam eius salutem*..
Quid ergo clarius dari potest ad probandum , quod Pa-
rochialitas translata fuerit in Eccl. S. Bernardini iuxta
Decretum Visitatoris Apostolici supra relatum, quando
166 sub pœna privationis Ordinarius mandavit , quod
Parochus ibi Missas celebraret per se ipsum , & per-
sonalem residentiam faceret, eamdemque Ecclesiam
appellavit Parochialem Villæ Lapidiæ , ut in præ-
cisis terminis firmavit *Rot. in Aretina Jurium Pa-
rochialium* 15. *Januar.* 1703. *§. Quodque coram An-
saldo , &* 20. *Aprilis* 1708. *§. Quin immò cor. Scotto.*

Quartò hoc ipsum agnoverunt , & declararunt Suc-
cessores Episcopi in eorum Visitationibus signanter
de anno 1602. ibi .. *Asseruit &c. ob maiorem com-
moditatem habitatorum translatam fuisse Curam &c.
videlicet B. Mariæ, S. Joannis, & S. Michaelis Ar-* 167
*changeli ad hanc Ecclesiam S. Bernardini de consensu
Parochianorum* .. & in alia Visitatione anni 1616.
ibi .. *tituli &c. S. Mariæ , S. Michaelis Archangeli,
& S. Ioannis Evangelistæ ttanslati fuerunt in eandem
Ecclesiam authoritate Delegati Apostolici pro maiori Pa-
rochianorum commoditate dirutis , & profanatis a-
liis tribus Ecclesiis* .. quę Visitationes comprobant
translationem Curæ, eiusque observantiam usque tunc
ab anno 1572. usque ad 1616. referendo , quod in
eadem Ecclesia S. Bernardini Rectores exercebant
Curam Animarum vigore translationis *Rot. decis.* 233.
num. 2. *par.* 1. *decis.* 39. *num.* 7. *& decis.* 281. *nu.* 168
19. *part.* 15. *& dec.* 90. *num.* 16. *par.* 16. *& in
Montis Regalis Prioratus* 2. *Maii* 1701. *§. Tum , &
magis coram Ansaldo.*

Quintò concurrit , quod anno 1610. quando erat
Episcopus Mapheus Barberinus , postea , Urbanus
VIII. quidam Battus , tunc Parochus , ad articulos
sibi propositos per Episcopum, respondit quod anti-
qua Parochialis erat illa S. Mariæ, cui erant anne-
xę aliæ duæ S. Archangeli , & S. Ioannis , tunc
dirutæ , & propterea cùm existerent -- *in Luoghi
quasi inaccessibili , e scommodi alla. Villa , per ordi-* 169
*ne di un Visitatore Apostolico fù levata la Cura d' esse,
e fù trasferita in una Chiesa , che stà in mezzo alla
Villa sotto l' invocazione di S. Bernardino* .. quæ Re-
latio adminiculata ex sequenti Visitatione anni 1616.
& facta ad interrogationem Episcopi pro referen-
do Summo Pontifici Statum Civitatis , & Diœcesis
Spoletanæ superlativam probationem constituit , tan-
quam proveniens ex ore Rectoris Ecclesiæ S. Ber-
nardini , quæ afficit Confitentem, ejusque Successo-
res *Rot. coram Ludovis. decis.* 143. *num.* 3. *& in re* 270
cent. decis. 348. *num.* 7. *part.* 5. *& decis.* 300. *nu.*
16. *&* 17. *par.* 12. *& decis.* 125. *num.* 8. *coram
Ottobon & in Ginnen. juris mutandi cum causa , vel
sine* 11. *Februarii* 1704. *§. Et de facto coram Lan-
cetta.*

Sextò observantiam translationis Curæ ad satieta-
tem comprobat immensus numerus Testium dato-
rum in Summ. qui sunt qualificati , & Sacerdotes
nec non informatissimi , & existentes in Comitatu 171
Trebii , & Villa Lapidia & propterea maximam
fidem merentur , & præsertim adminiculati ex tot
aliis supra relatis *Rot. coram Cerr. decis.* 515. *num.*
15. *& in recent. decis.* 101. *num.* 14. *& seqq. par.*
12. *& coram Ansaldo decis.* 65. *num.* 18. *& coram
Bich. decis* 198. *num.* 45.

Septimò mirabiliter hoc factum enarravit Episco-
pus Sciamanna in Relatione , transmissa ad hanc
Sac. Congregationem anno 1686. qui cum ista Re-
latione obiit, & in ea acerrimè exclamavit contra
primum Parochum , qui mutare voluit residentiam
ab Ecclesia S. Bernardini, currendo ardentissimè ad
Ecclesiam S. Michaelis Archangeli , ut ibi salubri-
tate aeris, & otio gauderet ; in hac enim materia
deferendum venit Episcoporum Relationibus signan-
ter in materia , ubi ipsi nullum particulare com-
modum habere possunt , sed solum zelum publicæ
utilitatatis pro salute animarum, ut est materia re-
sidentiæ Parochi , quæ facienda est in illa Ecclesia, 172
ubi residet Parochialitas actualis, seu Cura Anima-
rum , per ea , quæ advertit *Rot. decis.* 460. *num.*
10. *par.* 18. *recent. & decis.* 467. *num* 9. *coram Cerr.
& decis.* 105. *num.* 1. *coram Emerix sen. & in Pam-
pilonen exemptionis* 25. *Iunii* 1706. *§. Vel si ad omne
pejus, &* 6. *Decembris , sequentis §. Quid essandum,
& in Pampilonen Iuris sedendi* 28. *Ianuarii* 1707. *§.
Atque coram Ansaldo.*

Octavo demum ipse etiam modernus Episcopus
Suc-

Successor in alia sua Relatione, transmissa ab hac Sac. Congregatione abstinere non potuit ab enarrando sinceram rei veritatem, & ab attestando, quod Ecclesia S. Bernardini fuerit illa, ad quam translata fuit Cura per centenariam, & ultra, & quod ibi semper Parochi residentiam fecerunt ita, & taliter, quod nihil ampliùs desiderari possit ad
173 ostendendam hanc translationem Curæ ad Ecclesiam S. Bernardini per spatium centenariæ, & ultra observatam juxta, firmata per *Rot. in Aretina Jurium Parochialium* 15. *Januarii* 1703. §. *Ut igitur coram Ansaldo*, *& in Mediolanen. Jurium Parochialium* 20. *Aprilis* 1708. §. *Quin immò cum seqq. coram Scotto*.

Quo stante, nullam merentur animadversionem contrariæ obiectiones; Non enim obstat, quod provisiones Apostolicæ Rectorum, & Parochorum factæ semper fuissent usque in præsens sub antiquo titulo Sanctę Marię S. Michaelis Archangeli, & S. Ioannis, non autem sub titulo S. Bernardini; hoc enim est æquivocum in terminis subiectæ materiæ translationis, quæ differt ab Unione, & Suppressione, quę extinguit titulos, e contra verò eos non extinguit
174 translatio, per quam transfertur Parochialitas cum titulis suis, prout factum fuit in præsenti, quemadmodum testatur Ordinarius in Visitatione anni 1616. ibi .. *sed tituli &c. translati fuerunt in eandem Ecclesiam authoritate Visitatoris Apostolici* .. & de facto hoc comprobavit observantia, quia ad Ecclesiam S. Bernardini translatæ fuerunt Imagines, sive Icones Altarium antiquorum S. Mariæ, S. Michaelis Archangeli, & S. Ioannis Evangelistæ, signum evidens, quod Parochialitas translata fuit cum antiquis titu-
175 lis, seu Invocationibus, & de Iure novum non est, sed passim usitatum, quod translatio fiat cum titulis primævis ad aliam Ecclesiam, prout notat *Fagnan. in cap. Ad audientiam num.* 58. *de Eccles. ædific.* ibi .. *Debet Episcopus ex una Ecclesia ad alteram titulos*
176 *transferre* .. & benè *Ricc. in Prax. var. resol. par.* 2. *resol.* 201. *num.* 1. ubi quod translatio facienda est cum eadem Invocatione, *& resol.* 208. *num.* 1. idem *par.* 5. *tit. Praxis profanat. Eccles. resol.* 4. *nu.* 1. ubi
177 quod tsanslata remanent cum Invocationibus introitibus, & emolumentis, & oneribus suis, & est Textus clarus *Concil. Trident. sess.* 21. *cap.* 7. *de reform.* ibi -- *sub ejusdem Invocationibus &c. transferant cum omnibus emolumentis*, *& oneribus* --

Minus relevat, quod propter incommoditatem Populi non potuisset deveniri ad Translationem, sed provideri debuisset de Cappellano ad nutum amovibili; hodie enim non sumus in translatione facienda, sed in iam facta, & observata per spatium 114. annorum ab anno scilicet 1572. usque ad tempus motæ Litis anni 1686. in quibus terminis vanitas est impugnare validitatem actus per centenariam, & ultra observati, & effectuati, dum Cen-
178 tenaria præsumit etiam novum titulum Beneplaciti Apostolici in forma specifica, itaut amplius locus non sit censurandi actum pro quo allegari potest melior titulus de Mundo, ut tradunt *Card. de Luc. de iudic. disc.* 35. *num.* 63. ubi quod actus præsumitur confirmatus per Sedem Apostolicam in for-
179 ma specifica, quando concurrit observantia centenaria, & sequitur *Rot. decis.* 656. *num.* 8. *&* 9. *par.* 19. *recent. & in Mediolanen. Iurium Parochialium* 20. *Aprilis* 1708. §. *Exercitium*, *& in Theatina Iurisdictionis* 14. *Maii* 1708. §. *Et licet coram Scotto*, *& in Placentina decimarum* 16. *Maii* 1710. §. *Postremo coram Ansaldo*.

Nec omittendum est dicere, adeo validam, justam, & necessariam fuisse translationem, ut si facta non fuisset per centum annos ante, facienda hodie esset de novo, nisi tolerare velimus scandala manifesta, & perniciem salutis Animarum, nam ex fideli Mappa fidelibus oculis subiicienda, apertissimè patet, quod Ecclesia Sancti Michaelis Ar-
180 changeli sita reperitur in cacumine Montis, & distat ab habitationibus Parochianorum per spatio duorum milliarium, & ultra habito respectu ad domos magis remotas, & existentes prope fluvium Clitumnum; omnes enim habitationes sunt extra dorsum Montis ubi stat Ecclesia S. Michaelis Archangeli, scilicet in planitie, itaut prope Ecclesiam non maneant homines, sed arbores, ut præter ocularem inspectionem ex Mappa deponunt Te- 181
stes Cum igitur Ecclesia S. Michaelis Archangeli esset remota a toto Populo Parochianorum, & non solum remota, sed etiam situata in apice Montium, quorum terga nivibus, & gelu tempore hyemali sole autem ex prærupta asperitate declivii tempore æstivo; impediebant descensum, tam Parochi, quam Populi respectivè, utique de Iure necessario deveniendum erat, prout deventum fuit, ad translationem Curæ ad Ecclesiam Sancti Bernardini, si 182
tam in Planitie, & commodam habitationibus Villæ illi contiguis, ut firmat *Rota in Aretina Iurium Parochialium* 15. *Januarii* 1703. §. *Non tamen coram Ansaldo*, ibi -- *Legitimæ translationis Curæ ex causa majoris utilitatis, vel etiam necessitatis Populorum subesc utæ* .. .. & est *Text. in Canon. Tribus de consecr. distinction. prima*, ubi una ex causis, ex quibus fieri potest translatio assignatur in difficultate Locorum, ibi .. *Secunda*, *cùm difficultas loco-* 183
rum fuerit -- ibique *Turrecrem. numero primo vers. Et difficultas Locorum*, *& Archidiaconus in principio*, ibi, -- -- *Propter difficultatem ad Parochiam accedendi*, *Oratorium posse fieri extra Parochiam &c. hac vel consimili causa*, *vel necessitate Ecclesiæ transmutantur de loco ad locum* -- *Bellamer. numero primo* ibi -- *Propter difficultatem ad Parochiam accedendi &c. quandoque hac vel simili causa*, *seu necessitate Ecclesia transmutatur de loco ad locum* --

Et propterea in his terminis extranea est obiecto, quod deveniri debuisset ad deputationem Cappellani, cùm ea procedat in casu diverso dismembrationis, ubi scilicet Populus est numerosus: & eius magna pars est contigua, & cohærens Ecclesiæ Parochiali, & habitationi Parochi, alia verò pars existit in 184
loco remotissimo, ad quem difficilis patet accessus, itaut Parochus non possit administrare Sacramenta & presto esse tam Populo, sibi coherenti, quam remoto, in quibus terminis loquuntur authoritates, exadverso allegari solitæ, quæ dicunt, ante quam deveniatur ad dismembrationem, quod possit provideri per deputationem Cappellani amovibilis in loco remoto.

Casus noster est omnino diversus ab isto, quia Ecclesia Sancti Michaelis Archangeli, eiusque Mansiones, ubi habitare vult Parochus, stant in cacumine Montium, & in Loco, ubi non adest una quidem domus, seu familia Parochianorum, ita ut ibi stando Parochus nihil habeat agere nisi otiari, & recreari in salubritate aeris Populus verò 185
totus stat infrà planitiem procul ab apice Montium, ubi deputare velle Cappellanum non esset dare adiutorium Parocho, sed illum liberare ab universali labore Parochiæ cùm in apice Montium, nulla sit Domus alicuius Parochiani, cui ipse dignetur administrare Sacramenta, & esset Beneficium curatum reddere simplex, & Parochum constituere in statu pigritiæ, & Rectoris habitualis, ideò in his circumstantiis intrabat remedium translationis, non autem deputationis Capellani, quia nulla Consuetudine, vel Statuto dari potest, ut Parochus inserviat per alium, sed tenetur inservire per se ipsum, etiam de Iure Divino, juxtà notum illud 186
Pasce Oves meas, cum in officio Parochi dicatur electa industria Personæ Teste *Fagnan. in capitulo Extirpandæ* §. *Si verò numero* 4., *&* 5. *de Præben.* ibi .. .. *Sacra Congregatio censuit*, *cogendos esse huiusmodi Rectores ad subeundum per se ipsos*, *& non per Substitutum omnia munera*, *ad quæ Parochi tenentur* .. *Monacell. in Formul. for. Eccles. par. prima tit.* 10. *formul.* 18. *nu.* 14. ibi .. .. *Parochi*, *& Curati cogendi sunt*, *ut per se ipsos*, *& non per Substitutos eorum munia adimpleant* .. *Barb. ad Conc. sess.* 23. *c.* 1. *n.* 48. *de Ref. & in Sum. Apost. dec col.* 555. *n.* 6. *Garz. de Benef. part.* 3.

part. 3. cap. 2. n. 53. Pignatell. consult. 4. num. 10. in fine tom. 7.

Aliud namque est recipere adjutorium per divisionem partis Curæ, quæ accollatur Cappellano,
187 remanente saltem majori parte apud ipsum Parochum, & saltem decem familiarum, iuxta notata apud *Barbos. de Paroch. par. 1. cap. 1. numer. 29. & firmata &c. Rotam cor. Zarat. decis. 45. numer. 48.* & est *Text. in Can. unico 10. quæst. 3.* Aliud verò est, quod totus Populus habitans in planitie, procul ab Ecclesia, ad quam impracticabilis est accessus, transferatur sub Cura Cappellani, quod esset facere, ut Parochus serviret per alium, non autem per se ipsum, ut servire debent, qui volunt esse Parochi, non autem otiari, & deliciari, relinquendo Curam Cappellano, & proinde criticari non potest translatio Curæ, legitimè facta ad Ecclesiam Sancti Bernardini, & effectuata, seu observata spatio 114. annorum, consentientibus Parochianis, & ac-
188 ceptantibus tot Parochis, qui pro tempore fuerunt spatio contenariæ; Centenaria enim justificat validitatem actus, & præsumit, quod rite, & recte factus fuerit, & aliter fieri non potuerit *ad Text. in l. Minime ff. de Legib. Rota coram Emerix jun. decis. 199. num. 8. & decis. 1204. num. 29. & 30.* Neque tot Episcopi in replicatis Visitationibus permisissent tan-
189 to temporis spatio, si hanc translationem legitimè factam non agnovissent, ut advertit *Rota dec. 781. num. 8. part. 18. recent. & in Pompilonen. Præheminentiarum 3. Februarii 1700. § Et hæc certiora coram dell'Olmo, & in Trojana delationis Crucis 10. Decembris 1708. §. Quidquid enim coram Aldrovando.*

Maxime quia, nec etiam vera est conclusio, quod provideri debeat Curæ per deputationem Cappellani, quia quando concurrunt Causæ difficilis, & impracticabilis accessus Populi ad Ecclesiam Parochialem, Cura transfertur ad Ecclesiam Populo commodam quando Parochus ab initio non reclamavit, neque obtulit propriis sumptibus operam
190 Cappellani, & in casu isto Parochi nunquam reclamarunt neque ab initio, nec postea per spatium 114. annorum, neque etiam hodie adfuisset reclamatio, nisi stimulum dedisset dulcedo Oblationum, & amenitas saluberrimæ habitationis in Ecclesia noviter ædificata Sancti Michaelis Archangeli, ut sæpissime indicavit hæc Sacra Congregatio, non admittendo deputationem Cappellani, sed approban-
191 do translationem, & dismembrationem Curæ *in Januen. 16. Februarii 1694.* relata *per Montanell. in Formul. part. 1. in annot. ad Formul. 3. numer. 6. tit. 2. & in Puteolana Erectionis Parochiæ 3. Septembris 1701. in Anglonen. 20. Decembris 1704. in Lunen. Sarzanen. 28. Februarii 1711. & in Frequentina, seu Abellinen. Erectionis Parochialis 22. Maii 1713.* & his relatis, *Rota in Leodien. Dismembrationis 3. Julii 1713. §. finali coram Crispo.*

Non est igitur facienda residentia in Ecclesia S. Michaelis Archangeli, dum etiam tempore antiquo ibi facta non fuit, sed in Ecclesia Sanctæ Mariæ, postea verò ab anno 1572. usque ad tempus motæ litis de anno 1686. propter Curam translatam in Ecclesiam Sancti Bernardini, Populo commodam, & contiguam, semper in ea spatio centenariæ, & ultra Parochi residentiam fecerunt, ut liquet ex Visitationibus supra relatis, & signanter ex decreto Ordinarii 20. *Octobris* 1580. ubi supra pœna priva-
192 tionis mandavit Parocho, ut per se ipsum Missas celebraret, & personalem residentiam faceret in Ecclesiam Sancti Bernardini, ita etiam alte conclamarunt duo Zelantissimi Episcopi in eorum Relationibus trasmissis ad hanc Sacram Congregationem nempe Episcopus Sciamanna Antecessor, & modernus, quorum uterque testando in Ecclesia Sancti Bernardini factam fuisse residentiam, acerrime increparunt Parochum, & eorum Vota retulerunt, ut sit cogendus ad residendum in Ecclesia Sancti Bernardini, allegando scandala, & inconvenientia, quæ causata fuerunt ab anno 1686. quo omissa fuit residentia in Ecclesia Sancti Bernardini, hæ autem servidæ voces, tam Ordinarii de anno 1580. quam duorum Episcoporum, qui propriis oculis viderunt periculum animarum toto hoc tempore litis duran- 193
tis, exuberare debent, ut iste Parochus sit reducendus ad suum primævum, & centenarium statum residendi in Ecclesia Sancti Bernardini *Rota decis. 39. numer. 3. part. 15. & decis. 90. numer. 16. par. 16. & decis. 636. numer. finali parte 19. recent. & in Pampilonen. Juris sedendi 28. Januarii 1707. §. Atque coram Ansaldo.*

Exclamat Populus universus, qui propter experientiam vidit damna Animarum ex hac habitatione translata per Parochum in apice Monitum, cujus querelæ extant in Summario ubi Consilium totius Universitatis Villæ Lapidiæ supplicat huic Sac. 194
Congregationi, ut reducat Parochum ad residendum, ut prius, in Ecclesia Sancti Bernardini, exponendo ibi .. *Non essendo possibile, che li Santissimi Sacramenti si possano à noi, e nostre famiglie havere, e ricevere dalla Chiesa della Madonna di S. Archangelo nelli nostri bisogni, & occorrenze, alla quale per la somma lontananza, e disastrosità delle strade, si rende impossibile a' poveri Vecchi, Donne gravide, Stroppi, Ragazzi, e simili l'andare ad udire Messa, & altro &c. nè di potere ricevere il Santissimo Viatico ne' casi d'infermità &c. conforme ogni uno di noi sa quanti di detta nostra Villa senza poterlo ricevere nell'ultimi giorni di lor vita sono morti* .. quæ omnia comprobant præfati duo Zelantissimi Episcopi, & dignosci potest ex oculari inspectione Mappæ quanta sit distantia Parochianorum, & quantum sit declivium, & asperitas montium tempore hiberno, & hyemali, & in qua miseria 195
periclitentur Animæ interim otiante Parocho in delitiis Montis, de quo miratus fuit *P. Segneri*, qui transitum fecit per hæc Loca *predic. 18. numer. 8.* dicendo ibi .. *un nobile Pastore di Anime, che io trovai tra certe Colline haver scritto già su la domestica porta della sua Pieve à lettere assai vistose queste parole*: DEUS NOBIS HÆC OTIA FECIT.

Hinc frustra velatur tantum absurdum, dicendo, quod factus fuit concursus, tamquam ad Ecclesiam S. Mariæ S. Michaelis Archangeli, & S. Joannis; Isti enim sunt antiqui tituli cum quibus facta fuit translatio ad Ecclesiam S. Bernardini, ut superius probatum fuit, quod non tollit eosdem titulos fuisse translatos in Ecclesia S. Bernardini, itaut ibi sit re- 186
sidendum, non autem in Ecclesia S. Michaelis Archangeli, in qua nunquam facta fuit residentia, & Ecclesia hodie habet novum titulum *della Madonna*, & sic etiam frustra respondetur ad centenariam residentiam, habitam in Ecclesia S. Bernardini, eam attribuendo devastationi Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli, & sic temporaliter donec ea reædificaretur, quia hoc est æquivocum facti, cui resistit decretum Delegati Apostolici, quod anno 1572. Ecclesiam S. Archangeli ornari jussit duabus Planetis, cum stolis, manipulis, & pallis Altaris, & sic tempore, quo illa erat in suo optimo statu transtulit Curam ad Ecclesiam S. Bernardini, pro 197
commoditate, & necessitate Populi, non autem quia Ecclesia Parochialis esset diruta, & postea tantum diruta fuit, tamquam derelicta, nempe postquam facta fuerat translatio Curæ ad Ecclesiam S. Bernardini, à quo proinde æquivoco caveri supplicamus, & sic causa translationis fuit perpetua, sicut perpetua erat ratio incommodi, & impracticabilitatis Viarum in accessu ad antiquam Parochia- 198
lem, cùm causa expressa silere faciat omnem aliam exadverso excogitatam *l. Cùm ex filio §. filio impubere ff. de Vulgar. & pupill. Barbos. axiom. 89. n. 3. Rota coram Priol. dec. 189. n. 12.*

Testes in contrarium dati circa residentiam, habitam pro tempore etiam in Ecclesia S. Michaelis Archangeli sunt omnino posthabendi non solum ex majori numero nostrorum Testium, sed etiam ex integerrimis Relationibus duorum Episcoporum ex Visitationibus Episcoporum de annis 1602. & 1616.

& 1616. ex confessione Parochi, facta de anno 1610. ad interrogationem Episcopi, & ex solemni
199 Decreto Ordinarii de anno 1580. ex quibus contrarii Testes convincuntur de mendacio & propterea nullum merentur fidem *Gloss. in cap. Tertio loco in verbo Testium de Testib. Rot. coram Bich. decis. 533. numer. 2. & in recent. decis. 116. numer. 5. & 6. part. 19. & in Giennen. Adjunctorum 27. Martii 1705. §. Vel quatenus coram Molines.*

Residentia est igitur facienda in Ecclesia S. Bernardini, dum ibi translata fuit Cura, ibique Parochi residentiam fecerunt spatio centum quatuordecim annorum, & ultra, non autem residendum est in Ecclesia nova Beatissimæ Virginis, olim S. Mi-
200 chaelis Archangeli, dum post translationem Curæ facta est simplex, juxta punctualiter firmata *Rota coram Ludovis. decis. 387. numer. 2. Adden. ad ipsum decis. 405. lit. E.* & causa ob quam facta fuit translatio, est talis, ut si Cura non fuisset translata, hodie transferri debuisset de novo, quia impossibile est Pueros, Claudos, Mulieres prægnantes, & Senes, imò etiam quoscumque validos posse ascendere, & descendere per terga Montium ad apicem, ubi stat Ecclesia S. Michaelis, quando nives, & glacies non permittunt figere pedem in ascensu, & magis periculosus est descensus, & sicut id est impracticabile Populo, eo magis Parocho eunti, &
201 redeunti pro deferendo Viatico ad Infirmos, seu pro assistendo Moribundis, idque juncta distantia longioris declivii Montium, teste experientia, fecit, ut plures mortui fuerint absque Sacramentis, plures festos dies transeant absque Missa, Pueri autem nunquam instruantur Doctrina Christiana, & Populus destituatur prædicatione Verbi Dei, quæ omnia testantur Relationes Episcoporum, Consilium Universitatis, & Testes integerrimi, & Sacerdotes, qui ipsi viderunt, & collacrymarunt hanc miseriam evenire propter delicias, & otium Parochi, nolentis disturbare quietem suam in illo recessu ameno, non curando de ovibus suis.

Ex Mappa omnia hæc evidenter patent, quia ex Familiis quadraginta, componentibus Parochiam, triginta tres distant à cacumine Montis, seu Ecclesia, ubi stare vult Parochus per spatium aliquæ unius milliarii cum dimidio, aliquæ duorum milliarium, & aliquæ duorum, & ultra, quatuor verò
202 Familiæ in loco nuncupato *Carampone*, licet distent per medium milliare, ut d. Mappa, attamen semper verum est, quod stant in planitie, & extra dorsum Montis, ita licet non habeant tantum incommodum, quantum aliæ Familiæ in longitudine Viæ, habent tamen idem incommodum ratione qualitatis Viæ, quia medium milliare itineris suspirandum est per dorsum Montium asperum, & impracticabile, & Sole, & nivibus tam tempore æstivo, quàm hyemali, & contra habent facilem, & planam Viam in accessu ad Ecclesiam S. Bernardi-
203 ni, ut deponunt eædemmet familiæ loci Carampone, unde nescitur quo fundamento Parochus defendere se possit, ac se conservare in amœnitate suæ habitationis, quando pereunte Grege cogendus est ad residentiam in Ecclesia S. Bernardini, prout sub pœna privationis Ordinarius demandavit usque de anno 1580. eandem residentiam in hac Ecclesia
204 conclamarunt duo Episcopi, conclamat universus Populus Parochianorum usque ad sydera.

Die 16. Novembris 1715. propositis in Sac. Con-
205 gregatione Concilii sequentibus Dubiis, hæc resoluta fuerunt ut infra.

I. An sit standum, vel recedendum à decisis quoad
206 *I. & II. Dubium sub diebus 22. Junii 1686. & 12. Martii 1695.* Et quatenus affirmative.
207 *Recedendum à decisis.*

II. An Parochus teneatur retinere continuo Vicecuratum, seu alium Sacerdotem, & Cappellanum ad exercendam Curam in Ecclesia S. Bernardini intus Vil-
208 *lam Lapidiam ejus propriis sumptibus, & expensis; Seu potius sit servanda Sententia Episcopi in casu &c.*

In Ecclesia S. Bernardini. 209

III. An, & in qua Ecclesia ex prædictis, Parochus teneatur residere; Seu potius possit residere in alterutra. 210

Satis provisum. 211

IV. An sit standum, vel recendum à decisis quoad III. Dubium die 16. Aprilis 1695. 212

In decisis. 213

V. An, & ad quos spectet deputatio Cappellanorum. 214

Audiatur Episcopus. 215

DISCEPTATIO XXVI.

Privernen. Matrimonii

PRO

Joanne Zaccagliono, & Erminia Guerrina Conjugibus

ARGUMENTUM.

Conjuges separari non debent ex illis impedimentis, quorum notitia deducitur post Matrimonium ser. omnibus ser. publicè, & palam contractum. Præcipue si illud Accusans id faciat sub maschera pii, & zelantis Hominis, tacito proprio nomine. Memorialibus anonymis fides danda non est.

Constans in facto est, quod in Civitate Priverni die 18. Octobris 1732. servatis omnibus 1
ser. & præviis solitis matrimonialibus Denunciationibus, in tribus diebus festivis solemniter peractis, inter Joannem Zaccaglionum, mediante persona Dominici Candidi Guerrini, eius Leviri, & Erminiam
Guerrinam, coram Jo. Ficarola Mecola, proprio Pa- 2
rocho utriusque Sponsi, solemniter contractum fuit matrimonium de præsenti, ut testatur idem Parochus in authentica attestatione, his verbis -- *Die 18. Octobris 1732. DD. Joannes Zaccaglionus, & Erminia Guerrini, ambo Parochiæ S. Joannis, Denunciationibus præmissis tribus diebus festivis, quarum prima fuit die Dominico 28. Septembris; Secunda die 28. dicti festo S. Michaelis Arcangeli; Tertia verò die Dominica 5. Octobris, inter Missæ Parochialis solemnia, nulloque legitimo impedimento detecto, serva- 3
ta forma S. R. E. & Sac. Concilii Tridentini, ego Joannes Ficarola Mecola Rector interrogavi &c. eorumque mutuo consensu habito solemniter per verba de præsenti in faciem Ecclesiæ Matrimonio conjunxi, Testibus, &c.* Obiter notando hic, quod commenda- 4
bili candore, non solùm nulla fuit petita dispensatio Denunciationum matrimonialium, quæ ex legitima causa honestis Personis denegari non solet, sed ulteriùs à die 28. Septembris, qua fuit facta prima publicatio usque ad diem 18. Octobris adfuit congruum tempus supra viginti dierum, in quibus commodè poterant relevari Impedimenta omnia, si adfuissent, ut Consideranti patet.

Constans pariter in facto est, quod post sex dies
à Matrimonio, taliter contracto ab Urbe, in qua 5
Sponsus causa valetudinis recuperandæ, per spatium sex mensium circiter permanserat ad Civitatem Priverni accessit, ibique à Sponsa benigne exceptus fuit attento quod à multis annis illum flagrantissime concupiverat, cujus veritatis occulati Testes sunt Pa-
ter, & Amita ejusdem Sponsæ cum qua per mul- 6
tas horas solus cum sola permansit, post quam antiqua, & mutua benevolentia in Cubiculo se se exceperant, inter alios Testes Consanguineos, cum juramento ita afferente Antonio Miano, qui fuit ejus socius itineris, & in reditu ad Patriam, nec non præsens fuit in primo occursu amantissimæ Sponsæ, & concordant Hiacynthus Felici, & Francisca Visca Conjuges.

Adver-

Adversus hoc Matrimonium, solemniter, ut supra, contractum una cum permanentia utriusque Sponsi per multas horas in dict. particulari Cubiculo, remotis Arbitris, circa quod nostrum non est judicare, an amplificentur ea, quæ Rota in *dec. 9. à n. 50. cor. Arguell.*
7 satis aperuit, quando noluit se explicare, his verbis .. *Adstruitur & illo Poetæ Speluncam Dido, Dux, & Trojanus eandem deveniunt, ubi cum vellet Didonis, & Æneæ, congressum significare; nil aliud dixit, quam solos se in Speluncam recepisse, & in simili Comicus; Quid tunc fatne?* Sequens porrectum fuit Memoriale Sac. Congregat. Concil.

Li Zelanti, Uomini pii della Città di Piperno, Oratori Umilissimi dell' EE. VV. con ogni magior ossequio
8 *rappresentano, come il Canonico Filippo Zaccaglioni, per suoi fini indiretti, a fatto per strade poco lodevoli, e poco giuste, stabilire il matrimonio fra la Zitella Guerrini col di lui Fratello carnale solamente incapace per essere privo di tutti li sentimenti, tanto che sono molti anni che è riputato incapace delli Sagramenti della Confessione, e Comunione da tutta la Città, e lo riconosce ognuno, che ha occasione di tratarlo, e perche Eminentissimi Signori detto*
9 *to Canonico non avrebbe potuto effettuare il suo disegno, con darli l' anello, se il suo Fratello fosse stato in Piperno, mentre più di uno si sarebbe oposto, attesa la di Lui notoria incapacità, ha per ciò procurato mandarlo in Roma, e non si sà con qual' arte, ha fatto sottoscrivere il Mandato di Procura per contrarre detto Matrimonio, in virtù del quale, rapresentando a Monsignor Oldi Vescovo di detta Città, il contrario alla verità con esibire fedi equivoche, come sono quelle de Medici, e de Chirurghi, che parlano della sola potenza di generare, e d' altro totalmente insossistenti, ha esatto dal medemo Vescovo la Licen-*
10 *za di sposare la detta Guerrini, che sapendo però l' Oratori che un tal Matrimonio è invalido, stante l' impedimento canonico del pretesto Sposo, per sgravio di coscienza ricorono all' EE. VV. supplicandole ordinare à Monsignor Vescovo di detta Città, che prima si dia esecuzione al detto Matrimonio, faccia in sua presenza esaminare detto Zaccaglioni, preteso Sposo, perche lo trovera certamente incapace, perche trattasi di un Uomo che non hà* neque velle, neque nolle, *& all' incontro si rimediera a quelli Incovenienti, pur troppo noti all' EE. VV., che sogliono nascere da tali Matrimonj; Particolarmente nel caso, che la Guerrini pretesa Sposa è scarsa, anzi, distrutta affatto di Beni di fortuna, che della Grazia &c.*

Dicta autem S. Cong. die 27. Settembris 17.32. illud remisit Episcopo Priver. sequen. Rescrip.; *Relatis in Sac. Concilii adiunctis Precibus, nomine Zelantium istius Privern. Civitatis porrectis, EE. PP. easdem ad A.T. remittendas esse censuerunt, quod hisce facimus, ut in re, de qua agitur, Prout Juris fuerit procedat, ita exequatur &c.* Qua clausula *prout iuris fuerit attenta*, Curia Episcopalis via ordinaria, non autem strangulatoriè procedere tenebatur, *Rot. cor. Priol. dec. 162. nu. 6.* ibi .. *Clausula &c.* Prout de iure cognoscenda, *ex quibus verbis clare patet, non fuisse tributas facultatem, & Processum exequutivum, sed simplicem cognitionem, & decisionem Causæ infra terminum juris, & consequenter via ordinaria.*

Licet autem de jure nulla omnino habenda esset ratio earundem precum, generalissimo, affectatissimoque nomine *de Zelanti, & Uomini pii di Piperno*
13 exibitarum, juxta laudabile solitum omnium Tribunalium Urbis, & Orbis, quæ solent in his circumstantiis demandare, ut Recurrentes se subscribant, & deinde habebitur ratio eorum Recursus, alias in nulla habendæ
14 sunt consideratione, Textus est literalis *in leg. unic. Cod. de Famos. Libell.* cuius aurea verba sunt hæc *Si quis devotionis suæ, ac salutis publicæ custodiam gerit* (ut fecisse se
15 jactant dicti Homines pii, & Zelantes in illis verbis eorum Memorialis *per sgravio di conscienza ricorrono all' EE. VV.* *nomen suum profiteatur, & quæ per famosum Libellum persequendo putaverit, ore proprio edicat, itaut absque ulla trepidatione accedat, sciens quod si assertionibus suis veri fides fuerit opitulata, laudem maximam, & præmium à nostra Clementia consequetur.*

Attento præcipuè concursu omnium solemnitatum, præmissarum ante Matrimonii contractum, & signanter trium publicarum denunciationum, in totidem interpolatis diebus festivis premissarum, ut testatur Parochus ibi .. *Denunciationibus præmissis tribus diebus fe-* 16
stivis, nulloque legitimo impedimento detecto &c. iuxta Textum literalem in *cap. Cum in tua Qui Matrim. accus. poss.* ibi „ Si verò post contractum Matrimonium aliquis appareat Accusator, cum non prodiderit in publicum, quando Banna secundum consuetudinem in Ecclesiis edebantur, utrum vox suæ accusationis debeat admitti, meritò quæri potest. Super quo sic duximus distinguen- 17
dum; quod si tempore denunciationis præmissæ, iis, qui iam conjunctos impedit, extra Diœcesim existebat, vel alias denunciatio non potuit ad ipsius notitiam devenire, utpote, si nimiæ infirmitatis fervore laborans, sanæ mentis patiebatur exilium, vel in annis tam teneris constitutus, quod ad compræhensionem talium eius ętas sufficere non valebat, seu alia legitima causa fuerit impeditus, eius accusatio debet admitti; Alioquin, cum rationabiliter præsumatur, quod denunciationem publice factam idem, existens in ipsa Diæcesi, minimè ignoravit, tanquam suspectus est procul dubia repellendus.

Cumque dictæ matrimoniales denunciationes in ipsa Civitate Priverni publicè, & palam factæ fuerint, impossibile est, quod non devenerint ad notitiam multo- 19
rum piorum, & Zelantium hominum, sub quorum nomine cantat preces, Observando præcipue angustiam dictæ Civitatis Priverni, necnon qualitatem Sponsorum, quæ sunt de principalioribus Familiis eiusdem parvæ Civitatis; Quibus attentis eo, magis inter omnes Cives presumitur notitia eorum, quę in Ecclesia Parochiali tribus diebus festivis, cum congrua temporis interpolatione, peractæ fuerunt, ut, omissis generalibus, in nostris punctualissimis terminis notant adducti à *Barbos. in dicto cap. Cum tua Qui matrim. accusa possunt.*

Libenter autem abstinemus à comprobatione dictæ textualis dispositionis, quia debilitas intellectus reputatur allegare Doctores ad comprobandum id, quod in Textu literaliter statutum legitur, ut observat *Gratian* 21
dec. Marchiæ 85. num. 16. & firmavit *Rot. dec. 366. num. 4. part. 18. rec.* ubi quod sicut turpe est allegare *Glossam*, ubi habemus *Textum*, ita turpius est allegare *Doctores*.

Non omittimus tamen duo observare; Primum quod si verisimile tantum fuisset, incapacitatem Ioannis, ad contrahendum Matrimonium, esse notoriam, in dicto anonimo Memoriali Maschera Zeli personati pii Homines gratis ubique asserere non dubitarunt, imitantes illos, de quibus loquitur *P. Segneri nella Pre-* 22
dic. 35. nu. 4. ibi .. *Vi comparvero mascherati, ne mai sperarono di poter tanto bene giustificare un tal atto, che non si vergognasero di eseguirlo*, dici posset ad eorum aures non devenisse dictum prætensum notorium impedimentum talis ignorantia diceretur nimis crassa, *Summa enim negligentia est si omnes sciant, quod tu solus ignoras*, sunt verba Textus *in leg. Regulas §. Sed de facti ff. de Juris, & facti ignor.*. Indeque *Salycet. in leg. Si nulla* 23
num. 8. Cod. de Pignorat. action., asserit, talem, & tantam ignorantiam æquivalere stultitiæ, hoc est, quod pauci, ex genere hominium ignorent id, quod notorium est, ac omnes sciunt.

Secundum verò quod dictus *Text. in cap. Cum in tua*, & aliis allegati *per Gonzalez. in ejus Notis num. 3.* ibi .. 24
tanquam suspecti repellantur, qui iam conjunctos impetunt ex causa impedimenti quod tacuerunt, cum Banna seu denunciationes Matrimoniales in Ecclesia legerentur sunt in terminis fortioribus, quia in illorum casibus Accusator Matrimonii, fer. fer. contracti, erat certus, & cer- 25
tissimus, atque aperta fronte se opposuerat Matrimonii effectuationi.

In nostro casu Actor, seu accusator licet se de nominet pro homine pio, & bono zelo prædito, erubuit tamen suum nomen aperire, neq; meretur textualem execu- 26
tionem *ob exilium mentis*, sed dici debet ad recurrendum motis ob *exilium bonæ voluntatis*, Minusq; constitutus dici potest in teneris annis, in quibus zelus, & pietas non solent moram facere, neq; se extendere ad faciendos similes Recursus; *Puero enim teste nihil est certius, nã ad eos perve-* 27

nit annos, ut intelligat, & nondum ad eos, quibus fingat, sunt verba *Senecæ controvers. lib. septimo, cap.* 5. Quod manibus palpatur in illis verbis anonymi Memorialis, nullam aliam habentibus subsistentiam, quam in eius mente Compositoris, *la Guerrini*
28 *pretesa Sposa, e scarsa, anzi distrata affatto di Beni di fortuna*, ac si angustia Dotium respectu Mulierum sit impedimentum dirimens Matrimonium, Et ac si istud sine dote contrahi non possit, sitque in Mundo res inaudita, mulieres indotatas in Uxore ducere, quodque proinde semper veniant à Dote sagittæ, juxta quæ obser-
29 vat *Rota in Leodien. Matrimonii 19. Junii 1715. in princ. cor. Cerro.*

Adhuc tamen mihi supponitur, quod, non attento
30 Divino illo præcepto *Matth.* 156. *Quod Deus coniunxit, homo non separet*, Curia Episcopalis, non sine magna præcipitantia demandavit Coniugum separationem, cum Minis Præcepti, statim alias exequendi à Satellitibus, & Birruariis; ibi .. *Altrimente averebbe mandato il Precetto penale conforme già sortì ò farla*
31 *cacciare a forza da Sbirri*. Non sine lacrymis Sponsorum, patienter executum, nec sine ratione omnium Consanguineorum, & Amicorum, videntium duram, atque amaram illorum Coniugum separationem, qui ante Matrimonium se reciproce fragrantissimeque amaverant, quem reciprocum amorem ultra Patrem, & Amitam Sponsæ, de quibus in Summario, exhibita fuit autenthica attestatio afflictissimæ sponsæ,
32 cum iuramento asserentis; *Volendo io obedire a Superiori, domandai con lacrime al detto mio Sposo in detta sua Sala, se si contentava, che io andassi a stare nel Monastero, disse col capo di nò, e così bagiatolo in viso, piangendo mi portai in detto Monastero*. Circa quam omni commiseratione dignam, duram, & amaram Coniugum separationem, concordant mul-
33 ti alii Testes de visu, & signanter Nicolaus Pasquarelus, ibi .. *viddi uscire dalle Stanze la Signora Erminia Guerini, & il sudetto Signor suo Sposo, al quale disse essa Signora Erminia: Vi contentate, che io vada a serrarmi nel Monastero, e Lui rispose con cenno di nò con la Testa, quando la sudetta Signora Sposa sbottè in un dirottissimo pianto con tutti quelli di Casa.*

Quibus deinde alia operatio nimis dura, & equaliter amara addita fuit, quod postea neque fuit permissum eidem Sponso accedere ad Crates Monasterii ad colloquendum cum illa, quæ una caro cum ipsa est, itaut præteritis afflictionibus, junctis præsentibus angu-
34 stiis, idem Sponsus animi, & corporis passionibus undique circumdatus, ultimo loco mortale passus fuit accidens, à cuius incommodis neque etiam de præsenti totaliter est, Testibus Alexandro Provineschio, & Francisco de Montibus Medicis ordinariis Civitatis Priverni cum verificatione illius celebris dicti *Cassido-*
35 *rii libro 4. variar. cap. 27. Malorum omnium probatur extremum, unde determinata suscipere, unde sperabantur auxilia pervenire*, dum Ioannes cum communi approbatione, & reciproco gaudio omnium Consanguineorum, & Affinium, ducendo in Uxorem dictam Erminiam, sequutus fuit consilium ei datum à primę classis Medicinæ Professoribus Urbis, sub quorum cura medicaminibus, ab illis præscriptis, usus fuit, qui cum
36 juramento testatur, *Che farebbe benissimo il Signor Giovanni sudetto, a cui dopo terminata la cura con più Consulti determinata, giudicamo conferirle allo scioglimento dello sangue il Matrimoniarsi, & la continuazione della conversazione*, & ibi .. *Facemo fede &c. potersi benissimo collocare in Matrimonio, particolarmente doppo determinata la Cura il Sig. Gio: Zaccaglioni* .. Observando præcipue dictionem illa *particolarmente*, quæ non excludit, quin etiam antea fuisset potens
37 & habilis ad Matrimonium contrahendum, ex animadversis per *Barbos. de Dictionib. dictione* 274. *n.* 2. & firmatis per *Rotam decisio* 171. *numero* 78. *parte nona, & decisio* 395. *numero quinto, parte decima septima, rec.*

In hoc rerum statu pro veritate de meo sensu fui requisitus .. *An eadem separatio Conjugum de Jure sustineatur, & saltem per modum provisionis continuanda sit*;
38 Loquendo autem secundum Theologię, & Juris Canonici principia, illa non videtur subsistere, & multò minus continuanda, absque gravi injuria illius Sacramenti, quod magnum in Christo, & in Ecclesia vocat *Divus Paulus ad Ephesios* 2. 32.

Moveor à subsistentia dicti Matrimonii, dum ex supra animadversis, & infra observandis, illud valide, & licite contractum fuit; Quo stante Conjuges nullo jure separari possunt, nec debent, sed individuam vitæ consuetudinem servare tenentur, juxta Matrimonii definitionem, ut in durioribus terminis Matrimonii, à Furioso tempore lucidorum intervallorum contracti, habemus rotundum *Textum in Can. Neque furiosus* 32. 39
q. 7. ibi .. *Neque Furiosus, neque Furiosa matrimonia contrahere possunt, sed si contractum fuerit, non separantur*, ubi *Barbos. nu.* 2. multos concordantes allegat.

Observando præcipue, quod in Summario, dantur concludentes justificationes perfectissimæ intelligentiæ Joannis, nedum immediate ante subscriptionem mandati Procuræ, sed etiam postquam in fine illius nomen suum apposuit, nec non tam paulo antequam post actualem consensum ab illius Procuratore præstitum in Civitate Priverni, itaut dubitari nullatenus possit de eodem consensu semper continuato; Habitis enim extre- 40
mis præsumuntur media ex firmatis per *Rot. in dec.* 371. *nu.* 13. *coram Ubald.*, *& in Reatina* 15. *Maii* 1705. *§. Potissime cor. Ansaldo, & in Bovien. Archipresbyteratus* 11. *Maii* 1710. *in fine cor. Aldrovando.*

Cùmque prorsùs ignota mihi sint motiva illa, propter quæ inaudita facilitate, ad dictam Sponsorum separationem deventum fuit, cum supposito, quod sint illa, quę deducuntur in dicto Memoriali anonimo, usurpato nomine piorum Hominum Civitatis Priverni, antequam illorum insubsistentiam demonstrem, omni observatione digna sunt verba illa initiativa dicti Memo- 41
rialis *li Zelanti, & Uomini pii*, quæ comprehendunt multas Personas diversæ qualitatis, & professionis; Si autem juxta rotundam dispositionem dicti *Textus in citato Cap. Cùm in tua Qui Matrimon. accurs. poss.* Innocentius Tertius statuit, ut post contractum Matrimonium, præviis solitis denunciationibus, ad illud accusandum non admittatur, neque unicus, licet certus, Recurrens, sed tanquam suspectus repellendus sit; Id limitando (sunt verba Textus) *Si Recur-* 42
rens nimiæ infirmitatis fervore laborans, sanæ mentis patiebatur exilium, vel in annis tam teneris constitutus, quod ad comprensionem talium eius ætas sufferre non valebat. Huiusmodi duæ limitationes nostro casui inapplicabiles prorsus sunt, dum, ut diximus, & juvat repetere, dicti pii, & zelantes Homines non sunt in teneris annis constituti, & juvat etiam credere in illorum favorem, quod non patiantur exilium sanæ mentis, sed solam relegationem bonæ voluntatis.

Quo præmisso; Dicimus primò, in facto non subsistere quod Ioannes taliter privatus sit omnibus corporis Sensibus, *che sono molti anni, che è riputato incapace delli Sagramenti della Confessione, e Communione*, Dum mihi ad probandum oppositum authen- 43
ticæ Attestationes multarum egregiarum personarum diversæ professionis, & qualitatis, necnon dignissimorum Sacerdotum, qui eius confessiones audiverunt, de quibus in Summario quem ingentem numerum qualificatarum Personarum verisimile non est, absque ullo proprio commodo, vel interesse conspirare voluisse in perniciem veritatis ad faciendam rem gratam Joan- 44
ni, eiusque Consanguineis delicatissimæ conscientiæ egregiè *Roland. cons.* 38. *nu.* 38. *& sequen.*, ubi quod licet plura sint genera delictorum, ad nullum patrandum solet quis absq; lucro, vel utilitate moveri, quodque hoc pateat ratione naturali, quam solùm allegare sufficit *Vermigliol. cons.* 192. *num.* 2. *Ciazz. ad defens. Reor. discep.* 24. *nu.* 116. *Conciol. allegat. Criminal. verbo Falsum resolut.* 6. *n.* 2. *&* 3. ubi, quod non omne lucrum ad hunc effectum attenditur, sed illud debet esse magnum, & ad- 45
modum considerabile, & firmavit *Rot. dec.* 17. *n.* 18. *apud Merlin. de Pignor. & dec.* 787. *n.* 23. *par.* 18. *& dec.* 211. *nu.* 31. *par.* 16. *rec. & coram Ansaldo dec.* 22. *n.* 10. *& coram Caprara dec.* 329. *num.* 4. *&* 7. ubi quod cessat suspicio falsitatis, quando lucrum cessat, quodque majus argumentum exclusivum falsitatis excogitari non

non potest, quam non lucrum illius, qui prætendi-
tur illam commisisse.

Et considerando multiplicitatem, & qualitatem
magni numeri Personarum diversarum Professionum,
concordantium circa aliquod factum, observant ad-
46 ducti per *Rot. in decis. 135. numer. 7. coram Merlino*
& decis. 408. num. 10. coram Priolo, & dec. 1251. n. 7.
coram Emerix Junior & decis. 429. num. 6. coram Ca-
prara, & in p. 18. rec. dec. 11. n. 13.

Imo exhibitum mihi fuit authenticum Documen-
tum Sanctissimæ Communionis in proxime elapso
anno 1732. ad quam admissus fuit Joannes ab atten-
tissimo Parocho SS. Vincentii, & Anastasii, in au-
thentica forma legalizatum. Una cum multis aliis
originalibus Attestationibus aliarum Personarum, cum
47 juramento testantium, *che il detto Signor Giovanni ca-*
mina libero per tutto, venendo per le Speziarie di Roma,
e da per tutto sedendo, e stando in conversazione con ca-
ri, e virtuosi Amici, anche con noi conversare, e ve-
nire à trovarci in Casa. Alter verò dignissimus Sacer-
48 dos addit *Molte volte che sono stato in Casa sua, mi à*
sempre fatte carezze, e cortesia avendomi sempre ricono-
sciuto per tale, e suo Amico, benchè impedito di loque-
la, non però di mente, conoscimento, e ciò non sola-
mente in Casa, ma ogni qual volta mi a incontrato per
Roma, di modo che vedendomi, lasciava il suo Aio, e ve-
niva subito da me a farmi cortesie, riconoscendomi come
suo vero Amico, qui omnem merentur fidem, dum il-
lorum respectu verificantur verba illa *S. Joannis Epist.*
49 *1. in princ. Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris,*
quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt, hoc
testamur, & annunciamus, & illa D. Petri 2. 1. 16.,
& hoc audivimus cum essemus cum ipso.

Dicimus secundò, non subsistere quod Procuræ
mandatum, cujus vigore contractum fuit matrimo-
nium innixum sit fidibus Medicorum æquivocis; In
istis enim mihi originaliter exhibitis, datisque in
Sum. rotundis literis univocè asserunt iidem qualifi-
50 cati Medicinæ Professores, *Giudichiamo affatto più*
abile è capace à fare Prole di ogni perfezzione il d. Sig.
Giovanni, che non erano fra li altri due Nobili Romani,
quorum nomina in eisdem Attestationibus individuan-
tur, & hinc data opera, omittuntur, cum noto-
torii sint in Urbe, in qua vivunt, tam ipsi, quàm
ipsorum filii, & nepotes, quibus Medicis, deponen-
tibus de re, ad eorum professionem spectante, omnis
51 fides adhibenda est, ex adductis a *Trullench. ad Præ-*
cept. Decalog. to. 1. cap. 8. dub. 8. n 2. & Sanfelic. dec.
416. n. 11. & firmatis *per Rot. dec. 25. n. 8. apud Zach.*
quæst. Med. legal.

Dicimus 3. idem Procuræ Mandatum commendabili
candore more solito, & legalitate candidiori, legalizza-
tum fuisse prævia manus Joannis recognitione à Nota-
rio, omni fide digno notoriæque probitatis in Urbe,
52 qui modus recognoscendi Mandata Procuræ illarum Per-
sonarum, quæ in Urbe moram faciunt, quando illa non
sunt transmittenda extra Statum Ecclesiast. nedum noto-
rius est Notar. Novitiis, sed ipsismet Lippis, & Tonsorib.

Dicimus 4. nimis animosam esse assertionem illam,
tanquam ex Cathedra a dictis piis, & Zelantibus ho-
minibus serena fronte prolatam, *sapendo però gli Ora-*
tori, che un tale matrimonio è invalido, cumque nullam
53 adducant rationem hujusmodi animosi Dicti, nullam-
que scientiæ causam, sine præjudicio illorum pietatis,
& prætensi zeli, permissum sit Ioanni eis respondere
verbis illis longe magis pii, magisque Zelatoris Ani-
marum Christifidelium *S. Francisci Salesii nelli discor. di*
54 *Sacre controversie disc. 5. ante finem versic. Voi volete par.*
2. fol. mihi 74. Perchè Voi non allegate in prova di ciò, che
una vostra semplice affermativa, senza altro riscontro
particolare, Io vi sodisfarò senza vostra offesa con una mia
assoluta negativa.

Dic. 5. non subsistere in facto, quod Joannes *.. sia un*
uomo, che non habet velle neque nolle; Id enim opponitur
assertioni multorum qualificatorum Testium, quo-
rum juratæ attestationes mihi fuerunt originaliter ex-
hibitæ, datæ in Summ. Asserentes ulterius, quod as-
siduam dederat operam (antequam loquelam ammitte-
55 ret, studiis Humanitatis & Rhetoricæ in Collegio Ro-
mano, & Philosophiæ in Conventu S. Mariæ supra Mi-
nervam; Inter quas specialem meretur considerationem
Attestatio illa dignissimi Sacerdoti Nicolai Tedeschi,
de facto proprio deponentis, cuius attestatio præferen- 56
da est contrariæ assertioni sine nomine, ita enim Scri-
bas, seu supplices Libellos porrigens, præsumitur Ini-
micus illius, contra quem anonymum Memoriale por-
rigit, & consequenter ei nullatenus credendum est
Eccles. 12. 10.

Dicimus sexto, absque ullo legali fundamento præ-
tendit à dictis piis hominimus, *che Monsignor Vescovo*
prima di dare esecuzione a d. Matrimonio, faccia in
sua presenza essaminare detto Zaccaglione.

Primò, quia in præsenti statu ex Divina permissione,
cuius providentia in eius dispositione nunquam fallitur,
examen Joannis est physice impossibile, nisi renoven- 58
tur mirabiles illi Naturæ effectus, quorum unum refert
„ Pompeius meus Filius in secundo Tom. Miscellan. lit.
„ C. num. 156. ibi -- Filius Regis Cresi in vedere un te-
„ merario Soldato stringere contro il Padre la Spa-
„ da, tanto fece forza a se stesso, che in un istante con
„ stupore della natura, di Muto diventò loquace, &
„ articolò queste voci; *Non ammazzate.*

Secundò, quia non unam, sed plures habemus rati-
ficationes eiusdem Matrimonii, consistentes in facto,
quod est potentius verbis *Cap. Dilecti de Appellat.* cum
aliis apud *Rot. in Romana Pecuniaria 25. Aprilis 1732. §.* 59
Urgentius coram Calcagnino, & concordat *Card. Pal-*
lavic. nell'Istor. del Conc. lib. 23. cap. 9. num. 17. ibi - *Non*
è al Mondo la più autentica approvazione di quella de Fat-
ti, linguaggio esente da ogni sospezzione di menzogna;
Alter verò dignissimus Cardinalis Nigrones nostris
temporibus erat solitus dicere; *Che le parole sono Fe-* 60
mine, e li Fatti Maschi; Tot autem innegabilia facta,
totque notorias demonstrationes, & signa coniugalis
amoris Joannis, cum Erminia specificant omnes Te-
stes, inclusa etiam anuli donatione, facta in præsentia
Testium in Cratibus Monasterii, ut non una, sed mille
ratificationes dicti Matrimonii, habeamus, itaut di-
ctam ratificationem facti controvertere idem sit, ac So-
lem in meridie denegare.

Tertiò, quia ratificans, seu reiterans Matrimonium,
ser. ser. contractum, dicitur iniuriam facere magno Ma-
trimonii Sacramento, egregie *Jacob. Leonissa cons. 4.*
num. 3. inter consilia Matrimonialia diversorum ibi - *Qui* 61
Matrimonium reiterat, facit injuriam Sacramento,
& melius *Corneus cons. 91. n. 4. lib. 3. & Gozzad. cons.*
73. n. 13. quos sequutus fui in meo *Tract. de Matr. §. 19. n. 4.*

Ultra quod non pertinet ad Personas Sæculares, &
Uxoratas in hac materia nimis delicata, aperire incon-
venientia illa, & possibilia Adulteria, quæ Theologi, &
Canonistæ posse provenire asserunt à similibus reite-
rationibus, & ratificationibus Matrimoniorum, circa
quas satius est illa tacere, quam alios docere, iuxta ea, 62
quæ in simili practicavi *in meis Instit. Crim. lib. 3. tit. 3.*
numer. 82. sequendo *Jcdoc. in Prax capit. 61. numer. 79.*
ibi - *Magisque operæ pretium est de ea nil fari, quam in-*
consulto aliis ruinæ occasionem suppeditare.

Imò ex dicto Infortunio, seu Infirmitate Joannis se-
quitur, quod eidem ab illa nimis afflicto addenda non 63
videatur alia afflictio, adversus dispositionem *Textus*
in Can. Cum percussio 7. quæst. prima, qui ita summatur
Flagellatis à Deo afflictio add. non debet, & in cap. Ex
parte de Cleric. ægrot. ibi - *Nec afflictis afflictio sit ad-* 64
denda, imò potius ipsius miseriæ miserandum cum con-
cordantibus citatis à *de Grass. de Effect. cleric. effect. primo*
num. 1172. ubi quod iste unus est ex illis casibus, in quibus
infirmitas prodest, statim tamen subiungens; *Sed à tali*
Prodesse libera Nos Domine.

Dicta autem nova affictio in eo consistit, quod
sub Maschara hominum zelantium, & piorum,
Joannes privatur adiutorio illo, quod Deus ad ho-
minum beneficium creavit; iuxta id quod legitur 65
Gen. 2. 2. Non est bonum, hominem esse solum, facia-
mus ei Adjutorium simile sibi, & Eccles. 17. 5. Crea-
vit ex ipso Adjutorium, simile ipsi; Quæ omnia ad
nostrum præcisum effectum egregie ponderat pro- 66
fundissimus Theologus *Gavard. de Sacram. tit. de*
Sacramen. Matrim. art. 6. numer. 6. ibi -- *Mentio*

fit de sola societate Mulieris, quæ erat necessaria ad conversandum cum Adam, & ipsum adjuvandum in iis, quæ spectant ad vitæ conservationem &c. Hic autem nulla fit mentio copulæ, ergo ex Scriptura finis principalis, & primarius, propter quem à Deo insti-
67 *tutum est Matrimonium, est Societas Fœminæ, sine qua bene non fuisset Viro, qui solitudinis mæstitia continuò confectus fuisset, vel saltem societate, quæ procul dubio est magnum bonum, non enim fuisset adjutus in operationibus, quæ ad conservandam vitam sunt necessariæ.*

Quæ si vera sunt respectu hominis perfectissimæ salutis, juxta terminos dictarum authoritatum, multo magis militant in nostro casu, attenta d. imperfectione Joannis, pro quo sublevando primæ classis medicinæ Professores in Urbe, cum juramento te-
68 stati fuerunt, nil magis *conferire allo scioglimento del sangue del Signor Giovanni, quanto il matrimoniarsi*, Quibus attentis juxta phrasim *Sacr. Rotæ in dec. 66. num. 4. cor. Ansaldo*, non videtur operatio piorum hominum, sed potiùs barbarorum, atque inhumanorum, illum privare tali Adiutorio, talique medio conservandi eum in bona sanitate à Deo ipso creato, eidemque seriò proposito a dictis medicinæ
69 Professoribus, quibus in re ad eorum professionem spectante omnis adhibenda est fides, ex supra allegatis, quibus addo *Rot. dec. 20. n. 21.* apud *Pompejum meum filium in tom. 2. Miscell. Sacri, & Profani.*

Sed quando etiam ultra dictum finem, & amabilem societatem, quam nonnisi qui experitur credere potest, præcipuè in Infirmitatibus, juxtà illud
70 *Eccl. 40. 23. Amicus, & Sodalis tempore convenientes, & super utrosque Mulier cum Viro*, velit etiam haberi respectu ad copulam, d. Medicinæ Professores, ut supra observavimus, testantur, Joannem esse magis habilem quàm duos nobiles Romanos, in Urbe notorios.

Cæterum in omnem casum, si Joannes non posset habere in Uxorem dilectiss. Erminiam, esset ei permittendum illam habere in Sororem, juxtà *Text. in*
71 *c. Consultationi de Frigid. & malefic.* ibi -- *Licèt incredibile videatur, quod aliquis cum talibus Matrimonium contrahat, & quamvis de hujusmodi expressum Canonem non habeamus, Romana tamen Ecclesia consuevit in consimilibus judicare, ut quas tanquam Uxorem habere non possunt, habeant ut Sorores*; Imò *D. Hieron. in Epist. ad Rusticum* addit *Habeant in Conservam* ibi -- *Narravit mihi Uxor quidem tua, nunc Soror, atque Conserva*,
72 quod perbellè explicat facetus Poeta versibus illis, registratis à *Pompeo meo Filio in tom. 1. Misc. Sacr. & profan. lit. V. n. 233.*

Uxores Ego tres, vario sub tempore, nactus.
Cùm Juvenis, cùm Vir, factus & indè senex,
Propter opus prima est, validis mihi juncta sub annis;
Altera propter opes; Tertia propter opem.

Illud autem, quod in hac parte videtur mirabile, & ego fatendo ingenuè meam imbecillitatem percipere nescio, illud est, quod pii, & zelantes Homines, qui deberent propriis Consanguineis, & Affinibus in ordine ad illorum Matrimonia consulere, propriisque
73 negociis operam dare, quærunt turbare pacem, & præjudicare saluti illorum Conjugum, qui cum consensu, & approbatione communium Consanguineorum, habito consilio Medicorum Animæ, & Corporis, vivere procurant in eo statu, qui à Deo fuit institutus, cum reciproco adjutorio, eisque impedimenta ponere, ne de Joanne verificentur ea, quæ leguntur
74 *Eccl. 9. 9. Perfruere vita cum Uxore, quam diligis.* Imo omisso proprio, & legali remedio allegandi canonica Impedimenta in Curia Episcopali tempore denunciationum matrimonialium, famosum habere recursum ad Congreg. Concilii, hoc modo nimis præjudi-
75 cando Erminiæ verbis illis *particolarmente nel caso che la Guerrini, pretesa Sposa, e scarsa, anzi distrutta affatto di Beni di fortuna.*

Obiter observando hic, non solum non esse operationem Pii, & Zelantis, sed neque etiam Christiani Hominis asserentis loqui *per sgravio di coscienza*, crassare in dedecus duarum honestarum Familiarum Sponsæ, juxtà phrasim *Cassiod. lib. 11. var. c. 5.* Adversus pri- 76
mum asserendo, ipsum *esser privo di tutti li sentimenti*, adversus secundam verò *non solamente essere scarsa, anzi distrutta affatto di Beni di fortuna*; Crescitque admiratio dum Joannes non moratur in ultima Thule, in Japponia, vel in Indiis, ita ut opus sit per Menses, & Annos expectare Galeones pro habenda notitia Status ejus salutis, sed publicè, & palam moram fecit in Urbe, & 77
hodiè moratur in ejus dulcissima Patria, ubi vivit, & cum omnibus Hominibus semper conversatus fuit, & conversatur, & præcipuè cum illis dignissimis Testibus, qui de eadem veritate solemne, & juratum de facto proprio testimonium perhibuerunt, quorum verba registrata fuerunt supra.

Dixi *canonica impedimenta*, quia ego combinando gratuita verba anonimi Memorialis, *de quibus supra* cum notoriis illis versibus, cum quibus describuntur Matrimonii impedimenta, relata à *Jorio de Matrim. p. 7. q. 12. n. 3.* nullum verbum inveni, ad quod trahi possit, nedum aliquod ex illis Impedimentis, quæ Matrimonia dirimunt, sed nec etiam ex illis, quæ ipsa impediunt.

Observando ulterius, quod eorundem impedimentorum allegatio, sicuti magnam meretur attentionem, quando id aperta fronte sequitur ante Matrimonii contractum, ita nullam omnino meretur considerationem 79
post quàm sub maschera piorum, & zelantium hominum allegatur contra Matrimonium solemniter, præviis omnibus Ecclesiæ solemnitatibus, contractum juxta litteralem Textum, cujus verba transcripta fuerunt supra, & juxta distinctionem communiter receptam inter Theologos, Canonistas, qui recognosci possunt in 80
Tom 5. p. 2. discept. 22. n. 13. & seqq.

Dicimus septimò, non obstare *Textum in c. Tuæ Fraternitati de Sponsal.* Objecto enim tali punctualitate, tantaque soliditate, post nubem Theologor. & Canonistarum, respondet *Sacr. Rot. in decis. 5. lib. 14 in* 81
Theatr. Card. de Luc. ad materiam Matrimonii à num. 15. usque ad num. 25. ut nihil aliud ad ostendendam illius debilitatem requiratur, quam recognoscere eandem individualissimam decisionem, quæ qualificatur pro magistrali in illius argumento his verbis *Magistralis est Decisio &c.* & quod magis est loquitur in terminis loqui valentium ibi -- *In Schola Canonistarum, & Theologorum* 82
communi calculo receptum est, consensum matrimonialem, æque præstari posse per verba explicativa, ac per signa, & nutus, consensum significantia, etiam in illis Personis, quæ aliàs loqui valent, ut pluribus cumulatis Textibus; atque explicata in hunc germanum sensum litera capit. Tuæ de Sponsal. relatisque Hostiens. &c. & aliis antiquioribus, & professo sustinent Fagnan. &c. Sanchez. de 83
Matrim. lib. 2. disp. 31. n. 5. ubi ait, hanc esse Sententiam D. Thomæ, & omnium Theologorum &c. Ubi autem habemus punctualem *Sacr. Rotæ Decisionem*, nil aliud quærendum est, quia illius Decisiones, tanquam Juris Dogmata servantur, ut dicebat *Card. de Albic.* idque impressit in addit. ad *Pamphil. dec. 43. num. 10.* eademque Sacræ Rotæ Decisio, *nedum Sententiæ unius verum etiam omnium DD. prævalere debet*, 84
sunt verba *decis. 1. n. 13. coram Herrer.* ubi innumeri allegantur concordantes, & alios citat, & sequitur *Piton. de Controv. Patron. alleg. 34. n. 11.*

Quę si vera sunt etiam in illis Personis, quæ perfectè loqui valent, juxta dd. verba Sac. Rotæ, & addimus tres alias, æque punctuales, loquentes pariter de illis, 85
qui loqui valent *in Luceorien. Matrimonii 1. Julii 1726. §. Et potissimum coram Calcagnino*, ibi -- *Et potissima ratio est, quia nulla adinvenitur demandata specifica forma præstandi consensum, sed tantummodo ipsemet consensus exigitur, sive detur per signa, vel nutus, vel scripto, ut advertit Rot. &c. Cùmq; Muti signa vivæ vocis usurpent validè, & legitimè Matrimonia contrahunt impressa apud Pompejum meum Filium post. tom. 2. Miscell. sac. & profan. decis. 7. num. 80.* apud quem sunt etiam impressæ duæ aliæ & sunt *decis. 49. nu. 17. & seqq. & decis. 50. numer. 8.* Multo magis applicantur nostro casui respectu Joannis, qui omnem adhibuit diligentiam, omnemque conatum, ut loqueretur rogatus ab ejus dilectissima Sponsa, quando id adimplere nullatenus

tenus, potuit, usq; ad ejus Colli Venas dioncosim, seu tumefactionem, ut deponunt duo qualificati Testes de vi-
87 su, ibi -- *Comincio ad interrogarlo la Signora Erminia, se la rivoleva a Casa, che voleva venirci volentieri, ma si sforzasse di spiegarcelo, se poteva, con la voce, o pure li dasse segno di sì, o no, egli masticando con le Labra, a guisa di parlare, senza che potesse sentirsi il tono, della voce, volendosi sforzare, li si gonfiava il Collo nel medemo tempo inchinava il Capo più volte accennando di sì* --

Qua verò in hac parte non defuerunt alii homines pii, & zelantes, qui somniando dixerunt, & etiam ausi fuerunt id scribere, quod Joannes solitus est omnibus interrogatoriis *Affirmative* respondere, ad ostendendum, id esse verum ens rationis chimericum, iidem
88 qualificati Testes subjungunt; *In oltre seguitò a dirli* - hoc est ejus Sponsa) *domani mi volete venire a ritrovare? il Sig. Giovanni col Capo risposeli, dandoli segno del sì. Vorria un poco di cose dolci, me le volete portare? Egli col Capo accenando spiegossi di si; E replicato detta Signora Sposa, quasi arrabiosa piu, e più volte; Or via Signor Giovanni mi volete dare la Dote? il Signor Giovanni fu tosto, e sodo con la testa, non accennando mai di si, soggiuntoli, volete che mi faccia Monaca, mi volete dare la Dote? Mai volle inchinare il Capo ad accettare di si; e dettoli Io Antonio Miani, dandoli stimoli; Via Signor Giovanni dateli la Dote, accennateli col Capo di sì; il Sign. Giovanni non volle mai inchinare il Capo a dir di sì ma stava ammirato, guardandoli fisso in fac-*
89 *cia, sorridente, che la Sig. Sposa gli avesse fatta tal domanda; Ne per tanti stimoli fù possibile di mollarlo, a mai col Capo accennarli di sì*; Imo alia vice renovatis eisdem instantiis *doppo varie molestie avendoli detto, e ridetto la Sig. Sposa, mi rivolete in Casa questa sera, procurate sforzarvi, se potete con la lingua, dirmi di sì, che vi verrò a trovare, egli movendo le labra, e gonfian-*
90 *dosi le graze del Collo, senza poter dar voce, alzatosi da sedere battendo li piedi; e dettoli da Noi fate forza di rispondere a voce alla Sig. Sposa, se la rivolete, egli riaccostatosi alla faccia della Sig. Sposa, masticava con le Labra per dir di sì, e gonfiandosi il Collo, accennava con la Testa di sì* --

Prout etiam non minorem meretur considerationem illa alia facti circumstantia, quam de facto proprio deponens concludenter probat Sebastiano Riccia Cubicu-
91 laria, quod scilicet post discessum ejusdem Erminiæ à Domo -- *Io Scaldatoli il Letto l'istessa sera della partenza seguito della Signora Sposa, Io levai una voce improvisa dicendoli, Presto Sig. Giovanni ecco la vostra Sig. Sposa ritorna, tiratevi da banda, fategli luogo, esso subito si tirò dall'altra sponda del Letto a bada aspettando, che entrasse in Stanza la sua Sig. Sposa*; Non attento maximo frigore, quod tunc temporis omnes vexabat, nec aliqua habita consideratione, quod illa pars Cubi-
92 lis ubi se ponere debebat, calefacta non erat: Quæ unita cum aliis circumstantiis, ab omnibus Testibus comprobatis, plura digito demonstrat; Quod nimirum Joannes habet velle, & nolle; Quod Erminiam flagrantissime concupiscit; Quod non est privatus omnibus corporis Sensibus; Quodque demum capax est, & promptus adimplere omnes Maritorum obligationes.

Omnia hæc superlative comprobantur ex jurata Attestatione dignissimi Sacerdotis germani Fratris Joannis, quæ non potest sub oculis haberi sine magna compassione erga d. Joannem; In illa enim commendabili
93 candore, distinguendo tempora distinctissime narrat initium, & progressum vere commiserandæ facti Historiæ, seu infortunii d. Joannis, in omnibus concordantis cum juratis Attestationibus omnium aliorum Testium, addendo illam specialem circũstantiam, quod Joannes, & tempore, quo in Urbe operam, dabat Studiis, insalutato Avunculo (cuius memoria in benedictione est) in cujus Domo moram faciebat, tædio affectus à dilationibus, quæ interponebatur in ducenda Uxore
94 *la sua sempre amata Vicina e coetanea, Sig Erminia Guerrini, senza di Lui saputa a piedi si parti a quella volta, scrivendomi colà detto nostro Zio Lettera, che conservo, essersi perduto Giovanni, e mancare da Casa, che sono tre giorni, Per le Porte di Roma, ne altrove averne nuova, stare inquietissimo, che non sia affogato, o passato altro*

pericolo, desiderare di sapere sollecitamente, se fosse tornato in Piperno, che però non gli averebbe fatto piu vedere le Sedie di Casa sua. Al quale Io risposi, che non s'inquietasse più, perche era entrato in Casa di notte ad un ora, a piedi, doppo il camino di tre giorni a rivedere la da tanto tempo non riveduta sua Signora; Cui omnis in hac 95
parte adhibenda est fides egregie *Rota post* innumeros concordantes *in decis. 11. num. 8. apud 2. to. Miscell. Pompeii Ursayæ* ibi -- *Quæ quidem depositio, licet sit extrajudicialis, & Parte non citata, tamen quia est facta à Sacerdote, qui deponit verisimilia, & de facto proprio, omnino est attendenda Spada &c.*

Præcipue, quia concordat cum aliis Testibus, idem deponentibus nec non deponit de illis rebus, quæ nemini melius, quam ipsi, ejus continuo Commensali, poterant esse nota, ut ampliando observant adducti *in decis. 315.* 96
num. 6. cor. Caprara. Demum quia à nullo alio fine motus fuit ad emittendam dictam solemnem Attestationem, quam ad sublevandum germanum Fratrem à dictis eius summis angustiis; Si enim ipsamet humana Natura homines fere cogit ad sublevandos Infirmos, etiam non petentes, nec auxilium implorantes, id 97
observantibus *Thoma Acrio de Infir. parte prima cap. 28. à numer. 1. Scannerol. de Visit. Carcerat. lib. 3. §. 4. numer. 9. & Sabellio in sum. in firm. numer. 4.* quanto magis germanus Frater procurare debebat id adimplere?

Et proinde decimus octavo, taliter falsum esse assertionem illam, contentam in anonymo Memoriali *il Sig. Giovanni è privo di tutti li sentimenti, e lo riconosce ogn'uno, che a occasione di tratarlo*, ut nullam responsionem mereatur, iuxta nobilem animadversionem *Divi* 98
Athanasii, sequuti *in Institut. Crimin. lib. 4. tit. 8. n. 123.* ibi *Mimis falsa non sunt refelleda, ne habita fuisse credibilia videantur*, dum in Summ. adducitur nubes qualificatorum Testium, asserentium oppositum, & specificantium innumeras illius humanas operationes, ad evidentiam ostendentes *che non e privo di tutti li Sentimenti* Quod est etiam physice impossibile, dum nullum humanum Individuum privari potest saltem duobus Corporis Sensibus, nempe Tactu, & Gustu, quod nedum perbelle nimis, sed commendabili brevitate, & mirabili claritate, describit egregius Poeta eodem tempore phycam adducens rationem quatuor istis 99
versibus.

Sunt qui nare nihil, sunt qui nihil aure juventur.
Sunt etiam, quorum Lumina luce carent.
Gustu autem, tactuque, curet cur nemo? tuetur.
Ille individuum sensus; at hic speciem.

Dicimus tandem, nihil ad effectum nullitatis Matrimonii deduci posse eo, quod Joannes non probaverit suum Statum liberum ante contractum Matrimonii, in executionem Instructionem Congregationis Sanctissimæ Inquisitionis, impressarum *in Constit. 13. inter alias Clementis X. in Bullar. nov. tom. 6.* Responsio enim 100
in promptu est, quod scilicet illius omissio in nihilo præiudicat validitati Matrimonii, quando deinde non detegitur aliquod impedimentum, Matrimonium dirimens; Videmus hoc frequenter practicari in Urbe, in qua omissio punctualis adimplementi, nedum dictarum Instructionem, sed omnium aliarum Ecclesiæ solemnitatum, cum magna frequentia, nec sine scandalo de facto solet inter Annæ excæcatos practicari, & tamen tam Contrahentes, quam Testes poniuntur solum pe- 101
nis illis, quas præcise determinavit Congr. Concilii, quasve per ostensum refert *Monacell. tom. 2. lib. 16. formul. 2. n. 29.* inter quas non legitur Matrimonii nullitas.

In nihilo proinde peccavit dictus Joannes, nedum, quia ab eo nulla exquisita fuit probatio sui Status libere, & admittitur in d. anonymo Me- 102
moriali, ibi: *A essatta dal medesimo Vescovo la Licenza di sposare la detta Guerrini* sed etiam, quia illi probe nota erat notoria praxis Civitatis, Priverni, in qua dicta iustificatio exigitur solum ab exteris, non autem à Civibus, ut in illa notorium est, & concludenter probatur in Summ. Bona autem fide faciens actum solitum in aliqua Civitate, in nihilo dicitur de-

ficere, ſeu delinquere, ut poſt *Text. in l. Igitur verſ.*
103 *Et generaliter ff. de Liberal. cauſ.* ibi -- *Juſtis ratio-*
nibus ductus, notant *Pacion. de Locat. cap.* 12. *num.*
110. *&* *Anſald. de Commerc. Mercat. diſc.* 24. *num.*
3. *&* 4. cum quibus, me ſcribente, proceſſit Con-
gregatio particularis deputata ſuper Reviſione One-
104 rum Miſſarum die 26. Septemb. 1718. ut videre eſt
in tom. 3. mear. parte prima diſcept. 3. num. 78. *&*
131. Stringens autem ratio adducitur *à Ricciardell.*
in Lyceo Eccleſiaſt. cap. 8. *§.* 7. *ſect.* 1. *num.* 8. his verbis.
Ratio eſt, quia id, quod fieri conſuctum eſt, creditur
eſſe faciendum.

Omnia hæc præſertim inſimul unita, ut in qua-
libet materia faciendum eſſe, notat egregie *Rota*
coram Anſald. dec. 93. *n.* 34. *& in Firmana* 27. *Junii*
105 1718. *§. Præmiſſo coram Corio, & in Romana* 5. *Mar-*
tii 1731. *§ Fruſtra coram Calcagnino*, omnem difficul-
tatis umbram tollere videntur.

Et tamen etiamſi aliquod remaneret Dubium,
in hoc ſemper inclinandum eſſet nedum pro non
ſeparatione illorum Conjugum, qui Matrimonium
ſervatis omnibus Eccleſiæ ſolemnitatibus, contraxe-
runt etiam pro validitate Matrimonii, de quo eſt quæ-
106 ſtio, juxta communem Theologorum, & Canoniſta-
rum opinionem poſt *Textum in Cap. fin. de Sentent. & re*
judicat. de qua late *Barboſ. vot. dec.* 9. *à num.* 82. *& Rot.*
dec. 8. *num.* 3. *dec.* 18. *n.* 1. *apud Pompejum meum Filium in*
tom. 2. *Miſcell. Sacri, & profani*; Conſiderando præ-
ſertim utilitatem Matrimonii, quæ his verbis deſcribi-
107 tur *à Juſtiniano in novell.* 22. ſequuta *à Rota in Cameri-*
nen. ſeu Recineten. 23. *Aprilis* 1732. *§. Demum coram*
Harrach. ibi -. *Recte nobis ſtudium eſt de Nuptiis; Alia*
namque omnia ſancita ſunt à Nobis, non omnibus com-
petunt, nec rebus, nec temporibus; Studium verò nuptia-
rum totius eſt, ut ita dicatur, humanæ Sobolis, ex quo
etiam renovatur ſolo, & ampliori, quam alia ſollici-
tudine dignum eſt.

Necnon præcellentiam Sacramenti Matrimonii ra-
tione inſtitutionis, loci, temporis, ſtatus, iterationis,
communitatis, ſignificationis, ſocietatis, & bonorum,
ab ipſo profluentium, ut poſt *Div. Auguſtin. de Bon. Con-*
108 *jugal. Cap.* 18. obſervant *Dioniſ. Carthuſian in Summ. Or-*
thodox. fid lib. 4. *Cap.* 162. *Franciſc. Pacæus in Scænogra-*
ph. de Sacrament. in genere tit. de Matrimon. in princip.
ubi, quod licet Matrimonium minus habeat ſpiritua-
litatis, quam reliqua Sacramenta, magnum tamen eſt,
109 quatenus ſignificat conjunctionem Chriſti cum Eccleſia
Sylveſtr. Prierius in Summ. verb. Matrimonium primo,
ubi quod, Ut eſt in officium generandi Prolem, in-
ſtitutum fuit à Deo ante peccatum; Ut eſt in reme-
dium contra peccatum, inſtitutum fuit poſt pecca-
tum; Secundum verò, quod eſt Sacramentum, inſti-
110 tutum fuit in nova lege, ſignificans conjunctionem
Chriſti cum Eccleſia *Raymund. in Sum. tract. de Matrim.*
in præfat. fol. 523 ubi, quod Homines disjunctos ar-
ctiſſimo vinculo coniungit, Familias diſſociatas, mu-
tua affinitate, conſociat, neceſſitudines conciliat, ami-
citias comparat, atque conſervat, Domos numeroſa
ſobole fecundat, Urbes legitimis Civibus replet, effi-
citque, ne Genus humanum temporis longinquitate pe-
111 reat, quodque ſine Matrimonio nulla Civitas, nulla
Gens, nec ipſe Mundus conſiſtere poſſet; Quæ omnia
bona impediuntur, & retardantur à dicta legitimorum
Coniugum ſeparatione.

Epiſcopus permiſit Matrimonii effectuationem, ſeu
continuationem Vitæ coniugalis cum ſucceſſiva ap-
probatione Sac. Congregationis Concilii, & dum hæc
imprimuntur Coniuges cum ſuſceptione maſculæ Pro-
lis ſumma pace Vitam ducunt in dulci Patria.

DISCEPTATIO XXVII.

Bracharen. Fructuum canonicalium Reſiden-
tiæ Amaræ

PRO

Dignitatibus Eccleſiæ Bracharenſis

CUM

Uno ex Canonicis eiuſdem Eccleſiæ

ARGUMENTUM.

In illis Eccleſiis, in quibus adeſt Statutum, vel conſuctudo, ut Fructus Beneficii primo anno applicentur per Succeſſorem favore Hæreditatis defuncti Beneficiati, ſi cum uno ex dd. Beneficiis unita reperiatur Cura Animarum, ſub eodem Statuto, vel conſuetudine comprehenduntur etiam Fructus Parochiæ, quæ prius diſtincta erat à Fructibus Beneficii.

QUemadmodum Reipublicæ intereſt, quod Homines
viventes conſerventur, & mortui Sepulturæ tra- 1
dantur, *Fælin in cap. Contingit il primo num.* 2 *colu.* 2. *de*
ſentent. Excomm. & Bald. in L final colum. ult. ff. de negot.
geſt. cum aliis, citatis in Inſtit. crim. lib. 2. *tit.* 5. *n.* 5. hinc ci-
vilia Jura ſtatuerunt, impenſas huiuſmodi potioritate
adverſus ſingulos perfrui, ne Homines perirent deficien-
tibus ſaluberrimis humanæ naturæ Theſauris, vel in-
ſepulti jacerent, *leg. & ſi quis, & leg. penultima ff. de*
Religioſis, & ſumptibus Funerum, Hakerbon. de Concur-
ſu, & prælat. Credit. cap. 2 *n.* 50. *Gait. de Credit. c.* 4. *quæſt.* 2
11. *num.* 1210. *Caſtill. dec.* 103. *per tot. part.* 1. *Surd. deciſ.*
112. *num.* 3. *& deciſ.* 255. & hæ funeris impenſæ confici
debent reſpectu habito ad qualitatem Perſonarum, ſi-
cuti enim Homo præ cæteris honorandus eſt in vita, ita 3
& in eius morte, & Sepultura, aſſociando Cadaver cum
numero Clericorum, vel à Defuncto præſcripto, vel ab
Hærede ſelecto, cum etiam huius generis pompa, &
ſolemnitas, nedum in ſolatium viventium, ſed & in ſuf-
fragium animæ tendat, ad ſignificandum, animas à cor-
pore ſeparatas, adhuc vivere, & immortalitatis dono
gaudere *Can. Quia Divina* 13. *q.* 2. late *Card. Bellar. tom.* 4
1. *controv. lib.* 3. *de Funeribus cap.* 9. *Duran. de Rit. Eccleſ.*
Catholic lib. 4. *cap.* 23. *à num.* 10. *ad* 16. *Caſſan. in Cathal.*
glor. mund par. 2. *conſid.* 5. *Lavor. Lucubrat. variar. tit.* 2. *cap.*
3. *à num.* 22. *Lar. de Aniverſ lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 52. *Pigna-*
gnatell conſult. 219. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 22. *num.* 3. *poſt*
Monacell. formul. tom. 4. & ita pluries *reſolvit Sacr.*
Congregatio Concilii, & ſignanter in Leveren. rela-
ta *per eundem Monacell. in d. Formul. tom.* 2. *tit.* 13.
num. 97.

Hæc ut fierent, neque è contra canonicalis Gradus
vileſcerent, plurimæ propterea Metropolitanæ, Prima-
tiales, & Cathedrales Eccleſiæ, ſive Collegiatæ, id, vel
ex Statuto, vel ex Indulto, vel ex Conſuetudine induxe-
runt, quod nempe novus Canonicus gratis pſallere, &
inſervire Eccleſiæ deberet per quoddam præſcriptum,
deſignatum tempus, cedendo fructus Hæreditati præ-
defuncti Canonici Anteceſſoris, ad luitionem Æris 5
alieni, quatenus vigeret, atque inſuper, ut Corpus
poſſet decenti honeſtate humari, quæque huiuſmodi
Canonici ſucceſſoris reſidentia amara nuncupari con-
ſuevit, quaſi amare ſentiant novi Canonici haud exi-
gere per illud temporis ſpatium fructus, dum Eccle- 6
ſiæ cæteroqui inſerviunt, qualis conſuetudo, ſive
Statutum, ſive Indultum originem ſumpſit ab *Extra-*
van. Suſcepti de elect. & tradit *ibidem Barboſ. numer.*
20. *Anton. variar. reſol lib.* 1. *reſol.* 1. *numer.* 3. *verſ.* 3.
Ricc. in prax. par. 1. *reſol.* 499. *numer* 3. atque ſimilia
Statuta approbaſſe *Sac. Congregationem Concilii* refert 7
Garz. de Benefic. part. 11. *cap.* 4. *numer.* 138. *Leon. in*
The-

Thesaur. for. Ecclesiæ cap. 32. nu. 6. Gavant. in Manuali verbo Canonicatuum possessio in addit. num. 4. Rodriguez. in Summa quæst. regular. to. 1. cap. 33. n. 1. Barbos. ad Conc. sess. 24. cap. 14. n. 34. & de Canon. cap. 15. n. 31. Panimol. dec. 31. nu. 17., ubi testatur de tali Consuetudine in Ecclesiis Hispaniarum.

Cohærenter ad hanc fermè universalem consuetudinem, ac observantiam, cum etiam in Portugalliæ, ac Algarbiorum Regnis in pluribus Ecclesiis id ipsum vigeret, hinc propterea Capitulum,
8 Canonici Ecclesiæ Bracharensis supplicarunt Clementi XI. Pontifici Optimo Maximo, ut consimile Indultum cessionis fructuum per annum hæredibus prædefuncti Canonici impertiretur, nè amplius eveniret, quod anteà dolenter expertum fuerat, decedentibus nimirum Dignitatibus, Canonicis, ac Beneficiatis dictæ Ecclesiæ in tali ægestate, ut non solùm pia suffragia minimè præstarentur, sed etiam magna æris alieni summa relinqueretur. Specialibus itaquè Literis ad hunc effectum evulgatis,
9 prælaudatus Summus Pontifex præscripsit, *quod obeunte aliquo ex Dignitatibus Canonicis, & Beneficiatis Tertienariis nuncupatis, aliisque Beneficiatis dictæ Ecclesiæ ei per annum incipiendum à die adeptæ pacificæ possessionis per eius successorem relinquerentur fructus Dignitatis, Canonicatus, & Beneficii, Tertienarii nuncupati, seu alterius Beneficii Ecclesiastici in dicta Ecclesia ab eo dum viveret obtentæ, seu obtenti pro expensis Funeris, animæ suæ suffragiis, & æris alieni satisfactione.*

In hoc autem Capitulo nonnulli numerantur Canonicatus, habentes annexam Parochialem, cujus fructus, & redditus incorporati sunt eisdem Cano-
10 nicatibus, assignata congrua Vicariis, seu Rectoribus, qui Curam Animarum exercentibus in præfatis Parochialibus Ecclesiis: Quæstio propterea orta est, num Canonici Successores per annum à die adeptæ possessionis debeant se se abstinere à perceptione omnium fructuum, etiam pro illa rata, & portione, quæ proveniret à Parochiali Ecclesia uni-
11 ta: Circa quod de meo sensu pro veritate requisitus. censeo, omnes, & singulos fructus, qui à Canonicis percipi solent, sive ratione Parochiæ, Canonicatui incorporatæ, sub præfato Indulto compræhendi.

Certum enim, & indubitatum est, quod Canonicatus sit Beneficium, magis dignum Parochiali, atque propterea Beneficium inferius fuerit alteri principaliori unitum, unumque proinde Beneficium trans-
12 latum extiterit in alterum, & minus dignum subiectum digniori evaserit, itaut amplius reliquiæ Beneficii Parochialis non vigeant, sed dictum Beneficium subalternis diiudicari debeat, veluti prædium alterius, cui fuit facta unio, *Fælin. in cap. Nostra de Rescript.*
13 *nu. 33. Oldrad. cons. 257. nu. 15 Sylva de Benefic. 3. part. quæst. 22. qualit. 13. nu. 20. Sarnen. in Regular. de Triennal. quæst. 8. & de Infirm. quæst. 15. Rebuff. in Prax. in forma novæ provisionis verbo Cum annexis Mandos. in regul. 19. quæst. 10. nu. 2., & 3. & regul. 22. quæst. 13. a nu. 18. Cassador. decis. 2. nu. 2. de Union. Negusan. respons. 481. nu. 12. & Rota coram Caputaquen. decis. 349. part. 2.*

Confusa imò, & effecta fuit una Massa, seu unicum Corpus, ob translationem iure operante factam
14 de uno in alterum, *Paris. de Resignat. benefic. lib. 12. quæst. 2. num. 50. Zerol. in prax 1. part. verb. Beneficium §. 4. dicto 4. dub. 2. Ossasc. decis. pedemontan. 116. num. 3. Garz. de Benefic. part. 12. cap. 2. num. 14.* ibi -- *Per huiusmodi unionem unum omninò transfertur in aliud Beneficium, & cum titulo illius, cui facta est unio, confunditur: & efficitur una massa, seu unum Corpus.*

Quamvis propterea in Indulto de hujusmodi Parochialibus unitis nulla fuisset in cortice facta specialis, & literalis mentio, (super quo sermonem infra faciemus demonstrando quoque literalem comprehensionem) adhuc tamen non relevaret, nam, data hac unione incorporativa, Ecclesia Parochialis, quæ est inferior Canonicatu, amisit nomen suum, & accepit alterum, cui incorporata fuit, illud videlicet Canoni-
15 catus, cuius sola expressio satis, superque exuberat, ut optimè inquit *Petrus Gregor. de Benef. cap. 30. nu. 2.* quia attenditur tantum qualitas, atque natura Beneficii principalis, non autem annexi *Gloss. in Clemen.* 16
tin. per Literas verb. Ecclesias de Præben. & ibi *Cardin. quæst. 17. Ioan. Corej. de Benefic. par. 1. cap. 3. n. 1.* annexum assumit naturam, consuetudines, & privilegia principalis Beneficii, cui est annexum *Gloss. in cap. Eo temporis 16. quæst. 1. verbo Unire, & in* 17
cap. 1. verbo Uniendo, ne Sede vacante. Petrus Ubald. in tract. de Unione capit. 2. numer. 10. & 19. & in terminis Ecclesiæ Parochialis unitæ alteri prebendæ magistraliter tradit *Garz. de Benefic. part. 11. cap. 5. num. 192.* ibi -- *Per annexionem, & unionem Eccle-* 18
siæ Parochialis factam Præbendæ, cum fiat accessoriè, supprimitur, & extinguitur titulus Parochialis, & perdit nomen Beneficii, itaut amplius beneficium dici non possit, sed prædium Præbendæ &c. & si tunc non intitulatur quis in Parochiali annexa, sed in Præbenda, seu Beneficio principali. taciti namque, & expressi eadem est virtus, cum vim expressi habeat id, quod venit in necessariam consequentiam expressorum, vel 19
ex vi nominis, seu verbi, seu ipsius actus essentia, ex notatis per *Alciat. in leg. Nominis ff. de Verbor. signific. Rip. in l. 2. n. 62. ff. de Regular. Fælin. in c. Translato extravag. de Constit. Barz. decis. 12. nu. 5.*

Obiici autem non poterit, quod per existentiam Vicarii exercentis curam Animarum in Ecclesia Parochiali, illa propterea adhuc vigeat, nec ideo titulus possit dici extinctus, Ultra quod enim proposi- 20
ta quæstio respicit nudam, & simplicem fructuum incorporationem ad effectum diiudicandi, num lex illa, quæ lata est super fructibus Dignitatum, Canonicatuum, & aliorum quorumcumque Beneficiorum, comprehendat quoque fructus dictæ Parochialis unitæ, adeo ut in hoc themate dubium non supersit, quin sub fructibus Canonicalis præbendæ cadant fructus Parochialis, eidem Præbendæ incorporatæ, ut declaravit *Sac. Congregatio Concilii*, interpretando, id quod *Oecumenica Tridentina Synodus definierat in cap. 3. sess. 21. de Reformat.* sub iis verbis" Nec pro distributionibus Canonicorum Cathedralis, vel Collegiatæ Ec- 21
clesiæ auferendum est quicquam de Beneficiis, quæ sunt extra Ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam, nisi Ecclesiæ, vel beneficia extra dictam Cathedralem, vel Collegiatam existentia, essent perpetuo Canonicatuum unita Præbendis prædictarum Ecclesiarum" ut refert *Garz. de Benefic. tract. 2. part. capitulo 2. num. 474.*

Illud unum est certum, quod per unionem incorporativam alicui Capitulo, vel Præbendæ factam, cessat titulus Parochialis, imo ipsa Vicariorum deputatio importat extinctionem tituli in Parochiali Ecclesia, ut supra Capitulo unita, ex animadversis per 22
Garz. de Benefic. part. 9. cap. 2. n. 289. Barbos. de offic. & potest Episcopi part. 3. allegat. 60. n. 51. Sanchez. ad Præcept. Decalog. lib. 9. cap. 29. n. 191. & Anaclet. in Jus Canonic. lib. 3. tit. 5. §. 5. n. 142. & seqq.

Satis autem est, quod versemur in annexo, & accessorio, ad effectum, ut dispositio quoad Canonicatus comprehendat quoque accessorium, ut originariè 23
dixit *Gloss. in clement. Per literas verbo Ecclesias de Preben. & dignit.* ibi „ Si verò convertas; quòd Ecclesia sit principale, habens annexum Hospitale, tunc non puto, hoc locum habere, sed tunc iure accessorii veniet, quod principaliter non veniret „ *Rota decis. 50. per totam de Concession. præben in antiquis*, nam præsupposito illo indubitato principio supra comprobato, quod 24
Parochialis sit accessoria Canonicatui, tunc necessarium nullo modo erat exprimere accessorium, tanquam contentum, veniens sub appellatione principalis ejus continentis, *cap. Per exemptionem de Privil. in* 25
6. cap. Si super gratia de Officio Judicis delegat. in 6. Bertrand. cons. 2. nu. 44. lib. 3. Rebuff. prax. benefic. tit. de Form. novæ provis. sub num. 14., & in tertia parte verb. annexorum num. 1. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 10. sub num 10. Mohedan. decis. 5. in fine Privileg. Rota coram Herrera decis. 169. numero 6. ibi „ Hoc demonstrabat, nedum verificationem annexionis &c. verùm etiam convincebat eandem expressionem, fuisse omninò su-

nò superfluam, cum contentum, sive accessorium necessario veniat appellatione continentis, sive Principalis.

Quæ omnia transeunt in evidentiam ex illa stringenti animadversione quod nemini ex hoc Indulto illatum est præiudicium; Sanè non præiudicatur Vicario, cui assueta subministrantur provisio, quæ læsa
26 non remanet ab hac dispositione Pontificia, neque præiudicatur cæteris Canonicis, neque demum Antecessori, vel Successori in Canonicatu, cum similia Indulta illud solum oponerent, quod Canonicus dilatam habeat exactionem fructuum per annum post eius obitum complendam ab hærede, atque erogandam in sui ipsius, & propriæ animæ favorem, & sic quilibet Canonicus habet integrum fructum comprehensivum quoque portionis Parochialis, transmittendo ad hæredem
27 fructus anni, ut notant *Antonell. de Regim. Eccles. lib. 3. cap. 16. num. 1., Nicol. in Floscul. verbo Distributio n. 1. §. Congregatio Concilii* & firmavit *Rota dec. 12. de Præbend. coram Achill. de Grassis*.

Indubitantiùs quia nulla est allegabilis in contrarium ratio, propter quam eximi ab efficacia Indulti debuissent fructus Parochialium unitarum, imo ipsamet ratio consulendi Canonico prædecessori, tam in vita, quàm in morte, ob ejus majorem decorem, est illa, quæ efficaciam suam protendit supra omnes fructus, ab Antecessore percipi assuetos: Quelibet autem dis-
28 positio explicatur ad limites rationis, tametsi ampliari illa deberet *c. Cum dilecta de Confirmat. utili, vel inutili, c. final. de Reg. Jur. in 6.* cùm ratio magis spectetur,
29 quàm verba, ad quæ se habet tanquam anima ad corpus, ex *Baldo in leg. Si quis servo nu. 10. Cod. de Furt., Lotter. de Re benefi. lib. 1. quæst. 13. nu. 24. & 25.* & eadem ratio tanquam habeat potentiam ut decidat singulos casus, non per extensionem, sed per comprehensionem, ad instar generis complectentis sub se
30 omnes species, unde optime ait *Tiraquellus in leg. Si unquam verb. Liberis num. 37. Cod. de Revocan. donat.* quod quando ratio, posita in lege comprehendit plures casus, licet de uno fieret mentio videretur facta talis mentio exemplariter, non autem restrictive &
31 concordant *Oldrad. cons. 185. Paris. de Resignat. benefic. lib. 11. quæst. 1. num. 57. & 58.*

Verum enim verò amplitudo Indulti quamcumque submovet difficultatem, & sola litera admisit principium ipsum dubitandi, laudatus namque Pontifex præ-
32 cepit, quod obeunte ex Dignitatibus, Canonicis, & Beneficiatis, Tertienariis nuncupatis, aliisque Beneficiatis dictæ Ecclesiæ, per eius Successorem relinquantur fructus Dignitatis, Canonicatus, Beneficii, Tertienariæ nuncupati, seu alterius Beneficii Ecclesiastici, in dicta Ecclesia ab eo, dum viveret, obtenti, quamobrem in tota sua latitudine Papa comprehendit omnia, & singula Beneficia, in dicta Ecclesia
33 existentia, sub iis repetendis verbis.. *Aliisque Beneficiatis dictæ Ecclesiæ* .. & infra .. *sive alterius Beneficii Ecclesiastici, in dicta Ecclesia* .. quæ dictio .. *Aliisque* adnotata post species explicatas, continèt maiora expressis, & quidquid in universum poterat individuari *Aze-*
34 *ved. lib. 1. n. 2. tit. 20. lib. 4. novæ recopilationis Covarru. pract. quæst. cap. 25. sub nu. 3. Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 3. num 45. Gratian. disc. forens. cap.*
35 *163. nu. 21.* & dicitur dictio indefinita *Monach. decis. Lucens. 58. nu. 19. Escobar. de Ratiocin. cap. 18. nu. 2.* Eoque magis adstipulantibus illis aliis verbis *sive*
36 *alterius Beneficii Ecclesiastici in dicta Ecclesia* quæ dictio .. *Alterius* .. ad hoc ut satisfaciat voluntati Papæ disponentis, importat comprehensionem omnium aliorum Beneficiorum, quocumque modo in dicta Ecclesia existentium, ita & taliter, quod tametsi per factam hypothesim, Parochialis non esset uni.
37 ta accessorie, & incorporative Canonicatui, adhuc tamen sub præfato Indulto comprehenderetur iuxta animadversa per *Bertazzol. de Clauf. clauf. 29. gloss. 31. nu. 3. Gonzal. ad Regul. 8. Concell. gloss. 58. n. 36. Card. Tusch. pract. conclus. tomo secundo lit. D. conclus. 252. numero 3.*

Et in substantia voluit Papa, quod Successor cederet per annum hereditati Antecessoris illud totum, quod
38 ipsemet Antecessor, dum viveret, obtinebat, ex illis verbis .. *Ab eo dum viveret obtenti* .. atque idcirco Legislator absque ulla penitus restrictiva, sive limitatione deposuit, & decrevit præcise, quod crederetur per Successores illo primo anno, totum, id quod Antecessor obtinebat, Ecce argumentum evidentissimum indubiæ voluntatis Pontificis concedentis, quod voluit comprehensum remanere sub indulto totum id, quod Antecessor exigebat, & propterea fructus Parochialis jam unitos, commixtos, & effectos de una Massa cum Præbenda Canonicali, ut latè pluribus 39
cumulatis, tradit *Barbos. Axiom. 123. nu. 1.* & firmavit *Rot. coram Bich. decis. 370. nu. 2. in fine*; Hec enim totalitas respicit integrum corpus Beneficiorum Ecclesiæ Bracharensis, quæ Papa consideravit per modum unius, & tanquam unum integrum constans ex suis omnibus partibus *Rebuff. ad l. Nominis, & rei ad fin. ff. de verbor. Signific. Everard. in centur. legal. loco 80. versic. istud, Surd. decisio 78. numero decimo octavo.* Incertus est exitus. 40

DISCEPTATIO XXIX.

Romana Manutentionis circa Ecclesiasticas Functiones,

PRO

R. Curato S. Nicolai in Carcere Juliano

CUM

Collegio, seu Confraternitate Artis Sutoriæ

ARGUMENTUM.

Sacrista Ecclesiæ Confraternitatis, seu Collegii alicujus Artis non solum in eadem Ecclesia, posita intra limites Ecclesiæ parochialis, explere non potest, Parocho invito, Functiones illas, quæ sunt de Juribus merè parochialibus, sed nec etiam alias, quæ annexæ, & connexæ sunt ejusdem parochialibus Functionibus.

Controversia, quæ vertitur inter Antonium Caselam, Parochum Collegiatæ Ecclesiæ S. Nicolai in Carcere Tulliano, & Confraternitatem Sanctorum, erectam in Ecclesia S. Homi boni de Urbe, 1
quæ antiquitus denominabatur S. Salvatoris in Porticu, sita intra fines eiusdem Parochialis Ecclesiæ, concernit Manutentionem in possessione explendi, quodlibet anno quatuor solemnes Ecclesiasticas Functiones, seu Missas cantatas, in Festivitatibus nimirum Sanctissimi Corporis Christi, Inventionis 2
Sanctissimæ Crucis Sancti Antonii Patavini, & Sancti Homiboni, an scilicet respectu illarum manutenendus sit dictus Parochus vel potius Sacrista eiusdem Ecclesiæ S. Homiboni, dum uterque ex iisdem asserit, se esse in possessione illas celebrandi.

Circa quam de meo sensu pro veritate requisitus, antequam illum aperiam circa punctum dictæ Manutentionis, cuius respectu Causa præcisè restricta est, & pendet coram Judice, mediante solemni suspensione Petitorii, ex parte dicti Curati in Actis emis- 3
sa, operæ pretium duco pro materiæ ornatu aliqua circa illius merita observare, & propterea.

Præmitto primò, inter illas novem classes Confraternitatum, seu Collegiorum, inter quas *Piazz. in* 4
Tract. de Locis piis Urbis dividit pias hominum Adunantias, duæ ad nostrum effectum sunt speciali animadversione dignæ; Prima est illa, quæ componitur ex pluribus Personis diversorum Ordinum, & Professionis, quæ primario, & principaliter, ex motivo pietatis, & divi- 5
ni cultus efformatur, & quibus in illorum erectione, vel postea ex Gratia Superiorum Ecclesiasticorum, vel gratis, vel mediante aliqua recognitione erga Ecclesiam Parochialem concedi solet facultas pro Divinis Officiis exer-

6 exercendis independenter à Parocho, ut notant *Capon. controv.* 276. *n.* 8. *& Baſs. de Sodalit. quæſt.* 8. *n.* 1. *in fin.* & patet ex deciſionibus, impreſſi apud *Antonell. de Jurib. Cleric. dec.* 12. *&* 17. Secunda eſt illorum Artificum, ſeu Profeſſorum alicujus Artis quæ principaliter ordinatur pro tractandis propriæ Artis negociis, acceſſoriè verò etiam ob ſpiritualia opera,
7 ut obſervat *Ricciall. variar. lucubrat l.* 4. *c.* 1. *de Confraternit. n.* 10. *in fin.* ibi .. *Dicitur* Religionis cauſa congregatum, *ut differat ab aliis Collegiis, quæ Artium gratia congregantur, de quibus &c.* & iſtæ, licèt ſubditæ ſint Superioribus Eccleſiaſticis, non dicuntur tamen propriè Eccleſiaſtica Loca, ut loquendo de nobili Collegio Pharmacopolarum Urbis probat *Card.*
8 *de Luc. diſc.* 8. *n.* 1. *&* 5. *de Alienat.* ſcribens cum ſenſu veritatis, quam Judex in ſuo caſu agnovit, & canonizavit Signatura Juſtitiæ, cujus verba ſunt hæc.- „ Scribens pro Actoribus, etiam in ſenſu veritatis, „ agnitæ quoque per Judicem &c. dicebam, quod „ non ageretur de Confraternitate plurium Perſona-
9 „ rum diverſorum. Ordinum, vel Generum, quæ „ primariò ex motivo pietatis, ac divini cultus illam „ Univerſitatem efformarent pro divinis Operibus e- „ xercendis, ut ſunt Confraternitates, vel Hoſpita- „ lia &c. ſed ageretur de Collegio Profeſſorum unius „ Artis, vel Exercitii; Undè propterea Univerſitas „ principaliter ordinata videtur pro tractandis ipſius „ Artis, vel Miniſterii negociis, ac modo ſe regendi „ &c. Et quamvis hujuſmodi Univerſitates Artium, „ vel Profeſſionum, habere ſoleant Eccleſiam, vel
10 „ Cappellam; Attamen ex communi uſu Urbis, a- „ liarumque magnarum Civitatem ad inſtar id prin- „ cipaliter ſequitur pro deſtinatione Loci publici, in „ quo Profeſſores congregari valeant, atque regimen, „ & negocia Artis, vel Profeſſionis tractent; Acceſ- „ ſoriè verò, & conſequutivè ob pia, & ſpiritualia „ Opera etiam exercenda, adeout (præſertim in Ur- „ be) nulla detur Ars, nullumque exercitium quod „ ſuam non conſtituat Univerſitatem cum aliqua Ec-
11 „ cleſia, vel Cappella; Ideoque &c. planum eſſe di- „ cebam, hanc eſſe Univerſitatem piam quidem &c. „ non autem Eccleſiaſticam ", quem ſequitur *Baſs. de Sodalit. qu.* 8. *n.* 3.

Præmitto ſecundò, ſolemnes Eccleſiaſticas functiones à Tractantibus de Sacris Ritibus, dividi in tres claſses, quarum prima reſpicit illas functiones, quæ dicuntur, & ſunt de Juribus merè Parochialibus, *quæ*
12 *à proprio Parocho fiunt, & in quibus Cappellarum ſeu quorumvis Beneficiorum ſimplicium Rectores, Sacriſtæ, & Cappellani, ſe intromittere non poſsunt, ſed tale Officium ad ipſum tantùm Parochum ſpectat*, ſunt verba -- *Barboſ. de Paroch. Cap.* 12. *à n.* 1. *uſque ad n.* 16. ubi illas ſigillatim explicat, &, aſserit, eſse prorsùs di-
13 ſtinctas, & omninò ſeparatas à Juribus merè Parochialibus, quæ in ſeptem caſibus ad Parochos ſpectant quos ibidem ſigillatim pariter enumerat.

Secunda ſpecies reſpicit illas Eccleſiaſticas Functiones, quæ non ſunt de Juribus merè Parochialibus; Sunt tamen illis adeò annexæ, & connexæ, nec non ab illis taliter dependentes, ut pariter non niſi à Pa-
14 rochis fieri poſſint, neque illas valeant explere Cappellani, ſeù Sacriſtæ Eccleſiarum, & Oratoriorum Confraternitatum Sæcularium, inter quas annumeratur ſolemnis celebratio Miſsæ, vel in Expoſitione orationis 40. Horarum dictarum Confraternitatum, & iſtæ pariter à ſolo Parocho, privativè quoad alios fie-
15 ri debent, ut probant *Barboſ. in Summ. Apoſtolic. deciſ. collect.* 227. *n.* 13. *& collect.* 541. *n.* 8. *Baſſ. de Sodalit. quæſt.* 12. *n.* 11. ibi .. *Iſtæ enim ſunt Functiones Parochiales &c. Cæterum regulariter Cappellanis Confraternitatis, ut alibi firmatum, non permittitur cantare Miſſas in Oratoriis Confraternitatis, ſine licentia Parochi, intra cujus Parochiæ fines exiſtit erecta Confraternitas*, ad quod comprobandum *n.* 10. innumeros
16 allegaverat Authores, *& quæſt.* 15. *num.* 7. *Bordon. Oper. moral tom.* 7. *conſil.* 16. *per totum*, *Ceccoper. var. reſolut. tom.* 2. *liber.* 3. *capitol.* 5. *numer.* 39. ibi .. *Regulariter Miſsas hujuſmodi cum Diacono, & Subdiacono in dictis Oratoriis, tam votivis, quàm de feſto titulari, canere privativè quoad alios convocatos, ſpectat ad Parochum, quo recuſante, ad Cappellanum ipſiuſmet Oratorii*, *Clericat. de Sacrif. Miſſæ deciſ.* 27. *num.* 80. *& dec.* 42. *numer.* 76. *Donat. Rer. Regul. tom.* 5. *titol. de Confraternit. Laicor. quæſt.* 19. *n.* 9. ibi .. *Parochus,* 17
intra cujus fines Parochiæ eſt Eccleſia, ſeu Cappella Confraternitatis, debet adeſſe Functionibus, quæ fiunt in dicta Eccleſia, debetque canere Miſsas, ibi canendas, & alias ejus generis &c. Gavant. in Manual. Verbo Confraternitas in addit. n. 3. ibi .. *Non poſsunt Confraternitates in ſuis Eccleſiis per ſuum Cappellanum facere ſolemniter celebrare, ac ſimilia, quæ ad ſolum Parochum ſpectant*, ibiquè refert, & ſequitur duas reſolutiones Sac. Rituum Cong. *Genuenſ. in Prax. Cur. Nea-* 18
pol. c. 72. *ſub n.* 12. *Marchin. de Sacram. Ordin. par.* 4. *pag.* 8. *num.* 6. *Matthæuc. in Offic. Cur. Eccleſ. c.* 19. *n.* 17. ibi .. *Diſtinguenda ſunt Iura, merè Parochialia, & Functiones Parochiales &c. Hæ ita nominantur, quia ad Parochum pertinent, propter connexionem, & dependentiam, quam habent à Juribus mere Parochialibus, ut advertit &c. Monacell. in Formul. tom.* 2. *tit.* 13. *form.* 1. *n.* 54. ibi .. *Præter Jura mere Parochialia, quæ, ut plurimum. reſpiciunt utilitatem, & emolumenta Parochi, & de quibus loquuntur Canoniſtæ &c. adſunt quoque* 19
Functiones Parochiales, ita dictæ, quia ad Parochum pertinent, vel propter affinitatem, connexionem, & dependentiam, quam habent à Juribus mere Parochialibus, vel ratione Officii Paſtoralis, quo vices gerit Epiſcopi in Regimine curæ Animarum, quales ſunt Expoſitio publica Euchariſtiæ &c. Nicol. lucubr. Can tom. 3. *tit. de Confraternit. quæſt.* 19. *n.* 9. *& in Floſcul. verb. Confraternitas n.* 19. *& verbo Parochus n.* 8. *Paſqualig. de Sacrif. novæ leg. quæſt.* 353. *n.* 4. *Pellizz. in Manual. Regul. tom.* 2. *tract.* 4. *c.* 5. *ſect.* 6. *n.* 288. *Pignatell. conſult.* 20
79. *num.* 2. *tom.* 9. ibi *Quamvis videatur Functio Parochialis, non tamen eſt jus Parochiale, & n.* 7. ibi.. *Hinc eſt, quod in Eccleſiis, ſeu Oratoriis, ſitis intra limites Parochianorum, non poſsunt fieri aliquæ Functiones ſolemnes per Cappellanos earundem Eccleſiarum, abſque expreſsa licentia Ordinarii, & ipſius Parochi, ad quos* 21
eædem Functiones pertinent, *Titton. ad Conſtitut. Apoſtolicas ſpectant ad Sacros Ritus n.* 148. *fol. mihi* 48. *Quarant. in Summ. Verb. Miſsa in fine*, *Ricetus in Prax. for. Eccleſiaſt. par.* 4. *reſol.* 304. *& pluribus ſequentib. Epiſcopus Ricciull. variar. lucubrat. l.* 4. *c.* 6. *de Confrat. nu.* 10. ibi .. *Quinimò Parochus, intra cujus fines ſita eſt Eccle-* 22
ſia Confraternitatis, debet adeſse Functionibus; quæ fiunt in dicta Eccleſia, debetque cantare Miſsas, & Samuel. de Sepult. tom. 1. *diſp.* 3. *controv.* 7. *n.* 19. ibi .. *Parochum intereſt Functiones peragere, quæ Populi, & Animarum curam concernunt, etiam in Eccleſiis, quæ ſub Laicorum Magiſtrorum gubernio ſunt, minimè vero ad Cappellanos, deputatos ab ipſis Magiſtratibus*, ubi refert, & ſequitur duas magiſtrales reſolutiones Sac. 23
Cong. Rituum *in Neapolitana Jurium Parochialium* 18. *Maii* 1602. *& Cæſarauguſtana* 14. *Januarii* 1614. per extenſum impreſſas *à Pignatell. conſult.* 68. *tom.* 6.

Quæ communiter recepta diſtinctio, unicè limitatur à DD. citatis, & ſequutis *à Pignatell. d. con-* 24
ſult. 68. *ſub n.* 1. *tom.* 6. his verbis .. *Dummodò Parochus faciat Officium gratis, alioquin liberum ſit Confratribus uti ſuis Cappellanis*; Quod ſemper in præteritum practicarunt Parochi anteceſſores, ſemperque in futurum paratus eſt ad praxim reducere præſens Curatus, de quo ſolemnitèr proteſtatus fuit, & ſolemniùs reproteſtatur hodie, ad hoc ut ipſius reſpectu omnes videant, manibuſque palpent, quod præſens Lis non agitur propter *denſum Lutum*, juxta 25
phraſim *Habacuc.* 2. 6. ſeu propter *fragmen panis*, juxtà Dictum *Ezechiel.* 13. 19. ſed ut idem Curatus ſuis ſumptibus defendat Jura ſuæ Parochiæ, in executionem illius obligationis, quam in eo præcisè recognoſcunt, & canonizant Sancti Patres, ſequuti 26
à Rot. apud Antonell. de Jur. Cleric. dec. 19. *num.* 1. Reſpectu verò Confratrum, ad hoc, ut omnibus notus ſit irregularis ille finis, & magnus litigandi pruritus, quem perbellè deſcripſit *Card. de Luc. de Judic.* 27
diſc. 32. *n.* 46. quemve Ego indicavi *in Inſtitut. Crim. lib.*

lib. 4. tit. 6. num 63. dum reluctantibus multis eorum Confratribus, potius volunt congruam eleemosiynam dare exteris Sacerdotibus, quater in anno solemniter celebran. in eorum Ecclesia, in diminutionem, & usurpationem Jurisdictionis Parochialis, quàm ab eo gratuitum recipere servitium; Quod licèt videatur incredibile, experientia in nostro casu comprobat, illud esse innegabile.

Tertia demum species est illarum Functionum seu Missarum, quæ cantantur in dd. Oratoriis, & Ecclesiis Confraternitatum Sæcularium, vel in exe-
28 quutionem proprii Instituti determinata die alicujus Mensis, vel pro adimplemento Anniversariorum, à piis Fidelibus dd. Confraternitatibus relictorum; Et circa istas omnem habent facultatem, & arbitrium illas cantandi Sacerdotes, seu Cappellani, inservientes dd. Confraternitatibus; Unica in hac parte vigente limitatione, ut si in illis cantandis, Parochus sit in possessione celebrandi, in illa manute-
29 nendus sit, juxta resolutionem *Congr. Visit. Apost. in Romana 24. Maii 1712. Ponente Cardinali Abdua*, in qua Ego scripsi, & succubui, ut videre est in *t. 1. part. 1. discep. 16.* eandemque Resolutionem, Me citato, sequitur *Piton. in Const. Pontif. ad Sacros Ritus spectantibus n. 1324. fol. 444.*; Quæ resolutio
30 mihi, tunc temporis Priori ejusdem Archiconfraternitatis, visa fuit nimis dura, & æqualiter amara, quia Officiales ejusdem Archiconfraternitatis Sanctissimi Sacramenti, & quinque Plagarum, facultatibus non abundans, quæ erat in Lite, quævè suos habet supra triginta Cappellanos, cupiebat dd. Missas, & Anniversaria celebrari facere, sine ulla impensa
31 dictæ Archiconfraternitatis, à dd. propriis Cappellanis, & tamen cogitur illas facere celebrare, & quidem in magno numero supra tricenarium, quolibet anno, subministrata Eleemosyna juliorum septem cum dimidio pro qualibet Missa cantata ut fuit resolutum circa dubium 12. In qua parte opus fuit
32 captivare intellectum in exequutionem *Textus literalis in leg. Prospexit. ff. Qui, & à quibus*, ibi.. *Per quam durum est, sed Lex ita scripta est*, seu ita resolutum fuit à dicta Congr. Visit. Apostolicæ.

Eandemque communiter receptam distinctionem, nedum approbavit Sacra Rituum Congregatio in antiquo punctualissimo *Decreto in Neapolitana 18.
33 Maii 1602.* per extensum impresso à *Pignatell. consult. 79. n. 8. tom. 9.*; Sed etiam in Urbis, & Orbis 10. *Decembris 1703.*, ut videre est in illius Dubiis, & signanter à *Dubio 6. usque ad 12.* in quibus quæsitum fuit: An Functiones, ibidem expressæ, essent de Juribus merè Parochialibus, quæ fuerunt quidem resoluta cum Rescripto negativo, sed cum
34 illo essentiali addito; *Illas tamen spectare ad Parochos.*

Igitur etiam in sensu Sacræ Congregationis Rituum, tam in *dicta Neapolitana*, quæ in hac materia magistralis est, quàm *in dicta Urbis, & Orbis*, per
35 viam legis emanata, potest benè simul stare, quod aliquæ Ecclesiasticæ functiones non sint de Juribus merè Parochialibus, & tamen fieri non possint à Cappellanis, seu Sacristis Ecclesiarum, & Oratorium Confraternitatum Sæcularium, sed illæ privativè spectent ad Parochos, propter illam affinitatem, connexionem, & dependentiam, quam habent, tam à Juribus merè Parochialibus, quàm à Pastorali Officio Parochi, vices gerentis Episcopi in regimine Curæ Animarum, dum Pastores verbo, exemplis, sacris
36 Functionibus, & Sacramentis, pascere debent suum Gregem, ut notant *Pignatell. consult. 84. numer. 1. juxta Romanam impressionem, & Mattheucc. in Offic. Car. Eccl. c. 19. n. 17.* Et propterea non valet argumentum: Talis functio non est de Juribus merè Parochialibus: Ergo Sacristæ, & Cappellani Ecclesiarum, seu Oratoriorum Confraternitatum Sæcularium habent fundatam in Jure intentionem illas faciendi egregiè *Monacell. in Formul. tom. 2. tit. 13. formul. 1. n. 56.* ibi.. *Licet functiones non sint de Juribus merè Parochialibus, adhuc inde non valet inferri quod possint solemniter explicari in Oratoriis, seu Ecclesiis Confraternitatum, sed ad Parochum spectare dicendum est, prout de aliis similibus in 6. 7. 10. & 12. Dubiis declaratum fuit.*

Præmitto tertiò, quod dantur etiam aliquæ Functiones de Iuribus merè Parochialibus, quæ licèt privativè spectent ad Parochos, ab istis expleri non possunt in Oratoriis, & Confraternitatum Sæcularium, invitis, seu contra dicentibus illarum Officia- 38
libus, & Sacristis, ut gr. ex. est Puerorum Instructio in doctrina Christiana, quæ licèt sit de Iuribus merè Parochialibus, quod nemo negat, expleri tamen non potest in Oratoriis, & Ecclesiis Confraternitatum Sæcularium, sitis intra fines Ecclesiarum Parochialium, invitis illarum Rectoribus, & Officialibus, ut respondit *Rituum Congr. in dicta Urbis*, 39
& Orbis ad Dub. 16. & firmavit *Rota in Forolivien. Iurium Parochialium 7. Decembris 1716. §. Neque ampliùs coram Lancetta*, impressa apud. *Piton. de Controv. Patron. alleg. 75. n. 71.* & inter ejus novissime impressas *la 988. à n. 7.* ubi refert, & sequitur resolutionem *Congr. Concilii in Comen. Jurium Parochialium 9. Juni 1714.* ibi.. *An liceat Parocho* 40
exercere functiones Parochiales in Ecclesiæ, seu Oratorio de Jurepatronatus DD. de Trincanis, ad sui libitum, ipsis invitis; Negative.

Quibus præmissis, poni possunt ad patres omnes illæ authoritates, quæ ex parte Ecclesiarum Confraternitatum Sæcularium adduci solent; Omnes enim, in fonte recognitæ, ut infra sigillatim demonstrabimus, loquuntur de Iuribus, & functionibus, vel non merè Parochialibus, vel nullam habenti- 41
bus cum illis affinitatem, dependentiam, & connexionem, Vel de illis, quas explere pretendebant Parochi in Ecclesiis sitis intra fines illarum Parochiarum, invitis, seù se opponentibus illarum Sacristis, seu Cappellanis, nullam omninò facientes distinctionem inter dictas penitus diversas Ecclesiasticas functiones, merè Parochiales, merè Sacerdotales, & medias inter utrasque, maxima tamen, & 41
inseparabili affinitate, ac dependentia conjunctas cum Officio Parochi vel demum de illis Ecclesiis Parochialibus, cujus Parochi, vel Episcopi, id permiserant in illarum fundatione, vel postea, aliqua assignata recognitione eisdem Parochialibus Ecclesiis; juxta animadversa per *Bass. de Sodelit. quæst. 8. nu-* 43
mer. 3.

Præsens autem controversia respicit tantummodo quatuor Ecclesiasticas Functiones, in principio expressas, quæ licet non sint, vel de Iuribus merè Pa- 44
rochialibus, vel functiones simpliciter Parochiales, talem tamen, & tantam cum illis habent connexionem, & annexionem, ex supra animadversis, ut etiamsi essemus in dubio, quod non credimus, adhuc in isto semper inclinandum esset contra Sæculares Confratres, & Rectores ab istis deputatos, ut in terminis terminantibus, sequendo punctuales Au- 45
thoritates *Donat. in Prax. Regular. tom. 3. tract. 8. de Confratern. quæst. 19. n. 4. & 5. Quarant. in Summ. Bullar. verb. Missa Versic. in Ecclesiis Barbos. de Potestat. Episcop. c. 12. n. 1. & sequen. Pignatell. consult. 68. n. 1. in fin. tom. 6. & consult. 79. n. 7. & sequen. tom. 9.* Nec non punctualiorem, & ponderosiorem authoritatem *Rituum Congr. in Verulana 22. Martii* 42
1641. per hæc aurea verba firmavit egregie *Rot. in Perusina Præeminentiarum 2. Decembris 1711. §. Atque ita coram Ansaldo*, impressa apud *Scartanson. ad Ceccoperdec. 35. nu. 36. DD. prorsus existimarunt, bonum Ius pro Parocho militare, quando etiam in dubio, sicuti Confratres de perse existunt incapaces, se ip-* 47
sos immiscendi in his spiritualibus, & Ecclesiasticis Functionibus, ita nequit de facili illis permitti, ut hujusmodi ministeria possint aliis demandare; quibus addo *Monacell. in Formul. 2. tit. 13. formul. 1. num. 55.* ibi. *Quod per seipsos exercere prohibentur, nec aliis valent demandare*, ubi citat, & sequitur *duo Concilia Provincialia Sancti Caroli Borromei*, à Paulo V. approbata, & addo etiam *Bass. de Sodalit. in prin-* 48
cip. verbo Ratio scribendi, ubi ad rem advertit, & loquitur ex propria experientia, quod aliquæ *Sodalita-*

ditates, sive Congregationes, Parochialibus Ecclesiis nimis infensæ sunt, propter Functiones Ecclesiasticas quas ipsi Confratres ab eorum Cappellanis exerceri prætendunt, in diminutionem, usurpationem, sive etiam in turbationem Jurisdictionis Parochialis.

Cujus communiter receptæ, & à Sacra Rota sacrisque Congregationibus canonizatæ opinionis congruam ego adduxi rationem, & bonam congruentiam *in tom. 3. part. 2. discept. 23. n. 55.* his verbis;
49 *Quia laicales Confraternitates nullam omninò figuram faciunt in Ecclesiastica Hierarchia, sed ad hoc in Ecclesia Catholica institutæ fuerunt, ut laici Homines in vinculo fraternæ dilectionis Opera pietatis, Misericordiæ, & Charitatis exerceant*, sequendo in hac parte æquè
50 doctum, pium, eruditum, & in Sacris Ritibus summoperè exercitatum *Monacellum*, & addo *Rotam coram Ludovis. decis. 310. num. 1.* ibi .. *Quod Dominis visum fuit carere omni decentia, & ratione, & decis. 566. numer. 25. coram Bichio, & decis. 179. num. 15. part. 6. & decis. 320. num. 21. part. 11. recen.*

Et addo aliam non minoris efficaciæ respectu solemnis Functionis orationis 40. Horarum; *Illa enim solemnis benedictio, quæ dicta occasione datur Populo,*
51 *licet non sit de Juribus mere Parochialibus, dubitari tamen non potest, quod sit Functio, respiciens Populum, & curam Animarum, & ad solum Parochum, qui illum habet subjectum, pertineat, est enim actus jurisdictionis &c.* sunt verba *Monacell. in formul. tom. 2. tit. 13. form. 1. num. 67.* ubi id solicitæ probat ex Cære-
52 moniali Romano, Synodis Farfensi, & Bononiensi, nec non ex multis Resolutionibus Congr. Concilii, & concordant *Biss. in Hierurg. part. 3 verb. Benedictio* ibi *Benedictio à simplici Sacerdote dari non potest, nisi in Missa, vel administratione Sacramentorum, quando à Rubrica præscribitur, cæterum benedicere Populum est*
53 *actus Jurisdictionis &c.* Necnon egregiè *Pignatellus consult. 79. num. 50. tom. 9.* ibi .. *Cumque in hac Repositione Sacerdos ante Repositionem Sanctissimi, solemniter benedicat Populo cum Eucharistia, hic actus veluti Jurisdictionis fieri non potest intra Limites Parochiæ ab alio, quàm à Parocho, ut advertit Gavant. &c.* quem
54 sequitur *Rota decis. 35. in fine apud Scarfanton. tom. 2.*, & melius *Episcopus Basius de Sodalit. fol. 134. num. 4.* ubi sequitur punctualem resolutionem *Congr. Concilii in Ferrarien. Jurium Parochialium 20. Martii 1698.*

Quod est adeo verum, & in praxi tali religiositate servatur, ut etiam in Basilicis Urbis practicetur, & quidem in functionibus minus solemnibus, G. e. in Basilica SS. Laurentii, & Damasi ab Ar-
55 chiconfraternitate Sanctissimi Sacramenti quolibet die Jovis fit privata Expositio Augustissimi Sacramenti Eucharistiæ, ex pia dispositione Baronis Cappelletti, qui fuit illius Prior, & tamen, licèt eadem Archiconfraternitas suum habeat Sacristam, & supra triginta Cappellanos, quorum multi ex eorum de-
56 votione illi assistunt, cum turba devotorum Confratrum; In illius repositione opus est expectare Parochum, qui Populo, sibi suddito, benedictionem impartiatur, ex eadem ratione, quod benedictio Populi in publica Ecclesia, non nisi à Parocho fieri
57 potest, & concordat *Card. Bona Rer. Litur. l. 2. c. 16. n. 3.* ibi .. *Solemnes benedictiones ad solemnes pertinent Sacerdotes.*

Quæ si vera sunt etiam respectu illarum Confraternitatum, quæ compositæ sunt ex hominibus diversarum Professionum, & qualitatum, puta Sacerdotibus, Virisque nobilibus, & togatis, juxtà terminos, in quibus loquuntur Authores, supra citati; Multò magis locum habebunt in nostro casu; Sive habeatur respectus ad Personas Confratrum Suto-
58 rum, quorum unusquisque cum omni sermonis proprietate dicere potest *cum Davide Psalm. 70. 16. Non cognovi literaturam*; Sive præ oculis habeatur antiquitas, & nobilitas nostræ Ecclesiæ, *qual' è una delle antiche Diaconie Cardinalizie, e vi fù posta la Stazione da San Gregorio il Sabato dopo la quarta Domenica di Quaresima*, sunt verba moderni quidem sed eruditi Authoris Libri, cui titulus *Roma antica, e moderna fol. mihi 138.* cum quo concordat eru- 59
ditior *Piazza nella Gerarchia Cardinal. fol. mihi 858.* ibi .. *Nobile, antica, e devotissima Diaconia*; Sive demùm qualitas Ecclesiæ, seù Oratorii Sutorum, quæ priùs vocabatur S. Salvatoris in Porticu, quævè per viam Locationis, & non alio titulo, sub annuo Canone fuit eis concessa à Ven. Ecclesia S. Mariæ Consolationis Urbis, ut ex Instrumento illius concessionis stipulato per Acta Pauli Pechinoni die 30. Augusti 1574. cujus verba sunt hæc *DD.* 60
Marcellus Capizucchi, Marius de Maffeis &c. Guardiani Sanctissimæ Imaginis Beatæ Mariæ Virginis Porticus Consolationis, & Gratiarum de Urbe, nomine dictæ Societatis spontè, ac omni meliori modo Locaverunt &c. Magnifico Francisco Pizzantillo Veneto, & Magnifico Petro Bernabeo Sartoribus &c. Ecclesiam nuncupatam S. Salvatoris, in Porticu, & quandam domum, in plures Stantias divisam &c. Item similiter 61
Locarunt &c. Hanc autem Locationem in perpetuum &c. fecerunt, & faciunt, prædictis Magnificis Officialibus, qui promiserunt solvere, & cum effectu pagare anno quolibet in perpetuum Censum, seu Canonem sc. 22. monetæ &c. & Libras viginti Ceræ albæ in Festo Corporis Christi proximè venturi pro dicta Ecclesia, similiter in perpetuum anno quolibet, durante præsenti Locatione &c.

Dicta autem Ecclesia Beatæ Mariæ Consolationis, à qua suam recognoscit locationem Ecclesia Sancti Homiboni, nunquam dismembrata fuit ab Ecclesia S. Nicolai in Carcere, sed illi adhuc subdita est, & quolibet anno nedum solvit dictum annuum Canonem, sed punctualiter dat Curato S. Ni- 62
colai notulam Communicatorum in Paschate, & numeri Animarum Inservientium Ecclesiæ, & Hospitali, idque in executionem Resolutionis Congr. Visitat. Apostolicæ diei 21. Augusti 1664., ut vi- 63
dere est apud *Pignatell. in fin. tom. 10. suarum Consultation. Canonic. fol. mihi 362.* ibi .. *In cæteris omnibus, in præsenti Transactione non expressis, Jura Parochialia ipsi Capitulo, & Curato, salva, & illibata esse intelligantur, absque eo, quod nulla fiat dismembratio; Oretenus dictum est de notula Communicatorum in Paschate, & numeri Animarum Ecclesiæ, & Hospitalis antedictis quotannis Curato Sancti Nicolai tradenda. De Ecclesia filiali nulla fiat mentio in Transa-* 64
ctione, cùm non fiat erectio Parochialis per viam dismembrationis à Parochia S. Nicolai.

Ex qua innegabili facti circumstantia, in qua concordant in eorum *Tractat. de Locis piis Urbis* 65
Fanucc. libr. 4. capitul. 34., & Piazza tract. 8. capitul. 5. in princ. remanet manifestum, quod Ecclesia S. Salvatoris in Porticu, & hodiè sub denominatione S. Homiboni, non est una de illis Urbis Ecclesiis, quæ à fundamentis, & propriis expensis erecta fuerit à Confratribus Sartoribus qui sunt ter- 66
mini præcisi, in quibus loquuntur omnes Authoritates, ex parte Confraternitate solitæ citari, & præsenti casui prorsus inapplicabiles, sed subdita nata fuit, & à jurisdictione, & Superioritate Parochi dictæ Ecclesiæ S. Nicolai nunquam fuit dismembrata, nec ab illius præeminentia, & superioritate exempta, nisi quoad ea, quæ, in dicta Transactione expresse continentur, quæ nil commune habent 67
cum præsenti inspectione.

Si igitur Ecclesia Beatæ Mariæ Consolationis nunquam fuit dismembrata ab Ecclesia S. Nicolai neque etiam ab illa dismembrata dici potest Ecclesia Sancti Homiboni, ab illa dependens, & per contra- 68
ctum perpetuæ locationis concessa, ut supra Confratribus Sartoribus; Et propterea istorum Ecclesia, nedum dicitur sita intra fines dictæ Parochialis Ecclesiæ S. Nicolai, sed eidem subdita, juxtà verba dictæ Transactionis, approbatæ ab eadem Congregat. Visit. Apostolicæ apud *Pignatellum ubi supra*, verbis il- 69
li, opportune repetendis. *In cæteris omnibus, in præsenti Transactione non expressis, Jura Parochialia ipsi Capitulo, & Curato salva, & illibata esse intelligantur.* Observando, quod favore Ecclesiæ S. Nicolai non proceditur per viam concessionis novorum Jurium.

rium Parochialium, sed meræ præservationis anti-
70 quorum, ibi: *Salva, & illæsa esse intelligantur*, quod affectum, de quo est quæstio, nimis considerabile est, juxta animadversa per *Barbos. de Claus. claus.* 139. *numer.* 5. & firmata per *Rot. decis.* 231. *num.* 8. *part.* 14. *Recent.*

Hæc autem si procedunt etiam in petitorio, multò magis locum habent in Judicio simplicis manutentionis, in quo pendet Causa coram Judice, in quo
71 privilegiato Iudicio, nedum admittuntur leves probationes, sed etiam Testes, aliquas patientes exceptiones, juxta notoria Iuris axiomata, circa quæ plena sunt legalia Volumina; & propterea abstineo ab Authoritatum allegatione ad comprobandum id, quod nemo controvertit.

Præcipue quia Testes, pro parte Curati adducti, excedunt numerum trigenarium, sunt diversæ professionis, & qualitatis, imò aliqui ex illis sunt etiam de Confraternitate Sartorum, multi sunt constituti in Ecclesiastica Dignitate, unus fuit Sacrista in Ecclesia eorundem Confratrum, alter Cœremoniarum Magister, deponens de facto proprio per spatium annorum 37. & inter illos adest etiam dignissimus Episcopus, qui fuit Sub-Curatus dictæ Ecclesiæ Sancti Nicolai;
73 De quibus omnibus, ad augendam illorum fidem verificantur verba illa *Joannis Epist. prima in princ. Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt, hoc testamur, & annunciamus.*

Videtur autem vim facere cuicumque sano intellectui consideratio illa, quòd omnes dicti Testes disparis conditionis, qualitatis, & gradus, uniformi mendacio, conspirare voluerint in veritatis perniciem, & absque ullo proprio lucro falsum asserere, ut considerando multiplicitatem, & diversam quali-
74 tatem Personarum egregie observant adducti per *Rot. in decis.* 35. *num.* 7. *coram Merlin. & dec.* 408. *num.* 10. *coram Priolo, & dec.* 1251. *num.* 7. *coram Emerix jun. & dec.* 429. *num.* 7. *coram Caprara, & in part.* 18. *rec. decis.* 11. *num.* 13.

Et in terminis attestationis, seu depositionis, nul-
75 latenus utilis illis, quibus gratis fidem denegari prætenditur, egregie *Roland. consil.* 38. *num.* 39. *liber.* 1. ubi, quòd licet plura sint genera delictorum, ad nullum solet quis, absque lucro, vel utilitate, moveri; quodque hoc patet ratione naturali, quam solam allegare sufficit, & concordant alii, sequuti à
76 *Conciol. allegat. crimin. verbo Falsum. resol.* 6. *num.* 2. & 3. ubi, quòd nec etiam omne lucrum ad hunc effectum attenditur; sed illud debet esse magnum, & admodum considerabile; Et *coram Ansaldo decis.* 22. *n.* 10. ubi quòd *majus argumentum exclusivum falsitatis*
77 *excogitari non potest, quàm non lucrum illius, qui prætenditur illam commisisse*; *Et coram Caprara dec.* 329. *n.* 4. ubi quòd *cessat suspicio falsitatis quando lucrum deficit.*

Est autem nimis curiosa, & æqualiter exorbitans prætensio Confratrum, ut eisdem omnis danda sit fides, licet cum tali, tantaque affectione ad propriam Causam pro se ipsis deponant, neganda autem sit
78 Canonicis Ecclesiæ S. Nicolai, nullum omninò in Causa interesse habentibus, & una voce concordantibus cum nube aliorum Testium, pro eadem Ecclesia pariter deponentium, Et quod magis est concordantibus etiam cum pluribus Confratribus, quibus uti deponentibus contra proprium commodum, etiamsi nulli alii adducerentur concordantes Testes, omnis
79 præstanda est fides, ex adductis in *dec.* 285. *n.* 6. *cor. Dunoz. iun. & dec.* 66. *n.* 38. *cor. Cerro, & in par.* 17. *rec. decis.* 220. *numer.* 19. ibi .. *Verisimilius est, quod pro ipsa veritate sic deposuerint, quàm ut ad eorum damnum falsum dixerint .. & in Baren. Jurisdictionis* 28. *Martii* 1732. §. *Uberiùs coram Millino.*

Non potest veritas hæc exadverso in controversiam adduci, uti, intra evidentiæ fines posita à dicta nube qualificatorum Testium; Sed respondetur, actus illos, de quibus deponunt dd. Testes, esse me-
80 re facultativos, in quibus propterea fundari non potest Parochi intentio. Talis autem reflexio detegitur ictu oculi insubsistens ex illorum multiplicitate, & titulo præcedenti, militante favore Parochi, per ea, quæ, cumulatis concordantibus, punctualiter firmavit *Rot. decis.* 773. *numer.* 16. & *decis.* 790. *numer.* 7 *coram Molines, & decis.* 139. *numer.* 2. & 3. 81
part. 17. *recent.* ubi à *numer.* 24. ampliat eandem conclusionem etiamsi agatur de actibus, per solum decennium continuatis, & resolvit Rit. Congr. apud 82
Barbos. in Summ. Apost. decis. collect. 391. *numer.* 4. ibi .. *Functiones suas exercendi in possessione manutenendus est ille, qui per decennium præteritum illas exercuit, Sacra Congregatio Rituum &c.* Et contra alios Confratres ex iisdem motivis, eundem prætextum 83
actuum facultativorum rejecit *Sacra Rota in magistrali decis.* 129. *à numer.* 11. *usque ad fin. coram Benincas.* ibi .. *Præsertim quia prædicti actus respiciunt Cultum Divinum, quo casu materia non dicitur facultativa, & propterea Parochus debet in illorum exercitio, & possessione manuteneri, ut in præcisis terminis firmat Tondut. &c.* sunt verba *decis.* 320. *n.* 6. *cor. Caprara*, loquentis de actibus, gestis in Oratoriis Confraternitatum.

Addita illa innegabili facti circumstantia, quod 84
Confratres anno 1718. habuerunt recursum ad Card. Paraccianum, tunc temporis Urbis Vicarium, pro impediendo Curato S. Nicolai exercitium, & continuationem illarum Ecclesiasticarum functionum, 85
de quibus est controversia: Si enim (ut hodie gratis ubique asserunt iidem Confratres) erat in illorum mera facultate illum invitare, vel non, ad eas explendas, Nemo non videt, quod sat erat, illum non invitare, & res erat expedita: Neque e- 86
rat necesse recurrere ad Superiorem Ecclesiasticum *e pregarlo levare le inconvenienze, che potevano na-* 87
scere, e perciò subito ci disse, che andassimo dal Sig. Paluzzi suo Auditore di quel tempo, e che facesse sapere al Parroco, che ci lasciasse officiare a nostra libertà (sunt verba supplicis Libelli ab eisdem Confratribus dicto Cardinali porrecti) ex quibus adeò evidenter excluditur prætextus actuum facultativorum, ut nihil evidentius adduci possit ad illius insubsistentiam demostrandam, quod patet sola ratione naturali, absque necessitate adducendi Doctorum Authoritates: *Perche in quei casi, in cui la ragione naturale si scorge aperta, non richiedesi altra legge nè altro Dottore, che il lume impresso negli animi dalla Natura*, sunt verba *Card. Pallavicini nell' Istor. del Concil. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 8.

Mirum autem in rei veritate videtur, quod ad probandam Confratrum intentionem adducantur illorum privati Libri; & mirabiliùs, quod illam probari prætendant propriis Attestationibus, quibus om- 88
nem fidem præstandam esse asserunt.

Non enim aliquam merentur fidem dd. Libri, quia in illorum recognitione reperti fuerunt nimis defectuosi, multis cartis detruncati, & aliis essentialibus defectibus laborantes, quæ omnem fidem illis adimunt, ut sequendo *Textum literalem in Leg. Exemplo Cod. de Probation.* notant *Genua de Scriptur.* 89
privat. libr. 4. *de Libr. Mercator. numer.* 86. *fol.* 243. *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. capitul.* 171. *numer.* 9. *vers. Item non facit, Gait. de Credit. capitul.* 2. *titul.* 3. *numer.* 194. *Ansald. de Commerc. & Mercatur. disc. general. numer.* 140. & *Rot. decis.* 76. *numer.* 2. *cor. Ludovis.* ubi *Adden. numer.* 6. & *coram Caprara dec.* 90. *num.* 22.

Minusque attendi merentur informes, & affectatæ attestationes aliquorum ex Confratribus. Isti enim, uti acriter se opponentes instantiæ Parochi, licet non agatur de interesse singulorum sed totius Confraternitatis, nullum gradum probationis constituunt, ut, limitando notoriam regulam, observat in specie 90
Afflict. decis. 400. *n.* 5. & concordant innumeri alii adducti per *Bagnaquaresima Quotidian. Resolut. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 32. *n.* 25. ubi ampliat conclusionem, quando (sunt eius præcisa verba) *pro Parte adversa producuntur Testes, qui deponunt contrarium ejus, quod Testes de Universitate deposuerunt in Causa ejusdem Universitatis; Quia tunc magis creditur Testibus ab adversa Parte productis, quàm Testibus de Universitate Fe-*

te Felin. &c. Quod præcisè verificatur in nostris terminis ex supra animadversis, dum non solùm pro parte Curati adducuntur innumeri qualificatissimi Testes cum juramento asserentes oppositum, sed, quod magis est, non desunt etiam attestationes eorundem Confratrum, & Sacristarum eorum Ecclesiæ, quæ proinde contra ipsam plenissimè probant *Rot. coram Triolo decis.* 13. *num.* 25. cum aliis supra allegatis,
92 quibus addo *Lactant. Firmian. de Verb. Sapient. in princ.* ibi -- *Testimonium illud satis firmum est ad probandam veritatem, quod ab ipsis perhibetur Inimicis.*

Congruam autem rationem, quarè favore Confraternitatum non sit danda fides Confratribus, etiam circa ea, quæ non respiciunt interesse singulorum, sequentibus verbis assignat *Card. de Luc. de Ju-*
93 *dic. disc.* 32. *num.* 46. *Frequens Praxis docet, in controversiis, vel præeminentialibus, vel honorificis, quamvis nullum adsit interesse particulare singulorum, adhuc tamen illi de Universitate, vel de Corpore in hujusmodi Causis meliorem affectionem, majoremque rabiem habeant, quàm in Causis propriis, & particularibus*, quam quotidiana comprobat experientia, &
94 ego expertus sum in multis similibus casibus, ut recognosci *potest in meis Disceptat. Eccles. tom.* 1. *par.* 1. *discept.* 10. *& part.* 2. *discept.* 21. *& part.* 2. *discept.* 4. & alibi sæpissimè.

Ultrà quod in hac parte ad denegandam fidèm dd. Confratribus mirabiliter applicantur ea, quæ *in Epist. ad Lectorem* testatur fuisse expertum Bassius
95 ubi supra, aureis illis verbis -- *Expertus sum temporibus, quibus Vicariatus Generalis, & Apostolicorum respectivè Officia exercui, quod ipsæ Sodalitates, seu Congregationes Parochialibus Ecclesiæ infensæ propter Functiones Ecclesiasticas, quas ipsi Confratres ab eorum Cappellanis exerceri prætendunt in diminutionem, usurpationem, & in turbationem Jurisdictionis Parochialis;* Videtur enim oppositum omnibus Juris, & con-
96 gruentiæ principiis, contra innocentes Parochos, portantes pondus diei, & æstus pro salute Animarum suorum Parochianorum, fidem dare, vel Libris dictorum Confratrum, in quibus scribere possunt ea, quæ eis in mentem veniunt, dum nemo præsens est, quando in illis scribunt; Vel affectatis attestationibus illorum Confratrum, qui Parochorum Jurisdictionem prætendunt diminuere, turbare, & usurpare; Si enim *in re propria omnibus dicendi testimonia*
97 *facultatem Jura submoverunt*, sunt verba *Tex. in L. Omnibus* 4. *C. de Testibus*; Quantò magis id verum erit in re, spectante Parochis, quàm Confratres, Testimonium perhibens, prætendit diminuere, turbare, & usurpare, ut patet Consideranti.

Quibus attentis, post multos concordan. ad rem nostram observat *Pignatell. tom.* 8. *consult.* 73. *num.* 25. *Confratres, aliive, qui prætenso Jure quasi hoc Of-*
98 *ficium peragere ad se pertineat, nolunt Parochum fungi Officio suo, juraque sua Parochialia in ejusmodi Ecclesiis, vel Oratoriis exercere, incurrunt Excommunicationem* 17. *in Bull. Cæn. Domini, inflictam contra usurpantes Jurisdictiones &c. spectan. ad Ecclesiasticas Personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum, ut docet Navarr.*

Illa etiam addita æque legali, nimisque stringenti consideratione, quod non est sermo de rebus gestis inter Confratres, inter quos, cùm non reperiantur alii præsentes, difficile est illam ab aliis conclu-
99 denter posse probari; Sed agitur de Actibus, & functionibus, gestis quidem à Confratribus, sed palam, & publicè coram omni Populo, & tempore solemnissimarum functionum, ad quas proindè probandas de facili adduci posset exercitus Testium non Confratrum, si veritas ita se haberet; In quibus circumstantiis, seù terminis publicarum Functionum, expletarum in publico & coram omni Populo, inte-
100 gram non merentur fidem Testes de Confraternitate, egregiè *Rota in Pampilonen. Præheminentiarum* 17. *Junii* 1701. §. *Præterea coram Olmo* ibi. *Præsertim, quia agitur de re, quæ de facili probari poterat per alios Testes, quàm de ipsa Universitate, unde eo minùs illorum depositio excipienda venit*; *cùm regula contraria. quod Testes de Universitate admittantur, specialem etiam limitationem recipiat, quando facti veritas per alios haberi non potest.*

Non attento, quod aliquibus vicibus prædictæ functiones non fuerint expletæ ab ipsomet Parocho, sed vel à Canonicis, vel à Sacrista Confraternitatis, vel ab aliis Sacerdotibus, impedito eodem Parocho. Hoc enim solito, commendabilique candore; non controvertit Parochus; Sed cathegoricè respondet, id factum fuisse de ipsius, ejusque antecessorum Parochorum permissione, seu licentia, quod potiùs illius bonum Jus comprobat, & confirmat. *Per actus* 101
enim de licentia Parochi gestos, nedum non fuit in aliquo læsum Jus Parochi, sed eo magis illius Jurisdictio confirmata remansit ad tradita per Lotterium &c. sunt verba *Rotæ decis.* 124. *numer.* 5. *par.* 12. *rec.* confirmata *in decis.* 214. *num.* 2. *ead. par.* 12. ibi.. 102
Fecerunt de licentia, & permissione Parochi, quæ licentia operatur, ut illi actus habeantur perinde ac si gesti fuissent ab ipsomet Parocho, licentiam concedente, cap. Super his &c. .. & decis. 231. *num.* 13. *par.* 13. ibi .. *Undè firma remanet Jurisdictio Parochi, ac si ipse exercuisset.*

Eo autem faciliùs inclino pro manutentione ejusdem Curati in continuandis dd. functionibus secundæ speciei, seu Classis, supra specificatis, quia ex suprà animadversis ille in hac parte, & respectu dd. functionum secundæ Classis, seu speciei habet prose Juris assistentiam, & addo alios sequutos à *Bordon.* 103
conf. 16. *per totum*, & signanter *in fin.* ibi .. *Parochus ergo habet assistentiam Juris intrà fines suæ Ecclesiæ, & Panimol. decis.* 168. *num.* 21. ibi .. *Parochus habet intentionem, & assistentiam Juris pro exercitio actuum Parochialium in omnibus Ecclesiis non exemptis, existentibus intrà fines suæ Parochiæ Rota decis.* 214. *numer.* 6. *par.* 12. *rec.* ibi .. *Eo faciliùs inclinarunt DD* 104
pro manutentione ad favorem Parochi, quia ipse habet assistentiam Juris pro exercitio omnium actuum in Ecclesia, intra limites suæ Parochiæ existente, privativè quoad omnes alios, & decis. 225. *num.* 1. *ead par.* 17. *& decis.* 124. *&* 231. *num.* 2. *par.* 13. ibi .. *Posita existentia dictæ Ecclesiæ intrà fines dictæ Parochiæ, solide fundata est intentio Parochi in assistentia Juris communis pro* 105
exercitio omnium actuum Parochialium privative quoad quoscumque alios &c. .. & decis. 1. *num.* 1. *coram Molin.* ibi .. *Decidendi ratio fuit, quia Parochus habet fundatam intentionem ex assistentia Juris, tàm in Ecclesia Parochiali, quàm intrà fines totius Parochiæ privativè quoad omnes circa administrationem Sacramentorum, & exercitium omnium actuum, & Jurium Parochialium*; Ibique *num.* 2. subdit, quod præscindendo et- 106
iam à possessione exercendi dd. Actus, ex sola Juris assistentia denegari non potest Parocho manutentio, & concordant alii adducti per *Posth. de Manut. observ.* 10. *num.* 32. *& Rot. coram Cavaler. decis.* 589. *num.* 1. *& coram Caprara dec.* 30. *n.* 5. Eandemque punctualem Decisionem *coram Molines*, quæ est 107
sub *titulo Taurinen. Jurium Parochialium*, non solum sequitur, sed per extensum impressit *Episcopus Bass.* qui in eadem Causa scripsit, & obtinuit, ut testatur 108
in tract. de Sodalit. q. 12. *à n.* 1. *usque ad num. decimo quarto.*

Nimis quoque ad nostrum effectum manutentionis operatur d. Concordia, à Canonicis nostræ Ecclesiæ inita cum Deputatis Hospitalis B. Mariæ Consolationis, in qua reservata fuerunt Parocho Sancti Nicolai omnia illa Jura parochialia, quæ in illa exceptuata literaliter non fuerunt, ut in terminis firmavit *Rot.* 109
decis. 124. *num.* 7. *&* 8. *part.* 12. *rec. ibi -- Prout etiam non mediocriter suffragatur Concordia, inita usque de anno* 1613. *inter eundem Parochum, & Rectorem Hospitalis; in qua cùm legatur expressa præservatio Juris Parochialis, certum est, quod prætendi non potest Jus ullum Ecclesiæ Hospitalis quæsitum, sed illud totum ex peculiari reservatione remansit Felin. &c.*

Nec ad offuscandam d. assistentiam Juris favore Parochi aliquam merentur attentionem Authoritates, 110
quæ citari solent à Confratrib. Sodalitatum Sæcularium, ut illas sigillatim percurrendo videbimus infra.

Non solum autem ex præmissis, non applicantur nostris terminis Decreta generalia Sacræ Congregationis Rituum anni 1733. ex illorum legali interpretatione, sed etiam ex impossibilitate illa exequendi à Confratribus S. Homoboni, dum isti non habent, in
111 eorum Ecclesia Cappellanos in tali numero, qui possint sacras Functiones cum decore explere: Unicum enim in eorum Ecclesia retinent Sacristam, seu Cappellanum, experientia teste, & id observantibus *Finucc.nelle Opere pie di Roma lib.4.cap. 34. ibi* -- *Nella detta loro*
112 *Chiesa mantengono di continuo un Cappellano & Piaz.eod. tit.tract. 8. c* 4. ibi -- *Mantiene la medema Confraternita questa loro Chiesa di un Cappellano, e de la sagra suppellectile*. Omnes autem Tractantes de sacris functionibus, & loquentes de dictis Decretis generalibus, supponunt, Confraternitatem illam, quæ vult facere di-
113 ctas Functiones ad d. effectum habere sufficientem numerum Cappellanorum, qui cum decore majestatis sacrarum Functionum possint illas explere, & propterea non sine magna improprietate dicti Confratres adducunt exempla insignium Archiconfraternitatem Urbis, nimirum Sacrorum Stigmatum,
114 Agonizantium, S. Angeli Custodis. Beatæ Mariæ de Suffragio, & Mortis, dum istæ tot, tantosque habent Cappellanos, ut non unam, sed quatuor Missas quotidie cantare facere possunt, semper cum diversis Ministris, seu Cappellanis, ipsis inservientibus.

Nec dicatur, quod ad d. effectum invitare possint exteros Sacerdotes; Hoc enim manibus palpare facit illorum æmulationem, & non laudabilem litigandi animum, dum nescitur ex quo motivo (ni-
115 si dicamus esse illud à me indicatum *in Institut. Crimin. libro quarto titulo 9. numer. 63.*) potius subministrare volunt congruam eleemosynam extero Sacerdoti, quater in anno solemniter celebranti in eorum Ecclesia, quam idem servitium gratuito recipere à Parocho insignis, nobilissimæ, & antiquissimæ Collegiatæ Urbis.

Quibus addimus duas alias responsiones, primam, quod, iure communi attento, id practicari non debet; neque potest, sed semper in talibus circumstantiis præferendi sunt Sacerdotes illi, qui habent connexionem cum illa Ecclesia, in qua celebrare debent Missam, ut probamus, supra & me scribente resolvit *Congr. Concilii in Regien. S. Augusti* 1719.
116 *ad primum dubium*, ut videre est *in tom. 3. parte secunda discept. 23. à numero quarto, usque ad* 10. ubi recognosci possunt punctuales authoritates classicorum Doctorum & punctualios Sacræ Rotæ Decis. inutiliter hic transcribendæ.

Secundam quod id permittere, esset canonizare in Urbe magnum exemplum, dum ratione maiori possent idem prætendere multæ aliæ similes Artificum Confraternitates, gratia exempli ex triginta duabus enumeratis à Piazza ubi supra: *Quella*
117 *de Macellari, quella de Barbieri, quella de Materazzari; Quella de Cocchieri, quella de Vaccinari &c.* Dixi *ratione majori*, quia Confratres dictarum Confraternitatum titulo dominii possident eorum Ecclesias, quas propriis sumptibus, vel à fundamentis ædificarunt, vel nostris temporibus magnificentissime restaurarunt; Non sic autem Confratres Sartores, qui eorum Ecclesiam non titulo dominii, sed solius Conductionis retinent; *Magna autem exem-*
118 *pla habere speciem iniqui*, per hæc numero verba scriptum reliquit *in libr. 6. suorum Annalium* famosissimus Author, quem tacito nomine refert & sequitur *Rota decisio* 308. *numero* 20. *coram Dunozsen.*

Præ oculis signanter habendo, quod agitur de restringenda illa jurisdictione, & superioritate Parochorum, quæ eis de jure competit, nec non de ampliando illam Confratrum sæcularium circa
119 sacras functiones, quarum non sunt capaces, adversus communiter receptam Sacræ Rotæ opinionem, ex adductis supra, & addimus aliam punctualiorem ejusdem Sacræ Rotæ Decisionem, loquentem adversus insignem Archiconfraternitatem Agonizantium, *quæ est la* 17. *numero tertio apud Antonell. de Jurib. Clericor.* ibi -- *Quia in isto casu sicuti ultra præjudicium Jurium Parochialium, consideratur etiam diminutio superioritatis, & jurisdictionis Ecclesiæ Parochialis, ita magis rigorose procedendum est.*

Et ex his abunde satisfactum videtur dd. Decretis generalibus Sacræ Rituum Congregationis, illorumque omni jure debitæ punctualiter exequutioni quatenus etiam nostris terminis applicari possent.
Et tamen in præsenti duplex semper verificaretur 121
illorum limitatio, ab eadem Congr. admissa; Conventionis nimirum, & Consuetudinis, dum ex supra animadversis Conventio negari non potest, & Consuetudo, seu observantia superlative probata fuit, etiam per tempus immemorabile, quando ad nostrum effectum simplicis manutentionis superabundat solus lapsus decem annorum, ut sequendo punctualem resolutionem eiusdem Congregatio-
nis Rituum probat *Barbos. in Summ. Apostol. decis.* 122
Collect. numer. 4. cuius verba transcripta fuerunt supra.

Dixi, *quatenus nostris terminis applicari possent eadem Decreta generalia*, quia id neque à remotissimis videtur verisimile, ut supra evidenter demon-
stravimus, inter alias, ex punctualissimis authori- 123
tatibus, *Monacelli, Matthæuccii, & Episcopi Bassii* in locis supracitatis, qui nedum scripserunt post dicta Decreta generalia, sed in individuo illa explicantes, & declarantes, quorum proinde authoritas
magnifacienda est, egregie *Card. de Luc. de Juris* 124
dict. disc. 41. *numero primo, & de Paroch. disc. primo numer.* 50. cum aliis à me citatis *in tom.* 4. *part.* 2. *discept.* 3 *n.* 38.

Considerando præcipue, quod *Monacellus* erat Auditor Card. Petrucii, unius ex Cardinalibus eiusdem
Sacræ Rituum Congregationis, ut ampliando di- 125
ctam conclusionem observat idem *Card. de Luc. de Matrim. disc. quinto numer.* 11. quodque eius Libri anno 1706. in Urbe impressi, præviis solitis Revisionibus, brevi tempore quater reimpressi fuerunt,
quod certum esse signum illorum commendationis 126
per hæc præcisa verba notat *Ansald in Epistol. ad Lector. suarum dec. secundæ impressionis: Cum videas, tam brevi, tempore iterum Typis vulgari Volumen, omnium certissima Librorum commendatio est* & melius *Zaulius in Epist. ad Lectorem primi tomi decisio Coccini* ibi -- *Intra paucos annos prælo subiiciendi fuere, quod, uti in hujusmodi Libris rarum, ita præclarum est publicæ æstimationis indicium*; Et congruam rationem
adducit *Mabillon. in præfat. ad Oper. S. Bernardi edi-* 127
tionis Parisiens. anni 1719. *tom. primo §. Primo* ibi -- *Reimpressio frequens, & repetita Operum alicujus Authoris, istius meritum, & pretium, auget; quippe multiplex illa editio argumento est, quod compararetur à multis, quod avide legatur, quod denique ab omnibus ametur.*

Adversus, quem proinde non sine animi molestia possum audire asperas voces aliquorum Confratrum, asserentium, male fuisse locutum, & perperam se gessisse in glossando, & explicando verba dictorum Decretorum generalium, dum Sac. Rota, præcise circa explicationem dictorum Decretorum generalium illum laudat in *Neapolitana Jurium Parochialium* 13. *Mar-*
tii 1711. *§. Primo coram Ansaldo* ibi -- *Decreta Ge-* 128
neralia impressa apud Franciscum Monacellum, in hisce materiis Valde versatum; Laudari enim à laudatis Viris, nec non à docto vere, mare magno Tribunali, maxime laus est, Teste *Cicerone epist.* 66. *lib.* 5.

Gratias tamen Deo, quod in hac distinctione functionum Ecclesiasticarum, non fuit solus, sed Socios habuit quatuor alios æque doctos Viros, in Ecclesiasticis
Litibus, sacrisque functionibus satis Mundo notos. 129
Pignatellum nimirum, *Matthæuccium, & Episcopos Riccillium, & Bassium* in locis supra citatis, qui ultimus suum edidit *Tractatum de Sodalitiis*, nedum luci dedit post eorumdem Decretorum promulgationem sed illa per extensum impressit *in quæst.* 15. *à numer.* 4. fuit.

fuitque speculum probatorum Curialium? Honor Vi-
cariorum Generalium, & Apostolicorum, de quorum
130 officio specialem edidit Tractatum, nec non Gemma
Episcoporum, quorum (respectu ejus ætatis) dicitur
Decanus, uti natus die 12. Octobris 1645. quibus ad
faciendum numerum addi etiam possunt profundus
Theologus *Samuel. ubi supra*, nec non Collectores *Pa-
scuccius ad Pignatell.tom.2. verbo Parochus fol. 204. ante
finem*, *& Pitton.ad Const. Apostolicas pro Sacris Ritibus
fol.mihi 49.num.* 148. Et proinde pro defensione æquali-
131 ter solidæ, atque in jure fundatæ distinctionis ejusdem
celeberrimi Authoris permissum sit Curato S. Nicolai
adducere verba illa *Lactantii de Fals. relig.lib. primò cap.
9. qui cum mentiri putat, proferat alios, quibus creda-
mus Authores, qui nos doceant.*

Addentes tamen, quod Authores isti non debent es-
se ex illorum numero, qui confuse loquuntur, sed, ut
egregie facit *Monacellus*, clare distinguant functiones
mere Parochiales, non mere Parochiales, seu mere
132 Sacerdotales, & medias, hoc est neque mere Sacer-
dotales, neque mere Parochiales, sed istis annexas, &
connexas, atque ab illis dependen. ad hoc ut possint
applicari nostris terminis, & tunc dari poterit funda-
tum, tutumque Judicium, an illis præferendi sint dd.
Monacellius, *Bassius &c.* qui uti dd. functiones præ-
cise distinguentes, dicuntur proximi veritati, & ve-
niunt præferendi Authoribus non distinguentibus, ex
133 firmatis *per Rot. in Civitatis Plebis 7. Junii 1703. in
princ. coram Ansald. & in Romana, seu Savonen.* 13.
Martii 1706. §. Quamobrem coram eodem, quem se-
quitur *Pompejus meus dilectissimus Filius in Miscell. sa-
cro, & profan. lit. D. numer. 136. tom. 1.* Imò illorum
punctualissima authoritas, in hac juridica distinctio-
ne non habentium Contradictorem, reputatur ca-
134 sus legis, egregie *Rot. decis. 106. numer. 7. & decis. 560.
numer. 3. part. 18. & decis. 21. numer. 9. part. 19. recent &
in Gerunden. Beneficii 8. Martii 1696. §. Secus autem
coram Muto* ibi -- *Tanquam punctuales, in his termi-
nis non habentes Contradictorem, pro Lege habeantur,
& in Giennen. Juris votandi 6. Junii 1706. Et quod indu-
bitante coram Kauniz* ibi -- *In judicando sequendo est
authoritas, etiam unius Doctoris, in illis circumstantiis
Contradictore carens.*

Licet autem idem Author semper fuerit modestis-
sime locutus, in hac autem parte non potuit se conti-
nere, quin (præter solitum) in fine dictorum De-
cretorum generalium *numer. 61.* hæc scripta reliquerit;
135 *Et hæc est veritas, authoritate Divi Caroli, Synodorum,
Doctorum, & Decretorum omnium Congregationum me-
rito comprobata, & firmata* sequenti adducta bona ra-
tione, & meliori congruentia, *ne Ordo Ecclesiæ hie-
rarchicus confundatur, & Sacri Ritus corrumpantur,
Clerus efficiatur mercenarius, & dignitas, ac liber-
tas Ecclesiastica lædatur, & usurpetur.*

Circa quod non potest in aliquo redargui, dum in
dicto loco usus fuit facultate illa interpretandi, qua
pollent omnes Doctores, quæve eis traditur in asse-
cutione Laureæ, ad differentiam diversæ judicialis,
vel potestativæ interpretationis, quæ competit dum-
taxat Judicibus, & Principibus supremis, ut cumu-
136 latis concordantibus observavi *Ego in Tom. 3. part.
2. disceptat. 4. numer. 10. ibi; Leges enim humanæ ad-
mittunt doctrinalem interpretationem, quæ licet per se
non inducat obligationem, quia Doctores non habent
potestatem inducendi legem, tamen secus est, quando
communis opinio convenit in interpretatione, quia
tunc facit humanam certitudinem, & inducit obliga-
tionem servandi legem, & utendi illa in praxi, jux-
ta communem interpretationem*, sunt verba *Rot. coram
Coccin. decis.* 1326. *numer.* 26. Imò si deficerent alii
Classici concordantes Authores, respectu dictæ in-
137 terpretationis bene posset applicari *Monacello* id,
quod de se ipso scripta reliquit *Paul. de Castr. con-
sil.* 534. *in fine lib. 2. Sufficit authoritas mea, qui vi-
deo, & cognosco, prædicta omnia vera esse, & veri-
tate fulciri.*

Inter quos Authores, materiam distinguentes, an-
numerari non possunt illi, qui solent citari à Confra-
tribus; Etenim *Card. de Luc. de Paroch. disc. 31.* non
solum nullam omnino facit distinctionem Functionum,
sed circa alium diversum articulum scripsit more Ad- 138
vocati, ut ipsemet testatur sub principio ibi -- *Re-
sponsum dedi ad opportunitatem Causæ more Advocati*,
Quo casu quantam fidem faciat ipsemet, candore soli-
to, aperuit his verbis *in Tract. de Servitut. disc. 49. nu-* 139
*mer. 8. Quia est consilium decisivum pro veritate, quod ni-
mium differt ab illis Consiliis quæ ad pecuniam, solum-
que Requirentis opportunitatem dantur, vere nulla, vel
satis modica authoritate digna*; Eidemque adequate re- 140
spondet *Bass. de Sodalit. quæst. 12. num. 15.* ibi -- *Quid-
quid dixerit ad opportunitatem suæ Consultationis Card.
de Luca de Paroch. disc. 31. tanquam contra Reso-
lutiones Sacræ Congregationis, pluries emanatas, cu-
jus assertio, seu propositio intelligitur, quando Con-
fraternitates habent privilegium exemptionis à Paro-
cho.*

Rot. coram Coccin. decis. 2089. duplata *in part. 5. rec.
decis.* 552. est in terminis *Ecclesiæ Sanctissimæ Annun-
ciationis Civitatis Aversæ, quæ habet in redditibus
scut. 3000. & viginti Presbyteros, sibi inservientes,
Fontem baptismalem &c.* sunt ejus initiativa verba,
nec facit aliquam distinctionem Functionum Ecclesia-
sticarum, & loquitur circa officium super Cadaveri-
bus, in illa sepeliendis, in quibus circumstantiis de- 141
claratur etiam, nec sequitur *à Marant. respons. 21.
per totam tom. 4. à Pignatell. consult. 73. num. 24. 55. &
seqq tom. 8. Monacell. in formul. tom. 2. tit. 23. form. prima
num. 71. & seqq. à Panimoll. decis. 169. num. 22. & à Rot.
cor. Molin. dec. 992. num. 7. & coram Lancett. in una Sutrina
Præcedentiæ 16. Februarii* 1603. inter ejus novissime im-
pressas *dec. 767. num. 8.* ibi -- *Minime relevantibus autho-
ritatibus, in contrarium deductis ac præsertim Rot. co-
ram Coccin. decis.* 2089. repetita *dec. 552. part. 5. rec. & co-* 142
*ram Emerix jun. decis. 1192. num. 5. & 6. Quia loquuntur in
casu diverso, & illæ præcedunt in hypothesi, qua funus
non fit in Ecclesia Parochiali, & in Perusina Præemi-
nentiarum 2. Decembris 1711. §. Tantumque cor. An-
sald.* impressa *apud Scarfant. ad Ceccoper. decis. 35. nu-
mer.* 17.

In decis. 1990. & 1991. *coram Molines* agebatur de
publica Ecclesia, libere fundata ex Oblationibus Fi-
delium, confirmata libertate mediante speciali Bulla
Leonis X. ut dicitur in prima decisione in principio ibi 143
-- *Nec Parochus juvari potest iisdem Decretis Sacræ
Rituum Congregationis &c. Unde non comprehendunt
Ecclesiam S. Mariæ, de qua agitur, quæ non est Ora-
torium pro Confraternitate Sæculari, sed Ecclesia pu-
blica, erecta ab Episcopo de anno 1513. ad universa-
lem omnium Fidelium cultum erga Beatissimam Virgi-
nem, cum concessione Jurispatronatus favore Universi-
tatis d. Castri, sicque regulanda est adinstar aliarum Eccle-
siarum publicarum.*

Decis. Pacen. Funeralium 15. *Martii* 1723. *coram Ga-
maches loquitur* (sunt ejus initiativa verba) *super Ju-
re celebrandi Suffragia, quæ pietas Fidelium solet A-
nimabus Defunctorum persolvere die obitus Anniversa-* 144
*rio necnon agendo Novenas, & Capita annorum, an-
tiquissima viget controversia inter Parochos, & Cap-
pellanos Ecclesiæ Cathedralis Pacen.* & consequenter
tractat de tertia specie illarum Functionum Eccle-
siasticarum, quæ vocantur mere Sacerdotales, nec. 145
non circa Missas, quæ celebrari debent juxta pro-
pria Instituta Confraternitatum, circa quas nulla ca-
dit difficultas, quod expleri possint à Confratribus in
eorum Oratoriis per eorum Cappellanos, ut vidimus
supra.

In dec. demum *Forolivien. Jurium Parochialium 7. De-
cembris 1716. cor. Lancetta*, impressa *apud Piton. de Con-
trov. Patron. allegat. 75. à n. 57.* & inter alias novissime
impressas coram eodem *la 988.* Sacra Rota, juxta ter- 146
minos illius Causæ, quæ coram ipsa pendebat, locuta
fuit de duabus tantum speciebus Ecclesiasticarum Fun-
ctionum, hoc est de illis, quæ sunt mere Parochiales, & de
illis, quæ sunt mere sacerdotales, concedendo Parochis
manutentionem quoad priores, & Confratribus quoad 147
posteriores ibi -- *Et præmissis constat, juxta diversos
respectus, de bono jure, tam Parochi in exercendis pri-
vativè Parochialibus juribus, & functionibus in sua*

Parochia, quam Rectoris, in exercendis aliis functionibus mere Sacerdotalibus in propria Ecclesia, cum ea libertate, quod Parochus non possit easdem Parochiales functiones in ista peragere, ita etiam utrique eorum, & eodem capite boni juris, in eisdem terminis concedendam esse manutentionem, Domini responderunt &c.

Generaliter autem adversus authoritates omnes, pro Confratribus adductas, & adducendas, ad probandum quod Ecclesia Parochialis nullum habeat jus, nullamque Jurisdictionem circa illas Ecclesias, quæ erectæ sunt intra illius fines, posset Parochus S. Nicolai uti responsione illa, quæ in similibus casibus da-
148 ri solet à Logicis, nempe, *Transeat*, seu Concedo totum, & nego consequentiam; *ea viva ratione, quia motivum probationis Sacristarum Ecclesiarum Confraternitatum non provenit ratione Loci, nec ratione dependentiæ, seu Jurisdictionis, quam habet, vel non habet Parochus in illis Oratoriis seu Ecclesiis, in quibus Confraternitates reperiuntur erectæ, sed (* notentur quæso sequentia verba quia Gemmæ sunt, & ad me explican-
149 dum vellem hic habere mille linguas, & ferream vocem iuxta illud *Virgilii*, *Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum, ferrea vox &c.) sed ratione illorum incapacitatis, ac ratione officii, & functionis solemnis, explendæ per certum, & digniorem Ministrum, ab Ecclesia in suis Ritualibus designatum, quod inferior usurpare non debet, & tandem illis prohibentur, quia concernunt quo-*
150 *dammodo Curam Animarum*, sunt verba *Monacell. in formul. to. 2. form. prima n.* 59. ubi suam opinionem comprobat punctualibus authoritatibus *Quarantæ*, *Samuelis*, *Barbosæ*, *Donati*, *& Frances*, necnon multis punctualioribus Resolutionibus Cong. Concilii, & Congr. Episcop. & Regul.

Remanent Resolutiones Sac. Cong. Concilii, quas mirum in rei veritate est, quod Confratres ad eorum favorem allegent; In prima enim, quæ est *in Florenti-*
151 *na* 30. *Martii* 1726. *ad primum Dubium*, non est sermo de Confratribus, sed de Patribus Missionis Florentiæ, & Dubium in ea disputatum est sequentis tenoris; *An Presbyteri Missionis possint celebrare, & respective canere Missas, ac Vesperas solemnes in festo Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli in Ecclesia ejusdem Sancti, nuncupat.* delle Romite, *contradicente, seu dissentiente Parocho S. Quirici nuncupato*, delle Ma-
152 rignole, resoluta cum Rescripto *Affirmative*, Qualem autem, & quantam habeat connexionem PP. Missionis cum præsenti Causa Confratrum de se patet, & ex sola terminorum notione clarum est, nullamque inter se connexionem habent dicti exemplares Religiosi respectu sacrarum functionum, quarum sunt Magistri, cum Artificum Collegiis, & Confraternitatibus Hominum unius Artis.

In Bononien. 15. *Maii* 1728. sexto loco disputatum fuit sequens Dubium; *An Confraternitas, independenter à Parocho, explere possit quascumque functiones in propria Ecclesia;* Quod fuit resolutum cum sanctissimo Rescripto, *Affirmative*, sed cum sequenti Addito, *dummodo non sint prohibitæ*, quales esse illas, de quibus est quæstio, supra late probatum fuit.

In Alexandrina demum 21. *Februarii* 1728. fuit disputatum Dubium, *An Confraternitas possit sine licentia, & interventu Parochi, exponere in suo Oratorio Sanctissimam Eucharistiam*, quod fuit quidem resolutum *Affirmative*, sed pariter cum illo considerabili Addito; *Accedente licentia Episcopi*, qua attenta potius retorquetur; *Quia in omnibus Ecclesiasticis functionibus, concurrente Permissione Ordinarii* (qui dicitur Parochus Parochorum) *nulla alia Parochi licentia requiritur*, sunt verba *Rotæ* post multos Concordantes *in dec.* 63. *num.* 3. *cor. Herrera.*

His particularibus responsionibus, datis omnibus authoritatibus, allegatis pro parte Sartorum, additur alia, generalis quidem, sed æqualis, imo majoris efficaciæ, quod scilicet illæ loquantur de Archiconfraternitatibus, & Confraternitatibus primæ classis, & primæ notæ, compositis ex Personis diversorum Ordinum, generis, qualitatis, & professionis, primò, & principaliter institutis pro exercendis piis Operibus, & spiritualibus exercitiis; Non autem de Confraternitatibus, seu Collegiis Artium, & Professorum unius Artis, quæ primò, & principaliter institutæ fuerunt pro tractandis negociis propriæ Artis, minus verò principaliter, accessorie, & secundario pro piis Operibus exercendis, & propterea à pri- 156
mis non valet argumentum ad secundas, *vulgata leg. Papinianis ff. de Minor.* Si autem dictæ Archiconfraternitates primæ classis nullam omnino faciunt figuram in Ecclesiastica Hierarchia, & in concernentibus spiritualia, ut probavimus supra; Quanto minus in illa figuram aliquam facere possunt Collegia, seu Confraternitates unius Artis? ut respectu Confraternitatis Aromatariorum probant Authores citati supra, Licet illam *Piaz. in tract. de Loc.* 157
Pii Urb. libr. 8. *capit.* 18. *dall' anno* 1450. *dal Cardinal Astorgio Agnense*; Necnon Author Libri, cui titulus: *Roma antica, e moderna fol. mihi* 31. asserat *il Pontifice Martino V. concesse nell' anno* 1430. *questa Chiesa, gia Collegiata, all' Università de Speziali, con tutte le ragioni, che prima avevano li Canonici.*

Repeto nunc ea, quæ supra dixi omnia hæc adnotasse ad solum ornatum materiæ, & ad tollendas, si fieri posset, quotidianas controversias inter Parochos, & pias quidem hominum Adunantias, sed nullam omnino figuram facientes in Ecclesiastica Hierarchia: Cæterum ad nostrum effectum Cura- 158
tus Sancti Nicolai cum *Jo. Andr. in addit. ad Speculator. in §. Occurrit in fine de Testam.* sequuto *à Rot. decis.* 59. *numer.* 8. *cor. Eminentiss. Falconer. sub tit. de Fideic.* dicere potest Sartoribus, insistentibus in dd. Decretis generalibus Sac. Congr. Rituum, *Decreta de Vobis non loquuntur*; Si enim ex una parte certum est, quod illorum Confraternitas, uti composita ex determinata specie Artificum ex animadversis non sit supra Ecclesiastica, & ex alia indubitatum est,
quod non solo conductionis titulo, retineat Domum 159
illam, in qua principaliter congregantur pro negotiis propriæ Artis, videtur nimis absonum prætendere, ut simplex illorum Cappellanus, occasione publicæ Expositionis Orationis quadraginta Horarum, usurpare velit nobilem Parochi iurisdictionem, solemnem, imo solemnissimam dando benedictionem Populo, subjecto Curato Sancti Nicolai: *nel Distretto della sua nobilissima, antichissima, e divotissima Dia-* 160
conia, quam facultatem usurpare non audet Sacrista antiquissimæ Archiconfraternitatis Sanctissimi Corporis Christi, existentis in Ecclesia SS. Laurentii, & Damasi, quæ prima est in toto Orbe ejusdem Instituti, in privata Cappella, existente in eadem Ecclesia, non in solemnissima, sed in particulari functione, quam facit ex proprio Instituto.

Ex quibus, loquendo pro veritate, & conscientia, mihi videtur nimis dura, & æqualiter exorbitans prętensio Sartorum, insistentium pro denegatione manutentionis, petitæ à Curato antiquissimæ, & nobilissimæ Ecclesiæ Collegiatæ, quę non denegatur neq; etiam Latronibus juxta phrasim, usurpatam à Do- 161
ctoribus, secutis *à Post. de Manutent. observ.* 10. *numer.* 11. & in qua pacifice reperitur cum aliis Confraternitatibus, seu Artium Collegiis, intra fines ejus Parochiæ sitis, non titulo locationis, sed dominii, suas habentibus Ecclesias, in quibus pro earum Artium exercitiis congregantur nempe, *di S. Eliggio di Ferrari*; *Di Santa Maria in Vincis de Saponari*; *Di Sant. Aniano de Lavoranti de Calzolari*; *Di Santo Bartolomeo de Vaccinari &c.* Idque non ex ali- 162
quo motivo, speciem miraculi de novo reperti, sed vigore notoriorum generalium Decretorum Sacræ Rituum Congregationis, cum supposito, quod illorum vigore petitorium sit adeo clarum, ut possessorium absorbeat, eo tempore, quo præscindendo ab illis Confraternitatibus, quæ habent exemptionem à Jurisdictione Parochi, quæ- 163
que compositæ sunt ex Personis diversi generis, & professionis, eadem Decreta de ipsis non loquuntur, neque ad eas detorqueri valent, quando etiam Confratres ad praxim reducerent ea, quæ

his.

his verbis dicit *Garzon. nella Piaz. universal. disc.* 5. *Lascia stare le Difese, che fanno con li Testi, e con le Glosse delle Leggi, che non tirano tanto li Ciavattini il Corame, come fanno essi li Detti loro per portare le ragioni ove li pare*, juxta punctualissimas Authoritates Classicorum Authorum qui cum in hac parte Contradictorem non habeant, dicuntur casus le-
165 gis; Propterea si Judex essem ita constanti animo judicarem, usurpando phrasim *Decii cons.* 394. *num.* 10.

IN EADEM CAUSA.

Quotidiana docet experientia, verum esse dictum *Apulæi*, relatum à *Brancacc. de Jur. Doctor. in Epist. ad Lectorem*, quod scilicet *nulla res potest esse eadem festinata simul, & examinata, nec est quidquam*
166 *omnium, quod habeat, & laudem diligentiæ simul, & gratiam celeritatis*; Inter Curiales verò, sæpe verificari id, quod solitus erat dicere Card. Caccia, quando erat Sacræ Rotæ Auditor, quod regulariter in principio Causarum, neque Defensores, neque Judices perfecte sciunt omnes illarum circumstantias;
167 Non sic autem in progressu, quia tunc quilibet attentus Defensor dicere potest, cum *Job.* 19. 16. *Causam, quam nesciebam, diligentissime investigavi*, ex quo dignissimus Advocatus, postea S.R.E. Cardinalis, solitus erat consilium dare Judicibus, ne in Informationibus in voce, cum Curialibus nimis se extenderent, ne illis eveniret id, quod mihi probe recordor accidisse in illa *Brasilien*, de qua *in tom.*
168 2. *part.* 2. *discept.* 1. Volens enim in illius Informatione in voce Judex me convincere, taliter à me convictus fuit, ut non dubitaverit sequens mihi dare Responsum: *Signor Avvocato la voglio così*; Cui ego modeste replicavi, quod poterat se à principio declara-
169 re, quia nullum effudissem sermonem, juxta id, quod legitur *Eccles.* 32. 6.

Fuit in hac Causa processum cum supposito, *quod Lis esset* (sunt verba Scripturæ pro Confratribus) *pro Missis, Vesperisque solemnibus, occasione, tam Festivitatum S. Antonii Patavini, & S. Homoboni, quam*
170 *etiam Inventionis Sanctissimæ Crucis, necnon solemnis Expositionis Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramenti, occasione orationis quadraginta Horarum*; Quod in facto non regit, quia ex quinque Festivitatibus, quæ solemniter celebrantur in Ecclesia S. Homoboni à Confratribus, illæ Inventionis, & Exaltationis Sanctissimæ
171 Crucis fiunt à Juvenibus Sartorum, qui constituunt unam, eandemque Confraternitatem cum Magistris Artis, quive semper in præteritum, & etiam de præsenti ad illas faciendas invitarunt, & invitant, & se declarant in futurum, velle semper invitare Curatum Sancti Nicolai; Ex aliis verò tribus Festivitatibus, illæ Sancti Antonii Confessoris, & S. Homoboni fiunt à Magi-
172 stris Artis; In communi verò, & cui omnes Confratres interveniunt, tam scilicet Magistri Artis, quam illorum Juvenes, est illa solemnis expositionis Sanctissimi Sacramenti occasione Orationis quadraginta Horarum.

Circa istas tres posteriores, quæ sunt in Lite, respectu primæ, & secundæ observandum est, quod non omnes Magistri Artis sunt unius labii; dum aliqui, non solum in eorum particularibus Congressibus acriter se opposuerunt introductioni, & non desinunt se opponere prosequutioni præsentis Litis contra Curatum, sed alii in veritatis obsequium, serena fronte non dubitarunt Attestationes facere pro eodem Curato, proquo mihi videor audire omnes Juvenes in earum Apothecis, ex-
173 clamantes contra unum, vel alium Authorem præsentis vexationis, & dispendiosæ Litis, quæ fit contra dictum eorum innocentem Parochum.

Respectu verò d. tertiæ solemnissimę Functionis, pau-
174 sandum est hic aliquantulum, quatuor observando.

Primum, quod illa non est Functio propria Confraternitatis, de qua per dictionem illam taxativam *tantummodo* loquitur Decretum Congregationis Rituum, exadverso allegatum in Urbis, & Orbis ad 10. Dub. his
175 verbis conceptum; *An celebratio Missarum solemnium, per annum, sive pro Vivis, sive pro Defunctis, sit de Juribus Parochialibus; Negative, prout jacet, sed licere Confratribus DUMTAXAT in Festivitatibus solemnioribus ejusdem Ecclesiæ, vel Oratorii, ut in Brundusina die prima Junii* 1601. quæ non loquitur in terminis Expositionis Sanctissimi Sacramenti occasione 176
quadraginta Horarum; Et proinde non nisi cum palmari æquivoco prætendunt Confratres, quod circa hanc solemnissimam Functionem fundatam habeant intentionem in dictis Decretis generalibus Urbis, & Orbis, attenta dictione illa *dumtaxat, quæ ita est taxativa, & restrictiva, ut concludat negationem in* 177
aliis, & excludat omnes alios casus, sunt verba *Barbos. de Diction. dict.* 97. *numer.* 3. & 4. & concordant alii, sequuti à *Rot. in decis.* 228. *numer.* 2 *cor. Dunoz. jun. & decis.* 26. *numer.* 55. *coram Cerro, & decis.* 279. *numer.* 17. & 18. *part.* 9. *recent.* ibi -- *Taxativa dictio* duntaxat &c. *non solum cæteros excludit &c. sed quo ad alios non solum habet vim tacitæ prohibitionis, sed expressæ.*

Secundum, quod Oratio quadraginta Horarum in illis etiam Confraternitatibus, quæ componuntur ex Personis diversorum ordinis, & professionis, 178
& in quarum Ecclesiis semper retinetur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum quæ toto cęlo distant ab Ecclesiis Collegiorum Artium, *ex adductis supra*, fieri non potest sine speciali licentia Ordinariorum, ut sequendo multas resolutiones Sac. Rituum Congregationis probat *Pignatell. consult.* 68. *à numer.* 2. *tom.* 179
6. & *consult.* 79. *a numer.* 3. *tom.* 9. & determinavit expresse *Clemens XI. in Instruction. pro Oratione* 40. *Horarum* §. 26. impressis in ejus Bullario *fol.* 216. & resolvit *Sacr. Congreg. Rituum in dicta Urbis, & Orbis* 10. *Decembris* 1703. *ad Dub.* 27.

Tertium, quod talis functio 40. Horarum in repositione Sanctissimi Sacramenti habet inseparabiliter annexam solemnem, imò solemnissimam benedictionem, dandam Populo, illi præsenti, quæ licet non sit de Juribus mere Parochialibus, est tamen illis adeo annexa, & connexa, ut, præscindendo à Licentia Ordinarii, non nisi à Parocho dari possit, ex addu- 180
ctis supra, & addo verba punctualissimæ Resolutionis *Sacræ Rituum Congregationis in Neapolitana* 18. *Maii* 1602. ibi -- *In Ecclesiis &c. quæ sub Magistrorum Laicorum Gubernio, & directione esse solent &c. Presbyterales Functiones, quæ Populi, & Animarum Curam quoquomodo concernere videntur, quales sunt Candelarum Benedictiones &c. Sanctissimi Sacramenti delationes &c. quæque circa Cultum Sanctissimi Corporis Christi in* 40. *Horarum Oratione, & similes, non ad* 181
Cappellanos, seu Sacristam Ecclesiarum hujusmodi, ab eisdem Laicis deputatos, sed ad Parochum, seu Rectorem, Animarum Curam habentem, pertinere censuit Sac. Congregatio, quam refert, & sequitur *Pignatell. consult.* 79. *num.* 8. *tom.* 9. & concordant adducti per *Nicol. in Floscul. verbo Parochus numer.* 19. ibi -- *Licet quilibet Sacerdos habeat ad id potestatem Ordinis, non tamen habet potestatem jurisdictionis, nisi eam accipiat ab Episcopo*, 182
vel à Parocho Barbos de Paroch. part. primæ cap. 11. *num.* 50. & *Pignatell. dicta consult.* 79. *numer.* 10. & 11. *tom.* 9. ibi -- *Cumque in hac Functione Sacerdos ante Repositionem Sanctissimi, solemniter benedicat Populo cum Eucharistia, hic actus, veluti jurisdictionalis, fieri non potest intra Limites Parochiæ ab alio, quam à Parocho*, *Pignatell.* sequitur *Rota in dec.* 35. *in fine apud Scarfant. ad Ceccoper.*

Quartum demum, quod respectu ejusdem punctualissimæ resolutionis dictæ Sac. Congr. Rituum, specialem merentur animadversionem verba illa, *quæ Populi, & Animarum Curam quoquomodo concernere videntur*, in nostris individualissimis terminis egregie ponderata ab 183
Authoribus, citatis supra.

Ex quibus quatuor reflexionibus, in facto innegabilibus, & in Jure indubitatis, præcipue simul unitis, sequitur, vanum esse prætendere, ut eadem solemnis Functio, adversus dictum cubitale Decretum Sac. Con- 184
gregationis Rituum, expleri possit à Sacrista Collegii Artium, in illa Ecclesia, in qua continuo non asservatur Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum; Non

adest Sepultura, nisi pro Confratribus; Non Sedes
Confessionalis, nisi dimidiata, uniceque destinata
pro eisdem Confratribus dumtaxat; Et quod magis
est, neque etiam in illa reperiuntur tot Sacerdotes,
& Clerici, qui cum decore, Majestati dictæ Sacræ
185 Functionis debito, illam explere possunt, saltem in
numero quatuordecim, determinati in Bullario *Cle-*
mentis XI. fol. mihi 314. §. 15. Nisi verificetur, quod
de suis tercentum Socii Porsennæ Regi dixit *Mutius*
Scevola, juxta ea, quæ ego allegavi, & obtinui in
simili casu, de quo *in tom. 3. part. 2. discept. 22. num.*
38. ibi -- *Itaut illi bini, & bini, qui devote proceden-*
tes sub loco incedere solent ante Augustissimum Sacra-
186 *mentum, quive Agmen Supplicantium, seu Processio-*
nem componunt, ut dicitur in Rituali Romano tit. de
Process. §. Omnes erunt similes illis 300. *Sociis Mu-*
tii Scevolæ, dum in nostro casu penitus desiderantur ex
Religiosis Dominicani, qui proinde ad componendam di-
ctam Processionem invitare solent tutti li Preti.

Iterum in hac parte fatendo meam imbecillitatem,
nescio percipere, & multò minus etiam volens capti-
vare valeo meum intellectum, quare Confratres cum
minori decore dictæ solemnis functionis, ad illam
explendam vocare volunt mercenarios Sacerdotes,
187 & non uti gratuito Ministerio Parochi *di una nobi-*
lissima, antichissima, e divotissima Diaconia; Dixi *cum*
minori decore, quia vis obsequii non consistit in ipsa re,
sed in qualitate Personæ, illud præstantis, sunt verba
Card. de Luc. de Servit. disc. 65. sub num. 11. & concor-
dant *Gavant. ad Rubric. Missalis part. 2. litt. A.* ibi --
188 *Ut à digniore Ministro id fiat, & Rot. dec.* 244. *nu-*
mer. 3. par. 3. recent. ibi -- *Convenire videtur, ut per*
digniorem celebretur; Et hæc satis sint pro dicta so-
lemni Functione Orationis quadraginta Horarum.

Circa verò alias duas Functiones in Festivitatibus
189 Sancti Antonii Patavini, & S. Homoboni, diximus,
& constanter repetimus, quod Curato, probanti suam
possessionem denegari non potest manutentio ex alle-
gatis supra in quorum majorem evidentiam addimus,
quod ex quinque partibus Confratrum, quatuor ex-
clamant pro eodem Curato, dum Artis Sartorum
Collegium, seu Confraternitas, cumulativè constat,
seu componitur ex Magistris Artis, illorumque Ju-
venibus, qui longè superant Magistros, dum in quo-
libet istorum Apotheca reperiuntur saltem quatuor
190 Juvenes, & in multis etiam in numero majori,
quod omnium oculis ambulantium per Urbem ex-
positum est.

Ab hac strangulatoria facti reflexione in summis
angustiis positi Magistri Artium, respondent, ipsos
actualiter litigare cum suis Juvenibus, prætendentes
illos expellere ab eorum Confraternitate, & propte-
191 rea illorum dissensum non esse habendum in aliqua
consideratione; Sed replicatio in promptu est, ob-
servando, quod iidem Juvenes semper in præteritum
etiam ante d. Litem, ita practicarunt, quod est inne-
gabile, & quia ab eorum solito noluerunt recedere,
seque in præsenti Lite cum illis unire, mihi suppo-
nitur, quod a brevi tempore fuit contra eos inten-
tata Lis à dictis Magistris Artis; Nostrum autem
192 non est judicare, an in hoc casu verificentur ea, quæ
his verbis notat *Bartol. in leg. In Criminibus §. Cùm*
quis ff. de Quæstionib. Ego vidi in Civitate ista, cùm qui-
dam non haberet contra eum, nisi unum Testem, vidi
fieri hanc malitiam, quod dedit Reus illi Testi unam
alapam &c. Contra hanc malitiam habetis remedium
193 *hic*; Vel illa alia verba Baldi, relata *à Decio consil.*
163. *numer.* 18. *In proposito notat Baldus, quod si ego*
eram debitor tuus in centum, & tu non poteras proba-
re debitum, nisi per Petrum, & Joannem &c. Cùm igi-
tur à me velles petere debitum, ad hoc ut Tibi aufer-
rem potestatem probandi, accusavi illos de gravi crimi-
ne &c. Solumque addimus in genere, quod *Neviz-*
zan. in Sylva Nuptial. lib. 5. fol. 595. *in princ.* Caute-
lam hanc vocat diabolicam.

Cæterùm quando per falsam hypothesim admitti
vellet unio, seu consensus omnium Confratrum, tam
Magistrorum, quàm Novitiorum Artis circa præsen-
194 tem Litem; Quodque danda esset fides illorum Li-
bris ad probandam quasi possessionem explendi di-
ctas Sacras Functiones, idque adversùs rei evidentiam,
& communiter receptas conclusiones, de quibus su-
pra & addo Rotam loquentem in præcisis terminis
Libri Collegii *coram Durano decis.* 159. *num.* 2. ibi -- 195
Non obstant actus possessorii, qui hodie dantur; Par-
titæ enim Diarii Collegii productæ eos non probant, leg.
Exemplo &c. & nemo in hoc privilegiatus existit, ut
propriæ Scripturæ ad sui favorem stetur. Et stringens 196
ratio adducitur in *alia decis.* 285. *num.* 15. *coram eo-*
dem Durano ibi -- *Absurdum enim esset, ut daretur fi-*
des ejus Scripturæ, in qua ipse non esset idoneus Testis,
& idem dicendum de Libro Universitatis. Et respon-
dendo reflexioni, quod non est sermo de bursali in- 197
teresse Confratris, idem *Duran. decis.* 178. *numer.* 13.
ibi -- *Si depenentes in casu, ubi affectionem aliquam*
habent &c. licet negocium contra eos principaliter non
agatur, multò magis &c. Adhuc in istis terminis, pro
majori claritate gratuito contra veritatem suppositis, 198
semper esset præferenda possessio Parochi ex addu-
ctis supra & addo *Pign. consult.* 68. *n.* 9. *tom.* 6.

Nec omittimus observare, quod prætensio contra-
ria tendit ad inducendam confusionem in toto Mun-
do Catholico inter omnes Confraternitates Secula-
rium, & Artium Collegia, ex una parte, & Paro-
chos, portantes pondus diei, & æstus pro salute a- 199
nimarum, pretioso Sanguine D. N. J. C. redempta-
rum ex altera, quod nimis absonum visum fuit ho-
mini Seculari, licèt scribenti pro seculari Confraterni-
tate Civitatis Aversanæ, compositæ ex Personis di-
versorum Ordinum, & professionum, nempè *Capon.*
disc. 276. *n.* 5. his verbis, *Si hoc permittamus totus Mun-* 200
dus poneretur in confusione, & ego addo, quod fieret
strages dignitatis, & jurisdictionis Parochialis, quia
id, quod Romæ in hac parte servatur cum Confraterni-
tatibus Urbis, ab omnibus Confraternitatibus per totum
Orbem sparsis servari debet, juxtà Oraculum Clemen-
tis VIII. quod sequitur idem *Capon. ubi supra n.* 24.
necnon alii Authores, à me citati in *tom. 6. part. 2.* 201
discept. 16. n. 53. Et utinam in hac parte non verifi-
caretur id, quod Abbas Sanctorius, per hæc verba
nimis clarè se explicavit *in Histor. Carbonens.* fol. 164.
Frustra de Potestatibus secularibus querimus, dum Nos 202
ipsi telo nostro occidimur, cum quo indebilioribus ter-
minis Controversiæ inter Archiepiscopum, & suum
Capitulum, sequuta fuit *Congr. Episcop. Ponente San-*
ctissimo Domino Nostro, tunc Cardinale, quod recogno- 203
sci potest *in tom. 4. p. 1. disc. 9. n.* 57.

In universum demum pro adequata responsione to-
lerantiæ unius vel alterius Parochi, qui permittit
Sacristæ Collegii Artium peragere aliquas ex functio-
nibus, jurisdictioni Parochiali annexas, & connexas;
Vel quia est legitimè impeditus ab occupationibus, 204
explendis in propria Ecclesia; Vel attenta Conven-
tione cum suis Antecessoribus; Vel Consuetudine con-
cludenter probata, & contra ipsum militante; Vel quia
perterritus est à molestiis Litis, quæ *in Urbe non sine*
magno dispendio agitantur, experientia teste, & per
eadem præcisa verba id observante *Sacr. Rot in decis.*
476. *num.* 17. *par.* 19. *recent.* & addo *Rebuff. in Regul. de* 205
Subrog. gloss. 1. fol. mihi 151. ibi -- *Lites Procuratori-*
bus, & Advocatis sunt Cibaria dulcissima, tamen ip-
sis Partibus sunt valdè amaræ; Præcipuè, quando Li-
tes promoventur à Confratribus, qui teste *Card. de*
Luc. de Judic. disc. 32. num. 46. majorem rabiem habent, 206
quando favore propriæ Confraternitatis litigant cum in-
nocentibus Parochis, quàm in Caussis propriis, & par-
ticularibus; Ex quo infert *idem Card. de Luc. ubi sup.* &
concordant alii, sequuti *à Pignatello*, quod nullam
merentur fidem, quando deponunt etiam pro rebus, 207
spectantibus ad Confraternitatem in communi, ut
videre est *in consult. 73. numer. 100. tom. 8.* ibi -- *E tan-*
to più, che li Testimonj, che adducono a provarla, so-
no tutti Fratelli della Compagnia, e perciò per ragione
di affetto non meritano fede bastante &c. Vel demum,
quia *aliqui Parochi, uti Amatores quieti, multo per-* 208
mittere solent, non permittenda, sunt verba ejusdem
Card. de Luc. de Jurisd. disc. 2. n. 4.

Dicimus, eosdem Parochos non potuisse, neque
posse

posse præjudicare aliis Parochis, volentibus propria jura defendere, egregiè *Pignatell. consult. 68. n. 7.*
209 *tom. 6.*, ubi adducit sequentem bonam rationem, quia *Parochi nequeunt facere ea, quæ tendunt in præjudicium Ecclesiarum Parochialium; Non enim sunt Domini, sed Administratores, & ideo tenentur conservare, non autem destruere Jura Parochialia; Quod si eis præjudicent, Successor in Parochia non tenetur stare iis quæ in suum detrimentum à Prædecessore facta sunt*, ubi præcisè, & punctualissime loquitur in nostris ter-
210 nis, functionis nimirum annexæ, & connexæ Jurisdictioni Parochorum, in qua parte habemus Textum, qui non potest esse rotundior *in Cap. Cùm jamdudum de Præbend.* ibi .. *Multa per patientiam tolerantur quæ quando deducuntur in judicium, justitia mediante, tolerari non debent*, quem punctualem Textum (non ob-
211 stante contrario immemorabili solito, practicato in præsentia unius ex illis, qui dicuntur repræsentare *Thronum Divinitatis in Terra visibilis* à pio, & docto Authore Libri, in Urbe impressi anno 1719. cui titulus *Descriptio Vitæ, & Officii Episcopi*, & coram *il più augusto Consesso, che sotto quello de Seniori del Cielo, abbia la Religione Cattolica in Terra*, sunt verba
212 nunquam satis laudati, semperque cum insigni laude nominandi Card. Casini in Epistola dedicatoria Clementi XI. *del primo Tomo delle Prediche, dette nel Palazzo Apostolico*) sequuta fuit *Rituum Congr. in Romana 26. Aprilis 1704. Ponente Cardinali Barberino* ut videre est *in Tom. 2. parte prima discept. 28. n. 65. & num. 126.*

Ex quibus videtur evidenter constare de bono jure Parochi, etiam in petitorio, quod judicium ad ejus instantiam fuit solemniter suspensum, & de hac
213 suspensione solemnius, & solemnissimè hodiè protestatur, & reprotestatur, idem Parochus; Et propterea multò magis, majorique evidentia videtur constare de ejus bono jure ad effectum manutentionis, quæ denegari nunquam potest Parocho, etiam si per falsam hypothesim vellet admitti, Sa-
214 cristam Collegii Sartorum aliquam ex controversis functionibus aliquando explevisse, in puncto *Pignatell. consultat. 68. num. 9. tom. 6.* ibi .. *Minusque obstaret, quod aliquando Cappellanus Sodalitatis has functiones peregerit; Nam, vel id evenit ex licentia, & consensu Parochi: Vel quatenus etiam possessio pro utraque Parte concurreret, adhuc esset præferenda illa Parochi &c. Vel cùm sint facultativæ, & dependeant à voluntate Parochi, non poterunt Confratres acquirere quasi possessionem negativam, nisi præcesserit ipsorum negatio, & Parochorum acquiscentia.*

Et ita loquendo cum eodem sensu veritatis con-
215 stantissimè judicarem, si Judex essem.

IN EADEM CAUSA

Experientia Teste, & id observante *S. Ioan. Chris. hom. 7. in Matt. Vis veritatis facilè per seipsam defenditur, etiam si infiniti illam extinguere velint, & non*
126 *modò non obscuratur, sed illustrior, & excellentior redditur*. Punctualissimè verificatur hoc in præsenti Causa, in qua ad offuscandas concludentissimas probationes possessionis, in qua reperitur Parochus S. Nicolai exercendi ecclesiasticas Functiones in Eccle-
217 sia S. Homoboni, pro demenda fide quatuor ex quinque partibus Confratrum, una voce concordantium in hac parte cum innumeris aliis Testibus diversæ conditionis, qualitatis, & Professionis super possessione Curati explendi controversas Functiones, serena fronte non dubitarunt asserere, quòd cum iisdem Confratribus, pro Parocho deponentibus, pen-
218 deat Lis in Congr. Concilii pro illorum exclusione à Collegio, seu Confraternitate Artis Sutoriæ quod est purum Adinventum, verumque ens rationis; Factis enim diligentiis in Secretaria dictæ Congregationis, repertum fuit, quod inter Juvenes, & Magistros Artis Sutoriæ nulla pendet de præsenti Lis, nullaque alia de præterito adfuit controversia, præ-
219 ter illam, toto Cœlo diversam, sub titulo *Romana Rescissionis Concordiæ die 17. Februarii 1731.* resolutam contrà Magistros Artis cum Rescripto: *Servandam esse concordiam anni 1684.* ut videre est in Folio, in eadem Congregatione distributo, *& per extensum registrato in fine.* Et quod magis est mihi in facto constanter supponitur, quòd in eadem Causa vigore Mandati A. C. Artis Magistri coacti fuerunt 220
reficere omnes Litis expensas illorum Iuvenibus, seù Tyronibus.

Dum igitur manibus palpatur, quòd quasi possessio Curati exercendi in Ecclesia S. Homoboni omnes controversas Functiones circà quas (suspenso solemniter Petitorio, Causa in mero Possessorio, coram Judice, unicè pendet intrà evidentiæ fines posita est ab exercitu Testium, cujus major pars composita est ex ipsismet Confratribus, nullas in Personis patientibus exceptiones Unde repetimus cum *Lactant. Firmian. Divin. Instit. tit. de vera Sapient. l.*
4. c. 12. Testimonium illud satis firmum est ad probandam veritatem, quod ab ipsis perhibetur Inimicis, & 221
addimus cum *D. Hieronym. epist. 61.* sequuto *à Pompejo meo filio in tom. 1. Miscellan. lit. T. num. 65. Testimonium illud verum est, quod ab inimica voce profertur; Alioquin, si Amicus pro Te dixerit, non Testis, aut Judex, sed Fautor putabitur.* Quæ posteriora verba congruè deservire possunt pro adæquata responsione Libr s, & Attestationibus aliquorum Confratrum, præsentem Litem non sine rabie prosequentium; Si enim, uti Fautori, nulla fides præstanda est Amico, quanto magis deneganda est Confratribus, scribentibus, & deponentibus, non pro Amicis, sed pro seipsis, & signanter circa eleemosynam, tributam Curatis, Missam in eorum Ecclesia celebrantibus, circà cujus negativam adducuntur in- 223
formatissimi Testes, omni exceptione majores, asserentes, *che quando il Paroco veniva a fare per se stesso dette Fonzioni, non richiedeva, nè riceveva alcuna ricognizione, ma solo erano pagati li Ministri.* Alii verò asserunt, *che quantunque gli Offiziali della predetta Università mi volessero dare una non sò qual' elemosina, anzi in una certa maniera mi volesseeo coartare a riceverla, Io non la volli in veruna maniera ricevere, nè accettare.*

Quibus stantibus continuando sermonem pro veritate, & conscientia, Ego in ea sum opinione, quòd difficile erit invenire aliam Causam in Possessorio, in qua cum majori evidentia probari pos- 224
sit bonum Jus petentis Manutentionem.

Verba Folii Congregationis Concilii sub titulo *Romana Rescissionis Concordiæ.*

Societas Tyronum, seu Juvenem laborantium artis Sutoriæ, erecta de anno 1616. in Ecclesia S. A- 225
nastasiæ de Urbe, sub invocatione Sanctissimæ Crucis, de anno 1665. aggregata fuit Universitati Magistrorum ejusdem Artis in Ecclesia Sanct. Homoboni, tribus inter cætera additis Pactis. Primo, quod Tyronum Societas tertiam partem illius Quotæ, scilicet obulorum duorum cum dimidio, quos exigebat a Confratribus, eidem Universitati Magistrorum solvere deberet. Secundo, quod Magistri tenerentur insistere, ut Juvenes, seu Tyrones, in eorum Officina laborantes, dictos obulos duos cum dimidio quolibet mense persolverent, aut saltem sequestrum acceptare deberent. Tertiò, quod Universitati, nunquam liceret Societatem eiicere, nec ista absque Beneplacito Apostolico ab ea discedere.

Quia verò tractu temporis exactio duorum obulorum cum dimidio difficilior evadebat, inter Uni- 226
versitatem aggregantem, ac Societatem aggregatam, de anno 1684. inita fuit Concordia, in qua conventum fuit, quod nemo ex Magistris recipere deberet Juvenem mercenarium ad laborandum in sua Apotheca, nisi Bollectenum Societatis haberet, quo constaret, jam solvisse obulos quindecim pro Semestre anticipato, idemque practicari deberet quolibet Semestre, & in casu contraventionis, ipse Magister dictos obulos quindecim solvere de proprio teneretur, Societas verò Tyronum, loco tertiæ partis dictorum

ctorum obulorum duorum cum dimidio, dictæ U-
niversitati Magistrorum persolvendæ, annuum Ca-
nonem scutorum 31. ab Universitate debitam Ar-
chihospitali Consolationis solvere se obligavit. Hæc
Concordia confirmata fuit per Breve à Ven. Dei
Servo Innocentio XI. ac etiam approbata in Iudi-
cio, debitæq; executioni, usque in præsens deman-
data.

Ab hujusmodi Concordia reclamavit Universitas
227 Magistrorum, exponens, dictos Iuvenes per integrum
Semestre in eorum Apothæcis permanentes non es-
se, nec practicari posse, nisi exactionem dictæ quo-
tæ quolibet mense solvendæ juxta eorum Statuta.
Hinc proposita hac instantia sub die 18. Dec. 1728.
rescriptum fuit .. *Ad EE. Ottbobonum, & Spinulam
pro Concordia, etiam cum facultatibus Sac. Congrega-
tionis.*

Quamvis isti EE. Protectores unius, & alterius
228 ex iisdem Societatibus, operam dederint Concordiæ
ea tamen concludi non valuit; Proponitur itaque
Instantia in præsenti Sac. Congregatione, ut EE.
VV. ea, qua pollent prudentia, sapientiaque, de-
cernant.

*An, & quomodò Concordia inita de anno 1684. sit
229 observanda ..*

Die 17. Februarii 1731. Sacra Congr. respondit ..
230 *Servandam esse Concordiam anni 1684.*

*Judex, coram quo Causa fuit agitata, mandavit,
231 manutenendam esse Confraternitatem, seu Collegium
Artis in possessione exercendi ecclesiasticas Functiones
de quibus coram ipso actum fuit, non obstante Juris
Resistentia quæ viget contra d. Collegium Artis. Si-
gnatura vero Justitæ, Ponente Bancherio, rescripsit:
Alteri cum facultate manutenendi quem de Jure.*

*In antecedentibus Tomis nedum sępè citavimus, sed
quandoque per extensum impressimus multas antecesso-
rum Summorum Pontificum, In Constitutionis, quarum
aliquæ successivè, vel declaratæ vel revocatæ, vel ad
terminos Juris redactæ fuerunt. Ad hoc igitur, ut Le-
ctor sciat illas, quæ hodie sunt in viridi observantia,
pristinaque antiquo vigore operæ, pretium ducimus
hic imprimere dd. posteriores Constitut. vel declarato-
rias, vel revocatorias antecedentium, quæ sunt se-
quentes.*

PARAGRAPHUS PRIMUS.

*Constitutio Sanctissimi D. N. Clementis XII. in qua de
consilio particularis Congregationis nonnullorum ex S.
R. E. Cardinalibus, decernitur, ad Clericos regula-
res pauperes Matris Dei, qui à Sholis piis deno-
minantur, pertinere munus tradendi prima rudimen-
ta Literarum, Disciplinasque liberales latinas &
Græcas, atque etiam majores Scientias Adolescen-
tibus, ac nobilium & divitum Filiis, inque curam
& regimen recipiendi Juvenum Collegia, seminaria,
& Convictus, ac demum regulares domos condendi
sine ullo quorumcumque Regularium consensu.*

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

1 NObis, quibus a Christo Domino totius Eccle-
siæ cura commissa est, proba & recta insti-
tutio juvenilis, in sanctę religionis præceptis, ho-
nestisque artibus teneros adolescentum animos im-
buens, cordi esse debet, unde ad summi Dei glo-
riam plurima & maxima bona in Ecclesiam, totam-
que Rempublicam Christianam provenire noscun-
tur. Quare si pios & doctos viros, in laudando hu-
jusmodi officio laborantes, peculiari charitate com-
plectimur, eos Gratiis Apostolicis foveri & ornari
satagentes, nos id agere putamus, quod muneri no-
stro, Deoque Omnipotenti, cujus honorem præ o-
culis habemus, maximè convenit.

Quum ergo nobis innotuerit, varias, interque se
2 discrepantes opiniones, ac voces de proprio officio,
præcipuoque Instituto Congregationis dilectorum fi-
liorum Clericorum regularium pauperum Matris Dei,
qui a Scholis piis denominantur, in modo & ratio-
ne instituendi adolescentes, illorum curæ commissos,
eosdemque in Scholas recipiendi, percrebuisse; de-
que Statutis, a fel. rec. Gregorio Papa XV. præde-
cessore nostro eidem Congregationi Apostolica au-
ctoritate confirmatis, ac de complurium aliorum
Pontificum Romanorum, tam sub plumbo, quam
sub anulo piscatoris in forma Brevis pro dicta Con-
gregatione editis Apostolicis Literis, præcipue ve-
ro piæ memoriæ Pauli V. jamdicti Gregori XV.
Urbani VIII. Alexandri VII. ac utriusque Clemen-
tis, IX. & X. non una Sententia audiretur, Nos
quascumque controversias, & dissensiones, ex hac
discrepantia opinionum, dictorumque Statutorum,
ac Literarum vario sensu, ortas, & fortasse oritu-
ras, pro nostri Apostolatus munere de medio tol-
lere volentes, & benevolentiam, qua eosdem Cle-
ricos regulares ob assiduos labores & studia, quæ
in Proximi bonum, & utilitatem impendunt, sem-
per prosequuti fuimus, amplius demonstrare cupien-
tes, nuper Motu proprio, ex certa scientia, & deli-
beratione nostra, deque Apostolicæ potestatis pleni-
tudine, Venerabilibus fratribus nostris, Prospero Ma-
resuschio, eorumdem Clericorum Regularium Prote-
ctore, Leandro de Porzia, & Petro Aloysio Cara-
fa Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ad rem
hanc maturo consilio examinandam jussu nostro de-
lectis, particularem Congregationem instituimus,
cui venerabilem Fratrem Archiepiscopum Nazianze-
num, Auditorem nostrum, Secretarium adsignavi-
mus.

Huic autem Congregationi, præviis facultatibus
necessariis instructæ, commisimus & mandavimus, 3
ut de omnibus, & singulis tam in forma Brevis,
quàm sub plumbo, eosdem Clericos regulares respi-
cientibus Apostolicis Literis & statutis, mature per-
pensis edocti, in subsequentia capita sedulo inqui-
rerent.

I. an prædictis Clericis regularibus in suis publi-
cis Scholis præter scribendi, legendi & computandi 4
regulas, atque etiam grammaticen, scientias majores
tradere liceat.

II. an ipsi ad easdem suas Scholas pueros etiam
divites, nobilesque admittere possint. 5

III. an in suam curam & regimen juvenum Col-
legia, seminaria, & Convictus habere itidem pos- 6
sint.

IV. quæsitum est, an privilegium Apostolicum
eis concedendum, ut regulares Domos, sine alio- 7
rum regularium consensu, condere possint, ubi ta-
men eis pro numero a Constitutionibus Apostolicis
præfixo, religiosis alendis sufficientes redditus citra
mendicandi & quæstuandi necessitatem, alias sup-
petant.

Itaque huiusmodi Congregatio particularis, die 13.
Aprilis proximæ præteriti habita, dictorum Clerico- 8
rum regularium Statutis, ceterisque Romanorum
Pontificum in forma Brevis, & sub plumbo varias
ob causas olim confectis Apostolicis Literis, que-
madmodum præceperamus, diligenter inspectis, &
ponderatis, nemine discrepante, in hanc sententiam
uno ore devenit, quam prædictus Auditor noster
Archiepiscopus Nazianzenus die insequenti nobis ex-
posuit.

Ad *primum*, Clericos regulares pauperes Matris
Dei, qui à Scholis piis denominantur, teneri prima 9
Rudimenta catholicæ Fidei, Grammaticæ, & Com-
putorum regulas tradere adolescentulis ad formam
Constitutionum ordinis sui. Licere etiam eisdem
scientias majores in suis publicis Scholis tradere, dum-
modo tamen apud eos Constitutiones Ordinis, quo-
ad Scholas minores, serventur.

Ad *secundum*, eosdem Clericos regulares teneri ad-
mittere pueros pauperes, & licere eis admittere Pue- 10
ros divites, & nobiles.

Ad *tertium*, Posse ad formam Capitulorum gene-
ralium. 11

Ad *quartum*, pro Gratia privilegii eis concedendi
respon-

12 responsum est, ad formam scilicet Indulti felicis recordationis prædecessoris nostri Clementis Papæ IX. Fratribus excalceatis ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo concessi die VI. Octobris anni 1668.

Quare Nos prædictos Clericos regulares speciali-
13 bus favoribus & gratiis prosequi volentes, illosque & eorum quemlibet a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisve ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & pœnis, tam a jure, quam ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existerent, & ad effectum præsentium tantùm consequendum, harum serie absolventes, & absolutus fore censentes, supradictorum Statutorum, & Pauli V. Gregorii XV. Urbani VIII. Alexandri VII. & utriusque Clementis, IX. & X. antecessorum nostrorum Pontificum Romanorum, tam sub plumbo, quam in forma Brevis, editas Literas, eosdem Clericos regulares quomodolibet respicientes, & quæcumque in Capitulis generalibus decreta ab eis condita, illorumque omnium, & singulorum tenores, etiam veriores, ac Datas, præsentibus pro plene & sufficienter expressis habentes, qualscumque contentiones, discordias, & Lites, siquæ forsan quomodolibet ubivis locorum super hujusmodi statutorum, & Literarum Apostolicarum interpretatione, & vero sensu contra eosdem Clericos regulares exortæ essent, & coram quibuscumque judicibus introductæ, & indecisæ pendentes haberentur, aut imposterum oriri unquam possent, ad Nos & Sedem Apostolicam avocantes, ac penitus supprimentes & extinguentes, ac super eis perpetuum silentium imponentes, Motu proprio, ex certa scientia, & deliberatione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, de consilio memoratæ Congregationis particularis Decreta superius expressa, & enunciata, ut deinceps semper, ac perpetuò vigeant & ubique Locorum ab iisdem Clericis regularibus, illorumque Præposito & Procuratore generalibus, cæterisque Superioribus & personis quibuscumque observentur; Apostolica auctoritate confirmamus & approbamus, illisque nostræ firmitatis robur adiicimus, & quatenus opus sit, quæ in supradictis Decretis continentur, tam scilicet quoad majorum scientiarum traditionem, quàm quoad admissionem nobilium, ac divitum puerorum ad eorum Scholas; quam denique quoad curam & regimen Collegiorum, Seminariorum, & Convictuum de novo concedimus, & omni meliori modo, suprema, ac Apostolica potestate nostra impertimur, omnes & singulos tam juris, quam facti & circumstantiarum defectus, si qui in eis quomodolibet intervenissent, plenè supplentes.

Ne vero imposterum quisquam ubivis Locorum,
14 & Gentium contra præmissa novas controversias & dissensiones excitare, eisdemque Clericis regularibus de his molestiam aliquam inferre audeat, quæ a dicta Congregatione particulari explicata sunt, & a nobis approbata, ac de novo concessa, Decretisque prædictis continentur, Statutorum & literarum Apostolicarum, tam sub plumbo, quàm in forma Brevis, hujusmodi esse verum, germanum, sincerum, & indubium sensum, idque omne a quibuscumque, etiam speciali nota dignis, & vigore Constitutionum Apostolicarum, nostrarumque, & Cancellariæ Apostolicæ regularum, & specialiter & individue exprimendis, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Locorum Ordinariis, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, & Militarium; Nec non etiam Congregationum quorumcumque aliorum Clericorum regularium, etiam Societatis Jesu, & cujusvis alterius regularis Instituti Personis regularibus, omnino servandum esse; neque eisdem Statutis, & literis Apostolicis superiùs expressis, ullam aliam interpretationem tribui posse, neque eisdem Clericis regularibus Matris Dei, qui à Scholis piis denominantur, ex suis Statutis, Literisque Apostolicis, iisdem concessis, præsertim Pauli V. incipientibus: *Ad ea*, scientias majores profiteri unquam interdictum, & vetitum fuisse, imo etiam in suis publicis Scholis easdem scientias majores Adolescentibus cujuscumque ordinis & conditionis tradere, & prælegere licuisse, & licere, Apostolica auctoritate nostra decernimus & declaramus.

Demum iisdem Clericis regularibus pauperibus
Matris Dei, qui a Scholis piis denominantur, illo- 15
rumque Præposito generali & Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, concedimus, ut ubique Locorum, in suo tamen singulari Districtu, Domos, & Conventus regulares, juxta Concilii Tridentini Decreta, pro pueris cujuscumque ordinis & conditionis, in quibusvis liberalibus disciplinis Latinis, & Græcis, & scientiis etiam majoribus, a se instituendis, Collegia, Seminaria, & Convictus ex sola licentia Ordinariorum, nulloque aliarum Personarum cujusvis ordinis, etiam Mendicantium, & cujuscumque Congregationis Clericorum regularium, etiam Societatis Jesu, requisito consensu condere, fundare, & erigere liberè, & licitè possint & valeant, etiam non servata distantia, quæ ab antecessoribus nostris Romanis Pontificibus ad centum & quadraginta cannas, sive aliud plus minus accuratum spatium, ab uno ad aliud religiosorum hominum Cœnobium, seu Conventum, servanda præscribitur; Dummodo tamen redditus ad alendum religiosorum numerum, eis in Constitutionibus Apostolicis præscriptum, citra necessitatem mendicandi, & quæstuandi, ut præfertur, sufficientes eis suppetant, dicta auctoritate nostra præsentium tenore, licentiam & facultatem perpetuo impertimur.

Volumus autem, has Literas nostras, & in eis
contenta quæcumque, semper & perpetuo validas, 16
& efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, atque ab omnibus, & singulis, ad quos quomodolibet nunc pertinet, & imposterum pertinebit, firmiter & inviolabiliter observari debere, nullove unquam tempore ex quocumque capite, vel causa, quantumvis legitima & juridica, etiam ex eo, quod cujuscumque Ordinis Mendicantium, alteriusve regularis Instituti, etiam individuam & expressam mentionem requirentis, Superiores, vel alii quicumque in præmissis, & circa ea quomodolibet, & quavis ex causa, vigore privilegiorum, eis, & eorum cuilibet ab Apostolica Sede concessorum, jus vel interesse habentes, aut se habere prætendentes, illis non consenserint, neque ad id vocati, citati, nec auditi unquam fuerint; & causæ, propter quas hæ nostræ literæ prodierint, adductæ forsan, comprobatæ & verificatæ non essent, de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, sive intentionis nostræ, aut quolibet alio, quantumvis substantiali, inexcogitato, ac specificam & individuam mentionem & expressionem requirente defectu, notari, impugnari, invalidari, in jus vel controversiam vocari, vel ad viam, & terminos juris, vel adversus illas, restitutionis in integrum, aliudve iuris, facti, vel gratiæ quodcumque remedium impetrari, sive etiam motu simili concesso & impetrato, uti, vel iuvari possint. Neque easdem præsentes sub quibusvis similium vel dissimilium Gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisve contrariis dispositionibus, per Nos etiam, ac Successores nostros Romanos Pontifices, etiam Motu pari, sive etiam consistorialiter, ac sub quibusvis tenoribus & formis, clausulis, & decretis, etiamsi de iisdem præsentibus Literis, earumque omni tenore, ac data, specialis mentio fieret, pro tempore factis & concessis, ac faciendis & concedendis, comprehendi, decernimus; sed semper eas excipi, & quotiescumque prodierint, in pristinum & validissimum, inque eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutæ, repositæ, & plenarie integratæ censeantur, ac de novo sub quacumque etiam posteriori data, per dictos Clericos regulares Matris Dei, qui a Scholis piis denominantur, quandocumque eligenda, eas concessas esse & fore, censeri volumus; sicque,

que, & non aliis, in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Judices ordinarios vel delegatos etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & de latere Legatos, Vicelegatos, Sedisque Apostolicæ Nuncios, & quoslibet alios, quavis authoritate, potestate, prærogativa, honore & privilegio fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, definiendi & interpretandi facultate & authoritate, judicari, & definiri & interpretari debere præcipimus: & quidquid secus super his a quoquam quavis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Non obstantibus nostris & Cancellariæ nostræ Re-
17 gulis de jure quæsito non tollendo, deque Gratiis non concedendis ad instar; Nec non piæ memoriæ Clementis IV. Sixti IV. Julii II. & Clementis VIII. incipientibus: *Quoniam ad Institutum*; ac dicti Gregorii, incipientibus. *Quum alias*, atque Urbani prædicti incipientibus: *Romanus Pontifex*, aliorumque antecessorum nostrorum Romanorum Pontificum Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quavis firmitate alia roboratis Statutis, Consuetudinibus, & Privilegiis, quibus cavetur expresse, ne aliæ Domus regulares, seu Monasteria, regularibus Fratrum Mendicantium Omnibus, Cœnobiis, Conventibus, & Monasteriis adjacentia, nisi ad centum & quadraginta cannas, sive aliud plus minus accuratum spatium, fundari & erigi possint: Nec pro huiusmodi fundationibus & erectionibus, Locorum Ordinarii in Civitatibus & Locis, suæ ordinariæ jurisdictioni subjectis, nisi vocatis & auditis aliorum, in iisdem Civitatibus, & Locis existentium Conventuum Prioribus seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa cognita, servatis servandis, prius constiterit, in iisdem Civitatibus, & Locis novos Conventus erigendos, sine ullo aliorum detrimento, commode sustentari posse, licentiam impertiantur; Licet etiam in contrarium præmissorum existerent Indulta, & Literæ Apostolicæ Eorundem Mendicantium, & cujusvis Congregationis Clericorum regularium, alteriusve regularis Instituti, etiam specialiter & individue exprimendi, quæ pluries concessæ, approbatæ & innovatæ essent; Nec non ejusdem Congregationis Clericorum regularium Matris Dei, etiam confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis prædictis, & consuetudinibus.

Quibus omnibus & singulis, quamvis pro eorum
18 sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, aut quævis expressio facienda, sive aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esse, illorum tenores his nostris pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, habentes, illis alias in suo robore permansuris, specialiter & expresse Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine ad præmissorum effectum dumtaxat, plenissime derogamus, & derogatum esse volumus ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earundem præsentium Lite-
19 rarum transunptis, sive exemplis, etiam typis impressis; manu alicuius Notarii publici subscrip & sigillo Personæ, in Ecclesiastica dignitate constitutæ, vel dictorum Clericorum regularium pauperum Matris Dei, qui à Scholis piis denominantur, Præpositi generalis munitis, eadem prorsus fides in judicio & extra adhibeatur, quæ iisdem præsentibus; si forent exhibitæ vel ostensæ adhiberetur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
20 nostræ absolutionis, approbationis, conrfirmationis, roboris adjectionis, defectum suppletionis, decreti, declarationis, concessionis, impartitionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1731. Kalendis Maii, Pontificatus nostri anno primo.

PARAGRAPHUS II.

Constitutio Clemens XII. qua mediante omnem Litem inter Clericos Regulares Societatis Jesu, & Pauperes Matri Dei, a Scholis piis denominatos, de gravioribus scientiis Vilnæ, ab utrisque publice tradendis obortam, ad se avocatam prorsus extinguit, & priorem suam hac de re editam Constitutionem undequaque confirmat.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Pontificalis officii nostri esse debet lites & invidiosas contentiones inter quoscumque, supremę 1
curę nostræ subiectos, ac præsertim ordines religiosos, interdum obortas, dirimere, ut charismata meliora æmulantes, una omnes in Vinea Domini laborare satagant, ac proximorum saluti, rectæque institutioni, laudabilem & Dominica mercede dignam operam dare non cessent.

Quum itaque, sicut accepimus, postquam anno
Domini MDCCXXIII. seu alio veriori tempore, 2
Congregatio dilectorum filiorum Clericorum regularium Pauperum matris Dei, qui a scholis piis denominantur, in Vilnensem civitatem canonice introducta fuisset, a dilectis quoque filiis Clericis regularibus Societatis Jesu, qui Universitatis studii generalis seu publicæ academiæ Vilnensis curam gerunt, non licere ibi cuiquam extra eandem Universitatem sive academiam eminentiores disciplinas & scientias adolescentibus tradere, propterea que non posse iam dictos Clericos regulares publicas scholas ibidem aperire, prætensum fuerit, hujusmodi prætensionibus in Congregationem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negociis & consultationibus Episcoporum & regularium præpositorum, e quorum numero Nos ipsi tunc eramus, ab utraque parte deductis, eadem Congregatio Cardinalium die vigesima septima mensis Martii anni Domini MDCCXXVII. referente dilecto filio nostro Nicolao sanctę Romanæ Ecclesię presbytero Cardinale Spinula nuncupato, decreverit primo dictis Clericis regularibus, licere aperire scholas juxta modum dumtaxat, scilicet inferiores, pro pueris pauperibus, gratis & sine ullo stipendio imbuendis in primis elementis, grammatica, computo & præcipue in bonis moribus, & fidei catholicæ rudimentis, ad formam literarum Apostolicarum felicis recordationis Pauli Papæ V. Prædecessoris nostri, quæ incipiunt: *Ad ea*; *interdicta quæstuatione*, & *amplius causam non debere proponi* censuerit, & piæ memoriæ Benedictus Papa XIII. etiam Prædecessor noster decretum prædictum per suas literas Apostolicas sub anulo piscatoris in forma Brevis die decima septima mensis Martii insequentis anni MDCCXXVII. expeditas, Apostolica auctoritate confirmaverit atque approbaverit, prout in decreto ac literis ejusdem Benedicti plenius & uberius continetur.

Deinde vero Nobis divina favente clementia ad
beati Petri Sedem evectis cum innotuisset, varias 3
interque se discrepantes sententias ac voces percrebuisse de proprio officio, præcipuoque instituto primodictorum Clericorum regularium, super modo & ratione instituendi adolescentes, eorum curæ commissos, eosdemque in scholas recipiendi, deque statutis a piæ recordationis Gregorio Papa XV. etiam Prædecessore nostro, confirmatis, & approbatis, ac de complurium aliorum Romanorum Pontificum, tam sub plumbo, quam sub anulo pisc-

cato-

catoris, in dicta forma Brevis, pro dictis Clericis regularibus Pauperibus matris Dei, editis literis Apostolicis, & præcipue eorundem, Pauli, Gregorii, & Urbani VIII. Alexandri VII. Clementis IX. & Clementis X. etiam Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, nos qualcumque controversias & dissensiones, ex statutorum & literarum Apostolicarum hujusmodi vario sensu ortas, & tunc fortasse orituras pro nostri Apostolatus munere de medio tollere volentes, particulari Congregationi Venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, videlicet bonæ memoriæ Prosperi Marefuschii, eorundem primodictorum Clericorum regularium matris Dei Protectoris, Leandri de Portia, ac Petri Aloysii Carafæ, ad rem maturo consilio examinandam, tunc per Nos Apostolica auctoritate prædicta institutæ, & præviis facultatibus necessariis instructæ, commisserimus, & mandaverimus, ut de omnibus & singulis tam in forma Brevis, quam sub plumbo, ut præfertur, expeditis, primodictosque Clericos regulares respicientibus, Apostolicis literis ac statutis prædictis mature perpensis, in subsequentia capita sedulo inquirerent.

Primo nimirum, an prædictis Clericis regularibus
4 Pauperibus matris Dei in suis publicis scholis, præter scribendi, legendi & computandi regulas, atque etiam grammaticen, scientias majores tradere liceret.

Secundo, an ipsi ad easdem suas scholas pueros et-
5 iam divites, nobilesque admittere possent.

Tertio, an in suam curam & regimen, juvenum
6 Collegia, seminaria & convictus habere itidem possent.

Quarto, quæsitum est, an privilegium Apostoli-
7 cum eis foret concedendum, ut regulares domos sine aliorum regularium consensu, condere possent, ubi tamen eis pro numero a Constitutionibus Apostolicis præfixo, religiosis alendis sufficientes reditus citra mendicandi & quæstuandi necessitatem alias suppeterent: cumque Congregatio particularis prædicta die XIII mensis Aprilis anni Domini MDCCXXXI. habita, præmissis omnibus, quemadmodum præceperamus, diligenter inspectis & ponderatis, nemine discrepante, in hanc resolutionem uno ore devenerit, scilicet.

Ad *primum*, Clericos regulares Pauperes matris
8 Dei, qui a scholis piis denominantur, teneri prima rudimenta catholicæ fidei, grammaticæ & computorum regulas tradere adolescentulis ad formam Constitutionum ordinis sui; licere etiam eisdem scientias majores in suis publicis scholis tradere, dummodo tamen apud eos Constitutiones ordinis, quoad scholas minores, serventur.

Ad *secundum*, eosdem Clericos regulares teneri ad-
9 mittere pueros pauperes, & licere eis admittere pueros divites & nobiles.

Ad *tertium*, posse ad formam Capitulorum gene-
10 ralium.

Ad *quartum*, pro gratia privilegii eis concedendi
11 responsum fuit, ad formam scilicet indulti felicis recordationis Prædecessoris nostri Clementis Papæ IX. fratribus excalceatis ordinis beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo concessi, die sexta Octobris anni MDCLXVIII.

Relataque nobis insequenti die per venerabilem
12 fratrem Archiepiscopum Nazianzenum Auditorem nostrum, quem Nos eidem Congregationi particulari Secretarium assignaveramus, resolutione hujusmodi, qualcumque contentiones, discordias & lites, si quæ forsan quomodolibet ubivis locorum super hujusmodi statutorum & literarum Apostolicarum interpretatione & vero sensu contra primodictos Clericos regulares exortæ, & coram quibusvis judicibus introductæ, & indecisæ pendere repertæ fuissent, aut imposterum oriri unquam potuissent, ad Nos & Sedem Apostolicam avocantes, ac penitus supprimentes & extinguentes; ac super eis perpetuum silentium imponentes motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine nostris, resolutionem seu decretum superius expressum & enunciatum, ut deinceps semper & perpetuo vigeret, & ubique locorum a primodictis Clericis regularibus, illorumque Præposito & procuratore generalibus, ceterisque superioribus & personis quibuscumque observaretur, dicta Apostolica auctoritate perpetuo confirmaverimus & approbaverimus, & ne imposterum quisquam ubivis locorum & gentium contra præmissa novas controversias & dissensiones excitare, primodictisque Clericis regularibus de his molestiam aliquam inferre auderet, quæ a dicta Congregatione particulari explicata & resoluta fuerant, & a Nobis adprobata, dictaque resolutione seu decreto, continebantur, statutorum & literarum Apostolicarum tam sub plumbo, quam in forma Brevis hujusmodi, esse verum, germanum, sincerum & indubium sensum, idque omne a quibuscumque etiam speciali nota dignis & vigore Constitutionum Apostolicarum, nostrarumque & Cancellariæ Apostolicæ regularum, specialiter & individue exprimendis, etiam dictæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, locorum ordinariis, ac quorumvis ordinum, etiam mendicantium & militarium, nec non etiam Congregationum quarumcumque aliorum Clericorum regularium, etiam Societatis Jesu, & cujusvis alterius regularis Instituti personis regularibus, omnino servandum esse: neque eisdem statutis & literis Apostolicis superius expressis ullam aliam interpretationem tribui posse, neque primodictis Clericis regularibus ex suis statutis, literisque Apostolicis, iisdem concessis, præsertim dicti Pauli V. prædecessoris, scientias majores profiteri unquam interdictum & vetitum fuisse; immo etiam in suis publicis scholis easdem scientias majores adolescentibus cujuscumque ordinis & conditionis tradere & prælegere licuisse & licere, Apostolica auctoritate prædicta decrevimus & declaravimus, prout in nostris desuper sub Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXXI. Kalendis Maii pontificatus nostri anno primo vulgatis incipientibus: *Nobis*, *quibus*, literis, etiam plenius & uberius continetur.

Et licet primodicti Clerici regulares, quibuscum-
que dissensionibus & controversiis, per Nos, ut præ- 13
fertur, de medio sublatis & suppressis, scientias majores adolescentibus cujusvis conditionis & ordinis ubique locorum publice & libere tradere posse sperarent; nihilominus ob prætensum extraordinarium ab Universitate seu Accademia Vilnensi prædicta recessum, (ut asserebatur) plurium adolescentium, liberalibus disciplinis & scientiis operam navantium, illorumque ad scholas pias, per primodictos Clericos regulares in prædicta Civitate Vilnensi apertas & exercitas, accessum, pro parte Clericorum regularium Societatis Jesu dictæ Civitatis Vilnensis, prætendentium, dictas nostras literas eandem Civitatem Vilnensem minime comprehendere, & decretum per Benedictum Prædecessorem jam memoratum, ut præfertur, confirmatum & adprobatum, quasi per easdem nostras literas minime abrogatum, adhuc viribus subsistere, ac Universitati seu Accademiæ prædictæ, privative quoad alios quoscumque, graviores scientias tradere competere, lis & causa in partibus coram dilecto quoque filio & Sedis prædictæ Nuncio nostro apud illustrem Poloniæ Regem commorante inter dictos Clericos regulares Societatis Jesu ex una, & primodictos Clericos regulares ex altera parte, super observatione memorati decreti introducta extitit: ac dictus Nuncius noster provide considerans, instantiam dictorum Clericorum regularium Societatis Jesu adversus dictas nostras literas, motu, scientia & potestatis plenitudine prædictis, ut præfertur, expeditas, esse promotam; ideoque super ea animum nostrum requirere existimavit; Nosque super hac re mature procedere volentes, eamdem Congregationem particularem, videlicet Leandri & Petri

Petri Aloysii Cardinalium & dilecti filii nostri Johanni Antonii dictæ S.R.E. Presbyteri Cardinalis Guadagni primodictorum Clericorum regularium Protectoris, in prædicti Prosperi Cardinalis defuncti locum suffecti, adsignato ei etiam dicto Nazianzeno Archiepiscopo in Secretarium, iterum instituimus, illique Clericorum regularium Societatis Jesu Civitatis Vilnensis, & Universitatis seu Accademiæ huiusmodi privilegia, ac primodictum decretum, literasque Benedicti prædecessoris pro eius confirmatione, ut præfertur, editas huiusmodi, necnon rationes per eosdem Clericos regulares Societatis Jesu in scriptis allatas, examinandi Præcipuam curam commisimus. Et dicta Congregatio particularis die IX. mensis Septembris anni proxime preteriti MDCCXXXII. *auditis primodictis Clericis regularibus, qui à Scholis piis denominantur, ac mature rimata scriptura legali Universitatis, seu Accademiæ Vilnensis Clericorum regularium Societatis Jesu, à prædicto Nuncio nostro transmissa, ac dilecto filio Procuratore generali dictorum Clericorum regularium Societatis Jesu requisito consulendum esse nobis, quod scriberetur per literas Secretariæ nostræ Status eidem Nuncio nostro, decretum prædictum dicto anno* MDCCXXVII. *in causa Vilnensi aperitionis domus & scholarum piarum emanatum ac literas Apostolicas dicti Benedicti Prædecessoris super ejus confirmatione in forma Brevis, ut præfertur, expeditas non obstare primodictis Clerici regularibus ad effectum aperiendi in Civitate Vilnensi scholas publicas, etiam scientiarum majorum, attenta constitutione ac delcaratione nostris prædictis sub die prima Maii anno* MDCCXXXI. *emanatis, ad formam tamen ejusdem constitutionis, neque constare de prætensa privativa Universitatis, seu Accademiæ Vilnensis quoad scientias philosophicas & theologicas, etiam morales, aliasque etiam inferiores, censuit*: Factaque deinde per dictum Archiepiscopum eadem die XI. Septembris de hac ultima resolutione seu decreto prædictæ Congregationis particularis, Nobis relatione, illi benigne annuimus atque ultimo dictam resolutionem seu decretum pro eius adimplemento, prædicto Nuncio nostro transmitti mandavimus, dictusque Nuncius noster ultimo dictæ resolutioni seu decreto sibi transmisso, ut par erat, inhærens, illud non solum voce palam fecit, sed etiam scriptis, prolata formali sententia, cuius tenor est: *Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quam in his scriptis ferimus in causa & causis, quæ primo & in prima coram nobis seu alia veriori versæ fuerunt & vertuntur, instantia, inter R.P. Sebastianum à sancto Stanislao Procuratorem generalem causarum Clericorum regularium matris Dei Scholarum piarum Provinciæ Poloniæ & Lithuaniæ, nomine, de quo in actis, actorem ex una, & R.P. Paulum Styleuski Procuratorcem generalem causarum Provinciæ Lithuaniæ Societatis Jesu, nomine pariter, de quo in actis, reum conventum ex altera, partibus, de & super observatione & executione Constitutionis Sanctissimi Domini Nostri CLEMENTIS Papæ XII. sub datum Kalendis Maii* MDCCXXXI. *editæ favore Clericorum regularium Pauperum matris Dei, qui à scholis piis denominantur, rebusque aliis in actis causæ & causarum hujusmodi ad quæ &c. dicimus, declaramus, & definitive sententiamus, suprascriptam Constitutionem Sanctissimi Domini Nostri Papæ ad literam, & prout sonat, fore, & esse exequendam, & in omnibus & per omnia observandam, prout per præsentes exequi & observari volumus & mandamus, signanter declarantes in casu, licuisse Clericis regularibus Pauperibus matris Dei, à scholis piis denominatis, domus Vilnensis publicas scholas aperire, ac etiam licere scientias majores in prædicti suis, scholis publicis tradere, & in easdem pueros nobiles & divites admittere, & pro præmissorum effectu mandatum de exequendo, & aliud quodcumque, desuper necessarium & opportunum, decernimus & relaxamus ac exequi volumus & mandamus &c. Ita pronunciavi Ego C. Archiepiscopus Iconiensis Nuncius Apostolicus, lata, lecta & publicata &c. Stephanus Skarctyraski Vicecancellarius.* Insuper dicti Clerici regulares Societatis Jesu præmissis minime acquiescentes, a Nuncio nostro ejusque sententia appellationem, quæ ab eodem Nuncio, prout juris erat, rejecta fuit, ad nos, & Apostolicam Sedem interposuerunt.

14 Nos igitur, qui quascumque contentiones & dissidia à religiosis familiis amovere studemus, eorundem Clericorum regularium Paupereum Matris Dei, præcipue circa illorum pias scholas, in Civitate Vilnensi existentes, tranquillitati & quieti, quantum cum Domino possumus, consulere cupientes, eosque & eorum singulos specialibus savoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes, ac litis & causæ prædictarum inter utrosque Clericos regulares, olim, ut præfertur, pendentium, status & merita & decreti dictæ Congregationis prædictorum Cardinalium negociis Episcoporum & Regularium præpositorum, ut præfertur, emanati, ac literarum Apostolicarum dicti Benedicti prædecessoris pro illius confirmatione editarum, & unius ac alterius Congregationis particularis prædictæ resolutionum seu decretoram ac nostratum per Nos, ut præfertur, editarum, ac Pauli, Gregorii, Urbani, Alexandri, & utriusque Clementis Prædecessorum prædictorum, primodictos Clericos regulares quomodolibet respicientium literarum Apostolicarum ac statutorum huiusmodi, & quorumcumque in capitulis generalibus primodictorum Clericorum regularium conditorum, decretorum, omnium & singulorum tenores, etiam veriores ac datas, præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, necnon litem & causam huiusmodi per dictos Clericos regulares Societatis Jesu contra primodictos Clericos regulares, in Civitate Vilnensi commorantes, ut præfertur, introductas, quatenus opus sit, ad Nos & Sedem prædictam avocantes, illasque, & appellationem per eosdem Clericos regulares Societatis Jesu, ut præfertur, interpositam, penitus & omnino extinguentes & supprimentes, ac super eis perpetuum silentium imponentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine decretum Congregationis eorumdem Cardinalium, negociis & consultationibus Episcoporum & regularium præpositorum, ut præfertur, editum & literis Apostolicas eiusdem Benedicti Prædecessoris super decreti huiusmodi confirmatione in forma Brevis confectas, itaut illa imposterum per dictos Clericos regulares Societatis Jesu in quodcumque iudicium, vel extra illud nunquam deduci possint, dicta Apostolica authoritate, tenore præsentium, perpetuo revocamus, rescindimus, & abrogamus. Et ultimodictam resolutionem, seu decretum per Congregationem particularem, ut præfertur, emanatum, & sententiam, deinde per eundem Nuncium nostrum favore primo dictorum Clericorum regularium latam, authoritate nostra perpetuo confirmamus & adprobamus, illisque perpetuæ & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque & singulos tam iuris, quam facti, & solemnitatum, ac quoscumque alios quantumvis substantiales defectus, siqui desuper quomodolibet intervenerint, in iisdem supplemus.

15 Ac de prætensa facultate Universitatis seu Accademiæ Vilnensis publice docendi scientias maiores privative quoad alios, minime constitisse, minimeque constare, & vigore dictarum literarum nostrarum, *Nobis, quibus*, incipientium, primodictos Clericos regulares, etiam in Civitate Vilnensi scholas publicas retinere, inibique scientias etiam maiores adolescentibus cuiusvis conditionis & ordinis tradere, ac etiam collegia, seminaria & convictus in suam curam & regimen recipere, Apostolica authoritate perpetuo statuimus & declaramus. Insuper

per

per eadem auctoritate, dictam noſtram Conſtitutionem in reliquis ibidem expreſſis firmam, ſalvam & illæſam exiſtere & cenſeri debere quoad omnia & ſingula, in ea, in favorem dictorum Clericorum Pauperum Matris Dei, contenta cofirmamus, & Vilnæ, ac ubique locorum inviolabiliter obſervari mandamus, dictamque reſolutionem & decretum Congregationis particularis, & memorati Nuncj noſtri ſententiam, ac prædictas noſtras præſenteſque literas, & in eis contenta & expreſſa quæcumque nullo unquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio vel intentionis noſtræ, etiam ex eo, quod cauſæ, propter quas præmiſſa emanarunt coram Nobis vel alibi adductæ, verificatæ & iuſtificatæ, ac dicti Clerici regulares Societatis Ieſu Civitatis Vilnenſis, ac Univerſitatis, ſeu Accademiæ prædictæ Rectores ſeu Conſervatores ac Adminiſtratores, & quicumque alii, in præmiſſis, & circa ea ius vel intereſſe habentes, aut habere prætendentes, ad id vocati & auditi non fuerint; & conſenſum ſuum eiſdem præmiſſis non præſtiterint, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno & ſubſtantiali, ſive etiam ex eo, quod in eis ſolemnitates, ac quævis alia ſervanda & adimplenda, ſervata & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, etiam in corpore juris clauſo, & quovis alio prætextu, vel cauſa etiam quantumvis legitima, iuſta & privilegiata ac publicum & commune bonum reſpiciente, quæque ad effectum validitatis præmiſsorum exprimenda foret, notari impugnari, invalidari, retractari, in ius vel controverſiam vocari, ad viam & terminos iuris reduci, aut adverſus illas quodcumque iuris vel facti, aut gratiæ remedium, aut oris aperitionem impetrari, neque illas ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi; ſed ſemper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas & plenarie reintegratas, ac de novo etiam ſub quacumque poſteriori data per primodictos Clericos regulares, à ſcholis piis denominatos, nunc & pro tempore exiſtentes, quandocumque eligenda, conceſsas, illaſque validas, & efficaces, fore & eſse, ſuoſque plenarios & integros effectus in omnibus & per omnia ſortiri & obtinere, ac primodictis Clericis, nunc & pro tempore exiſtentibus, in omnibus & per omnia pleniſſime ſuffragari; ſicque & non alias per quoſcumque iudices ordinarios vel delegatos, quavis auctoritaie fungentes, etiam cauſarum Palatii noſtri Apoſtolici Auditores, & dictæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis apud dictum pro tempore exiſtentem illuſtrem Poloniæ Regem commorantes, alioſque Nuncios, & quoslibet alio quavis auctoritate, poteſtate, prærogativa, honore & privilegio fungentes, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, definiendi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, definiri & interpretari debere, & quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

16 Non obſtantibus iis omnibus, quæ nos in eiſdem noſtris literis voluimus non obſtare, ac noſtra & Cancellariæ prædictæ regula de iure quæſito non tollendo, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, dictorumque Clericorum regularium Societatis Ieſu, ac Univerſitatis ſeu Accademiæ prædictæ, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis, de quibus omnibus, etiamſi ſpecialis ſpecifica, expreſsa ac individua mentio habenda eſſet, dictis Clericis regularibus Societatis Jeſu, ac Univerſitati, ſeu Accademiæ huiuſmodi, illiuſque rectoribus ſeu conſervatoribus ac, adminiſtratoribus prædictis, aliiſque ſuperioribus & perſonis quibuſcumque alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis.

Quibus omnibus & ſingulis quamvis pro eorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quævis expreſſio facienda, ſive aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet illorum tenores his noſtris pro plene & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter & expreſſe motu, ſcientia, deliberatione, & proteſtatis plenitudine, ad præmiſſorum effectum duntaxat, pleniſſime derogamus, & derogatum eſſe volumus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. 17

Volumus autem; ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſive exemplis etiam typis impreſſis manu alicujus notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ, vel dictorum Clericorum regularium pauperum matris Dei, qui a ſcholis piis denominantur Præpoſiti generalis munitis eadem prorſus fides in judicio & extra adhibeatur, quæ iiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, adhiberetur. 18

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, revocationis, reſciſſionis, abrogationis, adprobationis, confirmationis, roboris adjectionis, defectuum ſuppletionis, ſtatuti, decreti, declarationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. 19

Datum Romę apud ſanctam Mariam majorem anno Incarnationis Dominicę MDCCXXXIII. pridie Kalendas Julii Pontificatus noſtri anno tertio.

A. Card. Prodatarius. F. Cardinalis Oliverius.

VISA

De Curia J. Archiepiſcopus Ancyranus.

Loco ✠ Plumbi. D. Stivanus Regiſtr. in Secret. Brevium.

PARAGRAPHUS III.

Proviſiones, ſeu ordinationes circa rectam, & celeriorem Adminiſtrationem Juſtitiæ conſtitutæ in Congregatione Reformationis Tribunalium de Mandato SS. D. N. Clementis Papæ XII. habita, & à Sanctitate Sua ſpecialiter approbatæ, atque in poſterum omnino ſervandæ.

Eccleſiaſtici, vel in Majoribus Ordinibus conſtituti, vel Beneficium Reſidentiale obtinentes, 1 non poſſint procuratoris Officium exercere in Curia Capitolina ſub pœna ſcutorum centum, applican. pro quarta parte Accuſatori, & pro aliis tribus Hoſpitio Apoſtolico Pauperum Invalidorum; necnon carcerationis arbitrio Illuſtſiſſimi, & Reveſendiſſimi D. Gubernatoris, uti Capitis hujus Congregationis; Coram verò aliis Judicibus illud poſſint exercere in Cauſis Eccleſiaſticis tantùm, ſub iiſdem poenis in quacumque caſu contraventionis.

Auditores, vel Adjutores Studii non poſſint Patrocinium, ſuſcipere, & exercere illarum Cauſarum, quæ proponendæ, & decidendæ ſint coram 2 Judicibus, quibus in eo Officio inſerviunt, vel etiam in iis Tribunalibus, Collegiis, & Congregationibus, in quibus ſuffragium laturi ſunt ii, quibus cum prædicto munere aſſiſtunt.

Revocando in uſum Conſtitutionem ſan. mem. Pauli V. ſuper Reformatione Tribunal. in §. 18. Qui 3 cumque Officium Procuratoris in Romana Curia exercent, exceptis tamen iis, qui ſunt jam admiſſi ad ſcri-

ad scribendum in Sacra Rota subire debeant intra
quatuor menses proximos Examen , tam circa ido-
neitatem , quàm circa aliàs qualitates ad Officium
rectè exercendum , requisitas , faciendum coram Col-
legio Patronorum Causarum Sacri Palatii Apostolici,
sive deputatis ab eodem Collegio ; obtenta autem in
scriptis approbatione , gratis concedenda , debeant
eam exhibere Capitibus Tribunalium respectivè pro
impetranda pariter gratis licentia exercendi in iisdem
Tribunalibus Officium ; Elapso autem prædicto tem-
pore ; qui approbati non fuerint , nec prædictam li-
centiam obtinuerint , comparere non possint ad Cau-
sas agendas in dictis Tribunalibus respective sub pœ-
na scutorum decem , in quolibet contraventionis ca-
su , applicandorum Congregationi S. Ivonis , ac et-
iam carcerationis arbitrio Judicum , coram quibus
comparuerint . Hec autem omnia , ut supra disposita,
servari debeant etiam in futurum quoad omnes eos ,
qui Procuratoris Officium exercere voluerint .

In Causis executivis certi generis , videlicet pro
4 Schedulis vulgò *Pagherò per altrettanti* , Literis Cam-
bii , quæ jam fuerint acceptatæ , Mercede , Pensioni-
bus Domorum , & solutione Canonum , nullo modo
admittantur allegationes suspicionis , quoad Judices
Ordinarios , itaut Citationes super hoc impune sper-
ni possint ; In reliquis autem Causis nullus ex Judici-
bus Ordinariis allegari possit suspectus , nisi infra tres
dies numerandos à die reproductionis Monitorii , seu
Libelli , vel Citationis ad dicendum contra Jura ; At-
que hoc ipsum servetur in casu mutationis Judicum ,
adeo ut post triduum à die captæ possessionis Officii ,
novi Judices allegari in suspectos non possint .

In Mandatis executivis etiamsi per Debitorem fue-
5 rit soluta pars Debiti , pro cujus residuo non esset
locus executioni personali possit nihilominùs proce-
di ad executionem Personalem ; Quod si Creditor in
recipienda parte Crediti reservaverit sibi executio-
nem Mandati , in hoc casu necessaria , nec etiam sit ,
nova Citatio pro dicta executione facienda .

Ad avertendam a Curia malitiam illam a subdolis
6 Debitoribus inventam , qua ad retardandam expedi-
tionem Mandati , vel alio quocumque modo protra-
hendum complementum Justitiæ solet à Reis citari
ad dicendum contra Jura , & inhiberi , absque eo quod
ullum Documentum producatur in termino Citatio-
nis ; In posterum hujusmodi Citationes prorsus elimi-
nentur ; Sed quatenus aliquod relevans Documentum
suppetat Debitori , sive Reo ad excludendam Actoris
intentionem debeat illud in Actis præventive produ-
cere , & deinde intimare ; *qualiter fuerunt Jura pro-
ducta , Ideò citetur Idem ad videndum reponi* ut sic sub
unico contradictorio possit Judex cognoscere vim ex-
ceptionis à reo vigore illius Documenti propositæ . Quod
si productio non præcesserit Citationem , poterit ea-
dem impune sperni , & deveniri , sive ad expeditio-
nem ; sive respective ad executionem Mandati obten-
ti . Substituti autem Notariorum non possint accipe-
re , neque legere coram Judice Citationes , ut supra
ad dicendum contra Jura , nisi prius facta fuerit pro-
ductio , vel saltem indicatio Jurium ; Si secus fecerint ,
subjiciantur pœnæ scutorum quinque applicandæ in
quolibet contraventionis casu congregationi S. Ivonis .

Cùmque similis abusus irrepserit in Citationibus ,
7 quæ fiunt pro purgatione attentatorum ; Similis et-
iam locum obtineat reformatio , itaut antequam ci-
tetur pro purgatione attentatorum , debeat in Actis
de iisdem fuisse præventivè doctum , & intimetur
qualiter fuit doctum de attentatis , ideo citetur ad
videndum ea purgari ; ut Judex in unico Contradi-
ctorio cognoscere possit an sit locus purgationi . Si
secus contigerit fieri , possint Citationes impune sper-
ni ; Itidemque Notarii sub eadem pœna , ut supra ap-
plicanda , recipere , & legere non possint Citationes
ad videndum purgari attentata , nisi fuerit de eis-
dem præventive doctum .

Præsens autem provisio servetur in Causis inter
8 Cives , & Incolas : In Forensibus verò cum posit con-
tingere Procuratorem non fuisse à principali suffici-
enter instructum ad docendum de eisdem , remittitur
arbitrio Judicis concedere tempus sibi benè visum ,
attenta distantia Locorum , & aliis circumstantiis ,
quæ ab eodem Judice considerari poterunt .

Contingit frequenter etiam Reos plures uno , eo-
demque tempore exequi facere Citationes coram di- 9
versis Judicibus , ut Actore ad plura Tribunalia vo-
cato , & distracto , adeoque non valente ad omnia
occurrere faciliùs possit Reus ipse coram uno Judice ,
coram quo Actor non comparuerit , contumaciale ob-
tinere Decretum ; Et sic sub prætextu attentatorum
innumeras in præjudicium Justitiæ quæstiones exci-
tare , & dilationem optatam obtinere . Quapropter
ad arcendam industriam hanc , quæ dolo non caret ,
in posterùm illa sola Citatio ex pluribus eodem tem-
pore exequutis attendi debeat , quæ fiat coram Iu-
dice superiore , videlicet sivè coram Auditore Signa-
turæ , sivè coram Auditore Sanctissimi , itaut quate-
nùs contingat ambas concurrere , & sub eadem die
fuisse exequutas , attendatur tantùm illa coram Audi-
tore Sanctissimi . Ad probationem verò multiplicium
Citationum , quæ contemporanee fuerint exequtæ ,
sufficiens erit exhibitio copiarum , dummodò fuerint
à Cursore , sivè Mandatario exequente subscriptæ .

In Causis , in quibus suscepto termino Statutario
suscipiatur etiam terminus A. C. debeat in istum 10
ipso Jure imputari primus absque necessitate Cita-
tionis , & Decreti super hujusmodi imputatione , a-
deo ut elapsis triginta diebus à die susceptiones pri-
mi termini numerandis procedi possit ad executio-
nem mandati absque ullo metu attentatorum .

In aliis verò Causis , in quibus juxtà aliàs Refor-
mationes competat solùm terminus Statutarius , 11
non verò alter A. C. elapso decendio procedi pos-
sit ad executionem mandati absque necessitate ci-
tandi pro moderatione alterius termini A. C. , &
absque incursu attentatorum .

Denique in Causis , in quibus non competat ter-
minus Statutarius , nec terminus A. C. , videlicet in 12
Causis Literarum Cambii , quæ jam fuerint acce-
ptatæ , Schedularium *per altretanti* , & depositi , cæ-
terisque expressis in Reformationibus aliàs editis ,
attendi non debeat susceptio termini , incompetenter
facta , sed absque necessitate Citationis pro modera-
tione ejusdem termini , & sine periculo attentató-
rum procedi possit ad executionem mandati .

In Causis , quæ non excedunt summam scutorum
quinque , Testes examinentur coram Judice absque 13
alio Processu ; In aliis verò , non excedentibus sum-
mam scutorum decem , Testium examen non aliter
fiat , quàm sub unico Interrogatorio . Denique in Cau-
sis non excedentibus summam scutorum viginti , In-
terrogatoria Testium formiter examinandorum exce-
dere non possint tria , & quidem in unica sessione
expedienda , reservato etiam Judici arbitrio , pro pau-
cioribus Interrogatoriis juxta qualitatem Causarum .

Quotiès à Reo convento allegari contingat Pri-
vilegium Clericatus , non admittatur Causæ reas- 14
sumptio coram Judice Ecclesiastico , nisi docto in A-
ctis de Clericatu , & facta de hoc intimatione ; Fa-
cta autem productione Documenti super Clericatu
fiat statim Causæ reassumptio coram Judice Eccle-
siastico , à quo deindè cognoscendum erit , an Pri-
vilegium ipsum suffragetur ; Quatenus autem ante
probatum Clericatum , & factam Causæ reassumptio-
nem producta fuerint Iura coram Iudice Laico ,
stetur indicationi quoad dicta Iura producta .

Quo verò ad Laicos Patentatos cujuscumque ge-
neris (exceptis tamen Patentatis Sanctissimæ In- 15
quisitionis) non possit fieri instantia pro reassum-
ptione Causæ coram Iudice dictorum Patentatorum
nisi prius docto de competentia Privilegii in vim
suarum Literarum Patentium , & ad normam Decreti
editi jussu san. mem. Innocentii XII. sub die 28. Se-
ptembris 1692. , necnon facta Intimatione , & alio-
quin possint sperni Citationes absque incursu atten-
tatorum ; Quod si ante allegationem dicti Privilegii
præstiterint consensum coram alio Judice Ordina-
rio , nullo modo sit deindè locus instantiæ pro reas-
sumptione Causæ coram Judice dictorum Patentato-
rum .

rum. Hæc autem omnia serventur etiam quoad Neophitos, servato in reliquis Chirographo san. mem. Clementis XI.

16 Præterea Notarii, ad quos pertinet expeditio dictarum Literarum Patentium, diligenter caveant, nè èas concedant, nisi quibus verè compeṙant pro actuali exercitio Officii in iisdem Literis expressi, & quoad prædictos Neophitos juxta formam præmemorati Chirographi sub pœna scutorum decem, à dictis Notariis solvendorum, quæque applicabuntur Hospitio Apostolico Pauperum Invalidorum in quocumque casu contraventionis.

17 In Causis executivis, in quibus fuerit facta Commissio cum clausulis suspensivis, non possint cogi Partes ad earumdem Causarum expeditionem in ulterioribus Instantiis per Sententiam, sed sit in earum arbitrio, & facultate dictarum Causarum, vel per Decretum, vel per Sententiam.

18 Notarii in rogitu Instrumentorum super quacumque deliberatione omninò servare debeant taxam præscriptam in Reformatione Pauli V.; In rogitu autem recognitionis in Dominum pro fundis emphyteuticis non possint exigere, nisi Julios quinque pro quolibet rogitu.

19 Quoad Causas cognoscendas in Sacris Congregationibus exactè servetur *Constitut.* 74. Sixti V. cum declarationibus editis jussu san. mem. Innocentii XII. sub die 9. Augusti 1693.

Facta per me infrascriptum sub die 4. currentis Aprilis 1731. Relatione præfatarum Resolutionum, & Ordinationum SS. D. N. CLEMENTI PP. XII., Sanctitas Suæ easdem approbavit, atque imprimi publicari, & observari mandavit.

J. B. Spinula Gubernator, & Vice-Camerarius.

Decretum Congregationis Reformationis Tribunalium Urbis habitæ die 21. Septembris 1731.

PARAGRAPHUS IV.

NEmini ex Judicibus Criminalibus Urbis, eorumque Substitutis, habentibus Votum decisivum, licere, tanquam Advocatum, vel Procuratorem scribere in Causis Criminalibus, etiam sub alieno nomine; Aut exercere Officium Auditoris alicujus ex Baronibus Status Ecclesiastici; Nulli etiam Personæ præsertim Judicibus Criminalibus permissum esse in munere Auditoris Studiorum deservire, præterquam uni ex Prelatis Sacræ Consultæ dumtaxat, sub pœna privationis Officii Judicis, aliisque arbitrio S. D. N. irrogandis in quolibet casu contraventionis; Proindè supplicandum Suæ S. pro generali revocatione Brevium, hactenus præfatis Judicibus, vel Substitutis concessorum, pro facultate scribendi in Causis supradictis, & prohibitione imposterum similia Brevia concedendi.

Facta per me infrascriptum sub diebus 22. Septembris, & 3. Octobris Relatione supradicti Decreti S. D. N. CLEMENTI PP. XII. Sanctitas Sua idem aprobavit, atque imprimi publicari, & à Kalendis Januarii Anni proximi venturi 1732. observari mandavit.

J. B. Spinola Gubernator, & V. Camerarius.

PARAGRAPHUS V.

Restituitur Monti Pietatis Urbis Judex particularis pro causis, ejus interesse concernentibus.

Clemens Papa XII.

Ad futuram rei memoriam.

1 MUltiplicia Misericordiæ, & Christianæ charitatis opera, quæ ex Monte Pietatis de Urbe in commune Bonum, præsertim verò Pauperum, ac Egenorum subventionem assiduè provenire dignoscuntur, nec non justitiæ, & æquitatis ratio postulant, ut ea, quæ ad ipsius Montis commodum, & levamen ex providentia nostra processerunt, quo inconcussa juxtà mentem, & intentionem nostras firmitate subsistant, Apostolici Munimis nostri præsidio roboremus. Emanavit siquidèm nuper à Nobis ad favorem d. Montis Pietatis Chirographum manu nostra subscriptum tenoris, qui sequitur videlicet. --

MOnsignor Carlo Maria Sacripanti Tesoriere Generale della nostra Camera Apostolica, e primo Provisore del Monte della Pietà della nostra Città di Roma. Avendoci Voi assieme con gl' altri Provisori rappresentato, che molte siano le liti, che frequentemente si promovono in diversi Tribunali attive, e passive, civili, e miste sopra le Cedole, Depositi liberi, e vincolati, Pegni, e Bollettini, Dupplicati de medesimi, Rendite, Effetti, Amministrationi, Nomi de Debitori, & altri interessi del detto Monte di Pietà, il quale per sostenerle; e difenderle soggiaccia à gravissimi danni, incommodi, e spese, ancor per la varietà d' opinioni delli Giudici, e che per il buon Regolamento, e stato del medesimo Monte sarebbe espediente la deputazione d' un Giudice particolare privativo, dal quale con maggior celerità, e minor incommodo, e dispendio restassero decise, anche secondo era stata solita concedersi prima della Constituzione abolitiva della fel. mem. d' Innocenzo XII. nostro Predecessore emanata li 16. Settembre dell' anno 1692., e specialmente erasi concessa dalla fel. mem. di Pio IV. li 20. Agosto dell' anno 1560., e di Clemente VIII. li 18. Luglio dell' anno 1602. e di Gregorio XV. li 18. Giugno 1622. parimenti nostri Predecessori con Bolle impresse nel volume delli Statuti di esso Monte, ove nel Capitolo terzo si dispone sopra detto Giudice privativo, e suo officio; Ci avete perciò supplicato per la deputazione di, e tale Giudice particolare, privativo, e siccome siamo pienamente informati dell' interessi di detto Monte, e bisogno del medesimo Giudice particolare; anche fin da che per molti anni presedevamo, come Voi in detto Monte, così siamo volentieri condescesi à farne la Grazia, volendo insieme dimostrare verso il predetto Monte, suoi Provisori, e Deputati l' affetto nostro paterno, e gratitudine nel riflesso all' Istituto, ed esercizio d' un opera piissima di singolar carità, con sommo zelo, e vigilanza di essi Provisori, e Deputati continuata; ed accresciuta in sovvenimento de Poveri. Onde di nostro Moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra Potestà Apostolica deputiamo Giudice privativo, e particolare di detto Monte Monsignor Ferdinando Maria de Rossi Luogotenente, e Giudice Ordinario del Reverendissimo Cardinal Vicario di Roma, e suoi Successori prò tempore in tutte, e singole Cause, liti, e controversie Giudiciali attive e passive, civili, e miste, e sopra li Depositi con cedole, e senza cedole, liberi, e vincolati, pretesi sequestri, e pretese inibizioni, da quali devono essere immuni detti depositi, pegni, dupplicati di bollettini, riscossioni, compre, vendite, arre, amministrationi, oblighi, fidejussioni, accessioni, espromissioni, locazioni, censi, luoghi de Monti, attergationi, e loro svincolationi, esecutioni resti, revocazioni, subaste, e deliberationi, donationi, testamenti, eredità, Beni mobili, e stabili, azioni, raggioni, e supra tutte le altre cause, niuna eccettuata, nelle quali detto Monte di Pietà avesse, ò potesse avere azione, ragione, & eccettioni, & interesse, quantumque remoto, in qualunque modo, forma, e tempo, sempre da deciderṡi, eterminarsi negl' atti del Notaro di esso Monte di Pietà, dando, e concedendo al medemo Monsignor de Rossi, e sui Successori nella Luogotenenza del detto Reverendissimo Cardinal Vicario piena facoltà, & autorità di avocare, e riasumere tutte, e singole Cause attive, e passive, civili, e miste, nelle quali detto Monte di Pietà avesse interesse primario, ò secondario, & ancorche remoto, ò in altro modo dipendenza, ò connessione & in altre tutte come sopra, nello stato, in cui si troveranno, da qualunque Giudice, Tribunale della Curia Romana, & anche delle Congregationi delli Reverendissimi Cardinali 2

Tt 2 intra-

introdotte ad istanza dello stesso Monte di Pietà, ò pure di qualunque altro Luogo Pio, o Persona privilegiata, e privilegiatissima, Secolari, Regolari, & Ecclesiastici, e di qualunque Dignità, condizione, grado, preeminenze, anche Cardinali, Vedove, Minori, ò Pupilli, e di tutti altri, de quali si richiedesse una special menzione, e quelle così avocate, e riassunte assieme con tutte, e singole loro emergenze, incidenze, dependenze, annessi, e connessi, sentire, riconoscere, e come sarà di ragione decidere, e terminare in una, ò più volte, salvo però, e riservato alle Parti collitiganti il Jus di appellare, e ricorrere dove, e quando possa competergli, alli Tribunali Superiori contro le Sentenze, e Decreti del medesimo Giudice particolare, e privativo, secondo lo stile, e pratica della Curia Romana, confermando in ciò, che riguarda la deputazione, e giurisdizzione di detto Giudice privativo specialmente le preindicate Bolle de prenominati Sommi Pontefici Pio IV. Clemente VIII. e Gregorio XV. nostri Predessori, e lo Statuto di detto Monte, e il riferito Capitolo terzo, quali vogliamo, che quì si abbiano per inserti, e di parola in parola espressi. Volendo, e decretando, che in questa nostra concessione, e grazia resti sempre, e perpetuamente valida, efficace, ed abbia il suo pieno, & intiero effetto, e inviolabile osservanza, ed esecuzione, togliendo perciò à qualunque Giudice Ordinario, o Delegato anche agl' Auditori della nostra Sag. Rota, Reverendissimi Cardinali della nostra S. Romana Chiesa, quantunque Legati à latere, ed altri di qualsivoglia preeminenza, e potestà ogni facoltà, ed autorità di giudicare, e interpretare diversamente, dichiarando insieme irrito, e di niun valore tutto ciò, che in opposto giàmai fosse definito, interpretato, o giudicato, non ostante la preaccennata Costitutione di detto Pontefice Innocenzo XII. abrogativa delli Giudici particolari di questa Città, ed altre Costituzioni de' nostri Predecessori, riforme, ordinazioni, Statuti, Costituzione di Pio IV. de registrandis, usi, stili, consuetudini, & ogn' altro, che ostassero in contrario, alle quali avendo sufficientemente quì per espresso, e registrato il loro tenore, e forma, per questa volta pienamente deroghiamo. Dato dal nostro Palazzo Appostolico di Monte Cavallo, questo dì 4. Marzo 1733. .. CLEMENS PP. XII. .. Nunc autèm Nos
5 firmiori præmissorum robori, & efficaciæ, exactiorique observantiæ prospicere volentes, ac Dilectorum Filiorum modernorum ejusdem Montis Pietatis Provisorum, seù Deputatorum singulares Personas à quibusvis Excommunicationis suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pænis a Jure, vel ab Homine quavis occasione, vel Causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium duntaxat consequen., harum seriè absolven., & absolutas fore censentes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matùra deliberatione nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, Chirographum præinsertum cum omnibus, & singulis in eo contentis harum serie approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis, ac irrefragabilis Apostolicæ firmitatis vim, & efficaciam adiungimus, ac omnes, & singulos Iuris, & Facti, ac Solemnitatum, quarumcumque tam ex Iuris communis, & Constitutionum Apostolicarum, seù Statutorum, & Decretorum quorumvis etiam Cameralium, & Consistorialium præscripto, quàm aliàs quomodolibet in similibus etiam de necessitate observandarum, aliosve quoslibet quantumvis magnos, & substantiales defectus, si qui in præmissis principaliter, vel accessoriè, aut antecedenter, vel consequenter, seù concomitanter, vel alii intervenerint seù intervenisse dici, censeri, prætendi, vel intelligi possent, penitùs, & omninò tollimus, & sanamus, ac plenissime, & amplissime supplemus, & abolemus. Decernentes easdem præsentes litteras etiam ex eo, quod quilibet etiàm speciali nota, & expressione digni in præmissis Interesse habentes, seù habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea citati, vocati, & auditi, neque causæ propter quas eædem præsentes emanarint, adductæ specificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso etiàm enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seù Intentionis nostræ, aut Interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiàm quantumvis magno, & formali, ac substantiali, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos Iuris reduci, seù adversùs illas aperitionis Oris, restitutionis in integrum, aliudvè quodcumque Iuris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seù impetrato, aut etiam motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in Iudicio, vel extrà illud uti, seù se juvari ullatenùs posse, sed ipsas præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiàm Causarum Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & dignitate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secùs super his a quoquam quavis authoritate scientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac fel. rec. Bonifacii VIII. de una, & in Concilio generali de duabus dietis, dummodo ultrà tres dietas aliquis auctoritate præsentium in Iudicium non trahatur, ac memorati Pii IV. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de gratiis qualecumque Interesse Cameræ Apostolicæ concernentibus, & in eadem Camera intrà certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, itaut præsentes litteras ibidem præsentari, & registrari nunquam necesse sit, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non omnibus, & singulis, quæ tàm in Chirographo præinserto, quàm in ipsius Pii IV., ac rec. mem. Clementis VIII., & Gregorii XV. Prædecessorum etiam nostrorum in eodem Chirographo enunciatis litteris concessa sunt, non obstare. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi prò illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur præsentibus prò plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contraris quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die 28. Martii 1733. Pontificatus nostri Anno tertio.

F. Card. Oliverius.

PA-

PARAGRAPHUS VI.

Confirmatio Decreti Congregationis Particularis edita favore Aromatariorum Urbis.

Clemens Papa XII.

Ad futuram rei memoriam.

1 ALias à Congregatione particulari tunc existentium S. R. E. Cardinalium, de quorum numero tunc in minoribus constituti eramus, ac Romanæ Curiæ Prælatorum, ac Medicorum, a fel. rec. Innocentio PP. XIII. Prædecessore nostro specialiter deputata ad favorem dilectorum filiorum Aromatariorum de Urbe emanavit decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Die XXV. Januari MDCCXXII. Sacra Congregatio particularis deputa, in qua interfuerunt Eminentiss., & Reverendis. DD. Cardinales, Paulutius Almæ Urbis Vicarius, Corsinus, & Annibal Albanus S. R. E. Camerarius, ac Reverendiss. PP. DD. Colligola Thesaurarius generalis Cameræ Apostolicæ, Marefuscus Auditor Sanctissimi Domini Nostri Papæ, Pallavicinus Secretarius Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ, & ego Vicesgerens, & Secretarius, necnon Illustriss. D. Nicolaus de Michelangelis Medicus à Secretis Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & D. Pasculus unus de Collegio Medicorum inhærendo decreto Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ edito die XXIX. Augusti MDCXXXVII. & resolutioni; seu voto emanato à Congregatione præcedenti in hac Causa habita die IX. Decembris MDCCXX. iuxtà maiorum Suffragiorum calculum, stetit in decisis, seu in resolutis, iuxtà modum, nempe censuit insinuandum, & consulendum esse Santissimo Domino Nostro Papæ Innocentio XIII. feliciter regnanti, ut omninò prohibeantur omnes, & singuli Regulares utriusque Sexus in hac Alma Urbe, eiusque districtu degentes, etiam Cassinenses, Fratres Prædicatores, Societatis Jesu, Minimi, aliique omnes quorumcumque Ordinum, & Congregationum nec per se, neque per alios, nec etiam Religionis nomine artem aromatariam præterquàm suorum Religiosorum, aut alumnorum usibus exerceant, ac insuper ne ullo modo Secularibus, aut aliis Religiosis, & Ecclesiasticis Pharmaca, aut medicamenta sive composita, sive non composita, sive præparata, sive non præparata, nec etiam Theriacam, Mitridatum, Hyacinthum, Balsamum, Chinam, Rhabarbarum, acque res ullas chimicas cujusvis generis, aut speciei, neque sub prætextu amicitiæ, aut familiaritatis; aut alio quovis titulo, causa, vel colore vendant, permutent, aut donent, prævia etiam revocatione omnium, & singulorum Decretorum, seu rescriptorum cuiuslibet Sacræ Congregationis quocumque tempore latorum etiamsi fuerint cum Brevibus Apostolicis, clausula sublata, & Decreto irritanti communitis approbata, seu confirmata ullo modo concedentium Regularibus, seu Monialibus licentiam vendendi Theriacam, Hyacintum, Balsamum, Medicamenta chimica, aut alia quæcumque cujusvis generis, & speciei, sub pœnis Superioribus utriusque Sexus Religiosorum contravenientibus, consulentibus, aut quoquo modo tolerantibus suspensionis à Divinis ipso facto irremissibiliter incurrendæ, privationis vocis activæ, & passivæ, prohibitionis imposterum excercendi, aut exercere faciendi aromatariam in eorum Domibus, Monasteriis, atque Conventibus, etiam pro eorum usu, ac ulterius confiscationis ejusdem Aromatariæ per R. P. D. Thesaurarium Generalem faciendæ, cum facultate procedendi etiam per solam inquisitionem, & applicandi tertiam partem illius secreto Denunciatori. Et facta relatione Sanctissimo Domino Nostro, Sanctitas Sua præfatam insinuationem, seu resolutionem laudavit, & approbavit, cum his tamen declarationibus, & limitationibus, nempe ut in præfata generali prohibitione non intelligantur comprehensi Fratres Hospitaalrii Sancti Joannis de Deo Urbis, & Districtus, etiam iuxtà vota nonnullorum RR. PP. sed eis licitum sit non solum Aromatarias in eorum Conventibus, & Hospitalibus pro Infirmorum, Religiosorum, atque Alumnorum usibus habere, sed etiam de eis vendere Pharmaca, & medicamenta Sæcularibus, Religiosis, & Ecclesiasticis quibuscumque, dummodo præfatæ Aromatariæ quolibet anno per Medicos, & Pharmocopolas deputandos ab Eminentiss. Cardinali Vicario visitenrur, ac insimul totum lucrum, quod ex eiusmodi venditione retrahetur pro manutentione Aromatariariarum, & sustentatione, & augmento Hospitalium in eorum Conventibus, seu Domibus existentium, ac Infirmorum inibi degentium seu in beneficium Ecclesiarum, & Sacristiarum uniuscuiusque Domus. aut Conventus integrè, & fideliter erogetur, cuius cognitionem eidem Eminentissimo Cardinali Vicario remisit. Respectu verò aliorum Regularium voluit, & declaravit Sanctitas Sua posse eis indulgeri, ac permitti venditionem Theriacæ, & Balsami apopletici tantùm pro maiori publico bono, dummodo obtineant ab eodem Cardinali Vicario licentiam in scriptis ad tempus eius arbitrio duraturam, & lucra exindè retrahenda in beneficium Ecclesiarum, & Sacristiarum uniucuiusque eorum Domus, Monasterii, aut Conventus simili modo erogent, & ita prohiberi, servari, & respectivè exequi omninò mandavit sub pœnis ut suprà expressis. Non obstantibus quoad supradicta omnia, & singula in præsenti Decreto contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarum cumque personarum, atque Ordinum, sive Congregationis Cassinensis, Fratrum Prædicatorum, Societatis Jesu, Minimorum, aut aliorum quorumcunq; tàm mendicantium, quàm non mendicantium, Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alrerius Instituti etiam necessariò, & individue exprimen., Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, & aliorum quorumcumque Regularium Locorum, necnon illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, quibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis aliàs in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sanctitatis Suæ auctoritate specialiter, & expresè derogat, ceterisque contrariis quibuscumque. Et ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut præsentes Ordinationes in Valvis Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolum de Urbe, & in Acie Campi Flore, ut moris est, affixæ, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent utque earumdem præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ die XI. Martii MDCCXXII. N. Episcopus Boianen. Vicesgerens præfatæ Congregationis particularis Secretarius. Joseph Cianetti Secretarius. Loco ✠ Sigilii. Cum antem, sicut pro parte dictorum Aromatariorum Nobis nuper expositum fuit, ipsi decretum huiusmodi, quofirmiùs subsistat, & servetur exactiùs Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantùm consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenoræ præsentium approbamus, & confirmamus, illique Apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas,

validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XX. Iulii MDCCXXXIII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

PARAGRAPHUS VII.

Constitutio Clementis XII. in qua ordini Fratrum Prædicatorum privilegium conceditur, ut sæcularibus Adolescentibus, Theologicæ facultati in eorum studiis, Scholis, Gymnasiis, & collegiis triennalem operam dantibus, lauream doctoratus, seu magisterii & Gradus in sacra Theologia, iis pares conferre possit, qui in publicis Studiorum Universitatibus solemni cæremonia conferuntur.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

1 VErbo Dei scripto & tradito innixam scientiam res divinas, & mores, Cristiano homine dignos, ad rectam Ecclesiæ ministrorum institutionem, & salutem animarum, solide pertractantem, eiusque doctores ac magistros, pietate venerabiles, commendari tunc maxime convenit, quum, ingruente falsorum dogmatum illuvie, fides catholica & Cristiani mores, supremæ curæ nostræ commissi, periclitantur: quo loco decessores nostri Romani Pontifices sanctum Christi Confessorem Thomam Aquinatem Ordinis Prædicatorum & Ecclesiæ Doctorem, honoris causa Angelici cognomento appellatum, semper habuerunt; eum propterea iustis laudibus in suis diplomatibus prosequuti, & præsertim Alexander IV. qui Thomam, adhuc viventem, per Dei gratiam thesaurum literalis scientiæ adeptum pronunciavit, inque eius vestigia subinde incurrentes alii Romani Pontifices subsequuti, Ioannes XXII. Clemens VI. Urbanus V. Nicolaus V. Pius IV. & beatus Pius V. Xystus V. Clemens VIII. Paulus V. Alexander VII. Innocentius XII. & Benedictus XIII. qui omnes, uno eum ore adprobantes, in sacris Ecclesiæ Fastis iuxta ac magnos Ecclesiæ doctores, Gregorium, Ambrosium, Augustinum & Hieronymum, Thomam quoque, ut vitæ probitate & sanctioris Theologiæ scientia venerabilem, miraque eruditione Ecclesiam Dei clarificantem, ac sancta operatione fœcunditatem, coli voluerunt.

Itaque tanti viri doctrinam, in Conciliis etiam
2 œcumenicis celebratam, debitis præconiis, rei publicæ causa nos quoque ornare cupientes, quum dilectus noster in Christo, ac fratris germani filius, Nereus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis sancti Hadriani, Corsinus nuncupatus, necnon æque dilecti ordinis Fratrum Prædicatorum protector flagitantibus eiusdem ordinis Fratribus, Magistro & Procuratore generalibus, Thoma Ripollio & Guillelmo Molo, submissas preces nobis obtulerit, ut præcipuo quodam & speciali modo eiusdem sancti viri doctrinam, in gymnasiis Ordinis eorumdem Fratrum Prædicatorum non unis regularibus, sed etiam externis sæcularibus alumnis, illuc ad eam perdiscendam confluentibus, tradi solitam, pro nostra erga beatum Thomam devotione, totumque Ordinem, de Ecclesia præclare meritum, singulari benevolentia, ornare dignaremur, ut adolescentes, aliquo veluti præmio animati, ad beati Thomæ doctrinam cum Dei gratia intellectu conspiciendam, alacrius incumberent; quandoquidem nullum in iisdem gymnasiis præmium, nulla ipsis expedita via pateat ad eas Ecclesiæ dignitates consequendas, quæ in sacræ paginæ doctrina, lauream, quam vocant, licentiam vel gradum publicc adeptis, alias de more conferri debent, nos hujusmodi precibus, pietate ac justitia subnixis, annuere volentes, ad amplificandum sub tanto magistro probæ, incorruptæque doctrinæ studium inter juvenes, divino famulatui per sacratiores disciplinas addictos, motu proprio, ex certa scientia & mera voluntate nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, in quibuscumque gymnasiis, scholis, studiis & collegiis Ordinis fratrum Prædicatorum, extra ceteras Studiorum generalium Universitates erectis vel erigendis concedi, extendi, & prorogari volumus ac decernimus pro externis quibuscumque sæcularibus, in iisdem gymnasiis Theologicæ facultati toto triennio absolutam operam dantibus, omnia & singula Apostolica privilegia, ab antecessoribus nostri Romanis Pontificibus concessa, juxta consuetudinem & methodum præscriptam vel præscribendam ab eodem generali ordinis Prædicatorum Magistro, ut post præmissum diligens probationis examen, laure doctoralis seu magistralis, præsentatura, licentia, baccalaureatus, atque alii gradus consueti in sacra Theologia libere & licite conferantur: quos quidem gradus iis pares esse volumus, qui in hoc nostro Archigymnasio & Academia, Romana Sapientiæ nuncupato, quibuscumque scholaribus solemni cæremonia conferri solent? idemque hoc privilegium omnino valere statuimus in quibuscumque insignioribus civitatibus & locis, in quibus sæculares juvenes Theologicæ facultati operam daturi, scholas Ordinis fratrum Prædicatorum frequentare permittuntur, sive pauperes, sive etiam divites sint, quos Universitatum Officiales ad gradus promovere fortasse recusaverint: etiamsi alias in iisdem locis publicæ hujusmodi & ordinariæ studiorum Universitates eis pateant; itaut postquam iidem sæculares, & externi juvenes, sine præjudicio quorumcumque jurium, ipsis Universitatibus de more persolvendorum, a qua solutione divites eximi non debent, ad iamdictos gradus solemni cæremonia probati ac promoti fuerint, de eadem re ac facultate prælegere, disputare, ac alios quoscumque actus, ad id necessarios, ubique facere possint, omnibusque & singulis privilegiis: prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, præcedentiis, favoribus, gratiis & indultis uti, potiri, & gaudere possint, quibus alii, prævio diligenti examine, in studiorum generalium Universitatibus iuxta earumdem leges, ordinationes, usus, ritus & mores, de iure vel consuetudine, aut alias quomodocumque utuntur, potiuntur, & gaudent in omnibus & per omnia, nullo prorsus discrimine, ac si gradus suos in publicis Universitatibus, & non alibi, accepissent, hac una in re, si, & quatenus unquam fortasse opus esset, propterea derogantes Constitutioni nostræ, pridem editæ, quæ incipit: *Romanus Pontifex*.

Præsentes quoque literas, & in eis contenta & expressa quæcumque, nullo unquam tempore de sub- 3
reptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio vel intentionis nostræ, etiam ex eo, quod causæ, propter quas illæ emanarint, coram nobis, vel alibi adductæ, verificatæ & iustificatæ, ac quicumque in præmissis, & circa ea interesse quomodolibet habentes, seu habere prætendentes, ad id vocati & auditi non fuerint, & consensum suum eisdem non præstiterint, aut quovis alio, quantumvis substantiali defectu, fortasse laborarent: sive etiam ex eo, quod in eis solemnitates, ac quævis alia servanda & adimplenda, servata & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, vel causa etiam, quantumvis legitima, iusta & privilegiata, quæque ad id exprimenda esset, expressa non fuerit, notari, impugnari, invalidari, in ius vel controversiam vocari, ad viam & terminos iuris reduci, aut in

in illas quodcumque iuris, vel facti remedium, aut oris aperitio impetrari: neque illas ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi poſſint; ſed ſemper excipere debeant, & quotieſcumque emanaverint, toties in priſtinum & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas; & plenarie integratas, ac de novo etiam ſub quacumque poſteriori data per dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum Magiſtrum ac Procuratorem generales, pro tempore exiſtentes, quandocumque eligenda, conceſſas validas & efficaces fore & eſſe, ſuoſque plenarios & integros effectus in omnibus & per omnia ſortiri & obtinere, dictiſque Fratribus ac ſæcularibus apud eos, ut prædicitur, theologicæ facultati triennalem operam dantibus, & ad gradus huiuſmodi, ut præfertur, promovendis, aliiſque, ad quos nunc ſpectat, & impoſterum quomodolibet ſpectabit, in omnibus & per omnia pleniſſime ſuffragari volumus. Sicque & non alias per quoſcumque judices ordinarios vel delegatos, quavis authoritate fungentes, etiam cauſarum palatii Apoſtolici Auditores, ac prædicti ordinis Prædicatorum pro tempore exiſtentem protectorem, alioſque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos Vicelegatos & Sedis Apoſtolicæ Nuncios, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, definiendi & interpretandi facultate & authoritate, judicati, definiri & interpretari debere: & quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Non obſtantibus, quatenus opus ſit; una, de non concedendis gratiis ad inſtar, & altera, noſtris &
4 Cancellariæ Apoſtolicæ regulis de jure queſito non
tollendo, ac etiam in ſynodalibus, provincialibus, generalibus, univerſalibuſque Conciliis, editis vel edendis, ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoq; indultis & literis Apoſtolicis quibuſvis perſonis, alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis & innovatis: quibus omnibus & ſingulis, etiamſi de illis, earumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, earum tenores eiſdem præſentibus, etiam pro plene & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, latiſſime & pleniſſime, ac ſpecialiter & expreſſe motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus, derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem, ut ipſarum præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, alicujus in dignitate eccleſia-
5 ſtica conſtitutæ perſonæ ſigillo, & notarii manu
obſignatis, vel etiam, ſaltem extra Italiam, ſigillo & ſubſcriptione Magiſtri Ordinis, aut Provincialium eiuſdem Ordinis pro tempore, munitis, eadem prorſus fides in judicio & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, extenſionis, prorogatio-
6 nis, voluntatis, decreti, & derogationis infringere,
vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo tertio, quin Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri anno quarto.

PARAGRAPHUS VIII.

Clementis XII. revocatio diverſarum Facultatum à Romanis Pontificibus per eorum vivæ vocis oraculum, vel reſcripta conceſſarum.

Clemens Papa XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex, Gregis Dominici curæ ſibi
divinitus commiſſæ, more ſeduli Paſtoris iu- 1
giter advigilans, nonnulla, quæ à Prædeceſſoribus ſuis conceſſa noſcuntur, juſtis interdum ſuadentibus cauſis, quibus præſertim Eccleſiaſticæ diſciplinæ conſervationi, animarum Chriſtifidelium ſaluti, ac recto rerum Ordini conſulitur, pro Apoſtolici muneris ſui ſolicitudine moderatur, revocat, & immutat, ſicuti omnibus debitæ conſiderationis trutina perpenſis conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Itaque de nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio, ac etiam
Motu proprio, ex certa ſcientia, & matura deli 2
beratione, noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula infraſcripta Indulta, Facultates, & Gratias, quæ tam ad ſupplicationem Partium, quam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, à Romanis Pontificibus, Prædeceſſoribus noſtris, vivæ eorum vocis oraculo, vel per Reſcripta propria illorum, aut de eorum mandato cuiuſvis S.R.E. præfatæ Cardinalis, alteriuſve ipſorum Prędeceſſorum, vel Sedis Apoſtolicæ Officialis, & Miniſtri manu ſignata, quibuſcumque utriuſque ſexus Perſonis Sæcularibus, vel Regularibus, cuiuslibet Status, Gradus, conditionis, præeminentiæ, ac Dignitatis, ſive Eccleſiaſticę, ſive temporalis exiſtentibus, etiamſi de iis ſpecialis, ac individua mentio, & expreſſio neceſſario facienda foret; Communitatibus quoque, Univerſitatibus, Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Conventibus, & Monaſteriis cuiuſvis Ordinis, Congregationis, Militiæ, etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani, ac Inſtituti, & Societatis etiam Jeſu, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Exemptorum, & non Exemptorum, ac quovis tandem privilegio ſuffultorum, nullis prorſus exceptis, quandocumque, & qualitercumque conceſſa fuerunt, tenore preſentium revocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, irritamus, & annullamus, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac revocata, caſſata, ſublata, abrogata, irrita, & annullata, viribuſque, & effectu vacua eſſe, ac perpetuo fore, neque de cetero cuiquam ſuffragari poſſe, vel debere decernimus, & declaramus.

Indulta autem, facultates, & gratiæ huiuſmodi
ſunt, quę ſequuntur; videlicet. 3

I. Excipiendi Confeſſiones ſive Sęcularium, ſive
Regularium, etiam Monialium, aut aliarum qua- 4
rumvis Perſonarum, in Conventibus, Monaſteriis, ſeu Conſervatoriis degentium, abſque expreſſa Ordinariorum, ac Superiorum illorum, ad quos pertinet, facultate; Necnon eligendi ſibi Confeſſarium ab iis reſpective non approbatum.

II. Abſolvendi quoſcumque, ſive Sęculares, ſive Regulares utriuſque ſexus à peccatis, pœnis, & cenſuris, in Literis die Cœnę Domini quotannis legi, & publicari conſuetis, vel alias Sedi Apoſtolicę, Locorumve Ordinariis, aut Superioribus Regularibus quoquo modo reſervatis: Prout quoque eligendi Confeſſarium, etiam ex legitime ad audiendas Confeſſiones approbatis, qui à peccatis, pęnis, ac Cenſuris ſic reſervatis abſolvat.

III. Eximendi, ſeu abſolvendi quemlibet ab obliga-
tione denunciandi in caſibus, quibus denunciatio 6
iuxta preſcriptum Conſtitutionum Apoſtolicarum, ſeu alias fieri debet.

IV. Utendi quibuſcumque facultatibus, etiam genera-

7 neraliter concessis quoad alitercumque dictæ Sedi, vel etiam ipsi Romano Pontifici reservata, sive per eos majori, vel minoribus Pœnitentiariis attributis, durante Jubilæo, vel Missionum, Exercitiorum spiritualium, Quadragesimæ, Adventus, aut alio quovis anni tempore; sicuti etiam utendi facultatibus, quæ ab Officio Pœnitentiariæ Apostolicæ aliquando impertiri solent.

V. Relaxandi juramenta quælibet, etiamsi de nullo
8 cujusquam agatur damno, seu præjudicio.

VI. Dispensandi, sive commutandi Vota quæcum-
9 que, licet simplicia dumtaxat, ac juramento minime confirmata.

VII. Dispensandi cum quibusvis personis Seculari-
10 bus pariter, vel Regularibus super qualibet irregularitate, & inhabilitate quomodocumque ex delicto, vel defectu etiam prorsus occultis proveniente, tam pro exercendis susceptis, quam pro suscipiendis quibusvis Ordinibus, ac retinendis, & assequendis quibuscunque Beneficiis Ecclesiasticis.

VIII. Dispensandi super quocumque impedimento
11 quantumvis occulto matrimonium dirimente, sive agatur de matrimonio contrahendo, sive de convalidando jam contracto.

IX. Convalidandi titulos Beneficiorum Ecclesiasti-
12 corum simoniace, vel ex alio quovis capite invalide obtentorum, ac condonandi fructus qualitercumque indebite perceptos, aut componendi super iisdem fructibus.

X. Celebrandi Missam itineris, aliave occasione in
13 quocumque loco super Altari portatili, sive extra tempus ab Ecclesia definitum, vel non servandi omnia, & singula ab ipsa Eccl. præcepta, & ordinata circa celebrationem Missæ, & administrationem Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti.

XI. Officium divinum absque legitima causa non
14 recitandi, illudve commutandi in alias preces, vel opera pia, sive recitandi, unum Officium pro alio, aut extra tempus ab Ecclesia statutum, vel super præmissis cum aliis dispensandi.

XII. Indulta quæcumque à Regularibus utriusque
15 itidem sexus obtenta, votum paupertatis quomodolibet lædentia, aut Regulari observantiæ, Apostolicis Constitutionibus, propriique Ordinis, seu Instituti Statutis contraria, vel adversantia.

XIII. Facultas Regularibus alloquendi Moniales et-
16 iam consanguineas, aliasque Personas intra Clausuram degentes, absque peculiari Superiorum, ad quos quomodocumque spectat, licentia.

XIV. Indulta, facultates, & gratias mox relata, eo-
17 rumve aliqua in toto, vel in parte, indefinitè, vel ad tempus, & in casu particulari, seu alio quovis modo aliis communicandi.

Quæ quidem omnia, & singula, etiamsi sub qui-
18 buslibet aliis quantumvis amplius verborum formis, & tenoribus concessa, & impetrata fuerint, quoad utrumque forum; ac generaliter sive res sit de casu occulto, sive de publico, revocata, & abrogata esse, ac intelligi, & censeri debere statuimus.

Districte propterea prohibemus, ne quisquam de-
19 inceps indultis, facultatibus, & gratiis sic per Nos revocatis, & abrogatis ullatenus uti audeat, seu præsumat; sub pœna Excommunicationis, ac privationis Officiorum, Dignitatum, & quorumvis Beneficiorum obtentorum, vocis activæ, & passivæ, necnon inhabilitatis ad audiendas confessiones, & ad Officia, Dignitates, & Beneficia hujusmodi in futurum obtinenda, ipso facto absque ulla alia declaratione per Transgressores respective incurrenda, à qua nonnisi à Nobis, seu Romano Pontifice pro tepmore existente, præterquam quoad Excommunicationem præfatam in mortis articulo constituti, absolutionis, dispensationis, seu rehabilitationis beneficium valeat obtinere.

Noverint insuper Pœnitentes, & alii fideles,
20 absolutiones, dispensationes, relaxationes, commutationes; convalidationes, compositiones, & alia ejusmodi, si quæ imposterum contra hanc nostram prohibitionem obtinuerint, nulla fore, nulliusque roboris, ac momenti.

Cæterum per præsentes non intendimus revocare
supradicta Indulta, facultates, & gratias, quæ per 21
quasvis Literas Apostolicas etiam in simili forma Brevis expeditas, vel Rescripta à S. R. E. præfatæ Cardinalium, aut Romanæ Curiæ Prælatorum, aliisve Almæ Urbis Congregationibus edita, & ab eisdem Prædecessoribus approbata, necnon per dictum Officium Pœnitentiariæ Apostolicæ quandocumque concessa fuerint, seu emanaverint, quæ salva, ac firma remanere volumus.

Decernentes easdem præsentes Literas, & in eis
contenta, etiam ex eo, quod prædicti, & alii qui- 22
cumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, ad ea vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seu alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, in controversiam vocari, aut adversus illa quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, sed ipsas præsentes Literas semper firmas, validas, efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, & alios quoslibet quavis præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan præmissis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, quarumlibet Ecclesiarum, Ordinum, Congregationum, militiarum etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Institutorum, Societatum etiam Jesu, Communitatum, Universitatum, Capitulorum, Collegiorum, Confraternitatum, Conventuum; & Monasteriorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, usibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus Privilegiis quoque; Indultis; & Literis Apostolicis sub quibuscunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac Consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiscumque vicibus innovatis.

Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illo-
rum sufficienti derogatione de illis, eorumque to- 23
tis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, & præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse, ac plenissimè, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisq; contrariis qubuscumque.

Ut autem eædem præsentes Literæ ad omnium
notitiam facilius deveniant, volumus, illas, seu 24
earum exempla ad Valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, & Acie Campi Floræ de Urbe præfata ut moris est, affigi, & publicari, sicque publicatas,

tas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent: Utque ipsarum *Literarum* Transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in Judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quę eisdem pręsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Rome apud Sancta Mariam Maiorem sub Anulo Piscatoris die XII. Februarii MDCCXXXII. Pontificatus nostro anno secundo.

F. Cardinalis Oliverius.

PARAGRAPHUS IX.

Constitutio Clementis XII. in qua nonnullas Apostolicas Literas Ordinibus Regularibus, & Mendicantibus, à piæ memoriæ Benedicto Papa XIII. concessas, moderatur, ac reducit ad terminos juris communis, Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum.

Clemens Episcopus Sevus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex, quem cœlestis paterfamilias
Vineæ suæ custodiendæ pręposuit, diu noctu-
1 que operarios, impigre in ea laborantes, circum-
spicit, congruam, imo amplam mercedem eis lar-
giturus, ut Vinea, probis agricolis hoc pacto ad eam
alacrius excolendam incumbentibus, uberiori pro-
ventu fructificare possit.
Sane felicis recordationis prædecessor noster Be-
dictus Papa XIII. strenuas Ordinum Regularium,
2 & Mendicantium cohortes, hanc Domini Vineam,
atque agrum Ecclesiæ, indesinenter colere conspicatus, ac paterno erga eos animo affectus, quo etiam nos ipsi utique afficimur, plura eis privilegia concessit, ratus, ea pari voluntate universim excipienda: Quod tamen secus evenisse, nos ad supremi Sacerdotii apicem, disponente Domino, evecti, ægre intelleximus; Inde nimirum præter omnem expectationem nostram variis litibus, & controversiis exortis, ac nisi opportune occurratur, fortasse imposterum exorituris. Quare nonnullis ex huiusmodi Literis, & Constitutionibus Apostolicis mature perpensis, ad sedandos rumores propterea excitatos, mutuamque, & vere Christianam inter Episcopos, & Regulares Familias, ac etiam sęculares Ordinis, & Sodalitatis, publicasque Universitates, benevolentiam & pacem ubique in Ecclesia servandam; de consilio nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, in hanc sententiam devenimus, ut subsequeutibus Literis & Constitutionibus Apostolicis, eodem Pontifice Benedicto sedente, vulgatis, moderationem aliquam, authoritate nostra adhibendam esse decerneremus. Literæ vero ipsæ & Constitutiones, Ordinibus regularibus pridem concessę, hę sunt.
Editæ IV. Idus Decembris anno Domini MDCC-
3 XXV. quę incipiunt: *Paterna.*
Aliæ IX. Kalendas Junias anni MDCCXXVI. quę
4 incipiunt: *Ratio Apostolici ministerii.*
Aliæ III. nonas Julias eiusdem anni, quæ inci-
5 piunt: *Singularis devotio.*
Aliæ VIII. Augusti eiusdem anni, quę incipiunt:
6 *Exponi nobis nuper fecerunt.*
Aliæ Kalendis Septembris eiusdem anni, quę in-
7 piunt: *Vitæ & morum integritas.*
Alię Kalendis Januarii anni MDCCXXVII. quę
8 incipiunt: *Libenter.*
Aliæ V. nonas Martias eiusdem anni, quæ inci-
9 piunt: *Loca sancta.*
Aliæ Kalendis Aprilis eiusdem anni, quę incipiunt:
Ex quo Sedes. 10
Aliæ V. nonas Aprilis eiusdem anni, quę incipiunt:
Summe decet. 11
Alię VII. Kalendas Junias eiusdem anni, quæ inci-
piunt: *Pretiosus*, una cum declarationibus sub die 12
XXVIII. Septembris anni MDCCXVIII. ab eodem
Pontifice factis super quibusdam Dubiis, circa intel-
ligentiam rerum, in ipsa Constitutione contenta-
rum exortis.
Alię XXI. Martii anni MDCCXXIX. quæ inci-
piunt: *Exponi nobis fecit.* 13
Alię demum VII. Kal. Aprilis eiusdem anni MDCC-
XXIX. quę incipiunt: *In Sede.* 14
Quamvis autem hæc omnia & singula ex eius-
dem recolendæ memoriæ Benedicti pia, & lauda- 15
bili erga Regularium Familias voluntate, profecta fuerint, quos ipse ob eorum zelum de salute animarum, religionis fervorem, doctrinam, & regularis disciplinæ observantiam, magna ac vere paterna dilectione prosequebatur, Nosque ipsi æque prosequimur, concessa, extensa, deceta, confirmata & declarata fuerint; Nos tamen, qui, post varias altercationes & difficultates de iisdem Literis & Constitutionibus excitatas, & optatam sanctæ Dei Ecclesiæ tranquillitatem præ oculis habemus, volentes, ut universis Dominici gregis Pastoribus, ac præsertim venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, in partem sollicitudinis nostræ vocatis, liberum iurium suorum, quæ summi Dei gloriam, & animarum salutem respiciunt, in illorum Diœcesibus exercitium servetur; Quæque illud quomodocumque impedire, & lædere fortasse possunt, pro virili nostra penitus amovere cupientes, quemadmodum alias Romani Pontifices Antecessores nostri sæpius egerunt; Nos quoque ad præservandum iisdem Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, ac quibuscumque aliis Ordinibus, ac Cætibus Ecclesiasticis, & sæcularibus suorum iurium exercitium & possessionem, amovendamque quarumcumque dissensionum, & Litium occasionem, ex concessa Nobis divinitus Apostolicæ potestatis plenitudine, eorumdem Antecessorum nostrorum Pontificum Romanorum vestigiis inhærentes, statuimus & decernimus, de omnibus & singulis prædictis Literis & Constitutionibus, quæ ab eodem Antecessore nostro Benedicto prodierunt; Necnon de omnibus Privilegiis, Gratiis, Favoribus, Indultis, Exemptionibus, Facultatibus, & Declarationibus, in iisdem contentis: eam deinceps decisionem, ac iudicium, etiam in foro conscientiæ, habendum, quod sive ex iure communi, sive ex Concilio Tridentino, sive ex Decretis, & Constitutionibus Apostolicis, sive alias, legitime habebatur, antequam eædem Literæ, & declarationes ab eodem Benedicto concessæ fuissent, perinde scilicet, ac si illæ non emanassent; Ad quam dispositionem, eiusque pristinum statum, ac terminum omnia superius enunciata, omnino reducimus, & reducta esse volumus, itaut inposterum supradicti Ordines Regulares earumdem Literarum, & Constitutionum usu, commodo & effectu penitus carere debere intelligantur.
Hinc ad præmissorum effectum pro nullis & in-
fectis haberi volumus omnia Decreta irritantia, 16
Prohibitiones, Declarationes, Mandata, & quæcumque in Literis, & Constitutionibus prædictis quomodolibet apposita, atque alia, eorumdem occasione facta, huic reductioni, Decreto & voluntati nostræ quomodocumque adversantia, quibuscumque ea essent concepta formulis; ac præservationibus, declarationibus, modificationibus, restrictionibus, explicationibus, derogatoriarum derogatoriis, aliisque validissimis, efficacissimis & inviolabilibus clausulis, præsertim quod semper in Data cuicumque constitutioni, illarum revocatoriæ, imposterum edendæ, posteriores censeantur; Etiam Motu proprio, & potestatis pari plenitudine,

ne, ac ex certa ſcientia; Etiam conſiſtorialiter, etiam pro conſervatione Status regularis, etiam in vim contractus, & ſtipulationis, inter Sedem Apoſtolicam, & Ordines prædictos initæ, quam ad hujuſmodi effectum reſcindimus, & ex nunc reſciſſam, nulliuſque roboris, & momenti eſſe volumus & decernimus; Ideoque omnes diſſenſiones, Altercationes, & Lites coram quibuſcumque Judicibus ordinariis, extraordinariis & Commiſſariis, etiam Cauſarum Palatii noſtri Auditoribus, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, etiam de Latere Legatis, necnon quacumque eorumdem Cardinalium Congregatione, prædictarum Literarum & Conſtitutionum occaſione, jam motas, necdum deciſas, aut finitas, vel etiam, quæ jam deciſæ eſſent, ſi modo tractum habeant ſucceſſivum, easque rurſus inpoſterum excitari contingat, juxta juris communis, Concilii Tridentini Decretorum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, ac præſentem hanc noſtram diſpoſitionem, nec aliter, decidendas eſſe præcipimus. Futura vero dubia & difficultates, ubicumque & quandocumque oriantur, ad Nos, & Sedem Apoſtolicam, ad quam Pontificiarum Conſtitutionum, atque eccleſiaſticarum ſanctionum interpretatio pertinet, referenda eſſe decernimus.

Itaque omnia & ſingula, hactenus memorata,
17 nec non præſentes, etiam ex eo, quod cauſæ, ob quas emanaverint, comprobatæ, expreſſæ, & verificatæ; aut in præmiſſis intereſſe habentes, vel habere prætendentes, ad hoc vocati, citati, & auditi non fuerint, neque iiſdem conſenſerint, vel alias ex quocumque capite, prætextu, colore, ingenio, vel cauſa, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, ſive alio quovis defectu notari & impugnari, argui, infringi, retractari, in jus vel controverſiam vocari, ad terminos juris reduci, aut contra eas quodvis Gratiæ, vel Juſtitiæ remedium impetrari, ſeu concedi nullatenus poſſe; Sed eas, ac omnia & ſingula in eis contenta, ſemper & perpetuo valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus & ſingulis, ad quod ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, inviolabiter obſervari, omnino ſtatuimus; ſicque, & non alias per quoſcumque Judices ordinarios & Delegatos, etiam Cauſarum palatii noſtri Auditores, ac prædictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, quavis authoritate & facultate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, definiri, & interpretari debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & decretum eſſe volumus; non obſtantibus, præmiſſis, necnon noſtra, & Cancellariæ Apoſtolica regula de Jure quæſito non tollendo, nec non omnibus & ſingulis prædicti Benedicti Deceſſoris, ac declarationibus ſuper Dubiis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnium & ſingulorum Ordinum prædictorum, ac eorum cuilibet, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Conſuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, etiam Mare magnum, vel alias quomodolibet nuncupatis, Literiſque Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, aliiſque Decretis in genere vel in ſpecie, etiam motu proprio, & conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum, conceſſis, confirmatis, & pluries innovatis: Quibus & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret; eorum omnium & ſingulorum tenores, iiſdem præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis, habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, latiſſime & pleniſſime, hac vice dumtaxat, ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque quomodolibet contrariis quibuſcumque.

Volumus autem, ut eædem præſentes in Valvis Baſilicarum ſancti Johannis in Laterano, &
Principis Apoſtolorum de Urbe, ac in Acie Cam- 18
pi Floræ, ut moris eſt, affixæ, quoſcumque illæ reſpiciunt, arctent & afficiant, perinde, ac ſi unicuique coram perſonaliter intimatæ fuiſſent, utque earumdem præſentium Tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem preſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri Statuti, Decreti, Voluntatis, Modera- 19
tionis, & Reductionis infringere, vel auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ 1732. tertio Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

PARAGRAPHUS X.

Clementis XII. Literæ Apoſtolicæ, & Breve Quibus Bona Eccleſiaſtica in Ditione Saxonica, Iis, qui ad Catholicam Eccleſiam redierint remiſſa, declarantur.

Oratio Sanctiſſimis Patris Clementis
Papæ XII.

Habita in Conſiſtorio ſecreto die 21.
Menſis Julii 1732.

Venerabiles Fratres.

CHARITAS CHRISTI, quæ Apoſtolici miniſterii ſtudia omnia regere debet, & officia curaſque diſpenſare, urget Nos, ut quidquid ad ani- 1
marum ſalutem, quas pretioſo Sanguine redemit, conducibile cenſuerimus, cæteris rationibus anteferamus; probe nimirum intelligentes, ad optatiſſimum hunc fructum creditam Nobis eſſe Apoſtolatus authoritatem. Porrò inter eas Regiones, quarum Nobis vera, & æterna felicitas maxime cordi eſt, paterni animi noſtri ſollicitudinem potiſſimum exercet Saxonica Ditio, in qua noviſſimis temporibus hæreſis exorta in alias ſubinde Provincias & Regna miſere influxit, & ad quam revocandam, atque in Sanctæ Eccleſiæ ſinum reducendam tot labores & vigilias Prædeceſſores noſtri Romani Pontifices impenderunt. Cùm autem diu multumque apud animum noſtrum cogitaverimus, quæ potuerint difficultates occurſare, quominus eorum conſilia proſperum optatumque ſucceſſum haberent, præcipuum Divini operis impedimentum inde provenire putavimus, quod plerique ægre admodum in animum poſſent inducere, ut ea bona dimitterent, quæ olim ad Eccleſias pertinebant, iiſque vitæ commodis, quibus conſueverant, & ipſi carerent, & eorum liberi deſti-
tue-

tuerentur ; nec suppetret, unde aliter ea fortunarum detrimenta , reique familiaris dispendia resarcirent.

Nos propterea ; quos plane immeritos constituit
2 Dominus super familiam suam , ut tanquam fideles ac prudentes Sacri Patrimonii dispensatores , eam difficultatem submoveremus , nonnullis Venerabilibus Fratribus nostris Collegis vestris in consilium adhibitis , Prædecessorum nostrorum exempla recolentes , mentem etiam voluntatemque satis compertam habentes Clementis fel. record. Papæ XI. Prædecessoris itidem nostri , eam sententiam suscepimus , ut iis , qui in præsens possident, modo ad Catholicam Ecclesiam redeant , eorumque orthodoxis Successoribus condonaremus universa bona illa , quæ in Ditione charissimi in Christo Filii nostri Friderici Augusti Regis Poloniæ tamquam Electoris Saxoniæ sita sunt ; quemadmodum reipsa remittimus , & condonamus ; itaut neque Nos ipsi , neque Successores nostri , multoque minus alia quævis Ecclesia , aut persona quidquam juris in ea bona sibi eo nomine vindicare possit . Ad cuius rei solemnitatem , & authenticam actorum fidem Literas Apostolicas dedimus . Fore autem confidimus , ut quos calumniatorum licentia à via veritatis abduxit , hoc nostræ charitatis studio intelligant , à Nobis cuncta conferri , ut reportemus finem fidei nostræ salutem animarum . Interea Patrem misericordiarum supplices oramus , ac Fraternitatum vestrarum preces supplicationibus nostris cupimus consociari , ut hoc voluntatis ac providentiæ nostræ iudicium cœlesti benedictione secundet , & abundantia pietatis suæ aliquando perficiat , ut non modo Saxonia , sed cæteræ quoque Provinciæ , quæ à Nobis recesserunt , & pro quibus animam ponere parati sumus , erroribus suis abiectis , veram & legitimam suam Matrem Ecclesiam Catholicam Apostolicam Romanam filiali observantia agnoscant, & prosequantur.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

3 SEDES Apostolica pia Mater probe agnoscens , assidueque recogitans potissimam curam, & sollicitudinem suam in Fidei Catholicæ sine qua impossibile est placere Deo, unitate, ac integritate retinenda , & animarum pretioso Christi Domini Sanguine redemptarum æterna salute procuranda sitam esse, nihil prætermittit , ac intentatum relinquit quod ad eamdem fidem , ubi illæsa viget sartam tectam tuendam , ubi vero collapsa est restituendam , ipsasque Fidelium animas in viam salutis dirigendas iudicat pertinere ; ac propterea ab orthodoxa religione rectaque via deviis, & errantibus filiis , quos numquam obliviscitur , nedum maternum sinum iugiter aperit , sed etiam iter sternit planum per quod sublatis quibusvis impedimentis ad Christi ovile , atque ad cor facilius redire valeant, prout in Domino conspicit salubriter expedire.

Cum itaque Nos, qui militantis Ecclesiæ ac universi Dominici Gregis regimen in Beatissimo Pe-
4 tro Apostolorum Principe divinitus accepimus, ac iis Christiani Orbis Provinciis Pastoralis vigilantiæ nostræ studium præcipue impendere debemus, quæ opem , & operam nostram magis exposcere videantur , peculiarem utque ab ipsius Pontificatus nostri primordiis paternæ considerationis nostræ intuitum direxerimus ad Ducatum Saxoniæ, ubi scilicet hæresis postremis hisce tempobus originem , & incrementum sumpsisse dignoscitur, ac pro cuius reductione ad priscam , & Catholcam Fidem plures ex Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris præclara cum eorum nominis laude strenue multumque allaborarunt ; diuque nobiscum animo reputantes , unde factum sit , quod tot eorundem Prædecessorum labores , ac collata in eum finem egregia studia nedum optatus fructus consequuta fuerint , neque impleta ampla illa spes , quam sancta Dei Ecclesia collocaverat in reversione ad eius gremium charissimi in Christo Filii nostri Augusti Poloniæ Regis illustris ipsius Saxoniæ Ducis ; ac Sacri Romani Imperii Principis Electoris , tum dilectissimi in Christo pariter Filii nostri Fiderici Augusti Regis Poloniæ , & Electoralis Saxoniæ Principis Nati Sui , quia sibi pollicebatur futurum ; ut reliqui inclytæ Stirpis Saxonicæ Principes , ac Populi ipsius Ducatus monstratam ab iis viam feliciter inirent , ac sicuti Saxonicam Domum in hæresi amplectenda , & fovenda olim sequuti fuerant errantem , ita sequerentur resipiscentem , re accurate perpensa merito dubitaverimus id exinde præsertim provenire quod plerique ægre adduci valeant ad dimittendum, & relinquendum bona Ecclesiastica, quæ præteritorum injuria , ac confusione dum hæresis in eo Ducatu omnia misceret, occupata ab illis detinentur , utpote qui sine iis bonis vitæ humanæ subsidiis , vel commoditatibus , quibus assueti sunt exuerentur, eorumque filii, & familiæ necessaria sustentatione, cui aliunde subvenire nequirent, carere cogerentur, & ad duram paupertatem redigerentur.

Hinc est quod Nos, quos constituit Dominus super familiam suam ut tamquam fidelis servus , & 5
prudens Christi Patrimonium administraremus, reductionem Ducatus prædicti ad Catholicæ, & universalis Ecclesiæ unionem , totque Animarum salutem nullis terrenarum rerum respectibus impediri , aut retardari debere existimantes , ac proinde quæ Gentem Saxonem à veræ Religionis proposito amittendarum facultatum metu incurrendæque miseræ egestatis horrore retrahere possent , submovere volentes , Nobisque persuadentes opus reductionis hujusmodi eo majores progressus habiturum fore quo amplior, uberiorque in bonis Ecclesiasticis remittendis nostra, & hujus Sanctæ Sedis perspecta fuerit Benignitas, & Indulgentia, post maturam , quam cum aliquot ex Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus desuper habuimus deliberationem , nonnullorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigiis, necnon menti fel. rec. Clementis Papæ XI. Prædecessoris itidem nostri Nobis apprime notæ insistentes , de eorundem Venerabilium Fratrum nostrorum consilio , & assensu , ac etiam Motu proprio , & ex certa scientia nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnia, & singula bona Ecclesiastica cujuscumque qualitatis , quantitatis , & valoris in Ducatu Saxoniæ aliisque ditionibus memorato Augusto Regi , uti Saxoniæ Duci subjectis consistentia , præteritorum temporum confusione occupata , sicut præmittitur, modernis eorum possessoribus seu detentoribus cujusvis status, gradus , ordinis , dignitatis , conditionis , & præeminentiæ fuerint, qui ad Catholicæ Ecclesiæ unitatem jam redierunt , vel in posterum redierint , eorumque successoribus quibuscumque Catholicis , & in sinceritate orthodoxæ Fidei perseverantibus una cum fructibus perceptis harum serie de specialis dono gratiæ plenarie remittimus, condonamus , cedimus , & relaxamus , dictisque possessoribus , seu detentoribus , eorumque successoribus , ut ipsi de bonis præfatis tamquam suis propriis , tam inter vivos , quam ex causa mortis , aut alias quomodolibet disponere possint, plenam , & liberam tenore præsentium tribuimus facultatem , & potestatem , neque illos pro parte Sedis Apostolicæ , Ecclesiarum , Monasteriorum , & locorum Piorum , aut personarum Ecclesiasticarum ad quas, & quæ bona prædicta olim pertinebant , aut aliorum quorumvis in eis , seu ad ea

Jus,

Jus, vel intereffe habentium, feu habere prætendentium ratione, & occafione præmifforum defuper moleftari, inquietari, aut perturbari poffe, Motu, fcientia, & poteftatis plenitudine paribus ftatuimus, decernimus, & declaramus.

Non obftantibus de iure quæfito non tollendo,
6 aliifqae noftris, & Cancellariæ Apoftolicæ regulis, nec non recolendæ memoriæ Symmachi, quæ incipit: *Non licet*, ac Pauli Secundi Prædecefforum quoque noftrorum de rebus Ecclefiæ non alienandis, & quibufvis aliis Apoftolicis, ac univerfalibus, provincialibufque, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel fpecialibus Conftitutionibus, & ordinationibus, ac quarumcumque Ecclefiarum, Monafteriorum, & locorum Piorum fundationibus, ac etiam juramento, confirmatione Apoftolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ftatutis, & confuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoftolicis in contrarium præmifforum quomodolibet conceffis, confirmatis, innovatis, cæterifque contrariis quibuscumque.

Cæterum fperamus eofdem Auguftum Regem, & Fridericum Principem Ducatu præfato ad verum Dei cultum, ac orthodoxam Fidem, favente, ac benedicente Domino, redacto, pro eo-
7 rum fingulari in Deum ipfum pietate, Ecclefiarum prædicti Ducatus rationes, & commoda femper cura, & cordi habituros, & quantum in eis erit promoturos.

Volumus autem, ut præfentium tranfumptis etiam
8 impreffis, manu alicujus Notarii publici fubfcriptis, & figillo Perfonæ in Dignitate Ecclefiaftica conftitutæ munitis, eadem prorfus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ ipfis præfentibus adhiberetur, fi forent exhibitæ, vel oftenfæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
9 nam noftræ remiffionis, condonationis, ceffionis, decreti, ftati, ac declarationis infringere, vel ei aufu temerario contraire; fi quis autem hoc attentare præfumpferit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoftolorum ejus fe noverit incurfurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1732. feptimo Idus Julii Pontificatus Noftri anno fecundo.

✠ Ego Clemens Catholicæ Ecclefiæ Epifcopus.

✠

✠ Ego Francifcus Epifcopus Oftien. Cardinalis Barbarinus.

✠ Ego Petrus Epifcopus Tufculanus Card. Othobonus S.R.E. Vice-Cancell.

✠

✠ Ego Annibal Epifcopus Sabinenfis Card. S. Clementis S.R.E. Camerarius.

✠ Ego Ludovicus Epifcopus Albanenfis Card. Picus.

✠ Ego J.R.S. Laurentii in Lucina Prior Presbyter Card. Imperiali.

✠

✠ Ego F. A. Tit. S. Praxedis Presbyter S.R.E. Card. Zondadari.

✠ Ego P.M.Tit.S. Mariæ Trans-Tyberim S.R.E. Presbyter Card. Corradinus.

✠

✠

✠

✠ Ego Curtius Tit. S.Euftachii S.R.E. Presbyter Card. Origus.

✠

✠

✠

✠

✠ Ego Nicolaus Tit. SS. Nerei & Achillei S.R.E. Presbyter Card. Spinula.

✠

✠

✠ Ego Julius Tit. S. Chryfogoni S.R.E. Presbyter Card. Alberonus.

✠

✠ Ego Georgius Tit. S. Agnetis S. R. E. Presbyter Card. Spinula S. Agnetis nuncupatus.

✠ Ego Cornelius Tit. S. Cæciliæ S.R.E. Presbyter Card. Bentivolus.

✠

✠ Ego Ludovicus Tit. S. Prifcæ S. R. E. Presbyter Card. Belluga.

✠

✠

✠

✠ Ego Alvarus Tit. S. Bartholomei in Infula S.R.E. Presbyter Card. Cenfuegos.

✠ Ego J. B. Tit. S. Matthei in Merulana Presbyter Card. de Alteriis S. Matthei nuncupat.

✠ Ego V.Tit.S.Onuphrii S.R.E. Presbyter Card. Petra major Pœnitentiarius.

✠

✠

✠

✠ Ego N.M.Tit.SS.Joannis, & Pauli S.R.E. Presbyter Card. Lercari.

✠

✠

✠

✠

✠

✠

✠ Ego Fr. L. Tit. S. Pancratii S.R.E. Presbyter Card. Gotti Ordinis Predicator.

✠ Ego D. L. Tit. S. Callifti S.R.E. Presbyter Card. Porzia.

✠ Ego P. A. Tit. S. Laurentii in Pane, & Perna S.R.E. Presbyter Card. Carafa.

✠

✠

✠ Ego F. Tit. S. Silveftri in Capite S.R.E. Presbyter Card. Burghefius.

✠

✠ Ego A. Tit. S. Mariæ de Ara-Cœli S.R.E. Presbyter Card. Salviati.

✠

✠

✠ Ego V. Tit. S. Petri in Monte Aureo S.R.E. Presbyter Card. Bichius.

✠

✠

✠ Ego Antonius Tit. S. Stephani in Monte Cœlio S.R.E. Presbyter Card. Gentili.

✠ Ego Fr. J. A. Tit. S. Martini ad Montes S.R.E. Presbyter Card. Guadagni Vicarius.

✠ Ego L. S. M. in Via-Lata Prior Diaconorum Card. de Alteriis.

✠ Ego C. S. Agathæ S.R.E. Diaconus Card. Columna.

✠ Ego F. SS. Viti, & Modefti S. R. E. Diaconus Card. Oliverius.

✠

✠ Ego A. S. Marię in Cofmedin S.R.E. Diaconus Card. Albanus.

✠ Ego A. S. Marię de Scala S.R.E. Diaconus Card. Falconerius.

✠ Ego Nicolaus S. Marię ad Martyres S.R.E. Diaconus Card. Judice.

✠ Ego A. S. Nicolai in Carcere S. R. E. Diaconus Card. Bancherius.

✠ Ego Nerius S. Adriani S.R. E. Diaconus Cardinalis Corfinus.

✠ Ego B. SS. Cofmę, & Damiani S.R.E. Diaconus Card. Rufpoli.

A. Card. Prodatarius.

F. Cardinalis Oliverius.

VISA

De Curia J. Archiepifcopus Ancyranus.

L. Martinettus.

Regiftrata in Secretaria Brevium.

Carif-

Cariſſimo in Chriſto Filio noſtro

AUGUSTO POLONIÆ

Regi Illuſtri

CLEMENS PAPA XII.

Cariſſime in Chriſto Fili Noſter ſalutem, &c. Ut Noſtri Apoſtolatus ſtudiis ad procurandam animarum ſalutem jugiter intentis paterna charitate ac pari ſollicitudine obſecundaremus, quid providentia Noſtra ſuſceperit ac decreverit, intelliget Majeſtas Tua tam ex actis Conſiſtorialibus, quam ex Apoſtolicis, quas dedimus, Litteris, quarum exempla ad Te curanda mandavimus. Porro ad eam rem alacrius capeſſendam magnum momentum acceſſit ex ſingulari fiducia, quæ fore procul dubio perſuaſit, ut quo Divina benignitas revocandis ad ſuum Catholicæ Eccleſiæ ſubditis tuis felicius curas Noſtras cœleſtibus benedictionibus provexerit; eo ſtudioſius tam Majeſtas Tua, quam Dilectiſſimus in Chriſto Filius Noſter Regius Princeps Natus tuus ſatagerent, ne ulla reſtituendæ alendæque Religioni neceſſaria ſubſidia deeſſent. Age igitur, Cariſſime in Chriſto Fili Noſter, Divinum opus ad Dei honorem, veramque Saxonicæ Ditionis tuæ felicitatem cœptum tua auctoritate, pietate, ac ſapientia pro virili parte urgere ac promovere ne dubites; operamque magnitudine animi ac virtutis tuæ digniſſimam ſtudiis Noſtris conſocies. Interea omnipotentem Deum ſupplices poſcimus ut Majeſtatem Tuam Regiamque Familiam bonis omnibus augeat & cumulet, futurum ſperantes, ut ex ea Ditione, unde Catholicæ Eccleſiæ ſuperiori tempore luctus, & vulnera illata ſunt; inde præcipua profectura ſint gaudia. Ac Tibi, Cariſſime in Chriſto Fili Noſter, Apoſtolicam benedictionem amantiſſimè impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 21. Julii 1732.

Carolus Archiepiſcopus Emiſſenus.

PARAGRAPHUS XI.

Conſtitutio Clementis XII. Diverſas continens ordinationes pro bona directione Conclavis, ac rerum Sede Apoſtolica Vacante agendarum.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Apoſtolatus Officium, quod inſcrutabilis divinæ Sapientiæ, atque clementiæ altitudo hu-
1 militati noſtræ, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio, committere dignata eſt, poſtulat, ut non præſentia tantùm ſpectantes, ſed futura quoque proſpicientes, in iis etiam, quæ poſt reſolutionis noſtræ diem, conſummatumque à nobis mortalis hujus peregrinationis curſum eventura ſunt, per opportunas, Deique gloriæ, ac Eccleſiæ utilitati conſentaneas leges dirigendis, atque ordinandis, paſtoralis ſolicitudinis noſtræ partes interponamus, ſicut omnibus diutinæ conſiderationis trutina perpenſis in Domino expedire arbitramur.

Sanè plurimi Prædeceſſores noſtri, & præſertim 2
recolen. mem. Symmachus, Nicolaus II. Alexander III. Gregorius X. Clemens V. Clemens VI., Iulius II. Paulus IV. Pius IV. Gregorius XV. ac Urbanus VIII. probè intelligentes quanti ponderis, & momenti ſit ad Dominici gregis, ac Catholicæ Eccleſiæ providum regimen Electio Romani Pontificis, qui Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti in terris Vicarius, Beatique Petri Succeſſor, ac omnium Fidelium Pater, & Paſtor exiſtit, nec unius membri, ſed totius corporis ſalutem agi animo reputantes, cum de capite conſulitur, multas diverſis temporibus etiam in Conciliis generalibus ſaluberrimas ediderunt Conſtitutiones, quibus omni cupiditati, ambitioni, ſimoniacæ, alterive cuivis pravitati, turpitudini, deformitati, ac diſſidiis ab ejuſmodi electione præcluſo aditu, ſumma prudentia, parique conſilio providerunt, ut hoc tam Sanctum, tamque grave opus piè, ac ritè perageretur, & in eo non caro, & Sanguis, aut aliquis humanus affectus locum ullum ſibi vendicaret, ſed Spiritus Sancti gratia cuncta dirigerentur, ac gubernarentur, ſicque ad Chriſti hereditatis, quam pretioſo Sanguine ſuo quæſivit, curam, & adminiſtrationem gerendam, nonniſi, qui vocatus foret a Deo tanquam Aaron, aſſumeretur: Veluti quoque de ancipiti, ac Romanæ, & univerſali Eccleſiæ periculoſo tempore, quo illa viſibili ſuo Capite, ac Paſtore viduata remanet, anxiè ſoliciti dicti prædeceſſores, ne eadem Eccleſia multiplicibus longæ vacationis exponeretur incommodis, haud prætermiſerunt ea opportunè ſtatuere, quæ ad maturandum ipſius Electionis felicem exitum conducere videbantur, ac decernere, quæ interea agenda, & ſervanda eſſent, & aliàs prout in præfatis Conſtitutionibus, quarum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus, uberiùs continetur.

Quia tamen ſæpe contingit, ut legum vel maximè ſalutarium, ſi non crebrò excitetur, ſenſim 3
ex animi hominum effluat memoria, experientiaque edocet, nonnulla ex iis, quæ Sede Apoſtolica vacante præſcripta fuerunt, aut uſus invexit, pro temporum varietate, juxta quam humana etiam conſilia multoties variare oportet, immutanda, ac ſupplenda eſſe, ut recto imprimis rerum tam difficili tempore agendarum ordini, iuſtitiæ adminiſtrationi, atque Ærarii Pontificii indemnitati cumulatiùs proſpectum, cautumque ſit; quemadmodum Noſmet ipſi, qui in minoribus conſtituti maiorem ætatis partem in Romana Curia egimus, ac dum Cardinalatus honore fungebamur, Comitiis ad Romanum Pontificem eligendum ter interfuimus, ſatis perſpeximus, ac plures ex Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus eximia pietate, ac circumſpectione præditi Nobis etiam innuere, atque ſignificare non omiſerunt.

Hinc eſt, quod Nos pro Apoſtolicis muneris Nobis divinitus commiſſi ratione, habita priùs 4
ſuper præmiſſis cum memoratis, nonnulliſque aliis ipſius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus matura deliberatione, de illorum conſilio, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac Noſtra perpetuò valitura Conſtitutione, ea, quæ ſequuntur, ſtatuenda, decernenda, & ordinanda duximus.

Primum igitur enarratas Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, ac omnia, & ſingula in eis contenta, & diſpoſita, quæ præſentibus tamen Litteris non 5
adverſantur, harum ſerie confirmamus, approbamus, & innovamus, ac inconcuſsè, & inviolabiliter obſervari præcipimus, & mandamus.

Ceterum tametſi opus non eſſe in Domino con-

confidimus, urgente Nos tamen Pastoralis Officii
6 debito, ac præcipuo quo tenemur boni publici desiderio, Cardinales nunc, & pro tempore existentes, per viscera misericordiæ ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, & per effusionem sui pretiosi Sanguinis enixè rogamus, hortamur, obsecramus, & monemus, ut tunc potissimè, dum scilicet de creando Romano Pontifice agitur, seriò perpendant rei, quam gerunt, gravitatem, Ministerii, quod per eos tractatur, magnitudinem, ac personæ, quam in Ecclesia Dei sustinent, dignitatem, sedulòque recogitent se in renuntiando Supremo ipsius Ecclesiæ Rectore, divinæ mentis interpretes constitutos, nudaque omnia, & aperta esse in oculis ejus, cui solemnis, & arctissimi jurisjurandi religione fidem suam promissuri, & obligaturi sunt; neque aliud esse forsan posse in omni eorum vita factum, de quo tam arduum, atque difficile eis futurum sit, rationem reddere æterno, justoque Judici, sempiterna vel præmia, vel supplicia decreturo. Itaque etiam sub divini intermi natione judicii eisdem Cardinalibus præcipimus itidem, & mandamus, ut in Suffragiis ferendis, ac aliis omnibus, & singulis Electionem quomodolibet concernentibus, solum Deum præ oculis habentes, & non sua, sed quæ Christi sunt, quærentes, religiosè, sincerè, & liberè, humanis quibusque artibus, factionibus partium studiis, omnique demum carnis affectu, ac privatis commodis, & desideriis remotis, atque Principum Secularium intercessionibus, ceterisque mundanis respectibus, ac etiam grati animi, & cujusvis alterius necessitudinis titulo minimè attentis, & postpositis, sese gerant ad eligendum eum, quem universali Ecclesiæ fructuosè, utiliterque gubernandæ idoneum secundùm Deum judicaverint, ac memores supradictarum Constitutionum, pœnarumque in eis contentarum, ne quidquam facere, admittere, aut attendere, quod ab hoc proposito alienum sit, vel per quod Electio retardetur, aut libertati suffragandi quoquo modo officiatur, per se, vel alium, directè, aut indirectè quovis colore, prætextu, vel ingenio audeant, seu præsumant.

Porrò ab eisdem Prædecessoribus providè constitutum est, ut Apostolicæ Sedis vacatione durante
7 Collegium Cardinalium in iis, quæ ad Pontificem Maximum, dum viveret, pertinebant, nullam omnino potestatem, aut jurisdictionem habeat, neque gratiam, neque justitiam faciendi, aut factam per Pontificem defunctum executioni demandandi, sed omnia futuro Pontifici reserventur; neque de Ditione temporali S.R.E., vel de pecuniis Cameræ, aut Datariæ Apostolicæ etiam pro solutione debitorum ante obitum Pontificis quomodolibet contractorum, aut aliàs ex quavis causa (certis quibusdam casibus expressis dumtaxat exceptis) quidquam disponere, nec ad proprium commodum aliquid percipere, nec æs alienum contrahere possit. Nos præmissa approbantes, sub pœnis per dictas constitutiones indictis insuper statuimus, & declaramus, quod idem Collegium Cardinalium, mandata de solvendis pecuniis hujusmodi (præterquàm in prædictis casibus exceptis, ac aliis infra exprimendis) favore cujusvis personæ tam in Conclavi, quàm extra illud existentis, etiam titulo remunerationis, præmii, laboris, ac etiam supplementi mercedis expedire, & relaxare, itaut tam Cardinales, qui contra præmissa aliquid attentaverint, quàm Camerarius, Thesaurarius, Depositarius, & alii Officiales, qui eis in talibus obtemperaverint, de suo proprio Cameræ Apostolicæ plenariè satisfacere, & pecunias erogatas restituere, & quævis damna resarcire à futuro Pontifice cogantur; nec etiam ejusmodi titulo licentiam extrahendi frumenta è Statu Ecclesiastico concedere, nisi ubi extractio ex causa verè onerosa competat, & tunc dummodò quantitatem debitam non excedat, ac tempus, quo extractio permitti solet, advenerit, neq; cuiquam immunitatem, seu exemptionem ab Officio, vel servitio ei incumbente, vulgò Jubilationem nuncupatam tribuere, nec ullos reos, & delinquentes absolvere, vel per liberi commeatus tabulas, quas Salvum Conductum appellant, etiam ad tempus assecurare, nisi qui leviora delicta Sede ipsa Vacante commiserint, minùsque Exilium, aliamve quamcumque pœnam etiam pecuniariam illis remittere, condonare, vel moderari valeat. Si quid verò contra præsentem prohibitionem factum sit, quilibet, ac etiam Officialis, qui id exequi coactus fuerit, rem denunciare teneatur futuro Pontifici, ut possit ad gestorum revocationem procedere, & in transgressores ad præscriptum hujus nostræ, ac Prædecessorum Constitutionum animadvertere. Teneatur quoque Thesaurarius generalis sub pœna privationis sui Officii exhibere novo Pontifici intra mensem ab ejus electione numerandum computa, seu rationes accuratas, & distinctas omnium expensarum Sede Vacante factarum cum specifica expressione singularum summarum, causarum, ac personarum, quibus pecuniæ persolutæ fuerint, ad hoc ut ipse Pontifex aliquot Cardinales sibi benevisos, qui tamen non sint tribus numero pauciores, deputet ad examinandum ea computa, sive rationes, ac dispiciendum, sibique referendum an aliquid inutiliter, sive plus æquo impensum, aut aliàs præsenti, vel Prædecessorum Constitutionibus, aut Chirographis infra etiam nominandis aliqua ex parte hac in re contraventum fuerit.

Cumque tempore Sedis Vacantis duplex habea- 8
tur Cardinalium Congregatio, altera nempe generalis, sive totius Collegii, & altera particularis constans tribus Cardinalibus antiquioribus, uno scilicet ex quoque Ordine cum Camerario, quorum Officium tertia die post Conclavis ingressum omnino expirat, in eorumque locum tres alii sequentes in ordine quolibet tertio die unà cum eodem Camerario succedunt: Volumus, ut in dicta Congregatione particulari sive ante, sive post cœpta Comitia, levioris dumtaxat momenti, acin dies, seu passim occurrentia negocia expediantur. Si quid verò gravioris momenti, ac indaginis fuerit, id omne ad Congregationem generalem, seu Collegium Cardinalium deferatur; ac ulteriùs quæ in una Congregatione particulari decreta, resoluta, vel denegata fuerint, in alia revocari, mutari, aut concedi nequeant, sed id faciendi jus habeat ipsa tantum Congregatio generalis per pluralitatem suffragiorum.

Usum autem multo jam abhinc tempore vigentem proponendi in prima Congregatione generali confirmationem Gubernatoris Almæ Urbis, 9
deinceps quoque retineri mandamus. Et quod attinet ad ceteros Sedis Apostolicæ, Curiæ Romanæ, ac Ditionis Ecclesiasticæ Officiales, & Ministros cujuscumque qualitatis, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, illos omnes in secunda Congregatione pariter generali, eodem contextu, ac unico urnæ, sive bussulæ, ut vocant, gyro juxta morem antiquum simul, & semel confirmari permittimus, aliàs pro confirmatis haberi volumus. Si tamen aliquis ex dictis Officialibus, & Ministris adeò graviter in munere suo deliquisse, aut defecisse, seu malè versatus fuisse credatur, ut planè indignus reputetur, qui in muneris sui exercitio relinquatur, statuimus, quod Cardinales in Ordine Priores rem totam, ac probationes, quæ adversus talem Officialem, seu Ministrum suppetunt, distinctè, ac ordine exponant in una Congregatione generali, ad hoc ut singuli Cardinales earum subsistentiam, atque relevantiam recognoscere possint, ac post tres exinde dies in alia Congregatione item generali proponi, & agitari debeat, num dictus Officialis, seu Minister confirmandus, vel à sui muneris exercitio suspendendus

veniat,

veniat uſque ad electionem futuri Pontificis? illudque obtineat, ac firmum ſit, quod reſolutum fuerit majore parte ſuffragiorum ſecretorum, & ſi decreta eſt ſuſpenſio, plures ad manus de quo agetur, exercendum inprimis habiles, & idonei à Cardinalibus proponantur, & ex iis, qui præ ceteris aptior viſus fuerit, in locum Officialis, ſeu Miniſtri ſuſpenſi ſubrogetur per pluralitatem ſimiliter ſuffragiorum, donec eligatur Pontifex.

10 Quoniam verò exempto ab humanis Pontifice Cardinales Legati in Provinciis Status Eccleſiaſtici protinus ad Comitia invitantur, injuncto eis interim ſuæ Legationis adminiſtrationem tradere Prolegatis, quibus mandatur, ut eam Sacri Collegii nomine ſuſcipiant, populorum ſecuritati provideant, ac ſedulo curent, ne tumultus excitentur. Ad quamcumque diſſenſionis, & controverſiæ, quæ inter Cardinales Legatos, eorumque Prolegatos facilè enaſci poſſent, occaſionem ſubmovendam, decernimus, ut Edicta, quæ in Provinciis præfatis, Sede Apoſtolica Vacante, & Cardinalibus Legatis abſentibus, evulgari contigerit, ab ipſis Prolegatis cum propria ſubſcriptione, appoſito tamen eiſdem Edictis nomine, & quæ typis imprimentur, etiam Stemmate gentilitio Cardinalium Legatorum abſentium, libere publicentur. Cardinales autem Legati, quamdiu à Legatione abfuerint, ac Sedis Vacatio duraverit, nulli ſubalterno in Legatione Miniſtro, ſeu Officiali, aut cuivis alteri quicquam inſciis Prolegatis imperent, minuſque executioni demandari faciant.

11 Præterea tres impoſterum Cardinales ex eis, qui Comitiis alias interfuerint, à Collegio eligendos præfici Clauſuræ, ac curam Conclavis habere, & gerere ſtatuimus, qui diſpoſita à Prædeceſſoribus circa clauſuram, ac curam hujuſmodi omni ſedulitate, & diligentia exequantur, Cellas Cardinalium bis qualibet hebdomada, aliaque ipſius Conclavis loca crebro viſitent, illius munditiæ præſint, ac ſolerter perquirant, ne ejuſdem Conclavis muris, feneſtris, laquearibus, vel pavimentis vetita foramina fiant, vel feneſtræ aperiantur, aut amplientur, unde cum exteris colloquendi, ſive communicandi copia, & facultas detur, ac ſi quæ foramina facta, aut feneſtras ſic apertas, ampliatas deprehenderint, ſtatim occludi, & obturari, in priſtinumque ſtatum reſtitui curent; prohibeant quoque arma, ſeu ſtemmata gentilitia cujuſvis Cardinalis quocumque Officio fungentis alio quam propriæ ſuæ Cellæ imponi, appendi, & depingi, & ſi illa repererint in quacumque alia parte Conclavis conſiſtentia, ſtatim amoveri, ac deleri faciant: Cellas porrò Cardinalium abſentium ſive mobilibus inſtructas, & ornatas, ſive non, Cardinales in Conclavi exiſtentes nuſquam occupent, ſed ad dictos tres Cardinales clauſuræ, & curæ Conclavis præpoſitos pertineat earumdem Cellarum uſum, & commodum Cardinalibus, qui Cellas ſuas vicinas habent, congrua inter eos ſervata proportione deſtinare, donec prædicti Cardinales abſentes advenerint. Ipſorum autem trium Cardinalium munus iſtiuſmodi toto tempore Comitiorum durare volumus, eiſque quamcumque neceſſariam, amplamque in præmiſſis, & circa ea poteſtatem harum ſerie tribuimus.

12 Scrutinia etiam, quæ pro electione Pontificis bis in die à Cardinalibus fiunt, ſive manu ſcripta, ſive impreſſa fuerint, è Conclavi ad eos, qui foris ſunt, mitti, ac renunciari, & ab eis recipi, proferri, aut evulgari omnino prohibemus ſub pœnis adverſus mittentes è Conclavi, ac exinde reſpective recipientes literas, ſcripta, nuncios, notas, aut ſigna, etiamſi Cardinalatus honore præfulgeant, à dictis Prædeceſſoribus expreſſe ſancitis eo ipſo per tranſgreſſores incurrendis.

Atque menti Prædeceſſorum pariter inſiſtentes, 13 eiſdem Cardinalibus præcipimus, ut frugalitatem, & temperantiam in victu obſervent, procul ab omni luxu, pompa, atque etiam in deferendis ad Conclave cibariis lautioris cultus oſtentatione.

Ne Magiſtrorum Cæremoniarum, qui in Comitiis adhibentur, nimium excreſcat numerus, 14 futurum non plures quam ſex ad ſummum, duo ſcilicet participantes, & totidem non participantes nuncupati, ac reliqui duo antiquiores ex ſupranumerariis in Conclave admittantur.

In eorumdem quoque Prædeceſſorum Conſtitutionibus inter alia habetur, quod Sacriſta cum 15 uno Clerico coadiutore in Officio Sacriſtiæ, ac unus Collegii Secretarius tantum Conclave ingrediantur, adſintque unus Faber Lignarius, & unus Cæmentarius, item octo, aut decem ſervientes publicæ utilitati, & commoditati omnium, veluti pro lignis portandis, pro verrendo Conclavi, & ſimilibus neceſſariis miniſtrandis, qui à Collegio Cardinalium, non tamen ex familia alicuius Cardinalis, per fabas ſecretas eligantur, ita tamen, ut is obtineat, qui plura vota tulerit, & illis ſalaria de publico perſolvantur. Nos eidem Sacriſtæ ultra Clericum huiuſmodi, ac Subſacriſtam, alterum, qui eidem Sacriſtiæ, & Miſſis celebrandis deſerviat, ſeu aſſiſtat, Magiſtris Ceremoniarum, qui in Conclave ut ſupra admittentur, unum famulum, non quidem pro eorum ſingulis, ſed pro omnibus ſic admittendis, Secretario autem Collegii duos Adjutores, qui cum aſſiduo, quo tunc maxime oneratur labore levare poſſint, ac unum quoque famulum, qui tamen per Cardinales deputatos approbari debeant, in Conclave ducere, & habere permittimus. Cumque octo, decemve publice ſervientes prædictos neceſſariis in Conclavi miniſtrandis haud ſatis eſſe compertum ſit, indeque factum, ut eorum numerus in præteritis Comitiis auctus fuerit, impoſterum trigintaquinque (dictis tamen duobus famulis pro Magiſtris Ceremoniarum, ac Secretarii in eo numero comprehenſis) & non plures ſervientes eiuſmodi à Collegio Cardinalium eligantur, qui ſicuti de illis octo, aut decem à Prædeceſſoribus diſpoſitum eſt, non ſint ex familia alicuius Cardinalis, minime attenta, aut ſuffragante quacumque contraria conſuetudine, aut declaratione etiam pluries ab eodem Collegio Cardinalium edita. Quo autem ad Fabros Lignarium, & Cæmentarium, nullus recipiatur, qui revera artes illas non calleat, publiceque profiteatur, ac exerceat, nec Collegium ullam poteſtatem habeat diſpenſandi circa dictas qualitates, aliaque præmiſſa.

Per obitum Pontificis nec Camerarii, nec Pœnitentiarii Maioris Officia ceſſare à dictis Prædeceſſo- 16 ribus cautum quoque reperitur, verum quia contingere poteſt alterius, ſicut in noviſſimis accidit Comitiis, ac etiam utriuſque Officii huiuſmodi vacatio ante novi Pontificis creationem: formam propterea tunc obſervandam ſtabilire volentes, decernimus, ut ſi, & quando id evenerit, Congregatio generalis triduo poſt ſecutam vacationem alterutrius ex præfatis Officiis habeatur, ac vota, ſeu ſuffragia Cardinalium poſt abſolutum Scrutinium ſimul congregatorum pro deputatione illius, qui Camerarii, vel Pœnitentiarii Maioris vices ſuppleat uſque ad electionem novi Pontificis, exquirantur, denturque per Schedulas ſecretas, & impreſſas, à Magiſtris Ceremoniarum etiam ab infirmis Cardinalibus colligendas, ac coram tribus Cardinalibus eo tempore in ordine Prioribus, præſentibus eiſdem Ceremoniarum Magiſtris, atque Collegii Secretario aperiendas, iſque deputatus habeatur, in quem maior pars votorum, ſeu ſuffragiorum præfatorum convenerit, ac ſic deputatio facultates omnes, quas ipſe Camerarius, vel Pœnitentiarius

Maior exercere poterat, quamdiu Sedes vacaverit, attribuimus.

Ad hæc cum iuxta Statuta dictorum Prædecessorum idem Pœnitentiarius Maior, & eius Officiales ea tantum tempore Sedis Vacantis facere, & expedire valeant ad forum Conscientiæ dumtaxat pertinentia, quæ poterant vivente Pontifice exercere, & in reliquis munus eorum conquiescat, itaut à quibuscumque Matrimonialibus, & aliis dispensationibus, ac absolutionibus, & declarationibus, necnon quibusvis aliis expeditionibus forum fori mixtim, vel separatim quomodolibet respicientibus omnino abstinere debeant: aliquæ vero sint Censuræ Ecclesiasticæ, à quibus iis innodati, præterquam in mortis articulo constituti, nonnisi ab ipso Romano Pontifice pro tempore existente absolvi queunt, adempta nominatim Pœnitentiario Majori id faciendi potestate, atque multoties accidat, ut talibus Censuris irretiti vere pœnitentes, & errata sua sincero animo detestantes, absolutionis beneficium Sede Vacante enixius implorent. Quo Disciplinæ Ecclesiasticæ conservationi, simulque animarum fidelium, quos Dei misericordia ad pœnitentiam vocaverit, saluti consultum sit, eidem Pœnitentiario Majori, vel ei, qui in illius locum suffectus fuerit, ut præfertur, facultatem tribuimus ab his etiam Censuris Sede Vacante fideles prædictos, & re tamen prius in Signatura ipsius Officii Pœnitentiariæ Apostolicæ examinata, servatisque aliis servandis absolvendi ad tempus scilicet, & cum reincidentia in dictas Censuras, itaut qui fuerint absoluti, ad novum Pontificem intra terminum pro distantia locorum definiendum recurrere, & ab eo plenariæ absolutionis beneficium petere, & obtinere teneantur, nec Pœnitentiario Maiori, seu in illius locum suffecto præfixum terminum, post Pontificis Electionem, ampliare, vel prorogare liceat.

Et si Vicarium Pontificis in Alma Urbe, ejusque Districtu in Spiritualibus generalem, Sede Vacante, e vivis quoque decedere contigerit, ne Animæ Christi fidelium Urbis, ac Districtus præfatorum aliquod inde accipiant in ipsis spiritualibus detrimentum, tunc existenti Vicesgerenti dicti Vicarii, quamdiu Sedes vacaverit, omnes & singulas facultates, authoritatem, & potestatem, quæ eidem Vicario pro exercitio Officii Vicariatus quomodolibet competebant, quasque Pontifex ipse occurrente vacatione Vicariatus Sede plena Vicesgerenti prædicto quandoque per aliquod tempus, donec scilicet Successorem Vicarium deputaverit, attribuere solet, tenore præsentium concedimus, ac impartimur.

Inferiorum quoque Ecclesiarum, præsertim Sedi Apostolicæ immediate subjectarum necessitatibus, quæ Sede Vacante occurrunt, aliqua ratione subvenire cupientes, cum non raro per Catholicos præcipue Antistites, & Locorum Ordinarios, aliosve Christifideles instantibus, aut ingruentibus illo tempore dictis inferioribus Ecclesiis, vel alias rei Ecclesiasticæ incommodis opportunum, promptumque a Collegio Cardinalium requiratur remedium, quod Pontifex, si adesset, ferre minime prætermitteret. Volumus, ut si res talis sit, quæ in aliud tempus differri valeat, futuro Pontifici omnino reservevetur, sin autem nullam admittat moram, tunc eidem Collegio concedimus, ut committere possit negocium Præfecto, & aliquot aliis Cardinalibus ejus Congregationis, ad quam Pontifex illud examinandum verisimiliter remisisset, qui negocio accurate discusso ea desuper decernant, per modum tamen provisionis, donec nimirum eligatur Pontifex, quæ juxta datam sibi a Domino prudentiam juribus, & rationibus Ecclesiasticis custodiendis, ac tuendis apta, & consentanea censuerint.

Et quia Sede Vacante, ejus, qui munus Auditoris defuncti Pontificis obibat, plane expirat jurisdictio, indeque plurium Causarum forensium Audientia, ac Justitiæ cursus non sine ingenti identidem litigantium iactura impediuntur: pro tempore existenti Auditori Signaturæ Justitiæ, cujus, dum Cardinalatus dignitate fulgebamus, Præfecturam gessimus, earumdem tenore præsentium committimus, & mandamus, dantes ei ad hoc facultates necessarias, & opportunas, ut citationes, & recursus, qui coram Auditore Pontificis defuncti tunc pendere reperientur, prout iuris fuerit, expediat.

Cameræ Apostolicæ dispendiis, quantum fieri potest, obviare præterea cupientes, Chirographum fel. rec. Alexandri Papæ VIII. Prædecessoris etiam nostri super moderatione expensarum Sede Vacante, ac ratione Conclavis faciendarum die XXIX. Novembris MDCXC. editum, etiamsi antehac executioni usquequaque demandatum non fuerit, in omnibus, & per omnia, quæ præsentibus itidem, ac Chirographo per nos etiam, ut infra, edendo non adversantur, servari præcipimus.

Insuper iustis, & rationabilibus causis Nobis notis, animumque nostrum moventibus adductis, Officium Gubernatoris Conclavis, ac utriusque Burgi, seu Civitatis Leoninæ cum eiusdem Officii titulo, denominatione, essentia, ac iuribus, privilegiis, facultatibus, iurisdictione, stipendiis, honoribusque, & oneribus universis ei annexis, ipsarum tenore præsentium perpetuo supprimimus, tollimus, extinguimus, & abolemus, ac suppressum, sublatum, extinctum, & abolitum esse, & perpetuo fore declaramus. Gubernium vero dicti Burgi, seu Civitatis Leoninæ tempore Sedis Vacantis per Almæ Urbis Gubernatorem in futurum administrari, & exerceri sancimus eisdem prorsus modo, & forma, quibus per eum vivente Pontifice administratur, & exercetur. Gubernium autem Conclavis una cum Cohorte Militum, sumptibus Cameræ Apostolicæ alenda, quam ipsius Conclavis Gubernator habere consueverat, ceterisque iuribus, privilegiis, facultatibus, iurisdictione, (non tamen in utroque Burgo, seu Civitate Leonina huiusmodi) honoribus, & oneribus, qui, & quæ dicto Gubernatori Conclavis quomodcumque competebant, ac incumbebant respective, aut competere, & incumbere poterant, Præfecto Palatii Apostolici pro tempore existenti, Sede Vacante, similiter in perpetuum demandamus, & committimus, idque præter, & ultra facultates, ac iurisdictionem in eodem Palatio, seu aliter illi concessas per quasdam præ memoriæ Benedicti Papæ XIII. Prædecessoris etiam nostri in forma Brevis literas, quas Sede Vacante durare, ac vigere statuimus, & quatenus opus sit, ad id tempus extendimus, & ampliamus: Mandantes propterea, per Cameram Apostolicam dicto Præfecto Palatii Apostolici in singulos menses, quibus Sedes vacaverit, subministrari mille scuta monetæ Romanæ, unde cibos, ac frugalem mensam Prælatis Conclavi assistentibus parare, ac præbere valeat, ad quem effectum linteis, ac supellectilibus etiam argenteis Palatii prædicti ad usum hospitum, seu exterorum vulgariter *della Foresteria* destinatis, necnon opera, & ministerio Officialium Palatii præfati, quorum munera per obitum Pontificis minime cessant, uti possit. Ad eundem quoque Præfectum Palatii spectare volumus curam asservandi, ac custodiendi Pontificios annulos, illamque supellectilem argenteam, quæ pro futuro Pontifice concinnari, & aptari debent.

Officium item Custodis Fontium, qui in Conclave derivantur, utpote supervacaneum, perpetuo supprimimus, extinguimus, & abolemus; memorati Gregorii XV. aliorumque Prædecesso-

ceſſorum contrariis diſpoſitionibus ampliſſime derogantes.

Cumque rec. etiam mem. Innocentius Papa XII. Prædeceſſor noſter, dum venalitatem Officiorum Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Au-
24 ditoris, ad eiuſdem Cameræ Theſaurarj generalium, atque duodecim Præſidentium Clericorum, & unius Præſidis ſuſtulit, omnia, & ſingula emolumenta tam ordinaria, quam extraordinaria, jura, bona, obventiones, jocalia, regalia, & alios quoſlibet proventus certos, & incertos, quæ Sede plena, vel vacante in compenſationem perſoluti eiſdem Officialibus debebantur, & ſolvebantur, penitus ceſſare decreverit, ac tam illa, quam ſubinde univerſa, quæ Cardinalis Camerarius ſimiliter Sede plena, aut vacante percipere conſueverat, exceptis dumtaxat provenientibus ex Sigillo Officii Camerariatus, quæ ſcilicet ipſi Camerario reſervata, ac quibuſdam aliis, quæ publicæ Aromatariæ, ſeu Medicamentorum Officinæ pro Pauperibus in Urbe inſtitutæ aſſignata fuerunt, ipſi Cameræ Apoſtolicæ generaliter, ac perpetuo reuniverit, applicaverit, & incorporaverit, prout conſtat ex binis eiuſdem Innocentii Prædeceſſoris deſuper ſub plumbo Anno Incarnationis Dominicæ MDCXCII. decimo Kalendas Novembris, & Anno MDCXCVIII. quarto Idus Auguſti expeditis literis, quarum tenores præſentibus pariter pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volumus. Proinde Nos perpetuam reunionem, applicationem, & incorporationem eiuſmodi, dictaſque Innocentii Prædeceſſoris Literas ſimiliter confirmantes, ac quatenus opus ſit innovantes, necnon quamcumque conſuetudinem, uſum, interpretationem, gratiam, declarationem, aut conceſſionem in contrarium quomodolibet ſubſecutam emolumenta præfata tempore Sedis Vacantis reſpicientem revocantes, & abroganres, prohibemus ne de cetero prædicti Auditor, Theſaurarius, Præſidentes Clerici, & Præſes, Cardinalis Camerarius nunc, & pro tempore itidem exiſtentes quicquam ex emolumentis, aliiſque præmiſſis quibuſcumque ſic reunitis, applicatis, & incorporatis Sede Vacante attingant, exigant, aut percipiant; tranſlato viciſſim in eamdem Cameram onere eorum ſumptuum, quos dictus Cardinalis Camerarius ratione emolumentorum præfatorum, dum ab eo percipiebantur, tempore Sedis Vacantis ſuſtinebat.

Chirographum inſuper pro reformandis potiſſimum quibuſdam minus neceſſariis, aut ſuper-
25 fluis, aliiſque ordinandis expenſis, quæ Sede Vacante, non minus per dictam Cameram Apoſtolicam, quam per Cameram Capitolinam, ſeu ejus nomine fieri noſcuntur, nonnulliſque aliis rebus eo tempore ſalubriter dirigendis, propediem edere decrevimus, quod eamdem vim, robur, & efficaciam, ac præſentes, habere volumus.

Neque tamen, dum animum ad levamen Æ-
26 rarii Pontificii adiicimus, Chriſti pauperum, ac egenorum obliviſcimur, probe ſcientes eo maxime tempore, cum de creando Pontifice agitur, divinam opem per aſſiduas preces, aliaque Chriſtianæ pietatis, & charitatis opera impenſius expetendam, ac promereri ſatagendum eſſe; ideoque ſicuti magnopere commendamus, ita quoque retineri volumus laudabilem morem in tribus poſtremis Comitiis obſervatum, ut nimirum defuncti Pontificis Eleemoſynarius id muneris exercere pergat cum debita Collegio Cardinalium ſubjectione, & ab eo dependentia, donec, ac quouſque novus Pontifex eligatur, utque eodem pecuniæ quantitas in ſubventionem dictorum pauperum, & egenorum Sede Vacante per ipſum Eleemoſynarium diſpenſetur, ac erogetur, quæ vivente Pontifice diſtribui ſolet, ad quem effectum conſueta mandata a tribus Cardinalibus in Ordine Prioribus, ſeu deputatis expediantur.

Poſtremo diſtricte præcipiendo mandamus omnibus, & ſingulis Cardinalibus præſentibus, ac 27
quandocumque futuris, ne contra hanc noſtram Conſtitutionem, & in ea præſcripta, atque contenta quicquam diſponere, ordinare, ſtatuere, facere, tractare, moliri, vel attentare, eave in aliquo corrigere, alterare, ſeu mutare præſumant quovis prætextu, cauſa, vel exquiſito colore.

Utque hujuſmodi noſtra Conſtitutio inviolabilius ſervetur, tres Cardinales, qui ſupramemora- 28
tam Congregationem particularem pro tempore conſtituunt, ac Ordinum Capita communiter appellantur, & cum iis Cardinalis Camerarius, eamdem Conſtitutionem in omnibus, & per omnia, prout etiam diſpoſita à dictis Prædeceſſoribus huic noſtræ Conſtitutioni non repugnantia exacte obſervari procurent, faciant, ſuper quo per eos, ipſumque Camerarium rationem futuro Pontifici reddi debere ſtatuimus, & mandamus.

Decernentes pariter ipſas præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod 29
ejuſdem Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, eorumque Collegium, & alii quilibet in præmiſſis jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, ſive auditi fuerint, vel ex alia quacumque cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium, aliove quolibet etiam formali, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut in controverſiam vocari, vel adverſus illa aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, ſeu impetrato, vel etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe: Sed eaſdem præſentes Literas ſemper, & perpetuo firmas, validas; & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & interos effectus ſortiri, & obtinere, ac iis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter quoque obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ipſoſque Cardinales, ac eorum Collegium, & quoſvis alios quacumque præminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, Noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis de iure 30
quæſito non tollendo, quodque Cardinales in Conſtitutionibus, & regulis pro tempore edendis non comprehendantur, niſi illæ eorumdem Cardinalium favorem concernant, vel de ipſorum, ſeu maioris partis eorum conſilio emanaverint, ipſiuſque Pii IV. Prædeceſſoris de gratiis dictæ Cameræ Apoſtolicæ intereſſe quomodolibet concernentibus in eadem Camera intra certum tempus præſentandis, & regiſtrandis, itaut præſentes literas ibidem præſentari, aut regiſtrari nunquam neceſſe ſit, aliiſque Apoſtolicis, ac in univerſalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Decretis Conſiſtorialibus, dictiſq;

Collegii, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel qualibet firmitate alia roboratis statutis, stylis, usibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus; Privilegiis, Indultis, & Literis Apostolicis eisdem Collegio, & Cardinalibus, ac cuilibet eorum, aliisve sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet, & ex quavis causa etiam hic forsan necessario exprimenda in contrarium præmissorum concessis, emanatis, editis, ac pluries, & quantiscumque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque
31 totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum dumtaxat specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, ac derogatum esse volumus, & mandamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus quoque, & Apostolica authoritate de-
32 cernimus has nostras Literas in Libellum redigi, aliisque Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, quæ in prima Congregatione generali post decessum Pontificis, & deinde in Conclavi leguntur, adjungi, ac una cum eis legi, nec non juramentum à Cardinalibus de eisdem nostris Litteris observandis emitti, prout quoque illas simul cum dictis Constitutionibus Quinterno Cancellariæ Apostolicæ adscribi, atque ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, dictæque Cancellariæ, & in Acie Campi Floræ de Urbe publicari: Volentes etiam quod ipsarum præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam
33 hanc nostrorum confirmationis, approbationis, admonitionis, hortationis, mandatorum, præceptorum, statutorum, ordinationum, suppressionis, extinctionis, abolitionis, prohibitionis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigesimo secundo, Quarto nonas Octobris, Pontificatus nostri anno tertio.

A. Card. Prodatarius. Pro D. Cardinalis Oliverius.

C. Archiepis. Emissenus.

VISA

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

PARAGRAPHUS XII.

Chirografo della Santità di Nostro Signore Papa Clemente XII. Che contiene diversi Ordini, e Riforme che riguardano il Conclave, ed il tempo della Sede Vacante.

Reverendissimi Cardinali Capi d'Ordini, e Camerlengo di Santa Chiesa.

AVENDO Noi con special nostra Bolla spedita sotto il dì 4. di Ottobre prossimo passato provisto al buon regolamento del Conclave, & ad altre cose concernenti la Sede Vacante, ed in 1
essa riservatoci di stabilir sopra ciò con susseguente nostro Chirografo altre provisioni, le quali, quantunque non abbiamo stimato opportuno inserire, ed esprimere nella medesima Bolla, vogliamo non di meno, che abbinno l'istessa forza, e vigore, come se in essa di parola in parola fossero inserte, e registrate. Quindi è, che col presente nostro Chirografo, nel quale abbiamo per espresso, e di parola in parola registrato l'intiero tenore delle Bolle, Costituzioni, ed altre Disposizioni, concernenti specialmente il regolamento del Conclave, e della Sede Vacante, li Privilegj Facoltà, ed Indulti concessi da' nostri Predecessori a' qualunque Persona quantosivoglia graduata, e privilegiata, benche decorata della Dignità Cardinalizia, ed ogn'altra cosa quantosivoglia necessaria d'esprimersi; Di nostro Moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra suprema, ed assoluta Potestà stabiliamo, prefigiamo, & ordiniamo le seguenti provisioni, e dichiarazioni, cioè.

Primo. Avendo Noi in detta nostra precedente Bolla espressamente proibito al Sagro Colle- 2
gio de' Reverendissimi Cardinali, ed alla Congregazione de' Capi d'Ordini, ogni, e qualunque spedizione di mandati straordinarj a favore di qualsivoglia Persona a titulo di rimunerazione, premio, fatica, supplemento di mercedi, e ricognizioni, perciò a fine che quelli, i quali attualmente servono necessariamente in Conclave, e che solevano avere simili premj, o Sussidj straordinarj, da Noi aboliti, abbiano un congruo assegnamento, confermando primieramente le provisioni di scudi cento il mese assegnati alli due Medici, e di altri scudi cento il mese al Chirurgo, & altre provisioni, o assegnamenti fissamente somministrati fin' ora a diversi altri Ministri, o Persone, vogliamo inoltre, che

Al Segretario del Sagro Collegio si paghino parimenti scicento il mese col peso di dover somministrar 3
il Vitto alli due Aiutanti, che gli abbiamo permesso con detta nostra Bolla di condurre in Conclave, alli quali vogliamo inoltre, che si paghino scudi dieci il mese per ciascheduno, in ricompensa delle non ordinarie fatiche, alle quali soccombono.

Alli Maestri di Cerimonie non participanti, ch' entreranno in Conclave, assegniamo, e vogliamo, 4
che si paghino scudi venticinque il mese per ciascuno, ed alli Maestri di Cerimonie sopranumerarj, quando a tenore di detta nostra Bolla ne vengano ammessi due, o uno di loro in Conclave, altri scudi venti il mese similmente per ciascuno, proibendo di nuovo espressamente, che nè a titolo del peso di suonare il Campanello, nè per qualunque altro motivo, possa spedirsi a loro favore alcun'altro mandato: Dichiarando però, che quando si trovino, come presentemente sono, tre Maestri di Cerimonie non participanti, s' intenda, che il ter-

il terzo dei medesimi debba preferirsi, per esser
introdotto in Conclave, a qualunque degl'altri Mae-
stri di Cerimonie sopranumerarj, de quali in tal ca-
so non se ne possa introdurre al più che un solo,
acciò non eccedano mai il prefisso numero di sei.
Al Confessore del Conclave assegniamo, e vo-
5 gliamo, che si paghino scudi trenta il mese, ad al-
tri simili scudi trenta il mese al Sotto Sagrista.
Alla Persona, che s' introdurrà con il Sagrista
6 per servire le Messe, assegniamo scudi sei il me-
se.
Occorrendo il caso, che il primo Maestro di
7 Cerimonie sia decorato del Carattere Vescovile,
come accade presentemente, vogliamo, che al
medesimo sia permesso di condurre in Conclave
un Sacerdote, che gli assista, conforme suol pra-
ticarsi con il Sagrista, e che a ciascuno di essi loro
Assistenti si paghino scudi dieci il mese.
Incarichiamo poi, ed ordiniamo expressamente al
8 suddetto primo Maestro di Ceremonie, che usi una
particol' attenzione, acciocchè le Ruote dalla par-
te interiore del Conclave siano chiuse a i tempi
debiti, e che le Chiavi vengano da lui medesimo
custodite, nè restino, massime in tempo di notte,
in mano altrui. Vogliamo in oltre, che sia incom-
benza de' i tre Reverendissimi Cardinali destinati
a tenore della nostra Costituzione alla sopraınten-
denza della clausura, e cura del Conclave, d'invi-
gilare parimente all' esatta osservanza di questa dis-
posizione, visitando di tempo in tempo le medesi-
me Ruote.
II. Vogliamo, ed ordiniamo, che alii trentacin-
9 que Scopatori si debbano dare due Strammazzi con
Capezzale, due Lenzuoli, ed una Coperta quando
entrano in Conclave, e che in fine del primo me-
se debbano loro darsi due altri Lenzuoli, oltre è
quali, per qualunque durazione quanto si voglia lun-
ga della Sede Vacante, non possano essi pretende-
re alcun' altra cosa nè per il servizio del Letto,
nè per qualunque altro titolo, per il che proibiamo
espressamente, & individualmente il conceder lo-
ro, conforme è stato praticato negl' ultimi Concla-
vi, li Camini, & ogn' altra ricognizione di Ferri,
Legni, Stigli, Cementi, e cose simili, le quali tut-
te vogliamo, che rimanghino a beneficio della
nostra Camera, e che detti Scopatori debbano re-
star contenti de Salarj a loro assegnati, e delle
ricognizioni, che sogliono ricevere dà Reverendis-
simi Cardinali.
III. Vogliamo, ed ordiniamo, che li Reverendis-
10 simi Cardinali deputati alla struttura del Conclave
debbano far chiudere con muri stabili le Porte,
Scale, e Scalette del nostro Palazzo Vaticano, le
quali corrispondono nel medesimo Conclave, ed in-
vigilare, che non si chiudano inutilmente Cami-
ni, Finestre, Porticelle, ed altri luoghi da quelle
parti, dalle quali non può aversi alcuna corrispon-
denza tra li Conclavisti, e gl'Estranei.
IV. A fine di togliere l' abuso, che venga a
11 bello studio riempito il Magazzeno della Legna cor-
rispondente in Conclave, quando si stima verisimil-
mente esser prossima l' elezione del nuovo Papa,
vogliamo perciò, ed ordiniamo, che qualunque vol-
ta occorra di riempirlo in tutto il tempo della Se-
de Vacante, debba sempre prendersene la licenza
dalla Congregazione de' Reverendissimi Cardinali
Capi d' Ordini; Dichiarando in oltre, che qualun-
que quantità di Legna, che rimanga inconsunta in
tempo di detta Elezione, debba questa interamen-
te riservarsi a beneficio del nostro Palazzo Aposto-
lico, ed a tal' effetto debbano i Prefetti pro tem-
pore di detto Palazzo aver il peso, e cura di far-
sene render conto da chi ne ha la custodia, subi-
to terminato in Conclave.
V. Vogliamo, che le due Compagnie delle no-
12 stre Guardie di Fanteria, le quali sogliono aqquar-
tierarsi in Borgo nel tempo della Sede Vacante, si
debbano aqquartiere uno dalla parte di Borgo Pio,
e l' altra dalla parte della Chiesa di S. Spirito, e
che nel Corpo di Guardia di quest' ultima si custo-
disca di notte le di un Rastello, che noi ordinia-
mo debba farsi in avvenire in tempo di Sede Va-
cante per chiudere l' apertura verso Fiume vicina
a detta Chiesa, ed Ospedale di S. Spirito, ove cor-
risponde il Passo della Barchetta.
VI. Ordiniamo in oltre espressamente a tutti li
Corpi di Guardia, e loro Ufficiali, che debbano la- 13
sciar passare liberamente di giorno, e di notte gli
Essecutori del Governo, e del Governatore di que-
sta nostra Città, il quale dovrà continuar ad eser-
citare la sua Giurisdizione anche in detto Borgo,
per aver noi estinta, soppressa, & abolita la cari-
ca del Governatore del Conclave, e la Giurisdizio-
ne, che ivi esercitava. Nel caso però, che detti
Essecutori passino di notte, vogliamo, che il loro
Caporale debba mostrare alla Guardia quel con-
trasegno, ò indicar quel nome, di cui converranno in-
sieme il Governatore di Roma, ed il Commissario
dell' Armi.
VII. Essendo dalle Costituzioni d'Innocenzo XII.
confermate, e rinovate in detta nostra Bolla, stati 14
tolti al Cardinal Camerlengo, all' Uditor Generale
della nostra Camera, Tesoriere parimente genera-
le, alli dodici Chierici, e Presidente di detta Ca-
mera, tutti, e qualsivoglia Emolumenti sì ordina-
ri, come estraordinari, anche à titulo di Regaglie,
e Giocali, dichiariamo, che tra questi s' intenda-
no compresi, e tolti, siccome Noi comprendia-
mo, e togliamo, e vogliamo, che s'intendano com-
presi, e tolti anche li Panni lugubri, e qualunque
altra cosa di qualsisia specie, sotto qualsivoglia tito-
lo, e denominazione, che si pagava in tempo di Sede
Vacante dalla Camera Apostolica, Camera Capito-
lina, e Palazzo Apostolico.
VIII. Di più espressamente ordiniamo, e voglia-
mo, che à niun' altro Ministro Camerale si sommi- 15
nistri nel tempo della Sede Vacante veruno di que-
gli Emolumenti, che altre volte in detto tempo
distribuivansi loro sotto nome, e titulo di Regaglie,
Regali, e Panni lugubri; Ed in oltre proibiamo,
che a chiunque si sia dalla Camera Apostolica, e
dalla Capitolina, ò sia à nome dell' una, ò dell'
altra, si diano Panni lugubri, Corruci, e Veli, o
l' equivalente in denaro, dichiarando, che in que-
sta disposizione sono comprese ancora tutte, e sin-
gole Persone, alle quali venivano accordati dal Chi-
rografo di Alessandro VIII. segnato li ventinove
di Novembre *1690.*, à cui in questa parte espres-
samente deroghiamo. Non intendiamo però, che
in questa ordinazione sieno compresi quegli Emo-
lumenti, che sotto anche un tal titolo sono soliti à
pagarsi a coloro, che godono qualche Vacabile, ò
altro Ufficio acquistato titulo oneroso collo sborso
effettivo di denaro, alli quali vogliamo, che si pa-
ghino, come prima facevasi, e per giuste partico-
lari ragioni, che muovono l' Animo nostro, eccet-
tuamo ancora da questa generale ordinazione la
partita di scudi *563.* solita distribuirsi à Monsig.
Sagrista, Cantori, ed altri della nostra Cappella
Pontificia.
IX. E siccome avanti le tre prossime passate Se-
di Vacanti, attesochè cessavano e l' Ufficio di E- 16
lemosiniere, e quell' Elemosine, che da lui distri-
buivansi in tempo di Sede piena, pareva molto
conveniente l' assegnamento, che davasi a ciasche-
duno de' i Caporioni per distribuirlo in tante por-
zioni di scudi cinque l' una a povere Famiglie ne'
loro Rioni, e l' altro ad ogni Conservatore per lo
stesso effetto, conforme si è anche praticato nelle
dette ultime tre Sedi Vacanti; Così avendo Noi
colla nostra Constituzione stabilmente provisto al
maggior sollievo dell' indigenza de' Poveri col far
continuare la carica di Elemosiniere, per le mani
del quale debbano distribuirsi l' Elemosine in tutta
la stessa considerabile quantità, che sogliono som-
ministrarsi, vivente il Pontefice, ed a cui potran-
no ri-

no ricorrere le povere Famiglie per quelle particolari contingenze ancora, per le quali da principio fù introdotta la ſuddetta diſtributtione, che doveva farſi da i Conſervatori, e Caporioni, proibiamo, che in avvenire ſi diano a i ſuddetti Conſervatori, e Caporioni i mentovati denari.

X. Avendo oltre queſto fatta ſeria rifleſſione a
17 quanto diſtribuivaſi nel più volte mentovato tempo della Sede Vacante al Senatore, Conſervatori, Priori de' Caporioni, ed altri Ufficiali del Popolo Romano ogni dieci giorni anticipatamente a titolo di paga, il che importava ciaſcheduna volta ſcudi 1055., ed avendo dall' un canto maturamente conſiderati i motivi, per gli quali erano queſte paghe aſſegnate, e che ſono preſentemente in gran parte ceſsate, nè volendo dall' altro intieramente levar loro queſto emolumento, anche in riguardo di qualche maggior fatica, ed attenzione, che devono in detto tempo uſare, ordiniamo, che in avvenire le ſuddette paghe ſi riducano, e riformino per la metà; Eccettuando però i tredici Caporioni, a i quali in vece de' i venticinque ſcudi, che a ciaſcheduno di loro ſi davano ogni dieci giorni, vogliamo, che ſi paghino ſcudi dieciſette, & il Comandante delle Ripe, e lo Scrittore del Popolo Romano, a i quali, e per la maggiore ſpeſa in tal tempo, e per la natura de' loro Ufficj ordiniamo, che ſi continui il ſolito aſſegnamento; Siccome parimente ſi dovrà continuare al Conſervatore, che aſſiſte alla Ruota in riguardo del maggior diſpendio, ed incommodo, che ſoffre nella permanente dimora a S. Pietro per tutto il tempo del Conclave, dovendo però cominciare queſto aſsegnamento maggiore degl' altri dal giorno ſolamente, che principiarà la ſuddetta aſſiſtenza.

XI. Riſpetto poſcia alla Soldadeſca del Popolo
18 Romano, che in tal tempo ſoleva arrollarſi in numero di 300. Perſone, compreſi gl' Ufficiali ſubalterni, ordiniamo, che la medeſima in avvenire ſia compoſta del Colonello, Alfiere, due Sergenti, nove Caporali, due Tamburini, un Foriere, un Cancelliere, e ſoli ducento ſedici Soldati effettivi, eſpreſſamente proibendo l' abuſo introdotto delle Piazze morte, e l' altro graviſſimo tal volta ſucceduto, che le Perſone arrollate non godano dell' intiera paga, potendo naſcere da ciò moltiſſimi diſordini in pregiudizio, ed inquietudine delle povere Famiglie, ed Artiſti: E ſpecialmente incarichiamo il Commiſſario dell' Armi; Collaterale, ed altri, che aſſiſtono al pagamento delle medeſime Soldateſche, d' invigilare, acciò non ſuccedano in avvenire queſti inconvenienti, ed il ſuddetto Commiſſario dell' Armi, dovrà ſubito far' arreſtare quei Soldati, che compariſſero in vece delle piazze morte, e molto più quelli, che veniſſero ſcoperti di ſervire con qualche condizione di rilaſciare ad altri o tutto, o parte dello ſtipendio, che loro ſi paga; Ed in oltre dovrà dar parte a i Reverendiſſimi Capi d' Ordini d' ogni particolarità, e complici della ſcoperta contravenzione, acciò da i medeſimi vengano ordinati i più ſeveri proporzionati caſtighi contro coloro, che avran delinquito. E volendo eſtinguere ogni veſtigio, e nome di Piazze morte, ordiniamo, che a quegli Ufficiali; a i quali erano legitimamente aſſegnate, ſi dia pro porzione qualche compenſo in denaro, purchè frà tutti non ecceda l' equivalente della paga di nove Soldati.

XII. Eſsendo in oltre ceſsati quei motivi, per
19 li quali anticamente pareva neceſsario in tempo di Sede Vacante di eleggere diverſi Ufficiali principalmente per le cuſtodie delle Porte, ed altri Luoghi di Roma, e ſue vicinanze, in maniera tale, che preſentemente nel ſuddetto tempo o le Perſone elette in verun conto eſsercitano i ſuppoſti Ufficj, o parte degli aſsegnamenti deſtinati a queſto titolo s' impiegano ad altri effetti; Quindi è, che eſtinguiamo, ſupprimiamo, ed aboliamo, e vogliamo, che ſi abbiano per eſtinti, ſoppr ed aboliti tutti quegli Ufficj, ed Ufficiali del I polo Romano, che altre volte ſi eleggevano a Cardinal Camerlengo pro tempore in tempo di S de vacante, nè vogliamo, che ſi paghi più co alcuna a chiunque ſi ſia nè dalla Camera Apoſto lica, nè dalla Camera Capitolina a titolo di Panni, Danari, ò altri aſsegnamenti, che diſtribuivanſi a conto de' i ſuddetti Officj; eccettuando unicamente da queſta generale Ordinazione gli aſsegnamenti di quei tali, che godono qualche Vacabile; ò altro Ufficio acquiſtato titulo oneroſo collo ſborſo effettivo, di denaro, e quegli de' i Conclaviſti de' i Reverendiſſimi Cardinali, che di fatto entreranno in Conclave, Volendo però, che negli Ordini de' i pagamenti riſpetto a i primi ſi eſ. prima, che ſi dà tal ſumma in vece di quel tanto, che diſtribuivaſi loro a titolo degl' Ufficj, come ſopra, ſoppreſſi, e riſpetto ai ſecondi, che vengono loro ſomminiſtrati per la ſpeſa delle Zimarre, che ſogliono portare in Conclave.

XIII. A fine poſcia di prevenire le iſtanze degli ſteſſi Conclaviſti per qualche altro ajuto in congi- 20
ontura di dovere colla mutazione della Stagione rinovar le ſuddette Zimarre, eſpreſsamente ordiniamo, che tali Iſtanze non ſi ammettino in veruna maniera dal Sacro Collegio, che nel primo giorno di Novembre, ò nel primo di Luglio, e doppo che ſieno paſsati due meſi almeno di Conclave; Sperandò però nella Divina aſſiſtenza, e nella pietà de' Reverendiſſimi Cardinali, che impediranno i graviſſimi pregiudizj della Chieſa colla pronta elezione di un nuovo Pontefice. Venendo poi il tempo, ed il caſo di ammettere la mentovata iſtanza, ſaranno ſomminiſtrati ſcudi 30. per ogni Cella di Cardinale, che ſi troverà in Conclave.

XIV. Di più vogliamo, ed ordiniamo, che dop-
po terminata la Sede Vacante, e ſeguita l' elezione 21
del Pontefice, ſi debbano onninamente con tutta la maggior' eſattezza riveder i Conti al Commiſsario, Proveditore del Conclave, ed à tutti gl' altri Miniſtri, che ſi ſaranno ingeri i, ed avranno avuta parte nelle ſpeſe concernenti il medeſimo, riconoſcendoſi le Robbe comprate, la loro qualità, e prezzi, affinchè la noſtra Camera non venga defraudata, e di queſta reviſione ſe ne facci a ſuſſeguentemente la relazione al Pontefice eletto, ſecondo vien preſcritto in detta noſtra Bolla.

XV. Ed affinchè ſia inviolabilmente oſſervato tut-
to ciò, che viene da Noi diſpoſto nel preſente 22
Chirografo, ſiccome nella noſtra Coſtituzione è ſtato da Noi preſcritto, così preſentemente ripetiamo, e vogliamo, che Chiunque contro l' eſpreſſo tenor del medeſimo ordinerà, ò darà eſecuzione à qualche pagamento da farſi dalla Camera Apoſtolica, dalla Capitolina, o dal Palazzo Apoſtolico à titulo di quanto è ſtato da Noi di ſopra proibito, eſtinto, abolito, e ſuppreſſo, ſia tenuto del proprio à riſarcire i danni inferiti con tali indebiti pagamenti.

XVI. Vogliamo, ed ordiniamo in oltre, che ſuc-
cedendo in Conclave la morte di qualche Cardina- 23
le, li Conclaviſti del medeſimo ſi debbano ſubito far' uſcire à tenore delle Coſtituzioni de' noſtri Predeceſſori, e non poſſano eſſer pigliati al ſervizio da ver un' altro Cardinale nel medeſimo Conclave.

XVIII. Perchè alcune variazioni, e dichiarazio-
ni da Noi ſtabilite, & ingionte in detta noſtra 24
precedente Coſtituzione, richieggono, che ſi proveda à quello, che dovrà farſi nel tempo de i Novendiali, vogliamo perciò, & ordiniamo, che il ſolito Foglio il quale s' imprime per regola alle Congregazioni de i Reverendiſſimi Cardinali contenga quanto ſiegue, cioè.

Che nella prima Congregazione generale, la
quale ſi aduna nella Camera de' Paramenti ſi leg- 25
gano dal Segretario del Sagro Collegio le Coſtitu-

zioni

zioni de' Sommi Pontefici Gregorio X., che incomincia: Ubi periculum al §. Cœterum, di Giulio II. de Simoniaca Electione, di Pio IV., e di Gregorio XV. de Electione, e di Urbano VIII. confermatoria del Rito dell' Elezione ſtabilito dal detto Gregorio, aggiungendovi ancora la detta noſtra Coſtituzione, le quali tutte vengano nell' iſteſſo tempo giurate dalli Reverendiſſimi Cardinali.

Che ſi franga l' Anello Piſcatorio; Che li Preſi-
26 denti del Piombo conſegnino l' impreſſorio del
Piombo delle Bolle, che parimente verrà infranto. Che il Datario, o Sotto-Datario conſegni la Caſſa delle Suppliche, ed il Segretario de' Brevi, o il ſuo Soſtituto, quella de' Brevi. Che ſi proceda poi alla conferma, ovvero elezione del Governatore di Roma, e ſi deputino due Perſone erudite, l' una per far l' Orazione in lode del defonto Pontefice, e l' altra ſopra l' elezione del nuovo. Che ſi deputino parimente alcuni Cardinali, i quali ſopraintendano alla ſtruttura del Conclave, il che terminato, ſi accompagni poi il Cadavere del morto Papa alla Baſilica Vaticana.

Che nella ſeconda Congregazione da tenerſi nel-
27 la Sagreſtia di S. Pietro, ſi debbano à tenore di
detta noſtra Bolla, alla quale intieramente ci riferiamo, confermare con un ſol giro di Buſſola tutti gl' Ufficiali di Roma, e dello Stato Eccleſiaſtico. Che vengano ammeſſi li Conſervatori di Roma. E che li Cardinali deputati riferiſcano la ſituazione da loro ſtabilita per la ſtruttura del Conclave.

Che nella terza Congregazione venga eletto
28 con Voti ſegreti il Confeſſore, e doppo l' occaſo
del Sole ſi dia ſepoltura al Cadavere del morto Pontefice, ſtandovi preſenti li Cardinali dal medeſimo creati.

Che nella quarta Congregazione ſi eleggano due
29 Medici, ed il Chirurgo.

Che nella quinta Congregazione ſi eleggano pa-
30 rimente lo Speziale, e due Barbieri con due Coa-
diutori.

Che nella ſeſta Congregazione dall' ultimo Car-
31 dinale Diacono vengano eſtratte le Celle, e che li
Maeſtri di Cerimonie non participanti eſibiſcano i loro Brevi facoltativi di entrare in Conclave, purchè fra tutti non eccedano il numero di ſei, a tenore di quanto in detta noſtra Bolla è ſtato preſcritto.

Che nella ſettima Congregazionè ſi proponga-
32 no le Iſtanze per avere il terzo Conclaviſta da i
Cardinali preſenti in Roma, riſervando quella de i Cardinali aſſenti al tempo del loro arrivo; e che ſi eleggano li Scopatori per ſervizio, e mondezza del Conclave, a tenore di detta noſtra Coſtituzione.

Che nell' ottava Congregazione ſi eleggano due
33 Cardinali, da quali debbano approvarſi li Concla-
viſti, e che a i medeſimi nello ſteſſo giorno debbano tanto li Cardinali, quanto ogn' altro, che avrà l' Ingreſſo in Conclave, traſmettere in un Foglio da loro ſottoſcritto, li Nomi, Cognomi, Grado, e Patria di quelli, che intendono di ſeco condurre in Conclave: Avvertendo, che riſpetto a i Cardinali eſattamente ſi oſſervino le Bolle Apoſtoliche, le quali fra l' altre coſe diſpongono, che i Conclaviſti debbano eſſer Perſone, che ſiano ſtate elmeno un' anno al di loro ſervizio.

Che nella nona Congregazione ſi deputino per
34 Suffragj ſecreti tre Cardinali, i quali debbano per
tutto il tempo della Sede Vacante ſopraintendere, ed invigilare alla clauſura, e cura del Conclave, ed altresì alla mondezza del medeſimo, il tutto a tenore di detta noſtra Coſtituzione; Porteranno per tanto ſeco i Cardinali una Schedola, nella quale ſiano ſcritti li Nomi di quei Cardinali, che ſtimeranno più opportuni per una tale incombenza, le quali Schedole verranno aperte in pubblico, e rimarranno eletti quei Cardinali, che avranno maggior numero di Voti, quantunque non eccedano la metà.

Che nella decima Congregazione li Cardinali non
coſtituiti in Ordine Sagro, ſiano tenuti di eſibire i 35
loro Brevi per aver la voce nell' Elezione; E che vengan deputati il Muratore, ed il Falegname per ſervizio del Conclave, i quali dovranno avere li requiſiti eſpreſſi in detta noſtra Bolla, avendo riguardo di preferire, ſecondo il ſolito, quei ſoggetti, che dal Cardinal Camerlengo ſaranno ſtati deputati per la ſtruttura del Conclave.

Che poi nel giorno ſeguente, cantata la Meſſa
dello Spirito Santo, e recitata l' Orazione de eli- 36
gendo, li Cardinali entrino proceſſionalmente in Conclave, e vengano loro lette le antiche Coſtituzioni unitamente con l' altra, da noi come ſopra promulgata, le quali dovranno da eſſi, ſecondo il ſolito, giurarſi; Doppo di che, il Cardinal Decano farà loro un' Eſortazione per la ſollecita Elezione d' un buon Paſtore alla Chieſa univerſale.

Quali proviſioni, e dichiarazioni da noi, come
ſopra, ſtabilite, e ciaſcuna di eſſe ſingolarmente, 37
vogliamo, che ſi debbano ſempre, ed in perpetuo onninamente, pienamente, ed eſattamente oſſervare, adempire, ed eſeguire, e che non ſi poſſano mai in alcun futuro tempo, ſotto qualunque preteſto, e cauſa, benchè incogitata, & inopinata, da veruna Perſona impugnare, da quelle in tutto, o in parte riclamare, o in qualſiſia modo controvertere, o ritardare la di loro inviolabil' eſecutione, e per tal' effetto ordiniamo a voi Reverendiſſimi Cardinali Capi d' Ordini, e Camerlengo pro tempore, che dobbiate a ſuo tempo invigilare per il di loro total' adempimento, con darne gl' Ordini opportuni, ed in caſo di biſogno, pubblicarne qualunque Editto, delegandovene Noi ſoprà ciò tutte le opportune facoltà, e farete tutt' altro, che per l' eſecuzione di tutte le coſe premeſſe ſtimarete in qualunque modo eſſer neceſſario, per eſſer così mente, e volontà noſtra preciſa, ed eſpreſſa. Volendo, e decretando, che al preſente noſtro Chirografo, il quale ordiniamo, che immediatamente venga regiſtrato in Camera, e nei ſuoi Libri, a tenore della Bolla di Pio IV. de Regiſtrandis, non ſi poſſa mai opporre di ſurrezione, orrezione, nè d' alcun' altro vizio, o difetto della noſtra volontà, ed intenzione, nè che mai ſotto tali, o altri qualunque preteſti quantunque validi, validiſſimi, legittimi, e ſoſtanziali, benchè chiuſi nel corpo della Legge, anche di Jus queſito, e pregiudizio del Terzo, poſſa eſſer' impugnato, moderato, o rivocato, ridotto ad viam Juris, o concederſi verſo di eſſo l' aperizione Oris, o altro qualunque rimedio di ragione, o di fatto, di Grazia, o di Giuſtizia, o conceſso per Moto Proprio, e con pienezza di Poteſtà giovare ed alcuna Perſona, o in qualunque modo impedire la perpetua. ed inviolabil' eſecuzione di quanto è ſtato da Noi, come ſopra, ordinato, e ſtabilito, e che così, e non altrimente, debba ſempre giudicarſi, definirſi, ed interpretarſi sì da Voi, che da qualunque Giudice, e Tribunale benchè Collegiale, Commiſſario, e Delegato, Congregazioni anche di Reverendiſſimi Cardinali, Legati à Latere, Camerlengo di Santa Chieſa, Teſoriere, Preſidenti, Uditori di Rota, Chierici di Camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giuriſdizione di definire, & interpretar diverſamente, dichiarando Noi ſin d' adeſso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciaſcuno d' eſſi con qualſivoglia Autorità, ſcientemente, o ignorantemente foſse in qualunque tempo giudicato, o ſi tentaſse di giudicare contro la forma, e diſpoſizione del preſente noſtro Chirografo, quale vogliamo, che vaglia, e debba aver ſempre il ſuo pieno effeto, eſecuzione, e vigore colla ſemplice noſtra ſottoſcrizione, benchè non vi ſiano ſtati chiamati, ſentiti, nè

ti, nè citati quei, in qualunque modo vi avessero, o pretendessero avervi qualunque interesse, non ostanti la Regola della nostra Cancellaria de Jure quæsito non tollendo, e qualsisiano altre Costituzioni, ed Ordinazioni Apostoliche, Brevi, Chirografi, anche per nuove permissioni, e concessioni, ed altri qualunque Indulti nostri, e dè nostri Predecessori, concernenti specialmente il Conclave, e Sede Vacante, nelle parti però ripugnanti a queste nostre provisioni, e dichiarazioni, le facoltà, e privilegj in essi concessi, anche a i Cardinali, e Sagro Collegio, ed a qualunque altra Persona quantosivoglia privilegiata, e privilegiatissima, che per comprenderla vi si ricercasse di farne un' espressa, ed individua menzione, benchè muniti di Decreti irritanti, ed altre forme, e clausole, anche derogatorie delle derogatorie più effrenate, insolite, ed inusitate, che avessero bisogno di espressa specificazione, e che si dovessero registrare di parola in parola, Decreti Concistoriali, e Camerali, Leggi Civili, e Canoniche, Statuti, Riforme, Stili; Usi, Consuetudini anche immemorabili, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il tenore quì per espreso, e di parola in parola inserto, e registrato, e supplendo Noi con la pienezza della nostra Potestà Pontificia ad ogni vizio, e difetto quantunque sostantiale, e formale, che vi potesse intervenire per questa volta sola, e per la piena, e total esecuzione, ed effetto di quanto s' esprime nel presente nostro Chirografo, ampiamente, ed espresamente deroghiamo, anche con pienezza di derogatoria delle derogatorie. Dato dal nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì 24. Decembre 1732.

F I N I S.

INDEX

INDEX

RERUM, ET MATERIARUM

Quæ in utraque Parte Disceptationum Ecclesiasticarum continentur.

Primus numerus indicat Partem; Secundus verò Disceptationem Tertius demum Disceptationum numeros denotat.

Gesti

Alie-

Baldaç-

Urgens

Congrua

Cente-

Con-

Damna

D

Testis

Moti-

Imme-

Ius

L

Sem-

P

Papa

præci-

Q

Quie-

Repro-

T

Tem-

Tunc

Virgo

FINIS.